UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT
00000091954
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

P. FRANCISCI WAGNER

UNIVERSA PHRASEOLOGIA LATINA.

AB EODEM

SECUNDIS CURIS

SALLUSTIANA, CÆSAREANA, LIVIANA, CORNELIANA, &c.

PHRASEOLOGIIS,

AC DENIQUE

INDICE VERBORUM,

QUÆ

IN FORO MILITARI, CIVILI, SACROQUE OBTINENT,

LOCUPLETATA, ET AD USUM JUVENTUTIS LITTERARUM STUDIOSÆ ACCOMMODATA.



Editio novissima auctior & emendatior.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,

SUMPTIBUS MATTHÆI RIEGER p. m. FILIORUM.

MDCCXCII.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD LECTOREM.

De Phraſeologiæ hujus, quam denuo edimus, præſtantia pluribus præfari ſupervacaneum arbitramur. Præſtantiſſimis humaniorum litterarum præceptoribus tanto certe adhuc in pretio fuit, ut adoleſcentibus litterarum ſtudioſis præter auctorum claſſicorum lectionem nihil magis ad comparandam latinæ linguæ copiam & elegantiam commendandum ducerent, quam lexici hujus phraſeologici uſum. Et ſane crebriores,

Digitized by Google

quæ de eodem exſtant, editiones luculento argumento ſunt, opus hoc & magnopere fuiſſe expetitum, & cum magna laude & exiſtimatione ubique acceptum. In nova hac editione nihil a priore quoad operis totius ſtructuram immutandum cenſuimus: voces ſolum & modos loquendi germanicos ad grammaticæ regulas correximus, ne quid in hoc lexico facile deprehendatur, quod adoleſcentes linguæ vernaculæ elementa in ſcholis edoctos offendere poſſet. Voces ac phraſes ejusdem linguæ notiores ac magis obvias fere retinuimus, probe memores, opus hoc in juvenum ſolum uſum & commodum deſtinatum eſſe. Vale.

Digitized by Google

PRÆ-

FRÆFATIO

AD

HUMANIORUM SCHOLARUM PROFESSORES.

Cum eorum, qui humaniores litteras repetebant, domeſticæ ſcholæ præfectus fuiſſem, id propoſitum habebam maxime, & eo induſtriam omnem convertendam exiſtimabam, ut P. Juvencii, harum litterarum hodie inter nos facile Principis, ſapienti monito obtemperarem. Primus, ait ille, Magiſtri labor erit, Latinum ſtilum illis optimum demonſtrare, & ut aſſequantur, adjuvare. Ergo putare mecum cœpi, quæ adjumenta offerrem præſentiſſima,

Digitized by Google

ma, queis viis Adoleſcentes non minus ſciendi aviditate, quam ingenii præſtantia, ad omnem hujus litteraturæ laudem paratiſſimos, ad Latinæ Linguæ Proprietatem, Elegantiam, Copiam quam celerrime commodiſſimeque perducerem.

Proprietatem ut condiſcerent, hoc eſt, e barbarie vulgaris ſermonis ſordibusque emergerent, præter expoſitos barbararum vocum Indices multiplices, ſiquam vocem ſuſpectam haberent, *Theſaurum Latinitatis*, ſeu *Forum Romanum* conſulerent, juſſi. Ex eodem præcipuorum verborum ſyntaxin uſumque Latinitatis proprium ipſe exſcripſi: quo labore perfunctus admoneor a Collega, dudum id a P. Pomæjo in ſuis Floſculis præſtitum. Etſi dolerem, actum me egiſſe, deque libello tam pervulgato ignoraſſe puderet, in eandem tamen cum viro egregio cogitationem, methodum ac prope verba incidiſſe, gratulabar. Hos ergo flores tranſcribendos dedi meis, ſepoſui quot diebus quartam horulæ partem, qua ſuscitandos pertentarem ſingulos, conſtitutumque ejus diei penſum de memoria repeterem; ſi qua adhære-

Digitized by Google

hærerent, explicabam; difficiliora paradigmatis illustrabam; & fiebat, ut quotidianæ scriptionis argumento fere aliquid inferere possent. Atque hisce scriptionis, auditionis, exercitationis industriis jam intra bimestre Latinum quid velut in herba efflorescere, non sine jucundo animi sensu animadverti.

Ut vero ad *Elegantiam* quoque perpolirentur, Tursellini particulas singulis, Schorum illis, aut Hadrianum aliis, aut Goclenium &c. ut copia erat, divisi, monuique, ne legerent duntaxat, sed lecta in chartam compendio referrent, quo memoriæ commendarent altius, quæ ab lectione sæpe, ut fit, minus intenta facile devolatura erant.

Ut Copiam cum elegantia combiberent, Manutium a Buchlero auctum, & Schönslederum præbui, quos altera quavis periodo inspicerent, quorum opibus ad ornatum, varietatemque nec timide & liberalicer cantisper uterentur, dum usu non admodum diutino in jus suum assererent, quæ aliena fuerant, abjectisque centonibus de suo liberum quid & nativum contexerent; cogitarent autem præterea: hæc inci-

Digitized by Google

incipientium subsidia ad proritandum duntaxat, Latinoque aliquo sapore imbuendum Tironum palatum excogitata; cæterum germanæ Latinitatis spem omnem in assidua Ciceronis, bonorumque ex aurea ætate Auctorum lectione collocandam; hos tanta cura pervolvendos, velut si nihil peractum paratumque accepissent a majoribus, sed unis ipsis eruenda forent, quæ ex his venis tantis conatibus egessere, quidquid hactenus fuit Phraseologorum.

Hæc agenti cum illud incommodum videbatur, quod tot libellorum, queis Discipulorum pluteos onerarem, turba mihi undeunde corradenda esset, tum quod iisdem, dum hinc Adverbia, Epitheta inde &c. fastidiose commendicant, plurimum utilissimi temporis volvendo revolvendoque inaniter elaberetur. Hoc tædio ut levaremur utrinque, optare cœpi, esset aliquis, qui sparsas has operas, eademque apud diversos repetita in unum quoddam corpus conflandi consilium caperet. Tot jam exstare Criticorum, Grammaticorum, Phraseologorum Indices, Enchiridia, Gazophylacia, Thesauros, Elegantias observavi, ut felicem se repu-

Digitized by Google

reputare poſſet is, quem tantam, tam paratam materiam in unum volumen certo ordine ac methodo ædificandi animus inceſſeret, feliciores vero fore Diſcipulos, qui in magno viæ compendio progreſſiones tamen celeriores facerent, nec jam per rivulos concurſare deberent, quos in unum fontem Vir adeo beneficus corrivaſſet.

Externis vero noſtris ſcholaſticis quam ejusmodi opera non opportuna modo, ſed neceſſaria foret omnino! *Ciceronem*, *Ciceronem* ex alto ſuggeſtus Juvenibus inclamamus magiſtri, in hunc velut regulam omnisque Latinitatis exemplum reſpicere, hunc legere, imitari, & ſcribere jubemus, ſed iis juvenibus, quorum parti maximæ, præter fragmenta quædam ſuæ claſſis ſcholaſtico libro (quamquam & hunc quam pauci emant) inſerta nullus domi Cicero; plurimis Terentii, Livii, Saluſtii &c. ipſa nomina peregrina, plerique, quid Nizzolius aut forum Romanum hominis vel rei ſint, perinde ut Maragnonius quispiam ignorent. Et hos ſtimulis fodiemus? hos Latinos Ciceronianos effici volumus? qua autem

Digitized by Google

ope, ad quem lydium lapidem ſuſpectæ fidei voces explorent? barbaras ſecernant, melioribus commutent? unde colores, verasque pro adulterinis pigmentis elegantias petant? unde ad copiolam aliquam parandam, vel Synonymiam exſugant? Huc certe flagitii vidi deveniſſe nonnullos, ut Epiſtolam, chriam, orationem ſcripturi *in Synonymis*, *Gradibus ad Parnaſſum &c.* habitarent, qua re quid horribilius & ad corrumpendum ſtilum aptius excogitari poſſit? quod ſi opulentiores quidam filii familias circumfluant etiam, natentque Ciceronibus, Terentiis &c. quam pauci iis urantur igniculis, ut formulas inde, phraſes, &c. in adverſaria excerperent, juſtam animi contentionem ad exhaurienda principiorum ardua afferrent?

Eædem atque his majores difficultates, cum Poëticæ fores obſiderent, fuere, qui *Flaviſſas*, *Synonyma*, *Gradus ad Parnaſſum &c.* præclara adeo adjumenta elaborarent, ut brevi tempore Poëticum aliquem colorem inde caloremque trahere multos experiamur. Quid eſt igitur, quod nemo dum ad Ora-

Digitized by Google

Oratoriam gradientibus de tali adminiculo de gradibus ad roſtra gratificatus eſt? quid? quod optarunt hoc multi, nemo optantibus morem geſſit? quid autem, (ajebam) quin tute hanc ſpartam occupas, & lexicon aliquod Phraſeologicum, aut quodvis demum nomen habeat, vel ipſe conficis, vel ſi per temporis anguſtias excludaris, typum denique & ſummas lineas deſignas, quas tali provocatione commoti alii depingant denique, & abſolvant.

Conſilii dubium duæ res magnopere retrahebant, magnitudo laboris & ignobilitas. Infida utebar parumque firma valetudine. Operoſæ ſcholæ quotidianæ vacui utilisque temporis relinquebant minimum; & informaveram nonnulla, quorum Auctor minimum dici poſſem, cum e præſenti opere præter diligentis ſcribæ nomen nihil ad me rediturum cernerem. Titubantem Collega meus, externorum Rhetorum Magiſter, Vir, & morum & Latinitatis puriſſimæ candore longe ſuaviſſimus, *P. Gabriel Wimmert*, iteratis identidem hortatibus in propoſito retinuit, tantoque promptiorem habuit, quod ejusmodi,

Digitized by Google

modi, ut ego ſum, hominum genus, ab omni fumo alieniſſimum eſſe, idque pro honeſtiſſimo ducere debet, ſi, magno quidem ſuo impendio, quæſtu minimo, plurimorum commodis ſervire poſſit.

Re deliberata Phraſeologos, quos nanciſci poteram, omnes tres in claſſes partior; horum alii *Proprietatem* docerent, ut Nieſſii, Cellarii, Voſſii, Vorſtii, Borrichii Commentarioli; alii *Elegantiam* præſtarent, ut Hadrianus, Valla, Doletus, Turſellinus, Schorus, Fabri &c. *Copiam* denique nonnulli ſuppeterent, quorum chorum Manutius duceret & Schönſlederus. Horum inquam, operas omnes in unum Corpus cogendas, eximenda, quæ apud ſingulos præcipua eſſent, atque ſub unum conſpectum objicienda conſtitui, ea tamen adjecta conditione, ut ne voluminis moles ita excreſceret, quin ab juvenibus in ſcholam ad ſtatas ſcriptiones comportari poſſet. Hanc vero, quam vides, methodum mihi deſcripſi:

I. Nizzolium equidem pro ſolo operis ſtravi, ejusdemque ordinem alphabeticum ſum ſecutus, quin tamen

Digitized by Google

tamen iisdem me carceribus includerem, iisdem religionibus obligarem; neque enim in ea sum hæresi, ut vel Ciceronem de omnibus argumentis disputasse, aut non iisdem cum Vitruvio, Varrone, Livio, Cæsare &c. si de iisdem rebus loqui voluisset, vocabulis usurum fuisse, existimem. Quare aliorum quoque ex aurea ætate Auctorum voces adjeci, asteriſco notatas, ut ab Ciceronianis secernantur, non quod fugiendæ essent. Totus enim in ea sum sententia, juvenes intra hujus ætatis limites constringendos, & a Plinianis, Senecianis &c. omnino abstinendos. Intelligent autem, quam hic vocem non repererint, nullum habere idoneum Auctorem: atque adeo meliore commutandam.

II. Vocabula nihilominus *sacra* & *religiosa* suis locis characterum forma diversa intexui, eademque e Pontano, quo nemo melius christiane simul & Latine loqui docet, Tympii opera collectis observationibus illustravi.

III. Cum ad linguæ puritatem Etymologiæ cognitio plurimum conferat, vocum origenes s. *Radices* e Festo, Isidoro, Nonio &c. adjectas oportuit; ego hoc pro-

Digitized by Google

properantiæ indulsi meæ, ut Denzlero, diligenti, ut puto, Lexicographo, confiderem, ac præter ejus Radices, alias fodere non laborarem. Compositorum ac derivatorum Primigenia, nempe quorum notitia obvia, omnino prætuli. Hæsi paullulum, num alphabeti neglecto ordine suam Primitivis familiam Denzleri exemplo subjicerem, cœptum tamen tramitem, ut quærentibus adolescentibus accommodatiorem retinendum decrevi. Qua causa per illud V. *vide*, passim, qua porro eundum foret, præsignavi.

IV. Synonyma, ut in Nizzolio sunt, simpliciter adscripsi.

V. Contraria signo)(notata, ut quæ se ipsis offerrent, non erat, ut multa vestigatione conquirerem.

VI. Vocum, quas fere pro idem significantibus usurpat vulgus, elegantiores vero haud paullum notionibus inter se differre observant, *Differentias*, D. e Laurentio *Valla* dedi aliquas, ac revera cœpi potius, & quid voluissem ostendi.

VII. Epitheta Ciceroniana, & Adverbia, quæ ex *Nunnio* & *Susannæo* primis duabus editionibus adjeceram,

Digitized by Google

ceram, omittenda cenſui, partim quod in his haud plurimum adjumenti ineſſe videretur, partim ne libri moles creſceret ultra, quam ut commode in ſcholam ferri poſſet.

VIII. Suam vocibus ſingulis ſyntaxim ſeu *Uſum* peculiarem, ſententiis, formulisque lectiſſimis e Nizzolio, Pomæjo, aliisque multo discrimine decerptis attexui, quarum iterata lectio cum alias utilitates afferret, tum ſi quampiam atque ab his alienam conſtruendi formulam adhibuerint Diſcipuli, fere in Idiotiſmum ſe impactos admoneantur.

IX. Vulgatiores barbariſmos ſeu Idiotiſmos Syntaxi Latinæ locis quibusdam e Schoro &c. ſubjeci; ut venia ſit ingenue confitenti, ubi minimum oportebat, præparcus fui; nec enim ſolum demonſtranda erat via, qua incederent, ſed infames quotidianis erroribus ſcopuli detegendi, ut ſuæ barbariei identidem admonerentur juvenes.

X. Ad Copiam ſeu Phraſeologiam quod attinet, nempe operis partem principem, ac diſcentibus deſideratiſſimam, primæ Editiones nonniſi collectas Rotero-

Digitized by Google

terodami, Manutii, quique omnibus præstat, Schönsleberi Phrases, paullum ad Juvenum captum reflexas habuere. In præsens opera cujusdam Collegæ mei, & tædii vere decumani labore, accessere Liviana, Cæsareana, Corneliana, Sallustiana, cum Indice diffusiore vocum barbararum, alioque Tironibus admodum desiderato Germanico-Latino; Opusque evasit ejusmodi, ut detrahi nihil, addi perparum possit. Ab viri modestia obtinere non potui, ut suum de studiosa Juventute tam præclare meriti nomen adscribi pateretur.

Habetis hic humaniorum litterarum Professores, quo consilio primum cœptum sit Opus, & quantum ad ejus absolutionem recens accesserit. Si præterquam quid præstiterimus, quid insuper voluerimus, apud vos existimabitis, laboribus nostris, vestro vestrorumque commodo benevoli utemini, fruemini.

A. ABA-

Digitized by Google

A von *Syn.* ab, abs, de, ex, per. *Uſus.* Ager a filio emptus; conductus a Cenſoribus. Libri per Duumviros aditi. Clientelæ per Cæſarem comparatæ. *Signif.* 1. *Motum de loco*, aus, von. Redeo a villa. 2. *Servit tempori*, von. A puero. A prima adoleſcentia, von Jugend auf. 3. *Notat cauſam*, von wegen, für. Caput a ſole dolet. Ab odio furit. 4. *Patriam*, Vaterland. Græcus a Phocide. Principum a Lavinio liberi. 5. *Vicinium*, Gegend Ab theatro venit. 6. *Cum ablat. Perſonæ, ejus domum.* Behauſung. A patre, ab amico, a nobis redit. 7. *Signif. per*, durch. Salus nobis a bonis allata eſt. 8. *poſt*, nach. A morte. A cœna. A prælio. 9. *pro, cum verbis: Sto, ſum, dico, facio.* A ſenatu ſtat, er hält es mit dem Rathe. Hoc totum a me eſt, das iſt für mich. A nobis facit. A reo dicit. 10. *contra*, wider. A frigore, a ſole ſe defendit. 11. *Ex parte*, von Seiten. Ab Romanis tubæ cecinere. 12. *Munus aut procuratio nem*, Amt oder Verwaltung. A ſecretis. Ab epiſtolis Cæſari. A pe- s. 13. *Quod attinet ad*, was get. A memoria bene in- ſt. Firmus ab equitatu. L. amicis. 14. *ponitur pro: nomine alterius*, an ſtatt, im Namen eines andern. A fratre, ab Republica ſolvere.

Abactus, a, um. *particip.* von abigor, abgetrieben. *Syn.* Abductus, ablatus, dejectus, pulſus, expulſus, remotus, fugatus, actus, exactus. *Uſus* Abactus grex pecorum. Cajus Magiſtratu abactus. *Wagner.*

Abacus, i, m. Credenztiſch. *Syn.* menſa ſtructorum, vaſorum receptaculum & ad uſum, & ad pompam inſtructum. *Uſus.* Abacos complures ornavit argento, auroque cælato.

Abalienatio, onis, f. Entfremdung. *Uſus.* Abalienatio eſt ejus rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in jure ceſſio.

Abalienatus, a, um. *particip.* von abalieno, entfremdet. *Uſus.* 1. Abalienatum veſtigal, der entfremdete Zoll. 2. ungünſtig. Abalienato eſſe animo, 3. beraubt, entſetzet. Abalienatus jure civium, des Bürgerrechtes beraubt.

Abalieno, as, avi, atum, are, entfremden. *Syn.* Alieno, diſtraho, averto, disjungo, divello.)(*Concilio. Adv.* Celerrime, valde, vehementer. *Uſus.* 1. *Jus rei in alterum transferre*, das Recht einer Sache einem andern übergeben. Veſtigalia, agros populi veſtigales, fundos, ædes abalienat. 2. *Translat. ad voluntates.* abwendig machen. Studia hominum, judices a ſe, a ſua cauſa abalienavit.

Abavus, i, m, Urahnherr, Urahnvater. *Uſus.* Jam duorum abavorum quam eſt illuſtre nomen. *Epi.* Omnium ſapientiſſimus.

Abbas, tis, m. Abt. *Syn.* Cœnobiarcha, Archimandrita. Monachorum Præfectus ſeu Antiſtes, Monaſterii Præſul, Cœnobii Præſes ſeu Moderator.

Abbatiſſa, æ, f. Aebtiſſinn. *Syn.* Antiſtita ſacrarum Virginum, Aſcetriarum Præfecta, Mater Maxima, Moderatrix dicatarum Deo Virginum, Parthenonis Præſes, Cœnobii Antiſtita, Virgo Maxima.

Abdicatio, nis, f. Abkündung, Abſetzung. *Uſus.* Amotus abdicatione diſtaturæ terror.

Abdico, as, avi, atum, are. verſtoßen, ablegen, abſetzen. *Syn. Abjicio*, re-

A jicio,

Digitized by Google

jicio, depono, exuo, privo, spolio. *Phras.* Abdica te honoribus; Missos fac honores, laß die Ehrenämter fahren. Foro te subtrahe. Curiæ & honoribus multam vel longam salutem dicito. De provincia decede. Imperium depone. Magistratu abito, tutela, patrocinio, annonariæ rei procuratione te abdicato. De foro discede. Provinciam successori trade, concede. Civilibus abscede muneribus. A forensi strepitu te remove. Nuntium forensibus curis remitte. Delega provinciæ procurationem alteri. *Usus.* 1. Abdicare filium, generum, verstoßen, enterben. 2. *Magistratum ponere*, Amt aufgeben. Præturam, consulatum, vel se Prætura abdicare.

Abdico, is, ixi, ictum, ere. versagen.)(*Addico. Usus.* Aves abdixere, die Vögel haben nicht zugesaget.

Abditus, a, um. *particip.* von abdo. verborgen. *Syn.* Latens, latitans, opacus, latebrosus, obscurus, secretus, arcanus. *Adv.* Penitus, penitissime, prorsus, plane. *Phras. locus abditus*, ab arbitris liber, remotus, ein abgelegener Ort. Res abstrusa, & a natura involuta; res magnis circumfusa tenebris. *Usus.* Abditi ac penetrales foci. Auri venæ penitus abditæ. Homo hic sensus, consilia, voluntates abditas gerit & retrusas, der Mensch hält hinter dem Berge.

Abdo, is, didi, ditum, ere. verbergen. *Syn.* Occulo, occulto, condo, abscondo, recondo, abstrudo, retrudo, tego, obtego, contego, velo, involvo, operio, celo.)(*perstringo palam. Phras. Abdo me*, ich verberge, verstecke mich. Conjicio me in latebram. Commendo me latebris. In occulto me contineo. Conspectum fugio. *Usus.* Abdere se ex conspectu. Abdere se in rus, in bibliothecam, in litteras, in scholarum pulveres. Abdere gladium sub vestem. Arte quadam stultitiam abdere, seine Narrheit listig verdecken. V. *Abscondo, Tego.*

Abdomen, inis, n. Schmerbauch. *Syn.* Venter. *Epi.* Turgens, insaturabile, inexpletum, obesum, unctum, pingue. *Usus.* Homo abdomini natus, Schlemmer. Abdomini inservire, indulgere, operam dare. V. *Ingnis.*

Abduco, is, xi, ctum, ere. hinweg führen. *Syn.* Amoveo, removeo, aufero, averto, abigo, tollo, abstraho.)(*adduco. Adv.* Caute. *Usus.* Servum ab hero, discipulos a Præceptore, a Mario legiones, hominem a foro, in rus, in latomias per vim abducere. Clavem de sera abducere, den Schlüssel abziehen. 2. *Transl. ad intelligendi vim*, den Verstand betreffend. Acies mentis a consuetudine oculorum abducere, nach Vernunft, nicht nach dem Augenmaße urtheilen. Cognitionem a doloris sensu: animum a cognitione, commentatione, litteraria contentione &c. abducere, die Gedanken abwenden. 3. *Ad voluntatis studia*, den Willen betreffend. Dabo operam, ut miserum a vitio, licentia, libidine, ira, turpi questu abducam, von Lastern abhalten. Respira, animum a molestiis, angoribus, solicitudine, curis, negotiis, amicum ex acie (*judiciis ac foro*) abducito. Multos avaritia a fide, ab officio, a vero & honesto ad nequitiam &c. abduxit. Cave, ne fallacils a veritate abducaris, abstraharis, avertaris, avoceris, abripiaris.

Abeo, is, ivi vel abii, itum, ire. hinwege gehen. *Syn.* Discedo, recedo, excedo, concedo, exeo, migro, egredior, proficiscor, faceſſo.)(*adeo, accedo, maneo. Adv.* Longe, longius, parumper, plane, intra, peregre, obviam, isthuc, hinc, illinc, isthinc, inde ab, vel ex oculis. *Phras. Ex Italia non abibo*, non decedam, ich werde aus Wälschland nicht weggehen. Non recedam, nec latum quidem digitum, discedam. Ex Italia nulla ratione neque pelli, neque moveri potero. Nunquam inde me commovebo. Pedem ex Italia non egrediar: nusquam hinc vestigium movebo. Pedem ex Italia non efferam. *Abiste loco*, packe dich hinweg. Auser te hinc, faceſſe loco, age te hinc longius; amove, amolire, subduc te istis ex ædibus, apage te cum isto tuo socio. *Usus.* 1. Ex urbe, ad mercaturam, e medio abire. Viam abire. Animus est in discessu, ich gedenke bald abzureisen. 2. *Transl. Negotium imperfectum relinquere*, von einer Sache abstehen. Ab inceptis, ab emptione, actione, petitione abiit. 3. *Ad tristia, cum desinunt.* belangend das Ende trauriger Dinge. Nausea, pestilen-

Digitized by Google

ſilentia, timor, morbus ſero demum abiit. 4. *Ad læta, cum deſinunt.* Spes victis, animi quies, memoria rei abiit: Salus exulatum abiit. Abierunt laudes meæ. Abit ſomnus, voluptas fluit, effluit, prona avolat. 5. *Ad tempus.* Abiit dies unus, alter: abit hora, annus, ætas. 6. *Ad mutationem animi morumque*, zur Gemüths Veränderung. Turpe eſt abire ad vulgi opinionem, ad peregrinos mores, ad ſententiam alienam. A ſenſibus, ab homine (*ab omni humanitate*) abiit. A propoſito ſermone longius abimus. Mos vetus in deſuetudinem; beneficia in oblivionem abiere. Quid ad has ineptias abis? In quantos ſumptus abeunt vectigalia. 7. *Ad poenam.* Non tibi abibit ſic, es wird dir nicht alſo ablaufen. 8. *Ad imprecandum*, übel zu wünſchen. Abi in malam rem, crucem, peſtem, cruciatum, ad corvos. 9. *Ad mortem.* Vita abire, ad plures abire. 10. *Ad incrementum rei*, erwachſen. Oppidum in urbem abiit. V. *Discedo*, *Muto.*

Aberceo, es, cui, itum, ere. abhalten. *Syn.* Arceo, prohibeo. *Uſus.* Domo conjugem abercet.

Aberratio, nis. f. Irrung. *Syn.* Digreſſio a recta via. *Epi.* Liberaliſſima, digniſſima. *Uſus. Transl.* Avocamentum a dolore, Gemüths-Abwendung. Aberratio a moleſtiis, doloribus erudito homini quærenda, deligenda eſt.

Aberro, as, avi, atum, are. Irren. *Syn.* Deflecto, devio, erro, deerro, vagor, recedo, declino de via, deducor a via. *Adv.* Ab, de, ad, longius, unde. *Uſus.* 1. Ab recta via per errorem deflecto. 2. *Transl. a fine propoſito*, des Vorhabens verfehlen. Conſilia tua a regula, & præſcriptione vitæ, a communi utilitate, a propoſito longiſſime aberrant. Aberrat oratio, cum extra fertur. 3. *In errore mentis*, Irrung des Gemüths. Conjectura, verbo aberravi. 4. *Discrepo*, nicht zutreffen. Imago ab exemplari; filii vultus a matre, orationes a ſe aberrant. 5. *Declino a mœrore*, entweichen. Scribendis epiſtolis, amicorum ſermonibus aberro a miſeriis. V. *Erro.*

Abhinc, vor, von itzt an. *Accuſ. & Ablat. junctum refertur ad tempus præteritum; non item futurum. Syn.* Ex, ab hac die: biduo ante. *Uſus.* Annos abhinc, vel anni amplius viginti.

Abhorreo, es, ui, ere. Abſcheu haben. *Syn.* Deteſtor, abominor, aſpernor, exhorreo, religioni habeo, averſor. *Phraſ. Abhorreo ab hoc.* ich habe einen Abſcheu vor dieſer Sache. *Adv.* Longe, longiſſime, multum, plane, plurimum, prorſus, valde, vehementer. Refugit animus, atque reformidat. Aſpernatur animus ac reſpuit: ſpecie calamitatis perturbor. Hominem ut peſtem aliquam fugio. Odio feror incredibili in hominem ſceleſtiſſimum. Abhorret animus, auris, ſtudium ac voluntas a nefaria ſocietate. Animo ſi quisquam alius, alieno ſum ab his conſiliis, & averſo. *Uſus.* 1. Abhorret animus a nuptiis, litterarum ſtudiis, forenſi ſtrepitu, ich habe einen Abſcheu. 2. *Repugno*, *alienus ſum*, nicht übereinſtimmen. Abhorret hoc facinus ab optimi viri moribus, conſtantia, gravitate. Dictum hoc a veritate, ab hominum ſenſu, ac fide abhorret. Doctrina hæc a vulgi auribus, ab opinione generis humani admodum abhorret. Abhorret oratio tua ab aurium comprobatione. V. *Diſſimilis*, *Alienus.*

Abjecte, verächtlich. *Syn.* Contemptim, abjecto animo. *Uſus.* Nec abjecte, nec ſine aliqua dignitate caſum illum tulit.

Abjectio, nis, f. das Hinwerfen, Kleinmüthigkeit. *Syn.* Rejectio, dejectio animi, defectio, & pæne deſperatio, debilitatio, nimia trepidatio. Animi debilitas, remiſſio ac ſolutio, languor, imbecillitas.

Abjectus, a, um. *Particip.* von abjicio. weggeworfen, niederträchtig. *Syn.* Deſertus, contemptus, neglectus, deſpectus, ſpretus, vilis, humilis.)(*ſe efferens. Adv.* Omnino, plane. *Phraſ.* abjecto es animo, du biſt von einem verzagten, verächtlichen Gemüthe. Animo ſane es afflicto, fracto, humili, demiſſo, perculſo metu, molli, enervato, languido. Terreum quiddam in te eſt, & molle, quod ægritudine, quaſi tempeſtate quatiatur. Submiſſum; effeminatum, fractum geris animum. Cavendum tibi foret, ut ne quid timide, ne quid ignave, ne quid ſerviliter, muliebriterque facias; at tu animo

Digitized by Google

es perculso & abjecto. Pusillus ille tuus animus, fractus & dissipatus; debilitas, abjectio, timiditas humilis tui animi palam est omnibus. Quam nihil in te virtutis, nihil animi, nihil nervorum insit, omnes vident. Ut te animo demittas, ut frangaris malis, ut animo consterneris, quovis incommodo perturberis, neminem latet. Nota est mœstæ, & abjectæ indolis tuæ inertia. Fractum, nescio quid, pusillum, ac ipsa malevolentia jejunum in te est. Fabula jamdudum vulgi est animi illa tui remissio ac solutio. Angustiæ pectoris tui, & egestas animi parvi, languentis ac debilitati in omnium ore ac sermone sunt, man redet überall von deiner Zaghaftigkeit. V. *Vilis, humilis. Usus* Causam tuam abjectam excitavi. Oratio abjecta. Dii ad sensus, moresque nostros abjecti.

Abiegnus, a, um. **aus Tannen.** *Usus.* abiegnæ trabes.

Abies, etis, f. **Tannenbaum.** *Syn.* Alpina & procerior arbor. *Epit. Crispa,*

Abigo, is, egi, actum, ere. **hinwegtreiben.** *Syn.* Expello, pello, depello, ejicio, ago, exigo, amoveo, fugo. *Usus.* 1. Pecudes furto, & latrocinio abigere. Abigere muscas, delatores ab ædibus, anferes a vel ex frumento. Abigere partum medicamentis, die Leibesfrucht abtreiben. *Transl.* Membris lassitudinem, animo molestias vini haustu abigere, Mattigkeit oder Verdruß mit einem Trunk Wein vertreiben. V. *pello.*

Abjicio, is, jeci, jectum, ere. **verwerfen.** *Syn.* depono, rejicio, relinquo, contemno, sperno, aspernor, despicio, negligo, respuo cum contemptu fere ac desperatione. *Adv.* libenter, negligenter, prorsus. *Usus.* 1. Abjicere se humi, ad pedes Principis, sich zu Füßen werfen. Abjicere insigne regium de capite; susceptum onus per imbecillitatem; in mare se abjicere. 2. *Transl. abrumpo capta*, das angefangene fahren lassen Consilium profectionis, ædificationem, voluntatem discendi, omnem de republica curam sibi abjiciendam putavit. 3. *animi vitia, ut virtutes exuo*, gute oder üble Sitten ablegen. Nunc demum socordiam veterem, superbiam, timorem &c. abjicito. Ecquid spem, honestæ gloriæ studium, ingenii famam, habam, teipsum, humanitatem omnem turpiter abjicis? V. *contemno, relinquo.*

Abitio, nis, f. **Abschied.** * *Syn.* abitus. *Usus.* propter te hæc abitio evenit.

Abitus, um, m. **Abreise.** *Syn.* Discessus, excessus, recessus, profectio, abitio, migratio. *Usus.* post abitum importunissimæ pestis.

Abjudico, as, avi, atum, are. **etwas rechtlich absprechen.** *Syn.* judicio aliquid alteri, aut ab altero aufero. X *adjudico. Usus.* Agros, causam, fundum Prætor Cajo abjudicavit. V. *judicium.*

Abjungo, is, xi, ctum, ere. **zertrennen.** *Syn.* disjungo, separo. *Usus.* lacrymas non teneo, cum a me abjungeris, ich weine fast, da du von mir scheidest. abjunxit se ab illa factione. V. *discedo.*

Abjuro, as, avi, atum, are. **mit einem Eidschwure verläugnen.** *Syn.* nego, pernego, abnuo, inficior jurejurando. *Usus* Creditum, depositum, pecuniam abjurat, er verschwört es, daß er nichts empfangen. V. *ejuro, abnego.*

Ablegatio, onis, f. **Abfertigung.** * *Usus.* Ablegatione juventutis ad bellum, urbs levanda videbatur.

Ablego, as, avi, atum, are. **absenden.** *Syn.* amando, ejicio, pello, expello, dimitto, amitto, amoveo. *Adv.* aliquo, alio, foras. *Usus.* odiosum hominem in rus, in villam ablegavi, ich habe ihn weiter geschickt. Consilium dimittit & ablegat. V. *Pello.*

Abligurio, is, ivi, itum, ire. **verschlemmen.** *Syn.* Ligurio, voro, hellnor. *Usus.* patria bona abligurire. V. *Vorax, patrimonium.*

Abludo, is, lusi, lusum, ere. **ungleich seyn.** *Syn.* differo, discrepo, absum, abhorreo, dissimilis sum. *Adv.* multum, non multum. *Usus.* Hæc imago a te non multum abludit, dieses Bildniß ist dir nicht ganz unähnlich. V. *Discrepo, dissimilis, abhorreo.*

Abluo, is, lui, lutum, ere. **abwaschen.** *Syn.* lavo, purgo, eluo, rigo, expio, abstergo. *Usus.* 1. quin tu maculas, sordes eluis? 2. *corrigo*, verbessern. Superioris vitæ maculas egregiis factis abluit. Perturbatio animi placatione abluitur.

Abnego, as, avi, atum, are. **verläugnen.** *Syn.* nego, pernego, abnuo, retracto, renuo, recuso. *Phras. Abnegare Deum*

Digitized by Google

Deum ac fidem, den Glauben verläugnen. A vera Religione desciscere. Religionem omnem fidemque ejurare. A DEO & fide discedere, deficere. DEO fidem, venerationem cultumque renunciare. Ejurare quidquid sacrum, sanctumque est. Sacrorum, religionumque omnium vincula abrumpere. Religioni, Deoque nuntium remittere. *Usus.* abnegare depositum, pecuniam.

Abnormis, e, *comm.* ungeheuer. * *Syn.* vastus, immanis, enormis.

Abnuo, is, ui, nutum, ere. abschlagen. *Syn.* renuo, recuso, nego.)(*annuo, aio, concedo. Usus.* Jussa abnuit miles, der Soldat gehorchet nicht. Cognomen Bruti non abnuit. Nullum facinus abnuere solet. Tua erga me voluntas nihil unquam studio meo abnuit, du hast mir noch nichts abgeschlagen.

Aboleo, es, ui, & evi, itum, & etum, ere, vertilgen *Syn.* antiquo, rescindo, tollo, deleo, extinguo, oblitero. *Phras. Sylla, Senatus Consulta, tabulas abolevit*, induxit, Sylla hat alle Gesetze vertilget und umgestossen. Legum sanctissimarum memoriam obscuravit. Imperia solo æquavit. Religiones dissolvit. Auspicia emovit, ac delevit. Senatus auctoritatem sustulit ac peremit. *Usus.* 1. Aquis aut igne abolere, durch Wasser oder Feuer vertilgen. Homo perditus magistratum civibus, senatui libertatem, vires Reipublicæ, ac leges abolevit; conscientiam tamen generis humani, & infamiam sempiternam abolere non poterit. Crimina, & nomina reorum abolevit, die Laster sammt den Namen der Beschuldigten auslöschen. 2. *Transl. ad animi affectus*, Gemüthssachen betreffend. Tempus iram, dolorem &c. abolet. Zorn und Schmerzen vergehen mit der Zeit. V. *Abrogo.*

Abolesco, is, evi, ere, veralten, zu nichts werden. *Syn.* antiquor, rescindor, obsolesco, tollor, deleor, decresco, *Usus.* memoria rei prope jam aboleverat, die Sache wäre schier in Vergessenheit gekommen. Constituta enim pœna penitus abolevit, die aufgesetzte Strafe ist gänzlich in Abschlag gekommen.

Abolitus, a, um, *partic.* von aboleo. veraltet. ungebräuchlich. *Syn.* antiquatus, obsoletus, abrogatus. *Phras. mos abolitus est*, der Brauch ist abgekommen, Sublatus ac sepultus est; obsolevit; consenuit; sepultus ac situ obsitus; summotus e republica; oblitteratus; situ ac senio emortuus est. *Usus.* mores abolitos unus retinet. Libros, accusationes, leges abolitas protrahit. Ædes abolitas instaurat.

Abominandus, a, um, abscheulich. *Syn.* detestabilis, detestandus, execrabilis, execrandus, horrendus, detestatione dignus. *Usus.* Infelicitas abominanda.

Abominor, aris, atus sum, ari, verfluchen, Abscheu tragen. *Syn.* Execror, detestor, fugio, horreo, abhorreo. *Phras. Quis non abominetur civilis belli auctorem?* wer soll den Urheber eines bürgerlichen Kriegs nicht verabscheuen? Cui non improbus, execrandus, & detestabilis videatur funesti, ac conscelerati belli auctor? quis non ut consceleratum ac contaminatum aversetur? quis non dignum pronuntiet, quem dira execratione, ac furiali carmine in ejus caput composito, omnes prosequantur? ut vomicæ quædam, ac carcinomata reipublicæ habendi sunt pestilentis hujuscemodi belli auctores. V. *horreo, abhorreo. Usus. cum verbum aliquod, veluti sinistri ominis causa refugimus*, da wir etwas verabscheuen wegen übler Vorbedeutung. Regium insigne aut proferendum tibi est, aut (quod abominor) in te ruet. Nominata inter opulas incendia fusis aquis abominantur. *Formulæ abominantis.* O misera vitæ ratio! O rem miseram, & calamitosam! O me perditum! O me afflictum! O meam calamitosam senectutem! O rem odiosam! O factum male! Hoccine sæculum! O genera sacrilega! O hominem, caput scelestum & impium! Proh nefas! Væ ætati tuæ!

Aborior, reris, vel riris, ortus sum, oriri, entspringen, aufgehen, unzeitig gebohren werden. *Usus.* Fœtus, arbores aboriuntur.

Abortio, onis, f. unzeitige Geburt. *Syn.* immaturi fœtus ejectio. *Usus.* abortionem persuadere.

Abortivus, a, um, unzeitig. *Syn.* Abortu natus. *Usus.* fœtus abortivus.

Digitized by Google

Abortus, us, m. Mißgeburt. *Syn.* partus intempestivus, abortio. *Phras. abortum procurare*, das Kind abtreiben. partum medicamentis abegit. Abortioni operam dedit. Fœtum abortione perdidit. *Abortum pati*, um das Kind kommen. abortum facere, partum immaturum, fœtum abortivum edere, eniti, egerere. *Usus.* abortum facere, pati, inferre. Uno abortu multa puerperia egesta.

Abrado, is, rasi, rasum, ere. abkratzen. *Syn.* rado, corrado, tollo, aufero, subripio. *Adv* penitus. *Usus.* 1. Barbam, supercilia abradere, abscheren. *Transl. elicio. extorqueo*, herauslocken, vidit se litium terrore mihii ab eo abradere (pecuniæ) posse.

Abripio, is, ripui, reptum, ere. wegnehmen. *Syn.* rapio, surripio, eripio, abstraho, tollo, aufero. *Usus.* 1. procul a terra tempestate abreptus est, er ist durch Ungewitter weit vom Land getrieben worden In vincula, ad quæstionem abripi jussus est. Filius a complexu matris, Senator a complexu reipublicæ, Epaminondas ex ipso victoriæ complexu abreptus est. A conjuge, liberis, aris, focisque abripi. 2. *Transl. ad vehementes animi affectus*. belangend heftige Gemüthsbewegungen. Quasi æstus quidam ingenii, iracundiæ, doloris eum in altum abripuit. V. *aufero*, *fur*.

Abrodo, is, rosi, rosum ere, abnagen. *Syn.* rodo, corrodo, exedo, dentibus abscindo.

Abrogatio, onis, f. Aufhebung, Abschaffung. *Usus.* lex septa difficultate abrogationis.

Abrogo, as, avi, atum, are, abschaffen. *Syn.* rescindo, dissolvo, aboleo, antiquo, adimo, aufero, minuo, interdico, refigo, abdico, consensu publico irritum facio, tollo, oblitero.)(*rogare legem. Adv.* æqualiter. *Phras. abrogare leges*, die Gesetze abschaffen. Solvere, extinguere, evertere; legum severitatem amputare, circumcidere, edicta revocare, rescindere, abolere. 2. *abrogare falsa deorum cultum*, den Götzendienst abschaffen, superstitiosum inanium deorum cultum emovere; demoliri fana; aras sacrilegis religionibus contaminatas diruere, exscindere; discutere nefandos cœtus; impia simulacra cum omni sacrificiorum apparatu obtere-re. 3. *abrogare imperium, magistratum*, die Obrigkeit absetzen. extorquere hominibus ambitiosis diuturnum regnum; magistratus solo æquare; reges tollere; regiam potestatem dissolvere; extinguere, delere senatus auctoritatem; movere magistratu; sacerdotium auferre. *Usus.* 1. potestatem, jurisdictionem abrogare. 2. legem, plebiscitum suffragiis, comitiis abrogare. 3. fidem homini abrogare, allen Glauben benehmen. V. *Aboleo.*

Abrumpo, is, rupi, ruptum, ere, abreißen. *Syn.* rumpo, avello, abscindo, *item*, libero. *Adv.* Ex. *Phras. abrumpo sermonem*, die Rede abbrechen, sermonem, deliberationem incidit. Colloquium casus diremit. Segregemus sermonem, sermonis reliquum præcidere præstat, & amputare. *Usus.* 1. abrumpere vincula, cornua ex acie. 2. abrumpere se ab homine, latrocinio, absondern. 3. abrumpere rem inchoatam, otium, consilium, abbrechen. 4. venas sibi, vitam, lucem invisam desperatione sibi abrumpere, das Leben nehmen. 5. *Transl. ad animi affect.* belangend die Gemüthsneigung. Spem, metum, medios amores, dissimulationem, fas omne, patientiam abrumpere, fahren lassen.

Abruptio, nis, Zertrennung. *Usus.* abruptio corrigiæ. Ilia, quam scribis abruptio non placet.

Abruptus, a, um, *part.* von abrumpo, abgerissen. *Syn.* disruptus, confractus, præruptus. *Usus.* 1. Vallis in ingentem altitudinem abrupta, ein sehr tiefes Thal. Loca abrupta & ob id invia, quod descensum non habeant. 2. *ad hominem proferendum*, betreffend ein hitziges Gemüth. Homo ingenii est præcipitis, & abrupti; Contumaciæ abruptæ. 3. *ad res impetu quodam effusas, aut inopinatas*, belangend unordentlich eingerichtete, oder unverhoffte Dinge. Orationis genere, initio, dictis, querelis abruptis utitur. Gavisus tam abrupto lucro. V. *abscissus.*

Abs re, *cum negat.* nicht uneben. * *Syn.* non est alienum te interesse.

Abscedo, is, cessi, cessum, ere, hinweggehen. *Syn.* recedo, discedo, abeo.)(*accedo. Adv.* A, ab, de, procul, hinc, illinc, inde, retro, hac, aliquo, e. *Usus.* E conspectu, a Republica se vesti-

Digitized by Google

veſtigium quidem **abſceſſit**, **er iſt keinen Tritt abgewichen**. Sol, ſomnus abſcedit. Incepto **abſcedendum**. **Humor noxius in apoſtema abſceſſis**. V. *abjungo*, *diſcedo*.

Abſceſſio, nis, f. **Abweichung**. *Syn.* **abſceſſus**, **diſceſſus**.

Abſceſſus, us, m. **Abweichung**. *Syn.* **receſſus**. *Epi.* Longinquus. *Uſus.* longinque ſolis abſceſſu.

Abſcindo, is, ſcidi, ſciſſum, ere, **abſchneiden**. *Syn.* Scindo, diſcindo, reſcindo, ſeco, reſeco, amputo, lacero, ſeparo. *Adv.* A, ab. *Uſus.* 1. Caput cervicibus abſcindere, **enthaupten**. 2. *Transl.* querelas, opera &c. **abſcindere**, **von Klagen abſtehen**. Abſcindere ſibi omnium rerum reſpectum, præterquam victoriæ, **von nichts andern, als dem Siege gedenken**.

Abſciſſus, a, um, *part.* **von** abſcindo, **abgeſchnitten**. *Syn.* abruptus, præruptus, præciſus. *Uſus.* 1. Aditus ad arcem abſciſſus, & præruptus, **ein gäher Weg**. Italiæ latus Sicilia; **inſulæ a** continenti abſciſſæ, **abgeſondert**. 2. *Transl. ad res perditas*, **zu verlohrnen Sachen**. Res & ſpes abſciſſæ. Genus caſtigationis abſciſſum, durum & aſperum. Oratio aſpera & abſciſſa, **rauh und übereilt**.

Abſcondite, *Adv.* **verborgen**. *Syn.* occulte, clam. *Uſus.* de voluptate nec acutiſſime, nec abſcondite diſſerit.

Abſconditus, a, um. *part.* **von** abſcondo, **verborgen**. *Syn.* abditus, reconditus, abſtruſus. *Uſus.* Abſconditæ inſidiæ, jus Pontificium abſconditum, *obſcurum*.

Abſcondo, is, di, ditum, ere, **verbergen**. *Syn.* Occulto, celo, abdo, abſtrudo, opprimo, condo.)(*aperio*, *reſero*, *recludo*, *emineo*, *appareo*. *Phraſ. abſcondit ſe*, **er verſteckt ſich**. ut cochlea ſe contegit, & retentat ſe tacitus. In latebras ſe abdit. Occultat & continet ſe domi. Neſcio, quo latibulo ſe tegit. Ex conſpectu ſe abdit, proripit. Oculis ſe ſubducit, ſubtrahit. Publico abſtinet. Lucem vitat. Tenebris ſe involvit. E conſpectu ſe aufert; ab oculis removet. 2. *Conſilia ſua abſcondit*, **er verdeckt ſein Vorhaben**, clauſa habet conſilia, voluntate eſt abdita & retruſa. Naturam ſuam tegit, & quaſi quibusdam velis obtendit. Velat ingenioſa diſſimulatione conſilia ſua, tegit, premit, celat, in latebris probe ſita habet. Arte quadam cupiditatem ſuam, & mira ſimulatione occultat. V. *abdo*, *occulto*, *tego*, *clam*.

Abſens, tis, *gen. om.* **abweſend**. *Syn.* remotus, non præſens. *Uſus.* abſentis deſiderium epiſtolis leniamus. Abſente altero ſecundum præſentem judicatum. Nulla abſentis ratio eſt habita.

Abſentia, æ. f. **Abweſenheit**. *Epi.* levior, longa, brevis, dura, mœſta, triſtis. *Phraſ. Abſentiam moleſte fero*, **ich ſehe deine Abweſenheit ſehr ungern**. deſiderium tui non fero. Acre mihi deſiderium movet, commovet abſentia tua. Magnum relinquis tui deſiderium. Ipſa abſentia deſiderium accendit videndi tui. Omnis mihi mora te abſente longa eſt & moleſta. Dum præſentia careo, dum conſpectu tuo non fruor, dies mihi annus videtur. *Uſus.* vereor, ne abſentia mea levior ſit apud te, **die Abweſenheit wenig achten**.

Abſilio, is, lii, ire, **davon ſpringen**. *Syn.* Saltu alicunde recedo.

Abſimilis, e, *com.* **ungleich**. **Wird gemeiniglich unter dieſen Wörtlein**; non, haud, nec, neque, **geſetzt**. *Syn.* diſſimilis, diſpar, impar. *Uſus.* Non abſimilis Tiberio. Vid. *diſſimilis*, *diſcrepo*.

Abſiſto, is, ſtiti, ere, **abſtehen**. *Syn.* diſcedo, abſcedo, abeo, ceſſo, deſino, deſiſto. *Uſus.* 1. abſiſtere a ſole, **aus der Sonne gehen**. 2. *Transl. ab incepto deſiſto*, **abſtehen von einer Sache**, abſiſtere belle, pugna, furore, actione, obſidendo, peccando. Vid. *deſino*; *deſiſto*.

Abſolve, is, ſolvi, ſolutum, ere, **entledigen, losſprechen, vollenden**. *Syn.* perficio, conficio, perago, tranſigo, finem impono, ad exitum perduco: *item* libero. *Adv.* aperte, bene, copioſe, honeſte, honeſtiſſime, perfecte, plane. *Phraſ. Opus nondum abſolviſti*, **du haſt das Werk noch nicht vollendet**. Præclare inchoatis tuis ſumma, extrema manus nondum acceſſit. Conſilia tua & inſtituta nondum ad exitum adducta ſunt; pervenerunt; exitum nondum habent; attigere; longius adhuc abſunt ab exitu. Nondum confectum, exactum opus eſt. Nondum ad calcem operis decurſum, perventum eſt. 2. *Res brevi abſolvetur*, **die Sache geht ſchon zum Ende**, res in exitum

Digitized by Google

est; in extrema operis parte ac conclusione est; a perfectione operis non longe, non multum abest; propediem metam attinget; exitum habebit; ad exitum provehetur; ad fastigium perducetur. Operis molitioni brevi tempore summa manus admovebitur, adjicietur, imponetur. Jam calcem operis video; lineas admoveri sentio. In eo sum, ut operi Colophonem addam, coronidem, fastigium imponam. 3. *absolvamus negotium.* lasset uns der Sache ein Ende machen. negotio tandem modum finemque faciamus, statuamus, constituamus. Extrema tandem rei persequamur. Finem inveniat tandem suum laborioſi operis institutum; supremam manum expectet. 4 *Bellum nondum absolutum est*, der Krieg hat noch kein Ende. Bellum hoc affectum est, (*prope confectum*) nondum confectum est; magna ex parte profligatum, nondum sublatum est. Nondum bello defuncti sumus. Nondum ad exitum belli ventum est. Belli reliquiæ adhuc persequendæ sunt. Belli extrema sunt defenda. 5. *Annus absolvetur brevi*, das Jahr wird bald zu Ende gehen. Annus in exitu est. Annus præcipitat. V. *perficio*, *finis*. *Usus*. 1. *perficio*, vollenden. opus, pensum absolvo. 3. *libero*, *solvo*. Fidem absolvere, solvere, liberare, sein Wort halten. 3 *judicio vinco*. Injuriarum, affectati regni suspicione multis, ac non dubiis judicum sententiis absolutus est, losgesprochen werden. 4. *abire cupientem dimitto*. Absolve me tandem, me me ultra morare, entlaß mich doch endlich. 5. *Contineo*, in sich halten, begreifen. Honestas omnis quatuor partibus absolvitur. 6 *in rebus Sacris a peccatis, & Ecclesiæ poenis absolvere*, von Sünden und Kirchenstrafen losſprechen. Exsolvere criminum vinculis. Constrictos scelerum vinculis animos potestate divinitus collata relaxare. Expiare noxis, culpa confitentes reos. Admissa superioris vitæ crimina pro tribunali sacro donare, Ecclesiæ communioni restituere, von dem Kirchenbanne auflöſen. Pacem Ecclesiasticam reddere; Ecclesiæ reconciliare.

Absolute, *Adv.* vollkommentlich. *Usus.* perfecte atque absolute beatus.

Absolutio, nis, f. Vollkommenheit. *Syn.* perfectio. *Epi.* perfecta, constans. *Usus.* 1. Ad hujus absolutionem operis multa desunt, zur Vollkommenheit dieſes Werks geht noch viel ab. 2. *in judicio*, gerichtliche Losſprechung. Ego mea oratione absolutionem tibi confeci, ich habe dir die Losſprechung zuwege gebracht. V. *Absolvo.*

Absolutus, a, um, *particip.* von absolvo, vollkommen, ledig gesprochen. *Syn.* perfectus, peractus; liber, judicio, dimissus. *Adv.* perfecte, plane. *Phras. Absolutus est a judicibus*, er ist gerichtlich ledig gesprochen worden. Judicio liberatus, absolutus, erutus; supplicio exemptus est. Judicum sententiis insons, expers culpæ judicatus, pronuntiatus, declaratus est. Judicio evasit, elapsus est. Senatorum urna, sententia absolutionem consecutus, adeptus est. Sententia de homine lata est ea, quæ insontem, neque culpæ affinem, nullo constrictum, adstrictum, contaminatum, aspersum scelere declarávit. *Usus.* 1. Culpa, crimine absolutus, losgesprochen. 2. Orator omnibus numeris absolutus, vollkommener Wohlredner.

Absonus, a, um, übel lautend. *Syn.* dissonus, male consonus, non consonans, repugnans, male conveniens, discors, discrepans. *Usus.* 1. Vox absona, voce absonus. 2. *Transl.* absoni fortunis motus; dicta fidei absona; absoni mores & inconditi, übel übereinſtimmende, ungereimte Sitten. V. *inconveniens.*

Absorbeo, es, bui, vel sorpsi, sorptum, ere, austrinken, verſchlucken. *Syn.* Sorbeo, haurio, exhaurio, devoro, rapio, absumo, abligurio. *Usus.* Vide, ne te aut consuetudinis, aut gloriæ quidam æstus absorbeat. Quæ charybdis tam vorax, quæ tot res tam cito absorbere potuisset? verſchlingen, von einem verſchwenderiſchen Menſchen. V. *haurio*, *abligurio.*

Absque ohne, mit der 6. End. *Syn.* Sine. *Usus* absque eo esset, recte mihi vidissem. *Ter. Phorm.* 1. 4. wenn Antipho nicht wäre, würde ich mir ſchon zu rathen gewuſt haben. Absque te foret, alia fortuna uterer, wenn du nicht wäreſt, würde ich glücklicher ſeyn.

Abste-

Digitized by Google

Abſtemius, a, um, der nicht Wein trinket. *Uſus*, Vini abſtemius, abstinens, Mulieres Romæ ætatem abſtemiæ egerunt. Prandium abſtemſum. V. *bibo*.

Abstergo, is, terſi, terſum, ere, abwiſchen. *Syn.* tergo, detergo, purgo, doleo, abluo, diluo. *Adv.* plane. *Uſus.* 1. frontem abstergere; frontem linteo effingere. 2. *Transl.* Sedo, tempero, ſugo, beſänftigen, mäßigen, vertreiben. Epiſtola tua mihi metum omnem & ſuctum absterſit, ſenectutis moleſtias, faſtidia, ægritudinem blanda amicorum conſuetudine abstergito.

Absterreo, es, ui, itum, ere, abſchrecken. *Syn.* terreo, deterreo, arceo, prohibeo; terrorem incutio. *Phraſ.* *Non abſterrebis me a conſilio*, du wirſt mich von meinem Vorhaben nicht abſchrecken. Minæ tuæ neutiquam a cœpto conſilio me depellent, avocabunt. Minis tuis nihil moveor. Ad terrorem iſtum facile invictus ero. Terror iſte minarum tuarum animum nequaquam franget, debilitabit, *Uſus.* absterrere a ſe ſupplicem. V. *terreo*, *prohibeo*.

Abstinens, tis, *partic.* von abstineo, enthaltend, mäßig. *Syn.* temperans, ſobrius, moderatus, parcus, ſuo contentus, continens, modeſtus. *Adv.* Mirifice. *Uſus.* Non manus duntaxat, ſed & oculos abstinentes habet. V. *ſobrius*, *jejunus*.

Abstinentia, æ. f. Enthaltung, Mäßigkeit. *Syn.* modeſtia, continentia, parcus victus, modicus cibus, ſobrietas D. *per* abstinentiam *cohibemus nos ab alienis*; *per* continentiam *a voluptatibus*. *Epi.* admirabilis, incredibilis, provincialis, ſumma, parca, ſana, longa, ſancta, dura. *Uſus* 1. Nulla re Prætor facilius Provincialium benevolentiam colligit, quam abstinentia & continentia, durch Mäßigkeit ſich beliebt machen. 2. Vini, ciborumque abſtinentia [illegible] mitigatur, Mäßigkeit [illegible] das Fieber. V. *Abſtinens*, *ſobrius*.

Abſtineo, es, ui, tentum, ere, ſich enthalten. *Syn* prohibeo, tempero. *Adv.* facile, vix. *Phraſ.* [illegible] *injuria*, er hat ſich [illegible] ab injuria & [illegible] ſe prohibuit. [illegible] injuriis parcendum ſibi duxit. Iram tenuit; manus ab injuria abſtinuit. Iram in poteſtate habuit, animumque a vindictæ dulcedine abduxit. 2. *abſtinet multo cibo*, ſich von vielem Eſſen enthalten. Multi cibi non eſt. Cibo utitur tenui. De cibi, potionisque menſura multum quotidie detrahit, minuit. Frugaliter ac parce vivit. Minime edax eſt. Arcte contenteque, ſobrie, continenter; ſevere, minimeque molliter ac delicate vivit. In cibi, potionisque modo egregie ſibi imperat, moderatur. Abdicat e ſe lautitias omnes; privat ſe multis ſuavitatibus cœnarum. Tenuiſſimo victu contentus eſt. Cibi, potionisque in eo eſt intra naturale deſiderium uſus. Continentiam in victu mirabilem tenet. Non modo delicias, ſed & neceſſaria vitæ valetudinisque fomenta mira frugalitate reſtringit, finit, definit. In victu ſummam moderationem adhibet. Cibi potusque ratio parciſſima illi eſt, & a ſumptuoſis cœnarum apparatibus remotiſſima. Cum in omni vita, tum in curando maxime corpore ſumma moderatione utitur. V. *Sobrius*, *Diæta*. *Uſus*. 1. *a vitio ſe aut alios coercere*, von Laſtern abhalten. De maledictis, a culpa: mentem a ſcelere; manus ab alienis pecuniis; ſermonem de re abstinere. 2. *arcere*, *prohibere*, abhalten, verhindern. Ægrum cibo; pupillum ab hæreditate abstinere. Vim & bellum a finibus; vim ab inimico & manus; ignem ab ædibus abstinere. 3. pugna, bello, publico, urbe, mari abstinere, ſich entziehen, enthalten 4. Sermonem abstinere de civium discordiis, zu reden aufhören.

Abstractus, a, um, *part.* von abstraho, abgezogen, oder auch entzückt. *Syn.* avulſus, disjunctus, abductus. *Phraſ.* abstractus a ſenſibus animus eſt, er iſt verzückt. abstractus a corpore animus, divinoque inſtinctu concitatus; abductus a conſuetudine ſenſuum. Vis animi ſejuncta a corporis ſenſibus. Animus ex cœleſtibus ſuſpenſus. Animus ſpreto corporis vinculo evolat ac excurrit foras. Expulſum repente ſenſibus oblata cœleſtium ſpecies rapit, tenet. Quidam tanquam ſeceſſus mentis a corpore factus eſt. Meus a ſenſu corporis

Digitized by Google

ris quasi emota, ac alienata est; divino impetu instincta & concitata; stupore ac silentio in contemplatione cœlestium defixa; a corporis sensu avocata. V. *Separo. Usus*, a conjuge abstractus, ac liberis. Abstractus a ratione sensus.

Abstraho, is, traxi, tractum, re, **abziehen.** *Syn.* abripio, avello, avoco, abduco, removeo, dimoveo, divello. *Adv.* *a, ab, de, e, ex, valde. Phras. barbara & vulg. Abstrahendo ab impietate hominis, imperitissimus certe est.* Si impietatem etiam subtraxeris, semoveris; semota ea ratione; detracto, quod impius, rudis tamen est & imperitus, **nichts zu melden von seiner Gottlosigkeit, so ist er doch ungeschickt, und unerfahren.** *Usus.* 1. ab omni me solicitudine, a rebus gerendis, e conspectu aliorum abstraham, **sich entschlagen.** 2. Civitatem a moribus inquinatis, a servitute abstraxit, **befreyen.** 3. Incensos animos a certamine, a vincendi cupiditate abstraxit, avocavit, **abhalten.**

Abstringo, is, nxi, ctum, ere, **auflösen.**)(*stringo. Usus.* Nodum abstringere, **den Knoten auflösen.**

Abstrudo, is, si, sum, ere, **verbergen, verstossen.** *Syn.* abscondo, abdo, recondo, occulto. *Adv.* Penitus, foris, inter. *Usus.* Natura veritatem penitus in profundo abstrusit, **die Natur hat die Wahrheit sehr tief verborgen.** Tristitiam abstrudere sapientis est. V. *abscondo, occulto, abdo.*

Abstrusus, a, um. *Part.* **von** abstrudo, **verborgen** *Syn.* Latens, occultus, abditus, reconditus. *Adv.* Penitus. *Usus.* Diu reconditus, & abstrusus animi dolor. Homo abstrusus, & intra se abditus, **der seine Sachen heimlich hält.** V. *occultus.*

Absum, abes, abfui, esse, **abwesend seyn.** *Syn.* remotus, disjunctus sum, disto, desum. *Adv.*)(*adsum.* longe, longius, diutius, frustra, dolenter, haud procul, longe gentium, longissime, multum, non longe, paulisper, perpetuo, plurimum, procul, potius, prorsus nihil, nunquam, causa alicujus rei, biduo, biduum, parumper, hinc. *Phras. Absit istud*, **dieses sey ferne. Gott verhüte es.** Quod nolim; quod Dii (Superi) prohibeant; quod Dii (Superi) omen averrunt; obruant; averruncent. Hæc absint, vetim, Dii immortales faxint, ne sit! Dii meliora! Superi meliorem mentem illi! Detestabile omen avertat Jupiter! ne id Superi sinant, fiverint! Abest, absitque procul a Republica fortuna talis! Ne istud Dii, hominesque patiantur! Quod abominor; quod boni Superi prohibeant! *Usus.* 1. abesse domo, a foro, urbe, a suis; desiderari, **abwesend seyn.** a. *alienus sum*, **weit entfernet seyn.** Nihil a me longius abest, quam avaritia. A laude boni civis, cogitatione, spe recuperandæ libertatis; a culpa, maleficio, infamia, officio boni civis longe abesse. 3. *desero, desum*, abesse amico in periculo, **verlassen.** Quid huic abest, nisi res & virtus? **was geht ihm ab?** 4. *In loquendi modis sequentibus.* Abesse non potest, quin, qui hoc facit, sit improbissimus, **es wird nicht fehlen, daß der nicht** ꝛc. Tantum abest, ut hoc insicier, ut plurimum affirmem etiam; vel tantum abest, ut insicier; affirmo etiam. **Ich läugne es nicht allein nicht, sondern bekräftige solches.**

Absumo, is, sumpsi, sumptum, ere, **verzehren.** *Syn.* Consumo, contero, conficio, perdo, exhaurio, dilapido, prodigo. *Phras. Absumpsit opes suas*, **er hat sein Geld verschwendet.** Adesa, devorata pecunia opes pristinas abligurivit; per luxuriam effudit ac consumpsit. Rem veterem, recentemque comedit, ac devoravit; decoxit. Censum mersit. Opes luxus hausit. Laceravit rem domesticam, disperdidit, confregit. Pecuniæ ingentem vim in conviviorum luxum profudit. Opes attrivit & dissipavit. *Usus.* Fames hominem, & illuvies, denique mors fortuita absumpsit, **der Hunger** ꝛc. **hat ihn aufgerieben.** V. *Consumo, perdo.*

Absurdus, a, um, **ungereimt.** *Syn.* Ineptus, turpis, alienus, absonus, minime consentaneus, inconveniens.)(*Conveniens, aptus. Adv.* Plane, valde. *Phras. Absurdum est*, **es ist ungereimt** Pravum, atque alienum a moribus est; inconcinnum atque absonum. Rus quidem id merum est. Res est, quam omnium mentes aspernentur, ac respuant. *Usus.* Homo, sonus, vox, absurda, atque abhorrens, **abgeschmackt.**

Abundans, antis, gen. omn. *Partic.* **von** abundo. **überflüßig.** *Syn.* Affluens, effr-

Digitized by Google

circumfluens, copiosus, dives, fertilis, uber, plenus, refertus.)(inops, egens. *Ufus.* Abundanti doctrina vir, sed idem studio, otioque abundans. Supellex non quidem luxuriosa, sed tamen abundantis, Ex abundanti, zum Ueberfluße. V. *divitiæ, pecunia.*

Abundanter. *Adv.* überflüßig. *Ufus.* Copiose & abundanter loqui.

Abundantia, æ, f. Ueberfluß. *Syn.* Vis, numerus ut *pecoris*, copia, ubertas, affluentia, magnitudo, acervus, fertilitas.)(*egestas, inopia. Epi.* Infinita, magna, vitiosa, larga, dives. *Ufus.* Ingenii juxta, & otii, & rerum omnium abundantia felix. Est hæc quædam abundantia amoris erga me tui.

Abunde, *Adv.* überflüßig. *Syn.* Abundanter, copiose, affatim, largiter. *Ufus.* Abunde magna præsidia.

Abundo, as, avi, atum, are, überflüßig haben. *Syn.* Sum dives, affluo, circumfluo, redundo, magnam copiam habeo.)(*deficior, egeo, desit. Phraf.* Abundat opibus, er hat einen Ueberfluß an Gütern. Floret, circumfluit omnibus copiis. Redundat omnibus ornamentis. Omnium rerum affluentibus copiis ditatur. Abunde illi copiarum est. Magna rerum omnium copia, affluentia gaudet. Omnium rerum facultates illi suppetunt. In omnium rerum abundantia vivit. *Ufus.* Otio, ingenio, copiis, familiaritatibus, propinquorum amore, ornamentis abundat, Zeit, Witz ꝛc. genug haben. V. *divitiæ, copia.*

Abvolo, as, avi, atum, are, abfliegen. *Syn.* Fugio, fluo, evanesco. *Ufus.* Fluit corporis voluptas, & prona abvolat.

Abusque, bis vor, *cum Ablat.* * *Ufus.* Abusque mane ad vesperum.

Abusus, us, m. Mißbrauch. *Syn.* Malus usus.

Abutor, eris, usus sum, uti, mißbrauchen. *Syn.* Non recte, non suo loco, male, perverse utor. *Adv.* Prorsus, immoderate, insolentius, eleganter, ingrate, impudenter, intemperanter, licentius, perverse, privatim, publice. *Phraf. Alnti fortunis*, sein Geld mißbrauchen. Rem ad pestem bonorum, ad frugem, aut luxum convertere. Fortunis intemperantius, [illegible] uti. Effundere copias. Perverse, improbe, immodice, insolenter uti. Rem usu iniquo corrumpere. Fortunæ magnitudinem non capere. Fortunam per socordiam ac ignaviam corrumpere. *Ufus.* 1. *In malam plerumque partem.* Tribunatu ad scelus; legibus, & Majestate judicum ad libidinem; alieno nomine ad suum quæstum; auribus, facilitate hominum, donatione, fortunis, gloria nominis & otio ad superbiam; scelere & perfidia ad alicujus exitium abuti, zum Böſen mißbrauchen. 2. *In bonam partem interdum.* Omni tempore ad dicendum concesso abusus sum. Opera in studiis abutor. Ignoratione tua ad salutem miseri abusus sum, zum Guten verbrauchen.

Ac, *Conjunct.* und, als. *Syn.* Et, que, atque, *vel* quam. *Eleganter periodum incboat sequente Consonante. Ufus.* 1. Ac primum ex te quæro, und zwar anfänglich frage ich dich. 2. *Quam*, als Perinde doctus, ac pius. Aliter, secus, contra, ac existimabam, accidit, es ist anders, als ich vermeynt habe, geschehen.

Academia, æ, f. hohe Schule. *Syn.* Gymnasium, Athenis Ceramicus, Lycæum. *Epi.* Adolescentior, antiqua, florens, media, nova, procax, recentior, recens, vetus, umbrifera, volatica, sui similis.

Academici, orum, m. die sich auf der hohen Schule aufhalten. *Epi.* Sapientes, novi, veteres, diserti, antiqui, quasi certa cogitatione certi. *Ufus.* Academici & Peripatetici rebus congruentes, nominibus differebant.

Accedo, is, cessi, cessum, ere, hinzu gehen. *Syn.* Adeo, venio, appropinquo, appello, contingo, transeo ad, addor, advenio, propinquo, adjungor, advento, advolo.)(*decedo. Adv.* Callide, extrinsecus, intempestive, invitius, magis & propius, maturrime, multum, sane post, omnino non occultius, pressius, promptius, propius ad, proxime ad, cominus, huc, obviam, voluntate, temere, timide, tuto, propius paulo, prudentius, quam proxime. *Phraf. Accedere hominem ex animo*, ich möchte gern zu ihm gehen. Aditum molior. Admoveo me lateri. Appello me ad hominem. Gradum, pedem confero. Congredior propius. Viam affecto ad hominem. Gradum molior, cursum ea-

Digitized by Google

capesso, aditum, quæro ad senem. Aspiro ad locum, convolo, subeo. *Usus.* 1. In Apuliam, ad urbem, in oppidum, ad ludos accedere, **hinzugehen.** 2. *Suscipio* **annehmen.** Ad causam alterius, ad conditiones certas, ad pactiones accedere. Ad dignitatem, ad amicitiam alicujus accedere. Ad periculum certum, ad Rempublicam gerendam accedere. 3. *Consentio,* **beystimmen.** Ciceronis sententiæ, Pompeji partibus accedo. 4. *Similis sum,* **gleich seyn.** Summa virtus proxime ad Deos, ad Deorum similitudinem accedit. Academici proxime ad nostram disciplinam accedunt. 5. *Additur,* **hinzukommen.** Ex ea re magnus dolor bonis viris accessit. Paulum roboris ætati: Vino æras accessit. 6. *Transeundi ad alia formula,* **über dieß, ferner weiter.** Huc, eo accedit, quod &c. V. *appropinquo.*

Accelero, as, avi, atum, are, **herzu eilen.** *Syn.* Maturo, celero, propero, festino, premo, urgeo.)(*tardare. Perasp.* Accelero, **ich eile.** Celeritatem adhibeo, suscipio; celeritate, festinatione utor maxima. Maximis itineribus advolo. Cursu magno, rapidis passibus feror. Admatura negotium, **beschleunige die Sache.** Propera, quæ incepto usui esse possunt. Adde gradum. Moras tolle, **eile.** *Usus.* Mortem, opus, cœpta, gradum accelerare, **beschleunigen.** V. *propero, celer, festino.*

Accendo, is, cendi, censum, ere, **anzünden.** *Syn.* Inflammo, incendo, uro, illumino, illustro.)(*extinguo. Adv.* Leniter, sensim, contra, in aliquem. *Phras. Accendit domum,* **er hat das Haus angezündet.** Ardentes faces in tecta jactavit, injecit. Ignem tectis intulit; flammas injecit; faces ingessit, subdidit. Igneis ædibus subjecit, admovit. Incendium per domus fudit. V. *Incendium, inflammo Usus.* 1. Deus solem ut lumen quoddam accendit. **Gott hat die Sonne gleich als ein Licht der Welt angezündet.** 2. *Transl. ad animi affectus,* **heftige Gemüths Neigungen.** In mentione commoveri videbatur & accendi. Luctu accensus & cupidine, **von Begierd angeflammt.**

Accensus, i, m. **Rathsdiener.** *Syn.* Minister publicus, præco, apparitor consulis, *Epi.* Conjunctus & proximus. *Usus.* Accensus eo sit numero, quo eum majores nostri esse voluerunt.

Acceptio, nis, f. **Empfahung, Annehmung.** *Usus.* 1. Nec deditio, nec donatio sine acceptione intelligi potest. 2. *Transl. sed barbare. Sine acceptione personarum jus dicere,* **ohne Ansehen der Person das Recht sprechen.** Nullo hominum respectu, ratione, discrimine; nulla gratiæ habita ratione; nihil gratiæ dando, tribuendo, in judicio, causæ meritum, ac æquitatem spectare.

Acceptus, a, um, **angenehm.** *Syn.* Carus, gratus, gratiosus, gratia valens, pollens. *Usus.* 1. Rumor in vulgus acceptus. Nihil Deo virtute acceptius, **angenehm.** 2. Acceptum refero, **das empfangene in die Rechenbücher eintragen.** Tabulis, vel codici acceptorum infero receptam a te pecuniam, in tabulas refero. 3. Acceptum fero, refero, **dankbar zuschreiben.** Quod vivo, fortunas, liberos, Rempublicam, senectutis otium tibi acceptum refero. Nemo virtutem Deo acceptam refert. 4. *Bene vel male habitus,* **gut oder übel gehalten.** Inopia rerum omnium pessime accepti sunt. V. *gratus, gratia, gratiosa.*

Accersio vel **Accerso,** is, ivi, itum, ire, vel ere, **hinzuberuffen.** *Syn.* Advoco, voco, evoco, accieo, accio, appello. *Adv.* Aliunde, ultro. *Usus.* Ex ultimis terris ad se, ad societatem laboris, ad negotium, ad bellum accersere, **einen von weiten Landen zu sich ꝛc. beruffen.** 2. Capitis aliquem, majestatis accersere, **einen auf Leib und Leben anklagen.** Invidioso crimine aliquem accersere, accusare. V. *Voco, accuso.*

Accessio, nis, f. **Vermehrung, Zusatz.** *Syn.* Additamentum, incrementum,)(*decessio. Epi.* digna, jucunda, legitima, nec ea vulgaris, libera, magna, maxima, permagna, probabilis, parva atque exigua, quantacunque. *Usus.* 1. *Vectigalia extraordinaria supra statutributa,* **außerordentliche Anlage über den gewöhnlichen Zoll.** Pendit Sicilia modium sex & viginti millia, accessionem bis mille sestertium. 2. **Zusatz.** Accessionem adjungere ædibus. 3. **Zunehmen.** Accessio febris. **Anstoß vom Fieber.** 4. **Wachsthum.** Magnæ tibi factæ sunt accessiones dignitatum & opum. Magna ad veteres clades, ad ægritudines priores ea re accessio facta, allata est.

Digitized by Google

Ac-

Acceſſio annorum lentiores facit. V. *augeo*, *lucrum*, *quæſtus*.

Acceſſus, us, m. **Zutritt**, **Zugang**, **Hinzunahung**. *Syn.* Appropinquatio, appulſus, adventus, aditus.)(*receſſus*. *Epi.* Modicus, nocturnus ad urbem, popularis, ac tribunalis, proximus. *Phraſ. Acceſſum impedivit*, **er hat ihm den Zugang verwehret**. Aditum clauſit, præcluſit, interclusit, obſtruxit. Aditu, limine prohibuit, arcuit. 2. *Acceſſum facile præbet*, **er läßt jedermann gern vor**. Vir eſt congreſſu facilis, opportunus; aditu comis; in admittendo facilis; cujus comitas ad ſe cuivis aditum aperit; qui lenitatem, facilitatemque jucundam in congreſſu adhibet; neminem a congreſſu ſuo arcet, absterret, prohibet. 3. *Acceſſum difficulter præbet*, **er läßt nicht leicht jemanden vor**. Durus & inhumanus eſt, ad quem obſepti undique aditus & perquam difficiles; qui vix ulli ſui copiam faciat. *Uſus.* Luna acceſſu & receſſu lumen ſolis accipit, acceſſum & receſſum marinum efficit. D. acceſſus *eſt aditio*: acceſſio *autem* additamentum.

Accidit, **es hat ſich begeben**. *Imperſ. pertinetque ad res triſtes*: *uti* contingit *ad res lætas*. *Syn.* Evenit, uſu venit, cadit. *Phraſ. Accidit forte*, **es ereignet ſich**. Caſus incidit, intervenit. Forte ita cecidit, ut. Forte ita inciderat. Caſu factum eſt. Caſus, fortuna tulit. Factum eſt. Fortuna fecit. Fortunæ placuit, ut. 2. *Si acciderit*, **wenn es ſich zutragen ſollte**. Si res, ſi tempus, occaſio tulerit, poſtulaverit, exegerit. Si ſe offerret, ſe daret, oſtenderet occaſio. Si fortuna occaſionem obtulerit, detulerit, præbuerit. Si tempus, facultas accidet. Si fortuna ferat, ſi tempus incidat. V. *evenio*, *eventus*. *Uſus.* ſi quid mali, adverſi; ſi quis dolor, ſi quæ calamitas acciderit, animo eſto firmo, **wenn ſich etwas widriges ereignet, laß den Muth nicht ſinken**.

Accido, is, cidi, ere. **widerfahren**. *Syn.* evenio, obtingo, contingo, cado, fio. *Adv.* aliter ac, aliter atque, caſu, contra, divinitus, fortuito, humanitus, incommode, inique, maturius, merito, opportune, optatius, percommode, perincommode, perraro, privatim, publice, ſeparatim nihil, valde ex voluntate, permirum, acerbius ad, contra quam, ſigillatim ad pedes. *Uſus.* 1. *evenire*, ereignen. Si quid pupillo humanitus accideret. Calamitates ipſæ mihi non ingratæ acciderunt. 2. *procumbere*, **zu Füßen fallen**. ad pedes, ad genua accidere. 3. Cadere juxta, **zufallen**. Miſſa a Gallis tela gravius accidere. Neſcio, quæ vox mihi ad aures, *vel* auribus accidit, **zu Ohren kommen**. V. *evenio*, *accidit*.

Accido, is, cidi, ciſum, ere. **abhauen**. *Syn.* Cædo, circumcido, conſumo, abſumo, extenuo, affligo, haurio. *Uſus.* *Transl.* uno prœlio res, fortunæ, opes Carthaginis acciſæ ſunt penitus, afflictæ, imminutæ, extenuatæ. V. *affligo*.

Accieo, es, civi, citum, ere. **hinzu berufen**. * *Syn.* accio.

Accinctus, a, um. *part.* **von** accingo, **umgürtet**. *Syn.* induſtrius, paratus.)(*discinctus*, *negligens*. V. *paratus*.

Accingo, is, cinxi, cinctum, ere. **ſich umgürten**. *Syn* paro, comparo. *Phraſ. accingit ſe ad prœlium*, **er rüſtet ſich zur Schlacht**. Ultimæ dimicationi ſe inſtruit, comparat ſe ad pugnam. Nullo in eo mora eſt, quin in aciem procedat. Totus in eo eſt, ut in prœlii caſum quam optime comparatus deſcendat. *Uſus.* Accingere ſe operi, prædæ. In discrimen accingi. Ad ſordidum lucrum, magicas artes accingi. V. *paro*.

Accio, is, civi, citum, ire. **hinzu berufen**. *Syn* acceſſo, evoco, venire jubeo. *Adv.* Peregre, exultro. *Uſus.* 1. Litteris ex Italia in regnum accitus **berufen**. 2. *Transl.* Solet virtus magnam voluptatem accire, **erwecken**. V. *acceſſo*, *voco*.

Accipio, is, cepi, ceptum, ere. **bekommen, annehmen**. *Syn.* Suscipio, capio, recipio, ſumo, aſſumo, prehendo.)(*do*. *Adv.* Omnino, patienter, proxime, publice, recte, repugnanter, ſeparatim, ſerius, veſperi, viciſſim, aperte, amice, admirabiliter, aſperius, bene, clam atque extra ordinem, clementer, contra ac dicitur, durius, eleganter, extrinſecus, fortiter, graviter, hilare, honorifice, libenter, leviter, libertiſſime, liberalius, male, male ſatis, mirabiliter, moderate, ſevere, vehementer. *Accepi* peſſime, planius, valde copioſe, privatim. *Uſus.* 1. *Suscipio*, **annehmen**. Rempublicam, provinciam, imperium, exercitum, leges a victoribus, jusju-

Digitized by Google

randum a teſtibus, cauſam alicujus, ſatisfactionem, judicium accipere. Accipere conditionem, den Vertrag annehmen. admittere, non recuſare, ad conditiones accedere, deſcendere; pacis leges ſubire; conditione uti. Nullam ex iis conditionibus non ſequendam putare, ducere, cenſere. 2. *tracto, excipio*, gut oder übel halten. Conviviis, apparatis opulis, laute, magnifice, familiariter, hilari lepidoque ingenio accipere. Male, indignis modis, multis verberibus, aſpere accipere. 3. *fero, patior*, gedulden, übertragen. Animo æquo, moderate admonitionem meam accipit: pronis auribus, moderatione maxima, animo lubenti admittit; ſumma voluntate complectitur. 4. *interpretor in bonam partem*, gut aufnehmen. accepit in bonam partem, in partem optimam, moderate, amice, ſine offenſione; æquis auribus, animisque; animo, quod dictum eſt, optimo, in mitiorem, meliorem, dexteriorem partem accepit; *alias*: *Boni* conſuluit; Æqui, bonique fecit. 5. *Interpretor in malam partem*, übel aufnehmen. In malam partem accipis. In ſiniſtram, pejorem, deteriorem partem; graviter; aſperius; durius; in contumeliam; aliorſum; aliter; in alienam ac dictum eſt, partem accipis. *alias*: In contumeliam vertis. In contumeliæ loco ponis. Graviter; ægre; indigne fers, ac moleſte: in deteriorem partem rapis. 6. *intelligo, audio*, vernehmen, hören. A tabellario, a majoribus, auditione, fama id accepimus. Artes a Magiſtris, aliquid ſuo experimento, natura duce accipere, erlernen. 7. *aſſumo*, aufnehmen. In ſocietatem, amicitiam, deditionem accipere, 8. *capio*, faſſen. Animum in aliquem quietum, fiduciam, ignominiam, calamitatem, dolorem, offenſionem, injuriam, metum, lætitiam, voluptatem de virtute alicujus. 9. *ſuſtineo*, leiden. Plagam, detrimentum, repulſam accipere. V. *obtineo, acquiro, tracto*.

Accipiter, tris, m. Raubvogel. *ab accipiendo dictus*. *Epi.* Præceps, ferus, velox, atrox, nulli avi ſatis æquus,

Acclamatio, nis, f. das Zuruffen. *Syn.* admurmuratio, exclamatio, plauſus, applauſus. *Epi.* Acuta, attenuata nimis, adverſa, levior, magna, maxima, ſecunda, ingens, læta, canora. *Uſus.* Non acclamatione tantum, ſed convicio & maledictis impeditus eſt Pompejus.

Acclamo, as, avi, atum, are. zuruffen. *dicitur de clamore populi rem probantis, vel imprecantis. Phraſ. Acclamatur ab omnibus*, es ruft alles zu. admurmuratio omnium facta eſt. Conclamatur ab omnibus. Extollitur ab omni parte clamor. Clamore approbatur; adjuvatur ruentium in hoſtem impetus. Contumelioſiſſimo acclamationum genere reus laceratur. *Uſus.* Oranti populus cum riſu acclamavit. V. *clamo, applaudo*.

Acclino, as, avi, atum, are. hinzu neigen. * *Syn.* inclino, flecto ad aliquid. *Uſus.* acclinavit ſe ad illum.

Acclivis, e, *comm.* allgemach in die Höhe ſich erhebend. *Syn.* arduus; faſtigio leni ſubvexus; clementer, molliter aſſurgens. *Uſus.* Pars viæ valde acclivis.

Acclivitas, tis, f. Anhöhe. * *Syn.* Loci facilitas in aſcenſu. *Uſus.* Ab eo flumine pari acclivitate collis naſcebatur.

Accola, æ, m. einer, ſo nahe an einem Ort wohnet. *Syn.* vicinus, finitimus habitator. *Uſus.* amnis vadoſi accola.

Accolo, is, lui, ere. nahe dabey wohnen. *Syn.* juxta colo, habito. *Uſus.* Lacum, fluvium, mare, ſilvam, montem accolere.

Accommodatio, nis, f. Bequemlichkeit. *Epi.* conveniens, decens, aptaque diſpoſitio & collocatio. *Uſus.* Elocutio eſt idoneorum verborum, & ſententiarum ad intentionem accommodatio.

Accommodatus, a, um. von accommodo, bequem, tauglich, zugeeignet. *Syn.* paratus, aptatus, aptus, commodus, idoneus, habilis, opportunus. *Adv.* conſulto, vehementer. *Phraſ. Accommodatus eſt genio meo*, dieſer Menſch iſt trefflich nach meinem Sinne. Optime convenit cum ingenio meo. Ad naturam meam mire factus eſt. Vehementer ad vitæ meæ rationem, & conſuetudinem eſt accommodatus V. *aptus. Uſus.* Oratio ad perſuadendum accommodata. Verres ad vim, ad facinus accommodatus. Tempora ad res gerendas accommodata.

Accommodo, as, avi, atum, are. bequemen. *Syn.* apto, comparo, concinno, commodo, applico. *Phraſ.* Me totum ad nutum tuum effingam & accommodabo.

Digitized by Google

modabo, **ich werde mich gänzlich nach dir bequemen.** totum me ad voluntatem tuam, nutumque convertam; ad ductum me tuum applicabo; tibi serviam, tuam ad voluntatem meam conformabo; mores ex moribus formabo tuis; tibi me dedam penitus; tuis obsequar studiis, subserviam; de studio tuo studia mea erunt omnia; voluntatibus ubique velificabor tuis; totum me ad arbitrium tuum, inque mores tuos fingam, formabo; cum tua voluntate mea facile congruet, consentiet, conspirabit. *Nullo negotio se, suamque fingit ad aliorum voluntates*, **er schickt sich gar gern in den Willen anderer.** In aliorum arbitrium concedit, discedit, descendit: se ad aliorum nutum & arbitrium flectit; eorum voluntatibus obtemperat; arbitrio morem gerit; ad aliorum ingenium, mores, voluntates, mores componit, conformat suos. *Boni civis est, voluntatem suam ad Rempublicam accommodare*, adjungere, conferre, aggregare, **einem guten Bürger steht es zu, daß er seinen Willen mit dem gemeinen Wesen vereinige.** Conjungere voluntatem suam cum publica causa; In omni voluntate sua, quid rationes publicæ ferant, postulent, spectare, intueri, attendere; nihil unquam velle a publica re sejunctum, alienum, separatum, disjunctum, remotum; nihil **agere**, suscipere, moliri, quod Reipublicæ non conducat, expediat, *quod ejus commoda* non postulent. *Rationes nostræ accommodandæ sunt tempori*, **man muß sich in die Zeit schicken.** Temporibus est assentiendum, obsequendum, cedendum, serviendum, inserviendum, rationes nostræ ad temporis rationes accommodandæ sunt; Populo subinde & scenæ, ut dicitur, serviendum est; Cujusvis temporis, *aut* temporum *hominem* te esse convenit. Temporis rationem ducere; ad tempestatem rem, consilia, actiones dirigere; consilia & actiones tempore moderari, res ad tempus accommodare; consilia **ad rationem** temporis componere, comparare te oportet. Decet nos in agendis **rebus** quasi ducem, aut consiliarium habere tempus. Fortunæ, tempori, **necessitati** parendum. **Tempore** utendum. Spectandum in **omni re, quid res ac tempus ferat**, postulet. *Usus.* 1. Ensem lateri, coronam capiti &c. accommodare, **den Degen auf die Seite, die Krone auf das Haupt setzen, daß es sich recht schickt.** 2. **sich bequemen.** Fac animum litteris; curam agriculturæ; voluntatem tuam ad Rempublicam, **te ad** aliorum nutum accommodes. 3. **brauchen, anwenden.** Nomen tuum, testimonium, jusjurandum, ad amicorum causas libens accommodabo. 4. **Leihen.** Alicui de ædibus, suas amico ædes ad nuptias accommodare.

Accommodus, a, um. **bequem.** *Syn.* Appositus, commodus, opportunus, aptus, idoneus.

Accresco, is, crevi, ere. **zuwachsen.** *Syn.* Cresco.)(*decresco. Usus.* Flumen vehementer accrevit. Ex ea hæreditate patrimonio tuo non multum accresset. Novi dolores, nova negotia veteribus accrevere. Hæc consuetudo cœpta a parvis, tecum simul accrevit. V. *Augeo, augesco, addo, cresco.*

Accretio, nis, f. **Anwachsung.** *Syn.* Incrementum. *Usus.* Luna accretione, & diminutione luminis dies notat.

Accubatio, nis. f. **das Sitzen beym Tische.** *Usus.* Status, incessus, sessio, accubatio quam minime indecore fiant. *Epi.* Epularis.

Accubo, as, cubui, itum, are. **dabey liegen.** *Syn.* Assideo, accumbo, adjaceo. *Usus.* In convivio eodem lecto alicui *vel* apud aliquem accubare, **mit einem am Tisch sitzen.** 2. **nahe seyn.** Theatrum Tarpejo monti accubat, imminet, adjacet.

Accudo, is, cusi, cusum, ere. **zuschmieden.** **Syn.* Addo. *Usus.* Tres minas accudere potero.

Accumbo, is, cubui, cubitum, ere. **zu Tisch sitzen.** *Syn.* Accubo, cubo, adjaceo, recumbo. Discumbo *semper de pluribus dicitur. Adv.* Infra, supra aliquem, in summo *situs erat epulantium. Usus.* Supra, infraque accumbunt.

Accumulo, as, avi, atum, are. **anhäufen, vermehren.** *Syn.* Augeo, adaugeo, addo, coacervo, congero, exaggero, construo, compono, colligo, cogo.)(*demo, imminuo. Adv.* Acervatim. *Usus.* Aliquem donis accumulare; alicui honorem accumulate. V. *Augeo, copia.*

Accuratio, nis, f. **Fleiß, Sorge.** *Syn.* Studium, diligentia, cura. *Epi.* Diligentior, mera, major, vehementior, ora-

Digitized by Google

oratoria. *Uſus.* Accurationem adhibere, accuratione uti maxima **Fleiß anwenden.** V. *diligentia, cura.*

Accuratus, a, um. **mit Fleiß gemacht.** *Syn.* Meditatus, exquiſitus, abſolutus, perfectus; Summo ſtudio, ſumma induſtria elaboratus. *Uſus.* Dicendi genus, ſermo, commentatio accurata. Malitia accurata, **eine ausſtudirte Bosheit.** V. *Diligens, ſolicitus.*

Accuror, atis, atus ſum, ari. **fleißig verſorget werden.** *Syn* Curor, diligenter adminiſtror. *Adv.* Melius. *Uſus.* Melius accurantur, quæ conſilio geruntur.

Accurro, is, curri, curſum, ere. **zulaufen.** *Syn.* Ad aliquem curro, aliquo contendo, advolo, me confero, concurro. *Adv.* Cupide, libenter. *Phraſ. Accurrere.* **zulaufen.** Gradum, curſum flectere ad aliquem. Concurſus facere ad aliquem. V. *Curro. Uſus.* 1. Romam accurre quæſo, **eile doch geſchwind nach Rom.** 2. *Transl.* Iſtæ imagines ita nobis dicto audientes ſunt, ut ſimul atque velimus, accurrant, **zu Gemüthe kommen.**

Accuſabilis, e. *comm.* **klagwürdig.** *Syn.* Accuſatione & reprehenſione dignus. *Uſus.* Quorum omnium accuſabilis eſt turpitudo.

Accuſatio, nis. f. **Anklage.** *Syn.* Incuſatio, nominis delatio. *Epi.* Honeſta, diligens, illuſtris, mala, nugatoria, manifeſta, nobilis, glorioſa, vera, vetus, uſitata, acris, intenta, infans, muta, nova, opima, perpetua. *Uſus.* Accuſationem inſtituere, profiteri, **einen Kläger abgeben.** V. *actio*

Accuſator, ris, m. **Ankläger.** *Syn.* Actor. (*defenſor. Epi.* Acer, acerbus, vehemens, multum acrior, æmulus, amans, bonus, diligens & firmus, falſus, ſatis firmus, gravis & vehemens, iratus, odioſus & aſſiduus, ridiculus, moleſtus, frigidiſſimus, gravis, idoneus, imbecillus, melior, temerarius, voluntarius. *Uſus.* Accuſatorem comparare in aliquem; alicui accuſatorem ponere, opponere, **einen Ankläger beſtellen.** Perſonam accuſatoris, ut temere ſumſit, ita celeriter poſuit, **das Amt eines Anklägers ablegen.** V. *Actor.*

Accuſatorie, *Adv.* **anklägeriſch.** *Uſus.* Non hoc accuſatorie, ſed libere dixit.

Accuſatorius, a, um. **anklägeriſch.** *Uſus.* Spiritus, artificium, jus **accuſatorium.** Animo accuſatorio.

Accuſo, as, avi, atum, are. **anklagen.** *Rad. ex* ad & Cauſa. *Syn.* Defeto, poſtulo, arceſſo, arguo. *item*: Cauſam & culpam in aliquem confero; redarguo, inſimulo, criminor. X *excuſo, defendo. Adv.* Acrius, aſpere & acerbe, conſtanter, copioſe, diligenter, diligentiſſime, diſpoſite, falſo, graviter, gravius, graviſſime, improbe, inhoneſte, juſte, juſtius, laborioſiſſime, leviter, libere, liberius, moderate, nefarie, pie, præclare, probabilius, publice, litteris, ſeparatim, ſevere, vehementer, vere. *Phraſ. Æmuli Catonem quinquagies accuſarunt.* **Den Cato haben ſeine Feinde 50 mal gerichtlich angeklaget.** Catoni æmuli quinquagies diem dixere; litem intendere, intulere; Catonem judicio perſecuti ſunt; criminis reum fecere; in judicium, in crimen vocavere; reum citavere; in reos retulere; ejus nomen detulere. 2. *Periculoſum eſt, alios accuſare,* **es iſt gefährlich andere anzuklagen.** Res periculi plena eſt, judicio exagitare alios; in judicium adducere; in jus rapere, trahere; criminis reos agere, peragere; crimen inferre; dicam alicui ſcribere, impingere; actionem intendere; ambitus, captæ pecuniæ &c. arceſſere. 3. *Nihil ſceleratius eſt, ac ſocium falſo de crimine accuſare,* **nichts iſt gottloſer, als ſeinen Freund fälſchlich anklagen.** Immane facinus eſt, amico innoxio crimen affingere; accuſationem conflare immerenti; innocentem in criminis ſuſpicionem adducere; innoxium in culpam vocare, judicio exagitare; culpam, crimen conjicere, conferre in inſontem, criminis expertem; Amico nullo ejus merito crimen inferre. 4 *Cicero Verrem crimine capitali accuſavit,* **Cicero hat den Verres auf Leib und Leben angeklaget.** Cicero Verrem capitis accuſavit; judicio capitis arceſſivit; Capitis reum egit, peregit; in judicium capitis vocavit, adduxit; reum capitalium rerum fecit; Capitale Verri crimen intendit. 5. *Manlius graviſſime accuſabatur,* **Manlius wurde heftig angeklaget** Manlius in jus ire, ambulare; in judicio periculum capitis adire; cauſam capitis ex vinculis dicere cogebatur, Manlius judicio graviſſime conflictabatur; in judicio exagitatus reorum loco ſedere; accuſatorum impu-

Digitized by Google

ra maledicta, convicia audire; accusationis molestiam, judicium subire: tribunal adire compulsus est. Manlio periculosum negotium ab accusatoribus exhibebatur, ambitus, ac majestatis postulato. *Usus.* 1. *In judicio*, accusare capitis, peinlich anklagen. 2. *extra judicium*, de epistolarum negligentia, voluptatem accusare, beschuldigen.

Acer, cris, cre. scharf. R. *ab ἄκρος, summus.* *Syn.* Vehemens, acutus, strenuus. *Adv.* Longe. *Usus.* Homo acerrimo ingenio, consilio, memoria, von scharfem Verstand und Gedächtniß. In rebus agendis, perquirendis solers & acer. Acerrima est libertatis recuperandæ cupiditas, heftig. Acris oculorum acies. In acerrima & attentissima cogitatione tempus illud omne posui. Unguentum acerrima suavitate conditum. V. *Vehemens.*

Acerbe, *Adv.* bitterlich. *Syn.* Aspere, *Usus.* Accusationem acerbe tulit.

Acerbitas, tis, f. Bitterkeit, Strenge. *Syn.* 1 Ærumna, miseria, molestia, calamitas, tristitia. 2. Asperitas, feritas. *Epi.* Diuturna, magna, subita, summa. *Usus.* 1. Nullam acerbitatem, dolorem, cruciatum recuso, ich scheue keinen Schmerzen ꝛc. lacrimas in tuis acerbitatibus plurimas profudi. 2. Objurgatio tua multum habet acerbitatis. Multa uteris acerbitate. Ad summum imperium naturæ acerbitatem adjungis. In obvium quemque virus acerbitatis tuæ evomis. V. *Calamitas, asperitas.*

Acerbus, a, um. bitter, streng. R. *ex acer, proprie de fructibus dicitur.* *Syn.* Acer, asper. *Usus.* Pomum acerbum; dolor, objurgatio acerba; homo in vituperando acerbus. V. *asper, difficilis, acerbitas.*

Acerra, æ, f. Rauchfaß. *Usus* Ne coronæ, ne acerræ prætereantur.

Acervatim, Haufenweise. *Syn.* Summatim. *Usus.* Acervatim jam reliqua dicam.

Acervus, i, m. Haufen. *Syn.* Cumulus. D. Acervus *est minutiorum fere rerum.* Strues *proprie lignorum aggesta moles.* *Usus.* Acervos tritici, nummorum constituit avarus; Acervos corporum victor miles.

Acetum, i, n. Essig. *Usus.* *Transl.* acetum habet in pectore; acuto hominem

Wagner.

perfudit, bissig seyn, bissig zureden.

Acidus, a, um, sauer. *Usus* Culices acida petunt, ad dulcia non advolant.

Acies, iei, f. die Schärfe oder Schneide am Eisen R. ab ἀκὶς, *cuspis.* *Syn.* pars acuta ferri. *Epi.* acris, hebes, obtusior, parva. *Transl.* 1. Acies, die Schärfe des Gesichts. *Syn.* Visio, vis oculi. *Epi.* hebes, obtusior. 2. die Scharfsinnigkeit. *Syn.* acumen mentis, perspicacia. *Usus.* Ingenii acies disputando exercetur simul & exacuitur; otio hebescit, & obtunditur. Rerum magnitudo aciem mentis perstringit, præstingit. Sapiens ab oculorum consuetudine aciem mentis abducit. 3 Acies, Schlachtordnung. *Syn.* Exercitus, copiæ in certos ordines distributæ. *Epi.* media, instructa. *Usus.* 1. *Aciem instruere.* Schlachtordnung machen. Aciem struere, exornare, statuere, instituere, dirigere; Legiones in aciem collocare; Copias suas in acie constituere; aciem ordine disponere; *Alias*: in certos ordines militem cogere; in certos numeros, partes distribuere; ordines dispertiri. 2. *In aciem procedere*, zur Schlacht gehen. prodire in aciem! *Alias*: Legiones in aciem deducere, educere, producere; in prælium educere militem. 3. *Aciem varie formare.* die Schlachtordnung unterschiedlich einrichten Aciem extendere; porrigere, seu extenuare; promovere; erigere in collem; firmare subsidiis; distrahere, distendere, laxare; jungere; mediam aciem exinanire; *alias*; explicare cornua, alas, ordines. 4. *Acies turbatur, cedit* die Schlachtordnung wanket, weichet. Cornibus nutat acies; fluctuat; inclinatur; cornibus nudatur; perfringitur, impellitur, movetur. 5 *Aciem primam perrumpere*, das erste Treffen oder Linie der Schlachtordnung durchs brechen. Aciei principia disjicere; *alias*: frontem hostis urgere; prima signa, primam hostium coronam dividere; in mediam aciem prorumpere, invehi, impetum facere. 6. *Aciem restituere*, die Schlachtordnung wiederum herstellen. Aciem sistere; *alias*: integrare ordines; sustinere; colligere, instaurare. 7. *Ex acie discedere.* aus der Schlacht hinweggehen. Acie *vel* ex

Digitized by Google

acie excedere, refugere, recedere. V. *pugna, proelium.*

Acinaces, is, m. **ein Säbel.** *Syn.* gladius Medorum, aut Perſarum.

Acinus, i, m. **Körnlein, Beer.** *Uſus.* acinus vinaceus.

Acipenſer, is, m. **Stör, ein Fiſch.** *Epi.* Decumanus. *Uſus.* acipenſer iſte paucorum hominum eſt.

Aconitum, i, n. **Wolfswurzel.** * *Uſus.* fallunt aconita legentes.

Acquieſco, is, quievi, quietum, ere. **ruhen, zufrieden ſeyn.** *Syn.* quieſco, mihi requies eſt. *Adv.* aliquantum, facillime, libenter. *Uſus.* 1 Tres in itinere horas acquieveram, **ruhen.** 2. in ore tuo, & vultu: in libris, litteris; in charitate erga me tua acquieſco, **ein Vergnügen finden.** V. *quies, quieſco.*

Acquiro, is, ſivi, ſitum, ere. **erlangen.** *Syn.* obtineo, conſequor, adipiſcor, nanciſcor; paro, comparo, concilio, adjungo. *Phraſ.* 1. *acquiſivi dignitatem* Ingenio duce, auctore, virtute dignitatem nactus ſum; reperi, abstuli; dignitate auctus ſum. Tribunatum mea virtute extorſi, non artibus expugnavi; ſuffragia non eblanditus ſum, ſed meritis aſſecutus. Laboribus meis dignitatem mihi peperi, conſecutus ſum; Vigiliis meis hanc dignitatem acceptam refero, fero, poſſideo, teneo, debeo. Bonis artibus honor mihi obtigit; data mihi ea eſt provincia: honorem inveni, impetravi, votorum compos factus ſum. Non obrepſi ad honores, ſed aſcendi. Laboribus, vigiliis meis in magiſtratum veni; dignitatem collegi, comparavi; ad honores perveni, **ich habe dieſes Ehrenamt durch Verdienſte erhalten.** 2. *Malis artibus non exiguas opes acquiſivit*, **er hat ſich durch unerlaubte Mittel viel Geld erworben.** Malis artibus non exiguam pecuniam collegit, confecit, creavit, nummorum magnam vim expreſſit, abrafit, extorſit; rem ac pecuniam reperit, corrafit, eblanditus eſt. 3. *Litterarum ſtudiis magnam ſibi famam acquiſivit*, **er hat ſich durchs Studiren einen groſſen Namen zuwege gebracht.** Doctrinarum ſtudio famam ſibi ingentem ac dignitatem conciliavit; nomen adeptus eſt ingens: famam collegit non mediocrem & exiſtimationem; famam, exiſtimationem ſibi confecit, peperit; ſplendorem nomini accerſivit; in exiſtimationem venit. *Uſus.* acquirere honorem, dignitatem, opes. V. *obtineo, accipio, fama, pecunia.*

Acrimonia, æ, f. **Schärfe.** *Syn.* Vis animi, impetus, vehementia. *Uſus.* ſit in vultu pudor, & acrimonia. Oratio tua multum habet acrimoniæ.

Acriter, *Adv.* **ſcharf, heftig.** *Syn.* Acri animo, vehementer, fortiter. *Uſus.* Intelligit, dicitque acriter. Acute videt, & acriter.

Acroama, atis, n. **kurzweilige Erzählung** *Syn.* Narratio jucunda. Muſica, ſymphonia fabulæ actibus interponi ſolita. *Epi.* Feſtivum. *Uſus*, Acroama Themiſtocli jucundiſſimum videbatur, quo ſua cujusque virtus prædicaretur. Fuiſti in hac fabula non modo ſpectator, ſed actor & acroama.

Acroaſis, is, f. **Hörſal.** *Syn.* Auditio, auſcultatio, auditorum conventus, **Aufmerken, oder Zuſammenkunft der Zuhörer.** *Uſus.* Hæc vel in acroaſi audeam legere, *in auditorio vulg.*

Ac ſi, **als wenn** *Syn.* ut ſi; tanquam ſi pro eo, ac, ſi, quaſi, perinde quaſi, ſimiliter ac ſi, juxta ac ſi; non ſecus, ac ſi. *Uſus.* Tecum agam non ſecus, ac ſi meus frater eſſes. V. *quaſi, ſimiliter, æque.*

Acta, orum, n. **Thaten, Geſchichte.** *Epi.* Firma, irrita, multa, nefaria, præclara, publica, privata, rata & firma, reliqua, urbana. *Uſus.* 1. *Aliquid in acta referre*, **etwas in das Protokoll eintragen, regiſtriren.** Sui conſulatus acta Cicero ipſe confecit; res ſuas in actis habebat, numerabat. 2 *Acta reſcindere.* **eines Handlungen für ungültig erklären.** Acta Neronis ſublata, reſciſſa ſunt, ejus actis auctoritas eſt derogata & fides. 3. *Acta rata habere*, **eines Handlungen für gültig erklären.** Acta Cæſaris firma erant, ſervabantur diligenter, cum laude commemorabantur.

Actio, nis, f. **Handlung, Geſchäft.** *Syn.* actus, factum, negotium, lis, cauſa, procuratio. *Epi.* Aperta, ardentior, civilis, congruens menti, confiderata, crudelis & importuna, non tribunitia, ſed regia, divina, facilior, honeſta, integra, levis, levior & facilior, liberalis, maxima, perjucunda gratiarum, comes eloquendi, popularis, prima, prior, ſingu-

Digitized by Google

singularis, tota, tragica, tribunitia, turpis, varia, vehemens, plena animi, plena spiritus, plena doloris, plena veritatis, vehemens & gravis, & copiosa, bona, certa, congruens virtutibus, consentanea appetitionibus, constantissima, atque optima, honesta, multa, periculosa, perpetua, præclara, publica, stultissima, forensis. *Usus.* 1. **Werk, Wirkung.** Contemplatio sine actione manca est. Æqualitate vitæ, & omnium actionum nihil venustius. Ea pueris ludendi venia detur, quæ ab honestatis actionibus non sit aliena. Actio mentis & agitatio. Virtutis actio & usus. 2. **Bey einem Wohlredner die Aussprache, äußerlichen Stellungen, und Gebärden.** *Epi.* Congruens & apta, ad animos permovendos accommodata. Demosthenes tribuit primas, secundas, tertias actioni. 3. **Gerichtliche Klage, oder Streitsache.** *Syn.* Oratio accusatoria, jus persequendi sibi debitum; judicium, quæstio forensis, lis. *Usus. Actionem instituere*, **gerichtlich klagen.** Constituere, informare, suscipere actionem. 2. *Actionem habere*, **eine Streitsache haben.** actionem alicui intendere; actionem quærere, postulare. 3. *Actionem relinquere*, **von seiner Streitsache abstehen.** actionem excludere, tollere.

Actor, oris, m. **Thäter, Kläger**, *item* **Schauspieler.** *Syn.* qui agit, accusator. *Epi. Multum* acrior, adversus, vehemens & fortis, fortissimus, idoneus, non invenustus, sed iners & inimicus fori, jucundus, optimus, summus, diligentissimus, industrius, malus. *Usus.* In theatro etiam mali actores perpetiendi sunt. Actor summus causarum. Idem inventor, compositor, actor.

Actuarium, ii, n. **geringes Schiff, Jacht.** *Epi.* minutum. *Usus.* actuaria minuta celeritate valent.

Actum est, es ist schon geschehen. *Rem desperatam significat. Syn.* conclamatum est; absumpti sumus; ventum est ad finem; deploranda in perpetuum libertas nobis est; Res ad restim rediit; pejore loco res mea esse non potest, [illegible] nunc fita est; perii, interii, [illegible] mortuus sum; oc[illegible] mihi, si ve[illegible] potest; Transactum [illegible] actum de salute mea; [illegible]

disperii; omnes fortunæ meæ perditæ sunt, & eversæ, eo redactus sum, ut ipsa salus servare me haud possit; eam fortunam subii, ut spes melioris eventus relicta sit nulla; sepultus sum. V. *Despero.*

Actuose, geschäfftig. *Usus.* leniter, remisse, non actuose agere.

Actuosus, a, um. **geschäfftig.** *Syn.* qui ab agendo non cessat. *Usus.* Virtus actuosa sit, oportet.

Actus, us, m. **Handlung.** *Syn.* actio, factum. *Epi.* extremus, perfectissimus & ornatissimus, turpissimus & flagitiosissimus, vitæ non solum rectus, sed etiam pravus, varius. *Usus.* 1 pravitas animi in actum erumpit, **die Bosheit des Gemüths bricht in die That selbst aus.** 2. pars Comœdiæ vel Tragœdiæ, **ein Theil eines Lust- oder Trauerspieles.** vitæ nostræ, velut fabulæ, mors extremus est actus.

Actus, a, um. *part.* von ago. **geschehen.** *Usus.* Bene tecum actum est. Acta ferme tibi ætas est, *exacta.* Acto negotio sero venis. *Vulg. post festa.*

Actutum, behend, alsbald. *Syn.* Statim illico, subito, mox, confestim.

Aculeatus, a, um. **spitzig.** *Usus.* Aculeatas ad me dedisti literas, **scharf, bissiger Brief.**

Aculeus, ei, m. **Stachel.** *Syn.* Vesparum, vel apum stimulus. *item Transl.* De iis, quæ pungunt, irritant, angunt, *Epi.* Oratorii ac forenses, reconditi. *Usus.* 1. *Dolor.* Domesticarum solicitudinum aculeos occultare soleo, **Schmerzen, Anliegen.** 2. *Jocus acerbus*, **empfindlicher Scherz.** Genus facetiarum, in quo multi aculei, & contumeliæ insunt. 3. *Acerbitas.* Emittere aculeos severitatis in aliquem, **scharf anfahren.** Oratio sine forensium sententiarum aculeis. V. *Acerbitas, contumelia.*

Acumen, inis, n. **Scharfsinnigkeit.** *Syn.* Perspicacia, ingenii vis, subtilitas. *Epi.* Flebile, nimium, singulare, sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum. *Usus.* Acumen Dialecticorum. Stili acumen & argutiæ.

Acuo, is, cui, cutum, ere. **spitzen, schärfen.** *Syn.* Exacuo, excito. *(obtundo. Usus.* Usus prudentiam acuit, **schärfen.** Gloria ingenium acuit, alit, **aufmuntert.** Iram, metum acuere, **anreizen.** Palatum acuere, **Lust, Appetit zum Essen machen.** Palatum

Digitized by Google

exacuere, famem obſonare, appetentiam cibi facere, præſtare, excitare, incitare.

Acus, us, f. **Nadel.** *Phraſ.* Acu pingere, **ſticken.** Phrygio opere pingere, laborare, acu telam, aut pannum variare. *Uſus.* Vulnus acu punctum videbatur.

Acute, *Adv.* **ſpitzfindig.** *Syn.* Subtiliter, ingenioſe, argute, cum ingenio, non ſine acumine. *Uſus.* Acute colligere *in diſputando*, reſpondere, tractare; acute, argute conjicere.

Acutus, a, um. **ſcharf, ſpitzig.** *Syn.* Subtilis, acer, perſpicax, argutus.)(*hebes, obtuſus.* *Adv.* Valde. *Uſus.* 1. **geſpitzt.** Culter acutus probe. 2. **ſpitzfindig.** Homo acutus, & natura perſpicax. Motus animi celer, & acutus ad excogitandum. Dicendi genus acutum. V. *Ingenium.*

Ad, cum *Accuſ.* **zu, bey.** *Syn.* In, apud, circa &c. *Uſus.* 1. *Motus ad locum, vel perſonam*, **wohin.** Ad Meſſanam; ad montem; ad Conſules venit. 2. *Interdum ſtatum in loco*, **wo.** Remanſit ad urbem; ſenatus habitus eſt ad Dianæ, Veneris, Caſtoris, *ſubaud. fanum, aedem.* 3. *Apud.* **bey.** Eſt mihi ad portum negotium. Hieme ad exercitum manſit. Ad mulieres nihil obtineri potuit. 4. *Circa*, **um dieſe Zeit.** Expectabo te ad ea tempora. 5. *Contra*, **wider.** Herba ad morſum beſtiarum, ad oculos ſalubris. 6. *Poſt*, **nach.** Ad hæc otii nonnihil fuit. 7. *Propter*, **wegen.** Abactæ boves ad deſiderium relictarum immugiunt. 8. *Pro*, **für.** Argentum ad ſtatuam conferre. Admotare rem ad memoriam poſteritatis. 9. *Ante, coram*, **vor.** Ad limen, ad pedes ejus adſtitit. 10. *Comparantis, vel præferentis*, **nichts dergleichen, gegen.** Nihil ad tuum equitatum; nihil eſt ad Ciceronem Brutus. 11. *Secundum*, **nach.** *Similitudinem ſignificat.* Ad arbitrium illius; ad nutum; ad exemplum; ad hunc modum, ad eandem normam; ad conjecturam alieni ſenſus; ad præſcriptum; ad naturam; ad rationem temporis; ad aliorum ſimilitudinem omnia gerere. 12. *Præter*, **neben.** Ad cæteros dolores etiam illo premor. 13. *Circiter*, **ungefähr.** Fuere ad ducentos. 14. *Uſque*, **bis auf.** Ad hanc diem, horam; ad multam lucem, noctem; ad exactam ætatem; ad inſaniam concupiſcere. 15. *Eleganter uſum aut finem ſignificat*, **bedeutend den Gebrauch, Ziel und Ende.** Erit hoc tibi ad privatum dolorem luctuoſum, ad Reipublicæ rationes glorioſum. Callidus ad fraudem. Ad pugnam fit utiliter. Eſt ad aſpectum venuſtum. Res varia & multiplex ad ſuſpiciones. Ad laudem illuſtre. Vir ad ſuſpicandum ſagax, ad reſiſtendum fortis. 16. *Eleganter in his adhibetur.* Ad litteram, ad verbum rem ediſcere. **von Wort zu Wort auswendig lernen.** Ad hæc; ad extremum; ad unguem.

Adæquo, as, avi, atum, are. **gleich machen.** *Syn.* Æquo, exæquo, æqualem facio.)(*Superior, inferior ſum.* *Uſus.* Pompejus cum virtute fortunam adæquavit, **Pompejus iſt gleich glückſelig und tapfer geweſen.** Memoriam nominis ſui cum omni poſteritate adæquavit. V. *Exæquo.*

Adagium, ii, n. **Sprichwort.** * *Syn.* Proverbium. *Uſus.* Vetus eſt adagium. V. *Proverbium*

Adamas, antis, m. **Demant.** * *Uſus.* Genera adamantis ſex noſcuntur.

Adamo, as, avi, atum, are. **ſehr lieben.** *Syn.* Valde amo, ardenter deſidero, percupio, concupiſco, exopto. *Uſus.* Adamas, quod nunquam vidiſti. V. *Amo.*

Adaugeo, es, auxi, auctum, ere. **vermehren.** *Syn.* Augeo, cumulo,)(*extenuo, minuo, Uſus.* Hæc indicia adaugent ſuſpicionem. V. *Augeo.*

Adbibo, is, bibi, bibitum, ere. **trinken.** * *Syn.* Bibo largius. *Uſus.* Adbibit plus paulo. V. *Bibo.*

Addecet, addecuit, addecere. **es gebühret ſich wohl.** * *Syn.* Decet V. *Decet.*

Addico, is, dixi, dictum, ere. **zuſagen, übergeben.** *Syn.* Dedo, mancipo, deſtino, adjudico, licitanti rem auferendam permitto, trado.)(*Libero.* *Uſus.* Antonius regna, ſenatus auctoritatem exteris pecunia addixit, **um Geld zuſagen, verkaufen.** Nemini me addixi. Judices corrupti ſententiam ſuam, fidem, religionem pretio largitoribus addicere nil penſi habent. Amores ſuos, cupiditates, voluntates alterius libidini; juventutem ſuam omni intemperantiæ addicere. V. *Trado, deditus.*

Addictio, nis, f. **Zueignung, Uebergabe.** *Uſus.* Addictio & condonatio bonorum.

Ad-

Digitized by Google

Addictus, a, um. *part.* von addico, zugeeignet, zugesaget, ergeben. *Syn.* Adjudicatus, mancipatus. *Usus.* Me addictum, deditum, obstrictum habes, ich bin dein ganz eigen. Homo in servitutem addictus, leibeigen. Pretio addictam habere fidem alteri, & mancipatam, seine Treue um Geld verkaufen Urbs jam vastitati addicta. V. *Deditus*

Addisco, is, didici, ere, lernen. *Syn.* Disco; ad ea, quæ didici, aliquid adjicio.)(*Dedisco. Adv.* Velocius. *Usus.* Orationem, carmina, novi aliquid addiscere. V. *Disco.*

Additamentum, i, n. Zusatz. *Syn.* Accessio, appendicula. *Usus.* Inertissimi nobiles, in quibus præter nomen nihil est additamenti. V. *Accessio.*

Addo, is, didi, ditum, ere. hinzusetzen. *Syn.* Adjungo, adjicio, appono, adscribo, accessionem adjungo, facio, affero. *Adv.* Gradatim, minutim, paululum, recte. *Phras.* 1. *Me quoque amicis tuis adde.* setze mich auch unter die Zahl deiner Freunde. Amicis tuis aggrega, accense, admisce, adjice; fac, ut tuorum amicorum additamentum sim; Novum & adscriptitium amicum me habeto. Adscribe me amicorum tuorum numero. Familiarium tuorum numero me quoque adjice. 2. *Ad injuriam addita est contumelia*, zur Unbild ist noch eine Beschimpfung gekommen. Ad injuriam accessit contumelia; ad injuriæ cumulum accessit contumelia; ad injuriam calumnia quoque admigravit; injuriæ auctarium adjectum est, contumelia; injuriæ cumulum attulit contumelia, injuriæ subjuncta, subtexta, mista, adnexa est contumelia; auxit injuriam contumelia nova. *Usus.* Addere aliquid de suo, etwas von dem Seinigen beyfügen. Aliquid in orationem addere. Eas litteras in fasciculum tuarum ad[illegible] Laude stimulos [illegible] studendi disci[illegible] [illegible]ntern. Ad or[illegible] doctrinæ laudem addere. V. [illegible], *adjungo, accedo.*

[illegible] doctum, ere, leh[illegible]

[illegible] avi, atum, are. etwas [illegible] Subdubito.)(*Scio,* [illegible] Addubitavi paulu[illegible] quomodo ita evene[illegible] tua nihil addubito.

Adduco. is, duxi, ductum, ere. hinzuführen. *Syn.* Deduco, induco, contendo, contraho.) *Deduco, remitto. Syn. Transl.* invito, impello, pellicio, permoveo. *Adv.* Magnopere, ocyus, quamprimum. *Usus.* 1. Adducere vultum, habenas, lorum, arcum, das Angesicht rümpfen: den Zügel ꝛc. anziehen. V. *Adstringere.* 2. *Permovere ad iram &c.* bewegen, anreizen. Aliquem in metum; ad iracundiam, indignationem, misericordiam, negligentiam, ad fletum; in dubitationem, dubium; in summam expectationem; in opinionem; ad nequitiam adducere: in Furcht, Zorn ꝛc. bringen. 3. *Redigere*, treiben, bringen. Aliquem in angustum, in summas angustias, in discrimen, in odium, in invidiam; fidem, in suspicionem adducere, in Verdacht bringen. V. *Moveo, allicio, persuadeo.*

Adducor, eris, ductus sum. verleitet, dahin gebracht werden. *Syn.* Inducor, invitor. *Adv.* Facile, fortuito. *Usus. Cum iis, quæ vim permovendi animos habent.* Non spe, non odio, non commendatione aliorum, non officio, nec pretio, nec oratione adduci potuit, ut a proposito discederet, er ließ sich um keines Dings wegen von seinem Vorhaben abwendig machen. Non adducar; adduci non possum, ut credam, ich kann es nicht glauben.

Adedo, is, adedi, adesum, ere, anfessen. *Syn.* Comedo. *Usus.* Non adesum, sed devoratum patrimonium. Jecur adesum. V. *abligurio.*

Ademptio, nis, f. Hinwegnehmung. *Syn.* Ablatio. *Usus.* Ademptio civitatis. V. *jactura.*

Adeo, so, also. *Syn.* Usque eo, tam, tantum, *Usus.* 1. *eo.* so weit Adeo jam res rediit. 2. *itaque,* derowegen. Propera adeo hinc tollere puerum. Unus adeo supersum. 3. *vero*, aber. Id adeo judices considerate. 4. *imo quod plus est*, so gar, so was noch mehr ist. Adolescens tuus, atque adeo noster. Tunc, atque adeo vos geminæ voragines. Aliquid atque adeo multa de suo addunt. Hostem intra mœnia, atque adeo in senatu videtis.

Adeo, is, ivi, & ii, itum, ire, hinzugehen. *Syn*, Accedo, convenio, viso, inviso, visito, eo, venio.)(*abeo. Adv.* Caste, ad vivos, intempestive ad aliquem, libentius, necessario. *Usus.*

Digitized by Google

adire aliquem, ad aliquem, ædes, fores, locum, Vultum subire alterius, congredi. *Transl* 1 *aggredior*, *incipio*, *suscipio* antreten, anfangen, annehmen. Nunc demum ad opus diu detrectatum; ad Rempublicam; ad pactiones adiit. 2. *Subeo*. auf ſich nehmen, ausſtehen Nulli ſunt labores, nulla pericula, quæ Reipublicæ cauſa non adeam. Inimicitias, odia improborum adire non vereor. 3. *Hæreditatem adeo*, die Erbſchaft antreten. Adiit hæreditates multorum civium Romanorum. V. *Accedo*, *acceſſus*.

Adeps, ipis, m. & f. Fette, Schmeer. *Syn.* Pingue intra carnem, & cutem. *Uſus.* Num mihi Lentuli ſomnus, Caſſii adeps, Cethegi temeritas pertimeſcenda eſt? V. *abdomen*, *pinguis*.

Adeptio, nis, f. Erlangung. *Uſus.* Vita beata non in depulſione mali, ſed adeptione bonorum ſita eſt.

Adequito, as, avi, atum, are. hinzureiten. *Syn.* juxta, vel prope equito, equo citato advehor. *Uſus.* Urbi adequitare.

Adfero. *Vide* Affero.

Ad hæc, zu dem, darneben. *Syn.* Præterea; accedit, quod; adde, quod.

Adhæreo, es, hæſi, hæſum, ere. anhangen. *Syn.* hæreo, adhæreſco, nitor, infixus ſum, adjungor, applicor, adjaceo, conjungor. *Adv.* Vix, extremum, omnino. *Phraſ.* *Adhæret Platoni*, dem Plato anhangen. Platoni ut magiſtro affixus eſt; nusquam ab ejus doctrina, nusquam a latere discedit; inhæret menti; in intimis animis inſidet doctrina Platonis; Platonem arcte complectitur, a Platonis doctrina vel tantillum declinare, religio illi eſt. *Uſus.* 1. Adhærat ſaxo, ad ſaxum navis, ſtecken bleiben. 2. *Transl.* In freto æris alieni: in certo ſtudiorum genere adhæreſcere, in Schulden ꝛc ſtecken. Vide, ne ſax illa ſeditionis & conjurationis ad hanc materiem adhæreſcat. Argumentum, oratio nusquam adhæreſcit. V. *Hæreo*, *Conjungo*.

Adhæſio, onis, f. Anhang, Haft.

Adhibeo, es, ui, itum, ere. anwenden, brauchen, hinzuhalten. *Syn.* Affero, adjungo, admoveo, adapto, *item*, utor.)(*amoveo*. *removeo* *Adv.* Alacriter, aperte, bene, extrinſecus, frequentius, liberaliter, nimirum, publice, recte, ſeverius. *Phraſ.* 1. Adhibebo diligentiam, ich werde Fleiß anwenden. Omni cura ſtudioque enitar, elaborabo; omnes vires, ſtudia, omnem curam, induſtriam eo conferam; omnia in adducendis ad exitum ſuum rebus tuis experiar; operam dabo, navabo, dicabo maximam rationibus tuis; omni ſtudio id contendam; omni ope, ac opera adnitar; curæ mihi erunt res tuæ; quantuscunque mihi labor ſuscipiendus eſt, vincam ſtudio naturæ vires. In hoc cura mea omnis, ac induſtria verſabitur, excubabit, ut commodis tuis accuratius inſerviam; omne ſtudium in hoc ponam, conſumam, collocabo; huic rei vigilias dabo, dicabo, tradam, addicam meas; in hanc curam unice incumbam; in hoc vires contendam meas; in hoc curas figam, configam, infigam omnes: ad hoc operam profitebor meam, ut res tuas, rationesque omnes, quanta maxima poſſum, cura complector. 2. *Ut Ariſtotelem intelligas*, *ingenium adhibendum eſt*, den Ariſtoteles zu verſtehen, muß man die Gemüthskräfte wohl anwenden; ingenii vis omnis conferenda; ingenii acies intendenda; acuendum ingenium eſt. *Uſus.* 1. *utor* brauchen. Vir bonus præter curam & diligentiam, artem etiam & fidem adhibet in amicorum periculis. Idem gravitatem in dolore; modum, moderationem in rebus ſecundis; ſtudium & ſolertiam in negotiis adhibet. 2. *Admoveo*, zur Sache brauchen. In convivium, atque adeo in conſilium, ad deliberationes, ad cauſas adhibere. Diis preces, equo calcaria, juventuti ſtimulos adhibere. Dicenti aures adhibere, Gehör geben, zuhören. 3 *gero*, *exhibeo*, ſich verhalten. Ita ſe in imperio, ut privatum adhibuit. 4. *Affero*, beybringen. Ægroto vinum, medicinam adhibere. Ad negotium curam, rationem, mentem, animum, virtutem, gravitatem adhibere. Litteris tuis aliquam mihi conſolationem adhibeto.

Adhinnio, is, ivi, itum, ire, zuwiehern. *Proprie equorum eſt.* *Uſus.* *Transl.* Admiſſarius ille ad ſolum voluptatis nomen æſtuat, adhinnit.

Adhortatio, nis, f. Ermahnung. *Syn.* Exhortatio, invitatio.

Adhortor, aris, atus ſum, ari, ermah-

Digitized by Google

mahnen. *Syn.* Hortor, exhortor, accendo, inflammo.)(*dehortor.* *Adv.* Merito, antequam iret. *Usus.* Ad libertatem recuperandam, ad bellum faciendum vos etiam atque etiam adhortor. V. *Hortor, moneo.*

Adhuc, noch, bis itzund, *Adv. temporis, q. ad hoc tempus.* *Syn.* Etiam nunc, ad hoc tempus. *Usus.* Unam adhuc epistolam a te acceperam. Quæ adhuc dicta sunt, constare sibi videntur.

Adjaceo, es, cui, ere. beyliegen. * *Syn.* juxta vel prope jaceo, cubo prope. *Usus.* Tuscus ager Romano adjacet. V. *Vicinus, Prope.*

Adigo, is, egi, actum, ere. nöthigen, hineinzwingen. *Syn.* Vi impello, *cuneum, clavum in lignum*; cogo, compello. *Usus.* 1. Oves adigere in caulam, naves ad littus; telum ad destinatum locum adigere, hinzutreiben, hinzubringen. 2. *Transl. impello.* Ad insaniam, desperationem me adiges. In Verzweiflung bringen. *item.* Legiones sacramento, *vel* ac sacramentum *jus jurandum vel* in verba Principis adigere. zum Eidschwur anhalten. V. *Cogo, impello.*

Adjicio, is, jeci, jectum, ere. hinzuwerfen. *Syn.* immitto, addo, applico, adhibeo, appello, adjungo.)(*adimo, detrabo.* *Usus.* Adjicere tela in castra hostium, hinein werfen. 2. *Addo*, hinzusetzen. Ad belli laudem doctrinæ gloriam adjecit. 3. *Transl. de animo & oculo.* Oculum adjecit hæreditati, die Augen auf die Erbschaft werfen. Animum adjecit ad Poeticam, sich auf die Dichtkunst legen. V. *adeo, adjungo.*

Adimo, is, emi, emptum, ere. wegnehmen. *Syn.* Aufero, eripio, detraho, decido, tollo, extorqueo.)(*addo.* *Adv.* Improbius, in posterum libertatem, industrie, magnopere, mature, repente. *Phras.* *Omnia amico ademit*, er hat seinem Freunde alles weggenommen. Spoliavit rebus omnibus amicum; loco, fortunisque deturbavit; exuit facultatibus, agris, fundisque multavit. *Usus.* Dolor omnem mihi animi facultatem, somnum ipsum ademit. Pecuniam, libertatem, potestatem adimere. Civitatem alicui adimere, *jus Civitatis*, das Bürgerrecht einem benehmen. V. *tollo, eripio.*

Adinvenio, is, veni, ventum, ire, erfinden, erdenken. *Syn.* Invenio, comminiscor. *Usus.* Adinventa animo, sensibus percepta. V. *invenio*

Adipalis, e, *com.* feist, fett. *Usus.* Opimum quoddam, & adipale genus dictionis.

Adipiscor, eris, adeptus sum, überkommen. *Syn.* Nanciscor, consequor, assequor, invenio, obtineo, acquiro, colligo. *Adv.* Aliquantum, mediocriter. *Usus.* Senectutem, honores adipisci nemo non exoptat. V. *obtineo, acquiro, habeo.*

Aditus, us, m. Zugang. *Usus.* Via, introitus, accessus, vestibulum, ascensus, os, portus, gradus.)(*exitus, discessus.* *Epi.* Difficilis, difficilior, diuturnus, facilis alicui, facilior, quam facillimus, intercluſus, munitus, mirificis molibus obstructus, plenus atque ipteger, præcluſus, primus, provincialis, unus, arduus, diurnus, atque nocturnus, illustris, inter se diversi. *Phras.* 1. *Doctrina aditum illi fecit ad honores.* die Gelehrsamkeit hat ihm den Weg zu den Ehrenämtern gebahnet. Doctrina illi aditum aperuit, patefecit, dedit, comparavit; viam stravit; gradum struxit ad honores. 2. *Aditum claudit omnibus*, er läßt niemanden vor sich. Aditu, limine omnes prohibet; aditum omnibus præcludit, intercludit, obstruit; a congressu suo arcet omnes; ædes suas omnibus obserat, ab ædibus excludit omnes; nemini sui copiam facit. 2. *Aditus patet omnibus*, es steht allen das Thor offen. Fores patent, apertæ sunt & expositæ; aditus cuique liber est; nemini difficiles sunt aditus; nemo est, cui ædium mearum aditus denegetur, qui non recipiatur, non admittatur. *Usus.* 1. Difficiles sunt ad optimates aditus, zu großen Herren ist hart zu kommen. 2. *Transl.* den Weg bahnen. eloquentia ad consulatum Ciceroni aditum aperuit. 3. den Weg befördern. aditum ad hoc scelus sibi aliis scelcribus munivit. Primum velut aditum jecit. Pons iter hostibus dedit. 4. Den Zugang verhindern. Tuamet temeritate aditum tibi ad honores intercludes. V. *accessus.*

Adjudico, as, avi, atum, are. rechtlich zusprechen. *Syn.* Aliquid ali-

Digitized by Google

cui per judicium tribuo.)(*abjudico. Adv.* gratis. *Phraſ.* Spero fore, ut ſecundum me judicetur, decernatur, judicium fiat; ut ſecundum me poſſeſſio detur; pro me pronuntietur; lis & poſſeſſio ſecundum tabulas mihi detur; mihi addicatur; ut ego in poſſeſſionem mittar, **ich hoffe den Handel vor Gericht zu behaupten.** *Uſus.* Ea domus, ea cauſa mihi demum adjudicata eſt. Miſer ille in ſervitutem mihi adjudicatus eſt. V. *Lis judicium.*

Adjumentum, i, n. **Hülfe.** *Syn.* Subſidium, præſidium, auxilium, perfugium, ſuppetiæ.)(*Detrimentum. impedimentum. Epi.* Magnum, maximum, externum. adventitium, multum, multum magnumque, parvum, plurimum, proprium oratorum. *Uſus. Adjumento illi fuit ad victoriam*, **behülflich ſeyn.** A Philoſophia omnia adjumenta beate vivendi petenda ſunt. Honorum avido adjumenta undique, petenda, conquirenda ſunt. Tua auctoritas maximo mihi ad res meas adjumento erit; maximum adjumentum afferet, importabit; multum habebit adjumenti ad res meas promovendas, **dein Anſehen wird mir viel helfen.** V. *auxilium, præſidium, juvo.*

Adjunctio, nis, f. **Zuſatz.** *Syn. Transl.* animi propenſio. *Epi.* Similis. *Uſus.* Beneficio, ſpe, adjunctione animi & voluntate ducuntur homines.

Adjunctor, oris, m. **Zuſammenfüger** *Syn.* qui aliquid adjungit. *Uſus* Ille Galliæ ulterioris adjunctor.

Adjunctus, a. um, *part.* **von** adjungo. **hinzugethan, zugefügt** *Syn.* Contiguus, propinquus. *Uſus.* Summis viris quædam adjuncta eſt divinitus fortuna. Sunt hæc propria & cauſæ adjunctiora. Ei Druſus proxime adjunctus fuit.

Adjungo, is, junxi, junctum, ere. **zuſammenfügen, hinzuſetzen.** *Syn.* Adjicio, addo, adnecto, attexo, applico, aggrego, adhibeo, adſcribo.)(*Disjungo. Adv.* Divinitus, foris, honeſte, omnino, proxime, quam primum, recte, rectiſſime, feparatius, ſtudioſius, valde. *Phraſ.* Adjunxiſti me beneficio tibi, **du haſt mich durch deine Gutthat auf deine Seite gebracht.** Tuis beneficiis effeciſti, ut me dem tibi; omnibus in rebus aſſentiar; voluntates meas ad tuam dignitatem aggregem; ut ad te transirem; ad te accederem; tuas partes tuendas ſusciperem; ad te me penitus applicarem; me tibi contribuerem; tuis conſiliis admiſcear; tecum faciam; in tuorum numerum adſcribi, in tuam familiam me conjicere geſtiam; ut conſtrictum me tibi addixerim; in tuam conſuetudinem me inſinuarim; ſocietatem tecum coierim; ad ductum tuum, ad familiaritatem omnino applicarim. Beneficia tua me tibi junxere arctius; arctiſſimis amplexibus conjunxere. Beneficii tui is fructus fuit, ut in eadem tecum eſſe cauſa, tuis partibus miſceri, vitæ periculum tecum ſociare, conſociare conſtituerem. *Uſus.* 1. Voluptatem ad virtutem adjungere inſipienter cupis, **hinzuſetzen, vereinbaren.** 2. *Adjungere ſibi alterum*, **einen zum Freunde machen.** Beneficiis tibi plebem, principes, civitates, multos ſocios adjunges. Urbanitate viros bonos ad tuam amicitiam, conſuetudinem adjunges; benevolentiam, animos hominum, auxilium tibi adjunges. 3. *Adjungere ſe alicui*, **ſich einem zugeſellen.** Eſt, ut me tibi, ut me ad tuas rationes, tuam cauſam, tuam factionem, ad ſenatus auctoritatem adjungam. V. *addo, adjicio, faveo.*

Adjuro, as, avi, atum, are. **ſchwören.** *Syn.* Juro. *Uſus.* Adjurat ille ſancte, nullum eſſe periculum.

Adjuto, as, avi, atum, are. **forte helfen.** * *Syn.* Juvo, adjuvo. *Uſus.* An eum adjutem, dubito.

Adjutor, oris, m. **Helfer** *Syn.* Adminiſter, particeps, ſocius, fautor. *Epi.* Fortiſſimus, pragmaticus, improbus. *Uſus.* Auctor in, conſiliis capiendis, adjutor in agendis. Sceleris eſſe adjutorem. In ſcelere perpetrando, *vel* ſcelus perpetrandum *vel* ſceleri perpetrando adjutorem ſe præbere, dare, profiteri. Adjutorem te, quam deprecatorem habere, capere, venire malo, **ich will dich lieber zum Helfer als Fürbitter haben.** V. *Socius, adminiſter, adjumentum.*

Adjutrix, icis, f. **Helferinn.** *Uſus.* Minerva conſiliorum meorum adjutrix. Conjugem adjutricem ſibi cepit.

Ad-

Digitized by Google

Adjuvo, as, juvi, jutum, are. helfen. *Syn.* Juvo, opitulor, adminiculor, auxilior, adjumento ſum, adjumentum affero, ſuffragor, ſublevo, præſidio ſum, præſidium, opem, ſubſidium, ſuppetias fero, affero, adjutor ſum alicui contra aliquem.)(*Impedio. Adv.* Aliquantum, multum, plane nihil, plurimum, publice, vehementer. *Uſus.* 1. Velim me in petitione conſulatus adjuves; Dolorem meum & mœrorem conſilio adjuva. 2. *Augere.* Inſaniam alterius, formam cultu adjuvat, die Narrheit vermehren, die Geſtalt erheben. V. *juvo, opitulor, auxilium.*

Adlaboro, as, avi, atum, are, ernſtlich ſich bemühen. *Syn.* valde laboro, elaboro. *Uſus.* Alicui adlaborare.

Admetior, iris, menſus ſum, iri, meſſen. *Syn.* metior. *Uſus.* Frumentum admetiri militi.

Adminiculor, aris, atus ſum. unterſtützen. adjuvo, fulcio. *Uſus.* vites adminiculari, Weinpfähle ſchlagen.

Adminiculum, i, n. Hülfe. *Syn.* fulcrum, auxilium. *Uſus.* Vites claviculis adminicula quaſi manibus apprehendunt, der Rebſtock hält ſich an den Weinpfählen. Adminiculorum ordines. 2. *auxilium.* nullius adminiculo rem confecit, ohne Beyhülfe eine Sache zu Stande bringen. V. *adjumentum.*

Adminiſter, tri, m. Mitgehülf. *Syn.* miniſter. *Uſus.* Timarchides omnium rerum transactor, cupiditatum adminiſter. Scelerum adminiſtri & ſatellites. *Adjectivus in gen. foem.* Multæ ſunt artes hujus virtutis comites adminiſtræ. V. *adminiſtrator.*

Adminiſtratio, nis, f. Verwaltung. *Syn.* curatio, procuratio, gubernatio. *Epi.* communis cum aliquo, provincialis. *Uſus.* Disceptant Philoſophi, an Dii ab omni curatione, & adminiſtratione rerum vacent. V. *Munus, gubernatio.*

Adminiſtrator, oris, m. Verwalter. *Syn.* Præfectus, curator, procurator, miniſter, gubernator, moderator. *Epi.* pulcher. *Uſus.* Imperator eſt adminiſtrator belli.

Adminiſtro, as, avi, atum, are. verwalten, beſorgen. *Syn.* curo, procuro, gero, obeo, guberno, *Adv.* accuratiſſime, adminiſtrabiliter, auſpicato, bene, commode, diligentiſſime, lenius, melius, optime, quam commodiſſime, recte, temere, vigilanter. *Phraſ.* 1. *Ecquis hoc tempore Rempublicam adminiſtraret?* wer wird bey dieſen Zeiten das gemeine Weſen regieren? ecquis hac temporum calamitate Rempublicam attingat, capeſſat, ſuscipere, gerere, tractare audeat? quis ſua ſtudia ad Rempublicam conferat? operam det Reipublicæ, in Republica verſari velit? 2. *Is nunc totam Rempublicam adminiſtrat*, er verwaltet itzt das ganze gemeine Weſen. Is nunc in procuratione Reipublicæ eſt; Rempublicam ſummo cum imperio obtinet, tractat Reipublicæ gubernacula; ſumma ejus nunc eſt in Republica poteſtas; ſummum jus in curandis Reipublicæ rebus. Reipublicæ nunc præeſt, eo jure quod ampliſſimum eſſe poteſt; ea poteſtate, quæ poteſt eſſe maxima. Summo nunc utitur in Republica imperio. 3. Res meæ melius haberent, ſi tu adminiſtraſſes, es würde beſſer um meine Sache ſtehen, wenn du ſelbe verwaltet hätteſt. Si rerum mearum cura penes te fuiſſet, ad te pertinuiſſet; ſi in his tua opera uſus eſſem; ſi te curatorem, procuratorem habuiſſem. V. *rego, provincia, magiſtratus. Uſus.* Rem familiarem, leges, judicia, provinciam, caſtellum, civitatem conſilio ac ratione adminiſtrare.

Admirabilis, e, *gen. com.* wunderbar. *Syn.* admirandus, admiratione dignus, mirandus. *Uſus.* vir dicendo, & omnibus artibus admirabilis. Pro tua ſingulari & admirabili ſapientia. Admirabilis fama virtutum. V. *mirus, mirandus.*

Admirabilitas, tatis, f. Verwunderung. *Epi.* magna, maxima. *Uſus.* Hæc rerum deſpicientia magnam admirabilitatem habet.

Admirabiliter, wunderbarlich, trefflich. *Syn.* mirifice, mirum in modum, cum admiratione omnium, inſigniter. *Uſus.* Mundus conſilio admirabiliter adminiſtratur.

Admiratio, nis, f. Verwunderung. *Syn.* miratio. *Epi.* familiaris, incredibilis, ſuavis, jucundiſſima, magna, major, maxima, mediocris, perſpicua, popularis, ſimilis, ſumma, multa. *Phraſ.* Res magnam admirationem excitavit, die Sache hat eine groſſe Verwunderung verurſachet. res ea non mediocrem movit, effecit admi-

Digitized by Google

rationem; omnes in admirationem vertit, traduxit, rapuit, convertit. Res ea maxima omnes admiratione affecit, defixit, ſtupore omnium animos complevit; non mediocrem ſui admirationem injecit. Res ea in admiratione erat omnium; omnium oculos mentesque admiratio rei tenuit, ſuſpendit. Id facinus miraculo rei omnes obſtupefecit. *Uſus.* Eloquentiam, quæ admirationem non habet, nullam judico, **die Beredſamkeit, die nichts wunderbares an ſich hat, halte ich für nichts** V. *miror, ſtupeo.*

Admiror, aris, atus ſum, ari, **ſich verwundern.** *Syn.* ſuſpicio, miror, demiror, admiratione afficior. *con.* *temno. Adv.* communiter, recte, ſeparatim aliquem, ſeparatim in ſingulis, valde, vehementer. *Phraſ. Admiratus eſt eloquentiam*, **er hat ſich über die Beredſamkeit verwundert.** Magna hominem tenuit eloquentiæ hujus admiratio; magna erat hominis ad tantam eloquentiam admiratio; inceſſit hominem admiratio tantæ eloquentiæ. Eloquentia tam ſingularis homini pro miraculo ſuit; ſummæ admirationi ſuit. Magna eloquentiæ admiratione tenebatur, capiebatur. V. *miror. Uſus.* Platonem ex ore tuo admiror. De Dionyſio ſum admiratus. V. *miror, ſtupor.*

Admiſceo, es, cui, mixtum, ere. **dazumiſchen.** *Syn.* miſceo, immiſceo, confundo. *Uſus.* Cave, ne vulgi erroribus te admiſceas. Nolo, me illis admiſceas, **ich will nicht, daß du mich unter jene zählest.** V. *miſceo.*

Admiſſarius, ii, m. **Springhengſt.** *Syn.* equus, qui ad ſobolem ſervatur. *item*: homo effrenatæ libidinis.

Admiſſum, i, n. **Uebelthat.** * *Syn.* Delictum, crimen, peccatum. *Uſus.* Admiſſum hoc graviter puniri ſolet. V. *crimen, peccatum.*

Admiſſus, a, um, *part.* **von** admitto. **zugelaſſen.** *Syn* commiſſus. *item* incitatus. *Uſus.* 1. Pudet me admiſſi dedecoris, **verübte Schandthat.** 1. Equo admiſſo in mediam aciem irruit, **ſporuſtreichs in das feindliche Heer einfallen.**

Admiſtio, nis, f. **Vermiſchung.** *Syn.* concretio. *Uſus.* Animus omni admiſtione corporis liberatus, purus & integer, **die Seele, die von den Banden des Leibes aufgelöſet iſt.**

Admiſtus, a, um, *part.* **von** admiſceo, **vermiſcht.** *Syn.* Commixtus, concretus. *Uſus.* Aquæ admiſtus calor. Aer multo calore admiſtus. Nihil animis admiſtum, nihil concretum eſt.

Admitto, is, miſi, miſſum, ere. **zulaſſen.** *Syn* Recipio, excipio, ſuſcipio, adhibeo, intromitto.)(*Prohibeo, arceo, repello. Phraſ* 1. *Quoslibet ad me admiſi* **ich habe jedermann vorgelaſſen** Neminem a congreſſu meo absterrui; excluſi neminem; audivi omnes. Nullum onus officii cuiquam reliquum feci. Admiſſionum mearum facilitatem omnes prædicant. V. *acceſſus, aditus facilis.* 2. *Si tempus admiſerit*, **wenn es die Zeit zulaſſen wird** Si ætatis tempus; ſi rationes veſtræ eam facultatem præbebunt; ſi commodum ita feret veſtrum; ſi ita tulerit fortuna. *Uſus.* 1. Aliquem in domum, ad *vel* in conſilium, ad colloquium, ad cauſam dicendam, ad Principem admittere, **in das Haus ꝛc. laſſen.** 2. *Pecco, committo*, **begehen.** Integer adeo, ut nullam unquam noxiam, flagitium, fraudem, maleficium, culpam, facinus, dedecus in ſe admitteret. 3. *Concito.* **a ſporen.** Equum in heſtem admiſit.

Admodum, **ſehr.** *Syn.* valde, *item*: fere. *Uſus.* 1. Me tuæ litteræ admodum deleſtant, **ſehr erfreuen.** 2. Fere. **faſt, beynahe.** Viginti admodum annos natus. Nullus admodum. Admodum nihil litterarum callet. 3. *In reſponſione affirmat.* Advenit? Reſp. admodum, **ja**; **dem iſt alſo.** 4. *Cum adverbiis jungitur.* Nuper admodum, **unlängſt.** Raro admodum, **gar ſelten.** V. *Valde.*

Admolior, iris, itus ſum, iri. **hinzuthun.** * *Syn.* Admoveo. *Uſus.* Rupes prærltas velut de induſtria natura admolita eſt.

Admoneo, es, ui, itum, ere. **vermahnen.** *Syn.* Commoneo, commonefacio, ad memoriam rei aliquem excito. *Adv.* Amice, amiciſſime, breviter, præclare, obſcure, recte, vulgo. *Uſus.* Præclare, amice, ea de re me admonuiſti. Locus ipſe, ipſum nomen me admonet, ut &c. V. *Hortor, moneo.*

Admonitio, nis, f. **Ermahnung.** *Syn.* monitum, præceptum, hortatio. *Epi.* accurata, familiaris, major, mediocris, ſimilis. *Uſus.* Nec precibus.

Digitized by Google

cibus, nec admonitioni locum relinquit, er höret weder Bitte, noch Ermahnung mehr an. V. *præceptum*, *hortor*, *incitamentum*.

Admonitor, oris, m. Ermahner. *Syn.* hortator, impulsor. *Epi.* Nimius, verecundus. *Usus* Admonitore non eges. Verecundus admonitor.

Admonitus, us, m. Ermahnung. *Syn.* admonitio, monitum. *Epi* Similis. *Usus.* amici hominis admonitu valde movemur.

Admordeo, es, mordi, morsum, ere. anbeißen. *Syn* Mordeo, abrodo. *Usus.* Habet argentum. Hunc mihi admordere lubet.

Admotio, nis, f. Hinzufügung, Berührung. *Syn.* Applicatio. *Usus.* Admotione digitorum nervi sonum explorare.

Admoveo, es, vi, motum, ere, hinzuthun. *Syn.* Appono, applico, adhibeo, porrigo, extendo. *Antonym. Adv.* Propius se. *Usus.* 1. Applicare se, & propius admovere. Aurem admovere, & subauscultare, zuhören. Ignes alicui, cruciatus, aspidem ad corpus admovere, mit Feuer ꝛc. zusetzen. 2. *Transl.* Alicui stimulos, terrorem, preces, blanditias, vim adhibere, ausporen, bitten, mit Schrecken, Schmeichelworten, Gewalt zusetzen. Vultum, oculos ad rem admovere, das Gesicht zukehren. V. *adhibeo*, *applico*

Admurmuratio, nis, f. Gemurmel, Beyfall. *Syn.* Approbatio, plausus, acclamatio, applausus murmure factus. *Epi.* Divina, grata, multa & secunda. *Usus.* Grata, secunda concionis, senatus; aut adversa admurmuratio facta est. V. *plausus*, *applaudo*.

Admurmuro, as, avi, atum, are. murmeln. *Syn.* Admurmurationem facio. *Adv.* Valde. *Usus. Senatus aut concionis juvenis.* Admurmurarunt universi. V. *Plaudo*, *assentior*.

Admutilo, as, avi, atum, are. zerstümmeln. *Syn.* Mutilo. *Usus.* Me usque ad cutem admutilasti.

Adnecto, is, nexui, nexum. ere. anknüpfen. *Syn.* alligo, connecto. *Usus.* Navem litori adnectunt nautæ.

Adnitor, eris, nisus sum, niti, bemühen, anstrengen. *Syn.* Nitor, molior, conor, laboro, applico. *Usus.* [illegible] Cæsar de triumpho [illegible]. Natura semper ad aliquid tanquam adminiculum adnititur. V. *conor*, *nitor*, *laboro*.

Adnumero, as, avi, atum, are, zuzählen. *Syn.* Numero, connumero, ad numerum addo. *Phras. Tiro libertis. Tullii adnumeratus est.* Tiro ist unter die Freygelassene des Cicero gezählet worden. In numerum libertorum adscriptus, relatus, cooptatus, adscitus, receptus fuit, in numero, *vel* de numero libertorum fuit; in numerum libertorum venit, pervenit; in numero libertorum habitus, positus, collocatus est. *Usus.* Age, ut cum candidatis adnumerere.

Adnuto, as, avi, atum, are. V. *annuo*.

Adolescens, tis, *gen. com.* Jüngling. *Syn.* Juvenis, ephebus, pubes. *Epi.* Abstinens, acutus, bonus, bonus & eruditus, bonus & diligens, bonus & prudens, dignus illo loco ac nomine, bonus & strenuus, castus ac diligens, clarissimus atque fortissimus, omnium præstantissimus, princeps civitatis, comicus, cupidus laudis, deditus mirifice alicui, deformis, delicatus, disertissimus, divinus, incolumis, fortunatus, gratissimus, gravis & doctus, honestus in primis, ornatus in primis, honestissimus, humanissimus atque optimus, imperitus, bonus, non tam insulsus, quam non verecundus, non acriter intelligens, lectissimus, modestissimus, optimus, mihique carissimus, prætorius, pecuniosus, perditus ac dissolutus, potens, potentissimus, præditus summa spe & animi & ingenii, primarius, probus, propinquus, prudens, prudentissimus, ætate multo robustior ducd, sanctissimus, studiosissimus, maxime familiaris, non solum indoctus, sed etiam rusticus; ingeniosissimus, & prope æqualis, lecuples, loquax, miser, perneccessarius, & amicitia alicujus dignissimus, plenus ingenio, segnior. *Adv.* Admodum, multum. *Phras.* 1. *Adolescens nobilis*, ein adelicher Jüngling. Nobili loco natus; nobilissimus; princeps juventutis; florentissimus urbis; ornatissimus; familia ortus amplissima. V. *nobilis*. 2. *Adolescens ingeniosus & eruditus*, ein sinnreicher, und gelehrter Jüngling. Acutus, & disertus; plenus ingenio, rectissimis studiis,

Digitized by Google

dils, atque optimis artibus præditus; summa spe & animi & ingenii, nec indoctus. V. *doctus.* 3. *Adolescens optimis moribus*, ein Jüngling von besten Sitten; honestus inprimis, humanissimus atque optimus; castissimus ac modestissimus dignusque illo loco & nomine; ordinatus omnibus rebus, & verecundus. V. *mos.* 4. *Admodum adolescens erat*, er war noch in der Blüthe des Alters. Erat in flore ætatis primo; vixdum e pueris excesserat, *vel* ex ephebis; prætextatus etiamdum erat; prope puberem ætatem erat; primo ætatis flore pubescebat; annos adolescentiæ vix attigerat; ætas a puerili studio vixdum exierat; pueritiæ annos vix egressus erat; utebatur etiamdum ætatis initio; integri sanguinis adolescens; adulta ætate puer, sed adhuc imberbis erat. *Usus.* Bona indole, summæ spei; aut perditus, dissolutus adolescens. V. *Juvenis.*

Adolescentia, æ, f. Jugend. *Syn.* Iniens ætas a 14. ad 25. vel 30. annum. *Epi.* Impura, liberior, libidinosa, & intemperans, magna, modestissima, plena spei, prima, proclivior ad libidinem, proterva, tota, turpis. *Phras. Ab adolescentia*, von Jugend auf. Ab ineunte, a prima, a teneriore ætate; a puero *vel* pueris; a pueritia; ab initio ætatis; a primis temporibus ætatis; a teneris. *Usus.* Libidinosa, intemperans adolescentia effœtum corpus tradit sene fluti. V. *Juventus*, *puer.*

Adolesco, is, evi, ultum, ere, erwachsen. *Syn.* Augeor ætate, cresco. *Adv.* sensim. *Usus.* Uti ratio, ita cupiditas cum ætate adolescit. V. *cresco.*

Adoptio, onis, f. das Aufnehmen an Kindes statt, Kindschaft. *Epi.* Innumerabilis. *Usus.* Adoptionem hæreditas nominis, pecuniæ, sacrorum sequitur. In adoptionem in alienam familiam dari; assumi in nomen familiæ alienæ.

Adoptivus, a, um. zur Aufnehmung an Kindes statt gehörig. *Usus.* Sacra adoptiva.

Adopto, as, avi, atum, are. an Kindesstatt annehmen. *Syn.* Filium adsciseo, deligo, instituo. *Adv.* obscure. *Usus.* 1. Scipio Æmilium sibi legibus adoptavit. 2. *Deligo*, erwählen, erlesen. Adoptare aliquem defensorem juris sui ultorem injuriarum. zu seinem Beschützer einen erlesen. V. *Adsciseo.*

Adorea, æ, f. Lob und Ehre. * *Syn.* Laus, gloria.

Adorior, eris, *vel* iris, ortus sum, iri, anfallen. *Syn.* aggredior, invado, irruo, involo. *Adv.* tumultuosissime. *Phras. Hominem, repente adortus est.* er hat ihn gählings angefallen. Impetum fecit in hominem: manus admolitus est: infesto spiculo petiit: ferro appetiit; incurrit, involavit cæco in hominem impetu; primum impetum effudit in hominem: arma in obvium vertit. V. *aggredior*, *invado. Usus.* Aliquem jurgio, gladiis, fustibus, a tergo adoriri.

Adorno, as, avi, atum, are. zieren, zurüsten. *Syn.* orno, instruo, paro, apparo, comparo. *Adv.* diligenter. *Usus.* 1. Pompejus Italiæ duo maria maximis classibus adornavit. Bellum, classem, nuptias, petitionem consulatus, testium copiam adornare, bereiten, zurüsten, bestellen. 2. *honore officio*, beehren. Omnes in hoc adolescente adornando conspirant. V. *paro; comparo.*

Adoro, as, avi, atum, are. anbethen. * *Syn.* Deum religione propitio. *Phras. Adorare Deum*, GOtt verehren und anbethen. Auguste, sancteque venerari Deum; divinum Numen castissime colere; venerabundum aris assistere, & adorantium more procumbere. Genua ponere, ac venerari Deum; religiosum Deo cultum adhibere, tribuere, impendere; Pio cultu, religiosa adoratione prosequi Deum. *Item: Indi adhuc plures deos adorant*, die Indianer bethen annoch mehrere Götzen an. cultum uni debitum Deo, simulacris, lapidibus, diisque vanissimis tribuunt, exhibent, impendunt; deorum inani superstitione tenentur; fictis numinibus divinos honores tribuunt, impertiuntur; ridicula falsorum numinum simulacra sacrilego cultu venerantur, prosequuntur. *Usus.* Cæsar hostia pacem Deum adoravit. V. *oro*, *veneror.*

Adpromitto, is, misi, missum, ere. für einen Bürge seyn, versprechen. *Syn.* promitto. V. *promitto.*

Adrepo, is, repsi, ere, hinzukriechen. *Usus. Transl. insinuare se in gratiam*, sich

Digitized by Google

ſich zumachen, zuſchmeicheln. In amicitiam alicujus; in ſpem hæreditatis; animo alicujus adrepere.

Adſciſco, is, ivi, itum, ere. herzurufen. *Uſus.* 1. Romanas leges ſibi adſcivere Latini, die Lateiner haben die römiſchen Geſetze angenommen. 2. *adſcribo, adjungo, adjicio, annumero, ſeligo*, zugeſellen. Boni, bonos ſibi adſciſcunt. Adſciſcere ſibi ſocios. Civem adſciſcere. In civitatem adſciſci, Bürger werden. 3. *Comparo.* Romani a Græcis leges, ritus, conſuetudines, ſacra adſcivere. Cura ut laudem tibi adſciſcas. 4. *arrogo, tribuo, ſumo.* Non mihi tantam ſapientiam adſciſco, ſich zumeſſen. V. *adopto, jungo, adjungo.*

Adſcitus, a, um, *part.* von adſciſco angenommen *Adv.* publice. *Uſus.* adſcitus, non nativus color eſt.

Adſcribo, is, ſcripſi, ſcriptum, ere. dazuſchreiben, zumeſſen. *Syn.* appono, adjungo, addo, adſciſco, aſſigno. *Phraſ.* 1. *Victoria tibi adſcribenda eſt*, den Sieg muß man dir zuſchreiben. rei bene geſtæ decus tuo conſilio eſt aſſignandum; hæc victoria tui triumphi titulis accedat, oportet. Victoriæ decus omne ad te delegandum eſt; tuæ tribuendum virtuti. 2. *noli tibi adſcribere hanc laudem*, ſchreib dir dieſes Lob nicht ſelbſt zu. noli rei bene geſtæ tibi meritum uni inſcribere; facti laudem ſibi arrogare, aſſerere, vindicare; noli exiſtimare, tuam eſſe in his rebus unius gratiam; noli alienam laudem pro tua tibi vindicare; noli te offerre in ſocietatem alienæ gloriæ; noli quærere, ut præclaræ rei laus ac commendatio ad te perveniat. Quid tibi alieni facti gloriam adſciſcis, ſumis? 3. *Famulo adſcripſit culpam*, er hat die Schuld auf ſeinen Bedienten geſchoben. ad famulum delegavit culpam; in famuli ignaviam eam culpam contulit, retulit, conjecit; ejus rei culpam ignavia famuli ſuſtinet; culpam rei famulo tribuit, aſſignavit; ex ignavia famuli factum autumat; ignaviæ famuli vult eam eſſe culpam; culpam ſuam in famuli ignaviam trajicit ac deonerat. *Uſus.* 1. utinam ego tertius vobis amicus, *vel* in amicitiam veſtram adſcriberer! aufgenommen werden. 2. *aſſigno, acceptum fero*, zumeſſen. hanc cladem ſuæ ſocordiæ, hunc eventum fatis adſcribant. 3. in civitatem, *vel* civitati, adſcribi, Bürger werden. Meam tuæ adſcribo ſententiam, eines andern Meynung beyfallen. 4. aliquid ad epiſtolam adjicio, in den Brief noch etwas hinzuſetzen. Doleo me hoc litteris non adſcripſiſſe.

Adſcriptitius, a, um, eingeſchrieben. *Syn* adſcriptus. *Uſus.* Novi & adſcriptitii cives.

Adſcriptor, is, m. der mit unterſchreibt, Beförderer. *Syn.* ſubſcriptor. *Uſus.* Fuit is non modo defenſor, ſed adſcriptor dignitatis meæ. Auctor & adſcriptor honoris mei.

Adſtipulator, is, m. der Beyfall giebt. *Syn.* confirmator, defenſor. *Uſus.* In tua cauſa, patrono me, & adſtipulatore uteris.

Adſtipulor, aris, atus ſum. verwilligen, einer Meynung ſeyn. *Syn.* aſſentior. V. *Faveo, aſſentior, adjungo.*

Adſum, ades, adfui, adeſſe, dabey ſeyn. *Syn.* Præſens ſum, præſto ſum, interſum, coram adſum, copiam mei facio. *Adv.* frequenter in cauſa, multum, opportune, paulo ante, præſto, propius, publice, tardius. *Uſus.* 1. Pugnis omnibus affui. ich bin bey allen Schlachten geweſen. Adportam adeſt. Tempore ad judicium affuit, er iſt zu rechter Zeit bey Gericht erſchienen. 2 *Faveo.* Difficillimis licet rebus ſemper adero, beyſtehen. 3. *Animo præſenti tribuitur.* Adeſte animis, mittite timorem, ſeyd beherzt. V. *præſens, coram.*

Adveho, is, vexi, vectum, ere. hinzuführen. *Syn.* Apporto, importo, comporto.)(*Aveho. Uſus.* Vis magna frumenti Romam advecta. Navi, an equo advectus es?

Advena, æ, m. Fremder. *Syn.* Peregrinus. Hoſpes, alienus, exterus, extraneus, alienigena.)(*civis, domeſticus. Uſus.* In ipſa patria noſtra peregrini videmur, & advenæ. V. *Peregrinus.*

Advenio, is, veni, ventum, ire. hinzukommen. *Syn.* Accedo, appropinquo, pervenio, adeo, appello, contingo.)(*Discedo, recedo, abeo. Adv.* Præſto. *Uſus.* Malum, quodcunque advenerit, ferendum eſt. Senectus, cum advenit, multa mala apportat. *V. appello, venio.*

Adventitius, a, um, Fremder, Angekommener. *Syn* Fortuitus, inſperatus, non quæſitus.)(*Innatus, inſitus. Uſus.* 1. Mithridates multis natio-

Digitized by Google

tionum adventitiis copiis juvabatur. Fremde Völker zur Beyhülfe haben. 2. *Externus, alienus, non innatus, adveniens.* auswärtig, zufällig. Transmarina & adventitia Græcorum doctrina. Adventitiis adjumentis uti. Bona, pecunia adventitia, & assumpta.

Advento, as, avi, atum, are. ankommen. *Syn.* Advenio, appropinquo, accedo.)(*Procul sum. Usus. De tempore, persona & re dicitur.* Adventat jam destinata dies. Legiones adventant.

Adventor, oris, m. Ein Fremder, Gast. *Syn.* Externus, non domesticus. *Usus.* Vide, ne quis adventor auscultet.

Adventus, us, m, Ankunft. *Syn.* accessus.)(*discessus. Epi.* Minus aptus ad res multas, clarus, expectatissimus, gratus & honestus, gratior, gratissimus, maturus, matutinus, nocturnus, occultus, optatissimus, primus, recens, repentinus, suavis, suavissimus, unus, gravis, improvisus, jucundus, modestus. *Usus.* Uti adventus tuus optatissimus fuit, ita discessus afflixit.

Adventus domini, die heilige Adventzeit Dies sacri Dominico adventui; hebdomades, quæ anniversariam Christi nascentis memoriam præcurrunt; dies virginei partus expectationi sacri; tempus, quo expectati divini partus memoria celebratur.

Adversaria, orum, n. Handbuch, wo man etwas obenhin verzeichnet. *Syn.* Præscriptiones, ephemerides, tabulæ, in quas utcunque memoriæ causa projiciuntur omnia, quæ postea in justas fidei tabulas coöicesque referuntur. *Epi.* Menstrua. *Usus* Solertis est, in adversaria omnia minutim referre, der Fleißige schreibt alles auf.

Adversarius, a, um. widrig, entgegen. *Syn.* adversus, oppositus, inimicus, hostis.)(*amicus, defensor. Adv.* Maxime. *Usus.* Hic obtrectator laudum mearum, & adversarius semper fuit acerrimus, dieser ist allezeit mein Verkleinerer und Widersacher gewesen. semper se adversarium in meam dignitatem interdit. Adversario te, & insectatore laudum mearum utor. V. *hostis, infensus, inimicus, adversor.*

Adversator, oris, m. Widersacher. *Syn.* adversarius.

Adversor, aris, atus sum, ari. zuwider seyn, zuwider handeln. *Syn.* repugno, obsisto, contravenio, contra rem alicujus venio, contra pugno, contra facio, adversarius sum, in aliquem eo, resisto; reclamo, obtresto; adversum me præbeo, opponо, objicio.)(*Suffrago. Adv* Infensius, mediocriter, valde, vehementer. *Phæd. omnibus in rebus mihi adversaris,* du bist in allen Sachen wider mich. me oppugnans, quam potes, acerrime & gravissime; nullam adversus me injuriam prætermittis. Tuis contra nos viribus uteris. Quidquid habes virium, in nos confers. Omnia conaris, nihil non agis, moves, tentas, moliris, experiris, machinaris; moves omnes machinas; nihil non tentas ad perniciem nostram. Adversario te utimur nimis acerbo, nimis infenso. Agis contra nos, in nos; pugnas adversus nos nimis infestis odiis. Irruis in nos, quo potes impetu; quam potes, maximo. Vim omnem in nos confers. Facis maximum impetum contra nos. Adversarius es nobis nimis infensus, infestus, vehemens, sævus, imminens in exitium nostrum; nostrum sanguinem nimis avide sitiens; totus incumbens in perniciem nostram. Nimis a nobis discrepas; contra honorem nostrum niteris, undique adversaris, refragaris; adversus nos tendis: contra nostrum, amicorumque studium stas. Perpetuum nobiscum bellum suscipis. V. *inimicitia, inimicus, pugno. Usus.* Quibus ornamentis adversor tuis? Omnibus in disputando adversabere?

Adversum & adversus. wider. *Adv. Syn.* Contra)(*pro. Usus.* 1. Homo adversus Rempublicam, leges, salutem civium armatus. Adversus hostem aciem struere. Adversus clivum tendere. 2. *Erga,* gegen. Adhibenda est adversus deos pietas, adversus amicos humanitas, adversus omnes officium. V. *contra, erga.*

Adversus, a, um. widrig, zuwider. *Syn.* Contrarius, incommodus, sinister.)(*Prosper, secundus. Phræs. Vir non est, adversis rebus tam cito frangi,* es steht einem Manne gar übel an, wenn er in widrigen Zufällen gleich den Muth sinken läßt. Ad omnem calamitatem animos submittere; rebus

Digitized by Google

rebus turbidis, gravi fortuna, casibus adversis; infortunio quovis nimiopere commoveri; rebus afflictis, tristibus, duris, asperis, perturbatis debilitari, & exanimari; adversus casus, quibus hominum vita subjecta est & expositа, adversus fortunæ vim, impetum, injurias, tela, animo esse tam fracto & infirmo; in rebus trepidis, fractis, gravibus, incommodis, statim animo contrahi, & succumbere dolori. V. *infelix*, *calamitas*, *fortuna mala*. *Usus.* 1. Valetudo adversa, **Unpäßlichkeit**. Adversa Reipublicæ tempora, **böse Zeiten**. Bellum, prœlium, fortuna, res adversa, **unglücklicher Krieg, Schlacht** ꝛc. Homo adversa in vulgus fama, **übler Ruf**. 2. *Oppositus, ratione loci.* **Orts halber entgegen gesetzt**. Antipodes adversis vestigiis. Adversum solem intueri. Adverso flumine navigare. Adversa ire via. In adversam ripam evadere. *In anteriore parte corporis.* Adversus *semper in posteriore*. Cicatrices, vulnera adversa *id est*, adverso corpore excepta, **vorn in dem Leibe empfangene Wunden**.

Adverto, is, verti, versum ere. **aufmerken, vermerken**. *Syn.* Aliquo, vel ad aliquid verto, observo, attendo, animadverto. *Adv.* Obscurissime. *Phras. Adverte consilium tuum*, **ich merke schon deine Gedanken**. Subolet mihi consilium tuum; intelligo, quo istud pertineat, quid spectes; consilium tuum dudum introspexi; odoratus sum. Sentio sententiam tuam. Advertit me consilii tui ratio; obscurus quidam consilii tui sensus ad me pervenit; animo prospicio, quo res illa spectet. *Usus* 1. In hanc plateam te adverte. **Wende dich in diese Gasse**. Urbi agmen, navem littori, pedem ripæ, aures monitis, cursum aliquo advertere. 2. *Transl. ad res animi.* Advertere animum ad dicta, **fleißig aufmerken**. *vel absolute.* De re aliqua diligenter advertere, **wohl acht haben**. 3. *Pœnis*, **strafen**. Advertere in aliquem. V. *attendo, observo, converto*.

Advesperascit, *impers.* **es wird Abend**. *Phras.* Vespertinum crepusculum adest; nox adventat; lucem tenebræ pellunt; vespera appropinquat; diei nox succedit; dies abit inclinante jam, vergente, prona in occasum sole; cedit jam nocti dies; præceps est in noctem diei tempus; obscura jam lux est; dies in vesperum inclinat. Cœlum vesperascit. V. *vesperi*.

Advigilo, as, avi, arum, are. **fleißig wachen**. *Syn.* Vigilo, pervigilo. *Usus.* Pro negotii gravitate advigilandum est. V. *Vigilo*.

Adulatio, onis, f. **Schmeicheley**. *Syn.* Assentatio, blanditiæ. *Epi.* Amans dominorum. *Usus. Proprie adulantium heris canum est.* In amicitiis nulla major pestis est adulatione. Semper magnæ fortunæ comes est adulatio. V. *assentatio*.

Adulator, oris, m. **Schmeichler**. *Syn.* Assentator, palpator, divitum arrosor, & quod sequitur, irrisor, simulator, homo levis, & fallax, ad voluntatem loquens omnia, nihil ad veritatem. Qui ad alterius non modo sensum & voluntatem, sed etiam vultum atque nutum convertitur. *Usus.* Nolo esse laudator, ne videar adulator. V. *assutus*.

Adulor, aris, atus sum, ari. **schmeicheln**. *Cum Accusat. Syn.* Blandior, assentor, auribus do; omnia ad voluntatem, nihil ad veritatem loquor, palpo. *Adv.* aperte. *Phras. Adularis, ut gratiam a me ineas*, **du schmeichelst mir, um meine Gunst zu erwerben**. Das hoc auribus meis, ut gratiam meam mercuperis, Auribus inservis. Blanda assentatione uteris. Assentationis artificio gratiam quæris. Blande loqueris, ut me tibi adjungas, ut in meam te amicitiam insinues. Lenocinaris. Blanditiis in aures meas influere laboras. Absurdam in adulationem progrederis. Palpo me percutis. Subparasitandi artem tenes. Ad gratiam loqueris. Laudibus me conciliare, expugnare; in tuas partes, commoda, amicitiam pertrahere studes. In adulationem scite te componis; spem & animos solita vanitate inflare nosti. Palpum obtrudis. Voluntati servis; aures scalpis, mulces, permulces. Blanditiis fallis, delinis. Assentationibus demulces animum. Assentatoris partes agis egregie; blandimentis benevolentiam non inscite colligis. *Usus.* Adulari fortunam alterius. Feræ dominum adulantes. V. *assentor, accommodo*.

Adulter, eri, m. **Ehebrecher**. *Syn.* Mœchus, alienæ conjugis corruptor. *Epi.*

Digitized by Google

Epi. Sororius, temerarius, obſcœnus, nocturnus, turpis.

Adulterinus, a, um. falſch, erdichtet. *Syn.* fucatus, adumbratus, non verus, non genuinus.)(*verus, genuinus Uſus.* Nummi, gemmæ, moneta adulterina, falſches Geld ꝛc. Adulterino ſigno, *annullo*, teſtamentum corrumpere. V. *falſus, adumbratus.*

Adulterium, ii, n. Ehebruch. *Syn.* Stuprum conjugis. *Epi.* Nefarium, quotidianum. *Phraſ. Adulterium commiſcere*, einen Ehebruch begehen. Admittere adulterium; thorum alicujus contaminare, violare; adulterari, mœchari, fœdus, fidemque matrimonii frangere, derelinquere, deſerere, fallere; involare in alienum matrimonium; nefario alterius uxorem polluere; ad eam oculos impudicos, libidinis oculum adjicere; jura legitimi thori fallere, pudicitiæ uxoris vitium addere; impetere impudicitia alienam conjugem; ejus corpus ſtupri eomplere; conſueſcere cubilibus alienis; alienum cubile inire; capere uſuram corporis. *Uſus.* Adulterium committere, facere, inire, einen Ehebruch begehen. In adulterio deprehendi.

Adultero, as, avi, atum, are. ehebrechen. *Syn.* Corrumpo, ſtupro, alienum cubile ineo. *Uſus.* 1. Latrocinari, fraudare, adulterare turpe eſt. 2. *Fallaciter imitor aliquid.* Iudicium pecuniis, teſtamenti tabulas adulterat, verfälſchen. V. *corrumpo.*

Adultus, a, um. *partic.* von adoleſco. erwachſen. *Syn.* Grandior, progreſſa ætas, magis confirmata, major. *Phraſ. Grandis jam & adulta ætate*, wohl erwachſen; ætate pdovectus; matura, corroborata, confirmata ætate; in ea ætate, cui roboris jam multum acceſſit; Qui ſe jam corroboravit, vir inter viros; cujus ætas in medio virium robore; medio juventæ robore, flore; qui jam virilem togam ſumpſit; ætatis nec primæ, nec ultimæ, in viridi ætate; cui primo florens vigore ætas; qui ætatem tranſcendit primæ juventæ, poſtremæ necdum attigit: qui juventam ingreſſus mediæ pollet ætatis nervo. V. *adoleſcens. Uſus.* Adulta jam Roma; arbor adulta, adulta Reipublicæ peſtis.

Adumbratio, nis, f. Entwurf, Abbildung. *Syn* Rudior imago, & ſpecies. *Uſus.* Alicujus rei, ſi non perfectio, at conatus tamen, & adumbratio.

Adumbratus, a, um. *partic.* von adumbro. entworfen. *Syn.* Non abſolutus.)(*expreſſus, Uſus.* 1. ſunt in hoc juvene maximarum non expreſſa ſigna, ſed adumbrata virtutum. Principio adumbratas quasdam intelligentias concipimus. 2. *Fictus*, falſch, leer. Gloria eſt ſolida quædam res, expreſſa non adumbrata. Homo adumbratus; comitia, opinio virtutis, judicium, lætitia adumbrata, nur auf den Schein gericht.)(*vera.*

Adumbro, as, avi, atum, are. entwerfen *lineari pictura & umbratili aliquid fingo. Syn.* Effingo, imitor, deſcribo; rude ſpecimen edo, exhibeo. *Uſus.* conare Ciceronem, perfectæ eloquentiæ formam adumbrare. Facta alicujus dicendo, ſpecimen & formam adumbrare, wohl beſchreiben.

Aduncitas, tatis, f. Krümme. *Uſus.* Quædam aves aduncitate roſtrorum cibum capiunt.

Aduncus, a, um. krumm. *Syn.* Curvatus, tortuoſus. *Uſus.* Aduncæ ungues, ſerrula addunca.

Advocatio, nis, f. das Fürſprechen. *Syn.* patrocinium, advocati munus. *Epi.* Copioſa. *Uſus.* Homo in re militari, quam advocationibus cautior. Ea advocatio clamoribus, lapidatione diſcuſſa, perturbata, repulſa eſt.

Advocatus, i, m. ein Fürſprecher. *Syn.* qui alteri adeſt in cauſa, qui in judicio aut jus ſuggerit, aut præſens eſt amico. *Epi.* Armatus, perpauci. *Phraſ. Advocatum fieri*, ein Advokat werden. Agendis cauſis ſe dare; induſtriam in agendis cauſis exercere; in forum venire, ſe conferre; vocem in quæſtum forenſem conferre; actorem fori litigioſi eſſe; cauſas in judicio agere; cauſidicum fieri; ad cauſas adire; in foro verſari; cauſarum actorem, patronum eſſe; opera forenſi ætatem terere; forum celebrare; forenſi in munere, forenſibus in cauſis, in cauſarum patrociniis verſari, ætatem agere; forenſibus cauſis patrocinium præſtare; cauſas orare; forum attingere. *Uſus.* Invocare aliquem advocatum ad defendendam cauſam

Digitized by Google

ſam ſuam. Eſſe alicui advocatum. Alicui advocatum venire. V. *Patronus.*

Advoco, as, avi, atum, are. **herzuruſen.** *Syn.* Accerſo, in auxilium voco, convoco.)(*avoco. Uſus* In coetum, ad concilium, ad ſe ipſum a voluptate advocare, **in ſich gehen.** Advocare ſibi, cauſæ ſuæ aliquem, **ſich um Helfer bewerben.** V. *Voco, accerſo.*

Advolatus, us, m. **Zuflug.** *Epi.* Triſtis. *Uſus.* Triſti advolatu aduncis lacerat unguibus.

Advolo, as, avi, atum, are. **hinzufliegen.** *Syn.* Convolo, accurro.)(*avoco. Adv.* Plane, repente, ſublime. *Uſus.* Romam, quam mox advolabo. Cum primum litteras recepero, in villam ad te advolabo. V. *Accurro.*

Advolvo, is, volvi, volutum, ere. **hinzuwälzen.** *Uſus.* Ad genua Principis advolvi, **zu Füßen fallen.**

Aduro, is, uſſi, uſtum, ere. **anbrennen.** *Uſus.* Barbam, capillum adurere. V. *Uro.*

Adytum, i, n. **heimlichet Ort der Kirchen.** *Syn.* Pars templi ſecretior, occultior, & remotior, penetrale.

Ædepol, **fürwahr.** *Jurandi verbum per ædem Pollucis.*

Ædes, is, f. **Kirche, Haus.** R. *ab* ἕδος, *ſedes. Syn.* Domus, domicilium. *Epi.* Bona, magnifica, ornatiſſima, plena atque ornata, ſacra, aliena, amœniſſima, aurata, male materiata, nobiliſſima in palatio, opima, peſtilens, ſalubris, profana, regia. *Uſus.* 1. Ædes privatæ, magnificæ, **prächtige Häuſer.** In intimis, mediis ædibus. 2. Templum, *numero fere ſingulari*, **Kirche.** Ædem conſecrare, reparare. Ædium ſacrarum & publicarum depopulatio. V. *Ædificium.*

Ædicula, æ. f. **Kapelle, Häuslein.** *Syn.* Templum, parva domus. *Uſus.* Eam aram, ædiculam, & pulvinar dedicavit.

Ædificatio, nis, f. **Bau, Erbauung.** *Syn.* Conſtructio ædium. *Epi.* Immenſa & intolerabilis. *Uſus.* Ædificationem abjicere, deponere, **vom Bauen abſtehen.** *Vulg. ac barbarum eſt; ædificationi eſſe*, **zur Erbauung ſeyn.** *Pro quo. Phraſ.* Exempli eſſe optimi; eum eſſe, a quo exemplum petere, capere, ſumere poſſint cæteri; qui exemplo vel exemplum eſſe poſſit cæteris; qui virtutis germanæ exemplum cæteris præbeat, relinquat. V. *Ædifico.*

Ædificator, ris, m. **ein Bauherr.** *Syn.* Fabricator. *Epi.* Præſtans. *Uſus.* Opifex & ædificator mundi Deus.

Ædificium, ii, n. **Gebäude.** *Syn.* Structura, ædes, domus. *Epi.* Malum, magnificum, privatum, publicum, ſacrum & profanum. *Uſus.* Exſtruere, vel deturbare in alieno, ædificium. Ædificia in Tiberim verſa, **Gebäude die gegen die Tiber hinaus ſehen.**

Ædifico, as, avi, atum, are. **bauen.** *Syn.* Exſtruo, exædifico, conſtruo, condo, conſtituo, pono, colloco, facio, parietem duco, fabrico, architector, muros tollo, attollo, erigo; ædificium ſtruo, molior. *Adv.* bene, belle, privatim, publice, ſceleratius, ſtrenue. *Phraſ. Ædificatur ſtrenue*, **man bauet eifrig.** Excitata ſunt jam ad aliquam altitudinem ædificia; ſaxo quadrato probe ſubſtructa ſurgunt, exſurgunt, creſcunt, educuntur, attolluntur jam ædificia; etſi nondum ad colmen perductum, ad tectum tamen domus pæne pervenit. *Uſus.* 1. Ædificare porticum, atrium, urbem. 2. Navim, claſſem ædificare. 3. *Sed barbarè dicitur: ædificare alios*, **andre erbauen.** *Pro quo iſta adhiberi poſſunt*: exempla edere virtutum, relinquere, præbere, in quæ poſteritas ſera reſpiciat; exemplo eſſe aliis ad virtutem; virtutis exempla non vulgaria prodere; exemplo ad virtutem prælucere aliis; exempli præclari facem præferre.

Ædilis, is, m. **Baumeiſter.** *Syn.* Curatores urbis, annonæ, ludorumque ſolennium. *Epi.* Curulis, deſignatus, religioſus.

Ædilitas, tis. f. **Baumeiſteramt.** *Syn.* Ædilitium munus. *Epi* Curulis, furioſa, magnificentiſſima, præclara, ornatiſſima. *Uſus.* Ædilitatem petere, obtinere, ædilitate fungi.

Ædilitius, a, um. **zum Baumeiſteramte gehörig.** *Syn.* Spectans ad ædilitatem. *item*: qui ædilis eſt, aut fuit. *Uſus.* Homo ædilitius.

Wagner.

Digitized by Google

Æduus, ui, m. Meßner, Küster. *Syn.* Æditimus, sacræ ædis custos, qui custodiæ sacræ ædis præest.

Æger, ra, rum. krank. R. ab ἀνιγρὸς. *tristis.* *Syn.* Ægrotus,)(*valens.* *Adv.* Graviter, mediocriter, maxime. *Usus.* 1. *De corpore,* Leibes-krankheit. Corpore æger; ex vulnere æger. Ægra Respublica, & deposita. Ægra & labans civitas. 2. *De animo moerente, & afflicto,* Gemüthskrankheit, Trauer. Animi vel animo æger. Amore vel ex amore æger. V. *Infirmus, tristis, valetudo mala.*

Ægre, ungern, schwerlich. *Syn.* Difficulter, vix, gravate, moleste.)(*moderate, facile.* *Usus.* Inveterata vitia ægre depelluntur. Ægre te careo.

Ægre, fero, fers, ferre. ungern sehen. *Phras.* Immoderatius, graviter, moleste, perindigne, animo valde iniquo tuli; stomachatus sum; animo periniquo passus sum; Pupugit me res ea; sane aspere, durius accepi; subringebar, fremebam, momordit me haud modice; discruciabar. Non leviter commotus, indignatus; ægre, iniquo animo passus sum. Dolori mihi fuit, & ægritudini; torquebat me misere, & cruciabat; stomachi inde, ac molestiæ non parum erat; acerbius mihi visum est; angebar, confundebarque animo; gravia hæc erant auribus meis; invisa mihi erat rei memoria; offendit ea me res vehementer; magno me dolore affecit; omnia facilius, quam illud perpeti poteram; æquo haud ferebam animo; animo æquo intueri haud poteram; gravissime id dolebam; dolebat id mihi; magnus inde dolor incessit animo; urebat me, & lacerabat, quod &c. V. *Invitus, molestè, repugno.*

Ægresco, is, ere. krank werden. * *Syn.* ægrior fio.

Ægrimonia, æ, f. Herzenleid. *Syn.* Ægritudo animi, dolor, mœror, sollicitudo, cura. *Epi.* Nova. *Usus.* Ferrem graviter, si novæ ægrimoniæ locus esset. V. *Ægritudo.*

Ægritudo, inis, f. Gemüthskrankheit, Betrübniß. *Syn.* Ægrimonia, molestia, angor, animi contractio, animi perturbatio,)(*hilaritas.* *Epi.* Acrior, amplificam, crucians, detestabilis, flebilis, inanis, laboriosa, levior, mœrens, maxima, misera, naturalis; nova sed ea modica, premens, simillima ægris corporibus, permanens, tetra, universa, acerba, anxia atque acerba, gravior, gravissima, incredibilis. *Usus.* 1. *Ægritudinem accipere,* betrübt, traurig werden. Parvis sæpe rebus movetur, oritur ægritudo. Res non maximæ ægritudinem afferunt, efficiunt; ægritudine afficiunt, premunt, opprimunt, conficiunt, ex rebus minimis in ægritudinem incidimus, ægritudini nos dedimus, ægritudine debilitamur, quatimur, kleine Dinge machen oft große Betrübniß. 2. *Ægritudinem lenire,* den Unmuth lindern. Philosophia universam ægritudinem lenit, levat, sedat, extenuat, elevat. Levatio, sedatio, vacuitas ægritudinis consistit in avocatione a cogitanda molestia, & revocatione ad voluptates contemplandas. 3. Ægritudine vacare, ohne Betrübniß seyn. Ægritudinem Stoici, ut tetram, & immanem belluam fugiendam dicunt, exuendam, abjiciendam, exturbandam animo. Ægritudo vetustate tollitur, nobis eripitur, eximitur, repellitur. V. *Dolor.*

Ægrotatio, onis, f. Krankheit. *Syn.* Corporis mala constitutio, functiones corrumpens, morbus. *Usus.* Velut ægrotatio in corpore, ita ægritudo in animo. *Hinc animadverte discrimen* morbi, vitii, ægrotationis, Morbum totius corporis corruptionem appellant; vitium, cum corporis partes inter se diffident. V. *Morbus, valetudo infirma, infirmitas.*

Ægroto, as, avi, atum, are, krank seyn. *Syn.* Ægro corpore sum, morbo sum implicatus.)(*valeo.* *Adv.* Graviter, gravius, gravissime, leviter, periculose, vehementer, diuque, viriliter. *Phras.* *Gravissime ægrotat,* er ist schwer krank In morbum incidit gravissimum; morbo afficitur difficillimo, dubia spe vitæ, morbo urgetur, qui vitam in discrimen adducat, in quo de vita prorsus agatur, in quo vita in dubium veniat. Affectus est graviter; morbo languet; male se habet; valetudine utitur adversa; decumbit morbo

Digitized by Google

morbo oppreſſus; morbo laborat gravi; peſſime valet; nequaquam illi bene eſt. In morbo eſt ſane difficili ac periculoſo; morbo impeditur. affligitur, conficitur, intabeſcit. Morbo vel in morbum implicatur; morbum naſtus eſt perquam difficilem; morbo tentatur, torquetur, conflictatur, vexatur gravi & diuturno. In morbum incurrit, cecidit, delapſus eſt gravem; adverſa valetudine proſtratus eſt, impeditus, affectus; valetudo eſt illi perincommoda; adverſa illi valetudo *incidit*; morbo correptus, circumventus eſt moleſtiſſimo; morbum, adverſam valetudinem contraxit; morbo tenetur, conſtringitur, afflictatur, cruciatur miſerrimo; adverſa valetudine premitur, morbo occupatur, debilitatur, frangitur: inter ægrotos meret; lecto tenetur. V. *Morbus*, *valetudo infirma*. *Uſus*. 1. Graviter, periculoſe ægrotare. Ægrotanti melius eſt factum, mit dem Kranken iſt es beſſer. 2. *Transl. Ad animum*. Ægrotant in te artes animi tui, deine guten Gedanken nehmen ab.

Ægrotus, a, um. krank. *Syn.* Æger. *Uſus*. 1. Ægrotus corpore, krank am Leib. 2. *Transl.* Ægrota Reſpublica, animus ægrotus, ſchwach, betrübt. V. *infirmus*, *ægroto*.

Æmulatio, nis, f. Nacheiferung, Neid. *Syn* Rivalitas, virtutis imitatio, invidia. *Unde laudis eſt, & vitii. Epi.* Vitioſa. *Uſus*. Æmulatio eſt ægritudo animi, ſi eo, quod concupierit, alius potiatur, ipſe caleat. Imitatio virtutis æmulatio dicitur. V. *invidia*.

Æmulator, ris, m. Nacheiferer, Neider. *Syn.* Imitator, rivalis, æmulus. *Uſus*. Servilius æmulator Catonis. V. *invidus*, *imitor*.

Æmulor, aris, atus ſum, ari. eifern, neiden. *Syn.* Imitor, invideo. *Uſus*. Æmulari alienam virtutem; obtrectare, alicui æmulari. V. *invideo*.

Æmulus, i, m. Nacheiferer. R. ab ἅμιλλα *certamen*. *Epi.* Non modeſtus, multi. *Uſus*. Semper tu mearum laudum, meorum ſtudiorum æmulus fuiſti. V. *invidus*, *imitator*.

Æneus, a, um, von Erz. *Syn.* Æreus, aheneus; quod ex ære eſt. *Uſus*. Signum æneum, equus æneus.

Ænigma, atis, n. Räthſel. *Syn.* Quæſtio obſcurior & perplexa, oratio perpetuis verborum involucris texta. *Uſus*. Obſcuritates & ænigmata ſomniorum.

Æquabilis, e, *comm.* gleich, eben. *Syn.* Æquus, æqualis, par, ſimilis, qui ſemper ſibi conſtat. *Uſus*. Æquabilem juris rationem tenere, uns partheyiſch das Recht ſprechen. Prædæ æquabilis partitio. Motus certus & æquabilis. Temperatum & æquabile genus orationis. V. *par*, *æquus*.

Æquabilitas, atis, f. Gleichförmigkeit. *Syn.* Conſtantia, tenor unus, moderatio.)(*levitas*. *Epi.* Maxime decora, præclara. *Uſus*. Æquabilitas univerſæ vitæ præclara eſt, & idem ſemper vultus eademque frons. In juris æquabilitate adhibenda eſt facilitas. Lenitas & æquabilitas orationis. V. *tenor*, *conſtantia*.

Æquabiliter, gleichförmig. *Syn.* Cum æquabilitate. *Uſus*. Oratio æquabiliter profluens. V. *æqualiter*.

Æqualis, e, *com.* gleich. *Syn.* Par, ſimilis, æquus.)(*impar*, *diſpar*. *Uſus*. 1. Stoici ajunt, peccata omnia æqualia, Oratio par & æqualis rebus ipſis. Æqualem verbis vitam agere, wie reden, alſo leben. 2. *Coævus*, *ejusdem ætatis*, gleiches Alters ſeyn. Eſt eorumdem temporum æqualis. Livius Ennio æqualis fuit, Lælius Scipioni. V. *ſimilis*, *par*, *convenio*.

Æqualitas, tatis, f. Gleichheit. *Syn.* Æqualium & parium conditio, ſimilitudo. *Epi.* Fraterna, legitima, uſitata, ſumma. *Uſus*. Eſt inter nos æqualitas prope fraterna. In Reſpublica tuenda eſt civium æqualitas. Æqualitate judicandi offendio vitatur. V. *ſimilitudo*.

Æqualiter, gleich. *Syn.* Æqualiter, æque, æqua parte, æqua conditione, eodem tenore, conſtanter, æque & pari jure, æqua ſocietate, æquato Marte. *Uſus* Æqualiter in ſuos, ac alienos ferox. Hæreditas æqualiter diſtributa. V. *ſimiliter*, *æque*.

Æquatio, nis, f. Vergleichung, Gleichheit. *Syn.* Adæquatio. *Uſus*. Æquatio,

Digitized by Google

tio juris, bonorum, gratiæ, dignitatis, suffragiorum.

Æque, billig, gleich. *Syn.* Tam, pariter, similiter, æqualiter, peræque. *Usus.* Nemo æque, atque ego, est occupatus, **niemand iſt ſo ſehr beſchäfftiget als ich.** Amicus æque utrique fidelis. Hoc ad meum æque, atque ad tuum officium pertinet. Velle, & posse mihi in æquo positum est. Æque ac si; juxta, ac si; nihilominus; non minus, quam si frater esset. **Gleich als wenn er mein Bruder wäre.** V. *Similiter.*

Æquilibritas, tatis, f. **Gleichgewicht.** *Syn.* Æquabilitas, æqualitas.

Æquinoctium, ii, n. **Gleichheit der Tag- und Nachtlänge.** *Usus.* Æquinoctium navigationem nostram moratur.

Æquiparo, as, avi, atum, are. **gleich halten, vergleichen.** *Syn.* Æquo, comparo, compono,)(*excedo, supero.* *Usus.* & *Phraſ.* Nemo te factis æquiparare potest, **keiner kann dir es gleich thun.** Nemo exæquandus, assimilandus est tibi; Nemo te virtute assequitur; tecum conferri, contendere nemo potest; Nemo est, qui tibi par sit, qui te vincat. V. *comparo, confero.*

Æquitas, tatis, f. **Billigkeit.** *Syn.* Æquum & bonum, justitia, *vel* propensus in aliquem favor, studium.)(*iniquitas.* *Epi.* Humana, mira, propria maxime justitiæ, summa. *Usus.* 1. summa bonitas, & æquitas causæ. Perspice æquitatem animi mei, **ſieh mein ehrliches Gemüth.** Æquitatem rejicere; servare æquitatem. 2. Candor, probitas, tranquillitas, **ruhig, ſanftes Gemüth.** Homo summa moderatione, summa animi æquitate. V. *Justitia, honestum.*

Æquo, as, avi, atum, are. **gleich machen.** *Syn.* Exæquo, parem facio, gradus tollo, assequor.)(*supero, excedo.* *Usus.* Cum Græcorum gloria Latinorum copia æquatæ est; cum aliquo æquari; tenuiores cum principibus temperamento aliquo æquantur. V. *Æquiparo, confero.*

Æquor, oris, n. **Ebene.** *Syn.* Terræ aut aquæ planities. *Usus.* Babylonii in camporum patentium æquoribus habitant.

Æquus, a, um. **billig.** R. *a* Dorico αἶκος. *Syn* Habens æquitatem, non iniquus, verus, justus.)(*Injustus.* *Phraſ.* 1. *æquum est*, **es iſt billig.** Jus & fas est; rationi consentaneum est; jure receptum, & approbatum est; jus merum est; jus bonum, optimum, æquissimum est, quod oras. 2. *Æquum non est*, **es gebührt ſich nicht** Haud par est; jus, fas non est; iniquum petis; nefas, flagitium est; non decet; honestum non est; contra æquum, jus & fas est; inique, injuste; perperam agitur; rationi minime consentaneum est; non licet; decorum non est; non convenit. *Usus.* 1. Æquum me tibi semper præbui; æquus tibi semper fui; æquum me tibi habuisti; æquo me usus es, **ich bin dir allezeit ſehr günſtig geweſen.** Æquo cum civibus jure vivere. Æqua postulatio. 2. *Planus*, **eben.** Locus æquus. 3. Æquum & bonum impetrare; ex æquo & bono statuere; æqui, bonique facere, **billig und recht, gütig aufnehmen.** V. *Justus, honestus, dignus, decet.*

Aër, eris, **die Luft.** *Syn.* Cœlum, anima, spiritus, æther. *Epi.* Adversus, crassus, cretus, crassissimus, finitimus, fusus & extenuatus, natura maxime frigidus, & minime expers caloris, calore admistus. Immensus & infinitus, purus ac tenuis, proximus terræ, calidus, superior, temperatus, nihil proni habens, effluens huc illuc. *Phraſ. Aër salubris*, **geſunde Luft.** Cœlum tenue, purumque. Cœli temperies salubris. Cœli temperies refovendis membris idonea. Cœlum temperatum, sincerum, mite, clemens, salubre. Grata, blanda, mitis, placida, mollissima auræ temperies. Cœli clementia, salubritas. Cœli mira temperies verno tempori maxime similis, sed quæ omnes anni partes pari salubritate percurrit. 2. *Aër gravis*, **dicke Luft.** Crassus nobis aër offunditur, circumfunditur. Pingue & concretum cœlum. Palustre cœlum caput gravat. Vix sustineo gravitatem cœli. Aer piger. Cœlum caliginosum, nebulosum. *Usus.* Aër alitur exspirationibus terræ. Oritur ex respiratione aquarum. Terræ proximus crassus est, concretus in nubes cogitur. Aërem spiritu ducimus. V. *Cœlum.*

Ærarium, i, n. **Schatzkammer.** *Syn.* Pecunia publica; locus, ubi ea asſerva-

Digitized by Google

servatur. *Epi.* Inops atque exhaustum. sanctius, vetus ac refertum. *Usus.* Rationes conferre ad ærarium. Ærarii depeculator, hirudo. Pecuniam in ærarium sanctius referre. Ærarium exhaurire.

Ærarius, a, um. **das zur Schatzkammer gehörig iſt.** *Usus.* Rationes ærariæ me ſolicitum habent.

Ærarius, ii, m. **der des Bürgerrechts beraubet worden.** *Qui praetur aere pro capite tributi nomine pendendo, caeteris civium juribus ignominiae causa multabatur. Usus.* Ærarium aliquem facere; in *vel* inter ærarios referre. Ex ærariis eximere, ea ignominia ſolvere.

Æratus, a, um. **mit Erz oder Kupfer beſchlagen, überzogen.** *Syn.* Ære, tectum. *Usus.* 1. Lecti ærati, candelabra ærata. 2. *Obſtrictus alieno aere*, **mit Schulden behaftet.** Ærati milites, *alias* obærati.

Aërius, a, um, *vel* Aëreus, **lüftig.** *Syn.* Spirabilis, flabilis, animalis. *Usus.* Aërii volatus avium.

Ærugo, inis, f. **Erzroſt.** *Syn.* Quaſi quædam ſcabies æs corrumpens. *Usus.* Æs Corinthium in æruginem incidit: ærugine conſumptum, exeſum, corruptum eſt.

Ærumna, æ, f. **Mühſeligkeit.** *Syn.* Calamitas, labor, ægritudo laboriosa. *Epi.* Æterna, maxima. *Usus.* Graves, perpetuas ærumnas perpeti, ſuperare. Ærumnis premi. V. *Angustia*, *miseria.*

Ærumnoſus, a, um, **mühſelig.** *Syn.* Miſer, calamitoſus. *Usus.* Qui ſe ægritudini dedere, miſeri ſunt, afflicti, ærumnoſi. V. *Miſer*, *calamitoſus.*

Æs, æris, n. **Erz, oder Kupfer.** *Epi.* Alienum, circumforaneum. *Usus.* 1. Æs temperare; ſtatuam ex ære facere. Leges, pacta in æs incidere. In ære varias figuras cælare. Æs ſignare, **Geld prägen.** 2. Æs alienum, **Schulden.** *Usus.* 1. *Debita contrahere*, **Schulden machen.** Æs alienum cogere, conflare, facere, ære alieno ſe obligare; nomina facere. 2. *Debitis laborare*, **Schulden haben.** Æs alienum habere; in æs alienum incidere; ære alieno laborare, premi, opprimi, obrui, obſtringi; eſſe in ære alieno; in nominibus; æs alienum creſcit. 3. *Debita expungere*, **Schulden abziehen.** Ære alieno liberari, levari, exire; æs alienum diſſolvere, relinquere, exonerare; nomina expedire, explicare, ſolvere, expungere. *Dicitur etiam: Aes alienum meum, Patris, filii, quod a me, Patre vel filio contractum eſt, ſtipendio ignominiae cauſa privatus.* V. *Debitum*, *pecunia.*

Æſtas, tis, **der Sommer.** *Syn.* Anni pars ſervidior. tempus æſtivum, calores æſtivi. *Epi.* Iniens, integra, media, proxima, ſumma, tota. *Usus.* Æſtas iniens, prope affecta, exacta. Æſtas præſervida, nimiis caloribus & inſitatis torrida, ſæviſſime candens.

Æſtimabilis, e, *com.* **ſchätzbar.**)(*Inaeſtimabilis. Usus.* Æſtimabile eſt, quod pondus aliquod habeat. Dignum æſtimatione.

Æſtimatio, nis. f. **Schätzung.** *Syn.* Pretii judicium. *Epi.* Æqua, æquior, communis, grata, mediocris, optima, non modo non incommoda, ſed etiam grata, propria, remiſſior quam tolerabilis. *Usus.* 1. *Facere aeſtimationem*, prædiorum, cenſus, profeſſionem, **ein Landgut ſchätzen.** Cæſar æſtimatione facta pecuniam pro præda ſolvit. 2. Æſtimationem dare, *accipitur pro re ab arbitris aeſtimata.* Accipiendæ ſunt tibi æſtimationes Cæſaris voluntate. Litis æſtimatio tibi perſolvenda eſt. 3. Æſtimationem permittere alteri; calculum de ſe permittere, porrigere; cenſendi poteſtatem facere.

Æſtimator, oris, m. **ein Schätzer.** *vulg. Taxator. Syn.* Judex, arbiter. *Epi.* Acerrimus, æquus, æquiſſimus, injuſtus, callidus. *Usus.* Acerrimus rerum æſtimator. Frumenti æſtimator callidus & iniquus fuiſti. V. *Arbiter.*

Æſtimo, as, avi, atum, are **ſchätzen.** *Syn.* Æſtimationem habeo, magni facio. *Adv.* Carius, care, large, liberaliter, neceſſario, ſevere, temiſſime, valde, illiberaliter. *Phraſ. Valde te aeſtimo*, **ich halte ſehr viel auf dich.** Quem apud me locum teneas; quo apud me loco ſis, noſti. Quanta ſit mea in te obſervantia; quantum tibi tribuam, deferam; quæ mea ſit de te opinio; quæ in te voluntas, quod ſtudium, quem apud me locum obtineas, quo numero ſis; quantum te demirer, & efferam, non ignoras. E virtute

Digitized by Google

tua te pondero, pendo. De te pro merito tuo existimo. In parentis, fratris, amici numero te puto, repono, duco, colloco. Gradum, caritatemque filii apud me habes. Inter clarissimos viros merito tuo te numero, annumero. Alter mihi Cicero &c. es. Magni te merito tuo dependo. Multum dignitatis tibi tribuo. In magno, summo pretio te habeo. Præclara de te existimo, sentio. Magnæ indolis speciem, veramque ex moribus tuis capio. Pluris facio neminem. Magnam tui rationem duco, habeo. Tecum paucos comparo, vel neminem. Summum tibi honorem habeo. Si quos in aliquo pono, existimo, habeo numero, principe tu loco es; inter eos es, qui principem apud me locum obtinent. 2. *Curandum tibi, ut ab omnibus æstimeris*, du mußt dich befleißen, bey allen hochgeschätzt zu seyn. Ut eximium gratiæ locum apud omnes obtineas; ut apud omnes in ingenti sis gloria, in summa laude sis; magno in honore sis, ut egregium de te omnium sit judicium, opinio, existimatio; ut res tuæ fiant maximi; ut in te laus virtutis sit maxima; ut auctoritas apud omnes magna habeatur; ut gravissime de te judicetur; ut auctoritate valeas plurimum; ut auctoritas tua magni sit apud omnes ponderis, ac momenti; ut singularis tua sit apud omnes auctoritas; ut auctoritatis habeas plurimum; ut virtutis tuæ apud omnes opinio sit singularis, habeatur, capiatur. 3. *Virtus ab omnibus gentibus æstimatur*, die Tugend wird bey allen Völkern hochgeachtet. Summus bonos habetur virtuti; virtuti plurimum defertur. Virtuti ubique bonos est, persolvitur. Virtutis nomen apud omnes gentes magnum inprimis, & honestum est; Virtus in pretio, in honore est; Virtus inter ea est, quæ prima dicuntur. V. *Judico*, *pretium*. *Usus*. 1. *De re venali*. *& bonis* Æstimandis possessionibus præfectus. Frumentum, litem æstimare, das Getreide schätzen. 2. *Judico*. *existimo*, *magni vel parvi facio*, urtheilen, hoch oder gering schätzen. Ex veritate, non opinione res æstimandæ sunt. De aliis æstimare difficile est. Statua hæc non e materia, sed ex artificio æstimanda est.

Æstiva, orum, n. Sommerlager. *Syn.* Locus, in quo æstatis ardorem devitantes bestiæ, & milites se continent.)(*Hiberna*. *Usus* Æstiva attingere. In æstivis esse. Mediis caloribus militem in æstiva educere.

Æstivus, a, um, sommerlich. *Usus*. Menses, dies æstivi.

Æstuo, as, avi, atum, are. erhitzt seyn *Syn.* Ardeo, ferveo; angor, irascor, tangor, vexor.)(*Algeo*. *Usus*. 1. Aer caloribus æstuat, warme Luft. *Transl. ad animi affectiones*. Desiderio, dubitatione, ira, cupiditate, invidia æstuat, exæstuat, vor Verlangen ꝛc. brennen. V. *Calor*, *caleo*.

Æstuosus, a, um, hitzig. *Syn.* Æstu & calore plenus. *Usus*. Æstuosa & pulverulenta via.

Æstus, us, m. Hitze. R. αἶθος, *ardor*. *Syn.* Fervor, agitatio fluctuum. *Epi.* Magnus, marinus, maritimus. *Usus*. 1. Æstus marini a luna commoventur, die Ebbe, und Flut des Meeres wird von dem Monde verursachet. Æstu, febrique jactatur. 2. *Transl. Vis & vehementia*, Heftigkeit. Consuetudinis æstus multos absorbet. Æstus quidam gloriæ, æstus ingenii multos abripit, transversum agit. Æstu abstractus. V. *Calor*, *fervidus*.

Ætas, tatis, f. Alter. R. *ab ævo*, *q. ævitas dicta*. *Accipitur alias pro* seculo; *alias pro* Anno; *alias universim pro* Tempore, *alias pro* tota vita hominis; *alias pro* vitæ humanæ partibus, infantia, pueritia, adolescentia, virilitate, senectute: *quarum qualibet trifariam dividitur*, *ut alia sit* viridis; *alia* adulta; *alia* præceps. 1. *Ætas prima*, junges Alter. Iniens, puerilis, infirma, tenerior; ætatis initium; ætatis prima tempora; ætatis primæ infirmitas, imbecillitas; ætas viridis, flexibilis, mollior. V. *Pueritia*. 2. *Ætas media*, mannliches Alter. Progrediens, confirmata, corroborata, provecta, firmata, constans, adulta, integra, integerrima, matura; ætatis progressus, cursus; maturitas corroborata; ætas bona, optima, florens. 3. *Ætas devexa*, hohes

Digitized by Google

hohes Alter. Ingravescens, affecta; confecta, decrepita, decursa, exacta, demensa, grandior, præcipitata, valde provecta, deflectens; ætatis præcipitis flexus, & ingravescentis. V. *Senectus, Phras.* I. *Ætate nostra*, zu unsern Zeiten. Nostra ac patrum memoria; ad nostram memoriam; ad hanc ætatem; ante memoriam meam; majorum nostrorum ætate ac tempestate. 2. *Ætatem honestissime transigere*, sein Leben ehrlich zubringen. Optimis in studiis ætatem agere, degere, terere, conterere, consumere, exigere. *Usus.* Aetate progredi, procedere, provehi, alt werden. Aetate præcurrere, anteire, præstare, antecellere alios, im Alter vorgehen. Homo id ætatis, ein so alter Mann. V. *Tempus.*

Aetatula, æ, f. Kindheit. *Syn.* Tenera ætas vel prima. *Usus.* Cave primam tuam ætatulam ad libidinem conferas.

Æternitas, tatis, f. Ewigkeit. *Syn.* Tempus fine carens, immortalitas, perennitas. *Epi.* Immutabilis, incredibilis, naturalis. *Usus.* Æternitatem nulla temporis circumscriptio metitur. Immutabili æternitate veritas continetur. Mihi populus ea die non unius diei gratulationem, sed æternitatem, immortalitatemque dedavit. Nomen tuum, & gesta immortalitati commendanda, consecranda sunt, dein Name soll verewigt werden. V. *Immortalitas.*

Æterno, as, avi, atum, are. unsterblich machen. *Syn.* Æternum, immortale facio.

Æternus, a, um. ewig. *Syn.* Sempiternus, immortalis, perpetuus, quod toto vitæ tempore, tota æternitate continetur.)(*Caducus, mortalis. Phras. Aeternum nomen*, ein ewiger Name. Perenne, perpetuum, immortale; æterno tempore, perpetuo, in perpetuum; in omnium ætatum memoria duraturum; nominis fama, quæ finem nescit, terminum non habet; famæ gloria sempiterna: immortalitati commendanda; cum tota æternitate coæquanda; nomen, quod vigebit per omnium seculorum memoriam; quod seculis innumerabilibus, quod ipsa æternitate contibebitur; quod nulla delebit unquam oblivio; quod posteritas alat, ipsa æternitas intuebitur. *Usus.* Causæ immutabiles, & æternæ. Æterno Deo æternum simulacrum mundus est.

Æther, eris, m. der Lufthimmel. *Syn.* Cœlestium orbium, igniumque regio, *item*: Aer subtilior. *Epi.* Æternus, igniser, immensus, immoderatus, non satis aptus, tenuis, ac perlucens & æquabili calore susfusus. *Usus.* 1. Aërem complectitur æther. In æthere astra volvuntur. Æther fragoribus resonat. 2. *Coelum*, der Himmel. Omnia cingens, & coërcens cœli complexus, qui idem æther vocatur; extrema ora, & determinatio mundi.

Ætherius *vel* Æthereus, a, um. himmlisch, überirdisch. *Usus.* Æthereus ignis.

Ævum, i, n. Ewigkeit, immerwährende Zeit. R. *ab* ἀεὶ ὤν, Q. ἀεὶ ὢν, semper existens. *Syn.* Ætas æternum duratura, sempiterna. *Epi.* Æternum, sempiternum. *Usus.* Beati in cœlo ævo sempiterno fruuntua; æternum ævum agunt.

Affabilis, e, *com.* holdselig mit Worten. *Syn.* Comis, placidus, mitis maxime in sermone. *Usus.* In omni sermone affabilem se præbebat. V. *Facilis, comitas, humanus.*

Affabilitas, tatis, f. Freundlichkeit, Gesprächigkeit. *Syn.* Comitas sermonis, facilitas in audiendo; alloquendi, audiendi lenitas. *Usus.* Difficile dictu est, quantum animos hominum concilieț affabilitas, lenitasque sermonis. V. *Comitas, admitto, facilis, humanitas.*

Affabre, künstlich. *Syn.* Fabre, pulchre, artificiose. *Usus.* Statua miro artificio affabre facta.

Affaris, atus sum, affari, anreden. *Syn.* Alloqui, compellare. *Usus.* Liceat mihi te versibus affari. V. *Alloquor.*

Affatim, reichlich. *Syn.* Abunde. *Usus.* Affatim tibi satisfaciam. Satiaberis affatim. V. *Satis.*

Affectio, nis, f. Beschaffenheit, Bewandnis, des Leibs, oder Gemüths. *Syn.* Perturbatio, commotio, incitatio animi, sensus, impetus, πάθος, animi quidam dolor, studium, cupiditas. *Epi.* Constans conveniensque, non distorta, nec parva, figura

Digitized by Google

corporis, invita, inconstans & a se ipsa dissentiens, laudabilis, interior, malitiosa animi, prima & optima, utilis, manens, recta. *Usus.* 1. Ut ad primam, optimamque animi affectionem pervenias, perturbatio ratione pellanda est. Ea est animi mei affectio, commodi mei causa neminem ut violem. O te extra omnes humanorum pectorum affectiones positum! quem non lætitia, mœror, ira, gaudium exagitent, jactent, incessant. 2. *Status, vis, constitutio*, Zuſtand. Affectio astrorum varia multas res immutat. In puero refert, qua cœli affectione primum spiritum duxerit. Affectio corporis firma.

Affecto, as, avi, atum, are. **nach etwas ſtreben.** *Syn.* Appeto, quasi arcesso, nimis inquiro; ambio *Usus.* Lumina quædam orationis non quidem affectanda sunt, sed tamen adhibenda nonnunquam. Iter affectare. Munditiam non exquisitam affectare.

Affectus, a, um, *Part* von afficio, **bewandt, beſchaffen.** *Syn.* Paratus, comparatus, constitutus seu corpore, seu animo. *Adv.* Male. *Phraſ. Omnes sunt tibi bene affecti*, **es ſind dir alle wohl zugethan, geneigt.** Hoc animo animati sunt singuli, ut tua causa, gratia, omnia velint; ingenium est illis rectum erga te; animum habent erga te optimum ac rectissimum; is habitus amicorum est illis, ut omnia tibi secunda cupiant; ita animati, eo animo, ea mente sunt præditi; ita animo comparati sunt; hunc erga te gerunt animum; is sensus est animorum; ea animi propensio, voluntas, studium, ut cupiant tibi quam optime *Usus.* 1. Oculi indicant, ut animo sis affectus, **die Augen zeigen an, wie du im Gemüthe beſchaffen ſeyſt** Nunc ita affectus sum, tecum ut vivere non possim. 2. *Præditus, cumulatus*, **angethan, beſchenket.** Honoribus, beneficio, præmiis abs te affectus sum. E literis tuis magna molestia, lætitia, dolore affectus sum. Summis difficultatibus affectus. 3. *Vexatus, afflictus, tractatus, & acceptus male*, **übel hergenommen.** Affecta & prostrata respublica. Urbs ab illo prædone misere affecta. 4. *Ad finem vergens*, **zu Ende gehend.** Affectum est bellum, nondum perfectum. Ætas affecta, carmen, oratio, **faſt zu Ende gebracht.** 5. *Aptus, fähig.* Animus, oculos conturbatus non est probe affectus ad fungendum munus suum. *Ægrotus*, **krank.** Cæsarem Neapoli reliqui graviter affectum.

Affectus, us, m. **Gemüthsneigung, Anmuthung.** *Syn.* Affectio. *Epi.* Laudabilis. *Usus.* Affectus animi sunt amor, odium, ira, invidia, misericordia, spes, lætitia, timor, molestia. V. *Perturbatio.*

Affero, fers, attuli, allatum, ferre. **herbeybringen.** *Syn.* Apporto, importo, adhibeo, induco, infero, dico, nuntio, profero.)(*Aufero. Adv* Divinitus, in perpetuum, nec ita multo post, repente, similiter, sero, violenter, ultro. *Usus.* 1. Ad id munus spiritus magnos, animos, auctoritatem afferas, necesse est. Ad eam facultatem dicendi, industriæ multum afferendum est. 2. *Do, exhibeo, præbeo*, **verurſachen.** Afferre alicui fastidium, odium, molestiam, satietatem, calamitatem, miseriam, detrimentum, angorem, perniciem, necessitatem, metum, dubitationem, dolorem, egestatem, luctum, errorem animi, & perturbationem, *item*: Id consilium magnam tibi laudem, auctoritatem, dignitatem, voluptatem, solatium affert. 3. *Nuntio*, **ankünden.** Aliquid novi litteris affertur. Mandata odiosa, incerta afferre Ex sermone rumor id attulit ad aures nostras. 4. *Vulgo allegare, vel citare*, **anziehen, beybringen.** Rationem facti, causam afferre. Scriptum, legem, exempla, similitudinem afferre. 5. *Infero*, **anthun, anlegen.** Vitæ alienæ, aut corpori vim afferre. Manus sibi afferre. **ſich umbringen.** Sensibus vim afferre. Afferre consulatum in familiam. 6. **Vorbringen,** *propono.* Quæstionem afferre, in medium afferre.

Afficio, is, feci, fectum, ere. **bewegen, anthun** *Syn.* Commoveo, permoveo. *Adv.* Accommodatissime, avide, graviter, gravius, nominatim, optime, probe, recte, valde. *Usus.* 1. Litteræ tuæ me varie affecere. Varie animo affectus fui. 2. *Bene vel male afficio*, **einem Gutes, oder Uebels**

Digitized by Google

Uebels anthun. Aliquem ſumma lætitia, voluptate; *vel contra*: morte, exilio, ſatietate, tædio, pudore, ignominia, moleſtia afficere

Affigo, is, fixi, fixum, ere. anheften. *Syn.* Ad aliquid figo, inſero, addo. *Adv.* Maxime, penitus, vehementer. *Uſus.* 1. Minervæ talarium pinnas affigunt 2. *Transl.* Animum litteris affigere, ſich ganz auf das Studiren verlegen. Animo ſuo tenacius aliquid affigere. Num tu humi particulam divinitatis affiges? V. *Hæreo, adhæreo.*

Affingo, is, finxi, fictum, ere. andichten. *Syn.* Fingo non vera, adorno.)(*detrabo. Uſus.* Peccat poeta, qui probam orationem affingit improbo. Error multa, plus invidia affinxit. Rebus certis multa falſa affinguntur. V. *Calumnior.*

Affinis, e, *gen. com.* Schwager, Verwandter. *Syn.* Conjunctus affinitate. *Epi.* Novus, ornatiſſimus omni virtute, officioſusque, amans alicujus. *Uſus.* 1. Affinem tuum a genibus repelles? 2. Particeps, conſcius, theilhaftig, bewußt ſeyn. ſceleri illi, & flagitio, & turpitudini affinis judicatus eſt. Homines hujus affines ſuſpicionis, facinoris, aut facinori affines, Leute, die glaublich einen Theil an dieſer That haben. V. *Propinquus,*

Affinitas, tatis, f. Verwandtſchaft. *Syn.* Conjunctio affinitatis, neceſſitudo. *Epi.* Gravior, impuriſſima, nova. *Phraſ. Affinitate junctus eſt Lentulo*, er iſt des Lentulus Schwager, oder Verwandter. Eſt cum Lentulo maximis vinculis affinitatis & propinquitatis conjunctus; affinitate devinctus, junctus; affinitate Lentulum attingit; ſanguinem cum Lentulo ſociavit; affinitatem junxit; affinitate cum Lentulo adſtrictus eſt, per affinitatem Lentuli familiæ immiſtus, innexus eſt. In affinitatem Lentuli pervenit, affinitate Lentulum contingit; ſuum cum Lentuli familiæ genus connubio miſcuit; vinculum affinitatis cum Lentulo nexuit; vinculo affinitatis Lentulo obſtrictus eſt. *Uſus.* Affinitatibus, amicitiis, vicinitatibus conjunguntur cives. V. *Neceſſitudo, cognatus.*

Affirmate, ausdrücklich, für gewiß. *Syn.* Aſſeveranter. *Uſus.* Quod affirmate, quaſi Deo teſte promiſeris, id tenendum eſt. V. *Certe.*

Affirmatio, nis, f. Beſtättigung.)(*dubitatio. Epi.* Gravior, religioſa. *Uſus.* Jusjurandum eſt affirmatio religioſa. Dubitationem illi omnem mea affirmatione exemi.

Affirmo, as, avi, atum, are. bekräftigen. *Syn.* Confirmo, aſſevero, ajo, annuo, comprobo.)(*Nego. Adv.* Facile, nimis, temere, vere, valde. *Phraſ. Affirmare id poſſum*, ich kann es für gewiß ſagen. Confirmare hoc tibi liquido poſſum; id plane profiteor; præ me fero; aſſeveranter teſtificor; id certum tibi teſtatumque volo. Narro tibi; omni aſſeveratione tibi affirmo, aſſeveranter loquor. *Formulæ affirmativæ.* Moriar, ni hæc plane contemno. Ne vivam, ſi ejus dictis moveor. Ita vivam, ut hominis vanitatem derideo. Incredibile eſt, quam iſta parum curem. Ne ſim ſalvus, ſi fallo; pendens plectar, ſi tanti eum fallo. Quid? illum curarem? An dubia eſt hominis ineptia. *Uſus.* 1. Ecquid tanta aſſeveratione rem affirmas? 2. *Firmo, ſtabilio*, bekräftigen, beſtättigen. Dicta tua rationibus affirmes, oportet, du mußt mir das beweiſen. Is rumor opinionem, ſpemque conceptam valde affirmavit. Animo te affirmes, cura.

Affixus, a, um, *Part.* von Affigo, angeheftet. *Syn.* Infixus, adhærens, cohærens. Annexus, connexus, adjunctus. *Uſus.* Opinio hæc in animo meo penitus affixa eſt, & inſita, ich bin ganz der Meynung. Ut magiſtro, ita mihi affixus es. Affixa iſta ſunt ad orationem tuam, non cohærent. V. *Hæreo, adhæreo, jungo.*

Afflatus, us, m. das Anblaſen. *Syn.* Animi inflammatio, & quidam quaſi furor, inſtinctus, impetus. anhelitus, concitatio, incitatio mentis. *Epi.* Divinus. *Uſus.* Nemo vir magnus ſine afflatu divino, nemo poeta ſine inflammatione quaſi furoris unquam fuit. Oracula divino afflatu funduntur.

Afflictatio, onis, f. Plage. *Syn.* Ægritudo cum vexatione corporis. V. *Miſeria.*

Afflictio, nis, f. Angſt, Noth. *Syn.* Angor. *Uſus.* Habet ardorem libi-

Digitized by Google

do, ſed ægritudo majora quædam, tabem, cruciatum, fœditatem, afflictionem V. *Miſeria.*

Afflicto, as, avi, atum, are. **ängſtigen, plagen.** *Syn.* Ango, vexo, crucio, affligo, conficio. *Uſus.* Tu me accuſas, quod me afflictem. V. *affligo.*

Afflictor, aris, atus ſum, ari. **beängſtiget, geplaget werden.** *Syn.* Angor, vexor, affligor. *Adv.* Acerbiſſime, gravius, turpius, vehementius. *Phraſ. Valde afflictatur*, **er wird ſehr geplaget.** Malis conflictatur undique; calamitatibus, infortuniis premitur, torquetur, cruciatur, conficitur graviſſimis; vitam ducit inter ærumnas miſeram, infelicem, calamitoſiſſimam; magnas quotidie acerbitates perferre, exhaurire cogitur; angoribus opprimitur; moleſtiis innumeris implicatur; malis ingentibus obruitur, oneratur. Multa ſunt, ac gravia, quæ hominem angunt. *Uſus.* Vide, quantum fratris morte afflictetur, ſqualeat. Vehementer afflictatur respublica.

Afflictor, oris, m. **Peiniger, Verfolger.** *Syn.* Qui affligit, & vexat. *Uſus.* Odit te ſenatus afflictorem, & proditorem dignitatis, auctoritatis, ordinis, ac nominis ſui.

Afflictus, us, m. **Peinigung.** *Syn.* Afflictatio. *Uſus.* Effœminata virtus afflictu occidit.

Afflictus, a, um, *Part.* **von** affligo. **bedrängt, geplagt.** *Syn.* Miſer, proſtratus, ærumnoſus, calamitoſus. *Phraſ.* Mœrore ac miſeriis perditus; æger animi; æger & exulceratus animus, animus dolore, calamitate fractus; obrutus, oppreſſus malis; mœrore confectus, exanimatus, conſternatus; calamitate vexatus, perturbatus, exagitatus. V. *Miſer. Uſus.* Afflictum erigere, perditum recreare.

Affligo, is, flixi, flictum, ere. **zu Boden werfen.** *Syn.* Vexo, perturbo, perdo, peſſumdo, proſterno, deprimo.)(*Levo, recreo, erigo. Phraſ. Galliam haereſis graviter afflixit*, **die Ketzerey hat in Frankreich ſehr übel gehauſet.** Multa mala peperit hæreſis; multa damna, detrimenta, incommoda, infortunia attulit, intulit, invexit, importavit; Gallia multa ab hæreſi damna tulit, pertulit, paſſa, perpeſſa eſt; multa detrimenta cepit, accepit; multis damnis affecta eſt; in graviſſima mala incidit, incurrit. Graviſſimis afflicta malis, vehementer vexata, exercita, debilitata, comminuta eſt ab novarum religionum ſectatoribus. Iidem ſummis difficultatibus univerſam Galliam affecere; in multas difficultates conjecere, impulere. Magnæ ex hæreſi calamitates extitere, accidere, evenere, obvenere, contigere; illatæ, allatæ, oblatæ ſunt. Hæreſis Galliæ exitioſa, pernicioſa; exitio, damno, calamitati fuit, Galliam perdidit; fortunis omnibus evertit; in ultimum discrimen, in miſerrimum ſtatum, in hanc omnium deterrimam, miſerrimamque conditionem adduxit. Hæreſis Galliæ mala graviſſima ingeſſit; multas ſolicitudines confecit; exitium, perniciem creavit, peperit; ſalutem afflixit; calamitatem ſummam ac peſtem importavit. V. *Torqueo, doleo, triſtitia. Uſus.* 1. Illius ſtatuam proturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant, **ſein Bildniß werfen ſie zu Boden.** Navim ad ſcopulos affligunt, **ſie treiben das Schiff an die Felſen.** 2. *Transl.* Curæ animos; prava exempla juventutem affligunt, **beängſtigen, verderben.** Quoties afflictum, everſum, perditum te, fractum & afflictum calamitate erexi, confirmavi? Luctu, mœrore, ægritudine, mœſtitia afflictum; afflictam virtutem tuam, animum, ſalutem, fortunam, dignitatem levavi, reſtitui? afflicto, jacenci dexteram porrexi?

Afflo, as, avi, atum, are. **anblaſen.** *Syn.* Aſpiro, ſpiro, exhalo. *Uſus.* Afflaverat neſcio quid rumoris, **es hat ſich ein Gerücht erhoben.** Cave, ne quid mali tibi afflet ſociorum importuna licentia. Poëtæ divino ſpiritu afflantur. Odor e floribus afflatur.

Affluentia, æ, f. **Ueberfluß.** *Syn.* Ubertas, copia. *Uſus.* Ex hac affluentia & copia omnium rerum arrogantia naſcitur. V. *Copia.*

Affluo, is, fluxi, ere. **Ueberfluß haben, hinzurinnen.** *Syn.* Abundo, circumfluo. *Uſus.* Urbs voluptatibus, divitiis, opibus, & copiis, hominibus, uberrimis ingeniis affluens,

Digitized by Google

fluens, eine Stadt, die alles genug hat. Homo bonitate, unguentis, lepore, ac venuſtate affluens. Domus omni ſcelere affluens. V. *Abundo, copia.*

Affulgeo, es, fulſi, ere. **anſcheinen.** *Uſus.* Magna ſpes, magna nobis fortuna affulget, es zeiet ſich eine große Hoffnung, es iſt ein großes Glück vorhanden.

Age, wohlan. *Interjectio hortantis, excitantis, conſentientis Uſus.* Age porro, age vero, age jam. *Plurali numero dicitur*: Agite porro.

Agedum, wohlan. *Idem. Uſus.* Agedum, conſer hujus vitam cum illius moribus. *Pro plurali numero*: Agitedum, ite mecum.

Agellus, i, m. kleiner Acker. *Uſus.* Dii nec agellos, nec viticulas perſequuntur.

Agens, tis, *Part.* von Ago, machend. *Syn.* Efficax, vim habens. *Uſus.* Utendum eſt imaginibus acribus, agentibus, inſignitis.

Ager, gri, m. Acker. R. *ab ἀγρὸς*, *Syn.* Arvum, campus, ſolum, territorium. *Epi.* Colonus, communis, compaſcuus, cultiſſimus, decumanus, fertilis, fructuoſus, miſer atque jejunus, optimus & fructuoſiſſimus; privatus. pulcherrimus, vectigalis, univerſus. *Phraſ.* 1. *Ager bonus*, ein guter Acker. Cultiſſimus; latus ac fertilis; qui plurimum efficit; optimus & fructuoſiſſimus. Ager natura perbonus, & diligentia, culturaque melior, frugum fertilis, bonus pecori, arbori infoecundus, frugum, pabulique lætus. 2. *Ager malus*, ſchlechter Acker. Deformis atque horridus; aridus & frugum vacuus. V. *Fertilitas, ſterilitas. Uſus.* 1. *Agrum colere*, den Acker bauen. Ager quantumvis fertilis, fructuoſus non eſt, niſi colatur, conſeratur, ſeratur, aratro perſtringatur, aretur, exerceatur. 2. Agri facile emaciantur; ab hoſtibus inſeſtantur, verderbt, verwüſtet. 3. *Agro exui*, exturbari, moveri, multari, des Ackers zur Strafe beraubt werden.

Agger, eris, m. eine Schanze, aufgeworfene Erde, Damm. *Syn.* Tumulus ex terra, cæſpite congeſtus ad munienda præcipue vel oppugnanda loca. *Epi.* Maximus. *Uſus.* Aggere urbem cingere. Aggerem fluvii inundationi objectum interſcindere. Aggerem jacere, exſtruere; cuniculis ſubvehere.

Aggero, is, geſſi, geſtum, ere. zuſammentragen, aufhäufen. *Syn.* Congero, cumulo. V. *Accumulo.*

Agglomero, as, avi, atum, are. zuſammenwälzen. *Syn.* Glomero, conjungo, implico. *Uſus.* Denſis ſe cuneis agglomerant.

Agglutino, as, avi, atum, are. anleimen. *Syn.* Adnecto.)(*Diſſolvo.*

Aggraveſco, is, ere. zunehmen. *Syn.* Gravior fio, ingraveſco. *Uſus.* Metuo, ne vulnus, aut morbus aggraveſcat.

Aggravo, as, avi, atum, are. beſchweren. *Syn.* Valde gravo, onero, premo, exaggero. *Uſus.* Res noſtræ eo bello valde aggravatæ ſunt. V. *Onero, premo.*

Aggredior, eris, greſſus ſum. angreifen. *Syn.* Invado, adorior. *Phraſ.* 1. *Latrones ex inſidiis viatores aggrediuntur*, die Straſſenräuber greifen die Wanderleute unverſehens an. Ex occultis, ſubito, improviſo, repentine, nec opinato impetu viatores adoriuntur, invadunt, petunt; in viatores irruunt, impetum, impreſſionem faciunt; incurrunt, inſiliunt; in viatores ſeſe inferunt, injiciunt, immittunt; viatores aſſiliunt; iteratis aggreſſionibus retentant; ſuperfundunt ſe viatoribus; arma iis inferunt. V. *Adorior, invado.* 2. *Hoſtes ſtrenue aggreſſus eſt*, er hat die Feinde tapfer angegriffen. In hoſtium agmen ſtrenue irrupit; in hoſtes ſe incitavit; in cornua hoſtium invectus eſt, ſigna ſtrenue hoſtibus intulit; noviſſimum agmen moratus, in hoſtem animoſe proruit, incurrit, ivit; ordines hoſtiles magno animo invaſit. V. *Impetus.* 3. *Rem aggreditur arduam*, er greift eine ſchwere Sache an, er hat ein ſchweres Unternehmen. Demittit ſe in cauſam ancipitem; ingreditur in cauſam multis obſeptam difficultatibus; affectat viam ad rem factu arduam; molem capeſſit laboris improbi; rem ſuſcipit arduo loco poſitam; magnis ille quidem animis ad rem vertitur, aſſilit, ſed difficilem & inexplicabilem experietur. Animum adjicit, adjungit, applicat ad negotium permoleſtum; operam ponit, induſtriam exercet in re, quæ illi multum laboris dabit & curæ. V. *Incboo*, In-

Digitized by Google

Incipio. Uſus. 1. Quis hominem importunum aggredi audeat? **angreifen.** 2 *Accedo, incipio*, **anfangen.** Antequam ad dicendum, ad negotium, ad rem quamlibet aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens. 3. *Audeo*, **ſich unterfangen.** Aggrederis majora viribus.

Aggrego, as, avi, atum, are. **ſammeln.** *Syn.* Adjicio, congrego, conjungo, addo. *Uſus.* Studium ſuum, & voluntatem ad dignitatem alicujus aggregare, **ſeinen geneigten Willen mit beytragen** Aliquem in amicorum numerum aggregare, **zum Freunde annehmen.** Eodem crimine aliquem aggregare, in ſocietatem criminis vocare. V. *Adjungo, annumero, addo.*

Aggreſſio, nis, f. **Angriff.** *Syn.* Principium, exordium. *Epi.* Contraria, prima. *Uſus.* Operam det orator, ut animos prima aggreſſione occupet.

Agilis, e, *com.* **hurtig.** *Syn.* Brevi & expedito corpore. *Uſus.* Naves agiles. V. *Celer.*

Agilitas, tatis, f. **Behendigkeit.** *Syn.* Habilitas, agendi dexteritas. *Uſus.* Agilitas, mollitiesque naturæ.

Agitatio, nis, f. **Bewegung.** *Syn.* Commotio. *Epi.* Æqualis, tanta, tam varia. *Uſus.* 1. *Corporis*, **Leibsbewegung.** Agitatione linguæ cibus depellitur. 2. *Animi*, **Gemüthsregung.** Nunquam animus motu, & mentis agitatione vacuus eſſe poteſt.

Agitator, oris, m. **Fuhrmann, Pferdsknecht.** *Syn.* Auriga, qui currum, & equos agit. *Epi.* Bonus, callidus. *Uſus.* Bonus agitator equos vel in medio curſu ſuſtinet.

Agito, as, avi, atum, are. **bewegen.** *Adv.* Aliunde, belle, celerrime, ſimul, copioſius, immoderate, vehementer, mobiliter, celeriter, diſſolute, populariter, ſevere. *Uſus.* 1. *Verſo, excito*, **auftreiben, herumtreiben.** Feras agitare, excitare, inſectari, **hetzen.** Atomi agitantur concurſu fortuito. 2. *Vexo, disturbo.* **ängſtigen, verwirren.** Impii ſui ſceleris furiis ut tædis ardentibus agitantur. Timidi curis perpetuis agitantur. Metu atque libidine diverſum agitari. Animo formidines agitare. 3. *Inquiro, verſo in omnes partes, discutio*, **durchſuchen, wohl bedenken.** Hæc ſententia multis diebus in ſenatu eſt agitata, jactata tum in ſenatu, tum ad populum. Agraria lex vehementer agitata. Animus ſemper agitatur. Agitare & exquirere rationes. Aliquid animo ſecum agitare, commentari, reputare. Quæſtionem, conſilia cum vicinis agitare. Res hæc omnium ſermonibus agitatur, jactatur. 4. *Ago*, **wohnen, halten.** Getuli in tuguriis agitant. Diem natalem, convivium agitare. Sacra, vigilias, vitam ſuavem, jocos, ludos, rem militarem agitare. V. *Vexo, verſo, ago.*

Agmen, inis, n. **ein Haufe.** *Syn.* Multitudo armata, turma, copiarum ordo. *Epi.* Medium, perpetuum, quadratum. *Uſus.* Redeuntem Ciceronem perpetuum Italiæ agmen comitatum eſt. Agmen conſtituere. Agmen extremum ſagittarii claudunt, cogunt, **beſchließen.** Agmen ultimum, noviſſimum hoſtes premebant, morabantur. V. *Acies.*

Agnaſcor, eris, natus ſum. **nach gemachtem Teſtamente gebohren werden.** *Uſus.* Conſtat agnaſcendo teſtamentum rumpi.

Agnatio, onis, f. **Blutsfreundſchaft vom Vater.** *Syn.* Sanguinis conjunctio, & familiarum. *Uſus.* 1. Lex agnationum; Gentiitatum & agnationum jura, **die Rechte der Blutsfreundſchaft.** 2. *Communio & affinitas naturæ, ſive ſocietas & propinquitas.* **Verwandſchaft.** Homines Deorum agnatione & ſtirpe tenentur.

Agnatus, i, m. **Anverwandter.** *Syn.* Qui per virilis ſexus perſonas conjuncti ſunt, gentiles, V. *Affinis.*

Agnimus, a, um. **lämmern, vom Lam.** *Uſus.* Agninas caro, pellis.

Agnitio, nis, f. **Erkänntniß.** *Syn.* Cognitio. *Uſus.* Res ad animi agnitionem pulcherrima.

Agnomen, inis, n. **Zuname.** *Syn.* Cognomen.

Agnoſco, is, novi, nitum, ere. **erkennen.** *Syn.* Intelligo, noſco, ſentio, audio, reperio; percipio, aſſequor, perſpicio. *Adv.* Facile, leviter, libenter, nuper. *Uſus.* Quod mihi gratularis, agnoſco humanitatem tuam. Deus ex operibus agnoſcitur. V. *Intelligo, percipio, adverto.*

Agnus

Digitized by Google

Agnus, i. m. **ein Lamm.** *Syn.* Agnellus, fœtus ove natus.

Agnus Dei. *Syn.* Cereæ Agni cœleſtis imagines, effigies. Agni e cera rite conſecrata fícti. Sacrata in cera effigies Agni cœleſtis. Divinus Agnus in cerea effigie. Sacra Agni Dei imago. Sigillata Agni divini imagine cera.

Ago, is, egi, actum, ere. **thun, machen.** R. *ab.* ἄγω. *Syn.* Tracto, curo, procuro, tento, molior, gero, agito, contendo, transigo, aggredior.)(*Ceſſo, quieſco. Adv.* Acerbe, acriter, acrius, acerrime, accurate, accuratius, accuſatorie, actuoſe, ambitioſe, aperte, apertius, aſtute, atrociſſime, attentius, auſtere, bene, benigniſſime, callide, caute, publice, commodius. *Phraſ. Agendum eſt mihi cum homine importuno*, **ich habe mit einem unruhigen Kopfe zu thun.** Res eſt mihi cum homine ferrei oris, ac importuno. Negotium mihi eſt cum homine, cujus importunitatem oris non facile quisquam ſuſtineat. Miſcendum eſt mihi negotium cum homine inſigniter impudente. *Uſus.* 1. Cenſorem, civem, partes alicujus, cauſam amici, lenonem agere, **abgeben, abhandeln.** Rem tuam, negotium egi optima fide. Egi cum amicis de rebus tuis. 2. *Litigo, diſcepto, judicio contendo*, **gerichtlich abhandeln, anklagen.** Ego tecum non gladiis, ſed ex jure, ex ſyngrapha, ex ſponſo agam. Agere aliquem injuriarum, furti, *ſubintellige*, reum. Ad populum agere. 3. *Admoveo*, **hinzurücken.** Turres, vineas ad urbem. 4. *Impello, urgeo*, **treiben, anreizen.** Agere aſellum, aliquem in arma agere; in fraudem, in omnem libidinem agere. 5. *Celebro*, **begehen, halten.** Agere ludos, diem feſtum, choreas, triumphum. 6. *Vivo*, **leben.** Agere in bona ſpe. Inter homines agere. Ætatem defidioſe agere. Hiemem ſub pellibus agere. 7. *Agito*, **herumtreiben.** Diris agitur. V. *Facio. Sunt & alia formulæ*, ut: animam agere, **ſterben.** Bene, male, præclare tecum agitur, **es ſteht gut, übel, mit dir.** Alia

[illegible] Nihil agis, [illegible]

Agonia, æ, f. **letzte Zügen.** *Syn.* Supremus morientis conflictus; ſuprema cum morte luctatio; ſupremæ morientium anguſtiæ. *Phraſ. In agonia eſt*, **er liegt in Zügen.** Animum agit, cum morte luctatur, confligit; vita deficit, in ſupremo vitæ articulo verſatur; in confinio mortis eſt; animam jam ægre trahit; abeſt a morte proxime; in extremis eſt; extremo mortis diſcrimine tenetur; extremos ducit anhelitus, extremum ſpiritum. In confinio vitæ mortisque verſatur. Ad ſupremas mortis anguſtias redactus, adductus eſt. Ad mortem, obitum recta fertur. V. *Morior.*

Agrarius, a, um. **das zum Feld gehöret.** *Uſus.* Res, lex agraria.

Agreſtis, e, *com.* **bäuriſch.** *Syn.* Ruſticus, incultus, aſper, ſilveſtris. *Phraſ. Homo agreſtis eſt*, **er iſt ein bäuriſcher, unhöflicher Menſch.** Homo eſt incultis moribus, agreſtibus, incompoſitis; ſub cœlo craſſo; craſſiore ſub aëre natus eſt; homo e robore dolatus, a morum urbanitate alienus. Rudis ac impoſitus agreſtibus vivit inſtitutis; aſper eſt moribus, ac incultus; vultu motuque corporis vaſtus eſt & agreſtis; officii & humanitatis expers, ingenii illiberalis homo eſt; ruſticitate, aſperitate inter omnes inſignite impudens. V. *Ruſticus, inhumanus. Uſus.* Homines duri & agreſtes. Fera & agreſtis vita. Vox ruſtica & agreſtis. Vultu motuque corporis vaſtus & agreſtis.

Agricola, æ, m. **Ackermann.** *Syn.* Agricultor, colonus. *Epi.* Aſſiduus, diligens, diligentiſſimus. *Uſus.* Diligentiſſimus agricola, & pecuniosus. V. *Ruſticus, villicus, Agricultura.*

Agricultura, æ, f. **Ackerbau.** *Syn.* Cultura agri, cultio agri. *Epi.* Bona, uber, dulcis, digna. *Phraſ. Agriculturæ operam dare, laudabile eſt*, **löblich iſt es, dem Ackerbaue ſich ergeben.** Inſudare, inſervire agrorum cultui; dare, dicare, tradere ſe colendis agris; agricolam agere; rurí opus facere; exercere ſe opere ruſtico. V. *Rus. Uſus.* Nihil agricultura mellus, nihil libero homine dignius.

Agripeta, æ, m. **der den Acker begehrt.** *Syn.* Agri competitor. *Uſus.* Agripetas ejectos, conciſos fuiſſe gaudeo.

Ajo,

Digitized by Google

Ajo, is: **ſagen, reden.** *Syn.* Affirmo, dico, loquor, *Uſus.* Quid ergo Ajus iſte, *Deus locutus*, ait? V. *Affirmo.*

Ala, æ. f. **Flügel,** *qua volant aves. Uſus.* 1. Alas extendere, protendero, **ausbreiten.** 1. *Transl. Turmæ, ordoque equitum*, **eine Reihe der Reuter, Ordnung.** Dextra, ſiniſtra ala, **rechter, linker Flügel der Reuterey.** Alam alicui committere; alæ aliquem præficere. Alam hoſtis ſiniſtram fregimus, diſſipavimus.

Alacer, *vel* alacris, e. **friſch, muthig.** *Syn.* Erectus, hilaris, paratiſſimus.)(*timidus, perterritus. Phraſ. Alacer juvenis eſt*, **er iſt von munterem Gemüthe.** Lætus, erectus, inflammato animo juvenis eſt; fortis & animoſus; impiger ad labores; vigor illi ingens juventæ ineſt, lætus illi, erectusque animus eſt; celſus & ſpe propinqua animoſior eſt juvenis; alacer eſt & plenus ſpiritu; inſigni alacritate juvenis eſt; ſtrenuus ſuopte ingenio, celſus corpore, vultuque ita læto, ut quos in ſtudiorum contentione nactus eſt æmulos, viciſſe jam crederetur. Alacri eſt, parato & expedito ad omnia animo. *Uſus.* Lætus & alacer ad tutandam rempublicam; ad hoſtes invadendos. Animus, vultus alacer. Feræ beſtiæ, alacres, & erectæ ad nocendum. Vide hominem erecto, alacri, prompto, celſo vultu huc illuc intuentem. V. *Animus, fortis.*

Alacritas, tatis, f. **Freudigkeit.** *Syn.* Lætitia geſtiens, animi vigor, ſtudium, cupiditas, nimia facilitas. *Phraſ. Alacritate ſumma in prœlium eunt*, **ſie gehen mit gröſter Luſt zur Schlacht.** Inflammatis in prœlium animis eunt; Feroces & ſuopte ingenio, & adhortantium pleni vocibus pugnam capeſſunt. Juvante vigore vividi, alacres & ſpiritu pleni in hoſtem irruunt. Hoſtem excipiunt celſi corpore, vultuque ita læto, ut viciſſe jam crederes. *Uſus.* 1, Inanis alacritas non multum ab amentia differt. 2. *Alacritatem afferre*, **einen Muth machen.** Frequentia auditorum miram alacritatem dicanti affert, addit, fert; in dicente excitat. 3. *Alacritatem tollere*, **den Luſt und Muth benehmen.** Contra infrequentia dicentis alacritatem omnem eripit, aufert, delet, extinguit.

Alarius, a, um, *vel* Alaris, e. **zum Flügel eines Heers gehörig.** *Uſus.* Alarios ſociis remiſit. Alariis utendum non duxit.

Alaudæ, arum, f. *Legio quædam Romana, ab Alauda ave*, **Lerche,** *dicta. Uſus.* Alaudæ, cæterique veterani rem ſtrenue geſſere.

Albatus, a, um. **weiß angekleidet.** *Syn.* Albo indutus.)(*Atratus. Uſus.* Ipſe epuli dominus albatus accumbebat.

Albeſcit, **weiß werden.** *Syn.* Fit album. *Uſus.* Mare a ſole albeſcit, albeſcente die.

Album, i, n. **Tafel, darauf Namen geſchrieben ſind.** *Syn.* Tabula, in qua nomina alicujus ordinis, vel res geſtæ breviter notabantur, ut populo fieret copia. *Uſus.* Album Senatorium, Judicum, Decurionum.

Albus, a, um. **weiß.** R. *ab* ἀλφός. *Syn.* Candidus.)(*Ater, niger. Phraſ. Manibus eſt mire candidis*, **er hat ſchneeweiße Hände.** Manibus eſt gypſatiſſimis; eximio eſt manuum candore. Albidis, cretatis, candidulis eſt manibus. *Uſus.* Albus color Deo decorus. Ater, an albus ſis, ignoro, *de homine ignoto, & parum curando.* Quaſi album avem, ſic probum virum reſpiciunt.

Alea, æ, f. **Würfel.** *Syn.* Omnis ludus, in quo temeritas & caſus, non ratio, aut conſilium valet, qualis eſt talorum & teſſerarum, **alles Glücksſpiel.** *Uſus.* 1. In luſtris, popinis, alea, vino, tempus ætatis omne conſumere. Alea ludere. Alios in aleam provocare. Aleæ multum tempus tribuere. De alea condemnari, *propter hunc ludum reddi infamem*, **Würfelſpiels halber übel verſchrieen ſeyn.** 2. *Fortuna, caſus*, **Glück.** Aleam univerſi certaminis adire, ſubire, Aleam jacere, *rem fortunæ arbitrio committere*, **ſich oder ein Ding dem blinden Glücke überlaſſen, eines wagen.** Aleam ſequeris, eventum fortultum, non rationem. V. *Fortuna.*

Aleator, oris, m. **Würfelſpieler.** *Syn.* Aleæ cupidus, aleæ luſor. *Uſus.* Domus erat aleatoribus plena.

Aleatorius, a, um. **das zum Würfelſpiele gehöret.** *Uſus.* Memorabantur damna aleatoria. Ritus aleatorii; Forum aleatorium.

Alec,

Digitized by Google

Ales, itis, m. f, **großer Vogel.** *Aus adjective*, **geflügelt.** *Epi.* Nuncius. *Syn.* Volucris. *Usus.* Aves, alites & oscines. Secunda alite, **glücklich.** Aves, angues alites.

Algeo, es, alsi, ere. **frieren.** *Syn.* Frigeo)(*Æstuo. Adv.* Facile. *Usus.* Militibus & algendum est, sæpe & esuriendum. V. *Frigeo.*

Algidus, a, um. **kalt.** *Syn.* Frigidus. *Usus.* Regio, loca algida.

Alias, ein andersmal. *Syn.* Alio tempore, aliquando. *Usus.* 1. *De præterito.* De his rebus & sæpe alias commemoravi, & tum maxime, tum &c. **schon andersmal.** 2. *De præsenti & futuro.* Homo alias beatus, alias misere, **bald glückselig, bald unglückselig.** Homo alias modestus & temperans, **sonst.** Hoc ad te scribam alias subtilius, **ich werde ein andersmal besser von der Sache schreiben.** 3. *Adhibetur a Livio pro nunquam.* Non alias dux militi familiarior. Non alias tanta ad spectaculum multitudo confluxit. 4. *Jungitur & cum interdum*, **bisweilen.** Geminatio verborum alias vim habet, interdum leporem.

Alibi. anderswo. *Syn.* In alio loco. *Usus.* 1. Nusquam alibi reperiri potuit, **er hat anderswo nirgend können gefunden werden.** 2. *Alia in re*, **in einer andern Sache.** Nolo alibi, quam innocentia spem habere. Non alibi spes salutis est, quam in innocentia.

Alicubi, irgendwo. *Syn.* Uspiam, usquam.

Alicunde, etwo woher. *Usus.* 1. *Ab aliquo loco*, **von einem Orte her.** Alicunde discedere, venire. 2. *Ab aliquo homine*, **von einem Menschen.** Non alicunde audivi, quam ex te.

Alienatio, nis, f. **Entfremdung, Abwendung des Gemüths.** *Syn.* Defectio, diductio, animorum diversio, disjunctio. *Epi.* Nimia. *Usus.* Subita amicorum, cognatorum alienatio res meas admodum perturbat.

Alienatus, a, um. *Partic.* von Alieno, **abgewendet, entfremdet.** *Syn.* Abhorrens, alienus, abalienatus. *Phras. Alienatus mente*, sensibus, *vel a sensu est*; **er ist nicht wohl bey sich selbst.** Vix apud se est præsens; vigilans dormit; vivus sanusque interiit; animus illi abest: aberrat animus; aures, sensus animus peregrinantur; Neque audit, neque prospicit satis oculis. *Usus.* Omnes sentiunt me ab illo alienatum. Animus alienatus & offensus.

Alienigena, æ, m. **ein Fremder.** *Syn.* Alienus, peregrinus, externus, alia ex gente.)(*Domesticus, indigena. Usus.* Homo longinquus & alienigena. Dii, religiones alienigenæ. Hostes domestici, quam alienigenæ nocentiores.

Alieno, as, avi, arum, are. **entfremden, abwendig machen.** *Syn.* Abalieno, vendo, disjungo, avoco. *Adv.* In perpetuum plane ab aliquo. *Phras. Invidi te a me alienarunt*, **meine Neider haben dich von mir abwendig gemacht.** Mentem tuam a me averterunt; opera sua me a tua amicitia disjunxerunt; a tua me conjunctione avocarunt; offensionem tam gravem, tantam voluntatis commutationem attulere; te mihi immutarunt; animo mirandum in modum alienato; animo non amico reddidere, effecere, ut amici animum omnem de me ejiceres. Æmulorum artes tuum a me studium alienavere; mentem tuam a me abjunxere, a caritate veteris amici te diduxere, distraxere. V. *Infensus; inimicus; Amicitiam dissolvo. Usus.* 1. Cur vestigalia, cur a majoribus accepta alienas, **entfremden, verkaufen.** 2. Juvenem illum non tam allicere volui, quam alienare nolui, **ungewogen machen.** 3. Mente alienari, *delirare* **von Sinnen kommen.**

Alienus, a, um. **fremd**, *quod alterius est*, **abhold.** *Syn.* Abhorrens, adversus, non amicus, discrepans, alienatus. *Usus.* Alieni homines. Alieno more vivere. Alienæ domi esse. Alienum ab aliquo animum habere, gerere. Non alienum erit, *non absurdum*, de ea re disputare, **es wird nicht uneben seyn.** Alienum hoc est dignitate tua, majestate reipublicæ, alienum etiam tuis rationibus, & vivendi instituto, alienum ingenio tuo, **es stehet dir nicht wohl an.** Alieniissimo reipublicæ tempore, *minime opportuno*, **zur unbequemsten Zeit.** Aliena loqui, *delirare*, **irre reden.** Aliena agere, curare, **in fremde Sachen sich einmischen.** Ad alienam causam acce-

Digitized by Google

accedere, aſpirare; negotiis alienis ſe illigare, immiſcere, immittere. Aliena melius videre, quam ſua. V. *Disjunctus*, *discordo*.

Alimentarius, a, um. **zur Nahrung dienlich.** *Syn.* Ad alimenta pertinens. *Uſus.* Lex alimentaria.

Alimentum, i, n. **Nahrung.** *Syn.* Nutrimentum. *Uſus.* Fruges & cætera alimenta, V. *Ciboria*, *annona*.

Alio, anderswohin. *Syn.* In alium locum, ad aliam rem, in alium uſum. *Uſus.* Alio ſermonem transferre. Alio reſponſionem derivare. Cupiditatem hanc tuam alio ſerves.

Alioqui, alioquin, **ſonſt.** *Syn.* Alias, cæteroquin. *Uſus.* Magnum delectum adhibeo, alioquin fallere.

Aliptes, æ, *vel* is, m. **der die Kämpfer ſalbet.** *Syn.* Unctor. *Uſus.* Aliptæ virium & coloris rationem habent.

Aliqua, etwa durch. *Syn.* Per aliquam partem, *vel* locum. *Uſus.* 1. Cuperet aliqua evolare, evadere, ſi poſſet, **er verlangte etwa durchzukommen, wenn er könnte.** 2. *Aliquo pacto*, *modo*, **einiger Weiſe.** Vereor, ne uxor aliqua reſciſcat.

Aliquamdiu, eine Zeit lang. *Uſus.* Athenis aliquamdiu reſtiti.

Aliquando, einſtens, bisweilen. *Syn.* Alias, nonnunquam, interdum; quodam, aliquo tempore, tandem.)(*Nunquam*. *Phraſ. Erit aliquando*, ut me vindicem, **es wird doch einmal der Tag kommen, da ich mich werde rächen können.** Lucebit, illuceſcet ille dies; veniet illud tempus; lucem illam aliquando videbimus; diem aliquando illum ſol afferet mortalibus, quo pœnas de te ſumam. *Uſus.* Collegi me aliquando, **ich habe mich endlich erholet.** Sit aliquando diſcordiarum finis. Non diffido, fore aliquando, ut &c.

Aliquanto, ein wenig. *Syn.* Paulum. *Uſus.* Aliquanto ante diluculum profectus eſt.

Aliquantulum, gar wenig. *Syn.* Paululuni, paulum, nonnihil, leviter, pauliſper, aliqua ex parte, aliquid. *Uſus.* Aliquantulum deflectere de itinere, de recto.

Aliquantum, ein wenig. *Syn.* Paulum. *Uſus.* Lectis tuis litteris aliquantum acquievi. V. *Aliquantulum*.

Aliquantus, a, um, **ein wenig groß.** *Syn.* Mediocris. *Uſus.* Timor aliquantus, ſed ſpes amplior.

Aliquis, a, id, **etwa einer, Jemand.** *Syn.* Quidam, quispiam, ullus, nonnullus, unus aliquis, non nemo; *in plur.* Aliquot, pauci.)(*Nullus*. *Uſus* Alicui ſuccenſere aliquid. Exime unum aliquem ex menſe diem. Confugere ad unum aliquem virtute præſtantem. Quid mihi ut alicui Græculo inſultas?

Aliquo, etwa wohin. *Syn.* In aliquem locum, *Uſus.* Aliquo profugit militatum.

Aliquot, etliche. *Nomen numerale*. *Uſus.* Accepi a te aliquot epiſtolas.

Aliquoties, etlichemal. *Adv. numer.* *Uſus.* Hanc cauſam aliquoties apud te egi; ſemel, atque iterum egi.

Aliter, anders. *Syn.* Secus alio modo, non eodem modo, non perinde, alia ratione, multo ſecus, paulo ſecus, longe ſecus. *Phraſ. Aliter ſe res habet*, **die Sache iſt anders.** Commutata ratio eſt; verſa ſunt omnia; longe alia fortuna, aliis initiis, ac ominibus agendum eſt; omnia contra opinionem acciderunt. *Uſus.* 1. Aliter evenit, atque putaram. Eadem ſomnia aliis aliter evadunt. 2. *Alioquin*, **ſonſt.** Aliter amicitiæ ſtabiles eſſe non poſſunt, **ſonſt können die Freundſchaften nicht beſtändig ſeyn.** Jus æquabile ſit, oportet, aliter jus non eſſet.

Aliunde, anderswoher. *Syn.* Ex alio loco, ex alia re. *Phraſ. Aliunde hoc deſcripſiſti*, **du haſt dieſes anderswoher abgeſchrieben.** Ex alieno largiris; non ex tuo ſenſu deprompta eſt hæc oratio; ex alieno opere acerſita. Hoc quidem translatitium & adventitium auxilium eſt. Sermo tuus inſititius eſt, & inductus. *Uſus.* Non poteras ſcire aliunde. *Pro* alioquin; *Barbarum eſt.*

Alius, a, ud, **ein anderer.** R. ab ἄλλος. *Syn.* Non idem, reliquus, alter, diverſus. * *Uſus.* Aliud ex alio peccas, **du begehſt einen Fehler nach dem andern.** Me quotidie aliud ex alio impedit. Alius alio melior eſt. Res eadem aliis atque aliis effertur verbis. Ex alio alia nexa ſunt. Alia ſolis lux eſt, & lychnorum. Aliud mihi reſpondes, ac rogo. Alium me eſſe cenſes.

Digitized by Google

ſes, atque olim fui. Nihil aliud ago, niſi ut cives mei ſalvi ſint. Quæ eſt alia pœna, præter mortem?

Aliusmodi, anders. *Syn.* Rationis disparis, alterius, diſſimilis. *Uſus.* Res aliusmodi eſt, ac putatur.

Allabor, eris, lapſus ſum. hinzufallen. *Syn.* Accedo, accido, adhæreo. *Uſus.* Humor allapſus extrinſecus.

Allatro, as, avi, atum, are. anbellen. *Uſus Transl.* Aliquem, alicujus magnitudinem allatrare, *per invidiam criminari*

Allecto, as, avi, atum, are. locken. *Syn.* Allicio, prolecto, blande invito. *Uſus.* Vani homines aſſentationem ipſi invitant, & allectant. V. *Allicio.*

Allegatio, nis, f. Botſchaft. *Syn.* Privata legatio. *Epi.* Difficilis. *Uſus.* Ad hunc hominem omnes allegationes difficiles, omnes aditus ardui ſunt, & occluſi.

Allego, as, avi, atum, are. zu ſich ſchicken. *Syn.* Lego, mitto privati negotii cauſa. *Uſus.* Amicos allegare ad rem conficiendam.

Allegoria, æ, f. verblümte Rede. *Tropus Rhetoric.* *Uſus.* Multæ Allegoriæ obſcurant, & enervant orationem.

Allevamentum, i, n. Leichterung. *Syn.* Allevatio, remedium. *Uſus.* E meis malis nullum allevamentum ſpero.

Allevatio, nis, f. Leichterung. *Syn.* Allevamentum. *Uſus.* In meis malis ſine ulla allevatione permaneo. V. *Levamentum.*

Allevo, as, avi, atum, are. erleichtern, in die Höhe heben. *Syn.* Leve facio, lenio, mitigo, levo, levamento ſum, levationem affero. *Uſus.* Allevor, cum tecum per literas loquor, es wird mir leichter, wenn ich Briefe mit dir wechſle. Tuæ litteræ meas ſollicitudines alleyant, leniunt, demulcent. V. *Levo, Recreo.*

Allex, icis, gen. *omn.* anreizend. *Adjective.* *Uſus* Fœmina viri allex.

Allicio, is, lexi, lectum, ere. herzurreizen. *Syn.* Allecto, invito, capio, capto, prolecto, traho, duco, attraho, pellicio, permulceo, induco, excito, titillo, illicio.)(*alieno*, *evoco.* *Phraſ. Invitat, atque allicit incautam juventutem voluptas*, die Wolluſt reizet die unachtſame Jugend an. Suis illecebris voluptas ad omne dedecus trahit, rapit. Multa habet invitamenta libido, multas illecebras, quibus ad cupiditatem impellit juventutem. Quot juvenes voluptate, ut objecta eſca, pelliciuntur? Ad hanc illecebram quis non commovetur? non æſtuat? Quis non ineſcatur delinimentis vitiorum? Illecta & inflammata cupiditate juventus facile rapitur ad illicita. Voluptas in rudibus animis magnum commovet deſiderium; cupiditatem vehementer incitat ac inflammat. Ætatis primæ fervor cupiditati inprimis opportunus eſt, quam voluptas injicit. Voluptas mirum quantum illecebris ſuis juventutis animos afficit, ac incendit. Proritat hæc peſtis rudes maxime annos, atque ad cupiditatem excitat & impellit. Irretit, delinit omnium quidem, ſed juvenum præcipue mentes voluptas. V. *Attrabo.* *Uſus.* Hominum ſtudia ad ſuas utilitates allicere.

Allido, is, liſi, liſum, ere. anſtoſſen. *Syn.* Impingo, incurro, affligo. *Uſus.* Navis in ſcopulos alliſa. In amicorum damnationibus alliſus. V. *Impingo.*

Alligo, as, avi, atum, are. anbinden. *Syn.* Adſtringo, obſtringo, ſtringo, ligo, devincio.)(*ſolvo.* *Uſus* 1. Alligare ad columnam, ad palum, anbinden. 2. *Transl.* Aliquem ſtipulatione, beneficio alligare, verbinden. Scelere ſe alligare, in ein Laſter verfallen.

Allino, is, levi, litum, ere. anſtreichen. *Syn.* Lino, aſpergo. *Uſus.* His ſententiis nullæ ſordes videbantur allini poſſe.

Allium, ii, n. Knoblauch. *Uſus.* Feſſis meſſoribus allium medetur.

Allocutio, nis, f. das Anreden. *Uſus.* Allocutione ſolari languentes.

Alloquium, ii, n. Anſprache. *Syn.* Allocutio. *Uſus.* Blando, benigno alloquio, comitate invitandi, beneficiisque ſibi aliquem conciliare.

Alloquor, eris, locutus ſum. anreden. *Syn.* Affari, compello, appello; ſermonem cum altero jungo, habeo. *Phraſ Aſpere allocutus eſt hominem*, er hat ihn ſcharf angefahren. Verbis vehementioribus proſecutus hominem eſt; duris appel-

Digitized by Google

pellavit; asperius, verbis gravibus in hominem invectus est. Verbis in hominem incurrit, incursavit sane asperis; acriter, vehementer, acerbe hominem appellavit; multos severitatis aculeos emisit in hominem; multa dixit aspere, multa petulanter & contumeliose: Verbis accepit hominem haud sane mollibus, omni verborum importunitate in hominem se concitavit; acriter, acerbe inclamavit, interpellavit hominem. *Usus.* Te nunc alloquor, Africane. V. *Loquor.*

Allubesco, bis, lubui, lubitum, ere. gefallen. *Usus.* Nunc mihi allubescit primulum. V. *Libet.*

Alludo, is, lusi, lusum, ere. scherzen; abzielen. *Syn.* Ludere, & quod dictum, alio referre. *Usus.* Galba varie & copiose alludens, varias similitudines afferebat. Alludere ad mulierem.

Alluo, is, lui, ere. hinzufließen. *Syn.* Juxta fluo. *Usus.* Fluvius moenia alluit; mare terras.

Alluvio, nis, f. Anschwemmung. *Syn.* Eluvies. *Usus.* Alluvionum jura.

Almus, a, um. ansehnlich, ernährend. *Syn.* Sanctus, augustus. *Usus.* O fides alma! quo te terrarum recepisti?

Alo, is, alui, alitum, *vel* altum, ere. ernähren. *Syn.* Educo, nutrio, pasco. D. Nutrire parvulorum, alere adultorum. *Adv.* Copiosius. *Phras. E praediis alitur.* er ernährt sich von seinen Gütern. Praediorum fructibus sustinetur, spiritum, & vitam ducit; vitam propagat. Habet quasi nutriculas praedia. Ager educator & altor illum nutricatur. Alimenta praediis expedit. Lacte, atque pecore vivit, vitam tolerat. Curandis agnis victitat, victum sibi quaerit. Praediorum fructus alimenta illi subministrant; victum praebent: opportuna illi vitae subsidia conferunt, adjiciunt. *Usus.* 1. Alere exercitum, magnas copias, ein Kriegsheer unterhalten. 2. *Transl. Augere*, vermehren. Impunitate alitur hominum improborum audacia, spes, furor. Hominis mens discendo, ingenium exercitatione, dicendi assiduitate, verborum copia alitur & crescit.

Alpes, ium, f. die Alpen. *Usus.* Alpium vallum, murum contra transgressionem Gallorum natura objecit. V. *Mons.*

Alsus, a, um, kalt. *Syn.* Frigidus. *Usus.* Antio nihil quietius, nihil alsius.

Altare, is, n. ein Altar. *Syn.* Ara. *Epi.* Religiosum, religiosissimum. *Usus.* Altaria religiosissima diis struere. Ab altaribus abstrahere. *Altare portatile, vulg.* Altar, den man tragen kann. *Syn.* Altare temporarium, mobile.

Alte, hoch, tief. *Syn.* Sublime. *Usus.* Alte extollere manum. Alte cadere.

Alter, rius, der andre. *Usus.* Et altera dies interceſſit, cum &c. Numa alter a Romulo rex. Alterius crudelitate oppugnor, alterius blanditiis. Neceſſe eſt, ut ſit alterum e duobus, aut &c. Primo, altero, tertio die ſenatus habitus eſt. Alter adjutus ab altero. *De amico intimo*, von einem vertrauteſten Freunde. Ad te, tanquam ad alterum me proficiſcar.

Altercatio, nis, f. Zank, Hader. *Syn.* Jurgium, lis, contentio, concertatio, disceptatio, forenſis dimicatio. *Epi.* Magna, inutilis. *Usus.* 1. Altercationem cum altero quaerere, aucupari. Urſache ſuchen, mit einem zu zanken. 2. Habere altercationem maximis clamoribus, mit einem Geſchreye zanken. Orta eſt mihi cum illo gravis altercatio. Dies multi altercationibus conſumpti. Fregi illum altercatione. V. *Controverſia, diſſidium, rixa.*

Altercor, aris, atus, ſum, ari. hadern, zanken. *Syn.* Rixor, litigo, contendo. *Phraſ. Altercatus ſum graviter cum adverſario*, ich habe mit meinem Feinde heftig gezanket. Contentionem ſuscepi maximam; verborum rixa non levis contracta eſt; altercatio orta mihi gravis eſt; contentio non mediocris mihi erat. Enata eſt gravis altercatio mihi cum adverſario; altercationem habui difficilem. Ex cauſa non magna altercatio ingens facta eſt. *Usus.* Cum Vatinio altercari incipit. V. *Contendo, diſſideo.*

Alternus, a, um. einer um den andern. *Syn.* Quod viciſſim fit, aut viciſſitudinem habet. *Usus.* Epigramma alternis vicibus longiuſculis.

Digitized by Google

Al-

Alterni pedes ex Jambis sint. Alternis verbis, *idem quoque verbo*. Alterna capita sibi contraria. Alternis, *absolute subintell. vicibus*, annis, diebus.

Alteruter, tra, trum, einer von beyden. *Syn.* E duobus alter. *Usus.* Si in alterutro sit peccandum, malim videri nimis timidus, quam parum prudens. Alterutrum tibi eligendum est, einer von beyden hast du zu erwählen.

Altitudo, nis, f. die Höhe, Tiefe. *Syn.* Celsitas, excelsitas. *Epi.* Infinita, miranda, concava. *Usus.* 1. Arborum, montium altitudo, 2. Labes agri ad infinitam altitudinem descendit. Latomiæ opus ingens in mirandam altitudinem depressum, der Steinbruch ist zu einer wunderseltnen Tiefe getrieben. Maris altitudo, die Tiefe des Meers. 3. *Transl.* Animi, fortunæ, gloriæ altitudo. Altitudo & elatio orationis. V. *Altus.*

Altor, oris, m. Ernährer. *Syn.* Educator. *Usus.* Omnium rerum seminator & altor Deus.

Altrinsecus, von der andern Seite. *Syn.* E regione, ex altera parte. *Usus.* Assiste altrinsecus.

Altrix, icis, f. Ernährerinn. *Syn.* Nutrix, educatrix, alumna. *Usus.* Terra patria, altrix nostra.

Altum, i, n. Tiefe des Meers. *Usus.* Tempestate in alto jactantur nautæ. Ex alto emergere.

Altus, a, um. hoch, tief. R. *ab ἀλδέω, cresco.* *Syn.* Sublimis, excelsus, celsus, erectus, editus, excitatus humo. ℵ *Abjectus, humilis.* *Phras.* 1. *Turris est altissima*, der Thurm ist sehr hoch. Turris in magnam altitudinem eminet. In eximiam, visendam altitudinem evecta; *situ & opere* multum edita, in ingens fastigium elata. 2. *Vienna altissimis ædibus & conspicua.* Wien ist wegen hoher Häuser ansehnlich. Vienna cœnaculis sublata, atque insignis altissima eminet; ædibus celsissimis, in altitudinem ingentem elatis, late eminentibus constructa; *adibus* ad eximiam altitudinem perductis, mira altitudine ædium *situs* conspicuus superat, & excipit. In alto vir animo et, & excellens, ein hoch grosmüthiger und weit hinsehender Mann. Vir plens es, & alta quadam mente præditus; nihil times, nemini cedis; altum quiddam spiras; invictum semper, & ad altiora quædam, & magnificentiora te natum meministi. Altum te natura videlicet, & humana despicientem genuit. Alta spectas, virtutis gloria ad cœlum te effers. Animo es super humanum fastigium elato; supra fortunam animos geris. *Usus.* 1. Sua virtute pervenire in altiorem locum, in höhern Stand kommen. Virtus altissimis defixa radicibus. Cœli altissimus complexus. 2. *Transl. ad animum.* Alta mens; humanarum rerum alta quædam despectio. Alta & exaggerata oratio. Altus & excellens vir. Nihil nisi altum, & magnificum suscipere, moliri. V. *Excelsus, animus.*

Alvearium, ii, n. Bienenstock. *Usus.* Apes in alvearium concesserant.

Alveolus, i, m. kleines hölzernes Geschirr, Schachtafel *Syn.* Tabula, in qua tesseris, aut talis luditur. *Usus.* Ludum quærere, alveolum poscere.

Alveus, i, m. Rinne eines Wassers, Badwanne. *Syn.* Vas amplum, quo in balneis utebantur. *Usus.* In alveum descendere.

Alumnus, i, m. ein Ziehkind. *Syn.* Qui alit, quique alitur; discipulus. *Usus.* Eloquentia bene constitutæ civitatis velut alumna est, & nutrix. Platonis, disciplinæ Platonicæ alumnus V. *Discipulus.*

Aluta, æ, f. lindes Leder. *Syn.* Pellis mollior. *Usus.* Pellis pro velis alutæque molliter confectæ.

Alutarius, ii, m. Weißgärber. *Syn.* Coriarius, pellium & coriorum conciniator.

Alvus, i, f. der Bauch. *Syn.* Venter, intestina, uterus. *Epi.* Multiplex, tortuosa. *Usus.* 1. Mater alvo filium continet, die Mutter ist mit einem Sohne schwanger. 2. Alvum ciere, medicamentis citare, movere, Stuhlgang machen. 3. Alvum laxare, solvere, purgare, dejicere, die Nothdurft verrichten. 4. Alvum mollire, bonam facere, den Stuhlgang erleichtern. 5. Alvum fluentem sistere, tardare, inhibere, den Durchbruch stillen. 6. Astricta alvo esse, verstopft seyn. Suppresso ventre alvum consistere; venter

Digitized by Google

non reddit, non excernit. 7. Alvo esse fusa, citata, resoluta; *alias*: dejectionibus laborare, **am Durchbruch leiden.** Citata alvo exerceri; accidere frequentem alvi dejectionem; ventre esse liquido. 8. Ire ad alvum subtrahendam. *Alias*: Ire ad requisita naturæ; ire, quo saturi solent; naturæ parere; ventris causa de medio abire; ad necessaria secedere; ad reddenda ciborum onera se subducere, **auf den Abtritt gehen.**

Amabilis, e, *gen. comm.* **holdselig, lieblich.** *Syn.* Amore dignus, suavis, omnibus jucundus. *Phras. Amabilis est*; *dignus qui diligatur, qui ametur*, **er ist ein liebwerther Mensch** Sunt in eo multa, quæ amorem concilant; possidet, quæ ad colligendam benevolentiam valent. Ad alliciendas voluntates, ad animos adjungendos, ad comparanda hominum studia nihil desideres, nihil in eo requiras, nihil deesse dicas. Causas amoris in eo plurimas, odii nullas invenio. Amandus est propter multas suavitates ingenii, officii, humanitatis. Ejus suavitates, virtutes ipsi studium hominum adjungunt, pariunt, gratiam comparant, adipiscuntur. Ferreus sit, qui illum non amet. Aversus ab omni humanitate, expers humanitatis, prorsus homo non sit, qui illum amore non prosequatur. Nihil non est in eo, nulla non re commendatur, quæ homines ad illum amandum alliciat, qua ab omnibus gratiam ineat, qua adjungere sibi hominum benevolentiam possit. Nulla in eo desideres animi bona, ornamenta, quibus benevolentia colligitur. *Usus.* Virtute nihil amabilius. Mores, homines amabiles.

Amabiliter, **holdselig.** *Syn.* Animo amico, suaviter, humaniter.

Amabo, mein, ich bitte dich. *Syn.* Si me amas, *rogantis est.* *Usus.* Expecta, amabo, dum te conveniam. Amabo te, incumbe in eam rem.

Amandatio, nis, f. **Verschickung.** *Syn.* Relegatio, rejectio. *Usus.* An hæc rusticana vita relegatio, atque amandatio appellabitur.

Amando, as, avi, atum, are. **wegschicken.** *Syn.* Ablego, relego, removeo, dimitto, mitto. *Usus.* Amandato Catone, Tullio expulso.

Amans, tis, *part.* **von** Amo, **liebend.** *Syn.* Observans, studiosus, fautor, benevolus. *Usus.* Ad nos tui amantissimos veni. Nemo me tui amantior. Leniissimis & amantissimis verbis accipere.

Amanter, **liebreich.** *Syn.* Peramanter, studiose, prolixe. *Usus.* Valde hoc velim, amanter, diligenterque conficias. Conjunctissime & amantissime vivere cum aliquo.

Amarus, a, um. **bitter.** *Syn.* Sapore præditus dulci adverso. *Usus.* 1. Sensus indicat dulce, & amarum, **der Geschmack zeigt an, was süß, oder bitter.** 1. *Transl. Calamitosus, insuavis, morosus*, **verdrießlich, unfreundlich.** Amariorem me & stomachantem omnia senectus facit.

Amasius ii, m. **ein Buhler.** *Syn.* Amator. *Usus.* Miserrimum hunc hodie habebo amasium.

Amator, oris, m. **Liebhaber.** *Syn.* Amicus, cultor. *Epi.* Acer, antiquissimus, communis, *Usus.* 1. *In bonam partem.* Sapientiæ me amatorem profiteor. Ciceronis amatores. 2. *In malam partem.* An tu amatorem, non adulterum dices? Amatores puerorum.

Amatorie, **buhlerisch.** *Syn.* Amatorum more. *Usus.* Amatorie scripta, dicta.

Amatorius, a, um. **buhlerisch.** *Syn.* Quod ad amorem pertinet, *vel* allicit. *Usus.* Amatorius sermo. Amatorium carmen

Ambages, um, f. **Umschweif.** *Syn.* Circuitio, anfractus, inflexus Mæandri, diverticula, inflexiones. *Usus* Ambages fidei fallendæ exquirere.

Ambigo, is, ere. **zweifeln.** *Syn.* Dubito, in controversiam voco, adduco, discepto, in dubium traho, revoco. *Usus.* Ambigunt agnati cum hærede, **die Befreundte sind mit dem Erben streitig**, *disceptant.* Ambigere de re aliqua. Hoc inter nos ambigitur. Ex contrariis scriptis ambigere aliquid. V. *Dubito*, *dubium*, *controversia.*

Ambigue, **zweifelhaftig.** *Syn.* Dubie. *Usus.* Ambigue dicta, scripta, posita, dividenda sunt & explananda.

Am-

Digitized by Google

Ambiguitas, atis, f. **Zweifel.** *Syn.* Anceps, dubia, incerta, multiplex verborum poteſtas; verba media & ſuſpenſa; quæ in duas vel plures ſententias trahi poſſint. *Uſus.* Nominum ambiguitas in multos errores inducit. V. *Dubitatio.*

Ambiguus, a, um. **zweifelhaftig.** *Syn.* Anceps, dubius, incertus, obſcurus, multiplex, perplexus.)(*Perſpicuus Uſus.* Non habeo ambiguum, **ich zweifle nicht.** Oracula obſcura, ambigua. Ex ambiguo dicta exiſtunt turgutiſſima. Invidiæ nomen ambiguum. V. *Dubius, perplexus*

Ambio, is, ivi, itum, ire. **umgehen, anhalten, ſich um etwas bewerben** *Syn.* Circumeo, *vel* prenſo. *Adv.* Valde, vicatim. *Phraſ.* Conſulatum artibus parum honeſtis ambit, prenſat, **er will durch alle Gewalt zur Bürgermeiſterſtelle gelangen.** Quibus artibus ſibi viam ad conſulatum muniat, quod iter affectet, video. Summa ambitione, honoris contentione, ambitu contendit. Circuit & prenſat Patres juxta, ac tribules. Eſt in illo ſumma honoris contentio; ambitus illi eſt in petendis honoribus incredibilis. Nullum in prenſando ſtudium prætermittit; in prenſandis, appellandis Patribus ſtudium adhibet maximum. In aucupandis magiſtratibus nullos ſcopulos, nullos caſus pertimeſcit; aureis retibus venatur imperium. Honoribus operam dat, ſed artibus parum decoris. Honorum in republica nullus eſt, quem non appetat, ad quem non aſpiret, **er bewirbt ſich mit beſonderer Liſt um alle Ehrenſtellen.** *Uſus.* 1. Lunæ curſus terram proxime ambit, **der Mond geht zunächſt um die Erde herum.** 2. *Prenſare, petere*, **anhalten.** Si comitia in ſenatu haberi placet, petamus, ambiamus.

Ambitio, nis, f. **Ehrgeiz.** *Syn.* Ambitus, ſtudium cupiditasque honorum. *Epi.* Levis, major, miſerrima, nimia, pernicioſa, popularis, ſumma, timida. *Uſus.* Ambitione labi, ardere. In tuo favore mea ambitio nititur.

Ambitioſe, **ehrgeizig.** *Syn.* Cum ambitione. *Uſus.* Provinciam ambitioſe petere. Facere aliquid, fovere aliquem ambitioſe.

Ambitioſus, a, um. **ehrgeizig.** *Syn.* Ambitione plenus, honorum cupidus. *Phraſ. Vir eſt ambitioſus*, avaritia gloriæ, & honoris cupiditate inſatiabili, **ein über die Maßen ehrgeiziger Mann.** Ambitioni ſervit perdite, ardet infinita honorum cupiditate, in honorum ſtudio pene modum neſcit, ad ambitionem totos pectore incumbit, fertur incredibili gloriæ cupiditate, honorum nunquam illi ſatis eſt, honoris eſt ſupra modum appetens. V. *Ambitio, gloria, ſuperbus, arrogans. Uſus.* Amicitiæ ambitioſæ, in quibus aſſentationis plurimum, nihil rei. Homo minime ambitioſus.

Ambitus, us, m. **Umkreis, Ehrgeiz.** *Syn.* Converſio, circuitus, orbis; ambitio, ambitionis crimen. *Epi.* Contractus & brevis, & vehemens verborum, immanis, infinitus, par, perfectus, completusque verborum, rotundus, totus verborum, argutus, certusque & circumſcriptus verborum. *Uſus.* 1. *Ambitus domus*, **der Umfang, Bezirk des Hauſes.** Rotundi ſtellarum ambitus. 2. *Circuitus verborum*, **Umſchweif im Reden.** Comprehenſio, & ambitus ille verborum, quem periodum vocamus. 3. *Ambitio*, **Ehrgeiz.** Accuſari, damnari ambitus.

Ambulacrum, i, n. **Gang, Gallerie.** *Syn.* Locus in ædibus ad deambulandum accommodatus.

Ambulatio, nis, f. **Spaziergang.** *Epi.* Aurea, meridiana, inferior, pomeridiana, compitalitia. *Uſus.* 1. *Ambulandi actio*, **Spaziergang.** Conſtituimus inter nos, ut ambulationem ruri conficeremus. 2. *Locus ambulationis*, **Spazierort.** Noſtram ambulationem, quæſo, inviſas. Hedera intercolumnia ambulationis conveſtit. Nondum abſoluta eſt ambulatio, nondum ſub tecto.

Ambulatiuncula, æ, f. **kleiner Spaziergang.** *Epi.* Tecta. *Uſus.* Cum una ambulatiuncula, & ſermone noſtro delicias urbis omnes non permutavero.

Ambulo, as, avi, atum, are. **ſpazieren.** *Syn.* Deambulo, inambulo, obambulo, deambulationem perago, ſpatior, eo, decurro, abeo, iter facio, contendo, pedibus

Digitized by Google

peragro. *Adv.* Artificiose, contentius, recte. *Usus.* Ambulare in sole. Ambulare lente, ut philosophi. Intra diem plura passuum millia ambulare. Xerxes junctis classibus Hellespontо, Athoque perfosso, maria ambulavit, terram navigavit.

Amburo, is, ussi, ustum, ere. **anbrennen, verſengen.** *Usus.* Num tu ex ambustis fortunarum mearum reliquiis spolium petes? Vicina Cremona incendio ambusta, Mantua tamen salva evasit.

Amens, tis, *gen. com.* **unſinnig.** *Syn.* Insanus, mente motus, perturbatus. *Phras.* Homo excors; omnibus consiliis præceps ac devius, mente captus, alienatus mente, amentia præceps, obcæcatus, prolapsus in furorem, mente paulum imminuta, animo parum validus, mente orbatus. *Usus.* Homo amentissimus, vecors, ac consiliis omnibus præceps, ac devius. V. *Insanus.*

Amentatus, a, um. **mit Riemen gebunden.** *Syn.* Loris religatus ad acrius feriendum. *Usus* 1. Hastæ amentatæ. 2. *Transl.* Argumenta amentata præclari oratoris lacertis viribusque contorta, **ſtarker Beweis.**

Amentia, æ, f. **Unſinnigkeit.** *Syn.* Insania. *Epi.* Civilis, magna, mira, præceps, singularis, summa, tanta. *Phras.* *Hic homo in amentiam incidit*, **er iſt zu einem Narren geworden.** A se, a mente discessit; ad insaniam redactus est; impulsus, prolapsus in furorem est; mens reliquit hominem; injecta illi amentia est. Amentia incredibilis hunc hominem tenet, **er iſt ſtark im Kopfe verwirret.** Amentia flagrat, torquetur, rapitur, tenetur, excæcatur plane insolita, alienata penitus mente est. V. *Amens, alienatus, furor, insania, stultitia. Usus.* Amentia est animi affectio lumine mentis carens. Qua amentia inductus hoc egisti?

Amica, æ. f. **Buhlerinn.** *Syn.* Mulier amata. *Usus.* Alcibiades amicæ amiculo tectus. Septem currus amicarum plenos secum trahebat Verres.

Amice, **freundlich** *Syn.* Benevole, familiariter, animo amico, & conjunctissimo. *Usus.* Vivere simpliciter, vitæque, hominum amice. Quod tantum mihi tribuis, facis, fecistique sane amice.

Amicio, is, ivi, ictum, ire. **bekleiden.** *Syn.* Vestio, operio. *Usus.* Amictus toga purpurea.

Amicitia, æ, f. **Freundſchaft.** *Syn.* Benevolentia, conjunctio, familiaritas, necessitudo; vetus & assiduus inter æquales usus, ac vitæ consuetudo; jucunda vitæ, atque officiorum omnium societas; amabilissimus amicitiæ nexus; amoris vinculum arctissimum; omnes amicitiæ necessitudines; conjunctionis, ac necessitudinis vinculum; benevolentiæ conjunctio, familiaritatis nexus; summa voluntatum consensio. *Epi.* Adjutrix virtutum, comes vitiorum, afflicta, non solum ampla, sed etiam jucunda, concors, conjunctior, consularis, desiderata, ditior, & affluentior, firmior, bona, gratuita, insignis, intempestiva, inveterata, justa veraque, magna, uber, jucundissima, molesta, naturalis, non brevis & suffragatoria, sed firma & perpetua, pulcherrima & maxime naturalis, pyladea, remissior, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem facilitatemque proclivior, sancta, summa, vetus, vetusta, vulgaris, aut mediocris, vera & perfecta. *Phras.* 1. *Amicitiam contrahere*, **mit einem Freundſchaft machen.** Amicitiam cum aliquo appetere, expetere potentum amicitias, gratiam & amicitiam petere; adrepere sensim, applicare se ad alterius amicitiam; insinuare se in potentum amicitiam; adjungere se, conferre, aggregare ad alterius amicitiam; amicitiam sibi parare, comparare, conciliare; in consuetudinem alterius se dare, insinuare, immergere; amicitiis multorum implicari; amicitias sibi parere, gignere, jungere, conjungere, instituere; consuetudine alterius se implicare, devincire, jungere; amicitiæ fores sibi aperire; consuetudinem jungere cum altero; amicitiam conglutinare, conjugare, constituere; colligere, contrahere consuetudinem cum altero; amicitiæ & societatis vinculo se adstringere; incipere, conflare amicitiam; coire societatem cum al-

Digitized by Google

altero; amicitiam ſequi, ad amicitiam accedere, alterius amicitiæ ſe dedere ac devovere, ſancire; ferire, percutere fœdus amicitiæ; amicitiæ fœdere ſe devincire. 2. *In amicitiam alicujus venire*, einen zum guten Freunde bekommen. In amicitiam accipi, recipi, adjungi; in familiaritatem alterius venire, pervenire; adſcribi ad alterius amicitiam; inire cum altero ſocietatem; jungi amicitia; incidere in improborum hominum amicitiam; familiaritatem alterius penitus intrare, conſequi; amicitiam adipiſci; in familiaris amicitiæ jura adduci. 3. *Amicitiam habere cum altero*, Freundſchaft mit einem haben. Neceſſitudo intercedit mihi cum illo, & vetus amicitiæ uſus; neceſſitudo mihi cum illo conſtituta dudum eſt; eſt mihi amicitia, conſuetudo, hoſpitium cum illo; amicitiam gero, habeo cum illo; intime utor homine; ſocietatem habeo cum illo firmam ac perpetuam; intima illi familiaritate conjunctus ſum; cum amicitiæ non infimum tenet apud me; eſt mihi cum homine magnus uſus, vetus conjunctio; conjunctiſſime & amantiſſime inter nos vivitur; arcta familiaritate hominem complector; longa conſuetudine devinctum teneo hominem; mutua benevolentia implicatum habeo; conjunctus ſum longo familiaritatis uſu; inveterata mihi cum illo eſt amicitiæ fides; perpetua gratia atque amicitia mihi cum illo eſt. 4. *Amicitiam obſervare*, gute Freundſchaft halten, und fortſetzen. Amicitiam colere, ſervare, retinere; obſequio amicitiam tueri; amicitiam præſtare; neceſſitudinem colere, conſervare, uno tenore fidem colere; in amicitia & fide manere, permanere. Par voluntas, ab unoquoque noſtrum redditur, & accipitur. Amicitiæ noſtræ fides ſanctior eſt, quam ut malevolorum ſermonibus labefactetur. Amicitiam gerimus non modo officioſam, ſed veram & concordem. 5. *Amicitiam firmare & augere*, die Freundſchaft vermehren. Amicitiam confirmare, firmiorem facere, reddere; in amicitia provehi; firmare obſequio gratiam; concordiam in perpetuum firmare; conſuetudinem facere majorem; id agere, ut amicitia non modo vigeat, ſed creſcat, accreſcat. 6. *Amicitia minuitur*, die Freundſchaft nimmt ab. Claudicat amicitia noſtra, labefactatur ſenſim malevolorum ſermonibus, & elevatur. Vacillat, inclinat amicitiæ noſtræ ſtabilitas. Satietas quædam amicitiæ ſubit. Multis rebus quotidie violatur amicitia noſtra. Non reſpondet animus tuus in amicitia mea. Non eum præſtas animum mihi, quem debes. Parem in me benevolentiam non commonſtras. Tuus in me amor cum meo conferendus non eſt; longe inferior meo eſt; longe infra eſt. Non es mutuo erga me animo; non æque, atque ego, animatus es. Conjunctio illa vetus, ac jucunda multum a te imminuitur, perfringitur, ac labefactatur. 7. *Amicitiam abrumpere*, die Freundſchaft trennen, aufheben. Disrumpere, diſcindere, diſſociare, diſſolvere, diſſuere, præcidere, extinguere, tollere, evertere amicitiam; deſerere jus amicitiæ, ſpernere, negligere; extinguere neceſſitudinem priſtinam; amicitiam dimittere, deponere, excludere, in inimicitiam convertere; ab amico ſe abrumpere; ab amicitia ſe removere; caritatem, conjunctionem dirimere; a conjunctione animos avocare; collectam diu gratiam momento effundere; amabiliſſimum amicitiæ nodum tollere; renunciare alteri ſocietatem, hoſpitium, amicitiam; finem gratiæ ponere; amicitias diducere cohærentes; gratiam alterius repudiare, recuſare; totum ſe ab amicitia alterius avertere; refugere a priſtina conſuetudine; ab amicitia deficere; ſejungere ſe a veteri ſocietate; conjunctionem ſolvere; amorem ex animo penitus ejicere. 3. *Amicitiam redintegrare*, die Freundſchaft erneuern. Redire cum altero in gratiam; renovare, redintegrare priſtinam conſuetudinem; gratiam novo beneficio redimere; ad gratiam & amicitiam receptum habere. V. *Amicus, familiaritas, neceſſitudo, inimicitia. Uſus.* Amicitia eſt omnium divinarum, humanarumque rerum cum benevolentia & caritate ſumma conſenſio. Amicitia

Digitized by Google

nihil majus, uberius, jucundius. Hæc amicitia, hæc conjunctio, hæc jucundissima vitæ, atque officiorum omnium societas fictis sermonibus, falsis criminibus, sæpe dirimitur.

Amictus, a, um. **bekleidet.** *Syn.* Vestitus, indutus, tectus, opertus. *Usus.* Amictus lana, toga purpurea, pallio, amiculo.

Amictus, us, m. **Kleidung.** *Usus.* Imitari alicujus amictus statum, aut morum. V. *Vestis.*

Amicula, æ, f. **Buhlerinn.** *Syn.* Amica. *Usus.* De amicula rixari.

Amiculum, i, n. **ein langes Oberkleid.** *Syn.* Pallium, vestis. *Epi.* Aureum, frigidum, grave. *Usus.* Dionysius aureum Jovi detraxit amiculum.

Amiculus, i, m. **Freund.** *Syn.* Amicus.

Amicus, i, m. **Freund.** *Syn.* Necessarius, familiaris.)(*Inimicus. D.* Amator, *in malam*, Amicus *in bonam partem accipitur. Epi.* Amans & observans, antiquior, antiquissimus, benevolus, blandus, bonus, communis, firmus & fidelis, fortior, fortis, gravissimus, satis honestus, indignus fortuna aliqua, infidus, insolens, lepidus, locupletior, magnus, mediocris, multo justior, officiosissimus, paternus, ac perquam necessarius, præceps, privatus, prudens, recens, simplex & communis, & consentiens, studiosus, observans, suavis, verus, vetus, voluntarius. *Phras.* 1. *Amicus meus est*, **er ist mein guter Freund.** Multis annis illo utor familiariter; est ex domesticis meis, & intimis familiaribus; necessarius meus est, & amantissimus mei; conjunctus mihi usu, est in intimis; me plane suum numerat; sunt mihi cum illo omnes amicitiæ necessitudines; utor hominis amicitia diu, & concorditer; in meis familiarissimis est, ac plane meus; longe omnium amicorum carissimus est; in intima ejus familiaritate versor; conjunctissimus illi sum; omnia mihi cum eo intercedunt jura summæ necessitudinis; arctissimo mihi est amicitiæ vinculo copulatus, colligatus, connexus; est mihi amicitia cum eo non vulgaris; utor illo intime; est mihi intimus; nihil illo mihi conjunctius, carius, jucundius. V. *Familiaris*, *adjungo*, *Amicitiam habere.* 2. *Amicos sibi paravit plurimos*, **er hat sich viel Freunde gemacht.** Multos ille sibi beneficio adjunxit; multos sibi consuetudine devinxit; animos multorum sibi conciliavit; multorum voluntates sibi obsequio demeritus est; amicitiam fecit cum plurimis; ex adversa factione suos sibi fecit quamplurimos; necessitudinem constituit, fecit, conjunxit cum multis, ad amicitiam adscripsit, aggregavit non paucos. V. *Amicitiam contrahere. Usus.* 1. Amici maxima amoris conspiratione consentientes. Mihi nemo te amicior, carior, jucundior. 2. Amicum facere, diligere, eligere, acquirere; conciliare sibi alterius voluntatem, gratiam, studium. 3. Amico uti & necessario, **einen zum Freunde haben.** 4. Amico orbari, vitam ab amicis desertam & incultam agere, **keinen Freund haben.**

Amissio, nis, f. **Verlust.** *Syn.* Jactura, detrimentum. *Epi.* Tanta rerum, turpis. *Usus.* Amissio omnium rerum, desperatio recuperandi.

Amita, æ, f. **Base.** *Syn.* Soror patris.

Amitto, is, misi, missum, ere. **wegschicken, verlieren.** *Syn.* Dimitto, perdo, jacturam facio. *Adv.* Funditus, penitus, plane. *Phras. Amisisti omnia*, **du hast alles verlohren.** Jacturam fecisti fortunarum omnium. In hoc portu gloriæ, dignitatis naufragium fecisti. Eversus ex rebus omnibus, captus, orbatus. Omnia tibi illo jactu perierunt, occiderunt. Gratia omnis, ac gloria tibi defluxit. Cum fortunis fama te simul, ac fides deseruit. V. *Perdo*, *eripio*, *evanesco. Usus.* 1. Amittere occasionem. Prædam de manibus amittere, **aus der Hand lassen.** 2. Dignitatem, civitatem, jus imperii, memoriam, mentem, vitam, lucem amittere. Vires, & corpus ægritudine, vitam per dedecus amittere, **verlieren.** 3. *Dimitto*; **frey und ledig lassen.** Captivum amittere. 4. *Abjicio*, **ablegen.** Assiduitate malorum omnem sensum humanitatis ex animo amittere.

Am-

Digitized by Google

Amnis, is, m. ein Fluß. *Syn.* Fluvius. *Epi.* Funestus, incitatior, sedatus, magnus, nobilis, obscurus, profluens, contortus, deflexus. *Usus.* Liquores perlucidi amnium, ripārum vestitus viridissimi. Alter sine salebris amnis, alter incitatior fertur. Contortus & deflexus in alium cursum amnis. V. *Fluvius.*

Amo, as, avi, atum, are. lieben. *Syn.* Diligo, carum habeo, studio prosequor, benevolentia complector, magno studio & amore sum in aliquem; faveo, cupio alicui maxime, honestissime. *Adv.* Admodum, æque atque, certatim, fraterne, illustrius, maxime, merito, mirabiliter, mirifice, multum, nimium se; plus, plurimum, præcipue, recte, turpissime valde, vehementer, unice, vulgo. *Phras.* 1. *Amo te plurimum*, ich liebe dich sonderbar. Sic te diligo, ut neminem magis, ne me ipsum quidem. Singulari erga te amore sum, singulari sum in te benevolentia. Ego te, ut oculos, aut si quid oculis est carius, diligo. Nemo est omnium, in quem magis, quam in te, mea sit propensa benevolentia; qui mihi te sit carior; quem ego vehementius, quam te, diligam, quem ego majore, quam te benevolentia complectar; quem ego magis ex animo, quam te, diligam. Quo amoris vinculo adstricti sumus, eo nihil potest esse arctius; id ejusmodi est, ut laxari nullo modo possit. Summe, vehementer, valde, magnopere, maximopere, maxime, etiam atque etiam, mire, mirifice, incredibiliter, unice, singulariter, egregie, infigniter, ex animo, ex intimo sensu, cumprimis, imprimis, apprime, præcipue, admodum, oppido, majorem in modum, mirum in modum, minime vulgariter, non mediocriter te diligo. Omnibus tibi necessitudinis causis conjunctus sum maxime. Ita multæ mihi tecum sunt necessitudinis causæ, ut nihil possit esse jucundius. Omnes mihi necessitudines, necessitudinum causæ, omnia mihi necessitudinum summa jura tecum intercedunt. Mihi tecum omnia sunt communia. Amo te singulariter omnibus de causis. Omnibus ad te amandum causis adducor, moveor, impellor. Causam tui diligendi nullam non habeo. Arctissimo necessitudinis vinculo conjuncti sumus. Nihil est nostra necessitudine conjunctius. Pervenit ad summum amicitia nostra. Benevolentia in te mea ad summum pervenit, aucta sic est, ita jam crevit, ut nihil ad eam possit accedere. Amor in te meus is est, ita accumulatus est, ut addi nihil possit. Æque, similiter, pariter ac me ipsum; itidem ut me ipsum; non aliter, non secus, ac me ipsum te diligo. In te amando nemini concedo. Qui te vehementius diligat, concedo nemini. Amorem in te meum cogitatione fortasse consequi, complecti possum, verbis quidem exprimere, explicare, expromere profecto non possum. Cum te multi diligant, in amore tamen omnes vinco, principatum appeto, primas partes mihi vindico, principem locum obtineo. Fero te in oculis. Mihi es in amoribus. Nihil mihi est te carius. Secundum DEum, post DEum, excepto DEo, cum a DEo discessi, nemo mihi te est carior. Primum in amore DEum, te habeo proximum. Amor in te meus tantus est, quantus potest esse maximus. Hæres mihi in animo, in medullis, in intimis sensibus. Ut pater in filium, ita ego in te sum animatus. Habeo te fratris loco. Quid est, cur te non etiam atque etiam diligam? Quod vinculum, quod studii genus aut officii, quæ omnino res amori nostro, amicitiæ, conjunctioni, necessitudini nostræ deest, in amicitia nostra requiri, ac desiderari potest? Amorem in te meum verbis exprimere qui possum, quem cogitatione vix complector, cujus magnitudinem vix mente comprehendo? 2. *Tu si me amas, communem amicum dilige*, wenn du mich gern hast, so liebe auch diesen unsern Freund. Tu si me charum habes; si tibi cordi sum; si animum mihi dedisti tuum; amicum omni benevolentia, caritate, officio complectere. Sit tibi ille in pectore; hæreat in venis, animo, visceribus. Tu si mei amore duceris; si totus ego tuus sum; si ardes, cales,

Digitized by Google

les, teneris ſtudio complectendi mei; amicum in ſinu, in oculis geſta; hæreat ille tibi in medullis; gradum ac caritatem filii apud te habeat. Si amore tibi conjungor; ſi, ut tute affirmas, ita in oculis tuis habito; in medullis incluſus ſum, amicum toto animo, omni gratia, officio, caritate complectere. Si tanta propendes in me voluntatis inclinatione, quantam ſingularis in me tua benevolentia, eximia caritas, perpetua officia pollicentur; mea potiorem vita communem amicum habe. Siquis amor mei in te reſidet; ſi amore mei caperis, incenſus es; ſi caritate flagras; cariſſimum tibi amicum habe noſtrum; magisque quam oculos illum ama meos. Si quis amor penitus hæret mei; ſi in medullis reſideo tuis; ſi in deliciis ſum: amicum oculis, animo, complexu tene; omni amore proſequere, dignum profecto ob multas ſuavitates ingenii, ut animo tuo carus ſit egregie. 3. *Amat intemperanter, inhoneſte,* **er iſt unmäßig, ſchändlich verliebt.** Amoribus ſervit; turpius, quam par eſt, diligit; differtur amore; immodico amore flagrat. Deperit hominem miſere; amore occupatus eſt; animum amori deditum habet; in amores effunditur; amore amens, maleſanus eſt; perdite amat; amore languet; cæcis maceratur ignibus; totus in amore eſt; in caſtris Veneris militat; verſatur in amoris rota; amore vadatus, ac vinctus attinetur; in hoſpitium divertit ad Cupidinem. *Uſus.* Quidam ſeipſos amant ſine rivali. Me aut amabis, aut, quo contentus ſum, diliges. D. Amare *plus eſt*, Diligere *minus*.)(*Odio habeo.*

Amœnitas, tis, f. **Lieblichkeit.** *Syn.* Suavitas locorum. *Epi.* Summa. *Uſus.* Hortorum & littorum amœnitates. V. *Jucunditas.*

Amœnus, a, um. **lieblich.** *Syn.* Voluptuarius, jucundus. *Uſus.* Amœnus ſano, & arbitris ſemotus locus. Prædiola belle ædificata amœno loco, & ſalubri. V. *Jucundus.*

Amor, oris, m. **die Liebe.** R. *ab* αἷμα, *ſanguis*, *amoris nempe cauſa.* *Syn.* Benevolentia, gratia, pietas, ſtudium, caritas.)(*Odium.* D. Amor *genus eſt ad omnia pertinens*, Caritas *ſpecies ad hominem tantum.* *Epi* Gloriæ nimis acer, verumtamen honeſtus, communis, cultus, dulcis & optatus, flagitii & levitatis auctor, fraternus domeſticusque, honeſtus, humanus, tam improviſus ac repentinus, tam caſtus, tam religioſus, tam ſanctus, tam pius, inauditus, non ignotus, ſed tamen gratus, & optatus, incredibilis, & bonus, infitus, jucundus, magnus, mediocris, mirificus, muliebris, mutuus, naturalis, novus, vetus, patrius, perpetuus, præcipuus, princeps, priſtinus, ſævus, ſingularis, ſollicitus atque anxius, ſummus, turpiſſimus, vetus & fictus, veterrimus, veriſſimus, vetuſtus. *Phraſ.* 2. *Utinam excitare amorem patriæ in te poſſem!* **wollte Gott! ich könnte in dir eine Liebe gegen das Vaterland erwecken.** Utinam te patriæ amore inflammare, pietatem in patriam intendere, excitare, gignere, conciliare poſſem! utinam efficere id poſſem, ut patriæ amor in te naſcatur, oriatur, exoriatur! utinam ea mihi facultas ſit, ut meis hortatibus pietas illa in patriam rurſus in te exiſtat, emergat; ut ex natalis ſoli dulcedine amor ille effluat, emanet, progrediatur, proficiſcatur, qui erga patriam optime de te meritam extare, reſidere in animis civium debet. 2. *Amorem in te meum ubique declarabo*, **ich werde dir meine Gewogenheit überall beweiſen.** Quem diu tecum conſtitutum habeo amorem, omnibus in rebus teſtificabor, demonſtrabo. Reſpondebo profecto amori tuo, & omni officiorum genere tecum certabo, Recognoſces nonmodo ex litteris, ſed ex omnibus ſtudiis, officiisque meum in te amorem. Amorem hunc meum, quem a puero ſuſcepi, omnibus officiis colam, præſtabo, reddam amori tuo. Meam in te ſingularem benevolentiam, ſummum, incredibilemque amorem quovis officii genere teſtatum faciam; officiis ac ſtudiis illuſtrabo, approbabo. Nullum erga te officium hominis amantiſſimi prætermittam. Qui in me reſidet amor tui, eidem ſerviam ſemper; hunc fovebo, & augebo.

Non

Digitized by Google

Non eſt quod vereare; in amore egregie reſpondebo. Efficiam profecto, ut omnibus pateat, neminem ut fugiat, lateat, quæ mea ſit in te benevolentia. Amorem tui, qui in animo inſidet meo, non verbis modo præ me feram, ſed rebus, factisque oſtendam, pateſaciam, confirmabo. 3. *Amorem in te meum ſemper conſervabo*, die Liebe und Gewogenheit werde ich jederzeit erhalten. Amorem, quo ſemel tibi conjunctus ſui, quo te adhuc proſecutus ſum, fovebo ſemper, augebo, colam, ſervabo, confirmabo. In amore tui ſemper provehar. Illa pietas, id ſtudium, quo te ſemel complexus ſum, incrementa capiet maxima. Ad eum amorem, quem adhuc præſtiti, acceſſiones fient maximæ. Ut amandi cauſæ ſemper novæ, ita nova ſemper officia ad priſtini amoris ſignificationem accedent. Idem dies amorem tui mihi eripiet, qui vitam. Dum ſpirabo, ſpirabit ſimul in me amor tui. 4. *Amorem exuit*, er hat die Liebe gänzlich fahren laſſen. Amorem abjecit, excuſſit, depoſuit omnem. Multum de vetere amore detractum, laxatum eſt. Amorem omnem ex animo ejecit. Nemo te, niſi tua illa inconſtantia ab amore noſtri avertit; illa amorem diremit, illa exhauſit. *Uſus.* Amor verus & fictus non facile dijudicatur, die rechte Liebe iſt ſchwer von der falſchen zu unterſcheiden. Honeſtus amor e virtute naſcitur. Judicio labitur, qui fortunam in amore, non virtutem ſpectat. Amor flagitii & levitatis auctor.

Amotio, is, f. Vertreibung. *Syn.* Remotio. *Uſus.* Doloris amotio ſucceſſionem efficit voluptatis.

Amoveo, es, movi, motum, ere. wegräumen. *Syn.* Arceo, prohibeo, removeo. *Phraſ. Fames hoſtem ab urbe amovit*; der Hunger hat den Feind von der Stadt getrieben. A mœnibus hoſtem detraxit, depulit, dejecit. Fames hoſtilem impetum propulit, ſubmovit, propulſavit; emovit hoſtium multitudinem; peſtem illam a mœnibus urbis avertit. 2. *Amovet a ſe omnes*, er leidet niemanden um ſich. Abſtinet procul homines; ſegregat a ſe omnes, removet, ſubmovet; amovet domo ſalutantium multitudinem; hoſpitum at clientum turbam ſuis ab ædibus amolitur. 3. *Amovet ſe a rebus publicis*, er entziehet ſich völlig den Geſchäfften des gemeinen Weſens. Animum procul habet a republica; animum abducit a forenſi ſtrepitu; publicæ rei curam a ſe in alios transfert. *Uſus.* Libidinem, odium, invidiam, metum, cupiditates omnes ab aliquo amovere, einen von Ungebühr ꝛc. abhalten. Segnitiem, crapulam, calumniam a ſe amovere, depellere. Moleſtiam a foribus; ſuſpicionem a domeſticis amovere. V. *Repello*, *arceo*, *rejicio*.

Amphibolia, æ, f. zweifelhafte Rede. *Vulg. Amphibologia. Uſus.* Amphibolias aucupantur Dialectici.

Amphora, æ, f. Weinkanne. R. *ab ἀμφω, quod duas habeat anſas. Uſus.* In ſingulas vini amphoras quaternos denarios portorii nomine exigunt.

Ample, weit, herrlich. Ampliſſime. *Syn.* Magnifice, honorifice, honeſte.)(*Abjecte. humiliter. Uſus.* Ample, elateque dicebat Cicero; honores idem ampliſſime ſibi decretos, magnificentiſſime, ampliſſime geſſit.

Amplector, eris, plexus ſum, ĕti, umfangen. *Syn.* Amplexor, amplexu ſtringo, comprehendo. *Adv.* Amiciſſime, vehementer, ultro & citro, uſu, vel officiis; libenter, generatim, nequaquam ſatis. *Phraſ. Pater filium amantiſſime amplexus eſt*, der Vater hat den Sohn auf das liebreichſte umarmet. Amplexatus eſt, brachia in collum filii injecit; pectus pectori commiſit, conjunxit, admovit; amplexu filium petiit, aggreſſus eſt, vinxit, arcte tenuit, continuit, fovit; apertis brachiis filium amplexurus, ad ejus caput advolavit; in ejus amplexus effuſus eſt, ruit; ejus cervicibus ſe innexuit, & arctiſſimis complexibus illigavit; Pater filii cervicibus injecit manus, & toto pectore ſe adſtrinxit. Filii collum inviſit pater; ad complexum concurrit; tulit complexum filio, inque eum ſimul corpore, ſimul animo effuſus eſt, circumfuſus amplexibus filii pater, pectori collo eundem admovit. Recepit filium ſinu, comple-

xuque,

Digitized by Google

xuque pater; dexteram cervicem ejus manu ſtrinxit; amplexu filium cooperuit pater, & pectus pectore conſtrinxit. *Uſus.* 1. Ille me amplexus, fallere prohibebat, et umfieng und warnete mich, nicht zu betrügen. 2. *Transl. Amo, colo*, lieben, ſich auf etwas begeben. Auctor tibi ſum, ut rempublicam, bonas artes, jus civile amplectare. Cæſar me in dies amicius amplectitur. Amplector animum in me tuum. 3. *Comprehendo, ſtringo*, begreifen. Non is eſt, qui res tantas conſilio amplectatur, animo, ac mente circumſpiciat. Paucis plurima; artem omnem paucis præceptis amplector.

Amplexor, aris, atus ſum, umfangen. *Syn.* Amplector, amo, amplexibus excipio, foveo ſinu, amplexu circumplico, circumplector. *Adv.* Familiariter, hilare, mirifice, recte, vehementius. *Uſus.* Inimicum meum ſic amplexabantur, ſic in manibus habebant, ſic fovebant. Amplexari auctoritatem ſenatus. Certam ſententiam amplexari. V. *Amplector.*

Amplexus, us, m. das Umfangen, *Uſus.* Pudici amplexus.

Amplificatio, nis, f. Vermehrung. *Syn.* Ceſſio, incrementum, cumulus, exaggeratio.)(*Diminutio. Epi.* Magna, nemini nocens, vehemens. *Uſus.* Amplificatio gloriæ, honoris, pecuniæ, rei familiaris, Vermehrung der Ehre ꝛc. *Amplificatio Rhetorica.* Gravior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliat in dicendo fidem, weitläuftige Ausführung einer Rede.

Amplifico, as, avi, atum, are. groß machen, erweitern. *Syn* Amplum facio, dilato; rem parvam verbis majorem facio; augeo, multiplico, locupleto.)(*Minuo, infirmo. Phraſ.* 2. *Amplificare imperium*, das Reich erweitern. Proferre imperium, imperii fines; ingentibus incrementis rempublicam augere: ampliare, dilatare, extendere, protendere imperium; imperii fines promovere, propagare, magnas imperio acceſſiones adjungere. 2. *Amplificare dicendo*, eine Sache mit Worten erheben. Augere rem, & tollere altius dicendo; verbis exaggerare, extollere; rem ornare, tragice & rhetorice, omnia dicendo auguſtiora, majora facere; vero majora ja-

ſtare; in majus celebrare; verbis in majus ferre, extollere. *Uſus.* 1. Semper ſtudui, tuam gloriam laudibus amplificare, ich habe mich allezeit befliſſen, deine Ehre mit Lobe zu vergrößern. Sermo tuus dolorem mihi meum amplificat. Urbs, fortuna urbis in dies amplificatur & augetur. 2. Amplificare atque ornare dicendo. V. *Augeo, amplus.*

Amplio, as, avi, atum, are. hinaus ziehen, aufſchieben. *Syn.* Comperendino, differo, temporis plus concedo cauſam dicturo. *Uſus.* Hæc cauſa ſepties eſt ampliata. Quid hominem nefarium ampliatis?

Ampliter, herrlich, reichlich. *Syn.* Ample. *Uſus.* Ampliter in cœna appoſuit. Ampliter mentiri.

Amplitudo, nis, f. Weite, Anſehen, Würde. *Syn.* Gloria, dignitas, ſplendor, auctoritas, gravitas, pondus, claritudo, præſtantia, majeſtas, claritas. *Epi.* Rara, egregia, modica, ſumma. *Uſus.* Amplitudo eſt potentiæ, aut majeſtatis, aut aliquarum copiarum abundantia. Ipſæ injuriæ tuam amplitudinem illuſtrabunt. Omne meum ſtudium ad tuam amplitudinem amplificandam, retinendam conferam, ich werde allzeit daran ſeyn, daß dein Anſehen vergrößert werde. Pompejus poſteris ſuis amplitudinem nominis, quam non acceperat, tradidit. Perveniſti ad ſummam amplitudinem. V. *Splendor, dignitas, præſtantia, magnitudo.*

Amplius, mehr, länger, über dieſes noch. *Syn.* Plusquam, plus, magis, ſupra, quod excurrit. *Uſus.* Amplius ſunt ſex menſes. Amplius eſt triennium, *vel* triennio. Non amplius decem cohortes pugnavere. Decem & amplius nummis, decem, & quod excurrit, nummis. Ita quidem Socrates; hoc amplius Theophraſtus, quod &c. und noch viel mehr. Morem tibi geram, hoc amplius, ut oraculum te audiam, um ſo viel lieber.

Amplus, a, um, weit.)(*Anguſtus, parvus. Uſus.* 1. Ampla domus, groß und weites Haus. Theatrum magnitudine ampliſſimum, celebritate refertiſſimum. Locus præter modum amplus, ingentis laxitatis, & qui multorum millium multitudinem capiat. Ædes amplæ, ſpa-

Digitized by Google

ſpatioſæ, effuſæ. Forum, quantumvis amplum, laxandum videbatur. 2. Seges gloriæ ampla. Res ampla, & immenſi operis. Copiæ ampliſſimæ, militum is numerus, ut virium jam non pœniteat. 3. Ampliſſimus civis in ampliſſima civitate, ampliſſimo loco natus. Id curo unice, ut respublica opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit. V. *Clarus, Magnificus, Magnus.*

Ampulla, æ, f. **eine Flaſche.** *Syn.* Vas vitreum ventre amplo & inflato.

Ampullor, aris, atus ſum. **aufgeblaſen ſeyn.** *Syn.* Turgeo, inflor. V. *Superbus, jacto.*

Amputatio, nis, f. **Abſchneidung.** *Uſus.* Sarmentorum amputatio.

Amputo, as, avi, atum, are. **abhauen.** *Syn.* Reſeco, circumcido, rejicio. *Uſus.* Amputetur quidquid in republica eſt peſtiferum. Sit aliquid in adoleſcentis ingenio quod circumcidam, quod amputem. V. *Præcido.*

An, ob. *Syn.* Ne, anne, utrum, num, ecquid? *Uſus.* Multum refert, utrum coram multis, an paucis dicatur. An licebit cunctis, tibi non licebit? Patris partes ſuſcipiam, an filii? Eloquar, an ſileam.

Anagnoſtes, æ, m. **Leſer.** *Syn.* Lector conductitius. *Uſus.* Puer feſtivus anagnoſtes noſter.

Analogia, æ, f. **Gleichförmigkeit.** *Syn.* Proportio. *Uſus.* Analogia ejus vocabuli me decepit.

Anas, atis, f. **eine Ente.** *Uſus.* Anatum ova gallinis ſupponimus.

Anatociſmus, i. m. **Wucher, Zins vom Zinſe.** *Syn.* Fœnus, quod ex fœnore capitur. *Uſus.* Ille quidem ne centeſimis, cum anatociſmo contentus eſt.

Anceps, cipitis, *gen. om.* **zweifelhaft.** *Syn.* Dubius, incertus, ambiguus.)(*Certus.* *Uſus.* 1. Incertus eſt exitus, & belli fortuna. Cura, disputatio, cauſa anceps. Anceps fatorum via. Anceps & multiplex verborum poteſtas. V. *Dubius, ambiguus.* 2. Anceps gladius, **zweyſchneidiges Schwert.**

Anchora, æ, f. **Anker.** *Syn.* Ferrum aduncum ad firmandas naves. *Uſus.* Ergo ille malum erigi, vela fieri, anchoras præcidi, ſolvi juſſit.

Ancilla, æ, f. **eine Dienſtmagd.** *Syn.* Famula, pediſſequa. *Uſus.* An partus ancillæ in fructu ſit habendus, disputant.

Ancillaris, e, **der Dienſtmagd zugehörig.** *Uſus.* Ancillare ac ſordidum artificium.

Ancillor, aris, atus ſum, **dienen.** *Syn.* Servio. *Uſus.* Nemini uni ancillatus ſum, aut privatim me addixi. V. *Servio.*

Ancillula, æ, f. **Dienſtmägdlein.** *Uſus.* Juris ſcientiam eloquentiæ tanquam ancillam, & pediſſequam adjungebant: contra nunc eſt.

Andalata, æ, m. **blinder Fechter.** *Syn.* Gladiatorum genus velatis oculis pugnantium. *Uſus.* Quem antea ne andabatam quidem defraudare poteramus.

Androgynus, i, m. **Zwitter, halb männlich, halb weiblich.** *Uſus.* Androgyni ortus pro fatali monſtro habebatur. *Partus hominis, qui utrumque ſexum habet.*

Anfractus, us, m. **die Krümme des Wegs.** *Syn.* Circuitio, flexus, ambitus. *Epi.* Non longus, longus ad ſpiritum & aptus, annuus, ſeptenus. *Uſus.* Figura nihil habens inciſum, angulis, nihil anfractibus. Longo anfractu circumſcripta oratio. Ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus, reditusque convertit, **du biſt 56 Jahr alt.**

Angelus, i, m. **ein Engel.** *Syn.* Genius bonus, ſpiritus cœleſtis, cœleſtis internuntius, miniſter DEI, & nuntius. *Phraſ.* 1. Angelus cuſtos, **Schutzengel.** Genius humanæ ſalutis cuſtos; cœleſtis cuſtos homini adjunctus, additus, addictus; præſes vitæ noſtræ ſpiritus, adjutor, defenſor, patronus, auxiliarius vitæ noſtræ genius; cœleſtis genius, qui hominem ab ortu ſuo ſuſcipit ac tuetur; qui defendit, cuſtodit, incolumem ſervat traditum curæ ſuæ, cuſtodiæ, tutelæ hominem; cui a Deo Parente optimo demandatum eſt hominis patrocinium, cura credita, tutela commiſſa, & commendata. 2. Angelorum chorus, **Chor der Engel.** Spiritus cœleſtes; cœleſtes internuntii; mentes corporibus ſecretæ; beatæ & ab omni concretione mortali ſemotæ, ſegregatæ mentes; cœleſtes animæ atque ab omni admiſtione corporum

Digitized by Google

rum remotæ, puræ atque finceræ. Numinis administri; DEI ad homines interpretes spiritus; spiritus discriminum & periculorum comites mortalium vitæ adjuncti; cœlestium spirituum cœtus, chorus.

Angina, æ, f. **Halsweh, Kehlsucht.** *Usus.* Sues angina moriuntur.

Angiportus, us, & i, m. **enge Gasse.** *Syn.* Vicus, angusta via & compendiaria inter domos. *Usus.* Effusum frumentum vias omnes & angiportus constravit.

Ango, is, anxi, ere. **ängstigen.** *Syn.* Constringo, solicito, vexo, torqueo premo, crucio, discrucio.)(*Recreo. Adv.* Vehementer. *Phras.* 1. *Filii morbus vehementer me angit*, **die Krankheit meines Sohnes macht mir große Angst.** Solicitum habet, tenet, reddit, efficit; miseris me solicitat modis; morbus filii non mediocrem mihi affert, conficit, struit solicitudinem; morbus filii solicitudinem acuit, auget, duplicat; solicitudine afficit ingenti; anxiis implet curis; metum, solicitudinem incutit. Solicitudini est non exiguæ repentinus filii morbus. Morbus filii animum meum intempestiva solicitudine turbat, perturbat, vexat, commovet. Morbus filii graviter me afficit; multum curæ, molestiæ, ægritudinis affert; acerbum animo vulnus infligit; curis me frangit, & solicitudine. Morbus filii molestissime me exercet; gravi mœstitia, atque animi ægritudine afficit; gravem animo solicitudinem parit repentina filii invaletudo. 2. *Admissum a filio dedecus graviter angit patrem*, **die von dem Sohne verübte Schandthat schmerzet und ängstiget den Vater nicht wenig.** Susceptum a filio dedecus urit, mordet, pungit vehementer patrem. Ea labes filii acerba admodum videtur patri; graviter eundem urget concepti facinoris probrum, macerat, concoquit, exercitum habet; ea dedecoris nota patri corpus, viresque exedit; cor, corpusque cruciat; ægritudine conficit. V. *Dolar, tristis, anxius, cura, affligo. Usus.* Illa me cura vehementer angit, & solicitat. Ea me res intimis sensibus, animis, dolore præcipue angit, & solicitum habet.

Angor, oris, m. **Angst.** R. *ab.* ἄγχω, *Suffoco. Syn.* Ægritudo, solicitudo animum vexans, premens, discrucians. *Epi.* Utilis. *Usus.* 1. Noli angoribus te dare, dedere, **ängstige dich nicht.** Ecquid angoribus te implicas? ecquid te metu diurno, nocturnoque tam misere conficis? Sæpe pro amico angor capiendus est. 2. *Angorem tollere*, **den Kummer benehmen.** Tuæ litteræ angores meos levaverunt; ab angoribus me abduxere; vacuitatem ab angoribus præstiterunt. V. *Angor, mœror, tristitia, anxius.*

Anguinus, a, um. **von Schlangen.** *Usus.* Anguina cervix.

Anguis, is, m. **Schlange.** *Syn.* Serpens. *Epi* Fœmina, mas, neuter, ingens, volucris. *Usus.* Anguem alites. Anguis ab ara extrit.

Angulatus, a, um, **eckicht.** *Usus.* Corpuscula rotunda alia, alia angulata.

Angulus, i, m. **ein Eck, Winkel.** *Epi.* Summus, par. *Usus.* Angulum mihi provinciæ eligas reconditum, ac derelictum.

Anguste, **eng.** *Syn.* Arcte, stricte, presse, exigue, exiliter, tenuiter, jejunè.)(*Late, fuse, ample. Usus.* Anguste urbem obsidere. Anguste, exiliter dicere. Presse, anguste definire. Anguste, tenuiter disputare.

Angustiæ, arum, f. **Enge, Beängstigung.** *Epi.* Magna, incredibilis, summa. *Usus.* 1. *Fauces terræ, marisque*, **Land- und Meerenge.** Corinthus in angustiis, & faucibus Græciæ. *Phras.* 1. *In angustias locorum redigi*, **in die Enge getrieben werden.** In exiguum gyrum compelli; tanquam in pistrinum detrudi, ac compingi; in angustum locum concludi, coangustari; in angustum contrahi & adduci; in exiguum orbem contrahi; in arcto stipari, ad colligendum breviori spatio orbem adigi; in arcto esse; in angustias locorum incidere; angustiis locorum claudi; premi. 2. *Paupertas*, **Armuth.** Incredibiles angustiæ ærarii, & pecuniæ publicæ. Ex meis rei familiaris angustiis ejus sustento tenuitatem. 3. *Difficultas*, **Beschwerniß, Kürze der Zeit.** Quid me in has verborum angustias revocas? cur me in Stoicorum

Digitized by Google

corum dumeta, & anguſtias tantas adducis, compellis? Anguſtiæ temporis breviorem me fecere. 4. *Infirmitas*, **Schwachheit.** Non capiunt anguſtiæ pectoris tui, non egeſtas animi tantam perſonam.

Anguſtus, a, um. **enge.** *Syn.* Arctus, brevis, *de loco praecipue. Phraſ. Anguſta loca ſunt*, **es ſind enge Päße.** Anguſtæ fauces coarctant iter. Magnæ ſunt, & admodum difficiles locorum anguſtiæ. Impedimento ſunt magnæ locorum difficultates. Locus non capit tantam hominum multitudinem; loci anguſtiæ non accipiunt, non patiuntur extendi copias. Anguſta ſe loca crebro objiciunt; difficilem ac laborioſam vitam faciunt. Impeditiſſima ad iter faciendum loca ſunt. Maximus hic labor ex locorum anguſtiis enaſcitur iter illuc habentibus. Montium illæ fauces multis locis arctiſſime coëunt. Via multis locis conſtringitur, coanguſtatur. *Uſus.* 1. In anguſtum locum concludi, **in die Enge eingeſchloſſen werden.** 2. Res anguſta, **geringe Habſchaft** V. *Anguſtiae.*

Anhelitus, us, m. **der Athem.** *Syn.* Spiritus, reſpiratio. *Uſus.* 1. Vix anhelitum recipiebam, **ich habe kaum Athem ſchöpfen können.** Anhelitus latentem morbum indicat. 2. *Terrae vapores*, **Erddunſt.** Anhelitus terrarum, cum fluere coeperint, venti fiunt.

Anhelo, as, avi, atum, are, **keichen.** *Syn.* Spiro, reſpiro. *Uſus.* Catilinam furentem audacia, ſcelus anhelantem, ex urbe vel ejecimus, vel emiſimus. Species hominis eſt crudelitatem ex imo pectore anhelantis.

Anhelus, a, um, **keichend.** *Uſus.* Equus anhelus.

Anicula, æ, f. **ein altes Weiblein.** *Syn.* Anus, mulier, vetula. *Epi.* Minime ſuſpicioſa, indocta. *Uſus.* Aniculæ ſæpe inediam biduo, aut triduo ferunt.

Anilis, e, **alten Weibern zuſtändig.** *Syn.* Quod aniculam potius, quam virum decet. *Adv.* Pene. *Uſus.* Ineptiæ, fabulæ aniles. Omnis ſuperſtitio, anilis eſt, & imbecillis.

Aniliter, nach alter **Weiber Art.** *Syn.* Anicularum inſtar, more. *Uſus* **Superſtitioſe**, atque aniliter dicere aliquid.

Anima, æ, f. die Seele R. ab ἄνεμος, *ventus*, *ſpiritus*. *Epi* Æterna, infecta, particeps conſilii atque rationis, pura, tenuis, cariſſima. *Uſus.* 1. *Anima vegetativa*, *vulg.* Anima altrix plantarum, cujus virtute eæ vigent, creſcunt, germinant, frondeſcunt, florent. 2. *Anima ſenſitiva*, *vulg.* Anima ſenſu prædita, quæ ſenſu aliquo utitur, quæ ſentientis vitæ beneficio fruitur. 3. *Anima rationalis*, *vulg.* **vernünftige Seele.** Anima rationis particeps, compos; ratione utens; ratione ac mente prædita. Sempiternarum rerum, ac ſub intelligentiam cadentium compos, & particeps animus. Particeps conſilii atque rationis anima. Immortalis mortali in corpore animus. 4. *Anima a corpore ſeparata*, **Seele, die von dem Leibe ausgefahren iſt.** Animus a corpore ſejunctus; corporeis vinculis laxatus, relaxatus; qui ex vinculis, carcere corporis evolavit. Anima ſoluta legibus corporeæ ſervitutis; e corpore dimiſſa; e corporis cuſtodia in libertatem aſſerta. 5. *Animae defunctorum.* Manes; mortuorum, vita functorum animæ. 6. *Animae in purgatorio*, *vulg.* Animæ piacularibus ignibus addictæ; piaculari flamma ſuas eluentes maculas; animæ, quæ purgantibus flammis torquentur; ſalutarium flammarum ignibus luſtrantur. 7. *Animae in coelo beatae*, Animæ cœlo redditæ; æterna jam in cœlo felicitate potitæ; donatæ ſempiternæ mercede gloriæ; infinitis ac ſempiternis in cœleſti regno gaudiis perfruentes. V. *Beatus*, *Sancti.* 8. *Animae damnatae*, *vulg.* Impii manes animæ ſempiternis ſuppliciis addictæ; æternis cruciandæ flammis: perpetuis inferorum incendiis mactandæ. V. *Inferi.* 9. *Ponitur pro vita.* In unius hominis anima ſpes noſtras poſitas omnes habemus, alle unſre Hoffnung hängt von dem Leben eines einzigen Menſchen ab. Ægroto, dum anima, ſpes eſt. 10. *Pro anhelitu*, **Athem.** Continere, comprimere animam, den Athem **an ſich halten.** 11. *Pro aere*, Luft. Inter ignem ac terram aërem Deus, animamque poſuit. Anima, quæ ſpiritu in pulmones ducitur. 12. *Pro cauſa & principio vitae*, Urſprung

Digitized by Google

ſprung und Urſache des Lebens. Animam agere, edere, efflare, amittere, ſterben. 13. *Pro mente*, Gemüth. Ea cauſa in anima, ſenſuque meo penitus infita eſt, & infixa.

Animabilis, e. lebendig machend. *Uſus.* Aër animabili, ſpirabilique natura.

Animadverſio, nis, f. Aufmerkung, Beſtrafung. *Syn.* Conſideratio, attentio, notatio. *Epi.* Cenſoria, humaniſſima, liberaliſſima, paterna, mediocris. *Uſus* 1. Notatio naturæ, & animadverſio peperit artem. Noſſe regiones, animadverſionis eſt, aut conſuetudinis. 2. *Poena, caſtigatio, reprehenſio*, Strafe, Züchtigung. Animadverſio omnis, ac caſtigatio contumelia vacare debet. Continere improbos metu animadverſionis. Uti in aliquem animadverſione. Remittere, condonare animadverſionem. V. *Poena, objurgatio.*

Animadverſor, ris, m. Beobachter, Beſtrafer. *Epi.* Acris, diligens. *Uſus.* Si acres & diligentes judices eſſe volumus, animadverſoresque vitiorum, magna intelligemus ſæpe ex parvis.

Animadverto, is, verti, verſum, ere. merken. *Syn* Animum adverto, noto, attendo; animum attendo, deprehendo, ſentio, intelligo. *Adv.* Curioſius, attentius, diligentius, facile, graviter, maxime, plane, recte, rectiſſime, ſcientiſſime, ſerius, vehementer, uſque eo. *Phraſ. Animadvertit, quid velim*, er merkt wohl, was ich will. Cernit animo, videt, quid velim. Quid agam, ſentit. Præſentit, præſenſione quapiam capit; nonnullum ſenſum habet; ſubolet illi, quid conſilii parem. Non fugit hominem, non latet, ambiguum non eſt, quo mea ſpectent conſilia. V. *Noto, adverto.* *Uſus.* 1. Animadverte, quæſo, pro tua prudentia quæ fiant, gieb acht, merk auf. 2. *Punio, caſtigo.* Crudeliter in aliquem animadvertere.

Animal, is, n. Thier. *Syn.* Animans.)(*inanimatus, inanimis.* *Epi.* Aptiſſimum ad cultum, funeſtum, ac nefarlis ſtupris concretum. *Uſus.* Homo animal divinum, providum, ſagax. Homo animal acutum, plenum conſilii & rationis, ſempiternum particeps pudoris ac verecundiæ. Animalium alia fugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt cibum.

Animalis, e, das ein Leben hat. *Syn.* Spirabilis, aërius. *Uſus.* 1. Natura animantis, vel terrena, vel ignea, vel animalis, vel humida. 2. *Animae proprium, vitale*, lebendig. Intelligentiam animalem quidam etiam aſtris tribuunt.

Animans, tis, f. & n, alles, das eine Seele hat. *Syn.* Animal. *Epi.* Aquatile, dispar, divinum atque cœleſte, mortale, pennigerum & aëreum, terreſtre. *Uſus.* Animantes armatæ cornibus, obduſtæ plumis, hirſutæ ſpinis, tectæ coriis, veſtitæ villis. Animantes aſpiratione aëris ſuſtinentur. Quidam mundum ipſum animantem, ſapientemque dixerunt.

Animatio, nis, f. die Lebendigmachung, Beſeelung. *Epi.* Divina. *Uſus.* Divinæ animationis ſpecies ex igne.

Animatus, a, um. lebendig. *Uſus.* 1. Animatum eſt, quod motu cietur interiore. 2. *Bene, vel male affectus*, gut, oder übel gegen einen geſinnet ſeyn. Ut homines abs te affecti ſunt, ita in te ſunt animati. *Phraſ.* Erga te ſemper optime animatus fui, ich bin allezeit gegen dich wohl geſinnet geweſen. Animos geſſi non modo benevolos tibi, ſed addictos. Egregia ſemper in te fuit animi mei propenſio. V. *Affectus.*

Animo, as, avi, atum, are. beleben, aufmuntern. *Syn.* Vitam do, animatum facio, anima dono: *vel* excito, ſtimulo, exſtimulo, impello. *Phraſ. Juvenes identidem animandi ſunt*, die Jugend muß immer aufgemuntert werden. Recreandi, excitandi, ſpei, animorumque implendi ſunt juvenes. Ad ſpem, fiduciam erigendi ſunt torpentes, demiſſi juvenum animi. Addendi identidem ſunt juvenibus animi, & laude confirmandi. Augere animos juventuti oportet, & adhortatione firmare. Juventuti ut conſulas, animum dare neceſſe eſt; ſtimulos ac ſpiritus ſubdere; fortitudinem inſpirare; alacritatem accendere. Incaleſcant animi juventutis oportet, & alieno ſtudio in-

ei-

Digitized by Google

citentur. Arrigendi juvenum animi, accendendi, inflammandi. Opera imprimis danda eſt, ut animus juvenum ſe colligat, atque confirmet; ut ardor animis injiciatur; alacritas addatur; vigor mentium revocetur. Non deſint, quæ juventuti incitamento eſſe poſſint; quæ calorem priſtinum reddant animis; quæ animos novos afferant; mentes excitent; ſtudium injiciant & alacritatem. Exemplis ac monitis ſpiritus identidem hauriat juventus; animos renovet; redintegret. Moderator juvenes animum habere bonum jubeat, ut animo forti ſint; ut animis vigeant; ut ſpes languentes erigat, alacritas & fiducia incendat, curet. V. *Impello, excito, incito. Uſus.* 1. Deus omnia animat, format, alit, auget. beſeelen. 2. * Laude animandi ſunt juvenes, aufmuntern.

Animoſe, beherzt. *Syn.* Magno animo, intrepide. *Uſus.* Non ſolum id animoſe & fortiter; ſed conſidderate etiam ſapienterque fecerunt.

Animoſus, a, um. herzhaft. *Syn.* Plenus animi, plenus roboris, intrepidus.)(*Timidus. Phraſ.* Homo ingentis ſpiritus, unerſchrocken. Animæ prodigus; capax ingentis ſpei pectus. V. *Fortis, alacer. Uſus.* Vir fortis & animoſus.

Animula, æ, f. die Seele. *Uſus.* In unius mulierculæ animula, quæ tandem factura ſit?

Animus, i, m. das Gemüth. *Syn.* Mens, anima, ratio: *vel* benevolentia; *vel* conſilium, cogitatio. *Epi.* Abjectus, abjectior, acer & magnus, præſens & acutus atque verſatus, acrior, attentus, accuſatorius, æger, æquus atque fortis, paratusque, æquior, æquiſſimus, æternus, afflictus, agreſtis ac durus, alacer & erectus, alienus, gloriæ cupidus, amicus, amplus & excelſus, & patiens incommodorum, non omnino integer, anguſtus atque demiſſus & jejunus, tamque parvus. *Phraſ.* 1. *Animo magno eſt fortique*, er iſt großmüthig. Animus illi magnus eſt, & ad omnes caſus ferendos conſtans, atque paratus. Animo ſane eſt viriii. Eſt in illo animus amplus, excelſus, incommodorum patiens, acer, præſens, robuſtus, omni liber cura & angore. Eſt in illo viro animi altitudo, firmitudo, gravitas, conſtantia incredibilis. Quantum in ejus viri animo roboris & nervorum, quam eximia virtus inſit, quo ſit animi robore, qua virtutis indole, qua animi & conſilii magnitudine præſtanti; qua animi excelſitate, & quaſi exaggeratione, quis non videt? Animi firmitudine, gravitateque eſt ſingulari. Animo eſt erecto, & minime perturbato. Animi robore incredibili ſeptus. Stat animo; viget animo & celſitate quadam indolis incredibili. Plenus animorum eſt. Vigore animi eſt acerrimus. Vir eſt, cujus conſtantiam, vigoremque mentis res nulla labefactet. Vivit in vivido pectore ingenium plusquam pro ætate vegetum. Pectus eſt homini animorum plenum. Excellenti eſt animo præditus. Vigore animi inter ſuos excellit maxime. Eſt in illo animi excellentia quædam, excelſitas ſingularis. Animum induit maximis rebus parem. V. *Fortis, alacer.* 2. *Animo eſt puſillo & abjecto*, er iſt kleinmüthig, verzagt. Homo eſt animo fracto, remiſſo, humili, & imbecillo. Eſt illi animus mollis, perturbatus, irritabilis. Videas in illo homine ridiculam animi debilitatem, ſummam animi remiſſionem, diſſolutionem, languorem, imbecillitatem. Minimus terror ejus animum frangit, minuit, effeminat; illi animum adimit. Ad minimum terrorem animus homini cadit; animum deſpondet, contrahit, inflectit, demittit; animo deficit, conſternitur, concidit. Eſt quædam in eo homine animi humilitas, impotentia, contractio. Senſibus mirum quam anguſtis eſt. Ad primum fortunæ impetum animos ſubmittit. Terroris ſiquid increpuit, animus mox concidit; frangitur metu; timore debilitatur, exanimatur V. *Abjectus, timidus.* 3. *Animo eſt erga me benevolo*, er iſt mir geneigt. Animo in me eſt bono, optimo. Summa in me fide eſt, & animo amiciſſimo. Summa ejus ſemper in me voluntas fuit. Quæ ille confert in me officia, ab optimo animo proficiſcuntur. Secunda eſt ejus in me volun-

Digitized by Google

voluntas. V. *Affectus*, u, um. 4. *Animo est a me alieno*, er iſt mir ungeneigt. Alienum a me habet, gerit animum. Animo & voluntate a me diſſidet. Armatum retinet in me animum. Animo eſt mirum in modum abalienato; averſiſſimo eſt a rebus meis animo. 5. *Animo eſt invido*, er iſt neidiſch. Animo pravo eſt, & malevolentia ſuffuſo. V. *Invidus*. 6. *Animum habeo discedendi*, ich habe Luſt wegzuziehen. Animus eſt in diſceſſu. In animo eſt; in animo habeo; cum animo, apud animum ſtatui; deliberatum cum animo habeo, proxime migrare. Animus eſt in eo, ut proxime me hinc auferam. Animum induxi, *vel* in animum; animum hunc ſuſcepi; animus mihi eſt, abire propediem. Id ago; in eo nunc ſum, ut quamprimum diſcedam. 7. *Animum non habeo*, ich habe keine Luſt. Abhorret animus ab hoc conſilio. Studio toto, ac voluntate abhorreo a re. 8. *Animi cauſa ludit*, er ſpielet zum Zeitvertreibe. Delectationis & otii conſumendi cauſa; ad oblectandum temporis otium; fallendi otii gratia; animi remittendi ergo ludo utitur. 9. *Animo haec eo facta ſunt*. das iſt der Urſache halber geſchehen. Eo animo, atque ea opinione; ea mente & cogitatione, ea voluntate; eo conſilio haec geſta ſunt. 10. *Animo cado*, ich laſſe den Muth ſinken. Animo concido; animo contrahor, animo ſuccumbo; ſpes me deſerit; animus cadit, deficit, deeſt; animo deficere; animum ſubmittere; frangi animo, debilitari; mente conſterni ſoleo. 11. *Animum excitare*, das Gemüth aufwecken. Animum erigere; a moleſtiis revocare, animum addere, augere, dare, renovare, afferre, reficere. 12. *Animum recepi*, ich habe wiederum Herz und Muth bekommen. Collegi me ex timore; recreavi me ex illo pavore, recepi me a timore; recuperavi me; redintegravi animum, ac collegi ex illo tumultu. Aberrationem ab iis moleſtiis nonnullam habeo; animus acceſſit novus, animos ſuſtuli, coepi animo ſtare rurſus, ac vigere. Fregit ſe tandem, ac deſerbuit aſtus ille animi. V. *Remitto*. *Uſus*.

Mens, *animus*, *ratio*, Gemüth, Seele, Vernunft. Animus eſt, qui viget, ſentit, moderatur, & movet corpus, cui præpoſitus eſt. Cernere animo, comprehendere, complecti, tenere. Animum a negotio ad ſeipſum avocare, ſecum eſſe cogere, a corpore abducere. Animo excubare. Animi motus, perturbatio, contentio. 2. *Ad benevolentiam refertur*. Ex animo diligo, von Herzen lieben. Quem tibi debeo animum, nunquam mutabo, die ſchuldige Gewogenheit niemals verändern. 3. *Pro conſilio & deliberatione*, Vorhaben, Berathſchlagung, des Willens ſeyn. Animus mihi eſt. In animo eſt. Animo volvo, cum animo reputo. Animo perſpicio. Cum animo conſtituo. Statuo apud animum; ex animi mei ſententia; animo luſtro, intueor. Animus is nunquam excidet, diſcedet. Defigo animum. *Ad mentis fortitudinem vel debilitatem refertur*, ſtarkmüthig, kleinmüthig ſeyn. Animo eſſe magno, acri, ac præſente. Animo eſſe ſolutiore, fracto, jejuno, anguſtiore. 5. *Animo bono*, gut und treuherzig. Animo amiciſſimo, ſumma fide ac voluntate 6. *Temeritas*, *ferocitas*, Kühnheit, Frechheit, Animos alicujus, ac impetus retardare.

Annales, ium, m. Chronik, Jahrbücher. *Epi*. Maximi. *Uſus*. Ex vetuſtate annalium eruenda eſt memoria nobilitatis. Ex annalium monumentis, & vetuſtis commentariis hæc petenda ſunt.

Annalis, e. zum Jahre gehörig. *Uſus*. Majores noſtri leges annales non habebant, die Alten hatten dergleichen Geſetze nicht, die zu Antretung öffentlicher Aemter gewiſſe Jahre foderten. Lex annalis *eſt*, *quae certos annos Magiſtratui cuivis capeſſendo praeſcribit*.

Annecto, is, nexui, nexum, ere. anknüpfen. *Syn*. Agglutino, necto.)(*Avello*. *Uſus*. Stomachus ad linguam annectitur.

Annellus, i, m. kleiner Ring. *Syn*. Annulus parvus. *Uſus*. Epicuri imaginem in poculis, & annellis habebant.

Anniverſarius, a, um. das jährlich geſchieht. *Syn*. Quod ſingulis annis

Digitized by Google

nis recurrit, revertitur. *Ufus.* Agere ſacra anniverſaria; feſtos dies anniverſarios; anniverſariæ cœli viciſſitudines.

Anno Domini, **von Chriſti Geburt an.** Anno poſt Chriſtum natum; Chriſti nati. Anno a ſalute humana hominum generi, reſtituta, data, recuperata. Anno a partu virginis; a partu virgineo; a puerpera virgine; a partu Matris ſemper virginis. Anno partus virginei; ſalutis per Chriſtum reſtitutæ, reparatæ, recuperatæ ſalutis humanæ.

Annona, æ, f. **Nahrung.** R. *ab anno quaſi anni proventus. Syn.* Res frumentaria, commeatus, cibaria. *Epi* Cara, carior, cariſſima, durior. *Phraſ.* 1. *Annonae penuria eſt*, **es iſt eine Theurung, Abgang der Nahrung.** Annonæ ſumma eſt caritas; rei frumentariæ inopia. Annona difficultas ingraveſcit; premit urbem. Durior fit annona. Frugum eſt inopia; arcti commeatus. Arctiorem annonam hoſtis, clauſum mare facit. Annona laboratur graviter. Annus in ſumma caritate eſt. Gravi conflictamur annona. Clauſa ſunt annonæ ſubſidia. Conſumpta re frumentaria magnis ſumus in angustiis. Frumenti inopia, re frumentaria premimur. Rerum omnium ad victum ſpectantium tantam inopiam ſentimus, ut jam non caritas, ſed fames timeatur. Copia frumenti deficit. Ad ſummam frugum inopiam adducti ſumus. Annona creſcit indies, *puta pretio.* Res frumentaria in anguſto eſt. Annonæ anguſtiis premimur. In difficultate nobis res eſt. Annonæ magnis incommodis conflictamur. Laboratur ab re frumentaria. Anguſte utimur re frumentaria. Frumentum anguſtius provenit. Anguſtiis rei frumentariæ ac cibariorum inopia in ſummas difficultates incurrimus. 2. *Annonam intercluſit hoſtis*, der Feind hat uns das **Proviant abgeſchnitten.** Hoſtis re frumentaria nos excluſit, intercluſit; frumento, commeatuque nos prohibuit; commeatu intercluſit; annonam avertit, arctiorem annonam fecit. 3. *Annonam mittere*, **Proviant ſchicken.** Commeatum mittere, ſubminiſtrare, portare, **ſupportare**, ſubvehere, devehere, adducere, advehere, parare. Frumentum conferre; frumento juvare; rem frumentariam comparare, expedire, explicare. 4. *Annonae difficultas non multum minuitur*, **die Theurung nimmt nicht viel ab.** Annona haud multum laxaverat; nullum adeo momentum annonæ eo conſilio factum eſt. 5. *Annonae caritas imminuta eſt*, **die Theurung hat abgenommen.** Secuta tandem eſt annonæ levatio, vilitas. Conſecuta eſt ex ſumma inopia ſumma vilitas. Levavit, laxavit, præſtitit annonam magiſtratuum ſolertia. Apertis horreis frugum pretia levata ſunt. Laxaverat tandem annona. Copia frumenti rurſum ſuppetit. Utimur tandem expeditiore re frumentaria; a commeatu melius inſtructus, omnium rerum copia completus eſt exercitus. Commeatu, omnium rerum copia abundamus.

Annoſus, a, um. **alt.** *Ufus.* Annoſa arbor. V. *Senex.*

Annoto, as, avi, atum, are. **aufzeichnen.** *Syn.* Noto, obſervo. *Phraſ.* Rei geſtæ ſeries annotanda eſt, **dieſe Sache iſt wohl aufzuzeichnen.** Monumentis mandanda, commendanda, conſecranda, celebranda; res ea in tabulas, in album eſt referenda; prodenda, committenda litteris; ſcripto relinquenda; memoriæ prodenda. Rei geſtæ memoria poſteris eſt prodenda. *Ufus.* Et meminiſſe & annotare oportet. V. *Noto, conſigno.*

Annularius, ii, m. **Ringelmacher.** *Syn.* Opifex annulorum.

Annulatus, a, um **der Ringe trägt.** *Syn.* Annulis ornatus. *Ufus.* Incedunt cum annulatis auribus.

Annulus, i, m. **Ring.** *Epi* Aureus. *Ufus* Annulo in cera ſigillum imprimere.

Annumero, as, avi, atum, are. **dazurechnen.** *Syn.* In aliquorum numero pono, in eundem numerum refero, adſcribo; adſciſco, coopto, recipio. *Ufus.* 1. His libris annumerandi ſunt illi de Republica, **zu dieſen Büchern ſind auch jene von dem gemeinen Weſen zu zählen.** In horum numerum librorum & iſti veniunt; de horum numero; in horum numero librorum & illi ſunt de Republ. in horum numero

Digitized by Google

mero librorum & illi habendi, reponendi, collocandi de Republica. 2. *Numerare simpliciter*, zählen. Pecuniam alicui annumerare. Difficile sit omnes de finibus sententias annumerare. V. *Adnumero.*

Annuncio, as, avi, atum, are. verkünden. *Syn.* Nuncio, denuncio. *Usus.* Ei salutem a me annunciabitis.

Annuo, is, ui, nutum, ere. verwilligen. *Syn.* Nutu capitis assentio. *Usus.* Id ille toto capite annuit. Si annuerit, salvus sum.

Annus, i, m. Jahr. *Syn.* Tempus, spatium aannum. *Epi.* Absolutus perfectusque, egregius, exiens, fatalis, funestus, gravissimus, & pestilentissimus, integer, intolerabilis, judicialis, lenior, magnus, memorabilis, perfectissimus atque ornatissimus, pestifer, plenus, posterior, postremus, proximus, recentissimus, salubris, salutaris, similis, superior, totus, tranquillus aut certe munitissimus, uberrimus quæstuosissimusque, vertens. *Phras.* 1. *Anni principio*, zu Anfang des Jahres. Anno ineunte; Te aperiente, anni initio, exordio, ingressu. 2. *Sub finem anni*, zu Ende des Jahres. Anno exeunte, vertente, circumacto, transacto. Dum annus se circumagit, dum annus in exitu est. Cum jam anni pars major processisset; cum extremum jam anni esset. Cum anni tempus circumactum esset. 3. *Anni duo abierunt*, es sind zwey Jahre verflossen. Anni duo intercessere, interfluxere. Biennium jam factum erat, postquam &c. Tertius est hic annus, ex quo &c 4. *Annum agit tertium*, er geht in das dritte Jahr. Tres habet annos. Quadrimo minor est. Major est annis duobus. Annorum est trium. Nondum tertium egressus est ætatis annum. Annum agit tertium. Annos natus est, complevit tres. Trimulus est puer. Ætas universa ad tertium processit annum. Ætas est illi trium annorum. Hinc annus est illi tertius. Annum decurrit tertium. Annum tertium nondum explevit, excedit. Ad annum vitæ pervenit tertium. *Usus.* Homeri & Virgilii ætates non annis, sed seculis sunt disjunctæ. Annus integer, solidus, qui cursu solis, solstitiali orbe circumagitur. Annus abhinc alter abiit, exiit, præteriit.

Annuus, a, um. jährlich. *Syn.* Quod unius anni spatio continetur. *Usus.* Cursus annuus finitur ad rationem solis. Annuum tempus prope emeritum habes.

Anquiro, is, sivi, quisitum, ere. Nachfrage halten. *Syn.* Inquiro, quæro. *Usus.* Omnes artis locus anquirere. Judicio anquirere. Capite, *vel* capitis anquirere, einen gerichtlich belangen. *Vulg. contra aliquem criminaliter procedere*, V. *Inquiro.*

Ansa, æ, f. eine Handhebe. *Syn.* Manubrium. *Epi.* Plures. *Usus. Transl. pro occasione*, Gelegenheit. Dare ansam ad agendum. Capere ansam dicendi. Retinere ansam ad aliquem exagitandum. V. *Occasio.*

Ansatus, a, um. das eine Handhabe hat. *Syn.* Quod ansam habet. *Usus.* Homo ansatus, qui subnixis alis sese infert, der beyde Hände an die Seite setzt.

Anser, eris, m. eine Gans. *Usus.* Anseribus in Capitolio, & canibus cibaria publice præbentur.

Ante, vor. *Syn.* Præ, pro, a fronte, in conspectu, ob.)(*Post. Usus.* 1. *Loci ratione.* Ante tribunal, ante pedes, ante oculos; ante suum fundum Clodius Miloni insidias parat. 2. *Ratione temporis.* Ante tempus consulatum inis. Idem jam quatriduo ante cogitarem. Proximo tu dices, ante ego censueram. *Interdum omittitur.* Quarto (*subintell.* ante) Calendas, Idus, Nonas Novembres. 3 *Magis, in comparatione.* Te ante alios diligo. Virgo longe ante alias specie insignis. Numidæ ante omnes barbaros in venerem effusi. Nulli mortalium armis, aut fide ante Germanos.

Antea, zuvor. *Syn.* Antehac, ante hoc tempus, superioribus diebus, superioribus temporibus. *Usus.* Ad te antea, atque adeo prius scripsi. Id magis nunc opportunum, quam unquam antea.

Anteactus, a, um. vorher geschehen. *Syn.* Superior. *Usus.* Ex anteacta vita facere judicium de aliquo.

Anrecaptus, a, um. vorhergenommen. *Syn.* Ante conceptus, præceptus. *Usus.*

Digitized by Google

Uſus. Antecapta quædam animo totius rei informatio, opinio.

Antecedo, is, ceſſi, ceſſum, ere. **vorgehen.** *Syn.* Anteeo, præeo, præcurro, prægredior, antegredior, anteverto.)(*Sequor. Adv.* Efficienter. *Uſus.* Biduo illum anteceſſi. Aliquem auctoritate, ætate, uſu rerum antecedere. V. *Excello.*

Antecello, is, cellui, ere. **übertreffen.** *Syn.* Excello, præſto, anteſto, præcedo, antecedo.)(*Inferior ſum. Adv.* Longe, longe & multum. *Uſus.* Chaldæi aſtrorum ſcientia aliis gentibus antecellunt. Eloquentia, ingenii gloria, humanitate, integritate, militari laude antecellere. V. *Potior.*

Antecelſio, nis, f. **Vorgang.** *Syn.* Præcurſio, prægreſſio.)(*Conſecutio. Uſus.* Vir ſapiens cauſas rerum videt, earumque progreſſus, & quaſi antecelſiones non ignorat.

Anteceſſor, oris, m. **Vorgänger.** * *Syn.* Qui præcedit. *Uſus.* Res per ſpeculatores, & anteceſſores equites enuntiatur. **durch den Vortrab der Reuter.**

Antecurſor, oris, m. **Vorläufer.** * *Uſus.* Cum antecurſoribus Cæſaris prœlium commiſit.

Antedico, is, dixi, dictum, ere. **vorherſagen.** *Syn.* Prædico, ante prædico. *Uſus.* Augurum eſt, antedicere ea, quæ vitari poſſunt.

Anteeo, is, ivi, itum, ire. **vorhergehen.** *Syn.* Antecedo, præeo, præcedo. *Uſus.* Præſtantia animi omnibus bonis corporis anteit. Si eas bonas, fortunam ipſam fortunis anteeo meis. Aliquem tempore, ætate, intelligentia, virtute anteire. V. *Supero, excello.*

Anteferо, fers, tuli, latum, ferre. **vorziehen.** *Syn.* Antepono, præpono, præfero. *Adv.* Longe. *Uſus.* Iniquiſſima pax juſtiſſimo bello; bonus Imperator optimo Jurisperito anteferendus eſt. Catonis fortunam afflictam omnibus Cæſaris triumphis antefero. V. *Antepono.*

Antegredior, eris, greſſus ſum, gredi. **vorhergehen.** *Syn.* Antecedo, anteverto, prægredior.)(*Sequor. Adv.* Feſtinato. *Uſus.* Lucifer, cum ſolem antegreditur; cum ſubſequitur, Heſperus dicitur. Omnia quæ fiunt, cauſis fiunt antegreſſis. V. *Præmitto.*

Antehac, **vor dieſem.** *Syn.* Antea. *Uſus.* Antehac ſperare licebat, nunc etiam ſpes erepta eſt.

Antelucanus, a, um. **vor Tag.** *Syn.* Quod ante lucem eſt, *vel* fit. *Uſus.* Tempus antelucanum. Cœnæ antelucanæ. Litteratus antelucana opificum induſtria ne ſe vinci ſinat.

Antemeridianus, a, um, **vormittägig.** *Syn.* Quod fit ante meridiem.)(*Pomeridianus, veſpertinus. Uſus.* Antemeridianus ſermo. Antemeridianis litteris tuis me recreaſti.

Antenna, æ, f. **Segelſtange.** * *Syn.* Transverſum in navi lignum ad malum, cui velum alligatur. *Uſus.* Quid tam in navigio neceſſarium, quam prora, puppis, antennæ, vela, mali?

Anteoccupatio, nis, f. **Vorkommung, das Vorbiegen.** *Figura Rhetorica. Syn.* Impulſio.

Anteoccupo, as, avi, atum, are. **vorbiegen.** *Syn.* Præoccupo. *Uſus.* Ut anteoccupet, quod putat opponi.

Antepilani, orum, m. **Soldaten im zweyten Treffen bey den Römern.** *Uſus.* Hoc agmen antepilanos vocabant.

Antepono, is, poſui, poſitum, ere. **vorſetzen.** *Syn.* Præpono, præfero, antefero, præſtabilius puto, primas do, primum & ſummum habeo. *Adv.* Longe, nimium, rectè, ſtulte. *Phraſ. Publica commoda privatis antepono*, **ich ziehe das gemeine Beſte dem eigenen weit vor.** Reipublicæ commoda privatis potiora habeo; mihi reipublicæ prima eſt dignitas, vitaque potior. Majorem publicæ, quam privatæ utilitatis rationem duco. Ad publica magis, quam privata commoda, conſilia mea, ſtudia, ac cogitata refero. Pluris ego publica, quam privata facio commoda. In quærendis commodis non tam meas, quam reipublicæ utilitates ſpecto; non tam mei, quam publici boni rationem habeo. In conſiliis, ac cogitationibus ampliorem publicis, quam privatis utilitatibus locum do, tribuo, relinquo. Reipublicæ mihi cura potior eſt ac antiquior, quam privata rerum mearum commoda. *Uſus.* Ego nec meum conſilium, nec judicium

Digitized by Google

tuo, nec laude probitatis me tibi antepono.

Anteprædico, is, dixi, dictum, ere. vorhersagen. *Syn.* Prædico. *Usus.* Itaque hoc apud vos testificor, denuncio, anteprædico.

Antequam, eher als. *Syn.* Priusquam, antequam. *Usus.* Scribam, antequam discedo.

Antesignanus, i, m. der vor der Fahne geht. *Syn.* Primipilus. *Usus.* Antesignanos constituere judices. Fuerat in acie Pharsalica antesignanus.

Antesto, as, steti, statum, are, über treffen, *Syn.* Præsto, antecello, excello. *Adv.* Multum. *Usus.* Crotoniatæ olim corporis viribus omnibus antestetere.

Antevenio, is, veni, ventum, ire. vorkommen. *Syn.* Prævenio, anteverto, præverto. *Usus.* Consilia & insidias hostium antevenire. Omnibus rebus, credo, amorem prævenire. V. *Præsto.*

Anteverto, is, verti, versum, ere. vorkehren. *Syn.* Præverto, antecedo.)(*Subsequor.* *Usus* 1. Itinere illum antevertit. Antequam tecum agerem, antevertisti. 2. vorziehen. Rebus aliis antevertam, quæ mandas mihi, deinen Befehl werde ich vor allen andern vollziehen. V. *Prævenio.*

Anticipatio, nis, f. Vorkommung. *Usus.* Quis non habet sine doctrina anticipationem quandam Deorum? i. e. *anteceptam Deorum agnitionem*, eine vorläufige Erkenntniß der Götter.

Anticipo, as, avi, atum, are vorkommen. *Syn.* Anteoccupo, anteverto. *Usus.* Quid anticipas molestias diu post secuturas? Anticipatum est mentibus nostris, Deum humana forma concipere.

Antipodes, um, m. Leute, die ihre Füße gegen uns kehren, Gegenfüßler. *Syn.* Gentes adversi orbis incolæ. *Usus,* Antipodes e regione nobis, adversis stant vestigiis, adversi urgent vestigia.

Antique, alt. *Usus.* Quædam antique, pleraque dure dicit.

Antiquitas, atis, f. das Alterthum. *Syn.* Vetustas. *Epi.* Incorrupta, mutata, ultima. *Usus.* 1. Antiquitas proxime ad Deos. In exemplis auctoritatem habet antiquitas. 2. *Priscorum mores.* Cato documentum virtutis, antiquitatis, prudentiæ, Cato, ein Beyspiel der Tugend, Klugheit, und des Alters.

Antiquo, as, avi, atum, are. abschaffen. *Syn.* Abrogo. *Usus.* Legem, rogationem antiquare. V. *Aboleo, abrogo.*

Antiquus, a, um, alt. *Syn.* Vetus, priscus.)(*Recens.* D. Senes, *quantum ad vitam privatam*: Veteres, *quantum ad publicum tempus.* Antiqui *utrique dicuntur, sed magis* Veteres, *quam* Senes. *Phras.* 1. *Quæ tu narras, antiqua sunt*, was du erzählest, ist schon etwas altes. Horum non satis explicata recordatio est, quæ propter vetustatem obsoleverunt. Hæc jam diu gesta, & a memoria nostra sunt remota. Perantiqua ista sunt, ex annalium monumentis, & Regum memoriis repetenda. Res sunt vetustate, senio, & situ oblitteratæ; vetustate nimia obscuræ, ut quæ ex magno intervallo non cernuntur. Exoleta vetustate annalium ista sunt exempla. Exesa sunt vetustate monumenta; profundæ vetustatis caligine obducta; ex veterrimis commentariis eruenda, conquirenda. Res sunt vetustate obrutæ, vexatæ; vetustatis rubigine obsitæ. Monumenta sunt vetustatis injuria victa. 2. *Antiqua verba adhibes, & obsoleta*, du bringst ungebräuchliche, längst veraltete Worte vor. Versus affers, quos Fauni olim, vatesque canebant. Prisca verborum vetustate uteris. Verba adhibes ex Faunorum & Aboriginum seculo repetita. Quasi cum Evandri matre loquereris, ita verborum quævis monstra aucuparis. Videris inter Menenios, & Appios litteras didicisse. Verba affers a Sabinis usque, ac Curibus accita. Pacuvios sermone refers. Reconditæ istæ voces sunt & exoletæ, quarum tibi in sermone usus est. 3. *Antiquarum rerum investigator est diligens*, er ist ein Liebhaber der Alterthümer. Cognoscendæ vetustatis avidus est; vir est morum & litterarum veterum studiosissimus; mirifico antiquitatis studio tenetur. Diligentissimus est antiquitatis investigator. *Usus.*

1. Hæc

Digitized by Google

1. Hæc nimis antiqua, & obſoleta ſunt, dieſes ſind ſchon altväteriſche Sachen. Hæc memoria noſtra antiquiora ſunt. Homo eſt antiquus, *ſimplex & antiqui moris*, qui ex ſua natura cæteros fingat. In hoc homine veſtigia antiqui officii remanent. 2. *Comparat.* Antiquior, *pro cario*, *melior*, *potior*. Nihil tibi ſanctius ſit, & antiquius, quam &c. es ſoll dir nichts mehr angelegen ſeyn, als ꝛc. Nihil habui antiquius, quam ſalutem publicam. Hæc mihi cura erit antiquiſſima. V. *Potior*.

Antiſtes, ſtitis, c. Vorſteher. *Syn.* Præſul. *Uſus.* Sacrorum antiſtites, religionum interpretes.

Antiſtita, æ, f. Vorſteherinn. *Uſus.* Fani Cereris antiſtita.

Antrum, i, n. eine Höhle. * *Syn.* Caverna, ſpecus.

Anus, i, m, ein Eingeweide des Leibes. *Uſus.* Anum appellas alieno nomine, cur non ſuo potius?

Anus, us, f. ein altes Weib. *Epi.* Delira, excors, ſatidica. *Uſus.* Quæ anus ita, ut tu, deliret.

Anxie, ängſtig. * *Syn.* Solicite, curioſe, religioſe, cum anxietate. *Uſus.* Anxie rem ferre videtur. Anxie quærit.

Anxietas, atis, f. Angſt. *Syn.* Solicitudo, dolor. D. Anxietas ab angore, ut ebrietas ab ebrioſitate. V. *afflictor*.

Anxius, a, um, ängſtlich. *Syn.* Natura proclivior ad angorem, ſolicitus. *Phraſ.* 1. *Anxius ſum*, ich bin in großen Aengſten. In anguſtiis ſum; omnibus rebus urgeor; in ſummas anguſtias adductus, incluſus ſum; valde ſuſpenſo animo expecto, qui evadam. Angor animo; metu conficior & angore. In ſolicitudine ſum; non mediocrem habeo, ſustineo ſolicitudinem; hæret in me ſolicitudo illa; discrucior animo; ſollicitor plurimis modis; animo male eſt, exedor, excrucior, emaceror. Nullum mihi tempus ſine ſolicitudine intercedit; vehementer re iſta commoveor. Angitur intimis ſenſibus, er iſt voller Angſt und Sorgen. Cruciatur, æſtuat, tjtubat, hæſitat; quo ſe vertat, neſcit. Qui homini æſtus, quis error, quæ tenebræ? quid ille, caput ſiniſtra perfricans, ſecum commurmurat? nocturno metu, & diurno vitam agit angore pleniſſimam. Æger animi, trepidus rerum ſuarum, nec ſatis certus, quo loco res ſuæ ſint; afflictat ſe, manus ſupplices ad cœlum tendit; cogitationibus animum exedit; gravatum animi anxietate corpus ægre trahit. In anguſtum ejus coguntur copiæ. 2. *Anxio te animo eſſe video*, ich merke es, daß du bedängſtiget biſt. Sentio te ægritudine confici; multis curis urgeri; affligi mœrore & conſumi. Non me fugit, quantis curarum fluctibus, quantis perturbationibus animus jactetur tuus. Video, te in moleſtiſſimis eſſe curis; mœrore contrahi; ægritudine contabeſcere. Triſtibus vexatum curis; angoribus implicatum, ſollicitudine æſtuantem te conſpicio. Magnis mihi curis agi, magnis premi, angique ſolicitudinibus videris. Niſi me conjectura fallit, multum acerbitatis tibi exortum eſt; magnum mœrorem eo ex caſu cepiſti, ſuscepiſti, hauſiſti; ingentem ea tibi res ſolicitudinem incuſſit; multas tibi curas dedit. Angorem capis, ut video, nimium; angori te das, dedis, implicas nimio, ſpeciem mali majorem anxio animo tibi figuras; ſolicitudine exanguis es; in anguſtiis verſaris maximis. Noctem, reor, cum perpetuis vigiliis, & magno animi motu agis. Turbata magnopere, quantum conjectura conſequor, tibi mens eſt; gravis tibi injecta eſt cura; magnus te inceſſit metus. V. *affligo*, *ſolicitus*, *timeo*. *Uſus.* Moroſi ſunt, ſiracundi, anxii, & difficiles ſenes. Solicitus & anxius amor. Animo eſſe anxio. V. *Scrupuloſus*.

Apage, & apagite! packe dich damit weg. *Abigentis vox eſt, & faſtidientis aliquid. Uſus.* Apage cum illo.

Aper, pri, m. Wildſchwein. *Syn.* Silveſtris porcus. *Epi.* Ingens. *Uſus.* Hercules cum Erymanthio porco confligens.

Aperio, is, ui, ertum, ire. eröffnen. *Syn.* Pateſacio, recludo, refero. *Adv.* Aliquando, breviter, diligentius, paullum, ſtudioſius. *Phraſ.* 1. *Domum meam amicis aperio*, mein Haus ſteht meinen Freunden offen.

Digitized by Google

offen. Domus mea patet omnibus; nemini clausa est amicorum. Adapertæ, expansæ fores sunt; angulos ædium mearum omnes amicis pervios facio, pando, refero. 2. *Jussit vi aperiri portam*, er hat befohlen, die Thür mit Gewalt aufzubrechen. Militi negotium datum est, ut portas moliretur; seras, clausträque refringeret, revelleret; impetum in portas faceret. 3. *Aperuit litteras*, er hat den Brief erbrochen. Litteras resignavit; vincula epistolæ solvit, laxavit. 4. *Animum aperire*, grave est, es ist nicht leicht sein Gemüth zu entdecken. Grave est, denudare judicia sua; animum patefacere; occulta sua apud aliquem expromere. Res est periculi plena, significationem dare animi sui, sic ut sensus, voluntates ac studia quisque intelligat, perspiciat, cognoscat; ut pateant, extent, perspecta sint studia nostra; ut ex signis quisque obviis de sensu nostro conjiciat. *Usus.* 1. Non ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire nesciat; nec ita reseranda, ut pateat omnibus, man muß nicht zu geizig, aber auch nicht zu verschwenderisch seyn. 2. *Declaro, indico, explico, differo aperte, facile reddo*, erklären, an Tag geben, entdecken ꝛc. Studia, consilia, cogitationes, sententiam meam tibi aperire soleo. Philosophiæ fontes Socrates primus aperuit. Ego in senatu sceleratorum consiliorum fontes omnes aperui. Virtus sibi reditum in patriam aperit. Fores amicitiæ, occasionem ad invadendum aperire.

Aperte, öffentlich. *Syn.* Publice, plane, palam, non obscure, non dissimulanter.)(*Tecte, ex insidiis, clam. Phras. Res in aperto*, ac propatulo loco; in ore, atque oculis provinciæ; luce palam, inspectantibus omnibus gesta, es ist eine Sache, die öffentlich geschehen ist. *Usus.* Apertissime & planissime rem explicare. Proferre aliquid aperte falsum. Simpliciter, candide & aperte loqui. V. *Palam.*

Apertura, æ, f. Oeffnung. * *Usus.* Contra eas cellas relinquantur aperturæ.

Apertus, a, um, offen. *Syn.* Patens, manifestus, planus, ante oculos positus. *Phras. Homo est apertissimus*, er ist ein aufrichtiger, offenherziger Mensch. Eo ingenio natus est, ut amicitiam, & inimicitiam in fronte promptam gerat; animo simplici est & aperto, animum in vultu & lingua promptum habet. V. *Sincerus. Usus.* 1. Nihil tam clausum, tam reconditum, quod istius cupiditati non apertissimum, promptissimumque foret. Apertam simultatem gerere. Apertum scelus. Nihil tam apertum, tam perspicuum. 2. *Facilis, perspicuus, sincerus*, leicht, klar, aufrichtig. Multus tibi apertus est ad laudem cursus. Homo apertissimus. Aperta, dilucida oratio.

Apex, icis, m. Gipfel, Spitze. *Syn.* Fastigium. *Usus.* 1. Apex senectutis est auctoritas. 2. *Diadema regium*, Krone. Aquila Tarquinio apicem imposuit.

Aphractum, i, n. ungedecktes Schiff. *Usus.* Morata est navigationem aphractorum imbecillitas. *Genus est navigii Rhodiis usitati.*

Apis, is, f. Biene, Imme. *Usus.* Homines mollitia fluentes apis aculeum ferre non possunt. Apum examina, quibus plurimum naturæ ingenii atque artis tribuit.

Apologus, i, m. eine Fabel. *Syn.* Fabula, in qua bruta animalia inducuntur loquentia. *Usus.* Narrationes apologorum.

Apophthegma, tis, n. ein kurzer Denkspruch.

Apostata, æ, m. ein Abtrünniger vom rechten Glauben, oder geistlichen Stande. *Syn.* Datæ Christo fidei desertor impius; desertor sacri instituti. *Phras.* 1. Nuntium remisit religioni veræ, er ist vom Glauben abgefallen. Ejuravit Christi sacra; a fide Christo data impia defectione descivit; ejurato Christi nomine ad superstitiones pristinas se recepit; a vera Religione, ab recta in DEUM fide desecit; desertis Christi castris ad sacrilegas superstitiones reverrit. 2. Defecit a sacri ordinis instituto, er ist aus dem Kloster entsprungen. Deseruit religiosum, quod professus erat, institutum; sua voluntate a religiosa

Digitized by Google

giosa se militia segregavit; spreta votorum religione profanis se iterum curis, rebusque reddidit; abruptis legum, religionumque vinculis in nefariam se libertatem restituit; descivit a religiosæ familiæ institutis. Obligatam sacramento fidem nefaria instituti desertione impius fefellit.

Apostoli, orum, m. die Apostel. *Phras.* Primi Christianæ legis Magistri, ac doctores; duodecim Christianæ doctrinæ præcones; legati a Christo missi ad omnes terrarum nationes; Christianæ reipublicæ Duodecimviri; Christianæ religionis signiferi; primorum ecclesiæ principum collegium.

Apotheca, æ, f. ein Behältniß. *Syn.* Cella vinaria, pennaria &c. *Usus.* Domos omnium & apothecas scrutari.

Apparate, herrlich, köstlich. *Syn.* Cum apparatu, magnifice. *Usus.* Itaque edit, & bibit jucunde, sane, & opipare, & apparate.

Apparatio, nis, f. Zubereitung. *Usus.* Magnificentia, & apparatio popularium munerum.

Apparatus, us, m. Rüstung. *Syn.* Apparatio. *Epi.* Epularum a magnificentia recedens, magnificus, non privatus, aut plebejus, sed patricius, & prætorius, major, maximus, minor, navalis, præclarus; regius, tantus, tam præclarus, tenuissimus. *Usus.* Delectant me magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia, & copia. Dies festus argento, veste, omni apparatu, ornatuque visendo agitur. Regio epularum apparatu accipi. Nullo apparatu pure & dilucide dicere. Hæc erat totius operis designatio, & apparatus. Apparatu nobis opus est, & rebus exquisitis undique, & collectis, accersitis, comportatis.

Apparco, es, ui, ere. erscheinen. *Syn.* Adsum, præsto sum, videor, comparco, in conspectum me do.)(Occulto. *Adv.* Leviter, clarius, facile, [illegible], prorsus, plane, [illegible]. *Phras.* Apparuit in somno, er ist im Traume erschienen. In somnis observata hominis species; repræsentatæ sunt illi species minarum, [illegible] cœlestes; cœlo repente [illegible] viri species se obviam dedit; in quiete visus divina specie juvenis; secundum quietem oblata illi species est hominis; in somno spectabilem habuit virum. Erat in oculis species hominis incogniti; per speciem se oculis obtulit; spectandum se præbuit vir ad eum diem ignotus. *Usus.* 2. Nulla uspiam navis prædonum, equi nulli, nulli equites apparuere. Deus ille sub anguis specie Syllæ apparuit. 1. *Patet, liquet*, augenscheinlich, klar seyn, erhellen. Ut apparet ex ejus orationibus, fuit vir doctus. Quo magis opprimitur, eo magis ejus virtus eminet, & apparet. Apparebunt demum fraudes tuæ, dilucebunt, detegentur. V. *Emineo.*

Apparitio, nis, f. obrigkeitliche Bedienung. *Syn.* Apparitoris officium. *Epi.* Longa. *Usus.* In longa ejus apparitione fidem ejus, & abstinentiam cognovi.

Apparitor, ris, m. Diener der Obrigkeiten, Aufwärter. *Syn.* Satelles, stipator. *Epi.* Humilis & abjectus, necessarius, recens. *Usus.* Quis unquam apparitor tam humilis, & abjectus?

Apparo, as, avi, atum, are. zubereiten. *Syn.* Comparo, paro. *Adv.* Omnino, opipare. D. Præparare *est antea utilia parare*; apparare *pertinet ad dignitatem quandam, ac verius pompam.* *Usus.* Bellum apparavit, suscepit, confecit. Convivium, cœnam, nuptias, prandium apparare, & ornare. Crimina in insontem apparare. Ludi apparatissimi. Instructa, & apparata domus rebus omnibus. V. *Paro, instruo.*

Appellatio, nis, f. Benennung, Berufung an ein Obergericht. *Syn.* Compellatio. *Epi.* Improbissima, inanis, levis, venalis. *Usus.* Regum appellationes venales erant. Ea Tribunorum appellatio intercessit auxilii causa.

Appellator, ris, m. Appellant. *Usus.* Vix manus ab illo appellatore abstinebantur.

Appello, as, avi, atum, are. nennen, anreden. *Adv.* Apertius, blande, blandissime, comiter, commode, communiter, durius, græce, gravissime, honorificentissime, identidem, inutiliter, ita sane, [illegible]

Digitized by Google

latine, melius, nimirum, recte, nominatim, nusquam, omnino non, peſſime, prudenter, recte, rite, rectius. temere, valde, probe, vere, ultro, vulgo. *Uſus.* 1. *Voco, compello, alloquor.* Rem ſuo nomine appellare. Salutare benigne, comiter, hilariter appellare unumquemque. Blando ſermone milites appellare. Superbius, aſperius, duriore verbo appellare quenquam, **anreden.** 2. *Nomino, nuncupo*, **nennen.** Nunquam non Cæſar Pompejum honorifice appellat. Nominatim, nomine aliquem, tertio quoque verbo appellare. 3. *In jus voco*, **vor Gericht fodern.** Debitum repoſco, **Schuld fodern.** Cur me poſt biennium primo appellas? Sponſores appellare. De pecunia quem appellare. 4. *Invoco, & confugio ad*, **anrufen, zu einem ſeine Zuflucht nehmen.** Quis mihi Deus appellandus, quæ hominum fides invocanda, imploranda? A Prætore ad Tribunos, *vel* Tribunos appellavit. *Vulg. Majorem poteſtatem imploro*, **vor eine höhere Obrigkeit ſich berufen.** V. *Nomino, voco.*

Appello, is, puli, pulſum, ere. **anländen.** *Syn.* Applico, admoveo, accedo. *Adv.* Valde, timide. *Phraſ. Navim ad littus appulit*, **er hat angeländet.** Littori admovit; terræ applicuit; navi ad portum ſucceſſit; in terram evaſit; ad terram pervenit; littus attigit; aditum ad terram navibus habuit; portum tenuit; in portum delatus, invectus eſt; portus hominem accepit; littore potitus eſt; portum ingreſſus eſt, cepit, tenuit, ſubiit; ad portum acceſſit; in portum navim ſubduxit; portum tetigit, aſſecutus eſt, intravit. *Uſus.* 1. Claſſem ad portum, ad littus appulit. **anländen.** 2. *Transl.* Animum ad litteras appellere, **ſich auf das Studiren begeben.** Animum ad uxorem, ad ſcribendum appellere. 3. *Paſſ.* Claſſis appulſa. Appulſi in navibus prædones. V. *Accedo.*

Appendicula, æ, f. **kleiner Zuſatz.** *Syn.* Corollarium, acceſſio. *Uſus.* Eſt hæc quaſi appendicula ejus cauſæ.

Appendix, icis, f. **ein Anhang.** *Syn.* Additamentum, acceſſio, corollarium. *Uſus.* Appendix animi corpus.

Appendo, is, di, penſum, ere. **anhängen.** *Syn.* Annecto, ſuſpendo, pendo. D. Perpendo, expendo, *ejusdem fere ſignificationis, rem exacte pondero*: appendo, *ſuſpendo ad lancem*; *vel ſtatera pondero. Uſus.* Non adnumero verba, ſed appendo, **ich zähle nicht, ſondern wäge die Worte.** Omnia ſua tibi conceſſit, adnumeravit, appendit. Aurum appendere artifici.

Appetentia, æ, f. **Begierde.** *Syn.* Appetitus. *Epi.* Effrænata. *Uſus.* Lætitia, profuſam hilaritatem, libido effrænatam appetentiam efficit. Appetentiam cibi præſtare; famem obſonare, **Luſt, Appetit zum eſſen machen.**

Appetitio, nis, f. **Begierde.** *Syn.* Appetentia, impetus. *Epi.* Immoderata, nimia, naturalis. *Uſus.* Natura belluis dedit ſenſum, & motum, & cum quodam appetitu acceſſum ad res ſalutares. Appetitus rationi obediant, ſubjecti ſint. Contrahere & ſedare omnes appetitus, ut tranquilli ſint, & omni perturbatione careant. V. *Deſiderium.*

Appeto, is, ivi, itum, ere. **begehren.** *Syn.* Cupio, opto, deſidero, expeto.)(*Refugio.* D. Appeto *cum affectu qualicunque*: expeto *cum ratione honeſta & bona. Adv.* Ardentius, cupide, fruſtra, magnificentius, plus, ſemper, cupide, ultro. *Phraſ. Aliena bona appetit*, **er trachtet nach fremdem Gute.** Oculos ad prædia illa adjicit; inhiat, imminet fundis illis. *Uſus.* 1. Non ſolum non recuſo; ſed appeto, repoſco, **wünſchen und begehren.** Homo voluptatum, gloriæ appetentior, laudis appetens. 2. *Invado, impeto*, **mit Gewalt angreifen.** Vita ejus ſæpe ferro, inſidiis appetita eſt. Lapidibus ſe appetitum, ac percuſſum clamitat. 3. *Appropinquo*, **herannahen.** Dies appetebat ſeptimus, **der ſiebente Tag nahete an.** V. *Peto, deſidero.*

Appingo, is, pinxi, pictum, ere. **zuſetzen.** *Uſus.* Novis ſemper aliquid appingitur.

Applaudo, is, plauſi, plauſum, ere. **mit den Händen klatſchen, dazu frohlocken.** *Syn.* Manum vel pe-

Digitized by Google

dum

dum plauſu favorem ſignifico. *Uſus.* Cui civium generi maxime applauditur. V. *Plaudo, admurmuratio, gratulor.*

Applauſus, us, m. **fröhlicher Beyfall, Zuruff.** *Syn.* Favor popularis, ſecunda populi admurmuratio, feſta acclamatio. *Epi.* Magnus. *Uſus.* Aſſentiente populo magno applauſu dixit. V. *Plaudo, plauſus.*

Applicatio, nis, f. **Beyfügung.** *Syn.* Adjunctio, adjectio. *Uſus.* Amicitia potius ex applicatione quadam animi cum ſenſu amandi, quam a cogitatione utilitatis ſecuturæ oritur.

Applico, as, cui, itum, are. **hinzufügen.** *Syn.* Adjungo. *Adv.* Familiariter, maxime, ſtudioſe. *Phraſ. Ad bonas artes ſe diligenter applicat,* er legt ſich fleißig auf die Wiſſenſchaften. Mentem, animum, conſilium, ſtudium ad litterarum ſtudia appellit; mentem in bonarum artium ſtudiis figit, locat. Animum a doctrinarum ſtudia adjungit. Bonarum artium ſtudiis ſe addicit, operam dat; operam & ſtudium navat. Ad artes liberales animum applicat; operam, ſtudium laborem confert; ſe ad bonarum artium ſtudia transfert; in iis elaborat, deſudat, operam, tempus, curam, diligentiam ponit, conſumit; induſtriam ſuam exercet. Animum adjicit ad bonas artes; nullam in iis conſequendis induſtriam omittit; nulli parcit operæ; toto pectore, omni ſtudio, cura, cogitatione in honeſtas artes incumbit; in honeſtiſſimarum artium ſtudio, ac cultura omnes curas intendit. *Uſus.* 1. Applicare naves ad terram, terræ. Flumini caſtra, ſe ad arborem applicat, **anländen, beyfügen, anlehnen.** 2. *Adjungo,* **zugeſellen, ſich begeben.** Se ad aliquem præſidii cauſa; ſe ad ductum alterius, ad fidem & amicitiam populi applicare, **ſich wenden, begeben.** Alii ad jus civile; ad eloquentiam alii ſe applicant. Animum denique ad frugem applicuit. Ad deteriorem partem animum ægrotum applicare, **das Gemüth lenken.** V. *Adjungo.*

Appono, is, poſui, poſitum, ere. **zuſetzen.** *Syn.* Addo, adjungo, admoveo, adjicio, appingo, adſcribo. *Uſus.* 1. Ad ignem apponere aliquid, **etwas zum Feuer ſetzen.** Notam alicui rei, ad rem aliquam, ad malum verſum adſcribere, apponere. Ad illa præcepta de ſuo aliquid apposuit. Nec dies tuæ epiſtolæ, nec ſignum appoſitum eſt. 2. *Pono,* **ſetzen.** Cuſtodem alicui apponere. Lucro apponere aliquid. 3. *Ex compoſito adhibeo,* **beſtellen.** Accuſatorem alicui, calumniatorem apponere, **einen Ankläger beſtellen.** V. *Addo, adjicio.*

Apporto, as, avi, atum, are, **hinzutragen.** *Syn.* Affero. *Adv.* Undique. *Uſus.* 1. Multos ſecum morbos ſenectus apportat. Clitellis frumentum eo apportandum eſt. 2. *Nuntio,* **ankündigen.** Quid apportas novi? gaudium apportas, an luctum? V. *Affero.*

Appoſite, **wohl, eigentlich.** *Syn.* Apte, accommodate, convenienter. *Uſus.* Appoſite ad perſuadendum dicere. Cætera appoſite tibi mandabo.

Appoſitio, nis, f. **Zuſatz.** *Syn.* Adjunctio. *Uſus.* Obſcuriora ſunt præcepta ſine appoſitione exemplorum.

Appoſitus, a, um, **tauglich.** *Syn.* Aptus, accommodatus. *Adv.* Bene, maxime. *Uſus.* Locus minime appoſitus ad pietatem. Forma ad dignitatem appoſita. Tempus ad bonarum artium ſtudia appoſitiſſimum amici eripiunt. V. *Accommodatus, aptus.*

Apprehendo, is, hendi, henſum, ere. **ergreifen.** *Syn.* Accipio, arripio, *Uſus.* 1. Alicujus manum apprehendere, **einen bey der Hand nehmen.** 2. *Transl.* Quod ego apprehendebam, mox accuſator eripiebat e manibus.

Apprime, **überaus.** *Syn.* Valde, multum, perquam, plurimum. *Uſus.* Homo apprime doctus, pius, nobilis.

Approbatio, nis, f. **das Gutheißen.** *Syn.* Comprobatio. *Epi.* Inutilis, magna, popularis, tanta, turpis. *Uſus.* Id vulgi aſſenſione, populari approbatione, & plauſibus metiendum eſt.

Approbator, ris, m. **Billiger.** *Syn.* Comprobator. *Uſus.* Tu fuiſti fua-

for,

Digitized by Google

sor, impulsor itineris mei, magis autem approbator.

Approbo, as, avi, atum, are. gutheißen. *Syn.* Comprobo, laudo, confirmo.)(*Improbo. Adv.* Honorifice, mirabiliter. Necessario, temere, valde, vehementer. *Phras. Approbavere omnes viri sententiam*, es haben alle seinen Ausspruch gutgeheißen. Summa assensione plebis, secundis admurmurationibus senatus auditus est. Conclamavere omnes, ita fieri oportere. Viri sententiam laudaverunt omnes, & approbaverunt; ratam omnes habuere; assensu excepere. Itum est, pedibus itum est in ejus viri sententiam. In ejus sententiam discessio facta est; in ejus sententiam discessum est. Summa assensione Senatus, secundoque populo sententia comprobata est. Una omnium, consentiensque vox erat: æquum esse, quod postularet; standum esse ea viri sententia; ad ejus viri sententiam, suam adscribi voluere; album calculum adjecere. *Usus.* Milites ducis sententiam magno clamore, una voce approbarunt. Quod actum est, Dii approbent! Utinam tibi consilium, officium meum approbem! Gott gebe! daß ich dir meine Dienstfertigkeit beweisen könne. V. *Probo, assentior, adstipulor.*

Approbandi formulæ: festive, probe, optime! Non possum, quin exclamem; bene hercle factum est. Euge optime! o factum bene! beasti! vir es! Eugepæ nunc places! *Iron.*

Appromitto, is, misi, missum, ere. für einen sich verbürgen. *Syn.* Promitto. *Usus.* Factum est, ut volui, quod decies sestertium appromisisti.

Appropero, as, avi, atum, are. hinzueilen. *Syn.* Propero. *Usus.* Ut approperent, adhortabor. V. *Propero, festino.*

Appropinquatio, nis, f. die Herannahung. *Usus.* Senectus est appropinquatio mortis.

Appropinquo, as, avi, atum, are. annahen. *Syn.* Accedo, advento prope, propius, proxime; propius sum, adsum; vicinus sum, impendeo, pedem confero; in oculis, in conspectu sum; in conspectum me do.)(*Absum. Adv.* Valde. *Usus.* Ejus rei maturitas nondum venit, etsi appropinquet. Impendet fatum aliquod, plane instat, certe appropinquat. Alicui, ad aliquem appropinquare. V. *Propinquus, vicinus, prope.*

Appulsus, us, m. Anlandung. *Syn.* Accessus. *Epi.* Nimius. *Usus.* 1. Tactus frigoris, & caloris omnes appulsus nimios sentit. 2. *Commotio*, Bewegung, Antrieb. Tribus modis Deorum appulsu homines somniant. V. *Adventus.*

Apricatio, nis, f. das Liegen an der Sonne. *Usus.* Unam in tua villa apricationem omnibus istorum regnis antefero. Calescere apricatione, vel igni. Loci amœnitas libero sole fruentis; a tepore solis indefensi.

Apricor, aris, atus sum, ari. an der Sonne seyn. *Usus.* Alexander Diogeni apricanti officiebat.

Apricus, a, um. an der Sonne gelegen. R. q. *apericus ab aperiendo.*)(*Opacus. Usus.* Hortus, locus, vinea aprica.

Apte, schicklich. *Syn.* Appositè, accommodate, decore, commode, congruenter, eleganter. *Usus.* Apte dicere & numerose. Facile judicamus, quid apte fiat, quid ab officio, naturaque discrepet.

Apto, as, avi, atum, are. fügen. *Syn.* Accommodo, compono, paro. *Usus.* Hoc verbum ad hanc sententiam bene aptatur. Pugnæ se aptare, sich zum Streite rüsten. V. *Accommodo.*

Aptus, a, um. geschickt. R. *ab ἅπτω, connecto. Syn.* Accommodatus, appositus, conveniens, congruens, habilis, idoneus, consentaneus.)(*Ineptus, solutus. Adv.* Bene, communiter, maxime, mirabiliter, vehementer, mediocriter, omnino. *Phras. Natura aptus ad omnia*, er ist von Natur zu allem geschickt, und tauglich. Dederat hoc natura, quidquid aggrederetur, ut egregie conficeret. Natus ad omnia videbatur. Ingenium acceperat a natura ad omnes res appositum, atque accommodatum. Eo erat, eo utebatur ingenio quidvis ut exequi, præstare satis commode posset. Præcipuo quodam naturæ munere aptus erat, accommodatus ad omnia. Habebat hoc a natura, ut quam-

Digitized by Google

quamcunque ad rem se conferret, quamcunque rem capesseret, ea perfungeretur optime, ex ea cum laude discederet. Nemo erat illo commodior ad res quaslibet. Factus a natura videbatur ad res omnes. In omni re, in omni judicio elegantissimus est. Nihil agit non commode, non apte, non eleganter, laute, venuste, lepide, egregie. Lepores, elegantiam, venustatem habet in omni re. Quidquid agit, cum lepore agit, cum elegantia, sic ut gratiam ab omnibus ineat, ut aptior, accommodatior videatur esse nemo. Idoneus videbatur, & probe affectus ad fungendum munus suum; satis dexter: negotiis gerendis habilis; negotiorum haud quaquam rudis. Ingenio erat commodo & versatili, dignusque, cujus opera ad res quaslibet adhiberetur. Egregio ad res gerendas judicio perpolitus erat. Ad sustinendum cum dignitate quamlibet in republica personam omnem habebat aciem. V. *Accommodatus. Usus.* 1. Ad dicendum natus, aptus, geschickt. Calceus habilis & aptus ad pedem. Homo non aptissimus ad jocandum. Aptum & consentaneum tempori & personæ. 2. *Cohærens, consentiens*, an einander hangend, übereinstimmend. Partes orationis omnes inter se aptæ, & connexæ. Facilius est, apta dissolvere, quam dissipata connectere. Multa dixit, parum apta inter se & cohærentia. V. *Accommodatus.*

Apud, bey. *Syn.* Prope, juxta, non procul. *Usus.* 1. *Prope*, nahe bey Apud Corfinium, apud Romam castra posuit. 2. *Cum*, mit, bey. Apud matrem erat. Apud Pompejum cœnavit. Apud me insidias sibi dixit esse factas. 3. *Coram*, vor einem. Apud pontificem, apud populum dixit. 4 *Cum citantur auctores &c.* ut apud poëtam, ut apud Terentium est, wie es bey dem Terentius zu lesen ist. Apud majores hoc erat in more positum. Apud priscos quæsitum est. *Dicitur quoque*: non sum apud me, ich bin vor Zorn nicht bey mir selbst.

Aqua, æ, f. Wasser. *Syn.* Unda. *Epi.* Alba, alumna, belle fluens, calida, dulcis, gelida, intercus, jugis, nigra, pluvia, profluens & uber, summa, turbida & cadaveribus inquinata, uberior, marina, perennis, pulchra. *Usus.* Aqua frigore concrescit. Aquam deducere in villam. Aquam ducere per fundum. Aqua illi hæret, er bleibt stecken, kann nichts reden. Aqua & igni interdicere, ins Elend jagen. Aquarum fluxiones, ductus, divortia. Aquæ perennes. Aqua imbribus aucta. Aquæ eo anno ingentes fuere, es waren dazumal große Wassergüße. Aquam frigidam suffundere, gegen andre kaltsinnig machen.

Aqua benedicta, *Vulg.* das Weihwasser. *Syn.* Aqua lustralis, consecrata. *Phras.* Aqua lustrali frontem tingere, sich mit Weihwasser besprengen. Corpus aqua consecrata aspergere; labeculas animæ aquæ lustralis aspersione abstergere. Aqua consecrata se lustrare.

Aqua intercus, tis. Wassersucht. *Syn.* Hydrops. *Usus.* Medicamentum dare ad aquam intercutem.

Aquæductus, us, m. Wasserleitung. *Usus.* de aquæductu probe fecisti.

Aquarius, a, um. zum Wasser gehörig. *Usus.* Provincia tibi obtigit aquaria, dir ist die Sorge über die Wasserleitung aufgetragen worden.

Aquarius, ii, m. Wassermann. *Epi.* Humidus. *Usus.* Cum aquariis mihi pugnandum fuit, *scil. curatoribus.*

Aquatilis, e, *com.* das im Wasser lebt. *Syn.* In aquis vivens, agens, degens, aquarum incolæ. *Usus.* Bestiæ terrenæ, aquatiles, volatiles.

Aquatio, nis, f. Wasserholung. *Usus.* Hac aquatione carere non possunt. Milites aquationis causa longius progressi.

Aquator, oris, m. Wasserträger. *Usus.* Aquatores nostri ab hostibus pressi.

Aquila, æ, f. ein Adler. *Epi.* Argentea, ac omnibus perniciosa, ac funesta. *Usus.* 1. Nulla avis aquila vehementius volat. 2. *Signum militare*, römisches Feldzeichen. Aquilam inferre in medios hostes. Inter prædam decem aquilæ relatæ.

Aquilinus, a, um. Adlermäßig. *Usus.* Homo milvinis, aut aquilinis unguibus.

Aquilo, nis, m. Nordwind. *Syn.* Ventus ex Septentrione, *vel* Septem-

trio-

Digitized by Google

gravis periculi, ſummi damni flamma exorta eſt. Domus ignem flammam concepit; exarſit pars domus, & collucet continenti incendio; late fundit incendium; flammam differt; periit incendio domus; incendio hauſta, deleta eſt. *Uſus* 1. Domus ardebat non fortuito, ſed oblato incendio. 2. *Transl.* Ira & dolore ardet, er brennet vor Zorn. Bello ardet Gallia. Ardent oculi. Ardet illi ad ulciſcendum animus. Cupiditate, amore, invidia ardet. Omnium bonorum odia in te ardent. V. *Flagro, incendium, accendo.*

Ardor, oris, m. **Hitze.** *Syn.* Æſtus, flagrantia, incendium. *Epi.* Acerrimus, & mobiliſſimus, cœleſtis, clarus, expreſſus, imperatorius oculorum, integer & purus, & liber, reſtinctus, ſummus, nimius, temperatus, tenuis & nulla admixtione concretus, ultimus & altiſſimus atque undique circumfuſus, & extremus, omnia cingens, atque complexus. *Uſus.* 1. Solis ardore torreri. Ardore conflagrare. Ardorem a vitibus pampini defendunt, propulſant. 2. *Fulgor, ſplendor,* **Glanz, Strahl.** Vide in eo ardorem vultus, atque motuum. 3. *Vehementia, vis ingens,* **Heftigkeit.** Impetus animi, cupiditas vincendi, ardor mentis ad gloriam. Ardorem, cupiditatem reſtinguere, reprimere. Conſedit ille animi ardor & ſtudium. V. *Fervidus, Calor.*

Arduus, a, um. **hoch.** *Syn.* Aſcenſu acclivi & aſpero. *Adv.* Vehementer. *Uſus.* 1. Oppidum difficili aſcenſu, & arduo. 2. *Transl. difficilis,* **ſchwer.** Arduum longi temporis, magnæque cogitationis opus moliri. V. *Difficilis.*

Area, æ, f. **ein Platz.** *Syn.* Locus ſine ædificio in urbe; ruri ager, & ubi frumenta excutiuntur. *Epi.* Præclara, pulchra. *Uſus.* Æſtimatores magni æſtimant tuas areas. In areis fraudare Decumanum, Decimatorem, **der den Zehend nimt.** Nemo frumentum de area tollat.

Arena, æ, f. **Sand.** *Uſus.* Arenam emere aut paludem.

Arenoſus, a, um. **ſandicht.** *Uſus.* Terra, littus arenoſum.

Areo, es, arui, ere. **dürre ſeyn.** *Uſus.* Fauces arent ſiti.

Areſco, is, arui, ere. **dürre werden, vertrocknen.** *Syn.* Viriditatem amitto.)(*Madeſio. Uſus.* Areſcere herbæ, & interfici incipiunt. In alienis malis lacrima cito areſcit.

Argentaria, æ, f. **Wechſelbank, Wechſel.** *Syn.* Argentariorum munus, functio, *vel* taberna. *Epi.* Diſſoluta non ignobilis, maxima. *Uſus.* Argentariam non ignobilem fecit. Diſſolvere argentariam.

Argentarius, ii, m. **Wechsler.** *Syn.* Trapezita, collybiſta, qui argentariam facit. *Epi.* Gratioſus apud omnes homines. *Uſus.* Auguſti avus fuit argentarius. Vidi hoc in argentariorum tabulis.

Argenteus, a, um, **ſilbern.** *Uſus.* Aquila, ſigna argentea.

Argentum, i, n. **Silber.** *Epi.* Expoſitum, grande, optimum, plenum artis, purum, tam præclarum, tam nobile. *Uſus.* 1. In illa inſula ne ſcrupulus quidem argenti inventus eſt. 2. *Pecunia, nummi argentei,* **Geld.** Navis erat plena argenti facti & ſignati. Argentum cælatum. Argento aliquem emungere. V. *Pecunia.* Argentum infectum, ſilberne **Platten.** *Cui opponitur,* Argentum factum, aut cælatum, Silbergeſchmeid; & Argentum ſignatum, Silbermünze.

Argilla, æ, f. **Thon, Letten, Leim.** *Syn.* Terra tenax. *Uſus.* Hic homulus, ex argilla & luto fictus.

Argumentatio, nis, f. **Beweisrede, Beweisführung.** *Syn.* Ratio, argumentum, argumenti inventi artificioſa expolitio. *Epi.* Aptiſſima ad judicationem, bipartita, expers artis, firma, firmior, **firmiſſima**, neceſſaria, probabilis, **vehemens**, accommodata, contraria, longa & brevis, multa. *Uſus.* Argumentatio eſt argumenti explicatio. Argumentationem quærere, invenire, concludere.

Argumentor, aris, atus ſum. **Beweis führen, folgern.** *Syn.* Argumentis oſtendo, probo; argumentis vel conjecturis proſequor. *Adv.* Sedulo. *Uſus.* Sed quid ego argumentor? quid plura diſputo? Tu quidem ſedulo argumentaris, quo iſta pecunia pervenerit, quid de ea ſperandum. V. *Argumentum.*

Argumentum, i, n. **ein Beweis.** *Syn.* Ratio. *Epi.* Accuſatorium, probabile,

Digitized by Google

bile, inventum, certius, certiſſimum, commune, falſum, firmum, grave, graviſſimum & firmiſſimum, magnum, majus, maximum, mediocre, moleſtum & difficile, multum, parvum, pertenue, præclarum & nobile, premendum, propoſitum, proprium, ſimile, univerſum, aptum quoddam & paratum ſingulis cauſarum generibus, certum, clarum, clarius luce, conſimile, expeditum, exquiſitum, firmius, gravius, inſitum, aut aſſumptum, leve, leviſſimum, modicum, plurimum, perfectum, probabile & neceſſarium, utile. *Phraſ.* 1. *Argumentis rem probare*, die Sache gründlich beweiſen. Exquiſitis rationibus confirmare; accurate de re dicere; rationibus conquiſitis diſputare; argumentis uti gravibus & certis; rationibus concludere; rationes ſuggerere firmas, & certiſſimas; cauſam rationibus perſuadere, oſtendere, agere, tueri, ſuſtinere. 2. *Argumentum hoc affirmandi non leve habeo*, ich habe keine geringe Urſache dieſes zu bejahen. Rerum earum hæc maxima argumenta habeo; argumentum non leve mihi naſcitur; pro argumento eſt mihi; argumentum eſt; argumentum duco, accipio, arripio; argumento magno eſt. *Uſus.* 1. Argumentum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem. Argumentum excogitare, proponere, afferre. Argumentum ducere ab adjunctis; ex re obvia nanciſci, arripere, accipere. Argumentum Stoicorum more breviter adſtringere, premere, in pauca conferre, die Beweißgründe zuſammenziehen. Argumentum dilatare. 2. *Conjectura, ſignum, indicium, nota, cauſa, occaſio* Muthmaßung, Zeichen, Urſache. Extant certiſſima argumenta & indicia ſceleris. Id magno argumento eſt, hominem innocentem eſſe. Id ego jam antea multis argumentis judicaram. 3. *Poematis, Comœdiæ. Tragœdiæ materia*, die Materie oder Inhalt eines Luſtſpiels ꝛc. Tragici, cum explicare argumentum nequeunt, ad Deos confugiunt. 4. *Quæcunque res, de qua agendum ſubjecta materia tractanda*, eine jede Sache, von der man handeln kann. Deeſt mihi argumentum ſcribendi; Argumentum epiſtolæ hoc erat. Audite concionis ejus argumentum. V. *Probo, confirmo, diſputo.*

Arguo, is, ui, utum, ere. beſchuldigen. *Syn.* Accuſo, incuſo, inſimulo.)(*defendo. Adv.* Suſpicioſe. *Uſus.* 1. Aliquem gravis ſceleris, de gravi ſcelere, ſacinoris reum arguere. 2. *Affirmo*, bejahen. Arguo, te pecunias in præmium ſceleris accepiſſe. Tu arguis, ego nego. V. *Reprehendo, inſimulo, accuſo.*

Argute, ſpitzfindig. *Uſus.* Acute mihi & argute reſpondit. Callide & argute aliquid conjicere. De difficillimis argumentis argute diſputavit.

Argutiæ, arum, f. Spitzfindigkeiten. *Syn.* Acumen, elegantia, jocus, urbanitas. *Uſus.* Illa oratio multum argutiarum, acuminis, urbanitatis habuit. Argutiæ digitorum. *Celeritas.* Geſchwindigkeit. V. *Acumen, jocus.*

Argutor, aris, atus ſum, ſchwätzen, klügeln. *Uſus.* Totam diem argutatur quaſi cicada.

Argutulus, a, um. ſpitzfindig. *Uſus.* Perfeci libros ſane argutulos.

Argutus, a, um. ſinnreich, ſpitzfindig, liſtig. *Syn.* Qui argutias habet, callet, feſtivus, urbanus, concinnus, elegans, acutus. *Adv.* Nimium, plane. *Phraſ. Nihil illo argutius eſſe poteſt*, er iſt ſehr ſpitzfindig. Multum argutiarum & urbanitatis habet; inſunt in eo homine argutiæ non inanes, ac frivolæ; acumen eſt ſingulare. *Uſus.* 1. Poëma eſt ita argutum, concinnum, elegans, ut nihil ſupra. Quis in ſententiis ſubtilior? quis argutior. 2. *Mobilis*, beweglich. Oculi nimis arguti, ut affecti ſimus, arguunt. Manus minus arguta digitis. V. *Facetus.*

Aridus, a, um, dürre. *Syn.* Exſiccatus. *Uſus.* 1. Folia arida. 1. *Transl. tenuis*, ſchlecht, unannehmlich. In hac arida, & horrida ruſticorum vita. Genus dicendi aridum, exile, conciſum, minutum, Redensart, ohne Saft und Kraft.

Aries, etis, m. ein Widder, *Animal*, *ſignum cœleſte*, *machina bellica. Uſus.* Pellis inaurata arietis. Ariete murum verberare, quatere, percutere.

Digitized by Google

Arietinus, a, um. das vom Widder iſt. *Uſus.* Arietinum jecur ad morbos utile.

Arieto, as, avi, atum, are. zuſtoſſen. *Syn.* Cornibus peto, impeto. *Uſus.* Niſus eſt cornibus in me arietare.

Ariolatio, nis, f. das Wahrſagen. *Epi.* Superſtitioſæ ariolationes Accii.

Ariolor, aris, atus ſum. wahrſagen. *Syn.* Divino, prædico. *Uſus.* Sunt qui quæſtus cauſa ariolentur. V. *Divino.*

Ariolus, i, m. Wahrſager. *Syn.* Divinationi deditus, divinus. *Epi.* Impudentes, aut inertes aut inſani. *Uſus.* Aruſpicum, ariolorum, augurum, vatum, conjectorum furioſæ prædictiones. V. *Vates.*

Ariſta, æ, f. die Spitze an den Aehren. *Uſus.* Spica munitur vallo ariſtarum contra avium minorum morſum.

Arithmetica, æ, f. Rechenkunſt. *Syn.* Ars numerorum. *Uſus.* Homo remotus a dialecticis, in arithmeticis ſatis verſatus.

Arma, orum, n. Waffen. *Syn.* Telum, ferrum. *Epi.* Aliena, aptiſſima, avita, civilia, domeſtica, firma, impia, juſta, nefanda, prava, pernicioſa, ſalutaria, ſcelerata, ſempiterna, ſervilia. *Uſus.* 1. *Arma parare*, Waffen bereiten, ſich zum Kriege rüſten. Arma capere, ſumere, induere; armis ſe accingere, inſtruere, munire; arma raptim capere, galeam ſumere, clypeo corpus protegere, haſtam vibrare. 2. *Ad arma vocare*, Lermen blaſen. Ad arma concitare, ciere, conclamare; arma dare imparatis. 3. *Ad arma deſcendere*, die Waffen ergreifen, zum Gewehre greifen. Ad arma venire, concurrere; arma expedire; in armis eſſe, ire ad arma; arma tentare; rem armis committere. 4. *Armis decertare*, ſtreiten. Armis contendere, diſceptare, decernere; arma movere, ferre, inferre, conferre; 5. *Ab armis diſcedere*, dem Streite ein Ende machen. Arma vel conditionibus ponere, deponere, relinquere; aut defatigatione jactare, abjicere, projicere. 6. *Defenſio*, Schild, Beſchirmung. Prudentiæ armis ſe tegere. Arma ſenectutis exercitationes virtutum. 7. *Bellum*, Krieg. Res ad arma ſpectat, es kömmt auf einen Krieg an. V. *Bellum.*

Armamenta, orum, n. Rüſtzeug. *Syn.* Omnis generis inſtrumenta, ut navis, plauſtri, belli. *Uſus.* Caute armamenta locare omnia.

Armamentarium, ii, n. Zeughaus. *Syn.* Locus, ubi armamenta armaque ſervantur; *item*: Navale. *Epi.* Publica. *Uſus.* Ex armamentariis publicis arma populo dividuntur.

Armarium, ii, n. Behältniß. *Syn.* Locus in quo veſtes, ſtragula, &c id genus alia ſervantur. *Uſus.* Aurum ex armario proferre. Armarium perfringere.

Armatura, æ, f. Rüſtung, Harniſch. *Epi.* Levis, melior, varia. *Uſus.* Levis armaturæ miles. Armatura Romana Transalpina melior.

Armatus, a, um. bewaffnet. *Syn.* Armis inſtructus, ornatus. *Phraſ.* Succinctus armis eſt, er iſt bewaffnet. Succinctus ferro eſt; cum telo eſt; in armis eſt, arma fert; telo paratus ornatusque eſt.)(*Inermis, togatus.* *Uſus.* 1. Armatos vere appellare poſſumus, qui ſcutis telisque parati, ornatique ſunt. 2. *Transl. Munitus, præditus*, verſehen. Incredibili audacia armatus.

Armentum, i, n. ein Hauſe großen Viehes. D. Grex *minorum*, *pecorum*; armentum *majorum*. *Uſus.* Bos armenta ſui generis ſequitur.

Armiger, eri, m. Waffenträger. *Uſus.* Armiger Catilinæ, ſtipator tui corporis, ſignifer ſeditionis.

Armillæ, arum, f. Armbänder. *Uſus.* Armillæ, quæ brachialia appellantur.

Armo, as, avi, atum, are, waffnen. *Syn.* Arma do, arma induo, armis induo, armis inſtruo. *Adv.* Juſtius in aliquem. *Uſus.* 1. Multitudinem hominum cogere, armare, inſtruere. 2. *Transl. Munio, orno, inſtruo, confirmo*, ſtärken, rüſten ꝛc. Perditos cives religione Deorum, temeritatem plebis auctoritate publica; ſe eloquentia armare.

Aro, as, avi, atum, are. pflügen. *Syn.* Solum aratro perſtringo; terram proſcindo, ſubigo; ſulcum imprimo; ſolum opere renovo; aratro terram verto, effringo, findo. *Uſus.* Sulcum altius imprimere, ut ager aratus, novatus, iteratus, meliores fœtus poſſit, & grandiores edere.

Ar-

Digitized by Google

Arrepo, is, repſi, ere. herzukriechen. *Adv.* Moderate, ſenſim, *Uſus.* Senſim & moderate arrepere ad amicitiam alterius.

Arrha, æ, f. *vel* Arrhabo, onis, m. Pfandſchilling. *Syn.* Pignus. *Uſus.* Ea relicta eſt arrhaboni.

Arridec, es, riſi, riſum, ere, anlachen, gefallen. *Adv.* Facete, leniter, leviter, valde, vehementius, urbane. *Uſus.* 1. Arridere alicui, anlachen. 2. *Transl. placet*, es gefällt. Quod mihi plurimum arridet, tibi valde displicet.

Arrigo, is, rexi, rectum, ere. aufrichten, erheben. *Syn.* Erigo, excito. *Uſus.* Arrigere aures, animum advertere. Animos oratione ſua arrexit, ermunterte.

Arripio, is, ripui, reptum, ere. ergreifen. *Syn.* Apprehendo, rapio, accipio, caplo, eligo, aſſumo, aggredior.)(*Relinquo. Adv.* Aliunde, avide, celeriter, ſero, ſubito. *Uſus.* 1. Arripere facultatem lædenti, maledictum ex trivio; cauſam ad incendia, & cædes arripere. Arripere ſermonem. 2. *Diſco, intelligo.* Litteras Græcas avidiſſime arripui. Pueri celeriter res innumerabiles arripiunt. 3. *Prehendo*, faſſen, vernehmen. Medium arripere aliquem. Illum collo arripuit.

Arriſio, nis, f. das Anlachen. *Uſus.* Exordiemur ab arriſione.

Arrodo, is, roſi, roſum, ere. nagen. *Syn.* Rodo, conſumo, perdo. *Uſus.* Rempublicam arrodere.

Arrogans, tis, *om. gen.* ſtolz, hochmüthig. *Syn.* Inſolens, ſuperbus, temerarius. *Adv.* Stulte. *Phraſ. Arrogas tibi plus, quam licet*, du bildeſt dir mehr ein, als du biſt. Altius, quam oporteat, te extollis. Nimium te effers, tibi places; Aſſentaris tibi ipſi, & amas. Cum de te judicas, non rationem conſulis, non veritatem. Largiris ipſe tibi plus, quam veritas concedat, *vel* plus quam veritati. Plus tibi aſſumis, quam deceat, conveniat, æquum ſit, ratio ferat, patiatur, concedat. Ita ſuperbe agis, ut ferri non poſſis, Superbia eſt prorſus non ferenda. Parem tibi meminem vis, te cunctis antefers. Omnes deſpicis, te unum ſuſpicis. Tibi ipſi magnus es, atque eximius. Amas ipſe te ſine rivali. Omnia putas in te uno collocata. Fortunam ipſam minus eſſe te fortunatam putas. Perſuaſum habes, tuis te fortunis ipſam Fortunam anteire. Elati nimium animi es. & ſuperbia tumes, turgeſcis, intumeſcis, turges, inflatus es nimia. Arrogantiam tibi ſumis nimiam; ſpiritus ſumis nimis arrogantes. Animos effers inſolentes. Spiritus tollis. Faſtu turges & inſolentia intolerabili. Superbe te circumſpicis. Te unum miraris; neminem præ te hominem putas. V. *Arrogo, ſuperbus, inſolens, faſtus.*

Arroganter, hochmüthig. *Syn.* Superbe, contumaciter. *Uſus.* Nihil aſpere, nihil arroganter, turpiter, aut ſordide quidquam ab illo dictum. Contumaciter & arroganter ſcribere.

Arrogantia, æ, f. Hochmuth. *Syn.* Superbia, inſolentia, contumacia, intolerantia.)(*Modeſtia. Epi.* Deſipiens, gravis atque intolerabilis, inanis, moleſtiſſima, odioſa, ſumma. *Uſus.* Sermo odioſæ arrogantiæ plenus. Ex arrogantia odium, ex odio arrogantia naſcitur. Alterius arrogantiam deprimere. V. *Ambitio, ſuperbia, inſolentia.*

Arrogo, as, avi, atum, are. ſich ſelbſt zumeſſen. *Syn.* Temere mihi tribuo, mihi ſumo.)(*Derogo. Phraſ. Non mihi tantum arrogo, tribuo*, ich bilde mir nicht ſo viel von mir ein; ſchreibe mir ſolches nicht zu. Non eam de me opinionem ſuſcepi. Non ſumo, aſſumo mihi tantum. Non ita mihi aſſentor. Non ita mihi placeo. Non ita me effero. Non in me tantum ſtatuo, pono, loco; non ipſe me tanti facio, æſtimo, pendo, puto, duco. Ad hunc me ſapientiæ gradum perveniſſe non puto. Eam mihi ſapientiam contigiſſe non ſentio. Fateor eo me ſapientiæ non perveniſſe; ea me ſapientia non eſſe, non uſque adeo ſapere. Non præcerpo mihi hunc laboris tui fructum; alienam hanc laudem mihi non appeto; nihil mihi ex ea laude decerpo. Alii ad ſe trahant omnia; aſſumant ſibi in hoc præcipuam prudentiam; ego nihil iſtorum mihi vindico. Non iſtam adſciſco mihi ſapientiam; non eos tollo ſpiritus; non eam

Digitized by Google

mihi sumo arrogantiam. *Usus.* Non hoc mihi sumo & arrogo. *Vulgo: non praesumo.* Multum tibi tribuo, illud mihi arrogo. V. *Vendico, sumo.*

Ars, tis, f. Kunst. *Syn.* Artificium, ratio faciendi, facultas, doctrina, scientia, disciplina. *Epi.* Amplissima, absoluta & perfecta, bona, difficilis, difficillima, divina, dux certior, quam natura, excellens, facilis, facillima, fidelis, humilis, inaudita, incompta, iners, intima, levis, loquax nimium, ludicra, magna & gloriosa, major & uberior, maxima, multa, mutua, nulla aut perennis, obscura & difficilis, opinabilis, optima, politissima, perfecta atque uber, plena delectationis, recondita, multiplex subtilisque; rhetorica, solers, sordida, summa, tanta tamque fructuosa, tanquam operosa, & perinde fructuosa, tanta tamque varia, tota. *Phras. Artes liberales discere,* die freyen Künste erlernen. Artibus erudiri, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur. Omnibus artibus liberalium studiorum excoli. Bonis, ingenuis artibus; studiis bonarum artium; omnibus doctrinis erudiri; omnium doctrinarum studiis, omnibus disciplinis imbui, institui. V. *Litterae, humanus, disco, doceo. Usus.* 1. Ars est præceptio, quæ dat certam viam, rationemque discendi Ars a natura proficiscitur. Artem efficit, parit animadversio naturæ. Non omnia ad artem & præcepta sunt revocanda. 2. *Artibus aliquem instituere,* in den Künsten unterweisen. Erudire, tingere, inficere. 3. *Homo artibus praeditus,* in den Künsten wohl erfahren. Qui disciplinas egregie coluit, percepit penitus, in arte multum versatus est. Ex omnibus ejus dictis ars extat. Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. 4. *Artem abjicere,* von einer Kunst abstehen. Se ab arte abducere, 5. *Artem exercere,* eine Kunst treiben, üben. Artem facere, [illegible]tare, exercere, [illegible]; operam dare arti.

Arteria, æ, f. [illegible] *Epi.* Aspera, crebra, multa. *Usus.* [illegible] arteria velut igneo [illegible], palpitat, facile læditur; abactis febribus acquiescit.

Arthriticus, a, um. der die Gliedergicht hat. *Syn.* Qui articulorum dolores habet

Articulate, deutlich. *Syn.* Clare, aperte. *Usus.* Illam a me articulate salutabis.

Articulatim, von Stück zu Stück. *Syn.* Reparatim, seorsim. *Usus.* Quæ fuse olim, ac libere, nunc articulatim, distincteque dicentur. Membra articulatim dividit.

Articulus, i, m. ein Glied. *Syn.* Nodus, junctura. *Epi.* Singuli. *Usus.* 1. Terentia magnos habet articulorum dolores. 2. *Momentum, occasio, opportunitas, punctum temporis,* Augenblick, Gelegenheit. In ipso articulo temporis supervenit. Omnes commoditatis articulos novit. 3. *Membra & intervalla orationis,* Absatz einer Rede. Oratio sine nervis, sine articulis fluctuans, dissoluta. Articulis membrisque distincta oratio. 4. *Articulus fidei. Vulg.* Glaubensartikel. Caput doctrinæ Christianæ, dogma Christianæ religionis præcipuum.

Artifex, icis, m. ein Künstler. *Syn.* Opifex; *item:* Sciens, peritus)(*inscius. Epi.* Callidus, egregius, politus, probus, summus, multus, scenicus. *Adv.* Plane. *Usus.* 1. Artificem non fortuito, sed quem præcepta, & comprehensa tenere videmus, appellamus. 2. *Magister, auctor,* Lehrer, Urheber. Græci dicendi artifices & doctores. Callidus comparandarum voluptatum artifex. Deus mundi artifex. V. *Opifex.*

Artificiose, künstlich. *Syn.* Scite, venuste, summo artificio; opere mirabili; politissima arte; arte exquisita, summa, singulari; opera & artificio præclaro. *Usus.* Artificiose rem digerere.

Artificiosus, a, um. kunstreich. *Syn.* Habens artem, & vim artificii)(*naturalis. Usus* 1. Natura non artificiosa modo, sed plane artifex. 2. *Artificio praeditus.* Artificiosum & divinum opus, künstlich verfertigtes [illegible]. Artificiosa divinandi genera. [illegible] artificiosa V. *Naturalis* [illegible].

Artificium, ii, n. Kunst, Kunststück. *Syn.* Artificis industria, opus, actio, [illegible]ntia, opera, ars ipsa. *Epi.* [illegible]rium, alienum, antiquum, [illegible], commodum, dissimile

mile aliorum, incertum, intimum, levius, maximum, mirum, proprium, ſingulare, ſordidum anciliareque, ſuburbanum, ſummum, tenue & leve, urbanum, elegantius, magnum, neceſſarium, varium. *Uſus.* 1. Omnia antiquo opere, & ſummo artificio facta. Non tam argenti illius, quam artificii cupidus fuerat. 2. *Aſtus. dolus*, Liſt, Betrug. Homo artificio ſimulationis eruditus. Non tantum conſilio, ſed artificio pugnare. 3. *Ratio, diſciplina, inſtitutio, affectata diligentia, ſtudium, apparatus.* Weiſe, Unterricht, Wiſſenſchaft, nach der Kunſt etwas zu richten. Orator in artificio accuſatorio callidus. Suſpicio artificii minuit dicentis auctoritatem, fidem. Non ex eloquentia artificium natum eſt, ſed contra. V. *Ars.*

Artolaganus, i, m. **Brodkuchen.** *Panis delicati genus, qualia ſunt liba, & placentæ. Uſus.* Dediſcendæ ſunt tibi ſportellæ tuæ, & artolagani.

Artus, us, m. Glied. R. *ab* ἄρθρον, *membrum. Syn.* Membrum. *Epi.* Mollis, tremulus. *Uſus.* 2. Vehementer omnes ejus artus laborant. Omnibus artubus cruciatur. 2. *Articulus, commiſſura, nodus*, Glied, Zuſammenfügung. Omnibus artubus contremiſco. Nervi atque artus ſapientiæ ſunt, non temere credere.

Arundo, inis, f. **ein Rohr.** * *Uſus.* Arundine texta; ſtramento intecta ædificia.

Aruſpex, icis, m. **Wahrſager aus dem Eingeweide.** *Syn.* Extiſpex. *Uſus.* Aruſpices, augures, arioli, conjectores, vates prædicunt, quæ extis ſignificentur.

Aruſpicina, æ, f. **Wahrſagerkunſt aus dem Eingeweide.** *Syn.* Ars aruſpicum. *Uſus.* Aruſpicinam facere, colere, exercere, ſolche Kunſt treiben.

Aruſpicinus, a, um. zur Wahrſagerkunſt gehörig. *Uſus.* Libri rituales & aruſpicini.

Arvum, i, n. **Feld.** *Uſus.* Ager, campus. *Epi.* Frugiferum & ſertile. *Uſus.* Frugifera Aſiæ arva.

Arx, cis, f. Schloß, Burg. *Syn.* Caſtellum. *Epi.* Alta, communis, tota. *Uſus.* 1. Amiſſo oppido arx munita retenta eſt. 2. *Perfugium, præſidium*, Zuflucht, Aufenthalt. Roma arx omnium gentium. Feciſti ex illo templo arcem improbitatis, caſtellum forenſis latrocinii.

As, aſſis, m. *Nummus minimus*, kleine römiſche Münze, von zwey oder 3. Pfenning. *Uſus.* 1. Negat, ſe vel aſſem daturum. 2. *Totum, cujus diviſio eſt in duodecim aſſis partes.* Ex aſſe hæres, Erbe der ganzen Verlaſſenſchaft.

Aſcendo, is, di, ſum, ere. **aufſteigen.** *Syn.* Scando.)(*deſcendo. Adv.* Alte, gradatim, omnino non, ſenſim in partem. *Phraſ.* 1. *Aſcendit in montem*, er iſt auf den Berg geſtiegen. Gradum fecit ad montis faſtigium; in montem, in jugum montis aſcenſu arduo ac difficili evaſit. Eniſus eſt, & loci iniquitatem exſuperavit; montis jugum petiit; per ardua niſus, horrentibus ſcopulis gradum intulit; in ſummum clivi jugum leni gradu ductus eſt; in ardua evaſit; montis faſtigium curſu ſubiit. 2. *Aſcendere in claſſem altiorem*, in eine höhere Schule aufſteigen. Ingredi majorum ſtudiorum rationem; gradum ſtudiorum altiorem conſcendere; gradum facere ad ſuperiorem ſtudiorum claſſem; in ſcholam ſuperiorem adſciſci; abſolvi ab inferiore ſtudiorum claſſe; donari altiore. 3. *Non aſcendere ad claſſem altiorem*, in die höhere Schule nicht aufſteigen. Prohiberi aditu ſcholæ ſuperioris; depelli de ſpe claſſis altioris; rejici, excludi, repulſam ferre, præteriri, cum de evehendis in claſſem ſuperiorem litterarum alumnis ſententiæ feruntur. *Uſus.* Quibus veluti gradibus in cœlum me aſcendiſſe credebam. Aſcendere in oppidum. Aſcendere, & in altiorem locum virtute pervenire.

Aſcenſio, nis, f, **das Aufſteigen.** *Syn.* Aſcenſus. *Uſus.* Quæ fuerit aſcenſio, dicam.

Aſcenſio Domini, Himmelfahrt Chriſti. Chriſti reparatoris in cœlum aſcenſus. Triumphalis Chriſti in cœlum reditus. Dies aſcendenti in cœlum liberatori hominum Chriſto ſacra. Dies memoria triumphalis Chriſti in cœlum reditus celeberrima.

Aſcenſus, us, m. **das Aufſteigen.** *Uſus,*

Digitized by Google

Oppidum est arduo ascensu & difficili. Ad honoris amplioris gradum hic primus ascensus esto.

Ascia, æ, f. Axt, Beil. *Syn.* Dolabra. *Usus.* Ascia polire lignum.

Asciſco, is, ſcivi, ſcitum, ere. herzurufen, zueignen. *Syn.* Appeto, approbo.)(*repudio. Adv.* Undique. *Usus.* 1. Natura ipſa voluptatem aſciſcit, dolorem reprobat. Hæc ſenatus populusque aſcivit, gutheißen. 2. *Adſcribo, adjungo, annumero*, dazunehmen, zugeſellen. Plurimos ad ejus ſceleris fœdus, ſocietatem aſcivit. Boni bonos ſibi aſciſcunt, & diligunt. In civitatem aſciſcere quempiam. 3. *Retineo, comparo, ſeligo*, behalten, bekommen, erwählen. Conſuetudinem aliquam, leges certas ſibi aſciſcere. Laudem ſibi aſciſcere. Me patronum aſcivit. Ineſt in eo aſcitus quidem, ac minime nativus lepor. Non eam mihi ſapientiam aſciſco. V. *Adjungo.*

Aſcribo, is, pſi, ptum, ere. zuſchreiben. *Syn.* Adjungo, aſciſco, aſſigno. *Adv.* Vulgo. *Usus.* 1. Ad judicium tuum ſententiam aſcribo meam, ich halte es mit dir. Tu me tuis laudibus ſocium aſcribis. Quæſo in numerum tuorum, in tuam amicitiam me aſcribe. 2. *Aſſigno, tribuo*, zueignen, zumeſſen. Bonos exitus Diis adſcribimus; *Vulg. imputamus.* 3 *Immatriculo*, coopto, *vulgo*; aufnehmen, einſchreiben. Homo Tarſenſibus aſcriptus. Smirnæ, Epheſo aſcriptus. 4. *Literis aliquid inferre*, dazuſchreiben. Cajus ſalutem tibi adſcribit, Cajus läßt dir ſeinen Gruß vermelden.

Aſcriptio, nis, f. Beyſchrift. *Usus.* Declarat iſta aſcriptio.

Aſinus, i. m. ein Eſel. *Epi.* Onuſtus auro. *Usus.* 1. Longum eſt, perſequi multorum utilitates, & aſinorum. 1. *Transl. ad hominem ſegnem*, fauler Menſch. Quid nunc te, aſine, litteras doceam? non opus eſt verbis, ſed fuſtibus.

Aſotus, i, m. Schlemmer. *Syn.* Prodigus, in luxum effuſus. *Epi.* Acerbus, mundus & elegans, non religioſus. *Usus.* Aſoti mundi, & elegantes optimis cocis, piſtoribus aucupio, piſcatu, venatione.

Aſpectabilis, e. *gen. comm.* beſchauenswerth, ſichtbahr. *Syn.* Quod ſub aſpectum cadit. *Usus.* Corporeum & aſpectabile, itemque tractabile eſt omne, quod natum eſt

Aſpecto, as, avi, atum, are. ſtäts anſchauen. *Syn.* Intueor, aſpicio. *Usus.* Quid me aſpectas.

Aſpectus, us, m. das Anſchauen, Angeſicht. *Syn.* Acies. *Epi.* Acris, defixus. *Usus.* 1. Roma ad aſpectum venuſta. E primo tui aſpectu voluptatem maximam cepi; curæ omnes conſedere. 2. *Præſentia, conſpectus*, Gegenwart, vor Augen. Adducere copias in aſpectum hoſtium. Aſpectum, præſentiam hominum vitare. Plura ſub uno aſpectu ponere. 3. *Acies oculorum*, Augenlicht. Solem intuens aſpectum amiſit. Iſta ſub aſpectum cadunt, veniunt. Orator in contentione utatur aſpectu acri.

Aſpello, is, puli, pulſum, ere. wegtreiben. *Syn.* Pello, depello. *Usus.* Longe a patria aſpellor. V. *Pello.*

Aſper, a, um. rauh, hart. R. ab ἀσπαρτος, *incultus, non ſeminatus. Syn.* Scaber, durus, habens aliquid aſperitatis.)(*Lenis, levis. Usus.* 1. Loca aſpera, & inſalubria. 2. *Transl.* Homo moribus aſper & durus, ein rauher und grober Menſch. Aſpera, triſtis, horrida oratio. V. *Agreſtis, durus.*

Aſpere, rauh, hart. *Syn.* Dure, ſevere, rigide, acerbe.)(*Leniter. Usus.* Aſpere & vehementer loqui, accuſare. Aſpere, ferociter, libere dicta. Aſperrime eum tractavit.

Aſpergo, is, ſperſi, ſperſum, ere. beſprengen. *Syn.* Reſpergo. *Adv.* Leniter, temere. *Usus.* 1. Sale carnem, aras ſanguine aſpergere. Aſperſa temere pigmenta in tabula. 2. *Transl. Maculo*, bemackeln. Dignitati alicujus maculam, labemque aſpergere. Hujus facti non modo infamia, ſed ne ſuſpicione unquam ſui aſperſus. 5. *Miſceo, adjungo, tribuo*, einen Zuſatz geben. Comitati gravitatem aſpergere, ſales orationi. Aliquid in litteris aſpergere. Hæreditatis particulam homini aſpergere. V. *Conſpergo*

Aſperitas, tis, f. Rauhe. *Syn.* Salebra. *Epi.* Judicialis, ruſtica. *Usus.* 1. Viarum, ſaxorum aſperitates, rauhe Wege. 2. *Transl.* In his rerum aſperitatibus, temporum anguſtiis, morem tibi tamen gero, bey

Digitized by Google

bey dieſen ſchweren Zeiten ꝛc. agreſtem, inconcinnam, nativam aſperitatem humanitate adſcita condire. V. *Durus*, *inhumanus*.

Aſpernatio, nis, f. **Verachtung**. *Syn.* Contemptio, contemptus. *Uſus.* Perturbationes animi ex aſpernatione rationis eveniunt. V. *Contemptus*.

Aſpernor, aris, atus ſum. **verachten, verwerfen**. *Syn.* Reſpuo, repudio, recuſo, rejicio, fugio, abhorreo. X *Appeto*, *amo*, *conſector*. *Adv.* **Admodum**, aperte. *Uſus*, Hæ eorum querimoniæ aſpernandæ non ſunt. Nemo eſt, qui te oculis fugiat, auribus reſpuat, recordatione ipſa perhorreſcat, ac animo aſpernetur. V. *Abhorreo*, *Spernо*, *contemno*.

Aſperſio, nis, f. **Beſprengung**. *Syn.* Reſperſio. *Epi.* Fortuita, ſumptuoſa. *Uſus.* Fortuita aſperſione commaculatus.

Aſpicio, is, ſpexi, ſpectum, ere. **anſehen**. *Syn.* Conſpicio, intueor, contueor, aſpecto, contemplor. *Adv.* Decore, furtim inter ſe, ſtrictim. *Phraſ. hominem diu aſpexi*, **ich habe dieſen Menſchen lang angeſchauet**. Conjeci in hominem oculos; obtutumque in illo defixi. Oculos de homine nunquam dejeci; in ejus vultu diu habitarunt oculi mei. Os, oculosque in hominem converti. Hominem oculis probe colluſtravi. Aſpectu ejus oculos diu pavi meos. Oculos adverti penitus. Oculos ad hominem adjeci illico; intenta immotaque acie contemplatus ſum. Oculos a vultu hominis nunquam movi. Intendi in hominem oculos; obtutum fixi. Diu in ejus vultu mo[illegible] ſum. *Aſpicio loci ſitum*, **ich beſchaue die Gegend des Ortes**. Per[illegible]ultro oculis; oculis metior regio[illegible]. Oculos collium ne[illegible]morumque ſpectaculo. quæ locum coronant, impleo. Regionem loci omnem oculis obeo, uſurpo. Ludentis eo loco tot naturæ ſpectacula oculis capeſſo. Oram omnem feliciſſimi littoris oculis mando, [illegible]ntur. 3. *Corpus tot [illegible] ab omnibus aſpicitur*, **der verwundete Leichnam wird von allen angeſchauet**. Ante omnium oculos verſatur; in omnium oculos incurrit; ſpectaculo eſt omnibus; omnium in ſe oculos avertit. Omnium oculi in tam fœdum ſpectaculum ſunt converſi, 4. *Torvo hominem oculo aſpicere*, **einen finſter anſehen**. Terribili vultu, limis oculis intueri; torvo lumine, acriterque intuente hominem obire. 3. *Nolo aſpicere tam fœdum ſpectaculum*, **ich kann dieſe Sache nicht anſehen**. Contagionem aſpectus fugio; ne oculis quidem contingere ſuſtineo tam fœdum ſpectaculum. Refugit oculus tam atrocis mali ſpeciem; aſpectum flagitii averſor. A conſpectu tam indigni facinoris me averto; oculos removeo. *Uſus.* Orationis vim & incitationem aſpexi. V. *Video*.

Aſpiratio, nis, f. **das Anhauchen**. *Syn.* Exhalatio. *Uſus.* 1. Fiunt hæ ex cœli varietate, & diſparili terrarum aſpiratione. 2. *Spiritus*. Romani aſpiratione in ſolis vocalibus utebantur. 3. *Spiratio*, **Luft, Athem**. Eſt ejus cœli aſpiratio gravis, ac peſtilens. Aëris aſpiratione animantes ſuſtinentur.

Aſpiro, as, avi, atum, are. **anwehen, nach etwas trachten**. *Uſus.* 1. *Spiro*. **wehen**. Aſpirant auræ in noctem. 2. *Tendo*, *conniter*, **trachten**. Nemo ad alienam cauſam niſi vocatus, aſpirare debet. Nemo ad laudem bellicam Scipionis adhuc aſpiravit. In curiam aſpirare. Aſpirare ad fortunam meliorem; animum ad ſpem liberalioris fortunæ adjicere, adjungere. 3. *Faveo*, **günſtig ſeyn**. Labori fortuna aſpiravit. In rebus difficillimis aſpirare alicui. 4. *Accedo*, **hinzukommen**. Impedivi omnes aditus, ne hoſtes ad nos, ad urbem aſpirent. Aſpirare in curiam. V. *Deſidero*, *ambio*.

Aſpis, idis, f. **eine Schlange**. *Uſus.* Aſpide ad corpus admota ſe ſuſtulit.

Aſportatio, nis, f. **das Wegtragen**. *Epi.* Perdifficilis. *Uſus.* Earum ſtatuarum demolitio, & aſportatio difficilis videbatur.

Aſporto, as, avi, atum, are. **wegtragen**. *Syn.* Auſero. *Uſus.* Multa de ſuis rebus aſportarunt. V. *Tollo*. *removeo*.

Aſpretum, i, n. **ſchroffiger Ort**. *Syn.* Locus aſper & abruptus. *Uſus.*

Digitized by Google

Tabernacula ſtatuere in aſpretis, & inæquabili ſolo.

Aſſecla, æ, m. Anhänger, Nachfolger. *Syn.* Aſſectator. *Uſus.* Aſſentatores omnium menſarum aſſeclæ. Legatorum, Prætorum aſſeclæ.

Aſſectatio, nis, f. Beſtrebung, Schmeicheley. *Uſus.* Tenues homines divitum aſſectatione ſe ſuſtinent.

Aſſectator, ris, m. Anhänger, Nachfolger. *Syn.* Aſſecla. *Epi.* Vetus. *Uſus.* Aſſidua cum aſſectatorum & amicorum copia obſidet.

Aſſector, aris, atus ſum. emſig nachfolgen. *Syn.* Sector. D. comitari in *itinere*: aſſectari *vere per urbem*. *Uſus* Aliquem aſſectari in petendo magiſtratu. V. *Comitor*, *ſector*.

Aſſenſio, nis, f, Bewilligung. *Syn.* Aſſenſus, approbatio, applauſus, plauſus.)(*Diſſenſio*. *Epi.* Falſa, firma, conſtans, imbecilla, populares, voluntaria, crebra, vera, nec tacita, nec occulta. *Uſus.* 1. Ea oratio omnium admiratione, approbatione populari, omnium aſſenſione audita eſt, dieſe Rede haben alle mit Verwunderung, und Beyfall angehöret. 2. *Senſatio*, *vulg.* Aſſenſio fieri non poteſt, nulla re foris excitata. V. *Conſenſio*, *concordia*.

Aſſenſor, oris, m. der etwas bewilliget. *Uſus.* Tu ex omnibus ſolus aſſenſor non fuiſti.

Aſſenſus, us, m. Bewilligung, Beypflichtung. *Syn.* Aſſenſio, approbatio. *Uſus.* Ab aſſenſu ſe ſuſtinere. Aſſenſum retinere, cohibere, nicht beyfallen. Aſſenſu aliquid ſuo comprobare, gutheißen.

Aſſentatio, nis, f. Schmeicheley. *Syn.* Adulatio, blanditiæ. *Epi.* Adjutrix vitiorum, callida, faceta, moleſta, nimia, non digna homine aliquo, pernicioſa, turpis. *Uſus.* Aſſentationibus & blanditiis ſe in Cæſaris conſuetudinem immerſit, durch Heucheln hat er des Cäſar Gnade gewonnen. Aſſentatione ejus benevolentiam collegit; gratiam aucupatus eſt. Homo ad aſſentationem eruditus. Amovenda eſt vitiorum adjutrix aſſentatio.

Aſſentatiuncula, æ, f. das Liebkoſen. *Uſus.* Aſſentatiuncula quadam aucupari gratiam.

Aſſentator, ris, m. Schmeichler. *Syn.* Adulator, homo ad aſſentationem eruditus, ad voluntatem dicens. *Epi.* Græculus, pernicioſus. *Uſus.* Cave, ne aſſentatoribus aurem pateſacias, du mußt den Schmeichlern kein Gehör geben. Aſſentator græculus ad alterius non modo ſenſum & voluntatem, ſed vultum etiam, atque nutum convertitur. Aſſentatores divitum levitatem voluptate quaſi titillantes. V. *Adulator*.

Aſſentatorie, ſchmeichleriſch. *Uſus.* Fraterne te, non aſſentatorie admoneo.

Aſſentio, is, ſenſi, ſenſum, ire. beyfallen. *Syn.* Aſſentior, cum aliquo ſentio, approbo, concedo.)(*Nego*, *diſſentio*. *Uſus* Cave, ne multitudini temere aſſentias.

Aſſentior, iris, ſenſus ſum, beyfallen, übereinſtimmen. *Syn.* Aſſentio, cum aliquo ſentio, probo, in ſententiam alicujus eo, discedo, discеſſionem facio.)(*Diſſentio*. *Adv.* Aperte, arroganter, certe, facile, falſo, frequenter, imbecillius, libenter, omnino, paullum, plane, prorſus, recte, temere, valde, vehementer. *Phraſ.* 1. *Senatus univerſus mihi aſſenſus eſt*, der ganze Rath iſt mir beygefallen. Senatum aſſenſorem habui univerſum. Senatus aſſenſu ſuo ſententiam meam approbavit; adſtipulatus mihi eſt; in meam ſententiam diſceſſionem fecit. Univerſi ordinis ſenatorii aſſenſionibus nec tacitis, nec occultis ſententiam peregi. Favit ſententiæ meæ; probavit, toto capite annuit ſenatus, quæ dixi. Subſcripſit orationi meæ, ſumma voluntate acquievit; ſummo animo aſſenſus eſt ſenatus. Accepta eſt ſententia mea ſumma approbatione ſenatus. Senatus excepit aſſenſu vocem meam; mihi acceſſit; in ſententiam meam ivit. In ſententiam meam ſenatorii ordinis omnes curſu vadere cœperunt. Sedere cœpit ſenatui mea opinio. Ad meum judicium certatim cæteri ſententiam ſuam adſcripſere; ſententiæ meæ ſe adſcripſere, calculum ſuum adjecere. 2. *Aſſentior illis*, *qui cum republica ſentiunt*, ich falle dieſen bey, die es mit der Republik halten. Eorum ſententiæ ſum; cum iis facio; iis accedo, qui &c. Meus cum iis ſenſus congruit; nihil ab iis mea diſſentit, discrepat opi-

Digitized by Google

opinio; eorum sequor sententiam; meum judicium cum iis conjungo: meum ad illorum sententiam aggrego; ab illorum judicio non abhorret sententia mea, qui &c. Congruit cum illorum opinione sententia meo; dissensio inter me, & eos nulla est; controversiæ nihil est; controversia mihi cum iis nulla intercedit; convenit inter me & eos; idem mihi atque iis placet, arridet; idem est meus, ac eorum sensus; qui cum republica faciunt. V. *Consentio*, *sentio idem*. *Usus*. De ea re tibi assentior. Omnia tibi assentiar.

Assentor, aris, atus sum. **schmeicheln**. *Syn*. Adulor, blandior. *Phras*. *Non deerunt, qui tibi assententur*, **es werden allezeit einige seyn, die dir schmeicheln**. Qui assentationibus, & blanditiis in tuam se consuetudinem insinuent; gratiam aucupentur; qui multa dent auribus; auribus serviant; omnia ad voluntatem dicant; qui laudes auribus largiantur, non veritati; qui id auribus ingestis spectent, ac sequantur, ut amorem sibi tuum eo artificio adjungant; qui spem tuam ac animum solita vanitate inflent; in omnem adulationem se componant, auresque tuas blanditiis imbuant. *Usus*. Ne credas, me tibi assentari. Imperavi mihi, tibi assentari omnia. V. *Adulor*.

Assequor, eris, secutus sum, sequi. **erreichen, erlangen**. *Syn*. Consequor, nanciscor.)(*Amitto*. *Adv*. Amplius quid, celeriter, facile, gradatim; optime, prudentius, subtilius. *Usus*. 1. Summos honorum gradus, laudem, immortalitatem virtute assecutus est. Maturitatem assequi. 2. *Æquo*, **erreichen**. Nemo illius prudentiam, eloquentiam, nemo ejus in rempublicam merita assequetur, **es wird ihme niemand an Vernunft, Wohlredenheit u. gleich thun**. 3. *Intelligo*, *conjicio*, **errathen, verstehen**. Eam rem dudum conjectura & suspicione assequebar. Scriptum tuum obscurum, & cogitationem nemo assequitur. V. *Obtineo*.

Asser, ris, m. **ein Bret**. *Syn*. Tabula. *Usus*. *Asseres* ferreo uncо præfigere. *Querni asseres*.

Assero, is, ui, ertum, ere. **behaupten**. *Syn*. Affirmo, vendico. *Usus*. Aliquem in servitutem asserere. In causa liberali aliquem manu asserere, *e servitute eximere*, **von der Dienstbarkeit losmachen**. Procurationem aliquam, nomen sapientis sibi asserere. V. *Assevero*, *affirmo*.

Assertio, nis, f. **Bestätigung**. *Usus*. Dicunt Academici, nihil oportere neque profiteri, neque affirmare quemquam, neque assertione approbare.

Assertor, oris, m. **Vertheidiger, Erretter**. *Syn*. Vindex alienæ libertatis. *Usus*. Assectorem puellæ vocat Claudium.

Asservio, is, ivi, itum, ire. **dienen**. *Syn*. Servio. *Usus*. Qui volunt exclamare, tote corpore contentioni vocis asserviunt.

Asservo, as, avi, atum, are. **behalten**. *Syn*. Servo. *Adv*. Diligenter. *Phras*. Fruges asservo diligenter, **ich behalte das Getreid fleißig auf**. Sepositas & reconditas habeo; intensissima custodia servo, conservo; hiemi repono, condo. *Usus*. Asservari interim hominem jussit. Scriptum tuum sub signo habeo, & fideli custodia asservo, **ich behalte deine Schrift versiegelt, und in getreuer Verwahrung auf**.

Assessio, nis, f. **Beysitz**. *Usus*. Obliumne me putas, quæ tua fuerit assessio, oratio, confirmatio.

Assessor, oris, m. **Beysitzer**. *Syn*. Qui juris dicendi causa principi assidet. *Usus* Lacedæmonii regibus suis augurem assessorem dedere.

Asseveranter, **festiglich, gewißlich**. *Syn*. Affirmate. *Usus*. Asseveranter cum eo locutus sum. V. *Certe*.

Asseveratio, nis, f. **Versicherung**. *Usus*. Omni asseveratione tibi affirmo.

Assevero, as, avi, atum, are. **bekräftigen, betheuern**. *Syn*. Affirmo. *Adv*. Firmissime, pulchre. *Usus*. Ego nec asseverare nec contendere ausim. Id sese facturum firmissime asseveravit. V. *Affirmo*.

Assideo, es, sedi, sessum, ere. **dabeysitzen**. *Syn*. Prope sedeo. *Usus*. Simul ac assedisti, senatus omnis surrexit. Amicis in hortulo assidere.

Assido, is, sedi, sessum, ere. **hinzusitzen**. *Syn*. Confido, confideo, sedeo.

Digitized by Google

deo. *Usus.* Simul assidamus, si videtur.

Assidue, immerfort. *Syn.* Continenter, totos dies, quotidie, omni tempore, dies & noctes, diem & noctem, nullo temporis puncto intermisso. *Phras.* 1. *Assidue litteris vacas*, du ſtudireſt ohne Unterlaß. Assiduitate & consuetudine quotidiana litteris das operam. Hora tibi a lectione nulla abit vacua. Libros de manibus nunquam deponis. Nullam tibi indulges intercapedinem laboris. Nec noctu, nec interdiu a litteris conquiescis. Perseverantissimo studio ad libros hæres. In litteris volutaris. A litterarum tractatione nunquam animum remittis, abducis; a labore studiorum ne punctum quidem temporis respiras. Operam in litterarum studia fine intermissione confers. 2. *Assiduo causas agit*, er hat immerfort Gerichtshändel. Assiduus usque forum premit; per omnes dies forum calescit; temporis omne otium forensis illi causæ eripiunt. V. *Semper. Usus.* Assiduissime mecum fuit.

Assiduitas, tis, f. Emſigkeit. *Syn.* Perseverantia, opera quotidiana, & summa diligentia. *Epi.* Nimia, pergrata, præclara, quotidiana. *Usus.* 1. Talis erat ejus in rempublicam assiduitas, labor, dimicatio. Quotidiana amicorum assiduitas & frequentia. 2. *Frequentia*, öfftere Wiederholung. Assiduitate potius litterarum, quam excusatione officium explere stude. Assiduitate bellorum, malorum, sensum omnem humanitatis amisimus. V. *Assidue, diligentia.*

Assiduus, a, um, emſig. *Syn.* Continuus, frequens, diligens. *Usus.* Assiduus mecum ruri est. Assidua & diligens scriptura. Ad incudem assidui. Febricula assidua.

Assignatio, nis, f. Anweiſung. *Syn.* Attributio. *Epi.* Firma, nova, rata. *Usus* Cæsar venditiones & assignationes Sullanas ratas habuit. Assignatio agrorum.

Assigno, as, avi, atum, are. anweiſen. *Syn.* Attribuo, tribuo, adscribo. *Adv.* Æqualiter, publice, quoquo versus. *Usus.* Duo jugera colono assignavit. Meis occupationibus assignato, si rarius scribo. Id non tam prudentiæ, quam perfidiæ assignandum est. V. *Adscribo.*

Assilio, is, ivi, & ui, ultum, ire. hinzuſpringen. *Syn.* Aggredior, invado. *Phras.* *Assilire in urbis mœnia*, Sturm laufen. Invadere urbem; impetum, impressionem facere in mœnia; irrumpere in mœnia; in mœnia cursu subire; crebris assultibus aditum urgere; extremam oppugnationem inferre; copias omnes ad expugnandam urbem admovere. *Usus.* Non assiliendum statim est ad argutum illud genus. V. *Impeto, invado, aggredior.*

Assimilis, e, *gen. com.* gleich. *Syn.* Similis. *Usus.* Assimilis spongiæ mollitudo in pulmonibus.

Assimilo, as, avi, atum, are. vergleichen. *Syn.* Confero, comparo, compono. *Usus.* Colores assimilare.

Assimilatio, nis, f. Aehnlichkeit.

Assimulo, as, avi, atum, are. vorſtellen. *Syn.* Simulo. *Usus.* Non me capies assimulata illa specie virtutis. Assimulata amicitia. V. *Simulo.*

Assimulatio, nis, f. Verſtellung.

Assis, is, m. ein Heller. V. *As.*

Assisto, is, stiti, stitum, ere. bey einem ſtehen. *Syn.* Adsto, assideo. *Phras.* *Assistere moribundo*, einem in Todesnöthen beyſtehen. Confirmare aliquem supremo vitæ tempore, quo de salute anima disceptat; succurrere in extremo certamine; firmare in supremis; comparare ad supremum certamen; adjuvare morientem illa hora, quæ de omnibus annis fert sententiam; morienti adesse; animam agenti præsto esse; ad ultimum usque anhelitum assidere; quæ supremo vitæ tempori tribui solent, pietatis & caritatis officia præstare. *Usus.* Accede nate, assiste, aspice. Cocles contra omnes hostium copias unus in ponte astitit. Ad fores assistite. V. *Juvo, opitulor, adjumentum.*

Assoleo, es, assolitus, ere. pflegen. *Syn.* Soleo. *Usus.* Ille, quod assolet, me convenit.

Assuefacio, is, feci, factum, ere. gewöhnen. *Syn.* Usu doceo. *Usus.* In rebus, quibus me & natura, & voluntas, & consuetudo assuefecerat &c. Se labore quotidiano, se armis

Digitized by Google

armis assuescere. Legibus parere & Romanorum Imperio cæteras gentes assuefecit. *Jungitur cum ablativo.*

Assuesco, is, suevi, suetum, ere. sich gewöhnen. *Syn.* Consuetudinem, exercitationemque capio. ✕ *Desuesco. Phras.* 1. *Nondum laboribus assuevisti*, du bist der Arbeit noch nicht gewohnt. Nondum laboribus assuetus, assuefactus es. Labores ferre nondum consuevisti; labores nondum satis expertus es, senfisti, tulisti. Nondum in laboribus es plene versatus, exercitatus. Rudis, insolens es in laboribus. Nondum manus tuæ opere callueré; labor nondum callum induxit. In laborandi te consuetudinem nondum adduxisti. 2. *Jam assuevi malis*, ich habe das Unglück schon gewohnt. Diuturna desperatione obduruit animus ad novum dolorem. Obdurui jam ad ista. Jam usu obduruit, & percalluit patientia. Diuturna malorum consuetudine jam callum obduxit stomachus meus. Assuetudine malorum efferatus jam est animus. Innutritus, insuetus sum a puero his malis. Duratus jam est animus malis & laboribus. Consueta habeo pericula jam omnia. 3. *Assuevi jam bis negotiis*, ich habe diese Geschäffte schon gewohnt. In istarum rerum studio dudum versatus sum, consenui; familiaria mihi jam sunt negotia ista; jam in morem induxi earum rerum procurationem; jam in consuetudinem veni eorum negotiorum. *Usus.* Assiduitate quotidiana assuescunt animi. Homo mendaciis assuetus. V. *Consuetudo.*

Assuetudo, inis, f. Gewohnheit. *Syn.* Consuetudo. *Usus.* Assuetudine mali efferaverant animos. V. *Assuesco.*

Assula, æ, f. Span. Schindel. *Syn.* Asserculus. *Usus.* Assulæ securibus excussæ.

Assulatim, stückweise. * *Syn.* Minutatim, in assulas. *Usus.* Pulsando assulatim soribus exitium affero.

Assultus, us, m. Anlauf. * *Syn.* Impetus, impressio assiliendo facta. *Usus.* Variis assultibus aditum urgere.

Assumo, is, sumpsi, sumptum, ere. zu sich nehmen. *Syn.* Accipio, sumo; *item*: coopto, recipio, adsciscо. *Adv.* Aliunde, extrinsecus, foris. *Usus.* 1. Ad studia noctis aliquantum assumo, ich verwende auch einen Theil der Nacht zum Studiren. Quod alteri detrahis, tibi assumis. In senatum, in consilium, societatem assumi, recipi, adsciscі, cooptari. 2. *Tribuo*, *arrogo*, zueignen. Nihil mihi assumo, quod quenquam possit offendere. 3. *Argumentor*, *concludo.* Assumis, quod probare non potes, du gründest dich auf etwas, das du nicht beweisen kannst.

Assumptio, nis, f. Aufnehmung. *Ratio argumentandi. Epi.* Extrema, infirma, perspicua. *Usus.* Assumptio est, per quam id, quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur.

Assumptio B. M. Virginis, Mariä Himmelfahrt. Assumptæ in cœlum virgineæ Matris festus dies; Augustissimæ DEI Parentis in cœlum commigratio; assumptæ in cœlum magnæ Matris annua memoria; lux festa, triumphalis dies toto orbe festus, ac celeberrimus evectæ in cœleste domicilium cœli Reginæ; sacer, sacratus memoria assumptæ in cœlum DEI genitricis dies.

Assumptivus, a, um, annehmend. *Usus.* Juridicialis partes duæ sunt; altera absoluta, altera assumptiva.

Assuo, is, ui, utum, ere. annähen. *Syn.* Suendo annecto. *Usus.* Purpureum pannum assuere.

Assurgo, is, surrexi, surrectum, ere. aufstehen. *Syn.* Honoris causa surgo. *Usus.* 1. Nemo tibi assurrexit, discessit, nemo salutavit, es ist dir niemand Ehren halber aufgestanden, oder gewichen; es hat dich niemand gegrüßt. 2. *Altius fio*, höher werden. Ædificium assurgit. V. *Surgo.*

Assus, a, um. gebraten. *Syn.* Torridus, aridus. *Usus.* Pro illo asso sole nitidum, unctumque repetemus.

Ast, aber. *Usus.* Crebro scribis, ast ego sæpius.

Astituo, is, ui, utum, ere. hinzustellen. *Syn.* Juxta colloco, admoveo. *Usus.* Ollas ad ignem astituere.

Asto, as, stiti, stitum, are, dabey stehen. *Usus.* In meo conspectu intrepidus astat. V. *Assisto.*

Astri-

Digitized by Google

Aſtricte, enge zuſammen. *Uſus.* Oratio non aſtricte, ſed remiſſius numeroſa.

Aſtrictus, a, um, verbunden, verpflichtet. *Uſus.* Non hæc tam arcta ſunt & aſtricta, ut laxari nequeant. Nulla neceſſitate adſtrictus. Verborum adſtricta comprehenſio.

Aſtringo, is, ſtrinxi, ſtrictum, ere. verbinden. *Syn.* Alligo, obligo.) *Relaxo. Adv.* Arctius, breviter. *Uſus.* Aliquem ſibi vel metu, vel ſpe, vel præmiis, vel armis, vel legibus, vinculis ſempiternis adſtringere. Magno ſe ſcelere, voluptatibus, libidinibus aſtringere. Aſtringere ſuam fidem alicui; orationem numeris, mercede ſe aſtringere. *Jungitur cum Ablativ.* V. *Obligo, adjungo.*

Aſtrologia, æ, f. Sternbeutkunſt. *Syn.* Aſtrorum ſcientia, aſtrorum cognitio, ſtudium ſiderum; ſtudium dimetiendi cœli. *Uſus.* Cave, Aſtrologiam divinantem contingas.

Aſtrologus, i, m. Sternbeuter. *Syn.* Interpres aſtrorum. *Syn.* Novus, ſummus. *Phraſ.* Qui ſiderum curſus, & motus numeris perſequitur, ſtudio ſiderum ducitur; unicus cœli, ſiderumque ſpectator; qui ſiderum motus ſcite ſpectat; cœleſtium notitia gloriatur; cœli ac ſiderum peritus; ſtudioſus rerum cœleſtium; qui ſiderum motus, ac ſtatus temporum vices oſtendit; qui aſtrorum cognitione excellit, qui in ſtudio dimetiendi cœli verſatur. *Uſus.* Aſtrologorum vaniſſimæ prædictiones.

Aſtrum, i, n. Geſtirn. *Syn.* Sidus, ſtella. *Epi.* Clarum, conglebatum, cruentum, errans, rotundum. *Uſus.* Aſtra ſuſpicere, In aëre volvuntur aſtra, & ſe ſuo nixu conglobata continent.

Aſtus, us, m. Liſt. *Syn.* Aſtutia. *Uſus.* Non placuere majoribus noſtris aſtus. V. *Aſtutus.*

Aſtute, liſtiger Weiſe. *Syn.* Callide. *Uſus.* Nihil temere dicas, nihil callide retineas. V. *Callide.*

Aſtutia, æ, f. Liſt, Betrug. *Epi.* Confidens. *Uſus.* Ejus vel confidenti aſtutiæ, vel callidæ audaciæ reſiſtes. V. *Dolus, fraus, malitia.*

Aſtutus, a, um, liſtig. *Syn.* Callidus, vaſer, veterator, veteratorius, malitioſus.)(*Apertus, ſimplex. Adv.* Maxime. *Phraſ.* 1. Eſt homo ingenii occulti, multiplicis & tortuoſi, er iſt ein liſtiger Menſch. Ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus videtur. Peritiſſime & callidiſſime ſe obtegit. Homo eſt, qui cornicum oculos configat, qui plura aſtu, quam virtute perficiat. Colubrino eſt ingenio; expromtæ memoriæ & aſtutiæ homo; veterator ſolertiſſimus. Verſutior, quam rota figularis. *Comice* Calliditate valet, dolos venditandi gnarus eſt; ingenium gerit callidum. Vir calliditatis eſt acerrimæ; emunctæ naris, *vel* purgatæ. Homo eſt, qui ſemper ſtropham inveniat. Vafritie, aſtutia, calliditate vincit, anteit reliquos. Aſtutia nemo illi conferendus, æquandus, componendus, comparandus; ad eam aſtutiam, qua iſte utitur, aſpirare nemo poteſt. 2. *Aſtutiæ mihi displicent*, ich kann die liſtigen Leute nicht vertragen. Non amo aſtus, artes ſimulandi, fraudem artificio teſtam; mores ab aperta quadam ſimplicitate alienos. Fucum ac fallacias odi; vafritiem, nimiam calliditatem, aſtuta, vafra ingenia naturali odio proſequor. V. *Fraus. malitioſus, decipio. Uſus.* Homo verſutus, obſcurus, aſtutus, fallax, malitioſus, callidus, veterator, vaſer.

Aſylum, i, n. Freyſtatt, Zufluchtsort. *Syn.* Locus perfugii. *Uſus.* Aſylum aperit. Plebs ſub tutela inviolati templi aut libertatem, aut impunitatem adipiſcitur. Ea religione, & eo jure ſancto, quo ſunt templa, quæ Aſyla Græci appellant. Aram ſibi parare & Aſylum.

At, aber. *Syn.* Sed, atqui, verum. *Uſus* 1. Honorifice loqueris, at aſpere agis. 2. *Caterum*, aber doch, im übrigen. At mecum quomodo egit? At enim quærit Socrates, quid fit? 3. *Saltem, tamen*, jedoch, wenigſtens. Si non bonam, at aliquam rationem afferto. Si minus re, at verbis benevolus eſto. Si minus ſapiens eſt, at amicus certe. 4. *Amplificantis*, eine Sache zu erheben. Plato dixit, at quantus vir, Plato hat es geſagt, und was für ein groſſer Mann war er nicht? 5. *Sibi objicientis, & reſponden-*

Digitized by Google

dentis. At moribus commodis est? quis vero illo asperior? er ist aber vielleicht doch höflich? aber wer ist rauher, und ungesitteter, als er?

Atat, Ach. *Interjectio timentis.*

At enim, aber. *Syn.* Verum, verum enimvero.

Ater, ra, rum, schwarz. *Syn.* Niger.)(*Albus.* *Usus.* Atra bilis hominem agitat. Atrum panem apposuit.

Atheus, ei, m. Gottesläugner. *Syn.* Homo sacrorum religionumque omnium hostis; homo sine ulla religione, & fide; abjudicati, ejurati Numinis reus; omnis divini cultus, religionisque expers. *Usus.* Athei aperte naturam Deorum sustulerunt.

Athleta, æ, m. Fechtmeister, Kämpfer. *Syn.* Ad luctationem & certamen institutus. *Usus.* Sine arte athletæ & gladiatores nec vitando faciunt caute, nec petendo vehementer.

Athletice, stark, kräftig, wie es sich für einen Kämpfer schickt. *Usus.* Athletice, pancratice, pugilice valere.

Atomus, i, m. ein unzvetheilbares Ding, Sonnenstäublein, *Syn.* Individuum corpusculum. *Epi.* Errantes, innumerabiles. *Usus.* Infinita vis innumerabilium atomorum volitant, cohærescunt inter se. Atomorum corpusculorum concursio fortuita.

Atque, und. *Usus.* 1. Is a constantia, atque a se ipse discessit. 2. *Quam, als.* Contra agis, atque oportet. Alia dicis, atque agis. Aliter, atque ominabar, res evenit. 3. *Uti, ut,* gleichwie. Colitur æque, atque Deus. Similiter nos affectos esse convenit; atque illos. 4. *Immo, cum voce adeo,* ja auch, ja so gar. Consilio, atque adeo amentia tua impulsus. Ego princeps in adjutoribus, atque adeo secundus fui. *Vulg. Immo etiam.*

Atque etiam, und auch. *Syn.* Et vero.

Atqui, und aber. *Syn.* Sed, sed enim, verum. *Usus.* 1. Atqui si tempus ullum est necandi hominis. 2. *At vero,* aber. Ita quidem cogitabam; atqui in mora erat valetudo, tentari cœpta. 3. *Tamen,* dennoch. Atqui ne ex eo quidem tempore hoc egit Sextilius.

Atramentum, i, n. Dinte. *Epi.* Sutorium, temperatum. *Usus.* Atramenti effusione sepiæ se tuentur.

Atratus, a, um. geschwärzt, der in der Trauer geht. *Syn.* Funebri vestimento indutus. *Usus.* Quis unquam cœnavit atratus?

Atriensis, is, m. Pförtner. *Usus.* Servus, cui atrii cura demandatur. *Usus.* Servi atrienses.

Atriolum, i, n. kleines Vorhaus. *Syn.* Atrium minus. *Usus.* In porticu atriolum fiat.

Atrium, ii, n. Vorhaus. *Syn.* Primus intra ædes aditus. *Epi.* Auctionarium majus. *Usus.* Atriolum non fere solet, nisi in iis ædificiis fieri, in quibus est atrium majus.

Atrocitas, tis, f. Grausamkeit. *Syn.* Diritas, immanitas, crudelitas. *Epi.* Indigna rerum, invidiosa, tanta, & tam indigna. *Usus.* Locus communis, per quam facti atrocitas, aut indignitas, aut culpa augeatur, vel levetur. Atrocitatem habere, *dicitur* res atrox. V. *Immanitas, crudelitas.*

Atrox, cis, g. o. grausam. *Syn.* Crudelis, dirus, atro horrendoque aspectu.)(*mitis, levis.* *Usus.* Res scelesta, atrox, nefaria. Atrox suspicio; genus orationis vehemens & atrox. V. *Crudelis.* *Hinc per adverbium dicimus:* Atrociter minitari, atrociter respondere.

Attactus, us, m. Berührung. *Usus.* Levi attactu demulsit.

Attamen, aber, jedoch. *Syn.* Tamen, verumtamen. *Usus.* Si non æquabis ejus merita, attamen narra. Si non pari, at grato tamen munere.

Attendo, is, di, tentum, ere aufmerken. *Syn.* Animadverto, animum adverto, noto, diligenter percipio; attento animo, summaque attentione audio; mentem, auresque erigo, silentium tribuo; animum & mentem adhibeo; aures admoveo; attentum animum teneo, adsum animo.)(*Remitto, negligo.* *Adv.* Admodum, belle, bene, commodius, diligenter, diligentius, paullo, magnopere, negligentius, parum, paulisper, paullulum, postremo, recte, studiose, maxime. *Phras.* *Attendite,* gebt acht, merkt euchs wohl. Percipite quæso, quæ dicam, eaque penitus animis vestris, mentibus mandate.

Per-

Digitized by Google

Perattentos vestros animos velim. Reficite vos ad ea, quæ dicturus sum. Adeste omnes animis, qui corporibus adestis. Adhibete animos, non solum aures ad orationem graviſſimam. Audientiam mihi fieri depoſco. Cauſam totam, quam maxime intentis oculis, ut ajunt, acerrime contemplemini; nemo obſtrepat. Hoc agite nunc jam; auſcultate, operam date, mea dicta devorate. Aures vacuas advertite. Studete mihi hodie, favete; adeſte æquo animo, & rem cognoſcite per ſilentium. Attendite, intendite animos; id cuique ſpectatiſſimum ſit. Ad illa mihi pro ſe quisque intendat animum; id animo æquatur. Attentum animum præbete, tenete. Excipite, quæ memoraturus ſum; intenti, & compreſſa voce audite. Perpurgatis auribus operam mihi hodie date. Inſervite negotio præſenti, & attentos vos præbete. Defigite in iſta animum. Mentis cogitationes ad hoc convertite. Captate ſermonem diligenter, & mentis aciem intendite. Benignis auribus, quæ dicam, accipite, & ad animum referte. Aurium mihi hodie operam date. V. *Conſidero*, *adverto*. *Uſus.* Judex animum & aures diligenter attendat ad ea, quæ dicuntur. Attendere aliquem ſtudioſe, & verba aucupari. Attendite ſuporem hominis. *Vulg.* *Attendere alicui.*

Attente, **aufmerkſam**. *Syn.* Attento animo, ſilentio, diligenter. *Uſus.* Peto, ut pro me dicentem benigne, contra illum attente audiatis. Attente, & benignitate, qua ſoletis, me audite.

Attentio, nis, f. **Aufmerkſamkeit**. *Uſus.* Cura, attentio, animi cogitatio, vigilantia, aſſiduitas, labor, uno diligentiæ verbo continentur. V. *Attendo.*

Attento, as, avi, atum, are. **verſuchen**. *Syn.* Tento, pertento. *Uſus.* Animos aliorum cognoſcere, attentare. Urbem inſidiis, pudicitiam virginis, fidem alicujus attentare. V. *Tento.*

Attentus, a, um. **aufmerkſam**. *Syn.* Intentus.)(*Negligens*, *remiſſus*. *Phraſ.* 1. *Attentos reddere*, **aufmerkſam machen**. Audientiam ſibi facere; arrectos ſuſpenſosque animus in ſe avertere; attentionem captare. 2. *Attentum eſſe*, **aufmerkſam ſeyn**. Attentum ſe præbere; attento animo excipere dicentem; tempus omne in attentiſſima cogitatione, & acerrima ponere. V. *Attendo.* *Uſus.* Attentus eſt ad rem, *parcus*, **ſparſam ſeyn**. Auditorem benevolum, docilem, attentum facito, teneto. Attentus in re aliqua, ad aliquid.

Attenuate, **kurz und ſatt**. *Syn.* Jejune. *Uſus.* Attenuate, preſſeque dicere.

Attenuatio, nis, f. **Verminderung**. *Syn.* Extenuatio, imminutio. *Uſus.* Suſpicionis attenuatione fidem facere.

Attenuatus, a, um. **vermindert, geſchwächt**. *Syn.* Exilis, humilis, abjectus, demiſſus. *Uſus.* Oratio nimis attenuata, ad uſitatam quotidiani ſermonis conſuetudinem demiſſa.

Attenuo, as, avi, atum. are. **vermindern, verringern**. *Syn.* Imminuo, extenuo.)(*Amplifico.* *Uſus.* Grandia illa attenuanda ſunt. Bellum attenuatum, atque imminutum. Attenuatæ prælio legiones. V. *Imminuo*, *elevo.*

Attero, is, trivi, tritum, ere. **aufreiben**. *Uſus.* Poſtquam famam ejus, & pudorem attriverat.

Atteſtor, aris, atus ſum. **einen zum Zeugen nehmen**. *Syn.* Teſtor, teſtem facio, comprobo. *Uſus.* Pompejum atteſtatus eſt.

Attexo, is, texui, textum. **anweben**. *Syn.* Addo, adjungo. *Uſus.* Immortali parti mortalem attexere.

Attineo, es, tinui, tentum; ere. **halten, anhalten**. *Uſus.* Cultros attinet.

Attinet, ui, ere. **es geht mich an**. *Syn.* Pertinet. *Phraſ.* *Ea res ad omnes attinet*, **die Sache gehet alle an**. Pertinet, ſpectat; id curandum ita, ut ſi res omnium ageretur. Ea res in rationem publicæ utilitatis cadit. Cauſa omnium ea re contingitur, admiſcetur. In eo cauſa omnium vertitur, conjuncta ejus rei cauſa eſt cum publica ſalute. Res omnium noſtrum in hoc agitur. Hoc ad noſtrum quemlibet. *Uſus.* Quid ſentiam, nihil attinet dicere. Quod ad me attinet. Quod ad abſtinentiam attinet, ita me geſſi. Quæ

ad

Digitized by Google

ad colendam vitam attinent. V. *Pertinet, refert.*

Attingo, is, tigi, attactum, **anrühren.** *Syn.* Tango, ago, accedo, assequor. *Adv.* Breviter, cautius, diffidenter, leniter, leviter, proprie, prorsus non, sero ac leniter, sigillatim, strictim, timide *Usus.* 1. extremis labris gustare, extremis digitis attingere, Insulam, portum, attingere. Nihil de bonis meis, nihil de præda attigit. 2. *Transl.* Id ne suspicione quidem, aut conjectura attigi, **ich habe nicht einmal einen Argwohn gehabt.** 3. *Specto*, **zu etwas gehören.** Civitates, quæ officiis, fide, vetustate, cognatione populum Romanum attingunt. Aliquem necessitudine, cognatione, sanguine attingere. Attingit me ea cura, solicitudo. Partem ejus sceleris nullam attigit. 4. *Tracto, indico*, **berühren, obenhin andeuten.** Bonas artes ne attigisti quidem. Illud breviter, & strictim attigi, & perstrinxi. 5. *Vicinus sum.* **zunächst seyn.** Cappadociæ pars Ciliciam attingit.

Attollo, is, ere. **aufheben.** *Syn.* Erigo. *Usus.* Cum se a gravi casu attollere & levare vellet. Attollunt se montes ingentes. V. *Erigo.*

Attondeo, es, attondi, attonsum. **bescheren.** *Usus.* Ulmos, virgulta attondere. Laudem alicujus attondere.

Attonitus, a, um. **erschreckt.** *Phras.* 1. *Attonitos reddidit ea res*, **diese Sache hat sie in die größte Verwunderung und Schrecken gesetzt.** Suspensos ea res tenuit omnium animos; stupor omnes admiratione defixit intentos ad hoc spectaculum. 2. *Attoniti sunt*, **sie sind ganz erstaunt.** Miraculo stupentes & suspensi animo hærent. Stupent, & sibi pene excidunt; exanimantur terrore, aspectuque rei. Supini cœlum aspiciunt. *Usus.* Novitate ac miraculo attonitus. V. *Obstupefacio, admiratio, miror.*

Attraho, is, traxi, tractum, ere. **an sich ziehen.** *Syn.* Allicio, invito, allecto, adduco. *Adv.* Commode. *Phras.* 1. Tuis blanditiis me ad te pertraxisti, traduxisti; me tibi plane adscivisti; me totum ad te redegisti. Horum spe me ad tuam consuetudinem vocasti, pellexisti, 2. *Totam administrationem ad se attrahere*, **die ganze Verwaltung der Geschäfte auf sich bringen.** Omnium partes corripere atque amplecti; omnia senatus munia ad se trahere; arcessere sibi omnium curas, vigilias; adscisere sibi totam provinciæ procurationem. *Usus.* Cur id tibi malum ultro accersis atque attrahis? Similitudo attrahit ad amicitiam. V. *Allicio, adjungo.*

Attrecto, as, avi, atum, are. **anrühren.** *Syn.* Sæpe tracto, & quasi manibus tero. *Usus.* Libros, quos tu contaminatis manibus attrectas. V. *Tango.*

Attribuo, is, tribui, tributum, ere. **zueignen.** *Syn.* Adscribo, tribuo, assigno, confero, conjicio, refero, addico, adscisco, destino, affingo.)(*Demo. Adv.* Proprie. *Usus.* Culpam, calamitatis causam mihi attribuis, & adscribis. Eam curam, provinciam, procurationem, negotium tibi attribuit populus. Certum pecuniæ modum, mancipiorum numerum alteri attribuere. V. *Adscribo, tribuo.*

Attributio, nis, f. **die Uebergebung des Geldes.** *Syn.* Assignatio. *Usus.* Scribit, se de attributione omnia fecisse.

At vero, **aber.** *Plerumque adversantis est, & in principio periodi usurpatur. Usus.* 1. Virtutem nemo unquam Deo acceptam retulit: at vero honoribus, opibus aucti Diis gratias agimus. 2. *Concludentis est interdum.* Qui socium fallit, vir bonus non est: at vero tu &c.

Avare, **geizig.** *Syn.* Avide, parce restricte. *Usus.* Avare crudeliterque agere.

Avaritia, æ, f. **Geiz.** *Syn.* Sordes, aviditas, cupiditas.)(*Liberalitas. Epi.* Ardens, cæca, fœda, hians atque imminens, importuna, incredibilis, nimia, par, senilis, summa. *Usus.* Omnium bona spe atque avaritia devorare. Homo avido ingenio, infinita rerum cupiditate, ardenti avaritia. Avaritia est alienorum appetitio injuriosa. Nullum officium tam sanctum, tam solenne, quod non violet avaritia & comminuat. V. *Cupiditas.*

Avarus, a, um. **geizig.** R. *Avens auri. Syn.* Alieni appetens, sui nimium tenax, adstrictus, parcus, avidus, sordidus, qui omnia in pecunia ponit.)(*Liberalis, munifi-*

cus,

Digitized by Google

cus, effusus. *Phras. Crassus Romanorum avarissimus putatur*, den Crassus hält man für den geizigsten unter den Römern. Avaritiæ nomine male audiebat, suspectus erat. Avaritiæ crimen Crasso maxime objicitur. Exprobratur. Crassus avaritiæ infamia flagrabat, graviter laborabat. Crasso avaritiæ nota inuritur; exagitatur, ut in avaritiam pronior; ad avaritiam proclivior; divitiarum plus æquo, justo appetentior; immoderate sitiens; supra modum cupidus; cupidior, quam satis est; in divitiarum cupiditate nimius. Auri sitientissimus putatur Crassus. Incumbere ad opes; opibus inhiare unus maxime existimatur; avaritiæ labe infectus; propensus ad avaritiam, siquis alter. In re quærenda, in opibus congerendis; in divitiis colligendis, comparandis, contrahendis plus operæ posuisse, collocasse, quam æquum sit, creditur. Crassi avaritia ad summum perveniisse: eo esse progressa dicitur, quo maxime potuit. Crassus homo erat summa avaritia, infinita rerum cupiditate; avaritia erat ardenti, inhiante ac imminente, homo erat avidi ingenii. Crasso nullus adversus immodicas cupiditates steterat terminus; nulla res Crassi avaritiam morabatur; avaras & insatiabiles manus ad omnia porrigebat; avaritia infinita aliorum bona devorabat, inexplebili auri cupiditate laborabat. Multi multa avare faciebant; in aviditatem proni erant; avidiores aliquando ad rem erant; sed Crassus unus omnium avaritiam, cupiditatemque superabat. Nullum erat officium tam sanctum ac solenne, quod Crassi avaritia non violarit. *Usus.* Homo avarus & furax. V. *Avidus, sordidus.*

Auceps, cupis, m. **ein Vogelfänger.** *Syn.* Venator avium. *Usus.* Peritissimus voluptatum auceps. Auceps syllabarum legulejus quispiam. Auceps concinnat aream, offundit cibum, aves allectat.

Auctio, nis, f. **Versteigerung, Gant.** *Syn.* Publica venditio, in qua pretium augetur. *Epi.* Hæreditaria. *Usus.* Bona alicujus auctione constituta vendere. Facere auctionem publicare bona, sub corona vendere. V. *Publicatio.*

Auctionarius, a, um. **zur Gant gehörig.** *Usus.* Tabulæ auctionariæ.

Auctionor, aris, atus sum. **verganten.** *Syn.* Auctionem facio, auctione, vendo, per præconem vendo, sub hasta vendere, præconis voci bona subjicio. *Usus.* Dejotarus Rex auctionatus est. V. *Publico.*

Auctor, oris, m. **Ursacher.** *Syn.* Suasor, impulsor, hortator, machinator, architectus, opifex, adjutor, monitor. *Epi.* Amicissimus atque sapientissimus, bonus inprimis, valde bonus, tam castus, tam religiosus, tam sanctus, divinus, domesticus, egregius, gravis, constans, præstans virtute, prudentia, religione, æquitate, gravior, gravissimus, idoneus, levis, locuples, locupletior, locupletissimus, luculentus, malus, melior, optimus, peritissimus, præclarus, præsens, privatus, recentior, religiosissimus, summus, certus, certissimus, eruditissimus, expers humanitatis. *Phras. Auctor malorum*, **Urheber alles Uebels.** Dux, architectus, machinator ac princeps sceleris; tuba belli civilis; caput, fax seditionum; impulsor, suasor, stirps ac semen malorum omnium; seditionis stimulator ac concitator; litium sator; signifer, pater, cujus opera civile bellum natum, conflatum, susceptum est; scelerum caput; facinorum repertor, cujus ductu auspicioque scelus conflatum est. *Usus.* 1. Auctor tibi sum, ut naviges, **ich rathe dir, daß du zu Schiffe gehest.** Magnis auctoribus inductus id feci. 2 *Magister, doctor, scriptor.* Livius rerum Romanarum auctor locupletissimus. Malus latinitatis auctor Apulejus. Utraque sententia luculentos habet auctores. 3. *Nuntius*, **der eine Sache anfänglich erzählet.** Certis & idoneis auctoribus comperi. Quo auctore hic rumor fluxit? 4. *Caput, princeps, dux.* Præbere se senatui auctorem, principem, ducem. Oberhaupt. Consilii princeps & auctor sanctissimi fœderis. Deditionis auctor, hortator. Forensis latrocinii auctor nefarius. Rädelsführer.

Auctoramentum, i, n. **Verbindung, Bestallung.** *Syn.* Obligatio, & nexus. *Usus.* In mercenariis ipsa est merces auctoramentum servituti,

Au-

Digitized by Google

Auctoritas, tis, f. **Gewalt, Anſehen.** *Syn.* Exiſtimatio, fides, vis, opinio, judicium, momentum, pondus, teſtimonium. *Epi.* Æterna, apex ſenectutis, clara, cenſoria, clariſſima, ſtabilis, conſularis, digna mutatione, divina atque inaudita, domeſtica, equeſtris, excellens, gravis, graviſſima, honeſta, & digna verecundia, & cultu & honore, illuſtrior, immortalis, imminuta, interpoſita, legitima ante, levior, magna & inprimis gravis, major, maxima, mediocris, minima, minor, naturalis, patria, perdita antequam, pontificialis, publica, ſenatoria, ſumma, tenuis, vetus, contraria, certa, privata. *Peraſ. Auctoritatem ſibi facere*, **ſich ein Anſehen machen.** Conſtituere ſibi, colligere auctoritatem; dignitatem ſibi conciliari; gratiam dignitatemque amplificare; colligere magnam apud omnes famam, gloriam, exiſtimationem; conficere ſibi nomen, famam ingentem; multum auctoritatis conſequi. 2. *Non cani, non rugæ auctoritatem dant*, ſed morum gravitas & conſpecta virtus, **weder die grauen Haare, noch die Runzeln geben einem ein Anſehen, ſondern die Tugend.** Non cani, non rugæ auctoritatem tribuunt, afferunt, attribuunt, conſtituunt, faciunt, conciliant. 3. *Auctoritatem habet magnam*, **er hat ein groſſes Anſehen.** Magna eſt ejus apud omnes auctoritas. Non modo auctoritatem, ſed & imperium in ſuos tenet, obtinet. Eſt in eo, reſidet in illo magna auctoritas. Floret apud omnes auctoritate. Multum eſt ejus nomen in iis locis. Inter ornatiſſimos homines eſt ſummo ſplendore. Venerabilis vir miraculo litterarum ingens haberi cœptus eſt. Vis eſt in eo viro ingens ad ſocios civesque. Magnam auctoritatem conſtitutam habet apud omnes. Auctoritate anteit cæteros. Magna in eo viro ineſt auctoritas. Auctoritate poteſt plurimum. Auctoritas ejus valet plurimum; magna habetur. Vir genere eſt famaque clariſſimus. Principem inter ſuos locum habet. In magna eſt auctoritate. Excellit ejus auctoritas. In æſtimatione magna habetur. V. *Gravitas*. 4. *Auſus eſt auctoritatem Magiſtratus violare*, **er hat ſich unterſtanden, das hohe Anſehen der Obrigkeit anzugreifen.** Auctoritatem frangere, abjicere, extenuare; auctoritatem violare, infringere, imminuere; ſolvere majeſtatem, projicere conſulum imperia; famam exiſtimationemque lædere, atterere. 5. *Auctoritatem amiſit*, **er hat ſein Anſehen verlohren.** Eo uno facto hebeſcere cœpit ejus auctoritas; eo facto jacturam dignitatis fecit; gratiam omnem & auctoritatem effudit; victa jacet ejus auctoritas facti unius indignitate elevata. *Uſus.* Senatus ſuam interpoſuit auctoritatem. Interceſſit Senatus auctoritas, **der Rath hat ſich in die Sache geleat.** Senatus auctoritati parere. Conſulis auctoritatem ſequi. Rationibus, non auctoritatibus pugnandum eſt. V. *Valeo multum*, *dignitas*, *honor*.

Auctoro, as, avi, atum are. **verpflichten, verbinden.** *Syn.* Militiæ ſacramento obligo. *Uſus.* Ne auctoraretur, profugit.

Aucupium, ii, n. **Vogelfang.** *Syn.* Avium captatio & venatio. *Uſus. Transl.* Delectationis aucupium, elaborata concinnitas in oratione ne appareat. Aucupia verborum, litterarum tendiculæ, putidæ ſunt.

Aucupor, aris, atus ſum. **Vögel fangen.** *Syn.* Capto, confector, quæro, venor.)(*Repudio*, *Adverb.* Neceſſario. *Uſus.* Ars dicendi plauſus, & opiniones hominum aucupatur. Aſſentatione gratiam divitum, aliena obtrectatione famam aucupari. Levitatis eſt, inanem aucupari rumorem, & umbras omnes etiam falſæ gloriæ conſectari. Inanes rumuſculos, verba aucupari. Tempus idoneum, occaſionem aucupatur V. *Quæro*, *capto*.

Audacia, æ, f. **Kühnheit.** *Syn.* Confidentia, impudentia. *Epi.* Aperta, callida, digna odio majori, effrenata, ficta, gemina, horribilis, humana, toleranda, immanis, impia, incredibilis, intolerabilis, levior, magna, manifeſta, nimia, perſpicua, ſcelerata, ſimilis, ſingularis, ſumma, tanta & tam perſpicua, tam varia & tam nova, vera, urbana. *Uſus.* Incredibili importunitate, & projecta ad omne

Digitized by Google

ne facinus audacia. Audacia fretus, armatus. Nosti os hominis, nosti audaciam. Projectæ audaciæ, & confidentiæ homulus. V. *Audax.*

Audacter, kühn, tapfer. *Syn.* Fidenter, confidenter; summa audacia, inhumana audacia atque intoleranda; temeritate atque audacia incredibili; virili animo vultu intrepido; confidentia singulari; alienatis a memoria periculi animis. *Usus.* Audacter loqui ac libere. Exultare audacius.

Audax, cis, *gen. omn.* kühn, tapfer, *Syn.* Confidens, temerarius, impudens, petulans, projectus ad audendum.)(*timidus. Adv.* Louge, *Phraſ.* 1. *Homo audax & protervus*; kühn, frecher Menſch. Ferrei oris homo; promtiſſimæ vir audaciæ. Homo confidentia, ac temeritate incredibili; audaciæ projectæ, præruptæ, inhumanæ, intolerandæ; homo impotens, quem propter audaciam, ac importunitatem animi nemo tecto recipere velit; animal ex omnium ſcelerum importunitate concretum. Homo protervu ac petulans, cujus importunitatem oris nemo non reformidat, qui animo ſibi & audacia publicam rem omnem ſustinere videtur. Inflati homo animi, atque incitati; audacia ac temeritate inſignis; projectus ad audendum quidlibet. Incredibili importunitate, & ad omne facinus audacia armatus, inflammatus. 2. *Quam audax homo ſit, qui Senatum ipſum criminetur?* was für ein frecher Menſch muß jener ſeyn, der den Rath ſelbſt läſtern darf? Quam ferrei oris hunc eſſe hominem neceſſe eſt, qui &c. cujus animi, cujus impudentiæ eſt, ſenatum ipſum criminari? Quanta importunitate, quam eminenti audacia eum eſſe neceſſe eſt, qui &c. qua armatum confidentia, qua animi inſolentia inflatum ac incitatum neceſſe eſt eum hominem, qui ſenatum ipſum in crimen vocare audeat? 3. *Audax eſt inprimis*, er iſt über die maßen kühn und verwegen. Audacia viget maxime; plenus ſpei atque animi eſt: fiduciæ plurimum ac ſpiritus ineſt in eo homine. Animi non minus eſt ad mortem, quam ad cædem. Multum animorum ineſt, & temeritatis. Nullum non facinus, quantumvis fortuna majus, intrepidus adibit. *Uſus* Audax ad omnia. V. *Animus*, *alacer*

Audeo, auſus ſum, ere. dürfen, wagen. R. ab αὐθάδης, *arrogans*, *Syn.* Non dubito; non vereor. *Adv.* Aperte, fidenter, nimium. *Phraſ.* 1. *Multum audes*, du getraueſt dir viel. Multum ſuscipis; multum tibi ſumis; ingentis rem periculi aggrederis; aleam jacis periculi plenam, magnum in te facinus ſuscipis; magnam tibi confidentiam ſumis; magnum erit, ſi rem tantam ſustineas; audacia ferri mihi videris, & temere facere, Vereor ne modum non inveniat felix temeritas. Quid non cadet in hunc animum, quid non recipiet hæc temeritas, quæ tantum audet? vereor, ne hunc impetum temeritas effuderit. 2. *Tantum ego non auderem*, ich getraute mir nicht ſo viel. Religio mihi eſſet; animus deeſſet; metus me arceret; nefas haberem; tantum mihi non ſumerem; iſtos mihi ſpiritus non ſumerem; modeſtius ego mihi agendum putarem; animorum mihi ad iſta haud ſatis eſſet. *Uſus.* Tu me hoc rogare auſus es? Effecit, quod alius ne ſperare quidem auſit. V. *Arrogo*, *ſum*, *audax.*

Audientia, æ, f. günſtiges Gehör. *Syn.* Attentio audiendi. *Epi* Maxima. *Uſus.* Diſerta oratio ipſa ſibi audientiam facit. Rei pondus maximam audientiam mihi fecit dicenti, vulgi aures præparavit.

Audio, is, ivi, itum, ire. hören. R. *ab* ἀυδή, *vox*, *oratio. Syn.* Auribus accipio, exaudio, excipio, auditione accipio, aures do, ad aures venit, pervenit, auditor ſum, auſculto, operam do. *Adv.* Admodum, aliunde, aliquamdiu, aliquando, alicunde, amice, aſſidue, attente, attentius, attentiſſime, bene, benigne, benignius, celeriter, clementer, commode, commodo, coram, diligenter, diligentius, diutius, gratis, male, hilare, intelligenter, latine, leniter, libenter, male, ſtudioſe, libentius, liberius, liquido, male, melius, merito, nunc primum, omnino non, nunquam, palam, pariter, perattente, perlibenter, per-

Digitized by Google

perſtudioſe, propius, prorſus. nihil unquam, celerrime, quam tardiſſime, ſtatim a principio, ſtudioſius, valde, vere, vulgo, *Phraſ.* 1. *De tuis rebus libenter audio*, ich höre gern von deinen Sachen. Ad tuas res mihi aures ſemper patent; res tuas libenter auribus percipio. Gaudeo, ſiquid de te ad aures meas perveniat, accidat, veniat, permeet. Sitientes gero aures ad res tuas. Propitiis auribus accipio, capto de te nuntios. 2. *Dicentem libenter audio*, ich höre dich gern reden. Gaudeo, ſi vox tua ad aures advolet; nimis libenter edo ſermonem tuum. Cibus mihi eſt, quod fabulare. Orationem tuam placide perſequor. Sermo tuus haud invito ad aures accedit. Aures tibi libenter dedo meas; pronis auribus admitto; in aures ac animos addmitto; ſecundis auribus accipio, quæ dicis. Animo dicta recipio. Faciles tibi aures præbeo; libenter, haud iniquo animo accipio, quæ tu ad me. Dicenti libenter operam do; aurium operam dicare ſoleo. Siquid me vis, vacuas aures affero; aures adhibeo benevolas; aures meas in *ditionem* dedo; aures expetunt *meæ*; *ad* advertendum animus adeſt, & opera eſt auribus; quidquid id eſt, aures commodo, accommodo non averſas; perpurgatis auribus operam do dicenti; facilem me præbeo in audiendo. 3. *Auditus ſum benevole*, ich bin gar gnädig angehört worden. Uſus ſum auribus æquiſſimis; aures nactus ſum benevolas; in aures ſuaviter influxi; facilem habui in audiendo Principem. 4. *Non audio libenter obtrectationes*, ich höre nicht gern fremde Verläumdungen. Aures reſpuunt, abhorrent, refugiunt obtrectantium voces; maledicæ linguæ graves ſunt auribus meis; haudquaquam gratæ ſunt auribus criminationes iſtæ; offenduntur aures malediſtis; magnam in alienis obtrectationibus audiendis moleſtiam ſuſtineo; obtrectationum ſiquid auribus objectum eſt, ingens me tædium capit. 5. *Aſſidue hoc audio*, ich höre dieſes immerfort. Auribus iſta inculcantur quotidie; aures mihi his vocibus calent aſſidue; circumſonant, obtunduntur aures; frequenti auditione accipio iſta; aures his quotidie nuntiis celebrantur meæ. 6. *Audivi de morte fratris*, ich habe den Tod deines Bruders ſchon vernommen. Auribus accepi, percepi triſtem de fratris obitu nuntium; aures meæ jam fama & auditione acceperunt mortem fratris tui. De morte fratris tui ad me jam perlatum erat. Ad aures jam venit, pervenit, acceſſit, permanavit mors fratris tui; fama, rumor jam in urbem allatus eſt de morte fratris. 7. *Cujus vocem audio?* weſſen Stimme höre ich? Quæ vox ad aures meas accidit? cujus vox aures tetigit meas? aures verberat; ad aures advolat? cujus vox objecta eſt auribus meis? cujus vocis ſonum uſurpant aures meæ? quæ vox immiſſa in aures meas eſt? cujus iſta vox eſt, quam auribus guſto, deguſto? cujus ſermonem excipio? quem auditu percipio? *Nihil audiri poteſt*, man kann nichts hören. Nec aurium quidem uſus ſupereſt; aurium uſum intercipit fremitus; aurium uſus aufertur, ceſſat. *Uſus.* 1. Poteſt fieri, ut quod te audiſſe dicis, nunquam audieris. 2. *Ex audio*, erhören. Dii preces meas audivere. 3. *Aſſentior*, beyfallen. Nec Homerum audio, qui &c. 4. *Sum diſcipulus*, Lehrjünger ſeyn. Plato Socratem audiebat. 5. *Laudor, aut vituperor*, guten oder böſen Namen haben. Homo ingenuus vult bene audire. Male audire. 6. *Obtempero, obedio, morem gero.* Si me amiciſſime monentem audiſſes, aliter res tuæ haberent. Dicto audientem eſſe. V. *Auris.*

Auditio, nis, f. das Hören. *Syn.* Rumor, publicus ſermo. *Epi.* Ficta, tenuis, tenuiſſima. *Uſus.* 1. Nolite fictis auditionibus, aut diſſeminato ſparſoque rumori credere. De ea re tenuiſſimam quidem auditionem accepi. 2. *Auditus*, Anhörung. Homines fabularum auditione ducuntur.

Auditor, oris, m. Zuhörer. *Syn.* Diſcipulus. *Epi.* Æqualis, in dicendo non nimis exercitatus, in jure civili non inferior, novus, æquus, attentus, benevolus, docilis, doctus, frequens alicujus, indoctus,

Digitized by Google

intelligens, mitior, stultus & credulus, bonus, certior, infestus, tardus, vetus. *Usus.* 1. Platonis auditor Aristoteles. 2. *Audiens.* Zuhörer. Facere attentum auditorem.

Auditus, us, m. das Gehör. *Syn.* Sensus audiendi. auditio. *Usus.* Hoc non perinde auditu, quam cogitatione intelligi potest.

Ave Maria recitare. Salutationem Angelicam ad Dei parentem Virginem pronutiare, iterare. Voce Gabrielis Archangeli Virgineam Matrem salutare.

Aveho, is, vexi, vectum, ere. wegführen. *Usus.* Puerum a patria avehit.

Avello, is, vulsi, vulsum, ere. wegreißen. *Syn.* Abstraho, aufero, abjungo, distraho, detraho. *Usus* Avellere filium de matris complexu. Avulsus a meis, ab amicis summo cum dolore. V. *Decerpo.*

Avena, æ, f. Haber. *Usus.* Si avenam in segete uspiam videris.

Aveo, es, ere. begehren. *Syn.* Cupio, aviditas rei me tenet. *Adv.* Prorsus, valde. *Usus.* Valde aveo scire, quid agas. V. *Cupio, desidero.*

Averrunco, as, avi, atum, are. abwenden. *Syn.* Prohibeo, averto. *Usus.* Dii omen averruncent. V. *Averto.*

Aversor, aris, atus sum. sich wegkehren. *Syn.* Refugio, abhorreo, recuso, me alio averto. *Usus.* Ad quæstionem repentinam hærere, aversari, rubere. Preces, mores, sermonem aversari; defugere aditum, sermonem. *Alieno, alienatio, abhorreo, adversor.*

Aversor, oris, m. Abwender. *Usus.* Aversor pecuniæ publicæ.

Aversus, a, um. abgewendet. *Syn* Qui terga dat.)(*Adversus. Usus.* Averso corpore vulneratus, auf dem Rücken verwundt. Milites a prælio aversi, ad prædam conversi. Eo nuntio nihil a proposito aversus. Aversi Dii a salute populi Romani. Homo a litteris; sermo a vero aversus, abhorrens. V. *Alienus.*

Averto, is, verti, versum, ere. abwenden. *Syn.* Arceo, removeo, abduco, prohibeo, propello.)(*Converto. Adv.* Manifeste, parumper, repente. *Phras.* 1. *Avertit animum a pristinis studiis*, er hat seine vorigen Gedanken fahren lassen. Abduxit animum, mentem, cogitationem a pristinis studiis; deduxit a consilio pristino mentem ac studium & alio traduxit, transtulit. 2. *Avertit perniciem civium*, er hat den Untergang der Bürgerschaft verhütet. Ille suo consilio hostium furorem a pernicie civium repulit; cladem a cervicibus depulit; pestem ac exitium propulsavit. *Usus.* 1. Conatus improborum a republica, hostes ab urbe, pestem a cervicibus avertere. 2. *Verto*, wenden. Omnium oculos in se avertit. Alio avertere flumen. 3. *Aufero*, wegnehmen, veruntreuen. Pecuniam publicam, hæreditatem, prædam in suos usus avertere. 4. *Sejungo, segrego*, absondern. Se ab amicitia alicujus avertere.

Aufero, fers, abstuli, ablatum, ferre. wegnehmen. *Syn.* Eripio, abripio, averto, adimo, tollo, abduco, detraho, removeo, præcido.)(*Do offero Adv.* Gratis, impudentius, longe hinc, mordicus, occulte, omnino non, publice, rectissime, undique. *Phras.* 1. *Omnia ei ab hostibus ablata*, detracta, erepta sunt, es ist ihm alles vom Feinde weggenommen worden. Omnia per scelus erepta & asportata sunt. Omne instrumentum direptum, familia abducta, abactum pecus, convulsa suis ex sedibus omnia. Spoliatus, denudatus, rebus omnibus exutus est. Fortunæ cultus deletus omnis est, atque extinctus. Spoliata domus, denudati parietes, sanguinem adeo ipsum exsorbere visi sunt hostes. 2. *Tua oratio metum mihi omnem abstulit*, deine Rede hat mir alle Furcht benommen. Metum omnem ademit, exemit, præcidit, dempsit, detersit. Tua oratione metus omnis ablatus & sepultus est; consedit, conquievit. Oratio tua metum omnem discussit, dissipavit, delevit, abstersit. V. *Abduco. Usus* 1. Operis præstantia imitandi spem omnem abstulit. Aliquid judicio auferre, alicui jus suum; pecuniam de ærario; ab aliquo amorem auferre. 2. *Obtineo sequor*, erhalten, überkommen. Benignum responsum ab illo, decretum amplissimum, præmia, opem, a senatu

tu abstuli. Ex eo facto laudem & gloriam maximam abstuli. 3. *Abeo*, weggehen. Auferre se de convivio, e conspectu.

Aufugio, is, fugi, fugitum, ere. fliehen. *Syn.* Fugio, fuga me aufero, fugam capesso. *Usus.* Furto facto aufugit, non impune laturus. V. *Fugio*

Augeo, es, auxi, auctum, ere. vermehren. R. *ab* αὐξω, *augeo*. *Syn.* Majus facio, amplifico, addo, accessionem facio, exaggero, cumulo, multiplico.)(*Detrabo*, *extenuo*, *diminuo*, *minuo*. *Adv.* Copiose, cumulatius, fuse, magnificentius, maxime, mirabilius, omnino, privatim, rhetorice, summe, valde, vehementer. *Phras.* 1. *Pompejus valde auxit imperium*, Pompejus hat das römische Reich sehr erweitert. Amplificavit, multum protendit, produxit, protulit Imperii fines. Multum addidit, adjunxit ad ditionem Romani Imperii. Magna per Pompejum ad Imperii vires accessio facta est. Res Romanæ magnum incrementum ceperunt, acceperunt; multo deinceps auctiores fuere, quam antea. Pompejus magnam terrarum partem hostibus demptam, ademptam, detractam, Romano Imperio adjecit. Multæ Provinciæ Pompejo victore Romani Imperii jura, potestatemque subiere. Pompejus latissime protendit Imperii terminos. Pompejus magnam orbis partem in potestatem Imperii redegit, ad imperium adjunxit. 2. *Tuæ litteræ mihi dolorem auxere*, dein Brief hat mir mein Leid vergrößert. Majorem fecere commemorando, retractando antiquum vulnus; velut attrectatu, & quassu dolorem amplificaverunt; gravarunt, duplicarunt conceptam animi ægritudinem, & dolorem; onerarunt dolorem metu. 3. *Ipse sibi invidiam auget*, er vermehrt sich selbst Neid und Mißgunst. Novam flammam invidiæ adjicit; materiam criminibus suggerit; & unde gloriam inde invidiam intendit. 4. *Non mediocriter auxit opes suas*, er hat seinen Reichthum nicht wenig vermehret. Cumulavit, adauxit, exaggeravit rem familiarem, auctarium non exiguum adjecit ad prisinas opes; lucro quotidiano suas auctavit opes; ad rem familiarem, ad domesticas copias accessiones fecit ingentes; fortunis suis & copiis magnum incrementum attulit. 5. *Augetur malum indies*, das Uebel nimmt alle Tage zu. Quotidie ingravescit malum, corroboratur, cumulatur; longinquitate crescit malum, suis progressibus augetur. Res ab exiguis profecta initiis eo crevit, ut &c. Malum ingentibus incrementis augetur, maximis auctibus crescit; tacitis augescit incrementis; serpit quotidie malum & incrementum capit. Increbescit malum, majusque jam est, quam ut remedium possit afferri. In incremento malum est, robur quotidie accipit; oneratur diuturnitate malum, & gravatur. Quantum tempori, tantum mali acerbitati accessit. Accessit in cumulum mali dolor novus. Nova quotidie fit mali accessio; malum nova quotidie incrementa accipit. 6. *Augere cupiditatem*, *pretium*, *gloriam*, *formam*, *nequitiam*, *fortunam*, die Begierde, den Werth, die Ehre, Gestalt, Arglist, das Glück vermehren. Accendere cupiditatem; pretium rei; intendere gloriam; formam cultu, nequitiam præceptis, fortunam comitate adjuvare. *Usus.* Honore, dignitate, divitiis, commodis augere aliquem. Beneficium tum magno cumulo auxisti. Auxit ea res mihi dolorem. V. *Amplifico*, *cresco*.

Augesco, is, ere. wachsen. *Syn.* Augeor, cresco. *Usus.* Semina temperatione caloris augescunt, aluntur, pubescunt.

Augur, uris, *gen. com.* ein Weissager. *Syn.* Interpres auguriorum; peritus cœlestium prodigiorum. *Epi.* Bonus, optimus, perfectus, publicus, summus, verecundus, antiquissimus, interpres Jovis optimi maximi. *Usus.* Romulus ipse magnus augur fuit. Augurum ars, disciplina, jus, prædicta.

Auguralis, e, *g. c.* zum Wahrsagen gehörig. *Usus.* Vir auguralis, libri augurales.

Auguratio, nis, f. Wahrsagen aus den Vögeln. *Syn.* Auspicium, divinatio. *Usus.* Quæ tandem auguratio ex passeribus? *item*: Auguratus, us, das Amt selbst.

Digitized by Google

Augurium, ii, n. Vogelbeobachtung. *Syn.* Auspicium, auctoritas rei bene gerendæ. *Epi.* Addubitatum, contrarium, non tam artificiosum, quam superstitiosum, extremum, sinistrum, vetitum. *Usus.* Augurium in arce agebant augures. Certo salutis augurio. V. *Divinatio.*

Augurius, a, um. zum Wahrsagen gehörig. *Syn.* Auguralis. *Usus.* Jus augurium.

Auguror, aris, atus sum. wahrsagen, muthmassen. *Syn.* Augurium ago, auspicium ago, divino, auspicor, elicio ex mentibus divinis responsa. *Adv.* Fideliter, pulcherrime, recte, vere. *Usus.* Quantum ego animo auguror & conjectura, non despero. Bellum auguror, ich sehe es vorher, es wird zum Kriege kommen. V. *Divino, prædico, vates.*

Augustè, heilig, herrlich. *Syn.* Pie, sancte, sollenter. *Usus.* Auguste, sancte venerari Deos, aliquem consecrare.

Augustus, a, um. heilig. *Syn.* Sanctus, plenus majestate. *Usus.* Locus augustus, templum augustum. Augustior humano visu species. Ex hoc sancto, augustoque Platonis fonte omnis nostra manabit oratio. V. *Amplus.*

Avia, æ, f. Großmutter. *Syn.* Parentis mater.

Aviarium, ii, n. Vogelhäusich. *Syn.* Locus ubi aves domi nutriuntur.

Avide, begierig. *Syn.* Cupide. *Usus.* Avide expecto tuas litteras. Avide litteras Græcas arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens.

Aviditas, tis, f. Begierde. *Syn.* Cupiditas, desiderium. *Epi.* Infinita, inexhausta. *Usus.* 1. Infinita me gloriæ cupiditas tenet. Est in me summa aviditas, summa cupiditate, aviditate gloriæ rapior. 2. *Avaritia*, Geiz. Mendicitas aviditati conjuncta in alienas fortunas imminet. V. *Avaritia, avidus.*

Avidus, a, um. begierig. *Syn.* Valde appetens, cupidus. *Usus* Appetentes gloriæ, præter cæteras gentes, atque avidi laudis fuere Romani. 2. *Avarus*, geitzig. Valde avidus in pecuniis locupletum est; auri argentique studio supra, quam dici potest tenetur; nemo minus illo a pecuniæ cupiditate abest; auri hominem cupiditas ingens tenet; est in eo summa auri aviditas; ad divitias inflammatus aviditate rapitur. V. *Avarus, cupio.*

Avis, is, f. Vogel. *Epi.* Adversa, interpres & satelles Jovis, postrema, excelsa, internuntia Jovis, minor, alba. *Usus.* Aves aliæ alites; aliæ oscines. Avium quædam ad imitandum humanæ vocis sonum sunt dociles. Aves libero fruuntur cœlo. Quasi avem albam bene sentientem civem intuemur.

Avitus, a, um. das von Voraltern herrührt. *Usus.* Paterna & avita possessio. Patria & avita Philosophorum secta. R. *Ab avo.*

Avium, ii, n. ungebahnter Ort. *Usus.* Avium dulcedo ducit ad avium.

Avius, a, um. abgelegen. *Usus.* Nocturnis & aviis temporibus profectus. Silvæ, valles aviæ.

Aula, æ, f. ein Saal, Fürstenhof. *Syn.* Atrium, regia. *Usus.* Ornamenta aulæ, Rex omni auctoritate aulæ communita.

Aulæum, i, n. Tapete. *Syn.* Aulæ ornamenta, peripetasmata, peristromata, stragula, vestis stragula.

Auloedus, i, m. Pfeifer. *Syn.* Tibicen.

Avocatio, nis, f. Abforderung. D. Avocatio *a molestia cogitanda*; revocatio *ad contemplandas voluptates.*

Avoco, as, avi, atum, are. wegrufen *Syn.* Abstraho, abduco, arceo, removeo, traduco.)(*Voco, adduco. Adv.* Sapienter. *Usus.* Ab ea re me non commodum ullum abstrahet, non metus avocabit, non somnus retardabit. Aliquem a contentione, a discordiis, a vitiis avocare. V. *Abduco, averto.*

Avolo, as, avi, atum, are wegfliegen. *Usus.* Experiar, ut hinc avolem, sich geschwind wegmachen.

Aura, æ, f. Luft. *Epi.* Minima, parva, popularis, clarisona, infernæ, subita, valida. *Usus.* 1. Aura spirat melior. 2. *Favor, popularis*, Gunst des Volks. Illum popularis aura justo longius provexit. Fertur popularis aura. Me honoris aura nunquam potuit a cursu dimovere. Totam opinionem parva nonnumquam rumoris aura commutat. V. *Aër.*

Auratus, a, um. vergoldet. *Syn.* Inauratus. *Usus.* Aries Colchorum auratus.

Aureo-

Digitized by Google

Aureolus, a um. **Goldfärbig.** *Ufus.* Aureolus libellus, aureola oratio.

Aureus, a. um. **golden** *Syn.* Ex auro. *Ufus.* Stellæ aureæ, nummus aureus.

Auricula, æ, f. **Ohrläpplein,** *Syn.* Quod circa foramen auris eminet. *Epi.* Infima. *Ufus.* Sermo tuus adhuc mihi hæret ad auriculas. Auricula infima mollior. *Adag. de effeminato*

Aurifer, era, um. **Goldtragend.** *Ufus.* Arbor aurifera.

Aurifex, icis, m. **ein Goldarbeiter.** *Ufus.* Aurificis ſtatera.

Auriga, æ, m. **ein Fuhrmann.** *Syn.* Curruum rector, agitator. *Epi.* Indoctus. *Ufus.* Currum, cum opus eſt, ſuſtinet bonus agitator; auriga indoctus e curru trahitur, deripitur, eliditur, laniatur. Frænos inhibet; qui equos agit. Eſſedarius, rhedarius, **ein Kutſcher.**

Auris, is, f. **das Ohr.** *Epi.* Æquiſſima, aperta atque integra, avida, & capax, elegans, erudita, hebetior, jejuna, inhumana & agreſtis, non obtuſa criminatione, ſed vacua, patientiſſima, teres & religioſa trita. *Phraſ. Aures arrigere*, **die Ohren ſpitzen.** Erigere aures, præbere patefacere, dedere, admovere, commodare, adhibere. 2. *Aures obſidere*, **in Ohren liegen.** Credulas aures implere, complere. imbuere; obtundere garritu; ſermonibus refercire, verberare. Neſcio quid in aures immittere, ſufurrare; ad aures oggannire; auribus inculcare. 3. *Aurium judicio rem ponderare*, **nach dem Gehör urtheilen.** Aurem ſuam interrogare; conſilio & arbitrio aurium uti. *Ufus.* Aures dare, **anhören.** Auribus aliquid dare, **ſchmeicheln.** In aures influere, **ſanft in die Ohren einfließen.** Calent adhuc aures ſermonibus tuis, **deine Worte liegen mir noch in Ohren.** Aures tuæ peregrinantur, **du giebſt nicht acht, was man redet.** Auribus utor æquiſſimis, **ich habe ein günſtiges Gehör gefunden.** Aurium ſuperbiſſimum eſt judicium, **die Ohren ſind in ihrem Urtheile ſehr zärtlich.** Aliquid dignum hominum auribus efficere, **etwas Hörenswürdiges verrichten.** Aures his vocibus inconditis offenduntur, **es thut einem in den Ohren wehe.** Aures claudere, **die Ohren verſchließen.** V. *Audio.*

Aurora, æ, f. **die Morgenröthe.** *Syn.* Diluculum. *Epi.* Humida. prænuntia clari ſolis. *Ufus.* Quamprimum aurora ſe oſtenderit. V *Mane, dies, diluculum.*

Aurum, i, n. **Gold.** *Syn.* Metallum præcipuum. *Epi.* Melius, præclarum. *Ufus.* Auri venæ reconditæ. Aurum cælatum, factum, ſignatum, coronarium. Pateram ab labris auro circumcludere.

Auſcultatio, nis, f. **das Zuhören.** *Syn.* auditio. *Ufus.* Quæ hæc auſcultatio eſt?

Auſcultator, oris, m. **Zuhörer.** *Ufus.* Aut auſcultator eſt tantum, aut diſceptator.

Auſculto, as, avi, atum, are, **zuhören.** *Syn.* Aures admoveo, capto ſermonem, aures arrigo, orationem clam ſublego, ſermoni vaco. *Ufus.* 1. Sermonem meum auſcultando excepit. Ad fores ſuſpenſo gradu acceſſi, animam compreſſi, aurem admovi, ita animum cœpi attendere & ſermonem captare. 2. *Obedio*, **gehorchen.** Auſcultemne ſeni. *eum dat* V. *Audio, obedio.*

Auſim, is, it. **ich unterſtehe mich.** *Ufus.* Nec ſi ſciam, dicere auſim.

Auſpex, icis, m. **ein Weiſſager.** *Ufus.* Latores & auſpices legis curiatæ. Auſpice Deo, *duce.*

Auſpicato, **zur guten Stunde.** *Syn.* Bono auſpicio, auſpicio capto, bonis ominibus. *Ufus.* Auſpicato urbem condidit Romulus. V. *Feliciter.*

Auſpicatus, a, um. **glücklich.** *Syn.* Argutus. *Ufus.* Auſpicato in loco conſedit. Annus auſpicatus. V. *Felix.*

Auſpicium, ii, n. **Weiſſagung aus den Vögeln.** *Syn.* Augurium. *Epi.* Auguſtum, coactum, conſulare, ementitum, extremum, optimum, præclarum, ſecundum, verum, ſalvum, bonum, divinum, juge, malum, militare, populare, ratum, finiſtrum. *Ufus.* Auſpicium facere, agere, habere. Obtemperare auſpiciis Bono auſpicio aliquid agere. Duſtu, imperio, auſpicio alicujus rem gerere.

Auſpicor, aris, atus ſum. **weiſſagen.** *Syn.* De cœlo, terra auſpicium ago.

Digitized by Google

Uſus. 1. Oblitus eſt auſpicari. 2. *Incipio*, anfangen. Annum, laborem, opus auſpicari. V. *Incipio*, *initium*.

Auſter, ri, m. **Mittagwind.** *Syn.* Ventus a meridie ſpirans. *Epi.* Adverſus, leniſſimus, ſummus, vehemens. *Uſus.* Belle nobis flavit ab Epiro mitiſſimus auſter. Auſtro vehementi rejectus ſum.

Auſtere, **rauh.** *Syn.* Dure, ſevere, duriter. *Uſus.* Severe mecum agit, & ſtoice.

Auſterus, a, um. **rauh.** *Syn.* Severus, acerbus.)(*Dulcis*, *decoctus*. *Uſus.* Auſtero more. Suavitas auſtera & ſolida. V. *Rigidus*, *aſper*, *ſeverus*.

Auſtralis, e. *gen. com.* **das gegen Mittag liegt.** *Syn.* Ad meridiem, ad auſtrum. *Uſus.* Auſtrales regiones.

Aut, **oder.** *Syn.* Vel. *Uſus.* Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum ſpecie dicam? *Cave*, *huic particulæ particulam vel ſubjicias*.

Autem, **aber.** *Syn.* Sed, vero. *Uſus.* 1. Poëta numeris adſtrictior, verbis autem liberior. 2. *Et*, **und.** Cum pecunia deeſſet, eſſent autem prædia, vendi ea juſſi. 3. *An* ob. Cur conſurgitis? vultis autem horum audaciam reprimere? *pro*: *an vultis &c.* 4. *Præterea*, **neben dem** Cum ita eſſet, ſuſpicarer autem &c. 5. *In interrogatione ſervit correctioni.* Meum eſt, providere, quid fiat. Fiat autem? immo vero quid futurum ſit, **mir ſieht es zu, zu ſehen, was man thue; aber was ſage ich, was man thue? ja wohl auch, was man thun ſollte.**

Autumnalis, e. g. e. **herbſtlich.** *Uſus.* Autumnale frigus.

Autumnus, i, m. **der Herbſt.** *Phraſ.* Tempus ſeneſcenti æſtati adjunctum; autumnale æquinoctium inſtat; æſtatis non multum ſupereſt; æſtas in exitu eſt; æſtas præcipitat, **der Herbſt kommt ſchon herzu.**

Autumo, as, avi, atum, are. **vermeynen.** *Syn.* Opinor, cenſeo, puto. *Uſus.* Ecquid autumas?

Avunculus, i, m. **der Mutter Bruder, Oheim.** *Syn.* Matris frater. *Epi.* Divinus ac ſingularis, magnus.

Avus, i, m. **Großvater.** *Syn.* Patris, aut matris pater. *Epi.* Diſertiſſimus, nobilis, ſapientiſſimus.

Auxiliarius, a, um, **hülflich.** *Phraſ.* *Milites auxiliarii*, **Hülfsvölker.** Auxiliares copiæ; adventitiæ copiæ; auxilia; conductitiæ cohortes; ſubſidiarius miles; milites in ſocietatem armorum aſſumpti; qui ſocia arma junxere; qui ſubſidio ſunt legionibus. *Uſus.* Miles, cohors auxiliaria.

Auxilior, aris, atus ſum. **helfen.** *Syn.* Juvo, adjuvo, opitulor; opem auxiliumque fero, auxilio ſum, ſuccurro; ſubſidio eo, *vel* venio, præſto ſum, ſubvenio, adſum, præſidium fero; adjumento, ſubſidio, præſidio ſum. Suffragor, ſubſidio proficiſcor. *Uſus.* Auxiliari cuipiam. V. *Auxilium*, *faveo*, *opera*, *opitulor*.

Auxilium, ii, n **Hülfe.** *Syn.* Subſidium, præſidium, adjumentum, opis, adminiculum. *Epi.* Adventitium, barbarum, bonum, certum, divinum, fideliſſimum & graviſſimum, & maximum, firmum, magnum, & varium, mediocre, multum, nefarium, novum, noviſſimum, præſens, ſummum, verum, voluntarium. *Phraſ.* 1. *Tu mihi auxilium tuliſti*, **du haſt mir Hülfe geleiſtet.** Tu primus afflicto, & jacenti conſularem fidem dexteramque attuliſti; te patrono uſus ſum diligente; tuo auxilio evaſi. Tu ſummo ſemper ſtudio mihi præſto fuiſti. In te velut arcem rerum mearum habui; tu labentem, ac prope cadentem ſulciebas. Te pro perſugio ntebar, poſtquam amicorum conſilia & auxilia mihi occidere. Tu ad pericula mea propulſanda concurriſti; meas ruinas tua virtute ſuſtinuiſti. Egregiam mihi operam navaſti; labentem excepiſti; fortunis, fide fulciviſti. Amicum pendentem corruere non es paſſus. Patrocinium rerum mearum ſuſcepiſti. Tui auxilii umbra tectus; ſub umbra tua latens, auxilium reperi. Tu adjutor meus, tu monitor, conſectorque negotiorum meorum. Tu ſtudium tuum ſaluti meæ dicaſti unice, tu ope tua me defendiſti. Te ego auctorem ſalutis, defenſoremque habeo. In te opis mihi erat tantum, quantum vix omnium ſtudia conferre in me poterant; adminiculo hoc uno erectus ſum; eodem innixus prin-

Digitized by Google

principe ſteti. Tuo patrocinio nitebar unice, tuo præſidio ſuſtentabar. 2. *Auxilii nihil ſupereſt*, **es iſt keine Hülfe mehr übrig.** Omnia mihi præſidia amicorum, omnia auxilia civium, perfugia, jura, conſilia occiderunt. Emortuum eſt mihi ad eam rem auxilium. Nihil mihi in quoquam opis eſt, nihil auxilii. Omnia mihi undique auxilia detracta ſunt. Nullus eſt auxilio locus. 3. *Auxilio venire*, **zu Hülfe kommen.** Subſidio ire, proficiſci, ſubſidium parare, comparare; adeſſe auxilio, ſuppetias ferre, adferre; ſuppetias advenire; adjutorem ſe profiteri ad rem; ad ſubſidium venire, ſuppetias venire. 4. *Auxilia mittere*, **Hülfe ſenden.** Subſidiarias cohortes, ſubſidium mittere; ſubmittere auxilia, ſubſidia, copias auxilio; ſubminiſtrare auxilia. *Uſus.* Auxilium ab aliquo petere, **einen um Hülfe anſprechen.** Implorare, efflagitare. Auxilium ferre, adjungere. Auxilio eſſe, **helfen.** V. *Adjumentum*, *faveo*, *affectus*, *a*, *um*.

Axilla, æ, f. **die Achſel.** *Syn.* Locus ſubter brachium concavus.

Axioma, tis, n. **ein Ausſpruch, Grundſatz.** *Syn.* Enuntiatio, effatum, pronuntiatum, ſententia brevites enuntiata. *Epi.* Falſum, verum.

Axis, is, m. **eine Wagenare, Mittelpunkt des Himmels gegen Mittag, oder Mitternacht.** *Syn.* Linea per mundi centrum ducta, circum quam cœlum convertitur. *Uſus.* Terra, altrix noſtra, trajecto axe ſuſtinetur.

B.

Bacca, æ, f. **Beere.** *Fructus arborum, quales ſunt corni, oleæ.* *Epi.* Certæ, pulchellæ. *Uſus.* Baccæ arborum terræque fruges.

Bacchanalia, orum, n. **Faſtnacht.** *Poraſ.* Hilaria, liberalia; quibus diebus bacchatur hominum effrenata licentia, & temulentia; dies, quibus proni eſſe in licentiam homines, & diffluere in luxum ac laſciviam ſolent. *Uſus.* Bacchanalia vivere, **in Freſſen und Saufen das Leben zubringen.** Bacchanalia agere, agitare, **Faſtnacht halten.**

Bacchatio, nis. f. **Unſinnigkeit.** *Syn* Bacchantium furor, inſaniendi ratio varia. *Uſus.* Nocturnæ bacchationes & vigiliæ. V. *Amentia.*

Bacchor, aris, atus ſum. **unſinnig ſeyn.** *Syn.* Furo, inſanio. *Uſus.* Quibus gaudiis exultabas, quanta voluptate bacchabare? V. *Furo.*

Bacillum, i, n. **Stäblein.** *Syn.* Baculus, virga. *Epi.* Incurvum, in ſummo inflexum. *Uſus.* Lituus, id eſt, incurvum, & a ſummo leniter inflexum bacillum.

Bajulus, i, m. **Stab.** *Uſus.* Inniti baculo.

Bajulo, as, avi, atum, are. **tragen.** * *Syn. Porto. Uſus.* Ego bajulabo, tu inanis ante me ito.

Bajulus, i, m. **ein Träger.** *Syn.* Operarius, qui onera corpore ſuo victus quærendi cauſa portat. *Uſus.* Operarii & bajuli.

Balbus, a, um. **ſtammelnd.** *Syn.* Lingua hæſitans. *Uſus.* Demoſthenes ita balbus erat, ut primam Rhetoricæ litteram non poſſet dicere.

Balbutio, is, ivi, itum, ire. **ſtammeln.** *Syn.* Lingua hæſito. *Transl.* Inepte diſſero, male doceo, tracto, ago. *Vel*: Obſcure, ambigue, pronuntio, dico.)(*Aperta*, *& clara voce loquor. Uſus.* Vetuſtas de natura DEI balbutiebat denique.

Baliſta, æ, f. **ein Geſchütz, Bogen mit Handhaben.** *Syn.* Arcus magnus cum manubrio. *Uſus.* Baliſtæ eo vehementius feriunt, quo ſunt contentæ, & adductæ magis. V. *Catapulta.*

Balneæ, arum, f. **Badhaus.** *Duo ædificia conjuncta, in quorum altero viri, altero feminæ lavabant. Uſus.* Balneæ publicæ.

Balnearia, orum, n. **Bad.** *Uſus.* Nihil reſtat præter balnearia, & ambulationem.

Balneator, oris, m. **Bader.** *Syn.* Balneorum præfectus. *Epi.* Temperans.

Digitized by Google

Balneum, *item*: Balineum, i, n. Bad. *Syn.* Locus, ubi domi privatim lavant. *Uſus.* Balneum calefieri juſſit.

Balo, as, avi, atum, are. blöcken. *Uſus.* Balat ovis excluſa paſcuis.

Balſamum, i, n. Balſam. * *Syn.* Odorata Palæſtinæ arbuſcula. *Uſus.* Balſamum eſt arbor ipſa; opobalſamum eſt ſuccus collectus ex arbore.

Balteus, ei, m. ein breites Gürtel mit Spangen. * *Syn.* Cingulum e corio, bullis ornatum. *Uſus.* Auratæ vaginæ, aurata illis baltea erant.

Baptismus, i, m. die Taufe. *Phraſ.* 1. *Baptismum conferre*, taufen. Sacroſancto Chriſtianorum ritu abluere; aqua vitali abluere; ſacro fonte infantes aſpergere. Salutari Chriſtianorum lavacro tingere; ſacro baptismate reſpergere; primis Chriſtianorum ſacris initiare. 2 *Baptismum accepit*, er hat die heilige Taufe empfangen. Sacro baptismate ablutus eſt; ſacroſancto æternæ ſalutis fonte ablutus, tinctus, aſperſus eſt. Baptismatis fonte auctoratus eſt; Chriſtianorum cœtui per ſacrum baptisma inſertus eſt, ſalutari aqua, luſtrali fonte lotus eſt; ſoſpitalibus aquis ablutus eſt; ſacro baptismatis rore tinctus eſt; ſacro fonte luſtratus, expiatus eſt. 3. *Ex baptismo levare*, aus der Taufe heben. E ſacro fonte ſuscipere; ad ſacrum fontem pro aliquo ſponſorem fieri; qua hora pueris ſacra aqua ad ſalutem tingendis opera impenditur, ſponſionem facere. *Vulg. Patrinum agere.*

Baratrum, i, n. Abgrund. *Syn.* Locus, præceps, unde emergi non poſſit. *Transl.* Pro homine edace, potatore; *Item*; Pro meretrice omnia abſorbente. *Uſus.* Ex imo baratri emergere.

Barba, æ, f. Bart. *Syn* Viri villus ad mentum. *Epi.* Aurea, horrida, atque intonſa, major, maxima. *Uſus.* 1. *Barba creſcit*, der Bart wächſt ſchon. Jam lanuginem emittit. Lanugo per malas ſerpit; malas veſtit. 2. *Barbam longam fert*, er trägt einen langen Bart. Barbam promittit; alit prolixam barbam, barbam nutrit profuſam, ſubmiſſam, prominentem. Bene barbatus, barba affatim inſtructus; ſpiſſa, promiſſaque barba eſt conſpicuus. Promiſſa, & fluente in pectus barba eſt. 3. *Barbam depoſuit*, er hat ſich barbirt. Barbam totondit, dempſit, abraſit, poſuit, raſit. 4. *Nondum habet barbam.* Ne primam quidem barbæ lanuginem induit: ne lanugo quidem mentum obduxit; ne prima quidem barba mento inducta eſt. *Uſus.* Capillatior, quam ante, & barba majori.

Barbare, barbariſch. *Syn.* Inquinate. *Fuse, emendate. Uſus.* Grammaticum ſe profeſſus, barbare loquitur.

Barbaria, æ, f. Barbarey. *Syn.* Locus barbarus, vel fera gens. *Epi.* Agreſtis, forenſis, immanis, atque intoleranda, inveterata, tota vaſta. *Uſus* 1. Tam atrox nullus in ulla barbaria tyrannus fuit. 2. *Mores barbari, duri, feri, crudelitas, feritas.* barbariſche und grauſame Sitten. Cæſar inveteratam quandam barbariam ex Gaditanorum moribus delevit. Barbaria forenſis.

Barbaricus, a, um, barbariſch. *Syn.* Barbarus. *Uſus.* Barbaricæ veſtes, leges, mores.

Barbaries, ei, f. Barbarey. *Uſus.* 1. Regiones feræ, & alienæ. Scythæ, Syri, & cuncta fere barbaries. 2. *Vitioſa, & a latinitate aliena locutio*, fehlerhafte, und nicht lateiniſche Rede. Domeſtica aliqua barbaries eorum ſermonem infuſcavit, inquinavit. Barbara & ſoloœca inſpergunt.

Barbarismus, i, m. eine Rede, die nicht recht nach Art der Lateiner lautet. *Syn.* Vitium in locutione, cum verbum aliquod vitioſe effertur. *Uſus.* In barbarismos incurrere.

Barbarus, a, um. barbariſch. *Syn.* Immanis, incultus, agreſtis, ferus, crudelis, atrox.)(*Humanus, cultus. Phraſ. Homines barbari*, barbariſche Leute an den Sitten. Gentes immanitate barbaræ, moribus efferatæ. Homines immani & intoleranda barbarie; immanſueti, feri, omni diritate deterrimi; vultu, motuque corporis vaſti, & agreſtes; moribus, ritibusque efferati; magna ex parte latrociniis in-

Digitized by Google

[illegible] rum, in numerum Beatorum adscribere; Beatis annumerare; in Beatorum numero locare, collocare, reponere; Beatorum numero aggregare; in Beatorum numerum referre; Beatorum cultum, honoresque alicui decernere, constituere.

Beatitas, tis, f. **Glückſeligkeit.** *Syn.* Beatitudo, vita beata. V. *Beatus.*

Beatitudo, inis, f. **Glückſeligkeit.** *Syn.* Beatitas. *Usus.* Beatitatis & beatitudinis verbum durum, sed usu mollitum est. V. *Felicitas*, *Beatus.*

Beatus, a, um, **ſelig.** *Syn.* Felix, cui bene est. *Adv.* Absolute, ardenter, perfecte, summe. *Phras.* 1. *Beatus sum*, **ich bin glückſelig.** Bene beateque est; in cœlo sum; cœlum digito contingo; Deorum vitam adeptus sum; quis me homo fortunatior? fortunam ipsam abeo. V. *Felix.* 2. *Beati in cœlo*, **die Seligen im Himmel.** Felicissimi cœli incolæ; æternitatis felicissimæ lumina; in altissimum evecti cœlestium civium consessum; cœlestis patriæ cives; cœlestis aulæ beatissimi proceres; in augustissimo Numinis concilio collocati; qui ea florent inter cœlites gloria, quæ mortalium apices transcendit, intra se positos habet universos. 3. *Beata sempiternaque vita jam in cœlis fruitur*, **er genießt ſchon die ewige Seligkeit.** Ejus vitam virtutemque beata jam immortalitas excepit; piorum jam sedem, ac locum est consecutus; magnis jam, & perpetuis fruitur voluptatibus, nullo metu nec impediente, nec impendente; ejus animus, postquam e corpore excessit, in cœlum jam, quasi in domicilium suum pervenit; in æternam, ac plane jam suam in domum immigravit, ubi ævo sempiterno fruitur. Æternæ salutis, beatitudinis particeps; hæres æternæ vitæ est; particeps æterni gaudii in unica felicitatis cognitione defixus est. Adest illi cumulata bonorum complexio, secretis malis omnibus. Beatitudinis sempiternæ portum jam consecutus; in illa perenni felicitatis sede jam collocatus est. Vita cœlitum, quæ sola est vita nominanda; cœlesti gloria, & immortalitatis domicilio jam perfruitur. Vita beata

Digitized by Google

ta & ſempiterna; quæ cumulata bonorum omnium, & nunquam interitura poſſeſſione gaudet, fruitur. Æternam gloriæ mercedem, a DEO mortalibus propoſitam, jam confecutus eſt. In beatiſſimam cœli regiam eſt deportatus; hæreditatem divinæ gloriæ adiit; evolavit jam in cœleſtes orbes illos, ubi certus laborum finis; ubi vera & ſolida felicitas. Profectus jam eſt ad beatum illud ſanctarum animarum concilium; & feliciſſima cœlitum ſede eſt receptus. *Uſus.* Beatus eſſe ſine virtute nemo poteſt. Quem tu ægritudine, metu, lætitia geſtiente, & libidine liberum, ſolutum, vacuum videris, num dubitabis beatum dicere? Qui beatus eſt, tutus ſit oportet, inexpugnabilis, munitus, ſeptus, ſine timore, quem nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, nullæ libidines incitant, nullæ lætitiæ futiles languidis liquefaciunt voluptatibus. V. *Felix.*

Bellaria, orum, n. **Nachtiſch, Zuckerwerk.** *Syn.* Cibi ad irritandam famem compoſiti. *Uſus.* Mellita bellaria.

Bellator, oris, m. **Krieger.** *Syn.* Miles bellicoſus. *Uſus.* Is minus vehemens orator, quam bellator fuit. V. *Miles.*

Bellatrix, icis, f. **ein ſtreitbares Weib.** *Uſus.* Bellatrix iracunda.

Belle, fein. *Syn.* Bene, apte, proſpere, commode, æquo animo. *Uſus.* Belle, & feſtive. Belle cecidit, cum &c. Dolorem illum belle fert. Aqua belle fluens.

Bellicoſe, **kriegeriſch.** *Syn.* Bellicoſe Romam aggreſſus eſt.

Bellicoſus, a, um. **kriegeriſch.** *Syn.* Armis & belli virtute valens.)(*imbellis. Phraſ.* 1. *Germani bellicoſi ſunt*, **die Deutſchen ſind ein kriegeriſches Volk.** Belli gerendi peritiſſimi; longe omnes belli gloria & virtute ſuperant; bellicis laudibus abundant; operum militarium periti ſunt; bello inviſti; multis fortibus factis, gloria militari illuſtres; in armis exercitatiſſimi; pugnaciſſimi, promptiſſimi bellatores; bello acres ſunt, ſtrenue, & conſilio boni, rem bellicam fortiter ac ſtrenue tractant, gerunt, adminiſtrant. 2. *Scipio bellicoſiſſimus erat*, Scipio war über die maßen im Kriege erfahren. Vir erat in arma natus; ferox viribus, & armorum arte; invictus bello juvenis; Mars alter; primus bellator; magnum habebat uſum in re militari, ſummam ſcientiam rei militaris habebat; erat bello nobilis; manu ſtrenuus, promptus; clarus militiæ; acer bello juvenis; bonus militia, impiger manu; gnarus, non inglorius, acer militiæ; egregiæ erat militaris famæ. Sæpe ſe in armis ſtrenuum, in bellis acrem, ac fortem probavit; fortem ac ſtrenuam in bello navavit operam: erat in eo laus rei militaris maxima; prudentia rei militaris clarus erat, in re militari verſatus erat egregie; florebat militaris rei gloria; militare munus præclare functus erat. *Uſus.* Gentes bellicoſæ. V. *Fortis, audax.*

Bellicum, i, n. **Zeichen zur Schlacht.** *Syn.* Cantus ad arma vocans. *Uſus.* Bellicum quaſi canit Thucydides.

Belligero, as. avi, atum, are. **kriegen.** *Syn* Bellum gero. *Uſus.* Cum fortuna nobis belligerandum eſt.

Bello, as, avi, atum, are. **kriegen.** *Syn.* Belligero, bellum gero. *Uſus.* Gigantum more cum Diis bellare. V. *Bellum.*

Bellua, æ, f. **ein wildes Thier.** *Syn.* Beſtia. *Epi.* Audax & nefaria, fera & immanis, immanis, & tetra, importuna, importuniſſima, impura, tetra & peſtifera, teterrima, & vaſtifica, vaſta, & immanis. Belluæ fluitantes, immanes & feræ, innantes & natantes. *Uſus.* Ægritudo ut tetra & immanis bellua fugienda. Sed quid ego jus hoſpitii in hac bellua requiro?

Bellum, i, n. **Krieg.** *Syn.* Duellum, Mars, belli contentio, certamen belli, tempus belli, arma.)(*Pax D. Bellum* totum militiæ tempus; *proelium* ſolum armorum certamen eſt. *Epi.* Bella acerba ac diuturna, civilia, continua, domeſtica, externa, gravia, graviſſima, hoſtilia, inutilia, juſta, leniora, magna, majora, maritima, terreſtriaque, maxima, & periculoſiſſima, peſtifera, præclara, priſtina, propria, ſuperiora, varia, vetera, bellis ſuperioribus. Bello proximo bellum acerbum diuturnumque, in-

Digitized by Google

inteſtinum, acerbiſſimum, & calamitoſiſſimum, commune, crudele & exitioſum, crudeliſſimum, dubium, fœdiſſimum, graviſſimum, horribile ac nefarium, impium, inexpiabile, indictum, infinitum, injuſtum, luctuoſiſſimum, neceſſarium, periculoſum, vehemens, merum, miſerum fataleque, miſerrimum, mortiferum, muliebre, naturale, navale & maritimum occultum, oppreſſum, periculoſum magnitudine, turpe, perniciſiſſimum, piraticum, privatum, proximum, prudens, regium, repentinum, ſacrilegum impiumque, ſæviſſimum prope omnium, ſceleratiſſimum, ſempiternum, ſervile, tetrum periculoſumque, tantum, tam crudele, tam nefarium, tam diuturnum, tam longe lateque diſperſum diffuſumque. *Phraſ.* 1. *Bellum imminet*, **es ſteht uns ein Krieg bevor.** Impendet nobis, imminet bellum formidoloſum, anceps, difficile. Exardeſcet, orietur, naſcetur, exiſtet ex his ſcintillis bellum calamitoſum, exitiabile. Verſamur in præſenti belli diſcrimine. Adventat, appropinquat, adeſt jam grave bellum. Res ad arma ſpectat. Bellum jam evitari non poteſt. Gliſcit jam ſcintilla belli, quæ brevi in apertum incendium erumpet. Magna belli moles imminet. Magnum bellum in manibus eſt. Bellum incidet non dubium. Bellum nobis jam propius admovetur. Grave bellum in metu eſt. Belli magni timor impendet; verſamur in magno timore belli. Adeſſe jam grave bellum videtur. Bellum non dubium habemus. Bellum primo quoque tempore conflatum erit; natum jam eſt belli initium. 2. *Bellum excitare*, **einen Krieg anzetteln.** Concitare, ſuscitare, commovere, conflare, concire bellum; bellicum canere; ad arma vocare; arma induere civibus; in arma populos agere; ad bellum omnem Europam armare; ad arma conclamare, ſtimulare, concitare, ſolicitare populos; bellum toto orbe conſciſcere; ad bellum inducere; quaſi furiam quandam ac facem belli accendere, & impellere ad conſilia tam funeſta populos. Bella ex bellis ſerere. 3. *Bellum parare*, **ſich zum Kriege rüſten** Bellum adornare, apparare, comparare, inſtruere; bellum coquere, oſtendere; ad ſaga ire; de bello cogitare; ad bellum animum intendere; in bellum mente & animo inſiſtere; ad belli cogitationem ſe recipere; de bello conſilium inire; belli conſilium quærere; in bellum incumbere. *Omnia belli apparatu ſtrepunt*, **es rüſtet ſich alles zum Kriege.** Saga ſumuntur, arma promuntur, dantur civibus; arma raptim capiuntur, induuntur. Armis cives accinguntur, muniuntur, inſtruuntur. 4. *Bellum indicere*, **Krieg ankündigen.** Bellum denuntiare. 5. *Bellum ſuscipere*, **einen Krieg anfangen.** Movere, commovere, facere, inferre, ſumere, incipere, inchoare. Belli initium ſumere; arma tentare; ad arma deſcendere, concurrere. Belli initium facere; bellum conſciſcere, contrahere; bellum moliri, inire; bellum capeſſere, decernere; otium bello interpellare; bello experiri; rem ad arma deducere; ad vim & arma deſcendere, decurrere; belli fortunam tentare, experiri; in bellum converti. 6. *Bello aggredi aliquem*, **einen mit Krieg überziehen.** Arma inferre, bello laceſſere, tentare, petere aliquem; armis invadere, infeſtare; bello premere, opprimere; armis, bello perſequi; bellum inferre, movere, commovere, facere alicui. 7. *Bellum gerendum committere*, **einem auftragen, den Krieg zu führen.** Bellum dare conſulibus; præficere bello conſules; bellum mandare conſulibus; ſummam belli adminiſtrandi conſulibus dare, permittere. 8. *Bellum gerere*, **Krieg führen.** Adminiſtrare, gubernare bellum; bellum ſuis viribus exequi. 9. *Bellum eſt in Italia*, **es iſt Krieg in Wälſchland.** Ardet, flagrat, conflagrat atroci bello Italia; miſcetur belli turbine; belli diſſidio diſtracta gemit; internecino bello premitur, affligitur, vexatur. Italia perculſa bello, ac proſtrata jacet; belli flamma uritur, ac conſumitur; magna belli contentione terra marique infeſtatur; igne ferroque vaſtatur; nefario ac duriſſimo bello inflammatur.

Digitized by Google

tur. Italia tota in armis eſt. Arma tota Italia concrepuere; ſtrepitus armorum totam Italiam concutit; in ſagis eſt omnis Italia. Nulla calamitas, nullum exitium, nihil tam durum & acerbum in bello eſt, quod Italia non perſentiſcat. Bellum diuturnum totam perdit, corrumpitque Italiam. Nullum non mali genus Italiæ inſert, importat bellum. Bellum magnas calamitates, ac graves creat Italiæ; multis & gravibus damnis Italiam afficit; nullius mali expers eſt; nulla vacat calamitate Italia bello laceſſita. Bellum ex pulcherrima Italiæ parte ſolitudinem facit. Undique ſe pugna movet in Italia; ubique armis contenditur, dimicatur, disceptatur. 10. *Bellum adhuc anceps eſt*, **der Krieg iſt auf beyden Seiten noch gefährlich.** Bellum ancipiti Marte geritur. Communis adhuc Mars belli eſt. Varia adhuc belli fortuna, ancepsque Mars eſt. Bellum adhuc geſtum ea fortuna eſt, quam belli caſus ferunt, Marsque communis. 11. *Bellum protrahere* **den Krieg in die Länge ſpielen.** Bellum ducere, trahere, alere, prorogare; lentum bellum per oppida circumferre. 12. Bello hoſtem circumducere. 13. *Bellum repellere*, **den Krieg ab wenden.** Propulſare bellum, defendere bellum illatum; illatas injurias propulſare; bellum depellere, profligare, repellere; vim omnem belli tempeſtatemque alio convertere, avertere; bellum dividere, diſpergere; in locum alium detrudere. 14. *Bellum remiſit*, **der Krieg hat ſchon etwas nachgelaſſen.** Attenuatum, imminutum bellum eſt; ſeneſcit, conſeneſcit bellum; affectum, non confectum bellum eſt. 15. *Bellum abſolvere*, **dem Kriege ein Ende machen.** Reſtinguere, delere, conficere, componere; belli reliquias extinguere; felici temeritate opprimere; bellum ad exitum perducere; bellum perficere, abſolvere, perpetrare, victoria terminare; optato exitu concludere; belli extrema delere; belli reliquias auferre, conficere; nullam partem belli relinquere; finem bello imponere, facere, ſtatuere; nullam belli ſcintillam relinquere; belli reliquias perſequi; bellum tollere & ſepelire. 16. *A bello ceſſare*, **aufhören zu kriegen.** Bellum dirimere, ponere, deponere, componere; bellum pace mutare; arma ponere; ab armis discedere; ab armis abſiſtere; bellum ſedare; ab armis conquieſcere 17. *Bellum renovatur*, **der Krieg geht auf ein neues an** Nondum ſatis oppreſſis belli reliquiis, fumantibus adhuc belli ſcintillis, belli conſilium reſumptum, inſtauratum, redintegratum eſt, ut adeo bellum ex bello ſeratur. Redit, renaſcitur de integro bellum; jam extinctum denuo ſuscitatur. Novo iterum bello implicamur, involvimur. Novis fluctibus objicimur; in bellum denuo conjicimur. Ex præſenti tranquillitate novæ tempeſtates commoventur. Bellum integrum ſupereſt novis furoribus inflammatum. Bellum non finivit, ſed mutavit. Omnia rurſus in bellum conſilia convertenda ſunt. *Uſus.* Bellum inferre, **einen zuerſt mit Waffen angreiffen.** Bellum defendere, **ſich zur Gegenwehr ſetzen.** Bellum accipere, non inferre, **ſich wider Feindes Gewalt beſchützen wollen, nicht aber den Krieg ſelbſt wider den Feind vornehmen.** Bello parato, **nach vollendetem Kriege.** Bellum collatum eſt circa Corinthum, **unweit Korinth haben ſich die ſtreitenden Partheyen zuſammen gezogen** Bellum ad Placentiam conſtitit, **das Kriegstheater war bey Placenz**

Bellus, a, um. **fein.** *Syn.* Aptus, conveniens. *Adv.* Plane, valde. *Uſus* 1. Erit hic locus pueris belliſſimus. 2. *Lepidus*, **holdſelig.** Bellus puer, bellæ litteræ. 3. *Urbanus, honeſtus*, **höflich, ehrſam.** Durius hoc accepit, quam homines belli ſoleant. V. *Pulcher.*

Bene, **recht, wohl und gut.** *Syn.* Præclare, commode, valde, ratione. *Phraſ.* 1. *Bene mecum agitur*, **es ſtehet wohl um mich.** Pulchre mihi eſt. Beatus ſum. Perbono loco res ſunt meæ. Præclare ſe res habet. Bene me habeo. Rectiſſime apud me ſunt omnia. Optime, commodiſſime mecum agitur. Belle me habeo. Expedita mihi ſunt omnia & explicata. Florentiſſimis re-

Digitized by Google

rebus utor. Optatis meis fortuna reſpondet. Pulcherrime ſtamus. Secundæ res ſunt. Salva res eſt, integra, incolumis. Res facili curſu procedunt; proſperum curſum tenent. Proſpere, & ex ſententia res eunt meæ. Vitam vivo feliciſſimam. Facilem ſe mihi præbet fortuna & benignam. Optime mihi cum fortuna convenit. Nihil ad felicitatem deeſt. Vita mea omni felicitatis genere cumulata eſt. Omnia ad voluntatem fluunt; ex ſententia procedunt. Utor rebus ſecundis. 2. *Bene an male*, gut oder übel. Recte an perperam; recte an ſecus; probe an ſecus egeris, ignoro. 3. *Bene feciſti*, du haſt recht gethan. Recte & ordine, belle, rectiſſime & ſapientiſſime; rite, providenterque feciſti. *Uſus.* 1. Domus bene & ratione ædificata. 2. *Valde*, ſehr, ziemlich. Homo bene nummatus; bene multi, bene mane, bene magnus, longus &c.

Benedico, is, dixi, dictum, ere. wohl ſagen, zierlich reden. *Uſus.* 1. Benedicere, eſt ſapienter, perite, ornate dicere. 2. *Laudo*, loben, Gutes von einem reden. Cui benedixit unquam bono civi?

Benedico Deum, GOtt benedeyen. Laudo, extollo, deprædico Numinis clementiam, ac largitatem. 2. *Benedicere populo, benedictionem dare*, ſegnen, Segen geben. Bene precari; fauſta cum prece dimittere; pacem & veniam populo a ſuperis precari. Solenni precatione, fauſtis ad Deum precationibus populum proſequi. 3. *Benedicere menſam, cibos &c.* über die Speiſen den Segen ſprechen. Cœnam a ſacris precibus auſpicari; Chriſtiano ritu, ſolenni precatione dapes luſtrare.

Benedictum, i, n. gutes Wort.)(*Maledictum. Uſus.* Benedicta male interpretari.

Benefacio, is, feci, factum, ere. gutes thun. *Syn.* Beneficio afficio, benigne, facio, beneficium tribuo, bene, optime mereor, beneficiis orno, bene promereor, beneficium confero, beneficio complector; beneficiis augeo, proſequor. *Uſus.* Durum eſt, male tractari ab iis, quibus beneſeceris. V. *Beneficium confero.*

Beneſactum, i, n. Gutthat. *Syn.* Bene, honeſte factum, virtus.)(*Maleſactum. Uſus.* Beneſactorum jucundiſſima eſt recordatio. 2. *Beneficium, meritum*, Verdienſt, Wohlthat. Beneſacta male locata, male facta arbitror.

Beneficentia, æ, f. Gutthätigkeit. *Syn.* Liberalitas, benignitas. *Epi.* Divina, præſtans *Uſus.* Quid præſtantius bonitate & beneficentia?

Beneficiarius, ii, m. einer, der eine Wohlthat empfangen. *Syn.* Cliens. *Uſus.* Petrejus cum paucis equitibus beneficiariis ſuis in hoſtem movit. *Vulg. Vaſallus.*

Beneficium, ii, n. Wohlthat. *Syn.* Beneſactum, meritum, officium, gratia, promeritum, munus. *Epi.* Æternum, ampliſſimum, divinum, immortaleque, excellens atque divinum, inſigne & ſingulare, præclarum in rempublicam, publicum, recens, ſummum. Beneficia ampliſſima, clariſſima, cœleſtia. Divina in aliquem, fructuoſa, & grata alicui, immortalia, innumerabilia, jucundiora, mutua, paterna, plurima, proxima, vera, vetera, vilia. *Phraſ.* 1. *Beneficium peto*, ich begehre eine Gutthat. Hanc rem in beneficii loco a te depoſco; tuo beneficio ut is mihi honor obveniat, peto. V. *Rogo.* 2. *Beneficium confero*, ich erweiſe eine Gutthat. Contuli, quæ in illum officia potui. Quantum in me fuit, quantum efficere, & conſequi potui, pro meo ſtudio, meaque induſtria complexus ſum hominem; auxi omnibus officiis. Nullum officii genus, aut ſtudii; nullam omnino rem, quæ vel ad utilitatem illius, vel ad laudem ſpectat, omiſi, prætermiſi, inſectam reliqui. Omnia, quæ quidem præſtare mihi licuit, profecta in illum ſunt beneficia. Meam in illum voluntatem & benevolentiam quandocunque res tulit, ubi tempus & occaſio poſtulavit, oſtendi, ſignificavi, declaravi, pateſeci, probavi. Bene meritus de illo ſum, quam potui, ſtudioſiſſime. *Nihil beatius eſt, quam beneficia multis conferre plurima*, es iſt nichts beſſers, als andern viele Wohlthaten er-

Digitized by Google

erzeigen. Benigne facere plurimis; beneficiis devincire, ornare, complecti, obligare, alligare plurimos; felicitatis pars magna eſt, beneficiis cumulare, obruere; officiis colere, afficere; beneficiis & officiis proſequi quam plurimos; mereri, bene promereri de plurimis; in exhibendis, tribuendis, deferendis officiis, nullum benevolentiæ pignus, ac indicium omittere; emere ſibi beneficiis plurimos; eximia eſſe in omnes benignitate. Quæ iſta felicitas eſt, ſervire, commodare quam plurimis; collocare, ponere apud gratos animos benefacta quam plurima; & quidquid facultas, in beneficii loco deferre. *Non magna in me beneficia contuliſti*, **du haſt mir nicht viel Gutthaten erwieſen.** Non valde de me meritus es. Beneficium a te vel nullum accepi, vel minimum. Exigua ſunt, quæ pro beneficio dediſti; quæ mihi detuliſti, dediſti beneficia; quæ apud me beneficia collocaſti, poſuiſti. Gravia non ſunt, exigui momenti, parvi ponderis ea ſunt, quæ mea cauſa feciſti. Beneficia tibi debeo, non ita magna. Obligaſti, obſtrinxiſti me mediocribus officiis. 3. *Beneficium accipio*, **ich empfange eine Gutthat.** Plurima tibi debeo officia & beneficia; innumerabilia tua in me extant beneficia; in me profecta ſunt. Innumera tua in me beneficia & promerita ſuſtinere vix poſſum. Quod vivo, pro tuo beneficio habeo; in beneficii loco repono. 4. *Beneficium reddo*, **Gutthaten erwiedern.** Quis beneficiis tuis pro merito reſpondebit? quis parem referet gratiam? quis benefacta tot in me tua ſolvet, remunerabitur? quis officia tua paribus officiis æquet, compenſet? cumulatis tuis in me meritis qui faciam ſatis? V. *Remuneror*. 5. *Beneficii memor ero*, **ich werde dieſer Gutthat allezeit eingedenk ſeyn.** Hujus mihi recordationem beneficii nulla dies eripiet. Immortali memoria percepta beneficia retinebo. Hujus in me meriti æternum meminero. Hoc officium inter maxima beneficia referam, numerabo; ſingulare me beneficium tuliſſe credam; beneficii non vulgaris locum apud me obtinebit, **ich werde es unter die gröſten Gutthäter zählen.** V. *Gratus*. 6. *Beneficia præſtita objectare*, **die erwieſenen Wohlthaten einem vorwerfen.** Liberalitatem ſuam pudori alterius gravem facere. Amplificare verbis ſua in alterum officia. Beneficia ſua verbis & ſermonibus ambitioſius deprædicare. Beneficii gratiam invidioſa prædicatione corrumpere.

Beneficium Eccleſiaſticum, **geiſtliches Amt oder Pfründe.** Sacerdotium opimum, opulentum, ſacerdotium tenue, exile, ſacerdotium cura animarum præditum: ſacerdotium ab animarum cura immune. *Beneficium Eccleſiaſticum alteri cedere*, **ſein geiſtliches Amt und Einkommen einem abtreten.** Abdicare ſe ſacerdotio aliquo, vel ſacerdotii munere ac cenſu; amico utendum, fruendum tradere; jus, poſſeſſionemque ſacerdotii ſui alteri transſcribere; cedere jure ac poſſeſſione ſacerdotii.

Beneficus, a, um. **gutthätig.** *Syn.* Benigne faciens, benignus. *Uſus.* Beneficus eſt, qui non ſua, ſed aliena cauſa, beneficia voluntate movetur. V. *Amicus*.

Benemereor, eris, meritus ſum, eri. **wohl verdienen.** *Syn.* Beneficio afficio, beneficium colloco. *Uſus.* De republica, de nomine ac dignitate Rom. benemeritus civis. Benemereri de poſteris; poſteritati ſervire.

Benevole, **günſtig.** *Syn.* Amice. *Uſus.* Præſto eſſe alicui benevole, & fideliter.

Benevolens, tis, g. o. **günſtig.** *Syn.* Benevolus. *Uſus.* Non ſum moleſta, ſed benevolens. V. *Affectus, a, um*.

Benevolentia, æ, f. **Gunſt, Gewogenheit.** *Syn.* Gratia, ſtudium.)(*Odium. Epi.* Æqualis ætati alicujus, bona, fidelis, firmiſſima, grata animi, impar, incredibilis in aliquem & maxima, perfectiſſima, præſtans in aliquem, inſignis in aliquem, intemperata, major, mediocris, mirabilis, mutua, neceſſaria, non obſcura, par & mutua, perpetua in aliquem & maxima, propenſa & perpetua, ſempiterna, ſingularis, ſumma erga aliquem, ſumma & par. *Phraſ.* 1.

Be-

Digitized by Google

Benevolentiam captare, nach eines Gunſt ſtreben. Benevolentia beneficiis capitur maxime, conciliatur, colligitur, contrahitur, movetur. Ad benevolentiam officia alliciunt. Benevolentiam tibi facile beneficiis adjunges, conjunges. Gratiam amicorum expetis, & multorum civium amicitiam; voluntates tibi multorum conciliare; benevolentiam conſequi, experiri, perſpicere cupis; beneficio conſequeris. Gratiam aucuparis; in gratiam te inſinuare; gratia creſcere apud cives & optimates deſideras; benevolentia tibi eorum animi ſunt devinciendi. Inire optimatum gratiam, benevolentiam magnam conſequi exoptas; officiis & beneficiis eſt colligenda. 2. *Benevolentiam exhibere*, einem Gewogenheit beweiſen. Quam in te ſuſcepi benevolentiam, ſemper tibi præſtabo, ſervabo, tuebor, augebo. Quam ſemel in te contuli, declaravi benevolentiam, ea te ſemper complectar; hanc in te ſemper navabo; hanc experiere, perſpicies plurimis indiciis. Qua in te ſemper eram benevolentia, ea deinceps quoque ero propenſiſſima. Favebam adhuc rebus tuis, & cupiebam optime; neque deſinam, inpoſterum te favore fulcire meo. Secunda in te erat voluntas mea; ſtudiisque in te inclinabat; ſed animo nihilominus in te benevolo, optimoque eſſe pergam. Si unquam me tibi benevolum dedi, ſi voluntate eram bona ac propitia; deinceps in re tua totus ero, nullumque pignus benevolentiæ, aut gratiæ officium omittam; ſtudio rerum tuarum agebar adhuc maximo, tuaque cauſa cupiebam tibi omnia; quidni addictus ſim deinceps quoque, tuisque commodis ſtudeam unice? Optime affectum me tibi fuiſſe adhuc, tu ipſe teſtis eris locuples; quæ igitur res eſt, quæ dubiam reddere ſummam in te voluntatem poſſit? V. *Amicus*. 3. *Benevolentiam tollere*, die Gewogenheit aufheben. Adimere, extinguere, delere. V. *Amicitiam abrumpere*, *Gratia*.

Benevolus, a, um. gewogen. *Syn.* Amans, amicus, propendens in aliquem inclinatione animi, ſtudioſus. *Adv.* Sane, vere. *Phraſ.* Ardentibus ſum in aliquem ſtudiis; amiciſſimus ſum; ſumma mea eſt in illum voluntas; eximiæ benevolentiæ, ac benignitatis ſum in aliquem; voluntate in aliquem bona ſum; animo bono ſum in aliquem. V. *Benevolentiam exhibeo*. *Uſus.* Amiciſſimi, benevolentiſſimique hominis officio ſemper ſum functus. V *Amicus*, *amicitia*.

Benigne, gütig. *Syn.* Comiter, liberaliter. *Uſus.* Salutare benigne, comiter appellare aliquem. Alicui benigne facere & liberaliter.

Benignitas, tis, f. Gütigkeit. *Syn.* Clementia, comitas, humanitas, pietas, liberalitas. *Epi.* Grata, honeſta, incredibilis in aliquem, jucunda aditu, major, nimia, privata, propenſa in calamitoſos, quæſtuoſa, ſumma in aliquem, utilis alicui. *Uſus.* Summa benignitate audire dicentem. Nunquam tibi meam benignitatem claudam. Non exhaurietur mea benignitas. Benignitas naturæ, agrorum V. *Lenitas*, *mitis*, *benevolentia*.

Benignus, a, um. gütig. *Syn.* Comis, blandus.)(*aſper*. *Uſus.* Benignus ad commodandum. Oratione benigna uti. 2. *Liberalis*, *munificus*, freygebig. Benignus liberaliſque dicitur, non qui fructum, ſed officium ſequitur. V. *Benevolentia*.

Beo, as, avi, atum, are. ſelig machen. R. a βίος, *vita*. *Syn.* Beatum facio. *Uſus.* Cœlo aliquem beare.

Beſtia, æ, f. ein wildes Thier. *Syn.* Bellua. *Epi.* Immanis ac perniciosa, monſtruoſiſſima, præclara, valentiſſima. Beſtiæ abditæ, terraque teſtæ, agreſtes, ancipites, in utraque ſede viventes, aquarum incolæ, aquatiles, cicures, feræ, gradientes, liberæ, mutæ & nihil intelligentes, nantes, natantes, pravæ, ſerpentes, ſolivagæ, congregatæ, terrenæ, volatiles, volitantes, volucres *Uſus.* Aliæ beſtiæ nantes, volucres, ſerpentes.

Beſtiarius, ii, m. der in öffentlichen Schauſpielen mit wilden Thieren kämpfet. *Syn.* Qui cum beſtiis pugnat in ludis publicis. *Uſus.* Gladiatoribus, beſtiariis rempub. obſidere.

Wagner.

Digitized by Google

Beſtiola, æ, f. kleines Thier. *Uſus.* Beſtiolæ diſſimillimæ communiter cibum quærunt. *Vulg. animalcula.*

Beta, f. Mangold. *Herba genus.* *Uſus.* Beta & malva.

Biblia, orum, n. die heil. Schrift. *Syn.* Sacræ, ſanctæ, Divinæ litteræ; libri Divini; Divinorum librorum, ſacrorum ſcriptorum monumenta, inſtinctu afflatuque cœleſti conſcripta. Divinarum legum volumina. Divina oracula. Cœleſtis doctrinæ volumina. Scriptura ſancta. Sacri codices.

Bibliotheca, æ, f. Bücherſaal. *Syn.* Librorum locus. multitudo. *Epi.* Mirifica. *Uſus* De Bibliotheca tua ſupplenda, libris commutandis. velim conficias.

Bibo, is, bibi, bibitum, ere. trinken. R. a Πίνω, *bibo. Syn.* Poto, perpoto, poculum exhaurio, potionem haurio, exhaurio. ſorbeo, *Adv.* Jucundius, plurimum. *Phraſ. Vinum intemperanter bibunt Græci,* die Griechen ſaufen unmäßig. Vinum intemperantius hauriunt; avide ſiccant pocula; lagenas exſiccant totas. Ingens eſt in Græcis potandi libido. Cyathos ſorbendo diem producunt. Poſcunt majoribus poculis, *provocant.* Totos dies perpotant; vino ſe obruunt; furioſa vinolentia, circumpotationibus inundantur; vino ſe onerant. Merum ex cantharis ſcitiſſime exantlant; vini multum exhauriunt; largiore utuntur vino; largiter ſe invitant; diem noctemque potando continuant; multum vini abſumunt. intemperantiſſimis perpotationibus indulgent; diem mero frangunt; nimio ſe vini potu ingurgitant; mero ſopiuntur, vino ſepeliuntur; vino ventrem distendunt; in potationibus ſunt, agunt, aſſidui; compotationes celebrant aſſidue, in potationibus aſſidue verſantur. *Uſus.* 1. *Lex Græci convivii*; Bibat, aut abeat. 2. *Vulg. bibere ſanitatem,* Geſundheit trinken. Libare alteri, *vel* alterius ſaluti poculum; bibere ſalutaria; bibere foteria.

Bibulus, a. um. der gern trinkt. *Uſus.* Potores bibuli. V. *Vinolentus, ebrius.*

Biceps, itis, *g. c,* zweyköpfig. *Uſus.* Biceps puella nata eſt.

Bicorpor, oris. *g. o.* zweyleibig.

Biduum, i, n. zwey ganze Tage. *Syn.* Duorum ſpatium dierum. *Uſus.* 1. *De tempore, cum Acc. & Abl.* Bidui, *vel* biduum ibi fui, ich bin zwey Tage dort geweſen 2. *De loco cum Gen: Acc. & Abl.* Caſtra bidui, biduum, *vel* biduo abſunt ab urbe, das Laget iſt zwey Tage weit von der Stadt.

Biennium, ii, n von zwey Jahren. *Syn.* Spatium duorum annorum. *Uſus.* Biennio domo abſuit.

Bifariam, auf zweyerley Weiſe. *Syn.* Bipartito.

Biga, æ, f. Wagen mit zwey Pferden beſpannet. *Syn.* Currus duorum equorum jugo actus. *Uſus.* Citatis bigis vehi.

Bilis, is. f. Galle, Zorn. *Epi.* Atra, ſecreta. *Uſus.* 1. Mens ſæpius iracundia graviore, *vel* dolore *vel* timore, quam atra bile movetur. 2. *Ira,* Zorn. Ea res mihi bilem movit, commovit, concivit.

Bimeſtris, e, *g. c.* zweymonatlich. *Syn.* Duorum menſium. *Uſus.* Conſulatus bimeſtris.

Bimus, a, um. zweyjährig, *Syn.* Duorum annorum. *Uſus.* Bimus infans.

Binus. a, um. zweyfach *Uſus* Bis bina quid ſint, Epicurus non didicit.

Bipartior, iris, titus. iri. halbiren. *Syn.* In duas partes ſeco, diſtribuo. *Uſus.* Prædam bipartiti ſunt.

Bipartito, in zwey Theile. *Syn.* Dupliciter, bifariam. *Uſus.* Bipartito claſſis, acies diſtributa eſt.

Bipedalis, e, *g. c.* zweyſchuhig. *Syn.* Duorum pedum longitudine. *Uſus.* Sol Epicuro bipedalis videtur.

Bipes, dis, *g. c.* zweyfüßig. *Uſus.* Homo omnium non bipedum modo, ſed & quadrupedum impuriſſimus.

Biremis, is, f. ein Schiff mit zweyen Ruderbänken. *Syn.* Navis duobus remorum ordinibus inſtructa. *Epi.* Præclara.

Bis, zweymal. *Uſus.* In eodem facto bis improbus fuiſti.

Bivium, ii; n. Wegſcheide. *Syn.* Quod duas vias habet.

Blande, liebreich, freundlich. *Syn.* Comiter, ſuaviter, manſuete. *Uſus.* Appellare aliquem blandiſſime. Blandius aliquid petere.

Blan-

Digitized by Google

Blandiloquentia, æ, f. liebliche Rede. *Ufus.* Tanta illi blandiloquentia ſupplicavi.

Blandimentum, i, n. das Liebkoſen, Schmeicheln. *Syn.* Blanditia. *Ufus.* Multa blandimenta nobis natura ipſa peperit. Blandimentis corrupta juventus. V. *Blanditia.*

Blandior, iris, itus ſum, iri, liebkoſen. *Syn.* Amplexor. *Adv* Mirifice, ſuaviter. *Phraſ* Solet omnibus blandiri, er pflegt allen zu ſchmeicheln. Ubique ſuppliciter ſe inſinuat; aucupatur blanditiis omnium gratiam; blando ſermone omnes delinire; lenocinari omnibus; palpum obtrudere ſolet. Blandiſſime appellat omnes; demulcet omnes ſuis blanditiis; aſſentationis artificio omnium animos ſibi adjungit. V. *Adulor. Ufus* Voluptas ſuaviter ſenſibus blanditur. Proſperitas vita hujus alludit tibi ſuaviter & blanditur. V. *Blanditia.*

Blanditia, æ, f. das Liebkoſen. *Syn* Blandimentum, illecebræ, aſſentatio.)(*minae. Epi* Apertæ, flagitioſæ, malitioſæ officiorum. *Phraſ.* Turpe eſt, blanditiis gratiam aucuparі, es iſt gar ſchändlich, durch Liebkoſen ſich wollen bey andern in Gnade ſetzen. Populari aſſentatione, blanditiis civium benevolentiam colligere; ad colligendam potentiorum gratiam blanditias admovere, adhibere; influere in aures populi blanditiis; optimatum animos blanditiis obſidere; blandimentis corrumpere, blanditiis & illecebris irretire. *Ufus.* Blanditiis nummos ab aliquo exprimere. Blanditiis in conſuetudinem aliorum ſe immergere. Patris ſeveritatem blanditiis & illecebris impedire.

Blandus, a, um. liebkoſend. *Syn.* Benignus, comis, lenis, ſuavis. *Ufus.* Blanda voce vocare quempiam. Blanda & ſupplici oratione fallere. Homo eſt minime blandus. V. *Oratio blanda.*

Blaſphemia, æ, f. Gotteslaſterung. *Phraſ. Blaſphemias effutire*, Gotteslaſterungen ausſtoſſen. Atroces in Deum voces jactare; impia verba in Deum profundere, jacere. Verborum impietate ſceleſta linguas, quæ in cœlo terrisque ſunt ſanctiſſima, violare. Sceleſta lingua Deum laceſſere. Impias in Deum voces mittere. Maledicta & nefarias execrationes in Deum & cœlites evomere; nefariis maledictis, infamis vociferationibus in Deum & ſuperos inſurgere.

Blatero, as, avi, atum, are. ſchwatzen * Quid blaterat tanto cum clamore?

Bona, orum, n. Güter, Habſeligkeit. *Syn.* Fortunæ, res, poſſeſſiones, divitiæ, fundi, prædia, voluptariæ poſſeſſiones; res patria & avita, facultates. *Epi.* Aliena, angusta, breviora, diverſa, divina & egregia, diuturna, externa, fraterna, magna & divina, quam maxima, multa, neceſſaria, nec opinata, paterna, & avita patria, pauciora, perexigua & minuta, plura, potiora, præſentia, præterita, propria alicuius, publica, publicata, ſumma & propria. *Phraſ.* 1. *Bona parare*, ſich um Güter bewerben. Multa ſibi bona induſtria peperit; ſua cum induſtria multis poſſeſſionibus cumulavit, auxit; multas illi facultates paravit, tribuit. 2. *Bona adimere*, einem ſeine Güter wegnehmen. Imminet fortunis omnium & bonis. Id nunc agit, ut tua bona publicentur, & erepta tibi, acerbiſſime præconis voci ſubjiciantur. Agri parte multatos mortales multos, bonis exuit, ſpoliat, avitis poſſeſſionibus evertit. 3. *Bona luxu perdere*, Güter verſchwenden. Ingluvie avita bona, rem familiarem, prædiola ſua brevi abligurivit, dilapidavit, diſſipavit, profundit, abſumpſit. V. *Prodigo. Ufus.* 1. *Bona fortunae*; Glücksgüter. Ea ſunt generis, propinquorum, amicorum opum, valetudinis, formæ, virium, ingenii. Res moventes, fahrende Güter. Fundi, prædia, liegende Güter. 2. *Bona corporis*, leibliche Güter. Valetudo, firmitas, vires, pulchritudo, ſenſus integri, velocitas, dentium candor, venuſtas oculorum, coloris ſuavitas, linguæ ſolutio, vocis ſonus, latera firma, conformatio quædam, & figura totius corporis, & oris. 3. *Animi bona*, innerliche Gemüthsgüter. Virtutes, dotes ingenii, judicii, memoriæ, artes, ſcientiæ,

Digitized by Google

V. *Copiae*, *Opes*, *Divitiae*, *Felix*, *beat.*

Bona Spiritualia, *Vulg.* geiſtliche, und innerliche Güter. *Phraſ.* Animi bona nullis caſibus, nullis temporibus ſubjecta. Interiora hominis bona, quibus animus fit pulchrior, ditior. Animi bona, quæ cœlum quodammodo ipſum continent. Vera et propria hominis bona, quæ hominem carum Deo efficiunt. 2. *Bona temporalia*, *vulg.* zeitliche Güter. Res fluxæ, fragiles, caducæ, externæ. Bona, quæ fortunæ caſibus ſunt obnoxia. Peritura, hominis bona, quæ fluxis hujus vitæ divitiis, honoribus & oblectationibus continentur. Corporis & fortunæ bona, quæ una cum corpore intereunt. Rerum fluxarum blandimenta; res fugaces, inanes, perituræ, mortales. Ea, quæ apud cæcos mortales prima putantur; operum, honorum, voluptatumque illecebræ. Bona caduca & incerta, poſita non tam in noſtris conſiliis, quam in fortunæ temeritate. Res humanæ, quæque rationem habent cum terra.

Bonitas, tis, f. Gütigkeit. *Syn.* Probitas, integritas, virtus, benignitas, clementia. ✕ *malitia*. *Epi.* Divina, inuſitata, non inhumana virtus, non ſuperba, priſtina, ſingularis, ſumma, vera. *Uſus.* Quidam bonitate naturæ, alii inſtitutione, & diſciplina rectam ſectantur viam, etliche ſind von Natur gut ꝛc. Ejus fortunas tuæ bonitati commendo. Ingenii bonitate mira; ſingulari bonitate & modeſtia vir eſt. V. *Bonus.*

Bonus, a, um, gut. *Syn.* Probus, frugi, integer, juſtus, præſtabilis, ſalutaris. *Adv.* Æque, plane, ſane, ſat, valde. *Phraſ.* *Vir bonus eſt*, er iſt ein überaus guter Mann. Vir eſt inſigni bonitate; ita moderatus, ut præ ſe quandam probitatem, ingenuitatem ferat. Vir eſt & ſapiens, & legibus parens. officii non ignarus, utilitati publicæ plus, quam ſuæ conſulens, intentus. Exemplum eſt innocentiæ; quo nemo integrior in civitate, nemo ſanctior. Apertus, ſimplex, ingenuus, juſtus vir eſt, cujus fidem, bonitatemque omnes dilaudant. Probus eſt & antiqui moris; antiquis moribus, antiqua homo virtute & fide eſt. Vir eſt mira ingenii bonitate; ſingulari bonitate & modeſtia præditus. Frugi homo eſt, & quantivis pretii. Vir notæ eſt & expertæ fidei, vitæque integerrimæ; vir, cujus multa ſunt & illuſtria exempla probitatis & candoris. Viri boni officium ſungi ſolitus. 2. *Bona opera*, gute Werke, *vulg.* Piæ ſanctæque actiones; actiones cum pietate ſuſceptæ; virtutis exercitationes; uſurpatio piorum munerum; virtutum officia; pietatis ſtudia præſtare; virtutum officio fungi. *Uſus.* Bonum ſolum, quod honeſtum. Summum bonum in voluptate ponit Epicurus. Bona fide agere. Bono uti Cæſare, *benigne*. *Vulg.* *Bona nova*, læti nuntii, gute Zeitungen. *Bonam diem ſibi facere*. *Vulg.* ſich einen guten Tag anthun. Diem ſumere bilarem, V. *Probus.*

Boo, as, avi, atum, are, brüllen wie ein Ochs. *Syn.* Mugio.

Bos, bovis, *gen. com.* Ochs. *Epi.* Opimus. Sanctus, vivus, boves mollipedes, opimi. *Uſus.* Boum cervices natæ ad jugum & vires humerorum & latitudo ad aratra extrahenda

Bracca, æ, f. Niederkleid. *Genus veſtis apud Gallos Transalpinos*

Braccatus, a, um. der ein Niederkleid anhat. *Syn.* Braccis utens. *Uſus.* Gallia braccata.

Brachium, ii, n. ein Arm. *Epi.* Extremum, leve, molle. *Uſus.* Brachii projectio decet in contentionibus, contractio in remiſſis. Brachium cohibere, projicere, contrahere. Molli brachio aliquid agere, obenhin.

Braſſica, cæ, f. Kohl. *Uſus.* Caules & braſſicam ne contigeris.

Bractea, æ, f. ein dünnes Blech. *Syn.* Lamina tenuiſſima.

Brevi, in kurzer Zeit. *Syn.* Propediem, in brevi, brevi tempore, exiguo tempore, paucis diebus. *Uſus.* 1. Respublica brevi reſpirabit. 2. *Breviter*, mit wenig Worten. Ad ea, quæ petis, brevi reſpondebo.

Breviloquens, tis, *g. o.* der kurz von einer Sache redet. *Uſus.* Breviloquentem me tempus ipſum facit.

Bre-

Digitized by Google

Brevis, e, c. kurz. R. a βραχὺς, *brevis. Syn.* Parvus, pusillus, contractus, concisus, angustus, exiguus, præcisus temporis spatio. *Phras.* 1. Exiguum, & breve vitæ curriculum. Contractiora sunt vitæ spatia, quam ut &c. 2. *Orationem vel dictionem brevis*, im Reden kurz seyn. Ambitus verborum contractus, & brevis. Amputata oratio & abscissa.

Brevitas, tis, f. Kürze *Epi.* Amicissima alicui, concisa, distincta, exigua vitæ, nuda atque inornata, pura & illustris, summa. *Usus.* 1. Brevitas diei, temporis. 2. *Constructio*, Zusammenziehung. Brevitas non modo senatoris, sed & oratoris magna laus est. Multos imitatio decipit brevitatis.

Breviter, kürzlich. *Syn.* Strictim, summatim, brevi, cum brevitate, paucis verbis.)(*Producte, pluribus verbis. Phras. Rem dicam breviter*, ich werde es kürzlich sagen. Rationem tribus versiculis comprehendam; ne multa; videamus nunc strictim, rem perstringam breviter; tribus verbis; paucis percurret oratio. Brevitate utar, ut satietatem longæ orationis effugiam, non obtundam pluribus; ne longam orationem suscipiam, paucis ista habe, summatim dicam. Ut in pauca rem conferam; ne longum fit; perbreviter attingam; coarctabo & peranguste resarciam dictionem; incidam media, ne nimis sero ad extrema veniam; celeriter exigueque dicam; paucis vos absolvam; quam potero, in verba conferam pauciſſima; verba quam maxime ad compendium conferam; capita rerum strictim percurram; verbo me expediam. Compendia sequar. Paucis te volo; paucis verbis, dictis compendium fieri volo. Paucis rem dabo; ad pauca ut redeam; ut plura mittam. Ut paucis rem concludam; uno verbo complectar; ne multis morer; teneam, ne longior fim, aut copiosior; ne multa multis; plura pluribus; quid multa? non vagabor longius; summam complectar; ad pauca redigam; pluribus agere tecum non debeo; quid plura? quid pluribus?

Bruma, æ, f. der kürzeſte Tag im Jahre. *Syn.* Brumale tempus, brumalis dies; dies hiemis breviſſimus. V. *Hiems.*

Brumalis, e, *gen. com.* winterlich. *Usus.* Brumalis dies.

Brutus, a, um. unvernünftig. *Usus.* Fortuna bruta; fulmen brutum.

Bubile, is, n. Rinderſtall. * *Syn.* Locus, ubi boves stabulantur.

Bubo, onis, m. Strixeule. *Usus.* Raro in conspectum bubones veniunt.

Bubulcus, i, m. Rinder- oder Kühhirt. *Syn.* Boum custos.

Bucca, æ, f. der Mund, Backe. *Syn.* Os ipsum & interior malarum pars concava. *Usus.* Consul prodiit fluentibus buccis, gravibus oculis. Scribe, quod in buccam venerit. Buccæ fluentes, ceruſſatæ, atque dignæ Capua vetere.

Buccina, æ, f. Poſaune. *Syn.* Tuba belli. *Usus.* Signum datur buccina.

Buccinator, oris, m. Trompeter, Ausruffer *Syn.* Præco, tubicen. *Usus.* Promittit, se fore buccinatorem existimationis meæ.

Bulla, æ, f. herabhangende Halszierde der Kinder. *Bulla in toga prætexta erat ornamentum puerilis in cordis figuram formatum. Epi.* Aureæ multæ & graves. *Usus.* 1. Prætexta toga sine bulla. 2. *In valvis clavus.* Verres bullas aureas a valvis abstulit. *Bulla Pontificia. Vulg.* Litteræ Pontificiæ.

Bustuarius, ii. m. Fechter bey unanhaften Leichbegängniſſen. *Usus.* Si mihi cum illo bustuario gladiatore certandum fuisset.

Bustum, i, n. Brandſtatt der verbrannten Leiber, Grab. *Syn.* Locus, ubi corpus hominis defuncti concrematum est; monumentum, sepulcrum. *Usus.* 1. Bustum violare. 2. *Transl.* Homo impius, bustum legum omnium, bustum reipublicæ.

Digitized by Google

C.

Caballus, i, m. ſtarkes Pferd. * *Syn* Equus.

Cachinnatio, nis, Gelächter. *Syn.* Riſus ſolutior. *Uſus.* Si ridere conceſſum, vituperatur cachinnatio.

Cachinnor, aris, atus ſum, ari. laut lachen. *Syn.* Solutius rideo, cachinnum tollo. V. *Rideo.*

Cachinnus, i, m. ſtarkes Lachen. *Syn.* Cachinnatio. *Uſus.* Cachinnum ſuſtulit; ad cachinnos commovit omnes. V. *Riſus.*

Cacula, æ, m. Troßbub. * *Syn.* Calo.

Cacumen, inis, n. Gipfel. * *Syn.* Vertex cujuscunque rei. *Uſus.* Cacumina arborum, montium.

Cadaver, eris, n. todter Körper. *Syn.* Corpus exanime. *Epi.* Incruentum, informe, ſemiuſtulatum. *Uſus.* Ab hoc ejecto cadavere quidquam opis mihi ſpondeam?

Cadaveroſus, a, um. todtenfärbig. * *Uſus.* Cadaveroſa facies.

Cadit, es fällt zu. *Syn.* Evenit, accidit. *Uſus.* Belle cecidit.

Cado, is, cecidi, caſum, ere. fallen. R. a κατέω, *deorſum eo* *Syn.* Concido, decido, labor, delabor, corruo. *Adv.* Cadere aliter rem, alte, apte comprehenſionem, aptе verba, aptiſſime, belle, concinnius, commodius, decore in pedes, fortiter, fortuito, graviter, jam pridem conſilia, jucunde clauſulas, jucunde orationem, levius, male, melius, melius verba in ſyllabas longiores numeroſe & quadrate, omnino, optime in pedem; pariter cum republica, percommode, peropportune, præclare in rempublicam, teterrime, quid venuſte. *Phraſ.* 1. *Vulneribus exhauſtus cecidit*, er iſt von Wunden entkräftet niedergefallen. Ad terram defluxit; vulneribus ad terram datus eſt; de equo lapſus, præceps ad terram datus, miſerabili caſu, fœda prolapſione præcipitatus eſt; ictu ad caſum datus, ad terram delatus, detractus procubuit. 2. *Fallit vestigio cecidit*, er iſt zur Erde gefallen. In terram defluxit, procubuit, prolapſus, proſtratus eſt. 3. *Cadebat animo*, er hat den Muth verloren. Animo concidit, defecit animo; frangebatur animo; animus hominem reliquit; relanguit animus; animo ſe demiſit admodum. V. *Concido.* 4. *Cadere in priſtina peccata*, in die vorigen Laſter fallen. Relabi, revolvi in mores priſtinos & vitia; in eundem ſcopulum offendere, impingere; in idem vitiorum cœnum implicari; iisdem ſordibus involvi; in eodem luto adhæreſcere. *Uſus.* 1. *Evenio*, widerfahren. Belle, opportune, commode, fortuito cecidit. Verebar, quorſum illud caſurum eſſet. 2. *Convenio*, an gehen. Cadit in eum ſuſpicio, man kann auf ihn einen Argwohn haben. Hoc in virum bonum non cadit; in virum ſapientem dolor non cadit. 3. *Venio*, kommen. Cadit ſub aſpectum, es fällt unter die Augen. In deliberationem, in poteſtatem, ſub imperium & ditionem alicujus. Cadere in offenſionem alicujus. 4. *Deſino*, *remitto*, nachlaſſen, aufhören. Ira, venti cadunt. Arma de manibus cadunt. 5. *Pereo*, zu Grunde gehen. Legum auctoritas, civitatis fides cecidit. 7. *Mori*, ſterben. Duo millia cecidere. 7. *Vinci judicio*, Handel verlieren. Cauſa cadere. *Vulg. Litem perdere.* V. *Cauſa.* 8. Kleinmüthig, verzagt werden. Cadere animo, *vel* animis.

Caduceator, oris, m. Herold, Friedensbothe. *Syn.* Legatus pacis cauſa.

Caduceum, i, n. Friedensſtab. Mercurii. *Syn.* Mercurii virga & ſceptrum.

Caducus, a, um. hinfällig. *Syn.* Facile cadens, brevis, fugax, fragilis, mobilis, mortalis, incertus.)(*Erectus*, *firmus*, *immortalis.* *Uſus.* 1. Omnia alia falſa, incerta, caduca, mobilia, ſola virtus eſt altiſſimis defixa radicibus. Corpus fragile, & caducum. Magna imperia mortalia ſunt & caduca. 2. Bona caduca; hæreditas caduca, heim-

Digitized by Google

heimgefallene Güter, Erbschaft. V. *Incertus, inconstans, bona temporalia.*

Cadus, i, m. Weinfaß. * *Usus.* Vinum de meliore cado.

Cæcitas, tis, f. Blindheit. * *Syn.* Privatio sensus oculorum. *Epi.* Horribilis, misera, odiosa. *Usus.* 1. An tibi luminis cæcitas plus obest; an libidinis? *Transl.* In furore animi, cæcitate & amentia.

Cæco, as, avi, atum, are, blind machen. *Syn.* Excæco, cæcum facio, efficio, reddo; oculis privo; oculis orbo. *Usus.* Voluptate cæcantur hominum animi. Vitiis & cupiditatibus cæcatus adolescens. V. *Excæco.*

Cæcus, a, um. blind. *Syn.* Captus oculis. *Phras.* 1. Lumina amisit; aspectum amisit; orbatus lumine; lumine cassus; caligat ad omnia; cæcutit; extincto oculorum lumine in tenebris contabescit; caret acie oculorum; usu oculorum destitutus est. *Transl.* Cæcus est furore & cupiditate, er weiß nicht, was er thut vor Zorn ꝛc. Cæca cupiditate rapitur; cæcus furore, & scelere fertur; cæcus & amens furore est. Cæcitate animi rapitur incredibili; furor hominī lumen animi extinxit; eripuit consilium animo præceps amentia furor. Exercet miserum insolita caligo mentis, & animi luminibus magnopere officit. *Usus.* 1. Catuli cæci nascuntur. 1. *Temerarius*, vermessen, verblendet. Cæca cupiditate rapi. Fortuna cæca cæcos efficit, quos complectitur. 3. *Obscurus, obditus, dubius*, finster, zweifelhaft. Nox cæca. Res cæcæ & ab aspectus judicio remotæ. Cur hoc ita obscurum est, & cæcum?

Cæcutio, is, ivi, itum, ire. übel sehen. *Usus.* Utrum oculi mihi cæcutiunt. V. *Cæcus.*

Cædes, is, f. Mord, Todtschlag. *Syn.* Occisio. *Epi.* Clara & recens crudelissima omnium, cruenta, misera crudelisque, nefaria, nocturna, propinqua, quotidiana. *Phras.* 1. *Cædes multorum facta est*, es sind viele erschlagen worden. Multum sanguinis haustum est; omnia hostium cæde strata erant. Cædes ibi omnia obtinuit. Magna clades accepta est; fœdatus multorum cæde locus; cædibus hausti mortalium plurimi; multum sanguinis in promiscua omnium generum cæde fuit. Solitudinem facere in urbe videbantur. Edita, perpetrata multorum hominum cædes. 2. *Hic a cæde cessatum est*, da hat man aufgehört zu morden. Is finis sanguinis fuit; hic, cædes constitit, conquievit. *Usus.* Res ad cædem spectare videtur, die Sache zieret auf Mord und Todtschlag. Cædem senatui moliuntur, quæ runt cives improbi. Cædem facient, perpetrabunt, edent atrocem. Cædem quidem repriment alii; at illi tanto acerbius instaurabunt, redintegrabunt, renovabunt. V. *Mors, occido, prælium.*

Cædo, cecidi, cæsum, ere. schlagen. R. e κάϊνω. *Syn.* Verbero, percutio, occido, trucido, interficio. *Phras.* 1. *Servum dirissime cecidit*, er hat seinen Bedienten entsetzlich geschlagen. Multavit, accepit pessime; verberibus dirum in modum affecit, laceravit, excruciavit. V. *Verbero.* 2. *Hostem cædere*, den Feind schlagen. Hostem fundere, profligere; armis opprimere; hostium copias cædere; ferro prosternere; fundere prælio; armis sternere, delere. V. *Cædes. Usus.* Aliquem loris, vel virgis cædere. Silvam, armenta, magnum numerum hostium cædere.

Cælator, oris, m. Künstler in erhabener Arbeit. *Usus.* Artifices omnes, cælatores, & vascularios convocat.

Cælebs, ibis, *g. c.* unverehlicht, ehelos. *Syn.* Expers conjugii, qui uxorem, quæ maritum non habet. *Usus.* Mulier cælebs. Cælibes esse, cælibem vitam vivere prohibentur.

Cælo, as, avi, atum, are. erhabene Bilder machen. *Usus.* Cælare aliquid argento *vel* in argento, figuren in Silber treiben.

Cæmentitius, a, um. von Schopp, oder Bruchstein gemacht. *Syn.* Quod cæmento constructum est. *Usus.* Cæmentitiis parietibus extructæ altitudines.

Cæmentum, i, n. Bruchstein. *Syn.* Lapides rudes & fracti, quibus ædificia consurgunt. *Usus.* Materiam, cæmentum, calcem convexit.

Digitized by Google

Cæruleus, a, um. himmelblau. *Ufus.* Oculos cæruleos eſſe Neptuni.

Cæſaries, ei, f. langes Haar der Männer. *Syn.* Coma, quæ cædi ſolet, *Ufus.* Vide, cæſaries quam decet!

Cæſim, auf den Hieb. *Syn.* Inciſim. *Ufus.* Memoratim primo, dein cæſim diximus.

Cæſius, a, um. bleichblau, grau. *Syn.* Cæruleus, glaucus; qualis color eſt oculis felium. *Ufus.* Cæſiis oculis Minerva.

Cæſtus, us, m. ein Streitkolben mit Leder und mit Bley gefüttert. *Syn.* Clava ex corio & plumbo. *Ufus.* Pugiles cæſtibus contuſi ne ingemiſcunt quidem.

Cætera, orum, n. das Uebrige. *Syn.* Reliqua, alia, aliud, reliquum, itemque cætera, & quæ ſequuntur; & alia hujus generis, hujusmodi; & ſiqua ſimilia. *Ufus.* In cætera vitia ſatis ſplendidus. Avarus, cætera doctus vir.

Cæteroquin. ſonſt, ohne das. *Syn.* Alioquin. *Ufus.* Non poëta ſolum, verum etiam cæteroquin doctus & ſapiens.

Cæterum, übrigens, aber doch. *Ufus.* Cæterum is mihi locus non displicet.

Calamiſter, ri, m. Haareiſen. *Syn.* Acus, qua calefacta capilli intorquentur. *Ufus.* 1. Remove gemmarum ornatum, nec calamiſtri quidem adhibeantur. Frons calamiſtri notata veſtigiis 2. *Transl. Ornatus accerſitus orationis.* Orationem calamiſtris inurere, ſeine Rede gar zu viel auszieren.

Calamiſtratus, a, um. gekräuſelt. *Ufus.* Calamiſtrata coma, puella.

Calamitas, tis, f. Jammer, Noth. *Syn.* Miſeria, ærumna, adverſa, *vel* incommoda fortuna, res incommodæ, offenſio.)(*Proſperitas. Epi.* Civilis, communis, diſſimilis, fatalis quædam, honeſtiſſima, improviſa, incredibilis & ſingularis, indigniſſima, injuſtiſſima, inveterata, magna, major, maxima, neceſſaria in re aliqua, nova, par, præſens, privata, publica, ſumma, tanta, tota, impendens. *Phraſ* 1. *Calamitatem afferre*, in Jammer und Noth bringen Inimici tui calamitatem tibi non exiguam machinantur; maxima calamitate te afficient; calamitatem afferent, importabunt. Inimici tui, ni caveris, plagam facient, injicient, infligent luculentam. Inimica factio calamitate te affliget maxima. Vulnus tibi imponet, inuret, infliget luculentum; peſtem afferet certiſſimam & importabit. Machinantur, neſciq quam in caput tuum peſtem inimici tui; ad calamitatem maximam te tuosque depellent. Imminet rebus tuis ac fortunis ab inimicorum fraudibus & inſidiis magna calamitas; inimici tui in calamitatem graviſſimam te tuosque trahent; & jam nunc perniciem tibi comparant, & moliuntur. V. *Affligo.* 2. *In calamitatem incidere*, in Jammer und Noth fallen. Respublica hoc anno maximam calamitatem cepit, accepit, ſubiit, hauſit. Calamitas reipublicæ incidit, accidit maxima. Respublica in eam calamitatem venit, incidit; iis ærumnis premitur; cum iis difficultatibus conflictatur, quæ ferri, tolerari vix poſſint Respublica hoc anno plagam accepit luculentam; acerbo vulnere percuſſa eſt; vulnus accepit graviſſimum. V. *Miſer, affligo. fortuna mala, adverſus.* 3 *Calamitate liberare*, aus der Noth helfen. Cæſar nos non a calamitate modo, ſed & metu calamitatis defendet, prohibebit; calamitate nos, calamitatem levabit; nobis detrahet, efficiet, ut a nobis abſit calamitas ærumnis nos iſtis exſolvet; iſtis nos periculis & ærumnis explicabit; iſtis nos ærumnis expediet. V. *Libero. Ufus.* In calamitate tabeſcere. Calamitas latius ſerpſit.

Calamitoſus, a, um. voll Kummer. *Syn.* Ærumnoſus, miſer, calamitatibus oppreſſus, affectus. *Adv.* Valde. *Ufus.* Magis fortuna, quam culpa ſua calamitoſus. Calamitoſus. Fuga flagitioſa & calamitoſa. Calamitoſus ager cœlo & loco. Tempeſtas calamitoſa. Schauerwetter. V. *Miſer, felix.*

Calamitoſe, jämmerlich. *Ufus.* Calamitoſe potius, quam turpiter vivendum,

Calamus, i, m. Schreibfeder. *Syn.* Frutex aquaticus ad ſcribendum aptus. *Epi.* Bonus. *Ufus.* Calamo & atramento temperato, char-

Digitized by Google

charta etiam dentata res agetur.

Calantica, æ, f. **Schleyer, Haube.** *Syn.* Tegmen capitis muliebre. *Usus.* Clodius calanticam capiti suo accommodavit.

Calcar, aris, n. **Sporn.** *Syn.* Equi stimulus equitis calci alligatus. *Phras Calcaribus equum urgere.* **dem Pferde die Sporn geben.** Calcaria admovere, adhibere, calcaria equo subdere. Calcaribus equum concitare, agitare. *Usus.* 1. Aliis calcaria adhibenda, aliis frena. 2. *Incitamentum.* **Anspornung.** Currenti calcar addere.

Calceamentum, i, n. **Schuh.** *Syn.* Calceus.

Calceo, as, avi, atum, are. **Schuh anziehen.** *Usus.* Nec satis commode calceati, nec vestiti.

Calceus, i, m. **Schuh.** *Syn.* Calceamentum, pedum vestitus, & tegmen. *Epi.* Habiles, viriles. *Usus.* Redivi cum calceis & toga, nullis nec caligis, nec lacerna.

Calcitro, as, avi, atum, are. **hinten ausschlagen.** *Syn.* Calce ferio, percutio. *Transl.* Renuo, resisto. *Usus.* Amicum eum non habebis, calcitrat, respuit.

Calco, as, avi, atum, are. **mit Füßen treten.** *Usus.* Calcare uvas; calcare clientem.

Calculus, i, m. **Steinlein.** *Syn.* Lapillus, ratio, *Usus.* 1. Demosthenes calculos in os injiciebat. 2. *Rationem inire*, ad calculos vocare; ad calculum reducere; calculos subducere, **Rechnung machen.** Turpe est, exigue nimis, & exiliter amicitiam ad calculos revocare, ut par sit ratio datorum, & acceptorum. 3. *Consilium omissum resumere.* Revertamur ad calculos, quos abjecimus, **kehren wir wiederum zu unserm Vorhaben zurück.**

Calefacio, is, feci, factum, ere. **wärmen.** *Syn* Calfacio. *Transl.* Irrito, commoveo. *Usus.* Egregie hominem sua oratione calefecit. Forum calefacere. Parthi vos calefacient, **die Parther werden euch heiß machen.**

Calendarium, ii, n. **Kalender.** *Syn.* Fasti, ephemerides.

Calendæ, arum, f. **der erste Tag eines jeden Monats.** *Usus.* Hæc scripsi ad VIII. Calendas Decembris.

Caleo, ui, ere. **heiß oder warm seyn.** *Syn.* Calidus sum. *Transl.* Vigeo. *Usus.* 1. Calent judicia ut cum maxime, **man hält nun sehr ernstg Gerichte.** Calent rumores. Dum res calet, insistendum est. Cum calent omnes, ego in negotio frigebo? 2. *Fervere, dum res adhuc recens est.* Calentes adhuc recenti pugna, & victoria feroces, **von dem frischen Gefechten noch erhitzte Soldaten.** 3. *Æstuare, inflammari,* **hitzig nach einer Sache trachten.** Studio scribendi, cupidine laudis calere. V. *Calor.*

Calesco, is, ere. **warm werden.** *Syn.* Calidus fio. *Usus.* Igni vel apricatione calescere.

Calidus, a, um. **warm.** *Usus.* Calidior est animus, quam hic aër.

Caligæ, arum, f. **Hosen.** *Syn.* Tibiarum tegumentum.

Caliginosus, a, um. **dunkel.** *Syn.* Obscurus, caligine tectus. *Usus.* Obscurius, nebulosum, humidum, caliginosum cœlum.

Caligo, as, avi, atum, are. **nicht heiter sehen.** *Syn.* Cæcutio. *Usus.* In sole caligare.

Caligo, inis, f. **Dunkelheit.** *Syn.* Tenebræ. *Epi.* Cæca, obscura, *Usus. Transl* Ex priore caligine temporum respublica in lucem aliquam respexit, **das gemeine Wesen hat sich aus voriger Verwirrung etwas erholet.** Discussa nunc est caligo illa temporum & tetræ tenebræ. Videbam aliquid, sed quasi per caliginem. V. *Tenebræ.*

Calix, icis, m. **Kelch, Becher.** *Epi.* Calices maximi. Calix mulsi, vini.

Calleo, es, ui, ere. **etwas wohl können, wissen.** *Syn.* Scio, teneo. *Usus.* Jura callet. V. *Scientia, doctus.*

Callide, listig. *Syn* Astute, non incallide, caute. *Usus.* Callide, arguteque dicere.

Calliditas, tis, f. **Arglist, Verschlagenheit.** *Syn.* Malitia, astutia. *Epi.* Perversa, stulta, vetus. *Usus* Poeni calliditate valent. Calliditas astuta prudentiam imitatur. V. *Astutia, fraus, dolus.*

Callidus, a, um. **verschlagen, listig.** *Syn.* Astutus, versutus, vafer, malitiosus, eruditus artificio simulationis, veteratorius, veterator, non incallidus. *Usus.* Homo ad

Digitized by Google

fraudem callidus. Astuta & callida interpretatio. V. *Astutus*, *dolosus*.

Callis, is, m. **Fußpfad.** *Syn.* Semita.

Callum, i, n. **Schwiele an Händen und Füßen.** *Syn.* Cutis usu densior. *Usus. Transl.* Diuturna consuetudo, diutinus dolor callum jam obduxit stomacho meo, malorum usus mihi sensum ademit; occalluit animus malorum usu.

Calones, um, m. **Troßbuben.** *Syn.* Militum ministri,

Calor, oris, m. **Wärme.** *Syn.* Ardor, æstus.)(*Frigus. Epi.* Æquabilis, corporeus, maximus, nimius, salutaris, & vitalis, similis sui. *Phras.* 1. *Ecquid in iter te das caloribus summis?* **warum begiebst du dich bey solcher Hitze auf die Reise?** ecquid hoc ardore; hoc æstu flagrantissimo; ista caloris intemperie; istis cœli ardoribus; æstuante tantis caloribus aëre, solis radiis torrendum te præbes? ecquid hac anni parte flagrantissima, hoc anni sidere itineri te committis? 2. *Calores sunt maximi*, **es ist dermalen die größte Hitze.** Caloris nunc vis est maxima; calores habemus nunc maximos. Æstus sunt immodici; æstivi cœli ardores nunc sunt maximi. Vapore solis omnia nunc torrentur, & accenduntur; fervore solis exæstuat anni tempus calidissimum; sol nunc omnia incendit; cœlum nunc fervet, æstuat, ut cum maxime. Menses nunc incidunt ardore solis flagrantissimi. Æstivi calores, æstatis ardores nunc sunt intentissimi. Æstuosum in primis cœlum est; ab æstu fervet; æstus intemperie flagrat; immodicis caloribus torretur pars anni hæc ferventissima. 3. *Calor crescit*, **die Hitze nimmt zu.** Intendit se calor, ingravescit, increscit, invalescit. Æstivi sideris calores graviore æstu exardescunt, efferveſcunt, invalescunt. 4. *Calor remittit*, **die Hitze läßt nach.** Frangit se calor, mitescit; tempus anni gravissimum defervescit; deflagrant tandem æstivi calores; temperantur, sedantur, leniuntur, mitigantur, Inclinata jam æstas nimios solis ardores defendit; caloris incommoda propulsat; languescit jam flagrantis cœli ardor, & sensim defervescit. *Usus.* Frigora & calorum molestiæ vivo ferenda sunt. Acquiesco in horto, dum se calor frangat.

Calvitium, ii, n. **Kahlheit des Haupts.** *Usus.* Calvitio mœror non levatur.

Calumnia, æ, f. **Verläumdung.** *Syn.* Obtrectatio, maledictum, injusta criminatio; vexatio. *Epi.* Acerrima, nimis callida, frigida, jejuna, impudens, major, prætexta, calumniæ variæ. *Phras.* *Calumniam strinxit in innocentem*, **er hat ihn unschuldig verläumdet.** Integerrimi hominis laudem calumniis obterere satagebat; criminari non destitit innocentem; infamiam innocenti afferre; infamia innocentem aspergere voluit; calumnias in innocentem instruxit; calumniis opprimere innocentem; calumniis appetere satagebat. V. *Detrabo*, *maledictum. Usus.* Frigidam jejunamque calumniam adversus me adhibuit. Totus est in instruendis calumniis. Calumniam æquo animo fert. Coërcenda est calumnia, & contundenda. V. *Convitium*, *Famam lædo*, *maledicus.*

Calumniator, oris, m. **Verläumder.** *Syn.* Qui falsum crimen objicit; malitiosus interpres. *Epi.* Egens, improbus. *Usus.* Bono viro improbum calumniatorem appositi.

Calumnior, aris, atus sum, ari, **verläumden.** *Syn.* Calumniam adhibeo, vexo. *Usus.* Is aperte ludificari, & calumniari cœpit. V. *Calumnia*, *detrabo.*

Calvus, a, um. **kahl.** *Syn.* Raro capille, calvitio deformis.

Calx, cis, f. **die Ferse.** *Syn.* Pars pedis posterior. *Phras.* *Calcibus impetere*, **mit Füßen stoßen.** Calcibus certare; premere, conscindere obstantes; calcibus cædere, ferire, contundere. *Usus.* 1. Certare pugnis & calcibus. 2. *Finis de meta*, **Ziel und Ende.** Ad calcem decurrit, pervenit opus. A calce ad carceres revocari; *a fine ad principium*, **vom Ende bis zum Anfange.** 3 *Lapis excoctus pro ædificio*, **Kalk.** Calx, cæmenta, materia. Calx viva, **ungelöschter Kalk.** Calx macerata, **gelöschter Kalk.**

Camelus, i, m. **Kameel.** *Usus.* Cameli adjuvantur proceritate collorum.

Ca-

Digitized by Google

Camera, æ, f. Gewölb *Syn.* Teſtudo, fornix. *Uſus.* Cameras quasdam non probavi.

Caminus, i, m. Ofen, Kamin. *Uſus.* In hieme camino luculento utere.

Campeſter, ris, re. lüdlicher Ort. Campeſtris exercitatio.

Campus, i, m. Feld. *Syn.* Ager, pratum. area, planities. *Epi.* Deformis atque obſitus, fœnicularius, ingens, immenſusque, latior, magnus, ſanctus, tantus. *Uſus.* 1. Agros noſtros cum ſuis uberibus campis conferri poſſe negant. 2. *Transl. Amplitudo, copia, ubertas.* große Gelegenheit. Magnus tibi campus patet in republica, apertus ad gloriam curſus. In hoc tanto, immenſoque campo exultet oratio. 3. *Planities*, Ebene. Camporum patentium æquora; camporum immenſitates; immenſa camporum ſpatia.

Canalis, ia, m. Kanal. *Uſus.* Aquæ ductus fiunt tribos generibus, vel per canales ſtructiles, aut fiſtulis plumbeis, aut tubulis fictilibus.

Cancelli, orum, m. Gitter, Schranken. *Epi.* Forenſes. *Syn.* Septa e lignis modico intervallo disjunctis, quibus tribunalia & feneſtræ muniuntur. *Uſus.* 1. Applauſum eſt a totis cancellis. *Transl. Terminus, finis, limes*, Ende ꝛc. Non egrediar ex iis, quos mihi ipſe circumdedi, circumſcripſi, cancellis. *Inde eſt vulg. cancellaria*, Kanzley. Tabularium ſanctius; & *Cancellarius* Kanzler. Tabularii ſanctioris præſes, cuſtos; magiſter ſcriniorum.

Cancer, cri, m. ein Krebs. *Uſus.* Rubentes urere foco cancros.

Candelabrum, i, n. Leuchter. *Epi.* Candelabra ærea. *Uſus.* Candelabrum e gemmis clariſſimis, & opere mirabili perfectum.

Candeo, es, ui, ere. weiß ſeyn. *Syn.* Candore fulgeo. *Uſus.* Candens orbis, *via lactea*, die Milchſtraße im Himmel. Candente carbone ſibi capillum adurere V. *Albus.*

Candeſco, is, ere. glühend werden. *Syn.* Igneſco, candidus fio. *Uſus.* Ferrum candeſcit. Capillus, caput candeſcit.

Candidatorius, a, um. werbenden Perſonen gehörig. *Uſus.* Candidatorio fungi munere.

Candidatus, a, um. weiß bekleidet. *Syn.* Candida veſte indutus; *quales erant, qui magiſtratum petebant*; nomen profeſſus. *Epi.* Conſulares, gratuiti, pares, ſinguli, firmior, ſapiens. *Uſus.* Officioſiſſima candidatorum natio.

Candide, ohne alle Bosheit, Betrug. *Syn.* Sincere, pure, benigne. *Uſus.* Inimicitias ſimpliciter & candide poſuit.

Candidus, a, um. weiß. *Syn.* Albus, purus, ſincerus. *Uſus.* Purum & candidum dicendi genus. Candidum hominis ingenium. Candidæ vitæ homo, *innocentis.* V. *Sincerus, apertus.*

Candor, oris, m. Weiße. *Syn.* Splendor, fulgor, lux. *Epi.* Exiguus, extremus, illuſtrior ſolis, nimius, candidiſſimus. *Uſus.* 1. Vide ſpeciem candoremque cœli. 2. *Albedo*, Weiße Mixtus candore rubor. 3. *Simplicitas*, Aufrichtigkeit Eximio morum candore vir. V. *Apertus.*

Caneſco, is, ere. grau werden, veralten. *Syn.* Seneſco, inveteraſco. *Uſus.* Caneſcit jam oratio tua, habetque ſuam jam maturitatem & ſeneſcutem.

Cani, orum, m. graue Haare. *Syn.* Albi ſenum capilli. *Uſus.* Non cani, non rugæ auctoritatem afferunt.

Canicula, æ, f. Hündlein. *Sidus cœleſte.*

Caninus, a, um. hündiſch. *Uſus.* Cœna canina.

Canis, is, m. & f. Hund. *Uſus.* Canum fida cuſtodia; incredibilis ad inveſtigandum narium ſagacitas; amans dominorum adulatio; alacritas in venando. Canis ſolicitum animal. Cane pejus & angue.

Caniſtrum, i, n. Korb *Syn.* Fiſcina, ciſta viminea. *Epi.* Splendidiſſima. *Uſus.* Lancibus & ſplendidis caniſtris nos paſcis.

Canities, ei, f. graue Haare. *Uſus.* O turpem exacta dementique ætate canitiem!

Canna, æ, f. Rohr. *Syn.* Arundo.

Cano, is, cecini, cantum, ere. ſingen. *Syn.* Canto, cantus edo. *Adv.* Canere abſurde, diligenter, flebiliter, intus, intus ſibi; modulate, præclare fidibus, ſimiliter. *Phraſ. Pauci recte canere norunt*, es ſind we-

Digitized by Google

wenig, die wohl ſingen können. Pauci recte canendi artem callent, tenent; canendo vocem rite nunc intendere, nunc remittere ſciunt; canendi modos probe callent. Paucis contigit in canendo eum tenere modum, ut in eorum modulatione nihil agnoſcas abſonum, inconditum, inconcinnum. Pauci vocem moderari ita efferre; ea ratione componere ſciunt, ut aures nihil reſpuant, rejiciant, improbent. *Uſus.* 1. Canere voce, ſingen. Canere fidibus, tibiis, geigen, pfeifen. *Pro vulg. Ludere fidibus, inflare fiſtulas, ludere inſtrumentis muſicis.* Canere bellicum, Lermen blaſen. Canere claſſicum, *idem.* Receptui canere, zum Abzuge blaſen. *Transl.* von einer Sache abſtehen. V *Muſica, modulor.*

Canon, onis, m. Regel. *Syn.* Regula. *Uſus.* 1. Tu canon es meorum ſcriptorum. 2. *Canon Miſſæ, vox Eccleſ.* Arcana verba Divini Sacrificii, & ſilentio enuntianda. *Canones Sacri.* Scita Pontificum.

Canonicatus, us, m. Chorherrenſtelle, oder Verſammlung. *Syn.* Sacerdotium opulentum, amplum. Collegium, ſenatus ſacratior ſacerdotum auctoritate præcipuorum. *Vulg. Capitulum Canonicorum.*

Canonizo, as, are. heilig ſprechen. *Syn* In Sanctorum numerum referre; ad Sanctorum ordinem adſcribere, aggregare; Cœleſtes honores, publicosque alicui decernere; inter cœlites referre; in album ſanctorum cœlitum ſolenni ritu referre; inter cœlites annumerare; ſolenni ritu alicujus memoriam conſecrare. In concilio cœleſtium collocare; in numero ſanctorum collocare; ſanctorum ordinibus afferere. In cœlitum cœtu ac numero reponere; ad immortalitatem & religione & memoria conſecrare. Cœleſtes honores dare, habere; immortalitati conſecrare; cœlitum honoribus cumulare. Superorum in cenſum referre. *In Divos* referre. Conſecratæ immortalitatis auctoritatem a Pontifice maximo accipere. canoniſiret werden. Cœleſtium numerum augere.

Canorus, a, um. wohl tönend. *Syn.* Ad cantum inflexus, clarus. *Uſus.* Canora, ſuavis vox.

Canterius, ii, m. verſchnittenes Pferd. *Syn.* Equus caſtratus. *Uſus.* Mulo vehare, qui canterium comediſti.

Cantharis, idis, f. ſpaniſche Mucke. *Inſecti genus.*

Canticum, i n. Geſang. *Uſus.* Rhetorum epilogus pene canticum.

Cantilena, æ, f. kurzer Geſang. *Syn.* Cantio. *Uſus.* Crebro mihi cantilenam illam ſuam inſuſurrat. Eandem cantilenam canere,

Cantio, nis, f. Geſang, Zauberey. *Syn.* Carmen veneficum. *Uſus.* Id veneficiis, & cantionibus Liciniæ factum.

Cantito, as, avi, atum, are. oft ſingen. *Uſus.* Carmina in epulis cantitata.

Cantiuncula, æ, f. kurzer Geſang. *Uſus.* Cantiunculis otium oblectare.

Canto, as, avi, atum, are. ſingen. *Syn.* Cano, cantus fundo, edo. *Uſus.* Pueri lepidi cantare, & pſallere docentur. V. *Cano.*

Cantor, oris, m. Sänger. *Uſus.* Legulejus, præco actionum, cantor formularum.

Cantus, us, m. Geſang. *Syn.* Symphonia, vocis inflexio. *Epi.* Dulcior, nauticus, obſcurior, quotidianus vocum, lugubres, modici, remiſſiores. *Uſus.* Tibicines cantus numerosque non ſuo, ſed multitudinis arbitrio moderantur. Cantibus ipſæ beſtiæ flectuntur, & conſiſtunt. Fidium nervorumque cantibus ædes totæ perſonant. Suavitate modulorum aures tenere, cantibus animos impellere, incitare.

Canus, a, um. grau. *Syn.* Albus, candidus, canitie venerabilis, *aut* præmatura canitie deformis.

Capacitas, tis, f. Weite, oder Größe. *Syn.* Amplitudo, ſpatium capiendi *Epi* Tanta. *Uſus.* Theatri, vaſorum capacitas. Utrum capacitatem in animo putamus eſſe? *ut putat vulgus & loquitur.*

Capax, acis, *gen. com.* fähig. *Syn.* Quod aliquid capere poteſt. *Uſus.* Capax domus. Ita capaces ſunt aures meæ, ut eas nec Demoſthenes impleat.

Capedo, inis, f. Opfergeſchirr. *Vaſis genus. Epi.* Capedines gratæ. *Uſus.* Capedines & fictiles urnulæ.

Ca-

Digitized by Google

Capella, æ, kleine Ziege. *Syn.* Parva capra. *Vulgus capellam vocat* Sacellum, ædiculam ſacram, Kapelle

Caper, ri, m. verſchnittener Bock. *Syn.* Mas caprarum caſtratus.

Capeſſo, is, ivi, itum, ere. ergreifen. *Syn.* Peto, capio. *Uſus.* Rempublicam, magiſtratum capeſſere, Staatsämter antreten. Quando meliora capeſſes? Cibum capeſſere. Fugam capeſſere, capere. Capeſſere ſe domum, ſich nach Hauſe begeben.

Capillatus, a, um. haaricht. *Adv.* Bene capillatus adoleſcens. *Uſus.* Corpore inculto & ſqualido capillatior, quam ante.

Capillus, i, m. Haar. *Syn.* Capitis pilus. *Epi.* Comti. *Uſus.* Capillus compoſitus & delibutus. Capilli fluunt, defluunt poſt morbum, ausfallen. Capilli rari & cedentes, dünnes ausfallendes Haar. Capillum promittere, ſubmittere, wachſen laſſen. Capillis, crinibus paſſis, mit fliegenden Haaren. Capillus prolixus, promiſſus, langes Haar. *Capillus circa caput rejectus negligenter*, ungekämmtes Haar. Cincinnorum fimbriæ, Haarlocken. Capillum pectere, comere, componere, ornare, nodo ſubſtringere, in nodum cogere, kämmen, zieren, zuſammen binden. Capillum calamiſtris inurere, aufkrauſen. Capillum in gradus frangere, formare, in Buckeln legen. Capilli ficti, adſciti, adventitii, Perucque, *aliis* galericulus.

Capio, is, cepi, captum, ere. faſſen, nehmen. *Syn.* Comprehendo, accipio.)(*Do. Adv.* Aliquando animum patrium, commode tempus adeundi aliquem, facillime conjecturam, invito, neceſſario conſilium, ſtrenue arma. Capi brevi, crudeliſſime, prædam & fortunas, mirifice facetiis, opportune locum, plane navim ſuo onere, atque deprimi, recte, fortito ſacerdotem Jovis, vix gloriam cœlo. *Uſus.* 1. Capere urbem, Stadt einnehmen; oppido potiri. Cibum capere, Speiſe zu ſich nehmen. Manum capere, einen bey der Hand nehmen. 2. *Transl. ad intellectum*, Capio rem, ich verſtehe es; teneo. Capere conjecturam ex *vel* de re aliqua. Conſilium, rationem agendi capere. Admiratio me capit, ich verwundere mich 3. *Ad actus voluntatis, & tum ſumitur tam active, quam paſſive*: Cepit me voluptas; captus ſum voluptate, ich habe mich ergötzet. Capere lætitiam ex re. Amore capi. *Aut contra*; Luctus ingens, cura, metus, pavor urbem cepit, beſtürzt werden. Respublica magnam calamitatem, detrimentum, dolorem, angorem, luctum, terrorem, miſeriam, metum cepit, leiden. 4. *Sumo*, nehmen. Magiſtratum, conſulatum, provinciam capere; laborem inanem capere. Initia, primordia a Diis capienda ſunt, den Anfang nehmen. 5. *Delector*, Freude haben an einer Sache. Munditiis, argenti ſplendore &c. capitur. 6. *Decipio, delinio*, betrügen, gänzlich einnehmen. Verborum laqueis judicem; aures velut per inſidias cepit. 7. *Continco*, begreifen. Gloriam conſecutus, quæ vix cœlo capi poſſit. Amentiam ejus civitas, regna capere non poterant. 8. Capere pœnam de aliquo; documentum, exemplum ex re capere, Locum caſtris capere &c. V. *Accipio, urbem capio, comprehendo, captivus.*

Capiſtrum, i, n. Maulkorb. *Uſus.* Capiſtro conſtringi.

Capitalis, e. g. c. des Todes werth. *Uſus.* Rerum capitalium rei. Capitali odio diffidere. Fraudem capitalem admittere. *Capitale. Vulg.* Kapital. V. *Caput.*

Capito, nis, m. Großkopf. *Syn.* Magni capitis. *Uſus.* Silii, Flacci, Frontones, Capitones.

Capitulum, i, n. Kapitel, Abſchnitt in einem Buche. *Epi.* Parvum, pulcherrimum. *Uſus.* Primum capitulum optimum prodere.

Capitulum Ordinis, Ort, oder Zuſammenkunft der Ordensgenoſſen, Kapitelhaus. Locus reprehendendis erratis deſtinatus. *Item*: Comitium familiæ ſacræ. *Capitulum Ordinis facere*, Kapitel halten. Comitia habere creandis magiſtratibus, *ſeu* moderatoribus familiæ ſacræ. Conventum celebrare; concilium habere inſtituendis novis Religioſi ordinis magiſtratibus. *Capitulum Cathedrale*, Collegium, ſenatus Eccleſiaſtici Ordinis Præſulum.

Ca-

Digitized by Google

Capra, æ, f. eine Geiß, Ziege.
Caprificus, i, f, wilder Feigenbaum. *Syn.* Ficus silvestris.
Caprinus, a, um. von Ziegen. *Usus* Pellis caprina.
Capsa, æ, f. Kiste. *Syn.* Arca. *Usus.* Si te ad meas capsas admisero.
Captatio, nis, f. das Nachstellen. *Usus.* Disputandi prudentiam captatio verborum imitatur.
Captator, oris, m. Nachsteller *Syn* Qui venatur aliquid, aut ambit quovis modo. *Usus.* Plebicola repente, omnisque auræ popularis captator.
Captio, nis, f. Fang. *Syn.* Argutiæ, sophisma. *Usus.* Quasi præstigiis & captionibus a sententia sua depulsus, in alienam inductus est. Captiones refellere.
Captiose, verfänglich. *Syn.* Vafre, argute. *Usus.* Captiose interrogare.
Captiosus, a, um. verfänglich. *Syn.* Quod captiones habet. *Usus.* Fallaces & captiosæ quæstiones. Societas captiosa.
Captiuncula, æ, f. kleine verfängliche Rede.. *Syn.* Captio. *Usus.* Omnes captiunculas pertimescere.
Captivitas, tis, f. Gefangenschaft. *Usus.* Is dies finem diuturnæ captivitatis, turpitudinis, servitutis attulit. V. *Captivus.*
Captivus, a, um. gefangen. *Syn.* Captus & vinctus *Phras.* 1. *Captivus tenetur*, er wird gefangen gehalten In vincula conjicitur; custodia tenetur; in vinculis est; in vinculis cohibetur; in custodiam vinctus datur, conjicitur; in carcerem conditur; in vincula ductus, obnoxiam carnificis arbitrio ducit animam; in custodiam traditur; in carcere *vel* carcerem includitur; vinculis mandatur; in catenis tenetur. 2. *Captivos dimittere*, die Gefangenen los lassen. Eximere vinculis; libertate donare; exsolvere vinculis; in libertatem asserere; ergastula captivis solvere. *Usus,* Ducere aliquem captivum in triumphum. Captivos duriter habere. Captivos redimere; reddito pretio liberare, recuperare, loskaufen. Captivos reddere; remittere, entlassen. V. *Custodia, Carcer, vincula, captus.*
Capto, as, avi, atum, are. zu fangen suchen. *Syn.* Allicio, aucupor. *Adv.* Mediocriter adventum. *Phras.* 1. *Captare occasionem*, Gelegenheit suchen. Imminere in occasiones omnes; intentum esse in occasionem; quærere locum injuriæ, insidiis; aucupari tempus; captare temporis momenta. 2. *Captare gloriam*, eine eitle Ehre suchen. Plausum captare, aucupari omnes umbras falsæ gloriæ; consectari adumbratæ quamvis gloriæ imaginem. V. *Gloria. Usus* 1 Assentatione gratiam, aliquem objecta spe quæstus captare, einnehmen. 4. *Observo*, beobachten. Tempora, occasio, momenta captanda sunt. 3. *Consector, peto*, darnach trachten. Voluptatem, verba, plausum, benevolentiam populi captare. 4. Captare auram, frische Luft schöpfen. 5. Captare aliquem, einen hintergehen. V. *Quæro, ambio, cupio.*
Captus, a, um. gefangen. *partic.* vom capio. *Phras. Bello captus est*, er ist ein Kriegsgefangener geworden. Jure belli captus est; in manus hostium venit; in potestatem hostium pervenit; hostium præda factus est, *Usus.* Mente, oculis, membris omnibus, auribus, captus, unsinnig, blind, gehörlos, an allen Gliedern lahm. Amore, misericordia captus, eingenommen. Bello capta præda, spolia, pecunia; captiva pecunia, das im Krieg geraubte Geld.
Captus, us, m. Begriff des Verstandes. *Syn.* Ingenium, intelligentia. *Usus.* Prudens, ut est captus illorum hominem. Non malus, neque iners ut est captus servulorum. *Indoles*, Gemüthsbeschaffenheit.
Capularis, e. *g. c.* ein Greis. *Syn.* Senex capulo mortique vicinus, proximus.
Capulus, i, m. Griff, Handhabe. *Syn.* Manubrium gladii. *Usus.* Quasi vero capulo esset occisus.
Caput, itis, n. Haupt. *Usus.* 1. Caput aperire alicui, das Haupt Ehrenhalber entblößen. Salutare aperto capite. Caput tegere, operire, das Haupt bedecken. Caput cervicibus abscindere, das Haupt abschlagen. Securi ferire, pecutere; cervicem abscindere; secare collum; caput a cervicibus avellere; ferro caput demetere; incidere cer-

Digitized by Google

cervices, præcidere; caput enſe auferre; jugulum ferro reſolvere, caput a cervicibus amputare, obtruncare, köpfen. *Vulg. decapito.* 2. *Vita, ſalus*, das Leben, das Heil. Cauſa, judicium capitis agitur. De ordine, de civitate, de libertate, de capite contentio eſt. Caput tuum, & fortunas ſemper defendi. 3. *Crimen capitale*, Laſter, ſo den Tod verwirket. Capitis aliquem accerſere, accuſare. 3. *Initium, principium, pars præcipua, origo*, der Anfang, Urſprung, Rädelsführer, das vornehmſte Theil. *Ad conſilium* dandum caput eſt reipublicæ. Et quod caput eſt, novi hominem. Capita duntaxat orationis expoſuit. Duo epiſtolæ capita. Caput factionum Timagenes fuit. Ad pontis capita caſtella ſunt excitata, zu Anfang und Ende der Brücke. 5. *Vulgo. Capitale*, Geldſumme, Kapital. De capite, de ſumma, de ſorte aliquid detrahere, remittere, von der Hauptſumme des angelegten Geldes etwas hinwegnehmen, oder zurück laſſen. 6. *In aliis loquendi modis:* Capita conferre, offenſare, die Köpfe zuſammenſtoßen, miteinander ſich heimlich unterreden. Capite ſancire, unter Kopfſtrafe etwas gebieten. Nec caput, nec pedes habet, es iſt eine ungereimte ungeſchickte Sache.

Carbaſeus, a, um. aus feiner Leinwand gemacht. *Syn.* Ex lino optimo contextus. *Uſus.* Vela carbaſea.

Carbaſus, i, m, & *f. in plural. neut.* feine Leinwand. *Uſus.* Velum a carbaſo factum, *ſeu* lino miræ tenuitatis.

Carbo, onis, m. Kohle. *Uſus.* Candente carbone ſibi adurebat capillum.

Carbonarius, ii, m. Köhler. * *Syn.* Qui carbones conficit. *Uſus.* Carbonaria fornax.

Carbunculus, i, m. kleine Kohle. *Syn.* Parvus carbo. *Uſus.* Cum teſta ambulans carbunculos corrogabat.

Carcer, ris, m. Kerker. *Syn.* Cuſtodia, vincula, locus, in quo aſſervantur rei. *Epi.* Totus vindex nefariorum ſcelerum. *Phraſ.* 1. *In carcerem miſſus eſt*, er iſt in den Kerker geworfen worden. In carcerem ductus, compactus, conjectus, conditus, contruſus eſt; in cuſtodiam datus, traditus eſt; obtorta gula in vincula & tenebras abreptus; in ferrum & vincula conjectus; tenebris & vinculis mandatus; in carcerem, ergaſtulum datus, detruſus, raptus, tractus, incluſus eſt; carceri addictus eſt. 2. *In carcere aſſervare*, gefangen halten. Detinere; in vinculis ſervare; cuſtodia ſeptum tenere; cuſtodiis munire; in cuſtodiis habere, tenere; in vinculis cohibere; carcere aliquem multare; vinculis ac compedibus coercere. 3. *In vinculis obnoxiam tortorum arbitrio trahere animam*, gefangen ſitzen. In vinculis eſſe; ſqualore carceris vexari; in catenis teneri. V. *Captivus, Cuſtodia, Vinculum. Uſus.* In carcerem mittere. E carcere emitterre

Cardiacus, i, m. dem am Herzen wehe iſt. *Syn.* Ore ventriculi affectus.

Cardinalis, is, m. Kardinal. *Syn.* Purpuratus Eccleſiæ Pater, Princeps; Vir ſacræ purpuræ ſplendore conſpicuus; Romana, Vaticana purpura ornatus; e ſenatu Pontificio; Chriſtianæ reipubl. ſenator. *Phraſ.* 1. *Cardinalem creare*, zum Kardinale machen. Aliquem in purpuratorum Patrum numerum cooptare, referre, Purpuratis Eccleſiæ Principibus adſcribere; Purpuratorum Patrum ordini, cœtui aggregare; ad Romanam purpuram evehere; Vaticanæ purpuræ honore ornare, donare, decorare; Purpuratorum Patrum concilio adjungere; in Senatum Pontificum adlegere. 2. *Cardinalium Collegium.* Orbis Chriſtiani ſummum Conſilium; ſupremus Eccleſiæ Senatus; illuſtriſſimum Purpuratorum PP. Collegium; Sanctiſſimum graviſſimumque orbis terræ Conſilium; Sacrum Pontificis Conſilium; Pontificii Senatus Patres; ampliſſimus Ordo Purpuratorum Patrum. Romanæ Curiæ Patres.

Cardo, inis, m. Angel. *Epi.* Altiſonus, duplex. *Uſus.* Poſtes cardinibus emovere. In eo cardo rei vertitur, von dieſem hangt alles andere ab.

Carduus, i, m. Diſtel. * *Uſus.* Arva horrebant carduis.

Care-

Digitized by Google

Care, theuer. *Syn.* Magno pretio, nimio. *Usus.* Dimidio carius emit domum.

Careo, es, ui, itum, ere. mangeln. *Syn.* Vaco, deficior, vacuus sum.)(*abundo, potior, fruor. Adv.* Ægre, ægrius, diutius sermone, dupliciter culpa, facile in perpetuum. necessario, utilitate, nimium diu laude, omnino non voluptatibus plane febri, sapienter rebus externis. *Usus.* Is non caret, qui non desiderat, wer nichts verlanget, dem mangelt nichts. Carere voluptatibus, culpa, dolore, febri. Pompejus foro, postea senatu caruit. Carere publico, sich nicht sehen lassen. Fide caret, quod dicis, es ist nicht glaublich, was du sagest. Illo homine carere non possumus. wir können dieses Menschen nicht entbehren. Caret prudentiæ laude; abest ab illo prudentiæ laus illa. V. *Pauper, privo, egenus.*

Caries, iei, f. Holzfäule. **Usus.* Cariem recipere, sentire; carie infestari.

Carina, æ, f. der Schiffboden. *Syn.* Navis dorsum, navis pars ima.

Caritas, tis, f. Theuerung. *Syn.* Inopia frumenti, *vel* alterius rei.)(*Vilitas, ubertas, copia. Epi.* Admirabilior, diuturna, gratuita, humana, maxima annonæ, naturalis, præsens. *Phras. Caritas annonæ est*, es ist eine Theuerung Sterilitas agrorum, inopia frugum; caritas & rerum omnium difficultas est; annonæ eæ sunt angustiæ; ita care veneunt omnia, tanti pretii sunt, ut incommodis gravissimis premamur, vexemur; re frumentaria admodum angustè utimur. Gravi jamdiu annona conflictamur Annonæ gravitas rerum pretia intendit. Caritate cibaria quotidie fiunt angustiora. V. *Annona, penuria. Usus.* Præsens caritas, futura fames, e fame cædes, direptio, incendia.

Caritas, tis, f. Liebe. *Syn.* Amor, studiosa propensio. *Usus* Hominum caritas, amicitia, benevolentia gratuita esse debet. Caritas inter natos & parentes. Omnes omnium caritates una patria complectitur. Satage, ut caritatem civium tibi concililes, gignas, retineas, ut caritate jungare cum civibus, ne hanc caritatem tibi quisquam adimat, dirimat. V. *Amor, benevolentia, affectus, a, um.*

Carmen, inis, n. Gesang, Lied, oder Gedicht. *Syn.* Versus; argumentum carmine tractatum, oratio adstricta numeris. *Epi.* Absurdum, aptius, grande, grave, lugubre, mollissimum, necessarium, præclarum, totum, triste. Carmina blandissima, mala, nova, probrosa. *Phras. Carmina facit sane elegantia*, er hat sehr zierliche Verse gemacht. Carmen condidit, scripsit, composuit omnibus numeris absolutissimum. Ejus versibus, quos extemporali quodam calore fudit, nihil tersius, nihil venustius. Luculentis sane versibus lusit. Carmina, quæ panxit, texuit, vena sane facili profluxere. Versus illi nascuntur pulchri sane, ac jucundi. Versus fecit, confecit, scripsit sane lectissimos. V. *Versus, Poeta.*

Carnarium, ii, Fleischbank. **Syn.* Locus, ubi carnes venduntur, *vel* domi reponuntur. *Usus.* Cœnam e carnario emit.

Carnifex, icis, m. Henker. *Syn.* Tortor, lictor. *Epi.* Crudelissimus civium, internecinus. *Usus.* Advolat, ut carnifex ad reliquias vitæ lacerandas. Non ficarius, sed crudelissimus carnifex.

Carnificina, æ, f. Richtplatz, Peinigung. *Syn.* Supplicii locus, cruciatus, crudelitas. *Usus.* Carnificinam facere, subire. Ægritudo summa est carnificina.

Carnifico, as, avi, atum, are. peinigen. Carnificor, aris, atus sum, peinlich umkommen. *Syn.* Excarnificor.

Caro, carnis, f. Fleisch. *Epi.* Multa, subrancida, putida, rancida, venenata *Usus.* Caro piscium delicata.

Carpentum, i, n. hängender Wagen. *Genus vehiculi. Usus* Carpentum agere. Matronæ Romanæ pilento ad sacra, carpentis festo, profestoquo die utebantur.

Carpo, is, carpsi, ptum, ere. abbrechen, tadeln. *Syn.* Decerpo; *item*: reprehendo, lacero. *Adv.* Undique & colligere. *Phras. Aliorum mores carpunt*, sie tadeln anderer Leute Sitten. In conviviis rodunt, in

Digitized by Google

in circulis vellicant; maledico dente alienam magnitudinem allatrant, famam lacerant, confodiunt; alienos mores maligais sermonibus exagitant; acerbe infectantur, criminantur; honestissimis etiam moribus notam inurunt; labem aspergunt. V. *Reprehendo*, *vitupero*, *infamia*. *Usus*. 1. Maledico dente carpere. 2. *Imminuo*, schmälern. Aliquid de alienis laudibus carpere. 3. *Insector*, nachstehen, verfolgen. Ultimum agmen hostis carpit. 4. *Vitupero*, tadeln. Capere aliquem, alicujus facta.

Carptim, die und da, stückweise. *Syn.* Hinc atque illinc sine ordine decerpendo. *Usus*. Res gestas carptim perscribere.

Carus, a, um. theuer. *Syn.* Non vilis, magni pretii.)(*Vilis*. *Usus*. Annona in macello solito carior est; amplificato pretio venit. V. *Caritas*.

Carus, a, um. lieb. *Syn.* Acceptus, jucundus, antiquus, qui suavitatem filii apud aliquem obtinet. *Phras*. *Commendo juvenem tibi carissimum*, ich empfehle dir diesen liebsten Jüngling. Mel meum, & delicias, mea desideria; nolim eum dimittas e sinu tuo. Commendo tibi amores nostros, juvenem qui mihi in oculis est, quem in oculis fero; qui mihi cordi est unice, ocellum meum, & dextellam, die rechte Hand. Delicias, ac vitam meam. Qui mihi in medullis & visceribus hæret; qui in desiderio civitatis, in ore, in sermone omnium habitat. Hoc dimisso videbat mihi partem viscerum abrumpere, qui unicus mihi, & unico magis est unicus; pro cujus caro capite meum caput libenter offeram. Commendo tibi oculum meum, quo nemo carior meo animo, meo cordi. V. *Amo*, *cogito assidue de te*. *Usus*. Comis, jucundus & carus. Sibi quisque carus est. Pantos æque, ac te caros habeo.

Casa, æ, f. Baurenhaus. *Syn.* Tugurium, mapale.

Cascus, a, um, altväterisch. *Usus*. Prisci illi, quos cascos Ennius appellat.

Caseus, i, m. Käs.

Cassis, idis, f. Helm, Pickelhaube. *Syn.* Galea.

Cassis, is, m. Jägergarn. *Syn.* Rete.

Cassus, a, um. leer, *Syr.* Vacuus, inanis. *Usus*. Sanguine, luminibus cassus.

Caste, keusch. *Syn.* Integre, pure. *Usus*. Bene, rite, caste Deos venerantur. In amicorum periculis caste & integre versari Excellentis formæ virginem caste habuit.

Castellanus, i, m. Schlossherr. *Syn.* Qui castellum habitat. *Usus*. Decem millia cum castellanis agrestibus in armis habuit. Multi ex Liguribus castellani triumphi, *de capto castello acti*.

Castellatim, von einer Festung zur andern. *Usus*. Hostes castellatim dissipati.

Castellum, i, n. Schloß. *Syn.* Munitio lignea, aut muro firmata ad arcendos hostes. *Epi*. Castella multa munitissima, castellum munitum, necessarium. *Phras*. 1. Castellum munire, defendere. Castellis & aggeribus aditum hostium prohibere. 2. Castellum expugnare, capere, suæ ditionis facere & diruere.

Castigatio, nis, f. Züchtigung. *Syn.* Objurgatio, reprehensio. *Epi*. Clemens. *Usus*. Omnis animadversio & castigatio contumelia carere debet.

Castigator, oris, m. Bestrafer. * *Usus*. Castigator minorum.

Castigo, as, avi, atum, are. züchtigen. *Syn.* Objurgo, mulcto. *Usus*. Matres filios verbis & verberibus castigant. 2. Ad unguem castigare carmen, wohl ausarbeiten. Castigati mores, züchtige und ehrbare Sitten. 3. Castigatus animi dolor, mäßiger Schmerz. V. *Punio*, *aloquor*.

Castimonia, æ, f. Reinigkeit. *Syn.* Castitas. *Usus*. Summa corporis & animi castimonia vir, virgo, adolescens.

Castitas, tis, f. Keuschheit. *Syn.* Castimonia, virginitas. *Usus*. Castitatem impense colere V. *Pudicitia*, *integer*, *verecundus*.

Castra, orum, n. Lager. *Syn.* Tentoria, pelles, locus, ubi exercitus in tentoriis manet. *Epi*. Æstiva, civilia, florentissima, maxima, media, infirma, nefaria, plena curæ, præciara, stativa. *Phras*. 1. *Castra movere*, Lager schlagen.

Digitized by Google

Caſtra ponere, disponere, locare, conſtituere, habere, facere, metari, figere; tentoria erigere; poſita habere; tendere. Caſtra in aperto poſuit. 2. *Caſtra movere*, mit dem Lager aufbrechen. Caſtra promovere; movere, conclamare vaſa; vaſa colligere. 3. *Caſtra extendere*, das Lager ausbreiten. Caſtra proferre. 4. *Caſtra arctius collocare*, das Lager zuſammenziehen. Caſtra contrahere. 4. *Caſtra deſignare*, das Lager abſtecken. Caſtris locum capere, locum deligere. 6. *Caſtra propius admovere*, mit dem Lager näher hinanrücken. Caſtra caſtris opponere, objicere, conferre; caſtra cum caſtris jungere; caſtra oppido conferre. 7. *Caſtra mutare*, das Lager verändern. Caſtra convertere. 8. *In caſtris eſſe*, im Lager ſeyn. Sub pellibus agere, contineri, hiemare, in caſtris agere. 9. *Caſtra aggredi*, das Lager anfallen. Caſtra tentare, invadere, adoriri, circumvenire. 10. *Caſtra capere*, das Lager erobern. Occupare, capere; caſtris potiri; caſtris hoſtem exuere. 11. *Caſtra referre* mit dem Lager zurückziehen. 12. *Caſtra opere & natura loci munita*, wohlbefeſtigtes Lager. Caſtra aggeribus, propugnaculis munita. *Uſus.* Pro portis caſtrorum, vor dem Lager. Caſtrorum circuitus, limes extimus, Circumvallationslinie um das Lager. Caſtris ſe tenere, ſich im Lager halten. Caſtris hoſtium incidere, auf das feindliche Lager ſtoßen.

Caſtratus, a, um. verſchnitten. *Syn.* Exſectus. *Uſus.* Nolo dicere, morte Africani caſtratam eſſe rempublicam.

Caſtrenſis, e, c. das zum Lager dienet. *Syn.* Militaris. *Uſus.* Diſciplina caſtrenſis.

Caſtrum, i, n. Schloß, Feſtung. *Syn.* Locus muris munitus; Caſtellum majus. *Uſus.* Vallo & foſſa circumdedi, ſex caſtellis, caſtrisque maximis ſepſi.

Caſtus, a, um. keuſch. *Syn.* Purus, integer, incorruptus. *Adv.* Maxime. *Phraſ.* Corpore & animo integerrimus; inſigni caſtimonia; ſumma caſtimonia & integritate; a voluptatum illecebris alienus, expers labis; immunis a foeda libidinis contagione; caſtimoniæ laude inſignis; ſpectata integritate ac continentia: incorruptis caſtiſſimisque moribus; pudore ſeptus. *Uſus* Pompejus vir integer, caſtus, gravis. Caſta domus. Vir caſtus a cruore civili. V. *Purus*, *integer*, *verecundus*, *pudicus*.

Caſus, us, m. Zufall, Fall. *Syn.* Fortuna, eventus, ſors. *Epi* Acerbiſſimus, cœcus, calamitoſus atque funeſtus, multis inno entibus communis, incertus, diſſimilis, dubius, fatalis vel glorioſus, gravis & miſerabilis; graviſſimus atque acerbiſſimus reip. horribilis, repentinus, improviſus incredibilis ac pene divinus, infeſtus, iniquiſſimus, medioris, mirificus, fatalis, nec opinatus, peſſimus, triſtior, voluntarius, ultimus. Caſus adverſi, alieni, ancipites incertique dicendi, varii, barbari, bellici, conjunctiores reip. converſi, dubii, gladiatorii, graves civitatis, graviſſimi, horribiles miſerique, humani, innumerabiles, multi, novi, plures, rariores, ſimiles exitu, tanti tamque præcipites, tetri, triſtes. *Phraſ. Caſu accidit*, es iſt ungefähr geſchehen. Forte evenit, ut &c. Repentina aliqua voluntate, ac fortuito; non conſulto, ſed caſu in hoc iter incidi. Caſus me in hoc negotium induxit. Forte fortuna factum eſt. Peropportune te mihi fortuna obtulit, qui me adjuvares. Caſus hæc invexit. Forte ita caſus tulit. Temere ac fortuito incidi in rem. Caſus gubernabat conſilium meum. V. *Accidit*, *fortuna*. *Uſus.* 1. Caſus incidit mirificus, es hat ſich etwas wunderliches ereignet. Caſus intervenit. Multa is caſu potius & felicitate, quam virtute & conſilio geſſit. Varii ſunt rerum humanarum caſus. 2. *Infortunium*, Unglück. Meum illum caſum graviſſimum tecta ipſa urbis lugebant. Aliorum opibus caſus meos ſuſtento. 3. *Fulmen*, Untergang. Eo iſtu me ad caſum dedit. V. *Fortuna*.

Caſus conſcientiæ, Gewiſſensſache, Zweifel. *Phraſ. Docere caſus conſcientiæ. Vulg.* Explicare quæſtiones de moribus ad chriſtianam vitam conſcientiamque moderandam; tra-

Digitized by Google

tradere officia hominis christiani; res ad officium christianum pertinentes exponere, doctrina de officio christiani hominis tradere; explicare controversias, quæ ad conscientiam pertinent, quæ docentur de finibus bonorum ac malorum in re christiana. Controversias, quæ ad forum interius pertinent, tractare.

Catachresis, is, f. **Mißbrauch der Wörter.** *Syn.* Abusio verbi.

Catadupa, orum, n. **Oerter, wo der Abfall des Nilstußes mit großem Getöse geschieht.** *Syn.* Loca, ubi se Nilus ingenti sonitu præcipitat.

Catamitus, i, m. **Weichling.** *Syn.* Meritorius puer.

Catapulta, æ, f. **Werkzeug.** * *Syn.* Machina bellica, qua jaculum aut saxum longius torquetur. *Usus.* Catapultas, balistas, tormentaque alia oppugnandæ urbi comparata devehunt.

Cataracta, æ, f. **Fallgatter.** * *Syn.* Fores pendulæ e ligno ferroque, quæ demitti, ac attolli possunt. *Usus.* Dejecta cataracta porta clausa erat.

Cate, listig. *Syn.* Astute.

Catechismus, i, m. **Christliche Lehre.** *Phras.* *Catechismum tradere*, **die christliche Lehre auslegen.** Christianis præceptis pueritiam imbuere, expolire, excolere; christianæ disciplinæ elementa, fidei christianæ præceptiones, dogmata; initia legis christianæ pueris exponere; doctrina christiana, christianis rudimentis, lege christiana imbuere, erudire rudem ætatulam; fidei nostræ mysteriis, christiana institutione populum formare; christianæ doctrinæ rudimentis instituere pueros. Instituere pueritiam christianis præceptionibus. Prima sanctioris doctrinæ rudimenta tradere, fidei nostræ præceptionibus pueritiam formare.

Catechumenus, i, m. **ungetaufter Lehrjünger des Glaubens.** *Syn.* Sacri lavacri candidatus; primæ christianæ disciplinæ auditor, discipulus, alumnus; qui rudimentis doctrinæ sacræ, quæ salutari lavacro præmitti solet, imbuitur.

Catena, æ, f. **Kette.** *Syn.* Vinculum e connexis annulis. *Usus.* Legam catenis constringere, vincire; devincire aliquem. Innocenti catenas injicere.

Catenatus, a, um. **an Ketten gebunden.** *Syn.* Catenis vinctus.

Caterva, æ, f. **Kriegshaar.** *Syn.* Turba, turma. *Epi.* Imminens, magna, bene magna, nova, tota, catervæ magnæ amicorum armatæ. *Usus* Forum armatis catervis hominum improborum obsidere. Catervæ atque conventus hominum. V. *Turba.*

Catervatim, **Schaarweise.** *Syn.* Turmatim, per catervas. *Usus.* Catervatim volant.

Cathedra, æ, f. **Kanzel, Lehrstuhl.** *Usus.* De cathedra surgere. De *vel* ex loco superiore.

Catholicus, a, um. **katholisch.** *Phras.* 1. *Catholicum fieri*, **katholisch werden.** Catholica sacra complecti; amplecti catholica dogmata; cum catholica religione reconciliari; se ad catholica sacra transferre, conferre. In Catholicorum communionem venire. Catholicorum castra sequi. Ad Romana sacra transire. 2. *Catholica Ecclesia*, **katholische Kirche.** Christi Ecclesia sanctissimis institutis fundata, & orbis terrarum consensione mirabili nobilitata. Diffusa per omnes gentes ætatesque Christi Ecclesia. Christianus populus universus, eadem fidei doctrina, iisdem sacrorum, rituumque cerimoniis toto orbe terrarum mirabiliter consentiens, ac uno veluti fœdere devinctus 3. *Catholica Fides.* **der katholische Glaube.** Orthodoxa religio, fides; Christiana fides, toto semper orbe mira credendorum consensione observata. Christiana religio toto orbe propagata. 4. *Homo catholicus*, **ein katholischer Christ.** Orthodoxæ fidei sectator; vir catholici nominis, orthodoxæ professionis; catholicis institutis ac moribus vivens; recte de Deo rebusque Divinis sentiens. Sacrorum communione cum Ecclesia Romana consentiens.

Catinus *vel* Catinum, i, m. *vel* n. **tiefe Schüssel.**

Catulus, i, m. **Hündlein.** *Epi.* Catuli cæci. *Usus.* Omnia in perfectis meliora, ut in equo, quam equulo, in cane, quam catulo.

Digitized by Google

Catus, a, um. witzig, liſtig. *Syn.* Acutus, callidus, prudens. *Uſus.* Prudens, & ut ita dicam catus.

Cauda, æ, f. Schweif. *Epi.* Levis, lubrica, pinnata, ſpumifera, ſumma.

Caudex, icis, m. der Stamm an einem Baum oder Stock. *Syn.* Stirps arboris. *Uſus Transl. pro homine ſtupido.* Caudex ſtipes, aſinus.

Cavea, æ, f. Höhle, Käfig. *Syn.* Septum, quo aves & beſtiæ includuntur. *Item.* Locus, ubi populus ſedens ludos ſpectabat. *Epi.* Multa, totæ, ultima. *Uſus.* Cavea tota Plauto applauſit. Qui clamores tota cavea? emiſſus e cavea leo.

Caveo, es, cavi, cautum, ere. verhüten, Sorge haben. *Syn.* Vito, fugito, cautionem adhibeo, declino. *Adv.* Amplius populo, aſſidue, diligenter, diligentius aliquem, diligentiſſime alicui, magnopere, nominatim fœdere cavere & excipere, ſancire, perſcribere. omnino omnia, ſtudioſe ne, vigilantius aliquid. *Phraſ. Cave, ne malis confidas,* hüte dich, daß du nicht böſen Leuten traueſt. Vide, ſtudium adhibe; conſilio utere, diligenter animadverte; attende, quam diligenter potes. Summa tua cautio ſit & proviſio, ut ne temere confidas. Adhibe cautionem; provide ante, & præcave; diſce, cui te credas, cui committas, a quibus caveas. Cauto eſt opus. ne ex iſta maſſa unquam eſcam petas. Declina a perſonatis amicis. *Uſus.* Cavere ab homine nefario, ſich vor böſen Leuten hüten. Cave a veneno. Cave putes, cave exiſtimes, mihi quemquam te cariorem. Cave facias. Omnia cavebo. 3 *Proſpicio, nequid detrimenti accipiatur,* vor fremden Schaden Vorſehung thun Tu mihi meisque multa ſæpe caviſti. In jure cautum eſt. Hæredi teſtamento cavere. Agris, fœnori, ædibus cavere.

Caverna, æ, f. Höhle. *Syn.* Locus in terra cavus, antrum, ſpelunca. *Uſus.* Terræ e cavernis ferrum eruimus

Cavillatio, nis, f. Beſpötte. *Syn.* Jocus amarior, dictum aculeatum; ſermonis aculeus. *Uſus.* Hæc quidem cavillatio eſt, illa dicacitas fuit.

Cavillor, aris, atus, ſum. ari. ſpotten. *Syn.* Jocoſe ludo, dicta aculeata jacio. *Adv.* Familiariter. *Uſus.* Cum aliquo, vel in aliquem aliquid cavillari. In togam illius multo hominum riſu cavillatus ſum. Familiariter cum illo cavillari ſoleo.

Caula, æ, f. Schafſtall. *Syn.* Stabulum.

Caulis, is, m. Krautſtengel. *Syn* Braſſica. *Uſus.* Vites a caulibus & braſſicis, ut peſtiferis, refugere dicuntur.

Cavo, as avi, atum, are. höhlen, ausgraben. *Syn.* Excavo, fodio, evacuo. *Uſus.* E ligno cavato navigium. Naves cavabant ex ſingulis arboribus.

Caupo, onis, m. ein Wirth. *Syn.* Tabernarius. *Uſus.* Ad cauponem multorum hoſpitum divertere. Vinum a caupone petere,

Caupona, æ, f. Wirthshaus. *Syn.* Taberna, cauponula, taberna diverſoria.

Cauponor, aris, atus ſum, ari. Wirthſchaft treiben, feil haben. *Syn.* Lucri cauſa aliquid facio *Uſus.* Cauponari bellum, non belligerari.

Cauſa, æ, f. Urſache. *Syn.* Caput, origo, fons, radix, principium, occaſio, ratio, nomen. *Epi.* Abſoluta & perfecta per ſe. abſurda, adjuvans aliquid & ſocia quædam efficiendi adverſa, æqua, æquiſſima, æterna, Alexandrina, aliena, anceps & gravis, antecedens, antiquior memoria alicujus; antiquior & pulchrior, & magis a natura ipſa profecta, antiquiſſima, aperta, aſſumptiva, bona, bona immo optima, certa. certa definitaque, certiſſima, civilis, clariſſima, communis, communis ambitus, communis civitatis & libertatis, conjecturalis & definitiva, translativa, conſimilis, conſularis & ſenatoria, damnata, deliberativa, demonſtrativa, judicialis, deterior, difficilis, manifeſta, difficilior, difficillima, digna patrocinio alicujus, diſpar, diſſimilis, dubia, efficiens, expeditiſſima, externa, facilis atque explicata, facilior, falſa, firma, per ſe ſtabilis, firmiſſima, fœdiſſima, frumentaria, grata alicui, gratioſa arrogationis, gratiſſima, gravis, gravior, graviſ-

Digitized by Google

viſſima, honeſta, neceſſaria, probabilis, honeſtior, honeſtiſſima, idonea quam maxime, tam illuſtris, tam gravis, tam impia, tm-pudentiſſima, inferior, integra, infima, judiciaria, juſta atque magna, juſta atque maxima, juſtæ neceſſitudinis, etſi non juſta, gravis tamen. *Phraſ.* 1. *Multas cauſas habebam te reprehendendi*, ich hatte viele Urſachen, dich mit Worten zu beſtrafen. Juſtas magnasque rationes habui; magna ratione factum; multa erant, quæ afferrem, ſi reprehenſionis ratio mihi danda eſſet. Multos titulos habebam; non longe quærenda erat materia reprehenſionis. Non uno nomine; non uno ex capite; multis nominibus ea tibi reprehenſio debebatur. Non una, nec temere oblata mihi cauſa erat te reprehendendi. Magno judicio, ac certo conſilio ad iſtam reprehenſionem deſcendi. 2. *Amici ipſi horum cauſa malorum fuere*, die Freunde waren ſelbſt Urſache an dieſen Uebeln. In hanc me calamitatem induxere; ex illo fonte & ſeminario hæc mala fluxere. Ea calamitas ab amicis conflata, confecta eſt; eorum opera factum, ut miſer ſim; in hanc miſeriam amicitia me detruſit. Ab his malum erupit: Hinc illæ lacrimæ; hanc ſegetem ac materiem ægritudinis meæ amici præbuere, illi viam patefecere hoſtibus meis. Horum perſuaſu ac inductu hæ mihi calamitates importantur. Ab iis eſt natum iſtud mihi incommodum; illi periculum invexere; hi quidquid malorum eſt, mihi conſcivere; horum amicitia me in hanc perditam cauſam, impoſuit. Horum omnium malorum fons unus amici ſunt; hi mihi, quidquid malorum nunc ſuſtineo, conflavere, contraxere. Principium malorum ex amicorum perfidia, velut peſtilenti radice extitit, profectum eſt, prodiit, provenit. Hæ calamitates principia ſua amicis debent: referenda in amicos eſt tota hæc malorum acerbitas; ii anſam præbuere; ii occaſionem dedere; horum e perverſa amicitia, hoc quidquid eſt, extitit; manavit; emanavit, profluxit; amicorum corrupta fides illa nobis incommoda accerſiit, peperit, attulit; his malis aditum aperuit. Horum inconſtantiæ ac levitati id, quidquid malorum mihi incubuit, tribuendum eſt, adſcribendum, aſſignandum. V. *Adſcribo*, *aſſigno*. *Uſus.* 1. Ut ſemina arborum, ita ita tu hujus belli cauſa ac auctor fuiſti. Helena Trojanis cauſa exitii fuit. Rerum cauſæ quærendæ, inveniendæ, exponendæ, explicandæ, aperiendæ ſunt. Quam facti cauſam affert? Quis cauſam dedit; *occaſionem*? wer hat Anlaß gegeben? cauſæ nihil eſt, quin abeas. Id faciendi nullas cauſas habui, *rationes*, keine Urſache haben. 2. *Lis*, *controverſia*, Rechtshandel: 1.) *Incipere cauſam*, einen Rechtshandel anfangen. In cauſam ſe demittere; in cauſam deſcendere, ingredi; cauſam recipere, ſuscipere, accipere 2.) *Cauſam agere*, Rechtshandel führen. Tractare, actitare, tueri, tutari, defendere, ſustinere. Cauſam ipſe meam informabo, orabo, declamabo; cauſam capitis dicam. Jus meum ipſe perſequar. 3.) *Cauſam perdere*, den Handel verlieren. Cauſam amittere, cauſa cadere; cauſam adverſariis tradere. Cadere in judicio, 4.) *Cauſam obtinere*, den Rechtshandel erhalten, gewinnen. Cauſam tenere, obtinere. Cauſa illi adjudicata eſt; ſecundum illum judicatum eſt; pro illo pronuntiatum. 5.) *Cauſam negligenter tractare*, den Handel ſehr nachläßig fortſetzen. Indormire cauſæ ſuæ. 6.) *Cauſa eſt valde dubia*, es iſt ein zweifelhafter Handel. Fluctuat ejus cauſa. 7.) *Cauſam relinquere*, vom Rechtshandel abſtehen. Cauſam depoſuit. 8.) *Amicabilem compoſitionem cauſa facere*, ſich des Handels halber freundſchaftlich vertragen. Cauſam cum altera componere, controverſiam ſedare, dirimere litem, tollere, transigere. 3. *Negotium*, *onus*, *provincia*, Geſchäfft ꝛc. Hanc mihi cauſam dedit, *negotium demandavit*, dieſes Geſchäfft hat er mir aufgetragen. Suam cauſam, non reipublicæ curat. Exeundum tibi illa cauſa, dum adhuc integra eſt, du muſt dich dieſes Geſchäffts entſchlagen. 4. *Excuſatio*, Entſchuldigung. Accipio cau-

Digitized by Google

cauſam, ich nehme dieſe Entſchuldigung an. 5. *Propter*, meinet wegen. Non mea, ſed omnium ſalutis cauſa abfui. Tua cauſa debeo, cupioque omnia. V. *Auctor*, *Origo*, *Lis*, *Negotium*.

Cauſarius, a, um. verurſächlich. *Uſus.* Cauſaria miſſio, ein aus billigen Urſachen ertheilter Abſchied.

Cauſidicus, i, m. Redner, Fürſprecher. *Syn.* Cauſæ patronus. *Epi.* Non amplus atque grandis, ſubtilis tamen & elegans. *Uſus.* Non cauſidicum neſcio quem, nec proclamatorem aut rabulam; ſed amplum, grandem, vehementem & qui in forenſibus cauſis poſſit præclare conſiſtere, oratorem. V. *Patronus*, *advocatus*.

Cauſor, aris, atus ſum, ari. vorwenden, ſich entſchuldigen. *Syn.* Cauſam affero. *Uſus.* An ætatem cauſabitur? an ignorantiam? an morbum? *Vulg. pro prætextu afferre* V. *Excuſo*.

Caute, behutſam. *Syn.* Callide, prudenter. *Uſus.* Caute dic.

Cautes, is, f. rauher Fels. *Syn.* Saxum aſperum & abruptum.

Cautio, nis, f. Verſicherung, Behutſamkeit. *Syn.* Proviſio. *Epi.* Communis, diligens, facilis, græcula, multa, ſumma. *Uſus.* A malis natura declinamus, quæ declinatio, ſi cum ratione fit, cautio appellatur. Rebus tuis cautionem adhibe & diligentiam, habe wohl acht auf deine Sachen. Ita bonus divinator, ut ad prædictionem cautionem adhibeat. Cautio pecuniarum. Chirographi cautio. *vulg. Securatio*, *quittantia*. V. *Prudentia*, *providentia*, *caveo*.

Cautor, ris, m. Bürge. *Uſus.* Cautor alieni periculi.

Cautus, a, um. behutſam. *Syn.* Providus, prudens. *Phraſ.* Homo multæ cautionis & providentiæ; qui nihil niſi caute & pedetentim, nihil non ex certa animi proviſione ſuſcipit. Quis illo conſideratior? quis tectior? quis prudentior, qui nihil niſi explorate agat. Alienis malis eruditus, aliena calamitate doctus, cautiſſime omnia, omni cautione agit. V. *Providus*, *Prudens*, *Caveo*.

Cavus, a, um. hohl. *Syn.* Concavus. *Uſus.* Vena cava.

Cedo, ſage, gieb. *Syn.* Da, dic, exhibe. *Uſus.* Cedo tabulas; cedo, quid affers?

Cedo, is, ceſſi, ceſſum, ere. weichen. *Syn.* Concedo, locum do, me retraho. (*maneo*. *Adv.* Honeſte, male, non multum, aut nihil omnino. Ceſſiſſe omnino a gladiatore. *Phraſ.* 1. *Ceſſit denique hoſtium machinationibus*, er iſt endlich den feindlichen Unternehmungen unterlegen, und gewichen. Ita tractus ac debilitatus eſt, ut ſuccumberet fortunæ; tandem manus dedit fortunæ; victus, & abjecto ſcuto exterritus campo ceſſit. Defecit hominem conſtantia, & labaſcere cœpit. *Hoſtes retro ceſſerunt*, die Feinde ſind zurück gewichen. Pedem retulere, ſe in caſtra recepere? receptu fugæ ſimillimo in caſtra retro iere, ſe abſtulere. 5. *Uni cedit Homero*, er weicht dem Homer allein. Uni concedit Homero. Poëtarum, præterquam Homero, nemini ſecundus eſt. Ab Homero proximus eſt. Homero collatus, haud ægre in ſecundo ſe gradu continet. 4. *Cedite omnes de via*, weicht aus, machet Platz. Abscedite; date viam; fugæ totæ plateæ pateant; ne quis mihi obſtiterit obviam. Concedite, decedite de via. Illuc eſte; auferte vos hinc. Declinate paulum extra viam; viam facite. 5. *Hoc conſilium bene tibi cedat*, dieſer Anſchlag ſoll dir glücklich von ſtatten gehen. Res ea tibi bene, feliciter vertat, opto; res ex ſententia tibi ſuccedat; ſub manus ſuccedat; feliciter eveniat; procedat bene ac proſpere, exopto; optatis, votis fortuna ſubſcribat, annuat, reſpondeat, faveat, aſpiret; cadat feliciter, ut exoptas; ex animi ſententia geratur, opto. 6. *Male ceſſit conatus iſte*, dieſer Anſchlag iſt übel von ſtatten gegangen. In perniciem vertit; abfuit fortuna cœpto, exitus non reſpondit; eventus non ſatisfecit; contra cecidit, aliter, ſecus cecidit ac optabam; exitum res ſortita a deſtinatione animi longe alieniſſimum; optatum exitum res conſecuta non eſt; ad exitum optatum res non pervenit; pro voluntate non ſucceſſit; non is, quem volebam, exitus conſecutus eſt; ſperatum eventum ſortita, nacta, adepta res non eſt.

Digitized by Google

eſt. V. *Succedo*, *Evento*, *Accidit*. 7. *Cedendum eſt tempori*, **man muß ſich in die Zeit ſchicken.** Conſilii eſt, cedere tempori; temporibus ſervire; neceſſitati parere; rationem temporis habere; confirmare ſe ad temporis rationem; conſilia & actiones tempore moderari; res ad tempus accommodare; temporibus aſſentiendum eſt; tempeſtati obſequendum. 8. *Cur ego cedam minori?* **warum ſollte ich einem geringern weichen?** Quamobrem, qui infra me eſt, mihi patiar anteponi? cur ei cedam loco, *vel* locum cedam, qui nihil ad me eſt, qui comparandus, æquandus, conferendus, par omnino mihi non eſt? Quid eſt cauſæ, cur primas ei partes concedam; primas ad eum partes deferri ſinam; præponi; priore eum loco ſtatui; collocari ante me, anteire me patiar, quem nulla res mecum æquat; cujus meritis mea merita antecellunt? Quid eſt cauſæ, cur honore ſuperior habeatur, qui virtute, ætate, rebus omnibus inferior eſt? V. *Antepono*. *Uſus*. 1. Nihil Græcis cedunt Romani. Ceſſeram invidiæ, tempori, armis, factioni reipublicæ. Ceſſit tandem precibus, malis, oneri. *Succubuit*. Ingenii laude nemo eſt, qui cuiquam cedat. 2. *Abeo*, *discedo*, **weichen von einem Orte.** Foro, urbe, Italia ceſſit. E vita ceſſit, ſterben. 3. *Remitto*, **etwas nachlaſſen.** Nihil de jure ſuo cedere, concedere, remittere.

Cedrus, i, f. **Cederbaum.**

Celeber, ris, e. **berühmt.** *Syn.* Præclarus, laudatus, clarus, honeſtus, honorificus. Quod celebratur, frequentatur & colitur.)(*Defertus*, *ignotus*. *Phraſ.* 1. *Victoria celebris erat*, **es war ein berühmter Sieg.** Omnium ſermonibus celebrata; in luce Aſiæ, in oculis Europæ reportata; illuſtri laude celebrata; primi nominis erat victoria; victoria ea maximam inter cæteras tulit laudem; celebritatem habuit; clara apud omnes gentes fama erat. Victoria ea non terras ſolum, ſed mare etiam rerum geſtarum fama implevit; omnes provinciarum ac regionum finus fama ejus victoria complevit. 2. *Vir eſt celeberrimus*, **dieſer iſt ein berühmter Mann.** Summo propter egregias virtutes honore & nomine; ampliſſimus vir & clariſſimus; ſummum ſplendorem ſua virtute conſecutus; vir eſt, cujus virtutes majoribus quaſi theatris expoſitæ, qui fama nominis ſui non terras ſolum, ſed & maria implet; omnium ſtudiis celebratus; quem fama conſpectiſſimum facit; quem rerum geſtarum gloria mirifice illuſtrat. Vir eſt, qui non modo honeſtis artibus, ſed bellicis laudibus ſummum inter ſuos ſplendorem eſt aſſecutus; publice privatimque celebratus. Non ſermonibus modo, ſed omnium gentium litteris celebratus; clarus vir ac illuſtri laude conſpicuus; ſpectatus vir, & primi inter ſuos nominis, fama inclitus, & claro inter ſuos nomine; vir, qui magnam rebus geſtis celebritatem conſecutus; qui in ſumma celebritate vivit; qui celebritate floret inter ſuos maxima; in gloria ingenti apud ſuos eſt; cujus ingens per omnes gentes nomen & gloria; celebritate nominis inſignis; ingens haberi cœptus. V. *Gloria*, *fama*, *egregius*. *Uſus*. Celeborrima & frequentiſſima urbis pars. Res celeberrima eſt, totaque urbe notiſſima. In foro, concione celeberrima, frequentiſſima.

Celebratio, nis, f. **Zuſammenkunft des Volks, Lob.** *Syn.* Laudatio *Epi.* Quotidiana. *Uſus*. 1. Nihil equidem commemoravi in ea celebratione mearum rerum. 2. *Frequentatio*, **Zuſammenkunft.** Quæ domus? quæ celebratio?

Celebritas, tis, f. **Menge des Volks.** *Syn.* Hominum cœtus, concurſus, frequentia.)(*Solitudo*. *Epi.* Domeſtica, frequentiſſima, magna, maxima, quinquennalis, tanta. *Uſus*. 1. Odi celebritatem, fugio homines, lucem aſpicere vix poſſum. Nunquam comitia tanta omnis generis hominum celebritate floruere. Mercatus celebratur ſumma totius Græciæ celebritate. Theatri, judiciorum, fori celebritas & frequentia. 2. *Fama*, *laus*, *ſplendor*, *dignitas*. Vir ſumma famæ celebritate. Summam celebritatem ſermone hominum con-

Digitized by Google

sequi. Judiciorum celebritate distineri. Funeris celebritate aliquem spoliare.

Celebro, as, avi, atum, are. rühmen. *Syn.* Orno, honesto, laudo, comitor. *Adv.* Celebrari maxime, privatim, publice, vicatim, descriptionem servorum tota urbe. *Usus.* 1. Celebrare nomen, memoriam alicujus post mortem. Celebrata haec sunt omnium litteris. Vir publice privatimque celebratus. Populus magna frequentia me ad Capitolium usque celebravit. 2. *Frequento*, oft besuchen. Est hoc omnium sermonibus celebratum. Viam illam suo comitatu celebrat. V. *Laudo.*

Celer, ris, e. geschwind. *Syn.* Velox, volucer, incitatus.)(*Tardus, segnis, lentus. Phras.* »*Celeres sunt*, sie sind geschwind. Ea velocitate sunt, ut eos volare, non iter facere credares; tanta incitatione feruntur, ut celeritas, quanta sit, ne cogitari quidem possit. Utuntur festinatione, pernicitate, & velocitate præpropera; maximo vigore ac levitate corporum veloces juvenes. Levium corporum & multa exercitatione pernicium homines; juvenes summa agilitate corporum; ad summam celeritatem nihil reliqui sibi facere soliti; celeritates suscipiunt incredibiles.

Celeritas, tis, f. Geschwindigkeit. *Syn.* Velocitas, pernicitas, festinatio.)(*Tarditas. Epi.* Admirabilis, divina ingenii, expedita & profluens quodammodo, gratior, ignea, incredibilis, ingens, major, maxima, mirabilis, præceps dicendi, prompta & parata in agendo & respondendo, summa. Celeritates dispares, & inter se dissimiles, nimiæ, pares. *Usus.* Expedita ac profluens in dicendo celeritas. Rapida & celeritate cæcata oratio. Homo volubili, præcipiti dicendi celeritate. Celeritate opus est; celeritas in eo negotio adhibenda, suscipienda; celeritate utendum est. V. *Celer.*

Celeriter, geschwind. *Syn.* Cito, brevi tempore, mature, quamprimum, propediem. *Usus.* Celeriter de ea re scribam, tranfigam. V. *Cito.*

Celero, as, avi, atum, are. eilen. *Syn* Accelero, celeritate utor, celeritatem suscipio.

Cella, æ, f. Keller. *Syn.* Locus, ubi aliquid conditur & asservatur, ut granum, oleum, vinum, carnes & quidquid ad penum pertinet. *Item*: sacellum, ædicula sacra. *Epit.* Mellaria, olearia, penuria, vinaria, cellæ plenæ. *Usus.* Semper boni domini referta cella vinaria, olearia, penuaria est. Sicilia cella penuria reipub. Romanæ. Frumentum in cellam emit. In cella Concordiæ. In cella Jovis. *Pro cella Monastica. Vulg.* Zelle. Cubiculum, conclave.

Cellarius, ii, m, Keller, oder Speißmeister. *Syn.* Qui præest cellæ penui promendo, *vel* condendo. *Usus.* Cibus & potus fine fraude a cellariis præbeatur. Prome quodvis, te facio cellarium.

Celo, as, avi, atum, are. verbergen. *Syn.* Occulto, obscure fero. *Phras.* »*Celat consilia sua*, er verbirgt seine Gedanken. Clam fert consilia; premit animi sui sensa; ab hominum conscientia solertissime removet. Ut cochlea abscondit, & retentat se tacitus. V. *Abscondo, tuceo, tego. Usus.* Si Deos omnes, hominesque celare possemus, nihil injuste faciendum esset. Aliquem de consilio celare.

Celsitas, tis, f. Hoheit. *Syn.* Altitudo, excelsitas. *Usus.* Celsitas animi & magnitudo. V. *Altitudo.*

Celsus, a, um, hoch. *Syn.* Sublimis, altus, erectus, elatus. *Usus.* Vir celsus & erectus ad omnia, quæ accidere possunt. Celsa dignitatis sedes. V. *Altus, sublimis.*

Censeo, es, ui, censum, ere. achten, schätzen. *Syn* Arbitror, puto, existimo, statuo, decerno. *Adv.* Amplius, ita, uti e republ. magnopere, nominatim videnda, plane prorsus, ita simpliciter. *Usus.* 1. Magnopere censeo tibi abeundum. Quid censerim, quid censuerim, scis. 2. *Decerno*, verordnen. Consules censeant, quid agendum. 3. *Censum ago*, schätzen an Gütern. Quinto quoque anno Sicilia censetur, die Sicilianer werden alle fünf Jahre geschätzet. V. *Judico, puto, opinor, æstimo.*

Censor, oris, m. Schätzmeister, Aufseher der Sitten des Volks. *Syn.*

Qui

Digitized by Google

Qui præeſt cenſui, & moribus populi; magiſter morum; præfectus moribus. *Uſus.* Magiſter veteris diſciplinæ, ſeveritatis cenſor.

Cenſorius, a, um. **dem Schätzmeiſter zugehörig.** *Syn.* Quod cenſoris eſt Qui cenſor eſt, *vel* fuit. *Uſus.* Cenſorium judicium, notatio, animadverſio. Cenſoria gravitas. Cenſoriæ ſeveritatis nota aliquem inurere.

Cenſura, æ, f. **Verbeſſerung der Sitten.** *Syn.* Cenſoris dignitas, munus. *Epi.* Egregia, tota. *Uſus.* Cenſura morum ſeveriſſima magiſtra. *Cenſura Eccleſiaſtica.* V. *Poena ſacra.*

Cenſus, us, m. **Zins.** *Syn.* Bonorum æſtimatio & ipſa bona. *Uſus.* In cenſum venire. In cenſu habendo poteſtas omnis æſtimationis habendæ cenſori permittitur. Aliquam ſpectare ex cenſu. *æſtimare*, **ſchätzen.** Homo ſine cenſu. Cenſum peragere, perficere. Aliquæ civitates cenſu liberatæ ſunt. *Cenſus annuus ex mutuo, locatione.* V. *Fœnus, fructus.*

Centenus, a, um. **hundert.** *ſere plur. num.* *Uſus.* Centena ſeſtertia.

Centeſimæ, arum, f. **das hundertſte.** *Uſus.* Centeſimis contentus non eſt. Tributum ex centeſima collatum.

Centies, **hundertmal.**

Cento, onis, m. **Kotzen.** * *Syn.* Stragula craſſiora filis paſſim pendentibus. *Uſus.* Centones injecerunt, ne tela contabulationem præfringerent.

Centrum, i, n. **Mittelpunkt.** *Syn.* Locus medius in ſphæra. *Uſus.* Terra in medio mundi ſita centrum obtinet.

Centum, **hundert.**

Centuria, æ, f. **eine Rotte von hundert Mann.** *Syn.* Centum homines. *Ita erat populus Rom. in centurias diſtributus.* *Epi.* Prærogativa, centuriæ cunctæ, paucæ. *Uſus.* Omnium prope centuriarum voce conſul factus, creatus.

Centuriatim, **rottweiſe, je hundert und hundert.** Per centurias *Uſus.* Tributim, & centuriatim deſcripti ordines.

Centuriatus, a, um. **in Rotten von hundert eingetheilt.** *Syn.* In centurias diſtributus, deſcriptus. *Uſus.* Centuriatæ, & curiata comitia.

Centuriatus, us, m. **Hauptmannſchaft über hundert.** *Syn.* Munus centurionis. *Uſus.* Centuriatus in caſtris palam vendidit.

Centurio, as, avi, atum, are, **je hundert in einen Haufen abtheilen.** *Syn.* In centurias diſtribuo, tribuo, deſcribo; centurias conficio. *Uſus.* Vidi conſcribi homines & centuriari.

Centurio, onis, m, **Hauptmann über hundert.** *Syn.* Centuriæ præfectus, dux, ductor; qui ordines ducit. *Epi.* Nobilis ſui generis. Centuriones pugnaces, lacertoſi. *Uſus.* Nihil ſibi ex iſta laude centurio, nihil præfectus decerpit.

Cera, æ, f. **Wachs.** *Epi.* Commutabilis, extrema, infamis & nefaria, legitima, molliſſima. *Uſus.* Mollem ceram ad noſtrum arbitrium formamus & fingimus.

Cerarius, ii, m. **der mit Wachs umgeht.** *Syn.* Qui ceram tractat.

Ceratus, a, um. **mit Wachs überzogen.** *Syn.* Cera inductus, illitus. *Uſus.* Tabella cerata,

Cerebroſus, a, um. **hirnwütig, ſtürmiſch.** *Syn.* Cui durum & pertinax cerebrum. *Uſus.* Senex hic cerebroſus eſt certo. V. *Obſtinatus*, *Pertinax.*

Cerebrum, i, n. **das Hirn.** *Uſus.* Alii dicunt in cerebro eſſe animæ ſedem.

Cereus, a, um. **wächſern.** *Syn.* E cera fictus. *Uſus.* Cereæ figuræ.

Cereus, i, m. **Wachskerze.** *Syn.* Fax cerea. *Uſus.* Ad illas ſtatuas thus & cerei adhibentur.

Cerimonia, æ, f. **Gebrauch der Kirche.** *Syn.* Ritus ſacer, cultus religioſus, religio ſacrorum. *Epi.* Incredibilis, maxima, ſumma. *Uſus.* Cerimonias prodere, **vorſchreiben.** Cerimonias polluere, **entheiligen.** Cerimoniis præeſſe. Ea ſacra maximis & occultiſſimis cerimoniis continentur. Sacra Cereris ſumma religione cerimoniaque conficiuntur. Cerimoniæ ludorum, ſepulcrorum. Cerimonias ſacras ex majorum inſtituto ſancte obire; ſacros in rebus divinis ritus diligentiſſime tueri, retinere. In adhibendo ritu ſacrarum cerimoniarum diligentem operam ponere; præceptas ſacrorum cerimonias rite colere.

Digitized by Google

Cerimoniale, *Cerimoniarius*, *Vulg. Syn* Sacrorum rituum liber; liber, quo sacræ religionis cerimoniæ continentur. Rituum, officiorum in divino cultu magister; sacrarum cerimoniarum moderator, sacris cerimoniis præpositus, præfectus. *Cerimoniæ politicæ.* V. *Officium*, *officiosus*

Cerno, is, crevi, ere. **sehen.** *Syn.* Video oculis, *sed sæpius animo. Adv.* Civiliter, sine armis, melius, plane, penitus, subtilius, tacite. Cerni bipertito, extrinsecus. *Usus.* 1. Aut superum nihil, aut obscure admodum cernimus. Ne nunc quidem oculis cernimus. 2. *Cerno animo*, **voraus sehen** Cerno jam animo, mente video, quæ futura sint. Verecunde tu quidem, sed tamen ut cernerem tuum animum. 3. *Adeo*, *æstimo*, **die Erbschaft antreten** ꝛc. Ex testamento hæreditatem hodie crevi. Sine me hanc alienæ gloriæ quasi hæreditatem cernere, **die Erbschaft theilen.** *Vulg. Dividere cum aliquo hæreditatem.* V. *Video.*

Cernuus, a, um. **gebückt.** *Syn.* Inclinatus, *quasi quod terram cernat.*

Certamen, inis, n. **Kampf.** *Syn.* Contentio, pugna, certatio. *Epi.* Æquum, difficile, extremum, forense, gladiatorium vitæ, grave belli, gymnicum, honestum, improbum, magnum, majus, mediocre, præsens. *Usus.* 1. Acre mihi tecum est pro aris & focis certamen. Descendam tecum in certamen honoris & dignitatis. Nihil me ab hoc certamine gloriæ removebit. In certamen & discrimen rerum omnium veniendum erit. 2. *Prælium*, **Streit, Schlacht.** Certamen instat, oritur, accenditur, **es hebt sich die Schlacht an.** Exardescunt prælii initia: pugna capessitur; ad certamen descenditur; in certamen venitur; pugna, certamen, manus conseruntur. Certamen tentat, experitur, dimicationem subit, **er waget eine Schlacht.** Ea res certamen præbuit, injecit, **dieses hat einen Streit erwecket.** Certamen ferere, miscere, facere, **miteinander streiten.** Certamen extrahere, **den Streit, die Schlacht hinausziehen.** Certamen sedare, dirimere, **den Streit beylegen, aufheben.** Certamen abnuere, desugere, **sich weigern zu schlagen.** V. *Pugno*, *contendo*, *prælium*, *pugna*-

Certatim, **kampfweise.** *Usus.* Omnes certatim accurrent.

Certatio, nis, f. **Zank, Streit** *Syn.* Contentio. *Epi.* Honesta, iniqua, magna, parva. *Usus.* Virtuti cum voluptate certatio est. Sit hæc inter eos honesta certatio. V. *Certamen.*

Certe, **gewiß.** *Syn.* Scilicet, certo, profecto, sine dubio, sine ulla controversia. *Usus.* 1. Si me tanti facis. 2. *Concedentis*, **ja, freylich.** Epicurus parabiles dixit divitias, certe, nisi &c. 3. At certe, certe, *i. e. saltem*, **aufs wenigste.** Res fortasse veræ, certe graves. Victi sumus, at fracti certe & abjecti.

Certo, **gewißlich.** *Usus.* Id certo scio, id sane constat; id sine ulla dubitatione affirmem.

Certo, as, avi, atum, are. **streiten.** *Syn.* Decerto, contendo, belligero; certamen, certatio est mihi cum aliquo. *Adv.* Plane de sponsione, pugnaciter. *Phras. Certet necesse est, qui victoriam cupit*, **wer siegen will, muß streiten.** Victoriam non aufert, nisi qui fortiter dimicat; nisi qui certamen nullum fugit; nisi qui cum hostibus conflictatur, depugnat; armis disceptat; ferrum & manus cum hoste confert, præliis utitur secundis; confligit, signa confert; ad manus venit; certamina ferit; nisi qui in certamen venit, descendit; dimicationem subit; in dimicationem venit. V. *Pugno*, *prælium*, *pugna*, *contendo*, *arma.*

Certus, a, um. **gewiß.** *Syn.* Non dubius, non incertus, compertus, apertus, manifestus, notus, exploratus, minime dubius, ratus, quod nihil habet dubitationis; in quo nulla dubitatio esse potest; quod manu tenetur; in manibus habetur; quod in præsentia est, atque ante oculos. *Phras. Certum est, rem ita evenisse*, **es ist gewiß, daß sich die Sache also zugetragen hat.** Exploratum habeo, mihi pro vero constat; pro inquisito & comperto habeo rei exitum. Certissimis indiciis comperi; ita animo video, quam quæ oculis cernimus; persuasissimum mihi est,

rem

Digitized by Google

rem ita se habere. Perspectum exploratumque habeo; perspicuum, non obscurum est; explorata res est; vocari in dubium non potest; venire in dubium, ambigi, dubitari non potest; nemini dubium esse potest, quin res ita evenerit. V. *Notus. manifestus. Usus.* 1. Nihil certi & definiti habeo, quod nuntiem. Pro certo habeo, Pompejum abiturum. Certi cœlorum motus. 2. *Ratum & constitutum est*, **es ist festgestellt.** Certum est, deliberatumque, omnia palam edicere. Certum mihi est, ad Brutum transire. 3. *Fidus, securus*, **treu, sicher.** Habebam certos homines, quibus litteras dare poteram. *Vulg. Proprium nuntium*, **einen eigenen Boten.** 4. *Quidam definitus. peculiaris, proprius*, **gewiß, eigentlich.** Habet certos sui studiosos. Sunt certa vitia, quæ nemo libenter fugit. Rem aliquam in certas partes dividere. 5. *Commonefactus, in comparativo*, **zu wissen gemacht.** Utinam ejus rei certior factus essem, **Fac me certiorem de consiliis tuis, mache mir zu wissen, was du im Sinne hast.** Significa mihi, expone, aperi explica, qui sit rerum tuarum status, qui tuus animus, qui sensus, quæ tua sint consilia. Fac, ut te tuis consiliis cognoscam, intelligam, certior fiam, reddar; imaginem rerum tuarum, cogitationumque litteris exhibe, ostende. V. *Indico, declaro, significo, nuntio.*

Cervicula, æ, f. **kleines Genick.** *Usus.* Cerviculam jactare.

Cervix, icis, f. **Genick, Nacken.** *Syn.* Aversa pars colli, audacia. *Epi.* Anguina, dextera, longa, teres, cervices cruentæ, nefariæ, tumidæ, validæ. *Usus.* Imposuistis in cervicibus nostris dominum. Tyrannum a cervicibus nostris avertit. Rempublicam vestris cervicibus sustinetis. Cladem a cervicibus omnium avertere, repellere, depellere. Siqui sunt tantis cervicibus, ut audeant prætori obsistere, **wenn einige so frech sind** ꝛc.

Cerula, æ, f. **Wachslein.**

Cerussa, æ, f. **Bleyweiß.** *Genus pigmenti ex ramentis plumbi compositum. Usus.* **Cerussa malas oblinere.**

Cerussatus, a, um. **geschminkt.** *Syn.* Cerussa illitus, fucatus.

Cervus, i, m. **Hirsch.**

Cespes, itis, m. **Wasen.** *Usus.* Arva aut sunt cespites, aut glebæ.

Cessatio, nis, f. **das Aufhören, Muße.** *Syn.* Intermissio, otium. *Epi.* Libera atque otiosa. *Usus.* Epicurus nihil cessatione melius existimat. Petit sibi liberam cessationem. Cessationem alicui dare. Damnare suam cessationem, *vel* excusare. V. *Otium.*

Cessator, oris, **Zauderer.** *Syn.* Otiosus, qui cessat, nihil agit. *Usus.* Non soleo esse cessator, præsertim in litteris. Nequam & cessator Davus. V. *Otiosus.*

Cessio, nis, f. **Uebergebung, Einräumung.** *Usus.* Abalienatio est rei, quæ mancipi est, aut in jure cessio, aut &c.

Cesso, as, avi, atum, are. **aufhören.** *Syn.* Nihil ago, vaco, cessator sum, conquiesco, langueo. *Phras.* 1. *Cessemus a scriptione*, **hören wir auf vom Schreiben.** Manum de tabula; conquiescamus a scriptione; supersedeamus tantisper molesto scribendi labore; intermittamus paululum cœptum scribendi laborem. A molesta scriptione respiremus. Remittamus aliquantum de scribendi contentione. Cessationem aliquam fatigatæ longa scriptione dexteræ demus; otium concedamus. V. *Desino.* 2. *Cessavit jam ea cura*, **diese Sorge hat schon aufgehört.** Defluxit jam ea cura, conquievit; habet jam animus aberrationem quandam a curarum molestiis; cura ea jam consedit, resedit; exempta jam animo est ea cura; sollicitudo conquievit. V. *Quies. Usus.* 1. Pueri, etiam cum cessant, (vacant) excercitatione aliqua delectantur. Scribo, ne tibi plane cessasse videar. *Vulg Feriari.* 3. *Desino, finem facio, desisto*, **aufhören, abstehen.** Litteras scribere nec cessavi, nec cesso. In opere ac studio nihil cesso. V. *Otior, desino, desisto, piger.*

Cetarius, ii, m. **Wallfischfänger.** *Syn.* Qui magnorum piscium mercaturam exercet. *Usus.* Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores.

Cetus, i, m. **Wallfisch.** *Syn.* Pistrix, bellua marina.

Cha-

Digitized by Google

Character, eris, n. Maalzeichen. *Syn.* Nota, figura, forma, genus dicendi. *Usus.* Num te orationis meæ character delectat? characterem optimi exponere difficillimum, quod aliud aliis optimum videatur.

Charta, æ. f. Papier. *Syn.* Chartula, membranula, macrocolum. *Usus.* Num charta tibi deest, quod non scribas. Impensam feci in macrocola. *Charta regia*, groß Regalpapier. Scapus chartæ, ein Buch Papier. Chartæ pagina; plagula, ein Blatt Papier. Charta bibula, Fließ: Löschpapier. Charta transmittit litteras, das Papier fließt.

Charybdis, is, f. Wirbel. *Locus in mari Siculo periculosus, quod ibi mare fit vorticosum & præceps. Epi.* Immanis, infesta, vorax *Usus.* Charybdin bonorum voraginem potius dixerim; nulla charybdis tam infesta, quæ tot res tam cito absorbere potuisset.

Chele, es, f. Krebsscheere.

Chirographum, i, n. Handschrift. *Vulg Manu propria scriptum. Epi.* Chirographi falsi. *Usus.* Quo me teste convinces? an chirographo? chirographum imitari. Misi tibi cautionem chirographi mei Chirographa, testificationes, judicia, quæstiones. Falsum chirographum scripsit.

Chirurgia, æ, f. Wundarzneykunst. *Syn.* Medicinæ pars, quæ manu medetur. *Usus.* Chirurgiæ tædet, diæta curari malo.

Chlamydatus, a, um. der ein Kriegskleid trägt. *Usus.* Sylla Imperator chlamydatus.

Chlamys, idis. f, Reitrock. *Syn.* Vestis militaris & regia, paludamentum. *Usus.* Chlamys purpurea, coloribus variis intexta.

Choragium, ii, n. Zurüstung zu einem Spiele. *Syn.* Scenicus, apparatus & pompa. *Ponitur pro theatrica aliqua ostentatione Usus.* Fragile falsæ gloriæ choragium comparat.

Choragus, i. m. Oberaufseher des Schauspieles, Vortänzer *Syn.* Dux chori, qui subministrat instrumentum ludicrum, & impensas. *Usus.* Ornamenta a chorago sumere.

Chorda, æ. f. Saite. *Syn.* Nervus. *Usus.* Voces ut chordæ sunt intentæ, quæ ad quemvis tactum respondeant.

Chorus, i, m. Chor. *Syn.* Corona, multitudo, sodalitium, numerus. *Epi.* Totus comessationis. *Usus.* Choro juventutis stipatus, begleitet von einer Schaare Knaben. Epicurus e Philosophorum choro tollendus est. Chorus canentium, nisi numeris, & certis modis præeuntis magistri consentiat dissonum quid & tumultuosum canit; at si certis numeris, ac pedibus, velut facta conspiratione consensit, ac concinuit, &c. *Chorus mysticus pro loco vulg. est: rectius dicitur* odeum, Musikchor, aut statio musicorum.

Christianus, i, m. ein Christ. *Syn.* Qui Christi nomen profitetur, Christo initiatus addictus, auctoratus, Christi disciplinam professus, Christi sectator, qui Christo nomen dedit; Christi cultor, Christianis sacris imbutus. *Phras. Christianus factus est*, er ist ein Christ geworden. Christo nomen dedit; christiana sacra suscepit; christianam doctrinam amplexus est; christianæ militiæ adscriptus; ad sanam religionem ab impia superstitione traductus est; rejecto simulacrorum cultu ad Christi Ecclesiam se aggregavit; damnatis erroribus ad Christianæ veritatis lucem respexit; ad Christum se adjunxit; Christi nomen professus est; Christo fide professioneque auctoratus est; christianis mysteriis inauguratus; initiatus est sacris christianis; christiana sacra suscepit; ad Christi signa transivit; christianorum cœtum auxit; christianæ militiæ nomen dedit; signa secutus est; christianæ militiæ castra secutus est; Christi legem professus est; Christo duce stipendia merere constituit.

Christus JESUS, m. der Sohn GOttes und Maria. *Phras.* 1. Redemptor generis humani, mundi liberator, vindex ac servator; sequester noster, qui extra omnem culpam vixit, & humanorum delictorum nulla contagione fœdari potuit; qui inter cœlum & terram, inter DEUM & homines placidissimam firmissimamque pacem composuit; cujus dira morte a sempiterna morte vindicati sumus; legatus, nuntius & sacerdos summi Patris, qui intercluſum in cœlum aditum nobis a-

pe-

Digitized by Google

peruit, patefecit; qui, ut nos liberaret, duriſſimis cruciatibus excarnificandum ſeſe deridendumque objecit; pro ſalute noſtra vindicanda excarnificari ſe ac dilaniari paſſus eſt; ut Patrem nobis propitiaret, concidi ſe & dilacerari, tanquam a feris immaniſſimis ſuſtinuit; qui fuſo pro nobis ſanguine interceptam & intercluſam ad cœlum viam aperuit; ſervile jugum a cervicibus noſtris dejecit, hominum mentes expiavit; Patris Numen humano generi inſenſum placavit; qui Divinæ ſeveritatis tela in homines intenta, unus pro univerſis excepit, ſanguineque ſuo omne humanum nefas extinxit. Mens divinæ mentis, Filius DEI, Verbum Patris, ſpeculum ſine macula Majeſtatis DEI; fulgor ſempiternus ſolis ſempiterni; incorruptiſſimus judex, & flagitiorum ſcelerumque vindex, juſtiſſimus atque acerrimus; a quo exanimes, ad vitam excitati, mutorum linguæ in ſermones ſolutæ, ſurdorum aures ad audiendum pateſactæ, claudis libera gradiendi data facultas, iis, qui omnibus capti membris totius corporis firmitas reſtituta; in quo Chriſtiani habent omne ſalutis præſidium conſtitutum. 2. *Chriſtus incarnatus*, **Chriſti Menſchwerdung.** Myſterium auguſtiſſimum & arcaniſſimum; quo rerum univerſarum, adeoque hominum rector ac opifex humanis ſe membris cooperuit, & ſalvis utriusque naturæ diſcriminibus tam conjuncta DEUM inter ac hominem eſt inſtituta conſociatio. Verbumque & caro tam arcto ac indiſſolubili nexu in unam Perſonam coierunt, ut quidquid ibi DEI eſt, non ſit ab humanitate; quidquid autem hominis, non ſit a Divinitate diviſum. Myſterium, quo humana divinis, terrena cœleſtibus, ima ſummis, pereuntia ſempiternis nexu omnium arctiſſimo devincta & copulata ſunt; interque nos ægros ac miſeros, & beatos immortalesque ſpiritus, fœdus inviolabile percuſſum ac ſanctum eſt; quo natura divina humanis ſe artubus veſtivit, velavit; corpoream indutus naturam DEI Filius, humanis ſe artubus, humana ſe ſpecie amicivit. 3. *Chriſtus natus*, **Chriſti Geburt.** Fauſtiſſimus poſt natos homines Chriſti Servatoris noſtri ortus, quo idem reparationis noſtræ auctor, ac humanæ ſalutis reſtitutor, humana carne circumdatus, in has luminis auras prodiit; quo generis humani vindex, & ſalutis noſtræ aſſertor, hominum parens DEUS, mortalibus artubus e virgine naſci voluit. 4. *Chriſtus paſſus*, **das Leiden Chriſti.** Funeſtiſſima Chriſti Servatoris cædes, qui, ut nos ſempiternis apud inferos ſuppliciis eriperet, in cruciatum ac necem ſe obtulit; immaniſſimis cruciatibus excarnificandum ſe objecit, & divinæ ſeveritatis tela noſtris jugulis intenta, in ſe unum avertit. Chriſti e cruce pendentis acerba ſupplicia, cruciatus, tormenta; mors pro genere humano obita. Singulare divinæ caritatis, humanique ſceleris certamen Chriſto DEO moriente editum. Aſſerta mortalium generi vita, & victoria per necem immeritam conditoris. V. *Paſſio*, *Chriſti*. 5. *Chriſtus reſurgens*, **die Auferſtehung Chriſti.** Chriſti devicta morte reviviſcentis triumphus, triumphalis Chriſti in vitam reditus. Redivivus a morte Servator noſter. Chriſtus ab inferis exiſtens. V. *Paſcha*. 6. *Chriſtus aſcendens in cœlum*, **Auffahrt Chriſti.** Triumphi pompa, qua Chriſtus ſe in cœleſtia templa transtulit, a nobis ſuper aſtra in locum altiſſimum emigravit; in beatiſſimas illas ſedes ſtupentibus Angelis aſcendit, in oras feliciſſimas ſeſe intulit. V. *Aſcenſio Domini*.

Cibaria, orum, n. **Speiſe.** *Syn.* Omnia, quibus animantes veſcuntur, & aluntur. *Epi.* Menſtrua, uberiora. *Uſus.* Cibaria coquere, conficere, petere, dare, præbere. Ex alienis cibariis liberaliter hoſpites tractare, V. *Annona*.

Cibarius, a, um. **das zum Unterhalte des Lebens dienet.** *Uſus.* Cibarius panis.

Cibus, i, m. **Speiſe.** *Syn.* Eſca, paſtus, epulæ. *Epi.* Animalis, gravis, diviſus, modificatus, ſuaviſſimus, facillimus, terreſtris. *Phraſ.* 1. *Cibum capere*, eſſen. Cibaria ſumere; cibo curare corpora; liberaliore victu, obſonio corpora fir-

Digitized by Google

firmare, vires firmare. Moderato cibo naturæ defideria explere; cibo ſe reficere; corpora curare, reficere. V. *Edo.* 2. *Cibo ſe onerare*, gar zu viel eſſen. Cibo immodico ſe ingurgitare, obruere; abdomen diſtendere; alvum degravare. V. *Vorax.* 3. *Cibos inferre*, die Speiſen auftragen. Menſam cibis inſtruere; ornare, adornare menſas; menſas exquiſitis epulis extruere. 4. *Cibi parcus.* V. *Abſtinens. Uſus.* Epicurus utebatur eo cibo, qui ſuaviſſimus eſſet, & ad concoquendum facillimus, qui inflationem nullam haberet. Cibo & potione onuſtum eſſe, ſich übereſſen.

Cicada, æ, f. Heuſchrecke.

Cicatrix, icis, f. Wundmaal, Narbe. *Syn.* Signum reliſtum ex vulnere. *Uſus.* Ne obductam reipublicæ cicatricem refricem. Exceptæ adverſo corpore cicatrices. Coit jam cicatrix.

Cicer eris, n. Ziſererbſen. *Genus Leguminis.*

Ciconia, æ, f. Storch.

Cicur, ris, g. o. heimiſch, zahm. *Syn.* Manſuetus manſuefactus.)(*Ferus, immanis. Præf. Cicurem reddere hominem aliequin barbarum*, einen wilden und barbariſchen Menſchen zahm machen. Inveteratam barbariem ex hominis moribus delere; ex agreſti immanique vita ad humanitatem, manſuetudinemque traducere; ex feritate ad manſuetudinem transferre; ad humanitatem informare; manſuefacere hominis ingenium agreſte & diſciplina formare. *Uſus.* Beſtiarum immanes aliæ, aliæ cicures.

Cieo, es, civi, citum, ere. bewegen. *Syn.* Commoveo. *Uſus.* Id venenum ſævos cruciatus ciere ſolet. Animatum eſt, quod motu cietur interiore. 2. *Excito*, erwecken, verurſachen. Bella, pugnam, motus, lacrimas ciere.

Cilicium, ii, n. härines Kleid. *Syn.* Veſtis e pilis caprarum contexta. *Uſus.* Coria, cilicia, ſacces imperavit.

Cincinnatus, a, um, kraushärig. *Uſus.* Cincinnatus ganeo.

Cincinnus, i, m. Haarlocken. *Syn.* Capillus ad ornatum intortus. *Uſus.* Erant illi capilli compti, & madentes cincinnorum fimbriæ.

Cingo, is, cinxi, cinctum, ere. umgürten. *Syn.* Coërceo, circumdo, munio, tueor, contineo, ſepio. *Adv.* Diligentius. *Uſus.* Urbes diligentius religione, quam mœnibus cingendæ. Ea ſepta porticu cingemus. Regio mari cincta & periculis. Mare montibus cingitur, continetur. V. *Circumdo.*

Cingulus, i, m. Gürtel. *Syn.* Zona. *Epi.* Auſtralis, medius & maximus. *Uſus.* Videmus terram quaſi quibusdam cingulis redimitam, e quibus duo maxime inter ſe diverſi.

Cinis, eris, m. Aſche. *Uſus.* Cur hunc dolorem cineri & oſſibus parentis inuris? videbitis miſerandum patriæ cinerem. 2. *Vulg. Cineres benedicti*, geweihte Aſche. Cineres ſacri, luſtrales, piaculares. 3. *Vulg. Dies Cinerum*, Aſchermittwoch. Dies, cui ſacris cineribus capiti aſperſis nomen eſt, qui a ſacro cinere frontibus aſpergi ſolito nomen traxit, reperit Poſtridie Hilariorum, Dionyſiorum.

Circa, bey, herum. *Ad locum refertur. Syn* Circum. *Uſus.* 1. Circa Capuam. Circa omnes portus miſi exploratores. 2. *Ad perſonas.* Multos circa ſe habebat, er hatte viele um ſich.

Circenſes, ium, m. Ritterſpiele. *Uſus.* Ludi circenſes.

Circiter, ungefähr, bey, um. *Syn.* Ad, non multo ſecus, prope, fere. *Uſus* 1. *Refertur ad tempus.* Hora ſexta circiter. Circiter noctem, meridiem. 2. *Ad numerum.* Pars tertia circiter, beynahe der dritte Theil.

Circueo, is, ivi, itum, ire. herum gehen. V. *Circumeo.*

Circuitio, nis, f. Umgang. *Syn.* Circumſcriptio, anfractus, periphraſis. *Uſus.* Quid circuitione opus eſt & anfractu? rem palam edicito.

Circuitus, us, m. Umgang. *Syn.* Converſio, periodus, comprehenſio & ambitus verborum, continuatio, circumſcriptio, orbis. *Epi.* Brevior verborum, longior, ſapientiſſimus atque optimus, incitatior, naturalis, totus orationis. *Uſus.* Circuitus ſolis diem & noctem efficit. Circuitus orationis, quem Græci periodum vocant.

Circulator, oris, m. Landſtreicher. *Syn.* Circumforaneus, vagus. *Epi.* No-

Digitized by Google

Notiſſimus. *Uſus.* Notiſſimus quidam circulator.

Circulo, as, avi, atum, are. umgeben *Syn.* Caput ago in circulum & verſo. *Uſus.* Oſcitans judex cum alio colloquens, nonnunquam etiam circulans.

Circulus, i, m. ein Kreiß. *Syn* Orbis, forma plana in orbem acta, gyrus, ambitus rotundus, corona hominum colloquentium. *Epi.* Exiguus vitæ, immenſus gloriæ, lacteus. *Uſus.* 1. Quidam circulis deſcribendis delectationem capiunt. Circulum deſcribere; orbem circumſcribere, einen Kreiß machen. 2. *Converſio*, Umkreiß. Stellæ circulos ſuos & orbes mirabili celeritate conficiunt. 3. *Coetus, corona*, Zuſammenkunft, Verſammlung. Circulo ſe ſubduxit. Sermo in circulis & conviviis liberior.

Circum, herum. *Syn.* Circa. *Uſus. Refertur ad locum*, um einen Ort herum. Prætorem circum omnia fora ſectabantur. Circum hæc loca morabor.

Circumago, is, egi, actum, ere. herumtreiben. * *Uſus.* Equum freno circumagere. Jam ſe annus circumegerat. Hoſtis ſe ad diſſonos tumultus circumegerat.

Circumcido, is, cidi, ciſum, ere. umſchneiden. *Syn.* Amputo, reſeco, demo, aufero. *Uſus.* Multitudinem ſententiarum circumcidere; luxuriem ſermonis ſtilo depaſci. Locus omni aditu circumciſus. *Hinc derivatur* circumcidaneus, a, um. *Muſtum circumcidaneum*, nachgekelterter Moſt. *Circumciſio Domini, vulg.* Beſchneidung Chriſti. Dies circumciſi Infantis DEI memoria ſacer. Octavus a natali dies, quo nato Servatori noſtro nomen impoſitum eſt.

Circumcirca, herum. *Syn.* Ab omni parte, undique. *Uſus.* Cœpi regionem circumcirca proſpicere. Contra citraque omnium hoſtium plena erant.

Circumcludo, is, cluſi, cluſum, ere. allenthalben umgeben. *Uſus.* Veritus, ne duobus exercitibus circumcluderetur. Mira diligentia circumcluſus, ne commovere ſe poſſet. V. *Claudo.*

Circumcolo, is, colui, cultum, ere. herumwohnen. * *Uſus.* Multi populi eam paludem circumcolunt.

Circumcurſo, as, avi, atum, are. herumlaufen. * *Uſus.* Obit, circumcurſat villas ſuas.

Circumequito, as, avi, atum, are. herumreiten. * *Uſus.* Duæ turmæ moenia circumequitabant.

Circumdo, as, dedi, datum, are. umgeben. *Syn.* Cingo, ſepio, vallo, ſtipo, circumſepio, circumfundo, veſtio, circumplico, circumplector, circumjicio, circumligo, circumfiſto, circumveho, circumvenio, circumfideo, circumvallo, ambio. *Phraſ. Circumdare urbem*, die Stadt umgeben. Turmas circumfundere; circumjicere multitudinem moenibus; circumplecti, circumvenire locum opere; circumvallare; medium ab utroque latere concludere, ſinu quodam, flexuque frontem averſamque oppidi partem circumire. V. *Obſideo. Uſus.* Non egrediar cancellis, quos ipſe mihi circumdedi, ich werde die mir vorgeſetzten Schranken nicht überſchreiten. Milites ignem oppido circumdederunt. Oppidum foſſa circumdatum. Foſſa oppido circumdata.

Circumduco, is, duxi, ductum, ere. herumführen. *Uſus.* Aratrum circumducere. Aliquem, ædes & conclavia circumducere.

Circumeo, is, ivi, itum, ire. herumgehen. *Syn.* Circueo, eo circum. *Uſus.* Circumit veteranos.

Circumfero, fers, tuli, latum, ferre. herumtragen. *Syn.* Circumgeſto. *Uſus.* Vinum ſanguine permiſtum pateris circumtulit. Sol circumfertur ad brumale ſignum.

Circumflecto, is, flexi, flexum, ere. herumbiegen. *Uſus.* Curſum circumflectere.

Circumflo, as, avi, atum, are. allenthalben anblaſen. *Uſus.* Ab omnibus ventis, a ventis invidiæ circumflari.

Circumfluo, is, fluxi, fluxum, ere. umher fließen. *Syn.* Abundo. *Uſus.* Circumfluit gloria, rebus omnibus copiis abundat. Oratio circumfluens.

Circumforaneus, a, um. Marktſchreyer. *Syn.* Qui circum forum ſpatiatur, aliquid venditans. *Uſus.* Pharmacopola circumforaneus. Es cir-

Digitized by Google

circumforaneum, non Corinthium, gemeines Erz.

Circumfundo, is, fudi, fusum, ere, umgießen. *Syn.* Ambio. *Adv.* Undique. *Usus.* Terra mari circumfunditur. Latent omnia tenebris circumfusa.

Circumgesto, as, avi, atum, are. umher tragen. *Syn.* Circumfero.

Circumjaceo, es, cui, ere. herumliegen. *Usus.* Reliquæ regiones, quæ circumjacent Europæ

Circumjectus, us, m. Umkreis. *Syn* Qui terram vasto circumjectu amplectitur.

Circumjicio, is, jeci, jectum, ere. umher werfen. *Usus.* Circumjecta muris ædificia, campi circumjecti.

Circumligo, as, avi, atum, are. umbinden. *Syn.* Implico, complico. *Usus.* Anguis eum circumligavit.

Circumluo, is, ui, ere ringsherum befeuchten. *Usus.* Peninsulæ in modum pars major circumluitur.

Circumluvio, nis, f. das Ergießen des Wassers zu allen Seiten. *Usus.* Jura circumluvionum & alluvionum.

Circummitto, is, misi missum, ere herumschicken. *Usus.* Hostis suorum multos post montes circummisit. Circummissi senatores delectus habuere.

Circummunio, is, ivi, itum, ire. umher verschanzen. *Usus.* Pene ut feminas, circummunitos se prohiberi aqua fremebant.

Circummunitio, nis, f Befestigung. *Usus.* Id ne fieret, obsidione oppidique circummunitione cavebatur.

Circumpedes, um, m. Ausdörrer. *Syn.* Servi a pedibus. *Usus.* Circumpedes formosi & litterati.

Circumplector, eris, plexus sum. umfangen. *Syn.* Circumplico.

Circumplico, as, avi, atum, vel ui, itum, are. umwickeln. *Syn.* Circumplector.

Circumpotatio, nis, f. das Herumtrinken. *Usus.* Omnis circumpotatio, qua pocula in circulum reredeunt, est sublata.

Circumrodo, is, rosi, rosum, ere. herum abnagen. *Syn.* Arrodo. *Usus.* Dudum circumrodo, quod devorandum est.

Circumscribo, is, psi, ptum, ere. umschreiben. *Syn.* Determino, constituo, definio, concludo. *Adv.* Scelerate Senatum. Circumscribi brevi, & definiri numerose verba. *Usus.* 1. Natura exigium vitæ curriculum nobis circumscripsit, æternum gloriæ. 2. *Constringo potestatem*, die Gewalt einsch änken. Senatus Prætorem circumscripsit. 3. *Concipio*, ausdrücken. Mente circumscribenda est prius sententia, & verba confestim concurrent. V. *Definio.*

Circumscripte, kürzlich. *Syn.* Paucis, definite, breviter. *Usus.* Singulas res definimus, & circumscripte complectimur.

Circumscriptio, nis, f. Umschreibung. *Syn.* Definitio, circuitio. *Epi.* Aperta. *Usus.* Æternitatem nulla circumscriptio temporis metitur.

Circumscriptor, oris, m. Betrüger. *Usus.* Quis testamentorum subjector? quis circumscriptor? quis ganeo?

Circumseco, as, secui, sectum, are. umher beschneiden. *Syn.* Circumcido.

Circumsedeo, es, sedi, sessum, ere. umlagern. *Syn.* Circumsideo, obsideo; circumvenio, corona cingo, incingo. *Usus.* Urbs ab hostibus circumsedetur. Oppidum interclusum circumsedere. V. *Obsidio, circumdo.*

Circumsepio, is, sepsi, septum, ire. umzäunen. *Syn.* Circumdo. *Usus.* Senatus armatis circumseptus.

Circumsessio, nis. f. Belagerung. *Syn.* Obsessio. *Usus.* Circumsessionis causam in alium transtulit.

Circumsideo, es, sedi, sessum, ere. belagert halten. *Syn.* Obsideo. V. *Obsideo, circumdo*

Circumsisto, is, stiti, stitum, ere. herumstehen. *Usus* Circumsistunt eum lictores valentissimi.

Circumsono, as, ui, itum, are allenthalben schallen. *Adv.* Undique vocibus talibus. *Usus.* Vocibus tuis aures meæ circumsonant.

Circumspectio, nis, f. Beobachtung. *Syn.* Accurata consideratio. *Usus.* Circumspectione utendum est. V. *Cautio, cautus.*

Circumspecto, as, avi, atum, are allenthalben herumsehen. *Syn.* Circumspicio.

Circumspectus, us, m. das Wahrnehmen. *Usus.* Facilis est circumspectus, quo eam &c.

Cir-

Digitized by Google

Circumſpicio, is, ſpexi, ſpectum, ere. umſehen. *Syn.* Adverto, perpendo, oculis obeo, colluſtro, accurate conſidero. *Adv.* Celeriter animo, diligenter, diligentiſſime, magnifice ſe, pauliſper. *Phraſ* Aciem mentis in omnes partes intendere, genau alles beobachten. Circumferre oculos; oculis aliquem requirere. Proſpectum in urbem & agros captare. *Uſus.* Circumſpicite pauliſper mentibus veſtris. Circumſpicite procellas imminentes. Magnifice ſe circumſpicere, *ſibi placere*, an ſich ſelbſt ein Wohlgefallen haben.

Circumſto, as, ſteti, are. herumſtehen *Syn.* Circumdo, circumſiſto. *Uſus* Noctes & dies omnia nos fata circumſtant. Circumſtant te ſummæ auctoritates, quæ te obliviſci domeſticæ laudis non ſinant. Frequentes me circumſtetere. V. *Circumdo.*

Circumvado, is, ere. zu allen Seiten überfallen. *Uſus.* Anceps terror circumvaſit barbaros, hinc arce capta, illinc urbem ſcandente hoſte.

Circumvallo, as, avi, atum, are. mit Bollwerken umgeben. *Syn.* Munio vallo. *Uſus.* Oppidum bidui labore circumvallarunt.

Circumvectio, nis, f. Umherführung. *Uſus.* Solis circumvectio. Portorium circumvectionis.

Circumvectus, us, m. das Herumfahren. *Epi.* Tener. *Uſus.* Æther circumvectu ſuo terram complectitur.

Circumveho, is, vexi, vectum, ere herumführen. *Uſus.* Equo circumvectus Dictator. Claſſe circumvehi inſulam.

Circumvenio, is, veni, ventum, ire. hintergehen. *Syn.* Decipio. *Adv.* Acute caſſes, indigne. *Uſus.* Subvenire ali ui, qui potentum opibus circumveniri urgerique videtur. Innocentem judicio circumvenire & opprimere V. *Decipio.*

Circumvectio, is, ivi, itum, ire. umſtürzen. *Uſus.* Dictis circumvertere conſilia ſua, ſeine Anſchläge vereiteln.

Circus, i, m. Rennbahn, Turnierplatz. *Syn.* Campus, in quo populus ludos ſpectans conſidebat. *Epi.* Candens, circumcandere, magnus, maximus. *Uſus.* Ludi publici ſunt cavea circoque diviſi.

Cis, dieſſeits. *Syn.* Circa.)(*trans* *Uſus.* Cis Euphratem.

Ciſium, ii, n. Karn mit zween Rädern. *Genus vehiculi veloris.*

Ciſta, æ, f. Kaſten *Syn.* Arca, ciſcina, caniſtum. *Uſus.* Ciſtas dejicit.

Citerior, oris, g. c. das näher dieſſeits liegt *Syn.* Propinquior.)(*ulterior.* *Uſus.* Atque ut ad citeriora & nobiora veniam.

Cithara, æ, f. Laute. *Syn.* Lyra. *Uſus* Cithara canere.

Citharista, æ, m. Lautenift. *Uſus.* Saltatores, citharistæ. *De eo, qui tantum pulſat citharam, non accinit.*

Citharœdus, i, m. Lautenift. *Syn.* Qui cithara canit; pulſat citharam, & canit.

Citimus, a, um. der nächſte. *Syn.* Proximus.)(*ultimus.* *Uſus.* Luna cœlo ultima, citima terræ.

Citius, geſchwinder. *Syn.* Ocyus, prius. *Uſus* 1. Citius repentinus morbus oculorum, quam diuturna lippitudo ſanatur. 2. *Potius, verius, magis, aptius*, vielmehr, füglicher. Eum citius veteratorem quam oratorem dixeris.

Cito, geſchwind *Syn.* Celeriter, mature. Quamprimum, ſine mora, brevi tempore, mox, quam mox.)(*tarde. Phraſ. Cito rem conficiam*, ich werde die Sache geſchwind ausmachen. Quamprimum, perceleriter, citius quam æſtimas; protinus, mature, momento rem confectam dabo; impigre, propere, præpropere rem feſtinabo. Quam ocyſſime, quam maturrime; ſolertiſſime, temporis puncto conficiam; ſummam celeritatem adhibebo. Prius tua opinione, actutum, ſubito, prompte, ſtrenue rem agam. V. *Celer, ſtatim.* *Uſus.* Puer cito arripit, der Knab faſſet geſchwind.

Cito, as, avi, atum, are. vorfordern. *Syn.* In jus voco, adeſſe jubeo, diem alicui dico, laudo, nomino. *Uſus* 1. Teſtem citabo totam Siciliam. Aliquem capitis reum in judicium per præconem citare. Citavit teſtes, Zeugen rufen. 2. Citato equo illuc contendit, er ritt ſporenſtreichs dahin. 3. *Citare auctores*, Zeugniß der Schriftſteller anziehen, *recitare*: Laudare auctorem.

Digitized by Google

rem, teſtem; afferre teſtimonium auctorum.

Circa, diſſeits. *Syn.* Cis.)(*ultro. Uſus.* 1. Exercitum habuit citra flumen 2. Citra faſtidium, ohne Verdruß.

Citreus, a, um. von Citronen. *Uſus.* Menſa citrea.

Citus, a, um. geſchwind. *Syn.* Celer, maturus. V. *Celer*, *propero.*

Civicus, a, um, bürgerlich. *Uſus.* Corona civica.

Civilis, e. *g. c.* bürgerlich. *Uſus* Bellum civile, ſtudium, jus civile; mos, conſuetudo civilis. Pro civili parte rempublicam ſalvam cupio.

Civiliter, höflich. *Uſus.* Civiliter vivere, cum aliquo civiliter contendere.

Civis, is, c. Bürger *Syn.* Municeps, popularis. *Vulg. Conterraneus*, *concivis*, *compatriota. Phraſ.* 1. *Civem facere aliquem*, einen zum Bürger machen. Civitatem alicui dare, donare, largiri, impertiri; adſcribere civitati, *vel* in civitatem; in civitatem ſuſcipere, recipere; adſciſcere civem; civitate donare; accipere in civitatem; ad civium numerum adſcribere; referre inter cives. 2. *Civis factus eſt*, er iſt Bürger geworden. Civitate donatus eſt; jus civitatis conſecutus eſt; civitatem impetravit; relatus eſt inter cives; particeps civilium munerum factus eſt; in civitatem receptus eſt; patuit illi Rom. civitas; virtutis præmium civitas Rom. fuit. 3. *Civium jure excidit*, er hat das Bürgerrecht verlohren. Civitatem amiſit, perdidit; ſegregatus a numero civium eſt. Civitas ei adempta eſt; in ærarios relatus eſt; ex albo civium eraſus eſt. *Uſus.* Civem aliquem deſignare, facere, habere. Civis reipublicæ amantiſſimus.

Civitas, atis, f. die Stadt. *Syn.* Civium multitudo in unum locum congregata; jus civium, libertas. *Epi.* Adjutrix ſcelerum, libidinum teſtis, fautorum receptrix. Aliena, amica alicui, amiciſſima & fideliſſima, ampla, illuſtris, clara, nobilis, ampliſſima, beata, honeſta, libera, bella, clara, commendatior, communitla, communis, conjunctiſſima, antea copiola, cuncta, erudita, fidelis, fidelior, aut copiis locupletior, auctoritate gravior, fideliſſima, firma, valens, florens, florentiſſima, conſilio & armis fœderata, grata, gravis & locuples, ornata, graviſſima, moderatiſſima, illuſtris, immunis, improba, incolumis, ingrata, inutiliſſima, lauta, libera, liberta, locuples, maledicentiſſima, maledicta, miſera atque inanis, bene morata, bene conſtituta, nobiliſſima quondam, & jam doctiſſima, nova, occupatiſſima. opportuniſſima ad aliquid, opulentiſſima & beatiſſima, orba, pacata & libera, prava, perdita, perprava & tenuis, potens, barbara, princeps omnium rerum, proxima alicui loco, pulcherrima, quieta, ſancta, ſocia factorum & flagitiorum, ſolicita, ſplendidiſſima, ſuſpicioſa & maledica, tenuis, vitioſa, univerſa. Civitates afflictæ, alternæ, ampliſſimæ, egentiſſimæ, fœderatæ, invictiſſimæ, marinæ, maximæ, minimæ, minores, bene moratæ, ornatæ, pacatæ, tranquillæ, perditæ, ſalvæ & incolumes; amplæ atque potentes, tantæ & tam graves, totæ, univerſæ. *Uſus.* 1. Concilia, cœtusque & conventicula hominum civitates appellantur. Cato ortu Tuſculanus eſt, civitate Romanus. Romam urbem civitas incolit, die Bürgerſchaft wohnet in der Stadt. Dicavit ſe in civitatem Romanam. 2. *Jus civitatis alicui impertiri*, das Bürgerrecht verleihen. Civitatem dare, donare, largiri alicui; in civitatem recipere, ſuſcipere, adſcribere aliquem. 3. *Civitatis jus amittere*, das Bürgerrecht verlieren. Civitatem perdere; civitatem adimere alicui. Civitatem nemo amittit, niſi ſua culpa. 4. *Civitate mutari*, an einem andern Orte Bürger werden. V. *Civis.*

Clades, is, f. Niederlage. *Syn.* Calamitas, damnum, cædes. *Epi.* Horribilis, importuna, ingens, luctifica, ſubita, tanta, vetuſta. *Uſus.* 1. Cladem facere, afferre, inferre, Niederlage machen, Schaden bringen. 2. Cladem accipere, Niederlage oder Schaden leiden. 3. Cladem reddere, mit gleicher Niederlage bezahlen. V. *Cædes*, *cædo*, *damnum*, *proelium.*

Digitized by Google

Clam, heimlich. *Syn.* Furtim, occulte, ex occulto, ex insidiis.)(*palam. Phras.* 1. *Clam nescio quid agitat*, er hat, ich weis nicht was für Anschläge. Clandestina consilia miscet; latenter, ex occulto, in occulto nescio quid parat, machinatur; occulte cuniculis me oppugnat; secreto, arbitris remotis, clanculum, in operto, occultis sermonibus, nescio, quid serit. 2. *Clam discessit*, er ist heimlich weggegangen. Silentio ex urbe egressus; imprudentibus omnibus, insciis, inscientibus omnibus; remota hominum conscientia fuga sibi consuluit. V. *Occulte, tego, celo.*

Clamator, oris, m. Schreyer. *Usus.* Odiosi ac molesti clamatores.

Clamatorius, a, um. schreyerisch. *Usus.* Clamatorium genus.

Clamito, as, avi, atum, are. oft schreyen. *Usus.* Supercilia, illa tua calliditatem clamitare videntur.

Clamo, as, avi, atum, are. schreyen. *Syn.* Vocifero; clamorem edo, facio, profundo; voce contendo, personо. *Phras.* Ingentem clamorem tollunt, sie machen ein entsetzliches Geschrey. Vociferatione utuntur maxima, clamore profuso; circumsonat hostilis clamor; truci cantu, clamoribus inconditis, horrendo tunsta complent sono. Ululatus, tantusque diffoni audiuntur. Clamoribus strepunt, perstrepunt; tumultu personant omnia. Terribilis inde sonus accidit; incertis clamoribus, stridore horrendo omnia personant, aures fatigantur. Nemora vallesque circumjectas terribili sono [illegible] Vocem emittunt, [illegible], efferunt, intendunt, contendent, mittunt; inditem voluntatis virtutisque clamo[illegible] inconditum truscem[illegible] edunt; incondito [illegible] omnia, clamor [illegible] permistus praesentes terret. *Usus.* Hoc me tua causa feciſſe clamo ac testor.

Clamor, oris, m. Geschrey. *Syn.* Vo[illegible]. *Epi.* Acutissimus, cæle[illegible], incredibilis, in[illegible] populi, ma[illegible], par, pro[illegible] gladiatorii, ma[illegible]. *Usus.* 1. [illegible] excitare, ein Geschrey erwecken. Clamorem edere, tollere, extollere, profundere, ein Geschrey machen. Clamorem reddere, entgegen schreyen. Clamorem proximis tradere, das Geschrey von einem zu den andern kommen lassen. Clamorem arctare. Clamore facto, sublato. 2. *Adclamatio, admuratio*, das Zurufen. Hæc sunt, quæ clamores & admirationem in oratione efficiunt, V. *Clamo.*

Clamosus, a, um. laut.

Clanculum, heimlich. *Syn.* Clam. *Usus.* Hæc clanculum dicta sunto. V. *Clam.*

Clandestinus, a, um. heimlich. *Syn.* Occultus. *Usus.* Clandestinum sceleus. Clandestina cum hoste colloquia miscere. V. *Occultus.*

Clangor, oris, m, Schall. *Syn.* Tubarum cantus, vox aquilæ, & aliarum avium. *Epi.* Tremulus, vastus.

Clare, hell. *Syn.* Clara voce, explicate, plane, aperte, dilucide, enodate, manifeste. *Usus.* Clare gemuit. Semper id periculum clarius apparet.

Clareo, es, ui, ere. hell seyn. *Syn.* Emico.

Clarigatio, nis, f. Fehde, Absagsbrief. *Syn.* Belli denuntiatio.

Clarisonus, a, um. hell lautend. *Syn.* Clare sonans, canorus.

Claritas, tis, f. Klarheit. *Syn.* Splendor nominis, fortunæ, gloriæ nobilitas. *Usus.* Claritatem nominis aucupari, assequi, admittere. Claritas vocis. V. *Splendor.*

Claritudo, inis, f. Ruhm. *Usus.* Artes quibus summa claritudo paratur. V. *Splendor, Gloria, Dignitas, Clarus.*

Clarus, a, um. hell, berühmt. *Syn.* 1. Planus, apertus, perspicuus, dilucidus, explicatus, evidens, pervulgatus; non obscurus.)(*obscurus.* 2. Insignis, nobilis, illustris, celeber. *Phras.* 1. *Vir est clarissimus*, er ist ein berühmter Mann. Clara est ejus viri virtus; inclita religio. Magnum est ejus viri nomen & opinio; amplissima auctoritas; claritate nominis insigni præditus; magna est in civibus gloria; vir est omnis ætatis ac memoriæ clarissimus: est in eo viro laus virtutis maxima; fama fertur, in primis; maximum hujus

K 2 viri

Digitized by Google

viri in his regionibus nomen eſt, hujus viri clariſſima virtus eſt & inſignis ad poſteros. V. *Celeber*, *altus*. 2. *Rem clariorem reddere*, die Sache herrlicher machen. Claram ſpectatamque facere; nobilitatem rebus dare; rei dignitatem facere, addere, conciliare; lucem rebus dare, ſplendorem afferre, illuſtrare rem, in bono lumine collocare. V. *Illuſtro*. 3. *Res clara eſt*, es iſt eine klare Sache. Res ipſa ſe aperit; explorata res eſt; præſentior jam res eſt, quam ut ignorari poſſit; liquida res eſt & in medio poſita. In luce res eſt. V. *Manifeſtus*. *Uſus*. 1. Claris & illuſtribus exemplis uſus ſum. Clara hæc ſunt, non immoror. Clara jam luce, bey hellem Tage. 2. *Inſignis*, berühmt. Vir clarus & nobilis ex doctrina. Claram mortem oppetere. V. *Præclarus*, *Honoratus*, *Celeber*.

Claſſiarius, a, um. zur Flotte gehörig. *Uſus*. Claſſiarius miles.

Claſſicum, i, n. das Lermen blaſen. *Syn* Sonus tubarum. *Uſus*. Advocare ad concionem, ſilentium facere claſſico; canere, concinere claſſicum.

Claſſis, is, f. Flotte. *Syn*. Naves, navium multitudo. *Epi*. Bella, bene magna & ornata, præclara in ſpeciem, ſed inops & infirma propter diſſimilitudinem propugnatorum atque remigum, pulcherrima. *Uſus*. 1. Claſſem ædificare, ornare, apparare, comparare, inſtruere, Flotte aufrichten. Claſſem deprimere, frangere, demergere, eine Flotte zu Grund richten. 2. *Ordo civium*, *& diſtributio pro modo cenſus*, Eintheilung der Bürger. Tributim & centuriatim deſcribere ordines, ætates, claſſes. V. *Navis*. Claſſis Præfectus. V. *Præfectus*

Clathrum, i, n. Gitter.

Clava, æ, f. Keule. *Teli genus*. *Uſus*. Clava & fuſte repulſus.

Claudicatio, nis, f. das Hinken. *Epi*. Deformis. *Uſus*. Apparet in eo claudicatio non deformis.

Claudico, as, avi, atum, are. hinken. *Syn*. Altero pede nuto. *Uſus*. 1. Num claudicat vir bonus? 2. *Transl. Titubo*, *vacillo*, *debilis*, *infirmus ſum*, wanken. Claudicat hæc oratio. Claudicat amicitia noſtra, vacillat & titubat. Claudicat in officio. Etiam ſumma felicitas ſemper ex parte aliqua claudicat.

Claudo, is, clauſi, clauſum, ere. ſchlieſſen *Syn*. Obſtruo, oppilo, obturo, intercludo, comprimo. *Prov. Urbs clauſa eſt*, die Stadt iſt geſperret. Fores portarum objectæ ſunt; clauſtra urbis objecta ſunt; obſeptum eſt in urbem iter; intercluſa ad urbem via eſt. Urbs nemini patet; non patet ad urbem aditus. V. *Aditus*. *Uſus*. Alicui exitum viam, transitum; fugam hoſti claudere. Conſilia ſua clauſa habere, Claudere aures optimis conſiliis. Ejus conſuetudinem mihi adhuc meus pudor clauſit. Mare clauſum nuntios moratur. Nullius domus ſatis clauſa tuæ libidini. V. *Includo*.

Claudus, a, um. krum, lahm. *Syn*. Altero pede læſus, *vel* captus.

Claviculus, i, m. Nägelein *Syn*. Capreolus in vite. *Uſus*. Vitis claviculis ſuis, quaſi manibus, quidquid eſt nacta, ampleſtitur.

Clavis, is, f. Schlüſſel. *Uſus*. Alicui claves tradere, credere. *Vulg. Claves Imperii*, Schlüſſel zum Reiche oder Gränzfeſtung. *Latine*: Clauſtra portæque Imperii.

Clauſtrum, i, n. Schloß. *Syn*. Clauſtra urbis, regionis hoſtibus committenda non ſunt. Effringi fores, revelli clauſtra. *Vulg. Clauſtrum Monachorum*, Kloſter. Cœnobium, *pro Vulg. Clauſura*, Klauſur. Clauſtra cœnobii.

Clauſula, æ, f. Beſchluß. *Syn*. Extrema cujusque rei pars, præſertim in oratione, verſu. Verborum concluſio, exitus. *Epi*. Difficilis, præclara. *Uſus* Clauſula numeroſe & jucunde eadens. Cum argumentum ſcribendi non ſuppetit; utor conſueta clauſula. Clauſula edicti.

Clavus, i, m. Nagel, Steuerruder. *Syn* Gubernaculum navis. *Epi*. Tractabilis. *Uſus*. Clavum imperii tenere; tractare gubernacula reipublicæ.

Clemens, tis, *c. o.* gnädig, gütig. *Syn*. Lenis, mitis, manſuetus, miſericors, liberalis, humanus. *Phraſ*. *Princeps erat clementiſſimus*, er war ein

Digitized by Google

ein besonders andächtiger Fürst. Princeps erat, ad cujus expertam clementiam nemini non tutus receptus erat; qui cives mirifice colebat; qui civium voluntati ac gratiæ deditissimus erat, qui oblivisci nihil solebat, nisi injurias; cujus incredibilem mansuetudinem, inusitatam inauditamque clementiam non æquare modo dicendo, sed pe adumbrare quidem quisquam possit; a quo nihil non benigne clementerque factum; clementia tanta, ut nemini supplici non dextram fidemque porrigeret, spem salutis offenderet, indulgeret; nihil isto Principe clementius; nemo cum illo Principe clementiæ laude comparandus, æquandus, conferendus. Nemo illi hac clementiæ laude par, aut secundus; Princeps proprio quodam naturæ munere ad clementiam liberalitatemque factus videtur. Præcipua quadam laude florebat clementiæ: Principum nemo est, in quo plus quam in isto clementiæ esset ac humanitatis: clementiæ laude præstabat, antecellabat, anteibat, vincebat omnes. V. *Lenis*. *Usus*. Clemens & misericors judex; clemens castigatio.

Clementer, gütig. *Syn*. Mansuete. *Usus*. Clementer facere, audire.

Clementia, æ, Gütigkeit. *Syn*. Lenitas, benignitas, humanitas, misericordia, mansuetudo, placabilitas, bonitas, moderatio animadvertendi. *Epi*. Admirabilis, grata alicui, insidiosa, inusitata inauditaque, jucunda auditu, popularis, singularis. *Usus*. Clementia est, per quam animi temere in odium alicujus invectionis concitati, comitate retinentur. V. *Lenitas*, *clemens*.

Clepo, is, psi, ptum, ere. stehlen. *Syn*. Furor, rapio, subripio. *Usus*. Pueri Spartæ rapere & clepere discunt.

Clepsydra, æ, f. Wasseruhr. *Syn*. Vas, e quo aqua paulatim effluens horas distinguit, horologium. *Usus*. Ad clepsydram declamare

Cliens, tis, c. Schutzgenoß. *Syn*. Qui in fide alicujus est & clientela. *Epi*. Proprius, vetus. Clientes novi, plurimi. *Usus*. Tibi nemo cliens esse, te nemo clientem habere volet.

Clientela, æ. f. Schirm, Schutz. *Syn*. Clientum defensio, tutela, procuratio. *Epi*. Honesta, illustris, clientelæ maximæ, provinciales. *Phras*. *Se in fidem ac clientelam tradere*, dare, conferre. dicare, sich unter einen Schutz begeben. Alterius fidei se committere, mandare; in fidem alterius se permittere, tutelæ subjicere & commendare. *Usus*. Esse in fide & clientela alterius. Clientelam ad se traducere.

Clitellæ, arum, f. Saumsattel. *Syn*. Ephippia, quæ jumentis imponuntur ad melius ferendas sarcinas. *Usus*. Ea onera clitellis sunt apportata.

Clitellarius mulus, i, m. Lastthier, Maulesel.

Clivosus, a, um, bergicht. *Usus*. Clivosus locus.

Clivus, i, m. Hügel. *Syn*. Collis. *Epi*. Plenus servorum.

Cloaca, æ, f. Mistgrube, dadurch der Unflath von einem Orte wegläuft. *Syn*. Locus cavus, per quem sordes eluuntur. *Usus*. Cloacam maximam, receptaculum omnium purgamentorum urbis, sub terram agi jussit.

Clypeus, i, m. Schild. *Usus*. Abjecto clypeo fugit.

Coacervatio, nis, f. Zusammenhäufung. *Syn*. Copia, cumulus, acervus. *Epi*. Universa. *Usus*. Coacervatio argumentorum, & frequentatio.

Coacervo, as, avi, atum, are. zusammenhäufen. *Syn*. Aggrego, accumulo, cogo, congero, cumulo. *Usus*. Pecuniam immensam cogere & coacervare.

Coacesco, is, ere, zu Essig, oder sauer werden. *Syn*. Acidus fio, acesco. *Usus*. Vinum vetustate coacescit.

Coactio, nis, f. ein Haufe, oder Zusammenrottung *Syn*. Congregatio, conspiratio, conventiculum. *Usus*. Nocturnis vigiliis & hominum coactione turbata civitas.

Coactor, ris, m. Zwinger. *Syn*. Qui pecuniam cogit & recipit officii nomine. *Vulg*. *Perceptor particularis*. *Usus*. Non effugies nostros coactores.

Digitized by Google

Coactus, a, um. *part.* von cogo, gezwungen. *Syn.* Expreſſus. *Uſus.* 1. Hæc non niſi coactus ſcripſi. 2. *Congregatus*, zuſammengezogen. Copiæ in unum locum coactæ. V. *Invitus*, *nolo*, *ægre*.

Coactus, us, m. Zwang. *Syn.* Impulſus. *Uſus.* Hæc tuo coactu ſcripſi.

Coadjutor, Epiſcopi, Mithelfer des Biſchofs. *Syn.* Epiſcopus deſignatus.

Coadjutor, Conſervus, Mithelfer in Hausſachen. *Syn.* Adminiſtrator rei domeſticæ, qui domeſtico opere exercetur; in re familiari adjutor; adjutor operum; ad domeſtica miniſteria adſcriptus.

Coædifico, as, avi, atum, are. zuſammenbauen. *Syn.* Conſtruo.

Coæquo, as, avi, atum, are. gleich machen. *Syn.* Æquo. *Uſus.* Coæquare gratiam omnium difficile eſt. Coæquare omnia ad ſuas injurias & libidines.

Coævus, a, um. zu einer Zeit lebend. *Syn.* Æqualis, ætate cum aliquo conjunctus.

Coagitatio, nis, f. Bewegung mit einander. *Syn.* Agitatio. *Uſus.* Coagitatio pulmonum.

Coagmentatio, nis, f. Zuſammenfügung. *Syn.* Nexus, compoſitio, conſtructio, conjunctio. *Epi.* Diſſolubilis. *Uſus* Copulatio rerum & quaſi conſentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ. Coagmentatio non diſſolubilis.

Coagmento, as, avi, atum, are. zuſammenfügen. *Syn.* Compono, conjungo, conſtruo, compingo.)(*Diſſolvo.* *Uſus.* 1. Nihil tam aptum, tam compoſitum ac coagmentatum inveniri poteſt. Struere verba, ac veluti coagmentare. 2. *Confficio*, *tracto*, abhandeln. Pacem coagmentare. V. *Conjungo.*

Coagulum, i, n. zuſammengeronnenes Ding. *Uſus.* Lactis coagulum.

Coaleo, ès, & coaleſco, is, alui, alitum, ere. zuſammenwachſen. *Syn.* Cohæreo, concreſco. *Uſus.* Concordia coaluerant animi.

Coangusto, as, avi, atum, are. eng machen. *Syn.* Coarcto.)(*Dilato.* *Uſus.* Hæc lex in cunctum ordinem dilatata coangustari potest.

Coarctatio, nis, f. Einſchließung. *Uſus.* Coarctatio plurium in angusto tendentium.

Coarcto, as, avi, atum, are. zuſammenzwingen. *Syn.* Conſtipo, coanguſto.)(*Dilato*, *explico.* *Uſus.* Fac, ut quæ arctavit & peranguſte reſerſit, dilatet & explicet. Coarctari in oppido. Anguſtæ fauces iter coarctant.

Coarguo, is, ui, utum, ere. beſchuldigen, überweiſen. *Syn.* Arguo, redarguo, accuſo, convinco, detego, indico. *Uſus.* Coarguere aliquem; coarguere errorem, culpam, mendacium alicujus. Aliquem avaritiæ coarguere. Aliquem multis ſuſpicionibus, conjecturis coarguere; vitæ turpitudine ſeſe ipſe coarguit. V. *Convinco*, *accuſo.*

Cochlea, æ, f. Schnecke. *Epi.* Domiporta, ſanguine caſſa. *Uſus.* Iſte tanquam cochlea abscondit & retentat ſeſe tacitus.

Cochlear, *vel* cochleare, is, n. Löffel. *Uſus.* Cochlearis menſura, ſo viel in einen Löffel geht.

Cocles, tis, m. einaugig. *Syn.* Luſcus, altero captus oculo.

Coctus, a, um. gekocht. *Syn. Transl.* Maturus.)(*Crudus.* *Uſus.* Poma matura & cocta. Sermo bene coctus & conditus.

Cocus, f. coquus, i, m. Koch. *Syn.* Qui cibos parat & condit. *Uſus.* Mitto cocos, piſtores, lecticarios. Cocus viliſſimum antiquis mancipium, æſtimatione & uſu in pretio eſſe cœpit. Majoris pretii nunc cocus eſt, quam villicus.

Codex, icis, m. ein Buch. *Syn.* Tabulæ accepti & expenſi; *item*; liber, in quo acta publica ſcribebantur. *Epi* Falſus, interlitus. *Uſus.* In codicem referre; codicem obſignare; e codice delere. Non habere ſe hoc nomen in codice accepti & expenſi fatetur.

Codicilli, orum, m. Schreibtäfelein. *Syn.* Tabellæ, libelli. *Uſus.* Exarare aliquid in codicillis, referre dicta in codicillos.

Cœleſtis, e, himmliſch. *Syn.* Divinus, immortalis)(*Humanus.* *Uſus.* Rem geſſiſti memorabilem, ac pene cœleſtem. Cœleſtes orbes. Fama

Digitized by Google

Fama Herculem in concilio cœlestium collocavit.

Cœlites, um, m. die Heiligen. *Syn.* Cœlicolæ. *Usus.* Cœlitum ira invectum est hoc malum.

Cœlum, i, n. der Himmel. *Syn.* Altissimum Dei domicilium; regiones immortalitatis; beatorum sedes, domicilium. *Phras.* 1. *Ad cœli gaudia pervenere Sancti*, die Heiligen sind zu den himmlischen Freuden gelanget. Sancti corporibus laxati in cœlestia templa penetraverunt; exuti corpore mortali ad superos migraverunt, ad bona nulla temporis longinquitate pereuntia; cum DEO beatissimam vitam ævo infinito vivunt; in beatorum domicilium accepti gaudiis omnibus affluunt & circumfluunt; cœlesti civitate donati, torrente voluptatum inundantur; hinc profecti recta ad concilium cœlestium, ad domum sempiternam DEI, ad regiones immortalitatis evecti sunt, ubi placidissima quies & vita sempiterna vigent; ubi bona ea nos manent, ut neque aspectu oculorum comprehendi, neque auribus percipi, neque ulla cogitatione queant adumbrari; ubi nec visa cuiquam mortalium, nec auribus arrepta, nec mente unquam tractata vigent gaudia, & vigebunt spatiis seculorum innumerabilium; ubi Divinæ majestatis aspectu in omnium seculorum perpetuitatem fine satietate perfruentur. Sancti ab his locis ærumnarum plenis, in illam innumerabilibus felicitatibus redundantem affluentemque regionem demigrarunt; in cœlestes domos, in concilium Superum, in illam stabilem sedem ac domicilium Beatorum; in illam Regis æterni aulam; in illam cœlestem ac beatam domum felicitate æterna fruentium animorum; in cœlestem Regiam, ubi cum DEO æternum degent, ævoque beatissimo ac sempiterno fruentur. 2. *Sæpe de cœlo cogitandum*, man muß oft an den Himmel gedenken. In beatissimam cœlitum sedem, in augustissimam illam Divinitatis sedem omnes cogitationes conferre decet. Erigenda mens est identidem & attolleuda ad illum æternæ felicitatis portum. Obeundæ identidem mente cogitationeque oræ illæ cœlestes ac beatissimæ; in iisque mente ac animo habitandum. V. *Beatus. Usus.* 1. Omnibus idem cursus ad cœlum patet. Homo divinus de cœlo delapsus videbatur, ein Mann einer auserlesensten Tugend. *De præstantis virtutis viro.* Nocturna cœli forma siderum ornatus. Celerrima cœli conversio. 2. *Aër, spiritus circumfusus*, die Luft. Gravis & pestilens cœli aspiratio. Cœli gravitas. natura & temperatio. 3. *Transl. Summus locus & gradus*, die höchste Staffel oder Ort. Aliquem laudibus in cœlum ferre. In cœlo sum. Cœlum digito attingo. *Hominis vox est, felicis admodum, & lætitia gestientis.*

Coëmo, is, emi, emptum, ere. zus sammenkaufen. *Syn.* Eme, coëmptionem facio. V. *Emo.*

Coëmptio, nis, f. Zusammenkaufung. *Usus.* Coëmptiones facere. V. *Emptio.*

Coëmptionalis, e, *c.* das zur Zusammenkaufung gehöret *Syn.* Qui frequens est in coëmptionibus.

Cœna, æ, f. Abendmahl. *Usus.* Ad cœnam me vocavit, perduxit. Cœnam fecit, dedit lautam. Cœna me accepit lautissima. Condixi ad cœnam, promisi. Non soleo obire cœnas. Cœnæ adhibitus est.

Cœna Domini, Gründonnerstag, Abendmahl des Herrn. Dies sacer cœnæ Domini; sacrosanctæ Christi cœnæ memoria sacratus. Epulum Divinum.

Cœnaculum, i, n. Speisesaal. *Syn.* Triclinium. *Usus.* Roma cœnaculis sublata & suspensa

Cœnito, as, avi, atum, are. oft zu Abend essen. *Syn.* Frequentius cœno. *Usus.* Foris apud alios cœnitare non soleo.

Cœno, as, avi, atum, are. zu Abend essen. *Adv.* Belle, frugaliter, honeste, libenter, male, melius, nequiter, prave, recte, turpiter. *Usus.* Cœnati discubuimus. Manus lava & cœna.

Cœnula, æ, f. ein kleines Abendessen. *Syn.* Cœna parva.

Cœnum, i, n. Koth. *Syn.* Lutum. *Usus.* 1. In cœno jacere. Cœno oblitus. 2. *Transl. pro homine sordida, aut insigniter improba*, für einen unflätigen, oder gottlosen

Digitized by Google

Menſchen. Cœnum olet homo ſordidus, das iſt ein unflåthiger Menſch. O cœnum! O portentum!

Coëo, is, ivi, itum, ire. zuſammenkommen. *Syn.* Convenio, adjungor, congredior. *Uſus.* 1. Cum hoc coire auſus es? coivere amici. 2. *Jungo, contrabo,* verbinden. Coire ſocietatem cum aliquo ſceleris, *vel* præmii. Coire de ſalute alterius. 3. *Coaleſco,* zuſammenwachſen. Vulnus, arteria coit; cicatrix obducta eſt.

Cœpi, anfangen. *Syn.* Incipio, inſtituo, ſuſcipio. *Uſus* Magis pœnitet cœpiſſe, quam deſiſtere libeat.

Cœpto, as, avi, atum, are. oft anfangen *Syn.* Incipio.

Cœptum, i, n. Vorhaben. *Uſus.* Ingentia cœpta portexere.

Cœptus, a, um. angefangen. *Uſus.* Cœpti ſumus de republica conſuli.

Coëquito, as, avi, atum, are. zuſammenreiten. * *Uſus.* Coëquitabant ſex millia equitum.

Coërceo, es, cui, citum, ere. zåumen. *Syn.* Contineo, refreno, domo, reprimo, cohibeo. *Phraſ. Coërcenda eſt hominum licentia,* die Frechheit der Leute muß man zåumen. Frangendæ cupiditates, frenandæ libidines, audacia illorum & conatus reſecandi; reprimendi ſunt improbi, domandi, & veluti freni geſtientibus eorum animis imponendi. Circumſcribenda, contundenda eſt exultantium prædonum audacia, ferocitas, jactatio; debilitandi, comprimendi, exarmandi ſunt penitus. Danda eſt opera, ut vis & impetus eorum reprimatur, cohibeatur, cupiditatibus eorum eatur obviam. Metus, neceſſe eſt, aliquis contineat exultantes illorum animos, iracundiam teneat, incenſam cupiditatem reſtinguat. Excutienda eſt importuna illa leviſſimorum hominum audacia; libertas illa nimia audiendi quidlibet arctiorem in gyrum revocanda; caſtiganda petulantium hominum licentia & compeſcenda. Retardandi perverſorum impetus & coercitione legumque vinculis reſtringendi. Revocandi ardentes animi ac incitati, & ab impiis conſiliis, ad quæ curſu ruunt, reflectendi ac retrahendi. V *Cohibeo compeſco. Uſus.* 1. Mundus omnia complexu ſuo coërcet & continet, begreifen, zuſammenhalten. 2. *Refreno, reprimo,* båndigen, aufhalten. Improbi vinculis, ſupplicis, morte, exilio refrenandi & coërcendi. V. *Cohibeo, caſtigo.*

Coërcitio, nis, f. Strafe. *Uſus.* Pronuntiaverunt coërcitionem adverſus tribuni interceſſionem.

Cœtus, us, m. Verſammlung. *Syn.* Concilium, conventus. *Epi.* Populares, occulti, neſarii, ſolemnes ludorum. *Uſus.* Cœtum hominum dicendo tenere. Dimittere cœtum. Cœtus hominum jure ſociati.

Cogitate, bedachtſam. *Syn.* Meditato, conſulto. *Uſus.* Accurate, conſulto, cogitate ſcribere. V. *Prudens.*

Cogitatio, nis, f. Gedanken, Betrachtung. *Syn.* Mentis ſenſus, mentis agitatio, animi motus, animi ſenſus, reconditus ſenſus, intimus ſenſus, meditatio, commentatio, cura. *Epi.* Acerrima, atque attentiſſima, deformis, diuturna, multo difficilior, multo obſcurior, digniſſima virtutis alicujus, inanis, melior, multa, reliqua, ſumma, tacita. Cogitationes acerbæ, bonæ, certæ, intimæ, liberæ, malæ conſcientiæ atque animi, molliſſimæ. graves, poſteriores, ſapientiores, priſtinæ, quietæ, quotidianæ, tacitæ. *Phraſ.* 1. *Sermo tuus cogitationem mihi injecit,* deine Rede hat mich auf dieſe Gedanken gebracht. In eam me cogitationem induxit, adduxit; ad eam me cogitationem deduxit; ex ſermone tuo ſubiit animum cogitatio; injecta eſt animo cogitatio. 2. Cogitatione noſtra quidlibet effingere nobis poſſumus, man kann ſich alles in ſeinen Gedanken vorſtellen, und einbilden. 3. *Vulg. Imaginor.* Quidlibet mens noſtra cogitatione ſibi depingere poteſt; mundum totum cogitatione percurrere, amplecti poteſt. Concipere rerum imagines quaslibet animo poſſumus. Fingere animo, cogitatione depingere, adumbrare quidlibet poſſumus. Speciem rei quamlibet animo informare, cogitatione conſequi; animo comprehendere mens hu-

Digitized by Google

humana poteſt. 4. *Seriam tandem cogitationem ſus.ipe*, gedenke doch der Sache recht nach. Suscipe cogitationem & curam te dignam; imperti, quæſo, huic te cogitationi; pone in hac cogitatione tempus aliquod; verſetur in animo tuo hæc cogitatio. In ea re cogitationem omnem loca, defige. Adverte tandem animum, cogitationemque hominis ſobrii pauliſper ſuscipe; intende animum; mente animoque confidera; mentis cogitationes aliquando tandem huc converte; animadverte tandem diligentius; meditare attentius; confidera cum animo tuo; intento animo intuere; diligenter eam rem animo agita; in animo tracta & verſa. Refer ad animum; ante oculos tibi pone, propone, ſtatue, conſtitue; mentem huc intende tuam; mentis aciem in hoc contende. Ini tandem conſilia cum animo tuo, ſtudioſeque cogita; verſare in hujus meditatioee rei. Cogita etiam atque etiam, ac cum animo reputa. 5. *Cogitationem eam abjeci*, ich habe die en Gedanken fahren laſſen. Cogitationem alio averti, traduxi; avocavi animum a moleſta rei cogitatione cogitationem ab his moleſtiis; aberrat tandem animus a moleſta rei cogitatione, meque mihi eripui; libero tandem ac ſoluto ſum animo: & rei moleſtæ cogitatione vacuo. Nulla jam rerum moleſtiſſimarum cura vel ſolicitudo inſidet animo; ejeci animo eam cogitationem mentemque ac ſenſum avocavi. 6. *Hic erat cogitationum mearum ſcopus*, dieß war das Abſehen meiner Gedanken. Conſilium meum hoc erat; hoc ſpectavi, hoc volui, hoc ſecutus ſum; id tum egi; huc conſilia mea, huc cogitationes retuli; huc animum, huc mentem intendi; huc ſpectabat animus meus; huc mentem direxi & ſtudia; eo conſilia contuli; hoc animo agitabam; hic animo meo meisque conſiliis ſcopus fuit; hæc meta, quo intendebantur cogitationes meæ, hoc mihi propoſitum erat. 7. *Cogitationes meas explicare ſatis non poſſum.* Mentis conſilia, ſenſus intimos non eſt, ut poſſim verbis conſequi, ſermone exprimere; exprimendis animi ſenſibus omnis impar oratio eſt; verba deſunt, quibus animi mei ſenſa foras efferam. Mentem oratio non aſſequitur, non æquat. 8. *Cogitationibus diſtrahor variis.* Perturbatis cogitationibus ab inſtituto itinere mens deducitur; aberrat animus a re propoſita; aptæ ad rem propoſitam cogitationes diſſipantur; animus diverſa agitat, alienato a re propoſita ſirm animo; animus evagatur longius ac peregrinatur. *Uſus.* Cogitationes poſteriores plerumque ſunt ſapientiores. Quid in res tam viles cogitationem abjicis?

Cogito, as, avi, atum, are. gedenken, D *Cogito* prius eſt, poſterius *excogito*. *Syn.* Meditor, commentor, contemplor, mente contrecto, mente complector, animo agito, mente agito; mecum quæro; exiſtimo; in animo habeo, mihi in animo eſt, cogitationem rei alicujus habeo, omnem curam defigo in re aliqua, animo & cogitatione comprehendo; in aliqua re cogitationem pono, cogitationem in re defigo, memoriam meam ad rem aliquam excito; ratione animoque luſtro, ante oculos meos propono, ſpeciem alicujus rei cogitatione percipio mente & cogitatione verſor, cogitationem alicujus rei capio, ſuscipio. *Adv.* Cogitare acerbe de pernicie reip. acrius, accuratius, acutiſſime, altius, amabiliter, amantiſſime, aſtute, attentius, quid, bene aliquando, callide, crudeliter de exitio, crudeliſſime, diligenter, divine de rep. diu de aliquo, diutius, etiam atque etiam humaniter in aliquem, incondite, libidinoſe, longius, monſtroſe, multum ſecum, multum de aliquo, male, multum, neſarie de vita alicujus, obſcure omnino, optime de rep. plane parum, plurimum, præpoſtere, prudenter, ſæpe, ſæpenumero, ſalutariter, ſapienter de rep. ſenſim ſtulte, tantiſper de reo, timide de ſe valde, vere. *Phraſ.* 1. *Diu meum cogitavi*, ich habe es lange bey mir überlegt. In animo volutavi; reputavi ipſe mecum, cum animo meo. Acie mentis diſpexi omnia; omnia mente complexus ſum; circumſpectavi, obſervavi

Digitized by Google

avi omnia; omnia mente peragravi, animo me & cogitatione in omnes partes converti, diu in cogitatione versabar, omnia volvebam animo, omnia percurrebam. Diu multumque versabam animo; mente agitabam, tractabam, revolvebam. His cogitationibus diu intentus eram; diu mentem implicatam habebam. Diu deliberavi mecum; diu cum animo perquirebam. 2. *Nescio, quid facinoris cogitat*, er hat, ich weiß nicht, was für einen gefährlichen Anschlag. Majus in animo facinus est; nescio quod facinus molitur anima; nescio quid facinoris animo habet; magnum aliquid animo agitat; facinus, nescio quod, mente concepit; grandius aliquid animo parat; spes & ira tacitis sæpe cogitationibus volutat animum; oblata repente rei gerendæ opportunitas animum ad cogitationem facinoris a desperatione avertit; grande aliquid periculique plenum animus agitat; ad grandius aliquod facinus omni cogitatione fertur; animum intendit. Majus aliquid animo ac mente concipit. Amplectitur animo nescio quod majus facinus. 3. *Nihil nisi prælium cogitat*, er denkt nur auf die Schlacht. Una prælii imago oberrat oculis; arma tantum & acies & universa discriminis facies in oculis sunt; arma tantum & pugnam cum animo cogitat; secreta æstimatione pensat; arma animo, arma oculis obversantur assidue. Pugnæ faciem omnem præcipit; atque animo secum ante peragit; destinatam in prælio mentem habet, suspensus animo in prælii eventu, nullis aliis cogitationibus impediri potest. 4. *Cogitare cœpit de incertis fortunæ vicibus*, er hat die Unbeständigkeit des Glücks bey sich zu überlegen angefangen. Cogitatio incidit, injecta est de incertis fortunæ casibus; in mentem venit incertorum casuum; in eam cogitationem deductus est, venit, incidit, quam incertæ essent fortunæ vices; diem inter eam cogitationem absumpsit, quæ incertos fortunæ casus animo subjecerat. Ancipites fortunæ eventus assiduo tractabat animo, & noctes & dies cogitabat. Adjecit animum ad incertos fortunæ casus memoria repetendos. Institit reputare secum; his curis cogitationibus animum agitabat. has assidue cogitationes volvebat; reputabat cum animo suo, secumque retractabat, quam essent incertæ mortalium vices; existimare cœpit, quam instabiles essent fortunæ vices. 3. *Hinc inde cogito*, ich gedenke bald da, bald dort hinaus. Nunc in hanc, nunc in illam partem mente atque animo trahor, feror; animus diversa agitat; variæ cogitationes animum commovent; animus in diversas partes distrahitur. Non una cogitatio mentem agitat; verso me ad omnes cogitationes, aliud atque aliud, uti solet, cum prima damnamus, subjiciente animo. 6. *Cogito perpetuo de te*, ich gedenke allezeit an dich. Nunquam de te non cogito; nunquam mihi ex animo effluis, excidis, discedis. Meæ curæ omnes in te sunt. Te semper spectat animus meus. Meæ cogitationes ad te referuntur omnes. Nullum a me tempus prætermittitur de te, tuisque rebus cogitandi. In te tuisque rebus animus perpetuo est. Excubo animo tua tuarumque rerum causa. Meæ cogitationes in te tuisque rebus consumuntur omnes. Omnis mihi de te tuisque rebus cogitatio est. 7. *De tuis commodis assidue cogito*, ich bin jederzeit für dein Bestes sorgfältig. Toto animo de tuis commodis ornamentisque cogito; valde laboro de tuis commodis & ornamentis. Tuus mihi honor, res tuæ ac fortunæ vehementer mihi curæ sunt. Tuam utilitatem assidue specto. Hæret animo meo de tuis commodis assidua cogitatio. Siquid e re tua est, id maxime laboro. Tuæ rationes quid postulent, nunquam non attendo. Meas curas ad tuum commodum omnes confero. Animus meus in tua utilitate fixus & locatus est. In hoc omnem meam cogitationem figo; in eo totus sum; hoc unum spectat industria mea; versor in hoc studio totus; ea in re atque cura mens mea versatur tota, ut quæ in rem tuam, *vel* e re tua sunt, eorum tibi desit nihil. V. *Cogitatio, considero, memini*.

Digitized by Google

mini. *Usus.* 1. Dies noctesque cum animo meo cogito. 2. In Tusculanum, Romam cogito, ich gedenke nach Rom zu reisen. *Subintell. proficisci.*

Cognatio, nis, f. Verwandschaft. *Syn.* Conjunctio sanguinis, propinquitas. *Epi.* Amplissima, continuata, materna, naturalis, propinqua, propior, certiorque, proxima. *Usus.* Cupio, mihi tecum cognationem esse, cognatione tecum jungi, conjungi, te attingere. Quæ cognatio propior, quam patriæ? V. *Affinitas.*

Cognatus, a, um. befreundt, ähnlich. *Syn.* Sanguine conjunctus, propinquus. *Epi.* Voluntarius, nobilissimus, optime convenientes. *Phras. Ille cognatus meus est*, er ist mir befreundt. Propinqua me cognatione attingit, contingit; sanguine me contingit; genere mihi est proximus; arcta propinquitate mihi junctus est; sanguine mihi conjunctus est; cognatione stirpi meæ adnexus est; est mihi cum illo cognatio; cognationem habeo cum illo; necessitudine me attingit; cognatione mecum conjungitur; generis propinquitate, propinquitatis vinculo conjunctus est; eadem mecum cognatione tenetur. *Usus.* Nihil est tam cognatum mentibus humanis, quam numeri ac voces. V. *Affinis, propinquus.*

Cognitio, nis, f. Erkäntnis. *Syn.* Agnitio, intelligentia, notio, scientia. *Epi.* Divina, facilis, facilior, insita, magna, satis magna, magna atque ardua, magna ac difficilis, manca quodammodo atque inchoata, naturæ necessaria, persacilis, solivaga, jejuna, subtilior, summa rerum civilium, utilis, vulgaris. Cognitiones unitatæ perceptæque. *Usus.* 1. Ea res facilem habet cognitionem; in facili cognitione versatur, *facile cognosci potest*, diese Sache kann man leichtlich erkennen. 2. *Judicium*, gerichtliche Untersuchung. Cum dies cognitionis adesset. Orbis terræ cognitionem, quis uni sine consilio dederit? V. *Notio*

Cognitor, oris, m. Gerichtsbeysitzer. *Usus.* Alicui in litem suam cognitorem dare. Nemo ejus causæ cognitor esse voluit. *Vulg. Procurator judiciulis.*

Cognitus, a, um. bekannt. *Syn.* Spectatus, perceptus, compertus, judicatus. *Usus.* Homo virtute cognita, & spectata fide, ein Mann, dessen Tugend und Treue bekannt ist. In utraque fortuna cognitus. Nec injuria, nec beneficio mihi cognitus. Cognitum id, pervulgatum, compertum est. V. *Manifestus, Nosco.*

Cognomen, inis, n. Zuname. *Syn.* Cognomentum. *Epi.* Hæreditarium. *Usus.* Glorioſum cognomen alicui addere. Magni cognomen a facto egregio traxit, invenit, tulit, sibi sumpsit, sibi peperit, habuit, reportavit. V *Nomen.*

Cognomentum, i, n. Zuname. *Syn.* Cognomen,

Cognominatus, a, um. beygenannt. *Usus.* Verba cognominata, non vulgata.

Cognosco, is, novi, nitum, ere. erkennen. *Syn.* Nosco, agnosco, percipio, attendo, disco, non me latet, non me fugit, assequor, teneo, habeo, animadverto, cognitum habeo, intelligo, mihi notum est, perspectum, exploratum est, cerno, notitiam rei habeo, cognitionem rei capio. *Adv.* Cognoscere bene aliqnem, bene leges, institutа, breviter rem totam, commode consuetudinem, diligenter causas, verba, vim, naturam, explorate, facile majorum accurationem, libentissime ex litteris, maxime fidem, melius causam, optime, plane, penitus, prorsus non potuisse, quam primum, quam sæpissime, recte bonitatem, prudentiam, sensim, separatim de agro, sero, summatim, tarde. Cognosci facillime in partem optimam, modo, plene percipi. Cognitus bene, modo, diu, diligenter, facile, maxime, plane, penitus. *Phras. Animum tuum ex litteris tuis cognovi*, ich habe aus deinem Briefe erkennet, wie du gesinnet seyst. Consilia tua plane mihi nota sunt ex litteris tuis; qui sit sensus tuus, quæ consilia, probe novi, præclare intelligo, non me latet. Cognitum habeo ac perspectum animum tuum; teneo consilia tua, animum tuum, sen-

Digitized by Google

ſenſus tuos. Patent mihi ſenſus animi tui; conſiliorum tuorum nihil me fugit, latet, præterit. Mentis eas partes, quæ ab oculis remotæ ſunt, introſpexi perluſtravi, inſpexi penitus. Cerno oculis mentis tuæ conſilia; intimos animi receſſus detexere litteræ tuæ, aperuere, patefecere. Extat animus tuus illis in litteris; argumenta non dubia animi, voluntatis tuæ præbuere litteræ tuæ; animum, voluntatem. ſenſus tuos ac conſilia non dubiis indiciis illis ex litteris perſpexi; litteræ tuæ non dubiam ſignificationem dedere quis ſit animus, qui ſenſus tui, litteræ tuæ conſiliorum tuorum notionem in animo impreſſere; in cognitionem voluntatis tuæ adduxere; odoratus ſum facile tuis ex litteris, & quid cuperes & quid ſentires. Comprehendi animo conſilia tua, illis mihi litteris declarata; argumentis indiciisque non levibus pateſactus eſt mihi aditus, apertus, tuis litteris eſt introitus ad omnia intima animi tui conſilia ſine ullo errore perveniendi. V. *Intelligo*, *ſcio*, *noſco*, *notus*. *Uſus*. 1. Cognovi e tuis litteris. Jus civile cognovit, *calluit*. 2. *Cognoſco cauſam*, den Rechts-handel durchſuchen. Verres cauſam cognovit. Deſignavit, qui cauſam cognoſcerent, jus dicerent, de controverſiis, *vel* controverſia diſceptarent, jus adminiſtrarent. V. *Judico*.

Cogo, is, coëgi, coactum, ere. zwingen, nöthigen. *Syn.* Impello, adigo, vim facio, vim adhibeo, vim affero, neceſſitatem affero, neceſſitatem impuno, compello. *Adv.* Cogere celeriter in ſenatum, plane & imperare, quam celerrime pecuniam. *Phraſ. Coactus id feci*, ich habe dieſes gezwungen gethan. Tuo coactu atque efflagitatu hoc feci; imperio, metu, vi adductus feci; neceſſitate impulſus; vi metuque ſubactus eam rem ſuſcepi; expreſſa mihi neceſſitas eſt id agendi: impulſus coactusque hoc ſuſcepi; neceſſitate adactus ſum ad id agendum. Vis metusque me in eam neceſſitatem adduxit iſtud agendi; vis metusque ſubegit me ad neceſſitatem facinoris. *Uſus*. 1. Legis eſt perſuadere, non omnia vi & metu cogere. 1. *Congrego*, *colligo*, verſammeln, zuſammenruſen. Senatum, multitudinem hominum, armatos cogere, omnem militarem ætatem excire. Pecuniam e decimis; a civitatibus ſtipendia cogere. Aër cogitur in nubem. 3. *Concludo*, ſchließen. E tua argumentatione, quod volumus, efficitur, & cogitur. Aliud, quam cogebatur, infers. 4. *Coarcto*, in die Enge bringen. In anguſtum cogi. In ordinem cogere, eines Gewalt einſchränken. 5. *Appello*, anlanden. Naves in portum cogere. 6. *Condenſo*, dick machen. Lac cogere. V. *Violentus*, *Nolo*.

Cohærentia, æ, f. Vereinbarung. *Syn.* Compoſitio, conjunctio. *Uſus*. Siderum circuitus ad mundi, cohærentiam pertinet.

Cohæreo, es, hæſi, hæſum, ere. an einander hangen. *Syn.* Cohæreſco, conjungor.)(*Disjungor*. *Adv.* Apte, neceſſario, præclare, quam aptiſſime, vehementer *Phraſ. Virtutes omnes inter ſe cohærent*, alle Tugenden hangen aneinander. Mirabilis eſt virtutum contextus; omnes inter ſe aptæ, ſunt, nexæ & jugatæ. Eſt quædam admirabilis continuatio ſeriesque virtutum, ut aliæ ex aliis nexæ, omnes inter ſe aptæ colligatæque videantur; aptiſſime inter ſe implicatæ ſunt. Virtutum omnium ſocietas eſt arctiſſima; virtutes omnes arctiſſime copulantur. *Uſus*. Extrema cum primis aptiſſime cohærent. Mundus ita cohæret, ut diſſolvi nullo modo poſſit. Non cohæret tua ratio. V. *Hæreo*, *conjungo*.

Cohæres, edis, c. Miterbe.

Cohæreſco, is, ere. an einander hangen. *Syn.* Cohæreo. *Uſus*. Atomi inter ſe cohæreſcunt.

Cohibeo, es, ui, itum, ere. zäumen. *Syn.* Contineo, refreno. *Adv.* Ardentius aſſenſionem. *Phraſ. Cohibuit ſe ab alienis appetendis*, er hat ſich eingehalten, und nach fremdem Gute nicht getrachtet. Non revocavit ſe ipſe, ſed pæne refugit ab alienis appetendis; abſtinuit ſe, tenuit, continuit, repreſſit, manus abſtinuit ab alienis invadendis; nihil alieni usquam attigit; nonma-

Digitized by Google

manus ſolum, ſed oculos etiam abſtinentes habuit, moderatione magna & modeſtia eſt uſus; mediocritatem ſectatus, cupiditati ſuæ modum conſtituit; aſpirare ad alienas opes religio erat homini; cupiditati frenum continuo adhibuit, injecit. Nihil illis manibus ſanctius, atque ab omni cupiditate remotius; integras purasque atque ab omni cupiditate intactas manus habuit. V. *Comprimo, coerceo, tempero, moderor. Uſus.* Niſi Cæſar furentis impetus & conatus, furorem, importunitatem cohibuiſſet, actum erat de pulcherrima provincia. Iracundiam cohibere, animum vincere. Cohibere a rebus incertis aſſenſionem, **ungewiſſen Sachen nicht beyfallen.**

Cohibitio, onis, f. **Verbott.** *Syn.* Interdictum.

Cohoneſto, as, avi, atum, are. **ehren.** *Syn.* Honeſto, decoro, orno. *Uſus* Exequias cohoneſtare. Auctoritate ſua ac laude cohoneſtare aliquem. V. *Orno.*

Cohorreo, es, ui, ere. **erſchrecken.** *Syn.* Horreo, percellor. *Uſus.* Sudore, cum cohorruiſſem, in febrim incidi. Cohorrui ad id ſpectaculum. V. *Horreo.*

Cohors, tis, f. **ein Haufe Kriegsvolk.** *Syn* Militum manus. *Epi.* Auxiliaria, impura, invita, nobilis, præclara, prætoria, ſtudioſa alicujus, tota. *Uſus.* 1. Quot potuit, cohortes contraxit, conſcripſit, inſtruxit. Completas cohortes ſucceſſori tradidit. 2. *Transl. Caterva, multitudo varia hominum.* Conſerte hujus cohortem impuram cum illius comitatu ſanctiſſimo.

Cohorticula, æ, f. **ein Häufflein Volk.** *Syn.* Parva cohors.

Cohortatio, nis, f. **Ermahnung.** *Syn.* Hortatio, hortatus. *Epi.* Gravior, inanis, mirifica. *Uſus.* Incredibiliter me tua cohortatio commovit. incitavit, excitavit ad inquirendam veritatem.

Cohortor, aris, atus ſum, ari. **ermahnen.** *Syn.* Hortor, adhortor. *Adv.* Ardentius ad virtutem. *Uſus.* Te ſemper ad ſtudium virtutis ac ſummæ laudis cohortatus ſum. V. *Hortor, moneo.*

Coinquino, are, avi, atum, are. **beflecken.** *Syn.* Turpifico, commaculo. V. *Maculo.*

Coitio, nis, **Zuſammenkunft.** *Syn.* Societas, ſodalitas, arcana pactio & factioſa. *Epi* Silveſtris. *Uſus.* Coitionem facere; in candidatorum coitione interfui.

Colaphus, i, m. **Backenſtreich.** *Uſus.* Infligere, infringere, impingere, incutere colaphos, in os pugnos ingerere; pugnis onerare, obtundere, concidere; pugnis obſerere; incurſare pugnis; pugno percutere; pugnis conſcindere; pugno icere, **Backenſtreiche geben.**

Collabefio, is, fieri. **zerbrechen, ſcheitern.** *Uſus.* Naves perfracto roſtro totæ collabefactæ.

Collabor, eris, lapſus ſum. **zuſammenfallen.** *Syn.* Labor, corruo. *Uſus.* Ruina collabi. V. *Cado.*

Collacrimatio, nis, f. **das Mitweinen.** *Uſus.* Signa doloris vultu, voce, collacrimatione oſtendit.

Collacrimo, as, avi, atum, are. **mitweinen.** *Syn.* Lugeo. *Uſus.* Caſum meum toties collacrimavit.

Collatio, nis, f. **Vergleichung.** *Syn.* Comparatio, ſimilitudo. *Uſus.* Philoſophia ex rationum collatione conſtat. Quæ eſt in iſta collatione ſimilitudo? V. *Confero.*

Collato, as, avi, atum, are. **erweitern.** *Syn.* Dilato.)(*Coangusto. Uſus.* Oratio collatata & diffuſa. V. *Amplifico.*

Collaudatio, nis, f. **das Loben.** *Syn.* Laudatio. V. *Celebratio.*

Collaudo, as, avi, atum, are. **loben.** *Syn.* Comprobo, laudo. *Adv.* Indiſerte. *Uſus.* Clementiam Cæſaris diſerte collaudavit. V. *Celebro, laudo.*

Collecta, æ, f. **Sammlung, Steuer.** *Syn.* Pecunia a multis colligi ſolita, ut a convivis & aliis. *Uſus.* Collectam a conviva exigere.

Collectio, nis, f. **Zuſammenſammlung.** *Syn* Congregatio. *Uſus* Forum collectio diſperſa celeritatem inſequendi retardavit.

Collectitius, a, um. **geſammelt.** *Syn.* Recens collectus, tumultuarius. *Uſus.* Cum tirone & collectitio exercitu ſigna contulit

Collega, æ, m. **Mitgeſell** *Syn.* Qui ejusdem cum altero officii eſt & poteſtatis. *Epi.* Cuſtos & vindex cu-

Digitized by Google

cupiditatis, cupidus provinciæ, immanis & impurus, non indiſertus, perhonorificus in aliquem & partium ſtudioſus, ac defenſor bonorum, ſtudioſus alicujus. *Uſus.* Habuit collegam in prætura Sophoclem.

Collegium, ii, n. **Verſammlung.** *Syn.* Conventus, ſodalitas, cœtus, ut *Sacerdotum, opificum &c. Epi.* Ampliſſimum, decemvirale, deſperatum, frequens, maximum, prætorium, totum. Collegia innumerabilia, nova, vetera. *Uſus.* Pontificum, tribunorum, ſacerdotum, ampliſſimum collegium. Aliquem in collegium adoptare, cooptare. Nullum concilium, ſocietas, conſilium commune, collegium ſupereſt.

Collibet, collibuit, collibitum eſt, **gefallen.** *Syn.* Libet. *Uſus.* Simul ac mihi collibitum fuerit, adero. V. *Libet.*

Collido, is, liſi, liſum, ere. **zerknirſchen.** *Syn.* Frango, contero. *Uſus.* Humor facile comprimi ac collidi poteſt.

Colligatio, nis, f. **Zuſammenbindung.** *Syn.* Vinculum, connexio. *Epi.* Arctior, naturalis. *Uſus.* Colligationem omnium cauſarum animo perſpicere. Arctior colligatio eſt propinquorum. V. *Necto.*

Colligo, as, avi, atum, are. **zuſammenbinden.** *Syn.* Necto, connecto, conſtringo, ligo, vincio.)(*Diſſolvo. Uſus.* Corpora naturalibus vinculis colligata. Colligatæ inter ſe & aptæ virtutes; virtutes cognatione quadam inter ſe continentur. V. *Cohæreo, necto.*

Colligo, is, egi, ectum, ere. **ſammeln.** *Syn.* Cogo, congrego, in unum conjicio cumulum, in unum redigo. *Adv.* Colligere acute crimina, aliquando ſe, amice, benevole, breviter, commodius animo, copioſe ſententias, diligentius, divinitus omnia, eleganter, exquiſitius, facete, memoriter, modice benevolentiam, præclare, propemodum rhetorice ſententias, ridicule, ſingulatim ac diu, tenuiter argumenta voluntatis, undique, omnes copias, undique omnes perditos. *Phraſ.* 1. *Quantum potuit hominum, collegit*, er hat einen großen Haufen Volks zuſammengebracht. Magnam ex agreſtibus manum effecit; magnam hominum multitudinem coegit, contraxit, in unum locum compulit, ad belli ſocietatem convocavit, ex agris oppidisque congregavit; manum fecit, copias paravit non contemnendas; omnem ætatem militarem excivit; lecta armatorum manus & ad ſigna convocata. 2. *Collegi me tandem ex pavore*, ich habe mich endlich wieder erholet. Reſpiravi, recreavi me a præteritis moleſtiis, recepi me ex illo terrore; animos collegi tantæ rei cogitatione confuſos; collegi me tandem, & rationi & conſilio locum dedi; redii tandem ad me; animum a timore recepi; animus mihi rediit; animum ex mœrore reſeci; animum tandem ad me advocavi. Abduxi a mœrore animum; a moleſtiis avocavi animum & cogitationem. V. *Reſpiro. Uſus.* 1. Exercitum ex agris collegi. Argumenta multa in unum collegi. Res undique collectæ & comportatæ; lecti fructus, ſpolia, flores. 2. *Aucupor, acquiro, comparo*, verſchaffen, erlangen. Benevolentiam civium aſſentatione; ex labore magno gratiam & dignitatem colligere. Eo facto invidiam ſibi collegit. 3. *Animum reſumo*, ſich erholen. Tu te collige. Quid eſt autem ſeipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes rurſus in ſuum locum cogere. 4. *Concludo.*, ſchließen. Ex eo colligere potes, quam te amem. Hinc bene colligitur; recte conficitur &c. 5. *Vaſa colligere*, einpacken, aufbrechen.

Collineo, as, avi, atum, are. **abzielen, den Zweck treffen** *Syn.* Dirigo, propoſitum aſſequor. *Vulgo:* *Scopum tango, album tango. Uſus.* Collinees, oportet, quo propoſitum aſſequaris. Quis tota die jaculans, non aliquando collineat? collineare haſtam aliquo, vel ſagittam.

Collis, is, m. **Hügel.** *Syn.* Mons, clivus. *Epi.* Colles excelſi, nitidiſſimi, viridiſſimi, deſerti. *Phraſ.* Editus in ſaltu collis, aditu arduus impedito agmini, expeditio haud difficilis, ein hoher Hügel. Collis in modum metæ, in acutum cacumen a fundo ſatis lato faſtigiatus; collis leniter ab infimo acclivis; collis ex omni parte circum-

Digitized by Google

cumcisus; tumulus paulo editior; collis clementer & molliter assurgens; intercisus vallibus collis leniter editus. V. *Mons.*

Collocatio, nis, f. **Stellung.** *Syn.* Dispositio. *Usus.* Collocationis est componere & sternere verba, ut ne asper eorum concursus, ne hiulcus, sed quasi coagmentatus sit. 2. Collocatio filiæ, **die Ausstattung.**

Colloco, as, avi, atum, are. **an einen Ort legen.** *Syn.* Loco, dispono, pono, statuo, accommodo. *Adv.* Aptissime inter se, bene, bene pretia apud aliquem & munera, diligenter res electas, diligenter verba, longe se tab, melius pecuniam, mirifice, palam se in vita meretricia, penitus legiones in hibernis, propalam signa, recte, uspiam in solicitudinem. *Usus.* 1. Domicilium in aliquo loco; suo quidvis loco collocare. Legiones in cervicibus nostris collocavit. In tuto eum collocavi. Insidias alicui collocare. 2. *Cum fructu aliquid impendo, aut secus.* Beneficium bene apud hunc hominem collocabis. Male apud illum beneficium collocasti. 3. *Nuptum do filiam*, **verheyrathen.** Collocare alicui filiam, in matrimonium filiam collocare. V. *Nubo.*

Collocutio, nis, f. **Gespräch.** *Syn.* Colloquium, sermo. *Epi.* Familiarissima cum aliquo. *Usus.* In familiarem collocutionem venire cum aliquo.

Colloquium, ii, n **Gespräch.** *Syn.* Collocutio, sermo, congressus, dialogus, sermonis communicatio. *Epi.* Non incommodum, clandestinum. *Usus.* Rerum leviorum colloquia. Hostium duces ad colloquium evocavit. Venere illi in congressum & colloquium. Clandestina cum hostibus colloquia habere, facere. Colloquium amicorum absentium; *litteræ*, **Brief.** V. *Alloquor.*

Colloquor, eris, locutus sum, loqui. **mit einander reden.** *Syn.* Cum aliquo sermonem habeo, *vel* confero; communico, colloquium facio. *Adv.* Postremum cum aliquo, quam saepissime per litteras, secreto. *Phras. Velim sæpissime tecum colloqui*, ich möchte oft mit dir reden. Verbis agere, tollere in colloquium tecum venire persæpe cuperem; nihil malim, quam tecum frequentissime sermonem sociare, conferre, multum sermonis invicem consumere; jucundum mihi esset, verba inter nos commeare; sermones cædere, orationem tecum habere; sermones conferere. Velim tecum congredi sæpissime; colloquionem habere; colloquia serere, confabulari, conferre; volupe esset horas quam plurimas suavissimo sermone consumere. In collocutionem venire tecum opto, aditum sermonis habere cuperem; nihil exoptatius evenire posset, quam si loquendi tecum, si sermonis copiam & potestatem faceres ampliſſimam. Velim loquendi mihi locum dares frequentissime. Utinam mihi aditus esset ad te sæpissime; sermonis communicatione, quæ tecum mihi esse solet suavissima, ægerrime careo. Jungeres, utinam! misceres sermones mecum sæpius! Vereor, ne me a congressione frequentiori prohibeas. Utinam frequentius inter nos fieret sermonis commercium! *Usus.* Velim sæpissime mecum per litteras colloquare, **schreiben.** Inter nos colloquimur de eo negotio. V. *Sermo, loquor.*

Colluceo, es, luxi, ere **scheinen.** *Syn.* Luceo. *Adv.* Late, longe. *Usus.* Omnia tuis furtis collucent. Fulgore auri collucet & illustratur templum. Mare a sole collucet. V. *Luceo.*

Colludo, is, lusi, lusum, ere. **kurzweilen, sich heimlich mit einem andern verstehen.** *Syn.* Cum aliquo ludo; clandestina consilia cum altero confero. *Usus.* Cum hoste collusisse compertus est.

Collum, i, n. **Hals.** *Syn.* Cervicl subjecta pars; cervix, cervices. *Epi.* Procerum & tenue. *Usus* In collum alicui invadere, **um den Hals fallen.** Homini collum in laqueum inferenti subveni, **ich bin einem zu Hülfe gekommen, der sich henken wollte.** Collo & cervicibus sustinere poenam temeritatis, **seine Vermessenheit mit dem Kopf bezahlen.** Collum hominis secuit, **er hat ihm den Kopf abgeschlagen.** Collum, jugulum pro tua salute præbui,

Digitized by Google

bul, seinen Kopf für einen andern aufsetzen.

Collusio, nis, f. heimliches Verständniß. *Syn.* Dissimulatio in rebus agendis, tacita conspiratio. *Usus.* Hominum nequissima collusio V. *Conjuratio.*

Collusor, oris, m. Mitspieler. *Usus.* Compransores & collusores alicujus. Consessor & collusor.

Collustro, as, avi, atum, are, besichtigen. *Syn.* Aspicio, illumino. *Usus.* Pictura collustrata. Sol omnia clarissima luce collustrat. Cum omnia oculis collustrarem. V. *Orno.*

Colluvies, ei, f. Unflath *Syn.* Sordes, fæces, concursus sordium. *Usus.* Nempe in illa perditorum hominum colluvie regnabis?

Colluvio, nis, f. Zusammenfluß. *Syn.* Colluvies. *Usus.* Ille ex omnium scelerum colluvione natus. Discede ex hac turba & colluvione.

Collybus, i, m. Wechsel. *Syn.* Fœnus illud, quod pro permutatione pecuniæ argentariis solvitur. *Usus.* Collybus esse qui potest, cum utantur uno genere nummorum?

Collyrium, ii, n. Augensalbe. *Syn.* Medicamentum oculorum.

Colo, is, colui, cultum, ere. ehren. *Syn.* Observo, veneror, amo, diligo, honorem alicui habeo, aliquem præcipuo in honore habeo.)(*negligo. Adv.* Calere æque atque observanter, æque jus, assidue, castissime Deos, commodius inter se, maxime, unumquemque mirifice, omnino prædia, pie, privatim, religiose, religiosissime templum, sancte necessitudinem, sanctissime amicitiam, sanctissime sacra, auspicia, cerimonias, studiose agros, suavissime aliquem. Coli castissime, frequentissime partem urbis, vehementius studia. Colendi Dii & retinendi. *Usus.* 1. Me ille mirifice coluit & amavit. Diligentissime, suavissime me colit. Memoriam tui beneficii colam benevolentia sempiterna. Aliquem patris loco summa observantia colere. V. *Honoro.* 2. *Diis tribuitur & sacris*, von göttlichen oder heiligen Dingen. Venerari & colere aliquem Deorum numero. DEUM auguste, sancte, pie; templa pie sancteque colere. Religiones Deorum sanctissime colere. 3. *Studium in aliqua re pono.* Virtutem, litterarum studia, leges colere. Amicitiam, officium, fidem, jus & justum colere. V. *Virtutem colo, justitiam colo.* 4. *Habito*, bewohnen. Terram, urbem, domum aliquam colere. 5. *Excolo*, anbauen Agros, prædia, rem rusticam egregiè colit; cultum, culturam adhibet; agros exercet; glebam subigit, *vel* terram; terram mollito & subacto gremio frugiferam reddit; terram ferro subjicit. V. *Agricultura.*

Colonia, æ, f. das Leben, Pflanzstadt. *Syn.* Populus ex urbe, aut regione alio abductus, & translatus. *Epi.* Fidelissima, fortissimaque, inprimis firma, illustris, splendidissima, florens, florentissima, nova. *Usus.* Aliquos in coloniam constituere, collocare Deducere novas colonias Lustrare, reficere veteres colonias

Colonus, i, m. Bauersmann. *Syn.* Agricultor, agricola. *Epi.* Frugalissimus, modestissimus, optimus, parcissimus; coloni honestissimi, novi. *Usus.* Coloni & aratores populi Romani. Colonis agros assignare. colonos deducere.

Color oris, m. Farbe. *Syn.* Pigmentum. *Epi.* Albus, decorus, egregius, pristinus, servilis, suavis, succo illitus, sanguine diffusus. Colores clari dispares, pauci. *Usus.* 1. Formæ dignitas coloris bonitate tuenda est. Color defluit, die Farbe schießt ab. 2. *Transl.* Urbanitatis quidam color. Oratio quasi colore & succo quodam ornatur Orationis ornamenta & lumina totidem velut colores sunt, quibus oratio se distinguit. 3. *Colorem assumere*, eine Farbe annehmen. Colorem ducit, trahit, combibit.

Coloro, as, avi, atum, are. färben, anstreichen. *Syn.* Tingo, colorem induco, colore imbuo, inficio. *Usus.* Arcus e nubibus coloratus, ein Regenbogen. Oratio ipsa se colorat, & roborat.

Columba, æ, f. eine Taube. *Usus.* Plumæ versicolores columbis.

Columbinus, a, um. das von Tauben ist. *Usus.* Pullus columbinus.

Columella, æ, f. kleine Säule. *Syn.* Parva columna. *Epi.* Eminens.

Co-

Digitized by Google

Columen, inis, n. **Stütze**, **Pfeiler**. *Syn.* Fulcrum, princeps. *Usus.* Columen reipublicæ, amicorum, familiæ.

Columna, æ, f. **Säule**. *Epi.* Aurea, excelsa, altior, execrata, nova, solida, summa. Columnæ æneæ, antiquæ, marmoreæ, rectæ, politæ. *Usus.* Columnæ rectæ & ad perpendiculum exactæ.

Columnarium, ii, n. **Steuer, die auf die Zahl der Säulen eines Hauses geschlagen wurde.** *Syn.* Tributum, quod in singulas columnas domum sustentantes exigebatur. *Usus.* Vide, ne columnarium debeamus. *Hinc praefecti seu coactores hujus tributi dicti sunt* Columnarii.

Colus, us, *vel* i, **Spinnrocken.** *Syn.* Bacilli, ex quibus pensa trahuntur. *Usus.* Cum colo & lana.

Coma, æ, f. **das Haar.** *Syn* Capillus, cæsaries. *Epi.* Calamistrata, intonsa, madens. *Usus.* Coma calamistrata, unguentis delibuta, unguento madens.

Comatus, a, um. **langhaarig.** *Usus.* Galliam comatam remitto.

Combibo, is, bibi, bitum, ere. **trinken.** *Syn.* Bibo, haurio. *Usus.* Infici debet his artibus puer, quas si combiberit, ad majora erit paratior. Colorem combibit lana, **die Wolle nimmt die Farbe an.**

Combibo, onis, m. **Saufbruder.** *Syn.* Compotor.

Comburo, is, ussi, ustum, ere. **verbrennen.** *Syn.* Uro, cremo, inflammo, incendo, exuro. *Phras. Domus combusta est*, **das Haus ist verbrannt.** Domus repentino incendio deflagravit, conflagravit; igne absumpta, concrementa est; in cineres redacta, igne denusta est; incendio deleta, consecta est; incendio hausta, consumpta est; resedit in cineres. Domus repentino incendio exarsit. & ad cineres rediit; in cineres redacta est. V. *Ardeo, concremo, incendium, incendo, Flamma. Usus.* Vivus combustus est; cadaver infelicibus lignis semiustulatum.

Comedo, is, edi, esum, *vel* estum, ere. esse. *Syn.* Edo, cibum capio, cibum sumo. *Phras. Comede sobrie*, **iß mäßig.** Tantum cibi potionisque adhibeatur, ut reficiantur vires, non opprimantur. Cibi potionisque desiderio naturali, non voluptate modus finiatur. Cibo famem depelle, non ventrem distendito. Firmandæ cibo vires, non onerandæ. Accumbe, cœna, epulare, vescere apparate & opipare, dum cibus adversus famem fit, non ad voluptatem inflammandam. V. *Abstinentia. Usus*, 1. Muscæ te comedent. 2. *Prodigo, rapio*, **verschwenden, wegnehmen.** Rem suam familiarem omnem comedit, devoravit. Ego te jacente tua bona comedam? Quis tuos nummos comedit? V. *Edo, cibum capio.*

Comes, itis, g. c. **Reißgefährte.** *Syn.* Sectator, assectator, assecla, socius, deductor. *Epi.* Carus atque jucundus, idoneus, importunissimus; mercenarius, mirificus, non molestus. Comites extremi, nequissimi, veteres. *Usus.* Fuisti mihi comes atque socius honoris & calamitatis. Comitem se alicui præbere, adjungere. Comes furoris. Voluptatum extrema comes est saltatio.

Comessabundus, a, um. **prassend.** *Usus.* Temulento cum agmine comessabundus incessit. V. *Vorax.*

Commessatio, nis, f. **Schlemmerey.** *Syn.* Intempestivum convivium, præsertim nocturnum. *Usus.* Totus ille Antonianæ comessationis chorus. V. *Convivium, gula, bibo.*

Comessator, oris, m. **Schlemmer.** *Syn.* Intempestivis conviviis indulgens, abdomini natus.

Comessor, aris, atus, sum, ari. **prassen, schlemmen.** *Syn.* Intempestivis conviviis indulgeo. *Phras.* Intempestivis conviviis dies pariter noctesque consumo; liberalius vino ciboque corpus onero; ventrem cibo potuque distendo. Omnem mihi in cibo modum, omne judicium, omnem prope rationem gula eripit; mihi vivere turbinari est. Quotidiana agito convivia. V. *Gula.*

Cometes, æ, m. **Komet.** *Syn.* Stella crinita; crinita siderum flamma; ardentes cœlo faces. *Adv.* Cometæ tremuli, magnarum calamitatum prænuntii. *Usus.* Cometæ magnarum calamitatum prænuntii.

Wagner.

Digitized by Google

Comice, komiſch. *Syn.* More comico. *Uſus.* Tragica comice tractat.

Comicus, i, m. der Komödien ſpieler. *Uſus.* Comicus ex artificio comico ſpectatur.

Cominus, in der Nähe. *Syn.* Propius, de propinquo loco.)(*Eminus. Uſus.* Cum hoſte cominus pugnare. Cominus accedito.

Comis, e. höflich, leutſelig. *Syn.* Humanus, ſuavis, commodus. facilis, benignus, comitate præditus, præcellens.)(*Inhumanus. Phraſ. Comis una & gravis*, er iſt zugleich höflich und ernſthaft. Comitatem cum gravitate conjungit; gravitatem comitate condit; gravitati comitatem aſpergit. *Uſus.* Lælio quis comior, modeſtior, ſimplicior? Comis erga omnes. V. *Humanus, urbanus, condimentum.*

Comitas, tis, f. Höflichkeit. *Syn.* Facilitas, benignitas.)(*Severitas, gravitas. Epi.* Jucunda, multa, ſingularis, ſumma. *Uſus.* Comitas affabilitasque ſermonis, maxime conciliat animos hominum. In illo ſumma gravitas cum ſumma comitate conjungitur. V. *Comis, humanitas, facilis.*

Comitatus, us, m. Geſellſchaft. *Syn.* Comitum multitudo, cœtus, numerus, chorus, caterva. *Epi.* Familiaris, improbiſſimus flagitioſiſſimusque, maximus ornatiſſimusque, muliebris & delicatus ancillarum puerorumque, multus magnusque, optimus beatiſſimusque, pulcherrimus, regius, turpiſſimus. *Phraſ. Comitatum habet amplum*, er hat eine große Geleitſchaft mit ſich. Ingens circumfuſa turba ejus lateri eſt; comitatu ſeptus, vallatus, ſtipatus ingenti eſt; ingenti clientum corona cinctus eſt; ſeptus corona militum eſt; multi eum deducunt, aſſectantur; multi ſe comites adjungunt; lateri adhærent. V. *Comitor. Uſus.* Legatus cum magno comitatu ingrediebatur. Regem cum toto comitatu hoſpitio recepit.

Comiter, höflich. *Syn.* Humaniter, humane, benigne. *Uſus.* Salutare benigne, comiter appellare ſingulos.

Comitia, orum, n. Landtag. *Syn.* Conventus populi, commune conſilium omnium ordinum ad creandos magiſtratus, ferendas leges & alia cum populo agenda. *Uſus.* Conſul edicit comitia, habet, gerit, obit; differuntur, extrahuntur comitia; ſæpe largitione inquinantur, corrumpuntur.

Comitialis, e. zu dem Landtage gehörig. *Syn.* Ad comitia pertinens. *Uſus.* 1. Menſis, dies comitialis. 2. Morbus comitialis, hinfallende Krankheit.

Comitium, ii, n. der Ort, da man Landtag hält. *Syn.* Locus, in quo comitia habentur. *Uſus.* Comitium armatis obſidere.

Comitor, aris, atus ſum, ari. begleiten. *Syn.* Aſſector, ſector, deduco. *Phraſ.* 1. *In omni fortuna te comitabor*, ich werde dich im Glücke und Unglücke begleiten. Me tibi comitem adjungam, præbebo; in omni fortuna tibi comes ero; hærebo tibi; hærebo lateri tuo; tibi affixus ero; a te a latere tuo non discedam, non divellar. Semper, nunquam non, in omni tempore ac loco aſſiduus tecum ero; numquam abs te ſejungar; non diſcrediar; non recedam abs te, nulla me res abs te avellet, amovebit; ſejunget, disjunget abjunget. 2. *Honoris cauſa me comitatus eſt*, er hat mich Ehren halber nach Hauſe begleitet. Redeuntem deduxit; comitem ſe mihi dedit; comitatu ſuo me honeſtavit. inter deductores meos fuit; cum laudibus ac favore me domum proſecutus eſt. V. *Socius, Societas, coharreo.*

Commaculo, as, avi, atum, are. beſudeln. *Syn.* Maculo, turpifico, fœdo. *Uſus.* Ambitu, avaritia ſe commaculare. V. *Macula. labes.*

Commeatus, us m. ſicheres Geleit, Proviant. *Syn.* Cibaria ad alendam multitudinem aliquam. *Epi.* Publicus & privatus. *Uſus.* 1. Amici, ſocii annonam & commeatum parabunt, mittent, ſubvehent, devehent, portabunt, ſupportabunt; commeatus copiam ſubminiſtrabunt. Commeatum recipiemus, commeatu abundabimus. Niſi hoſtis commeatu nos prohibeat; commeatus intercludat, intercipiat; a commeatu nos intercludat. V. *Annona.* 2. *Tempus facultasque eundi, redeundi, remeandi, alicui præſcripta*, Commeatum

Digitized by Google

tum dare, sumere, einen freyen Paß geben, nehmen. Ad diem commeatus non venit.

Commeditor, aris, atus sum, ari. fleißig betrachten. *Syn.* Meditor, verso. V. *Cogito*, *meditor*.

Commemini, minisse. eingedenk seyn. *Syn.* Memini.

Commemorabilis, e. denkwürdig. *Syn.* Memorabilis. *Usus.* Vir commemorabili pietate ac virtute præditus. V. *Memorabilis*.

Commemoratio, nis, f. Erwähnung. *Syn.* Mentio, recordatio. *Epi.* Assidua, illustrior, multa, necessaria, splendidior, supervacanea. *Usus* Me commemoratio posteritatis ad spem immortalitatis rapit. Totus est in commemoratione tuæ virtutis. V. *Mentio*.

Commemoro, as, avi, atum, are. erzählen. *Syn* Memoro, dico, memini, fero, narro, alicujus rei memoriam usurpo, crebris usurpo sermonibus, laudo. *Adv.* Breviter, creberrime, libentius laudes, planius, vere. *Usus.* Commemorare breviter. Quid tota die egerim, vesperi commemoro. Omnes de virtute tua commemorant. De te omnium celebratione commemoratum. V. *Memor*, *narro*.

Commendatio, nis, f. Empfehlung, Lob. *Epi.* Accurata, communis hominum, & inter homines, naturalis, diligens, diligentissima, dulcissima, gravissima, magna libertatis, major, non modo humana, sed etiam divina, obscura & incerta, perpetua, singularis, non vulgaris. *Usus.* 1. Effice, ut meam [illegible] profuisse sibi sentiat. 2. *Laus*, *celebratio*, *comprobatio*, Lob, Ruhm Magna est in vulgus opinio de te, magna commendatio. Liber iste commendatione non eget. Per se cognitus vir [illegible]ndatione majorum. [illegible] sibi commen[illegible]it. V. *Laus*, [illegible]

[illegible], um. zur Förder[illegible]. *Usus.* Litteræ commendatitiæ.

Commendatrix, icis, f. die da anpreiset. *Usus.* Lex est emendatrix vitiorum, commendatrix virtutum.

Commendo, as, avi, atum, are. anbefehlen. *Syn.* Fidei alicujus committo; in alicujus fide & religione depono; fidei alicujus trado; in fidem alicujus trado; alicujus fidei mando; permitto in fidem alicujus; alicujus virtuti, fidei, felicitati confido; alicui in fidem & custodiam concredo; alicujus tutelæ subjicio; in tutelam trado; in alicujus fide repono, colloco. *Phras.* 1. *Commendo tibi hunc magnopere*, ich will dir diesen aufs beste anbefohlen haben. Sic tibi eum commendo, ut majore cura, studio, solicitudine animi commendare non possim. Commendo tibi eum non vulgariter, sed ita prorsus, ut quos diligentissime, valdeque ex animo soleo. Eum tibi commendo ea commendatione, quæ potest esse maxima. Sic tibi eum commendo, ut neque majore studio quenquam, neque justioribus de causis commendare possim. Maximopere, ut mea & tua dignum amicitia, tibi commendo. Vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione, quam maximas, quam plurimum, quam sæpissime gratias agat. Si me tanti facis, quanti & ipse æstimat, & ego sentio, cures, quam primum intelligam, hanc meam commendationem tantum illi utilitatis attulisse, quantum & ipse speravit, nec ego dubitarim. Gratissimum mihi feceris, si huic commendationi meæ tantum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum; si eum, quibuscunque rebus honeste, ac pro tua dignitate poteris, juveris atque ornaveris. Cura, quæso, ut is intelligat, hanc meam commendationem maximo sibi apud te adjumento fuisse. Hanc commendationem, quam his litteris consignari volui, scito, esse omnium gravissimam. Eum si tibi commendo verbis iis, quibus, cum diligentissime agimus, uti solemus, vix tamen studio meo satisfecisse mihi videor. Quanti apud te sum, tantum valere apud te commendationem meam, effice, ut intelligam. Genere commendationis mirificp, planeque quod sit ex intimo depromptum animo, usum me putato. Si ulla mea apud te commendatio valuit, hæc ut valeat, rogo. Velim, tibi persuadeas, nihil me majori studio a te pete-

Digitized by Google

petere, nihil mihi gratius facere te posse, quam si omnibus tuis opibus, omni studio eum juveris. Velim, eum omnibus tuis officiis, atque omni liberalitate tueare. Velim, eum quam liberalissime complectare. Velim, eum quam honorificentissime pro tua humanitate, & quam liberalissime tractes Peto a te majorem in modum, vel tuæ humanitatis, vel mea causa, ut eum auctoritate tua, quæ plurimum valet, conservatum velis. Ita a te peto, ut majori studio, magisque ex animo petere non possim, ut omne genus liberalitatis, quod & ab humanitate, & potestate tua proficisci potest, non modo re, sed etiam verbis, vultu denique ipso exprimas. Peto a te majorem in modum, ut ei omnibus in rebus, quantum tua dignitas fidesque patietur, commodes. Majorem in modum a te peto, ut cum omnes meos, eque ac tuos observare pro nostra necessitudine debeas, hunc imprimis ita in fidem tuam reciplas, ut ipse intelligat, nullam rem sibi majori usui, aut ornamento, quam meam commendationem esse potuisse. Vehementer mihi gratum erit, si eum humanitate tua, quæ est singularis, complexus fueris. Eum, si me diligis, eo numero cura ut habeas, quo me ipsum; commendo eum tibi de meliore nota. 2. *Commendavi me tibi dudum*, ich habe mich längst dir anbefohlen. In fidem tuam me dudum contuli; me tibi commisi, & tuæ tradidi fidei; in tutelam & patrocinium tuum me dudum contuli; me, resque meas tuæ fidei dudum permisi, mandavi; tuæ me tutelæ dudum commendavi & subieci. Dotum hominem tibi traditum de manu, ut ajunt, in manum habes, tu modo fac tuearis, ut tua fides postulabit; habes hominem mandatum fidei tuæ ac in tutelam traditum. Dudum me tuæ fidei credidi. 3. *Commendabo negotium DEO in precibus*, ich werde diese Sache GOtt im Gebethe anbefehlen. De ea re consulam per preces Deum. Divinæ mentis consilium precibus explorabo. Negotii successum a Deo suppliciter exorabo. Ad explicandas ejus rei difficultates divinum præsidium implorabo. Cœleste numen in spem felicis successus deprecabor. *Usus.* 1. Filios suos diis immortalibus; tutelæ populi Romani commendavit. Salutem suam, rem familiarem fidei alicujus tradere, & commendare. Religiones, & sacra sacerdotibus commendantur. 2. *Laudo, comprobo, laudando extollo, & confirmo*, loben, anrühmen. Eloquentiam vocis suavitas commendat. Cura formam commendat. Nihil eum præter simulatam tristitiam commendat. 3. *Mando.* Aliquid litterarum monumentis, memoriæ; nomen suum & famam immortalitati; se fugæ commendare. V. *Committo.*

Commentariolum, i, n. kleines Register, oder Auszug. *Syn.* Libellus.

Commentarium, ii, n. *vel.* Commentarii, orum, m. Verzeichnißbuch. *Syn.* Liber ad subsidium memoriæ comparatus, in quo rerum & negotiorum capita notantur. *Epi.* Paullo plenius, plurima. *Usus.* Referre aliquid in commentarium suum. *Vulg. Registrare.* Cæsar scripsit, confecit commentarios rerum suarum. Rerum urbanarum, Pontificum commentarii.

Commentatio, nis, f. das Schreiben über ein Buch, Betrachtung. *Syn.* Meditatio, cogitatio. *Epi.* Domestica, multa, plurima. *Usus.* Accuratæ & meditatæ commentationes multi sudoris sunt. Tantum potest exercitatio, meditatio, consuetudo. Commentationibus quotidianis se exerceat. In commentationibus multum operæ ponit. Orator locos suos multa commentatione paratos habeat, oportet, & expeditos. V. *Mediter, cogito, considero, cogitatio.*

Commentitius, a, um, erdichtet. *Syn.* Fictus.)(*verus. Usus.* Novum, commentitium, & futile crimen.

Commentor, aris, atus sum, ari, erfinden, bedenken. *Syn.* Meditor, cogito, considero, mecum conficio; *item*: commentariis illustro, explano, explico, expono locum scriptoris. *Usus.* 1. Aliquid secum de re aliqua meditatur & commentatur. Orationem commentari, *componere.* 2. *Disputo*, sich

Digitized by Google

sich unterreden. Commentandi inter se, & disputandi causa convenere. Cum litteratis omnibus quotidie commentatur. V. *Meditor*, *Cogito*, *Meus*.

Commentum, i, n. Erdichtung. *Syn.* Res ficta, excogitatio, inventio. *Usus.* Opinionum commenta delet dies, erdichtete Meynungen haben keinen Bestand. Commenta sua & scripta memorabat.

Commeo, as, avi, atum, are, gehen. *Syn.* Venio, redeo, coëo. *Adv.* Viciffim, retro, undique. *Usus.* Crebro illius litteræ ad nos commeant. Tabellarius, navis ad insulas commeat. Animus per omnem rerum naturam commeat.

Commercium, ii, n Handel, Gemeinschaft. *Syn.* Usus, familiaritas, consuetudo. *Usus.* Voluptas nullum habet cum virtute commercium. Mihi cum illo nullius rei commercium est, ich habe mit ihm nichts zu thun. Nullius mihi rei cum illo est communitas; ne minima quidem societate mihi conjungitur. V *Mercor.*

Commereo, es, ui, itum, ere, verdienen. *Syn.* Mereor. *Usus.* Quid de me commeruisti? V. *Mereor.*

Commetior, iris, mensus sum, iri. messen. *Syn.* Metior. *Usus.* Oportet tempus cum negotio commetiri. V. *Metior.*

Commigro, as, avi, atum, are. wohin ziehen. *Syn.* Migro, domicilium muto, eo, redeo. *Usus.* In alium domum commigrat. V. *Migro*

Commilito, onis, m. Spießgesell. *Syn.* In bello socius. *Usus.* Cæsar milites suos commilitones appellabat.

Comminatio, nis, f. Drohung. *Syn.* Minatio. *Usus.* Ne comminationibus quidem movetur. V. *Minor.*

Comminiscor, eris, mentus sum, nisci. ausdenken. *Syn.* Fingo, excogito. *Usus.* Ne putes eum tantum scelus comminisci. V. *Excogito*, *fingo*, *commentor.*

Comminuo, is, ui, utum, ere. vermindern, zerbrechen. *Syn.* Minuo, frango, deturbo, affligo, elfipo. *Usus.* Hostem comminuere, den Feind schwächen. Spiritus alicujus, arrogantiam, audaciam frangere & comminuere. Opes luxu; vires ingenii desidia; rem familiarem convivando comminuit, pessumdedit.

Commiscéo, es, scui, mixtum, *vel* mistum, ere. vermischen. *Syn.* Misceo, permisceo. *Usus.* Nunquam sapientia cum temeritate commiscetur. Animum meum cum tuo commiscui, *vulg.* *una, nimes sumus*, wir sind ein Herz, und eine Seele. Consilium meum cum tuo; res meas cum tuis commiscui. V. *Misceo.*

Commiseratio, nis, f. Mitleiden. *Syn.* Miseratio, misericordia. *Usus.* Commiserationem brevem esse oportet. V. *Misericordia*, *commiseror.*

Commiseror, aris, atus sum, ari. Mitleiden haben. *Syn.* Miseror, miseratione afficior, miserationem verbis, gestu exprimo. *Vulg.* *Condoleo.* *Phras.* *Commiseror fortunam tuam*, ich bedaure dein Unglück. Casu tuo vehementer commoveor; doleo vicem tuam; in tanto dolore tuo prope pari molestia afficior; casum tuum vehemeeter miseror; doloris ejus, qui te excruciat, particeps sum tecum; vicem tuam prope æque doleo, ac tu. Animi dolorem prope eundem adhibeo; societas pæne ægritudinis mihi tecum est. Dolorem, quem ex tuo casu cepi, declarare verbis non possum; ad aspectum casus tui lacrimas tenere non potui; misericordia moveri, commoveri, capi me sensi; casus ille tuus mentem meam miseratione permovit; percussit animum meum vehementer fortunæ tuæ iniquitas. Miseret me tui; tua causa vehementer doleo; commiseratione tangor afflictæ fortunæ tuæ; dolorem ex acerbitate casus tui capio gravissimum; moleste graviterque fero casum tuum; excruciat me, tangit mentem meam propter naturæ cognationem atque consensum ærumna tua; tua non minus, ac mea calamitate angor, crucior, affligor, vexor; solicitor infelici illo fato tuo, & dolorem acerbissimum haurio; doleo dolore tuo, angoribus angor, infortunio tuo non tu magis, ac ego miser sum; par utriusque, communis, idem utriusque in tuo infortunio dolor est; tua me torquent infortunia, tuis uror malis;

Digitized by Google

tuæ me miseriæ miserrimum faciunt; dolor meus ex tuo dolore pendet; est mihi acerbus inprimis tristissimus casus tuus; socius ægritudinis sum, particeps mœroris tui. V. *Doleo*, *miserer*. *Usus*. Num conqueri & commiserari non licet?

Commissio, nis, f. das Zusammenlassen zweyer Kämpfer *Syn*. Exhibitio plurium inter se concertantium. *Usus*. Commissio ludorum.

Commissum, i, n. eine begangene That. *Syn*. Factum, facinus, delictum. *Epi*. Audacius, sacrum. *Usus*. Enuntiare commissa, prodere conscios. Audax commissum & facinus.

Commissura, æ, f. Zusammenfügung. *Syn*. Junctura. *Epi*. Aptæ ad stabilitatem, & ad artus firmandos accommodatæ, mirabiles, molles digitorum. *Usus*. Ossium ac digitorum commissuræ.

Committo, is, misi, missum, ere. begehen, zusammenthun, übergeben. *Syn*. Admitto, patro, perpetro, pecco; *item*: patior, concredo, conjungo. *Phras*. 1. *Commisit magnum flagitium*, er hat ein großes Laster begangen. Magnum admisit in se facinus; magnum in se scelus concepit; sequius admisit aliquid; immani se scelere obstrinxit, adstrinxit; summum dedecus, nefarium scelus admisit; detestabile facinus suscepit; nefaria se culpa devinxit; immane flagitium conscivit. V. *Pecco*, *peccatum*. 2. *Committo tibi hoc negotium*, ich übergebe dir die Sorge, dieses Geschäfft auszuführen. Id tibi negotii do; fidei tuæ eam rem concredo; curæ tuæ id negotii credo; legare tibi hoc negotium constitui; rerum omnium in eo negotio curam tibi demando, credo; tuæ fidei, ac potestati, hoc, quidquid est negotii, commendo; omnem tibi rem ac causam tuæ prudentiæ tractandam trado, relinquo, transcribo; ejus rei gerendæ provinciam tibi, *vel* ad te delego. 3. *Quod tibi commisi*, *diligenter exequere*, verrichte fleißig, was ich dir anbefohlen habe. Quod tibi munus imposui, quæ mandata dedi, quod negotium dedi, quod tibi mandavi; mandatum honoribus tuis volui; quod fidei tuæ, prudentiæque permisi; quam tibi mandavi provinciam, diligenter perfice, confice. *Usus*. 2. Ingens flagitium, scelus, facinus; multa in Deos, multa in leges commisit. 2. *Patior*, *probo*, zugeben, zulassen. Non committam, ut tuis desim consiliis. Committendum non putavi, quin &c. 3. *Mando*, *credo*, *trado*, *do*, sich begeben. Se itineri, fortunæ, discrimini, fidei alterius, in aciem, in discrimen committere. Hiemi se, & fluctibus committere. Aliquid litteris, alicui negotium committere. 4. *Facio*, *ineo*, halten, anfangen. Prælium committere cum hoste. 5. *Vulg*. *Confisco*; als verfallen einziehen. Hæreditas templo Veneris commissa. Bona commissa, *ad fiscum redeuntia*; mulcta commissa. 6. *Jungo*, zusammenfügen. Duas inter se tabulas committere. Manus committere. 7. *Concitare unum adversus alterum*, einen wider den andern aufhetzen. Unum cum altero committere; duos inter se committere.

Commode, füglich. *Syn*. Bene, recte, commodum.)(*incommode*. *Phras*. Scribe, si commode potes; quod commodo tuo fiat; ex opportunitate; ex utriusque commodo scribes; cum erit commodum; cum se dabit, offeret rei opportunitas, commoditas; cum tempus, ratioque postulabit.

Commoditas, tis, f. Gelegenheit, Gemächlichkeit. *Syn*. Opportunitas; utilitas. *Epi*. Idonea ad aliquid faciendum, imitatrix prava virtutis, magna. Commoditates externæ, multæ, primæ, & maximæ, tantæ. *Usus*. Amicitia plurimas habet, continet commoditates. Ista ad vitæ commoditatem, & jucunditatem plurimum faciunt. Commoditatis omnes articulos teneo, ich weiß alle und jede Gelegenheit. V. *Opportunitas*.

Commodo, as, avi, atum, are. leihen, dienen. *Syn*. Accommodo, utendum do; *item*: gratificor, profum. *Usus*. 1. Ædes alicui, aurum, aurum commodare. Hæc a virtute donata, cætera a fortuna commodata videntur. 2. *Aliquem juvo*, *inservio*, *benigne facio*, *commo-*

Digitized by Google

modo fum Tibi ego omnibus in rebus libentiſſime commodabo. V. *Opitulor*, *gratificor*, *auxilium*, *adjumentum*.

Commodum, zu rechter Zeit. *Syn.* Opportune, ſatis in tempore. *Uſus.* Commodum in urbe eram, ich war gleich dazumal in der Stadt. Commodum ad me venit.

Commodum, i, n. Nutze. *Syn.* Utilitas, bonum, emolumentum. *Epi.* Commune, magnum, majus, maximum, non mediocre, privatum ſenatorium. Commoda communia, domeſtica, externa, majora, minima, multa, non paria, parva, aut mediocria, plurima, provincialia, aut urbana, publica, tanta, terrena. *Cæſ.* 2. *Suum tantum commodum quærit*, er ſuchet nur ſeinen Nutzen. Omnia ad ſuam tantum utilitatem refert; utilitatem ſuam omnibus in rebus ſpectat, ſequitur; rebus cunctis anteferт; rerum omnium antiquiſſimam habet; primam ducit; omnes articulos commoditatis ſuæ captat; nullius rei, præterquam commodi ſui rationem habet, ducit; ſuo ubique obſequitur animo; ſuis tantum conſulit commodis; id unum ſpectat, unde multa in ſe congruant commoda; quid e re ſit; quid in rem ſuam faciat; quid rebus ſuis expediat; quid ſibi emolumento ſit; omnia ſua cauſa facit; commodi ſui, ac privatarum rationum impendio ſtudioſus eſt; commodis ſuis ſervit unice. 2. *Commoda noſtra ubique impedit*, er verhindert unſern Nutzen aller Orten. Commoda noſtra oppugnat, labefactat ubique, commodis noſtris obſtat, officit, adverſatur ubique. 3. *Ea res magna illi commoda comparavit*, dieſe Sache hat ihm einen groſſen Nutzen verſchafft. Multas illi utilitates importavit, multa creavit commoda; multis cum commodis auxit, locupletavit; multa commoda attulit; ejus commodis egregie ſervivit, conſuluit; ex ea re non pauca illi commoda enata ſunt; non pauca ille commoda cepit, adeptus eſt; ex ea re multa illi commoda fluxerunt, manaverunt; ea res multis eum commodis affecit. Ex ea re fructum tulit, meſſuit, cepit non contemnendum, emolumenta collegit, percepit, reportavit nec levia, nec pauca. Ea res non parvo fuit emolumento. V. *Utilitas*. *Uſus.* Commodis frui. Alienis ſervire commodis. Quod commodo reipublicæ fiat.

Commodus, a, um. nützlich. *Syn.* Opportunus, utilis)(*incommodus*. *Uſus.* 1. Commodior via; tempus commodius. Res noſtræ ſatis ſunt commodæ. 2. *Facilis*, leutſelig. Homo commodis moribus. Catone nemo commodior, moderatior fuit.

Commonefacio, is, feci, factum, ere. erinnern. *Syn.* Commoneo, admoneo. *Uſus.* Aliquem etiam atque etiam de re commonefacere. V. *Moneo*.

Commoneo, es, ui, itum, ere. erinnern. *Syn.* Admoneo. V. *Moneo*.

Commonitio, nis, i. Erinnerung. *Syn.* Admonitio.

Commonſtro, as, avi, atum, are. zeigen. *Syn.* Indico, oſtendo. *Uſus.* Viam commonſtrare, digitum ad fontes intendere. V. *Oſtendo*.

Commoratio, nis, f. Verweilung. *Syn.* Mora. *Epi.* Diuturnior, urbana. *Uſus.* Illa villæ amœnitas diuturnioris commorationis eſt, non diverſorii. V. *Mora*.

Commoror, aris, atus ſum, ari, ſtehen, verweilen. *Syn.* Maneo, ſubſiſto, conſiſto. *Uſus.* 1. Diem unum, triduum apud te commorabor diutius. Verſare rem eandem, hærere & commorari in eadem ſententia. 2. *Moror*, aufhalten. Commorari aliquem. V. *Moror*.

Commotio, nis, f. Bewegung. *Syn.* Motio, motus, perturbatio. *Epi.* Suaves, contrariæ, vitioſæ. *Uſus.* Temperantia moderatrix omnium commotionum. V. *Motio*.

Commotiuncula, æ, f. kleine Bewegung. *Syn.* Febricula. *Uſus.* Tuis commotiunculis valde afficior.

Commotus, a, um. erregt, aufgebracht. *Syn.* Perturbatus, affectus. *Uſus.* Homo commotior paulo ſtomachari primum cœpit. Libidine aut ira commotus.

Commoveo, es, vi, motum, ere. bewegen. *Syn.* Moveo, perturbo, afficio, excito, concito, commuto, invito. *Adv.* Acerrime ſenſus, aliquantum, facilius conqueſtione, graviter, gravius rebus, incredibiliter, leviter, maxime

Digitized by Google

auctoritate, maxime, voce magnopere, mediocriter, non minime, parumper mentes, prorsus recte ac merito, sane, sane quam, similiter atque, tantulum, temere se alicunde, valde, valde commendatione, vehementer amorem multitudinis, vehementer animum, vehementer litteris, vehementer oratione, vehementer miseria. *Usus.* 1. Ea re tumultum maximum ac tantum non bellum, odium certe, iram, invidiam, suspiciones commovit, excitavit. Miseritis alienis & querelis facile animo commoveor. Ea res bilem aliis, aliis misericordiam commovit; certe multorum studia, expectationem magnam concitavit. 2. *Locum muto, proficiscor*, **weggehen.** Ne te inde commoveas. V. *Moveo, causa.*

Communicatio, nis, f. **Mittheilung, Unterredung.** *Epi.* Suavissima sermonis, summa cum aliquo, intermissa. *Usus.* Suavissima mihi tecum est sermonis, utilitatum, studiorum communicatio, societas & conjunctio. V. *Societas.*

Communico, as, avi, atum, are. **mittheilen.** *Syn.* Confero, credo, refero, participo. *Adv.* Audacter, cum aliquo, benignissime furta cum, coram; inter se, una familiarissime. *Phras.* 1. *Consilia tua mecum communica*; **mache mir zu wissen, wie du gesinnet seyst.** Confer mecum tua consilia; participem me consiliorum tuorum facito, consilia tua ad me defer; me expertem consiliorum tuorum amicum habe fidissimum Fac me certiorem de consiliis tuis; fac, ut de rebus consiliisque tuis cognoscam, intelligam, imaginem rerum tuarum, cogitationumque tuarum ostende aliquam, quis animus, quis sensus sit, quæ tua consilia, me edoce. 2. *Prædam tecum communicabo*, **ich werde dir von dem Raube mittheilen.** Prædæ mecum particeps eris; partem capies prædæ; communis erit inter nos præda; non mihi magis, quam tibi; non minus tibi, ac mihi; tibi pariter, ac mihi, æque utriusque nostrum hæc præda erit. Utemur communi jure, æquo jure, pari potestate hostium spoliis; juris tibi tantum, quantum ipsi mihi, erit in prædam; prædam mecum communem habebis; in partem te spoliorum vocabo, ut periculi ita prædæ nobis communio erit; in communionem prædæ venias; in commune conferam, quidquid est prædæ; promiscuus nobis erit prædæ usus. V. *Particeps, participo. Usus.* 1. Multa familiarissime inter se communicare. Utinam mihi homo sit, quicum omnia mea communicem. 2. *Partior, impertior, divido*, **mit einem theilen.** Cum amicis res adversas, commoda, gloriam, honores, laudem, pericula communicas. V. *Communis, communio.*

Communio, nis, f. **Gemeinschaft** *Syn.* Communitas, consociatio. *Usus.* Litterarum, vocum, conjugiorum, legum, juris, sanguinis communione junguntur homines. Ego fortunas meas in communionem temporum tuorum contuli. V. *Communitas, societas.*

Communio sacra, **Genießung des allerheiligsten Leibes Christi.** *Phras.* 1. *Sacram communionem dare*, **die heil. Communion reichen.** Cœleste convivium populo præbere; divina dape pascere; cœleste epulum impertire; mensæ divinæ convivam aliquem adhibere; reficere cœlesti epulo; sacrosancto Christi corpore pascere; ad mensæ divinæ communionem admittere. 2. *Sacram communionem accipere*, **die heil. Communion empfangen.** Sacrosancto Christi corpore, divino epulo vesci, pasci; epulo cœlesti accumbere; cœlesti dape refici; cœlesti pane sese pascere & communire; cœlesti mensæ accumbere; cœlestibus epulis refici; Christi corpus suscipere; ad divina mysteria accedere; cœlestis agni epulis, divino pane recreari; cœlestis epuli sacræ mensæ convivam esse. V. *Eucharistia.* 3. *Communio generalis*, **Generalcommunion.** Cœtus populi ad cœleste epulum celebrandum. Divinum epulum frequenti populo divisum. Conventus populi ad participandum sacrosanctum Christi corpus. Sacrum convivium frequenti populo datum.

Communio, is, ivi, itum, ire. **befestigen.** *Syn.* Munio. *Usus.* Jus pa-

Digitized by Google

parum communitum. Auctoritas aulæ communita. V. *Munio.*

Communitio, nis, f. **Befeſtigung.** *Uſus.* Aditus ad cauſam, & communitio.

Communis, c. **gemein.** R. *a* κοινὸς. *Syn.* Conjunctus. *Phraſ.* 1. *Amicorum omnia ſunt communia*, **gute Freunde haben alle das Ihrige ins gemein.** Omnia ſunt amicis cum neceſſariis ſuis conſociata; ſuntem ſuam cum amicorum felicitate miſcent. Honorum ac commodorum communio quædam inter amicos eſt; ut vitæ, ita fortunæ quædam communitas, ſocietas, conſociatio eſt; amici omnia communiter poſſident. 2. *Commune hoc vitium eſt*, **das iſt ein gemeines Laſter.** Hoc vitium omnium animos occupat ac tenet; latiſſime patet hoc vitium; in omnium animos irrepſit, ubique gentium viget, regnat, dominatur; nusquam non eſt hoc vitium; infecti ſunt omnes hoc vitio, & irretiti; orbem terrarum eſt complexum hoc vitium; pauci ſunt hoc vitio intacti, hujus vitii expertes; a paucis abeſt hoc vitium; in plerorumque mortalium animis inſedit, ac inveteravit hoc vitium; quem mihi dabitis hujus vitii contagione non aſperſum? 3. *Commune hoc malum erit omnibus*, **dieſes Uebel wird über alle kommen.** Omnibus hoc impendet malum, omnibus minatur; miſerrime cum omnibus atque infeliciter agetur; expers malorum nemo erit; vexabit omnes eadem calamitas; pari omnes calamitate prementur; omnes manet, omnibus imminet ea calamitas; communis, eadem, par, conſimilis erit omnium fortuna. Miſeriis his nemo vacabit; urgebit omnes pertinax malum; vis ea malorum, ac tempeſtas communis erit omnium. Nemo non communi hoc incendio deflagrabit. 4. *Communia ſunt & vulgaria, quæ affers*, **was du erzählſt, iſt ſchon etwas gemeines.** Omnia poſita ſunt ante oculos; collocata in uſu quotidiano; in congreſſione hominum, atque in foro decantata; iſta poſita ſunt ante pedes; fita ante oculos; in medio fita, obſoleta; de medio ſumpta; audita, pervulgata, percelebrata & contrita ſermonibus, quæ affers; pervagata res eſt, in propatulo poſita, quam affers. *Uſus.* Erat hoc ſtudium commune toti Græciæ. Scelera tibi cum illo communia ſunt. Dolorem & laudem tecum mihi communem eſſe volui. V. *Particeps.* 2. *Vulgaris, contritus, pervulgatus de medio ſumptus, late patens*, **gemeinſam, bekannt.** Communis vita & vulgaris hominum conſuetudo. Communis omnium ſenſus, pervagata opinio. Præcepta communia & contrita. De communibus & pervulgatis rebus loqui. V. *Conſuetudo communis, opinio communis.*

Commune, is, n. **gemeines Weſen.** *Syn.* Respublica, civitas, univerſitas, collegium. *Uſus.* Commune Siciliæ, vexatum eſt atrociter. Ex noſtro aliquid in commune contulimus.

Communitas, tis, f. **Gemeinſchaft.** *Syn.* Communio, ſocietas. *Epi.* Apta naturæ, civilis, humana, immanis, magna, naturalis. *Uſus.* Quæ nobis cum iſto gloriatore conditionis communitas eſſe poteſt? Homines ad ſocietatem communitatemque humanæ vitæ naſcuntur. Natura ad civilem communitatem conjuncti ac conſociati ſumus. A communitate disjuncti videbimur.

Communiter, **gemeinſam.** *Syn.* Promiſcue.)(*Proprie, ſeparatim. Uſus.* Res cum aliis communiter geſtæ; communiter alias tibi Arpinates commendavi, nunc peculiariter Cajum. Aliquid cum allo communiter poſſidere. Communiter inter nos conſulemus, **wir werden uns miteinander berathſchlagen.** V. *Simul. Communiter hoc fit, vulgare eſt*, **es geſchieht gemeiniglich.** *Latine*: Plerumque fit, contingit fere. V. *Fere.*

Commurmuror, aris, atus ſum, ari. **murmeln.** *Uſus.* Neſcio, quid ſecum commurmuratus eſt.

Commutabilis, e, **veränderlich.** *Syn.* Mutabilis, inconſtans. *Uſus.* Aſſentatoris animus varius, commutabilis, multiplex. V. *Varius.*

Commutatio, nis, f. **Aenderung.** *Syn.* Mutatio, converſio, viciſſitudo. *Epi.* Miſera, varia. Commutationes annuæ, aptæ ad matu-

Digitized by Google

ritatem frugum, & ad temperationem, civiles. *Usus.* Brevi tempore magna fit morum voluntatumque commutatio.

Commuto, as, avi, atum, are. **verändern.** *Syn.* Muto, converto, commutationem affero. *Usus.* Maline hoc nihil est, si Religionem pecunia, jura omnia cum quæstu, leve compendium fraude maxima commutent? Vitam morte commutavit. Commutavit se animo. Fabulam, sententiam, ordinem commutare. V. *Muto.*

Como, is, compsi, comptum, ere. **schmücken.** * *Syn.* Orno, compono. *Usus.* Mulleres dum comuntur, annus est. V. *Orno.*

Comœdia, æ, f. **Lustspiel.** *Syn.* Fabula, comicorum ars. *Epi.* Antiqua, vetus. *Usus.* Quo genere jocandi eleganti, urbano, ingenioso, faceto Plautus & antiqua comœdia referta est.

Comœdus, i, m. **Schauspieler.** *Usus.* Sæpe comœdum in tragœdiis placere vidimus.

Compactio, nis, **feste und geschickte Zusammenfügung** *Syn.* Coagmentatio. *Usus.* Compactione membrorum valida.

Compacto, **mit Fleiß, abgeredter Weise.** *Syn.* Consulto, ex compositio. *Usus.* Non committendum, ut compacto prohibiti videamur.

Compactus, a, um. **wohl zusammengefügt.** *Syn.* Coagmentatus, compositus, vinctus.

Compages, is, f. **Fuge, Verbindung** *Syn.* Commissura, vincula. *Usus.* Dum sumus in compagibus corporis.

Compar, aris, *g. o.* **gleich.** *Syn.* Par.

Comparabilis, e, **das zu vergleichen ist.** *Syn.* Quod habet comparationem.)(*Dissimilis. Usus.* Comparabile est, quod in diversis rebus similem aliquam rationem continet.

Comparate, **vergleichungsweise.** *Syn.* Cum comparatione. *Vulg. Comparative, relative, respective. Usus.* Cum quæritur, quid res sit, quæritur aut simpliciter, aut comparate.

Comparatio, onis, f. **Vergleichung.** *Syn* Collatio, contentio, similitudo, compensatio. *Epi.* Æqualis, brevis, facilis, necessaria, utilis. *Usus.* 1. Duorum inter se bonorum comparationem facere. Duplicem lætitiam percepi in comparatione difficilem, utra major esset. Si contentio quædam & comparatio fiat. 2. *Apparatus, præparatio, cautio,* **Zubereitung, Zurüstung.** Totum tempus in comparatione novi belli posuit. Nihil de mea comparatione diminuo. Comparationem criminis adornare, invenire. V. *Comparo.*

Comparativus, a, um. **womit man etwas vergleichet.** *Usus.* Oportebit ipsam illam comparativam judicationem exponere

Compareo, es, ui, ere. **erscheinen.** *Syn.* Videor, adsum, palam sum. *Vulg. Sisto me. Phras. Coram Prætore comparuit,* **er ist vor dem Gerichte erschienen.** Prætoris vultum audacter subiit & vadimonium obivit; dicta die, ad constitutam diem in judicium venit, prætori copiam sui fecit; ostendere atque offerre os suum judicibus nihil dubitavit, die dicta in conspectum prætoris prodiit; in conspectum se dedit; in conspectu judicum fuit; in jus adiit. *Usus.* 1. Comparere in illa multitudine bonorum. Pompejus nusquam comparet, **ist nirgends zu finden.** 2. *Appareo,* **scheinen.** Ita a fortuna deformata, ut tamen a natura inchoata compareant. V. *Appareo.*

Comparo, as, avi, atum, are. **bereiten, erwerben, vergleichen.** *Syn.* Paro, præparo, *item:* acquiro, confero. *Adv.* Copiose pastum, diligenter argumenta argumentis, diligenter ex copia, diligentissime ducem, idonea animum ad, improbissime quæstum, prædam, in perpetuum præsidium, inique aliquem cum aliquo, insicite, large, pastum, occulte milites, magnifice convivium, magnopere, studiose tabulas pictas, studiosius supellectilem. *Phras. Nemo tibi comparari potest,* **es ist dir keiner zu vergleichen.** Nemo se tibi ulla arte contulerit; nemo in contentionem adduci, venire tecum potest; tecum conferri nemo potest; contendere tecum nemo potest. Quæ contentio, comparatio te inter & alios esse potest? quis par esse tibi

Digitized by Google

poteſt? quis præſtantem illam tuam indolem, quis doctrinæ ſtudia moresque adæquare poſſit? quis aſpirare ad pervulgatam virtutis tuæ laudem inſanus audeat? quis exæquari ſe tecum cupiat? V. *Æquiparo. Uſus.* 1. Convivium, inſidias comparare, Ad iter ſe comparat. 2. *Acquiro*, überkommen. Labore ſuo & induſtria ſupellectilem. Laudem, virtutem, amicitias, auxilia, delectationem ſibi comparare. V. *Acquiro.* 3. *Confero, compono, comparationem, contentionem facio*, vergleichen, einen Vergleich anſtellen. Quæſo, hominem cum homine, tempus cum tempore compara, gegen einander halten. Ætatem filiorum comparare. Similitudines comparare. 4. *Ordino, conſtituo*, beſtellen. More majorum, legibus, natura comparatum eſt, ut &c. Ita comparati natura, *vel* a natura ſumus. Ita comparata eſt vitæ naturæque noſtræ ratio, ut &c. Ita comparaverunt majores noſtri, ut &c.

Compaſco, is, pavi, paſtum, ere. miteinander weiden. *Uſus.* Jus eſt compaſcere.

Compaſcuus, a, um. zur gemeinen Weide gehörig. *Uſus.* Ubi ager compaſcuus eſt, jus eſt compaſcere.

Compedes, um. f. Band, Feſſel. *Syn.* Soleæ ligneæ, quibus pedes captivorum conſtringi ſolent. *Uſus.* Compedes alicui imponere, indere, induere, impingere. In compedibus cuſtodire, habere, retinere aliquem. V. *Carcer, captivus.*

Compellatio, nis, f. Anrede. *Syn.* Appellatio. *Epi.* Crebræ, vel potius quotidianæ, præclaræ in laudatione. *Uſus.* Edicto Ciceronem compellavit, cum ipſe quotidianas compellationes non ferens urbe abiret.

Compello, as, avi, atum. are. anreden. *Syn.* Appello, nomine alloquor. *Adv.* Nominatim, viciſſim aliquem. *Uſus.* 1. Amice, honore magno, nominatim me compellavit. 2. *In judicium voco*, vor Gericht fodern. Lege, edicto aliquem apud populum compellare. V. *Voco, appello.*

Compello, is, puli, pulſum, ere. zuſammentreiben. *Syn.* Cogo, congrego, impello.)(*Diſpello. Uſus.* Aliquem ad mortem, ad graves anguſtias compellere. Diſperſos in unum locum compellere. V. *Cogo, pello.*

Compendiarius, a, um. das nächſte, kürzeſte. *Syn.* Brevis. *Uſus.* Eſt hæc brevis & compendiaria via ad gloriam. Notis compendiariis uti. *Vulgo: Abbreviare*, abkürzen.

Compendium, ii, n. kurzer Begriff, Gewinn. *Syn.* Utilitas, quæſtus, lucrum, *puta* viæ, pecuniæ, operæ, temporis.)(*Dispendium. Uſus.* Nihil agit compendii ſui cauſa. Mercatores in quæſtu & compendio verſantur. Avaritia & egeſtas multos ad turpe compendium commovet. Magnum compendium facere. V. *Lucrum, quæſtus, utilis.*

Compenſatio, nis, f. Vergeltung. *Syn.* Comparatio, præmium, merces, remuneratio. *Uſus.* Vitæ incommoda ſapiens commodorum compenſatione lenit. Compenſatione uti.

Compenſo, as, avi, atum, are. vergelten. *Syn.* Comparo, remunero, repono, exæquo, aſſequor. *Phraſ.* 1. *Tua merita compenſare non potero*, ich werde deine Verdienſte nicht vergelten können. Nullam tuorum meritorum partem aſſequar; nulla mihi eſt ſatis digna tot officiorum remuneratio; nunquam ſatis cumulate officium reddam; nullis officiis tuam humanitatem exæquabo; tuam voluntatem non ſatis ex æquo remetiar; nunquam te dignam gratiam referam; nunquam pro meritis tuis ſatis dignam vicem reddam, referam; in reddenda meritorum vice par pari nunquam referetur. Nunquam pro meritis in me tuis mutuæ tantum voluntatis a me tribuetur, ut non plura tibi debeam. Officia tua nunquam paribus officiis æquabo, remunerabo; nunquam tuis in me meritis ſatisfaciam, reſpondebo, nunquam omnino tibi, quantum debeo, a me ſolvetur. Nunquam non modo referenda, ſed ne cogitanda quidem gratia tua in me promerita conſequar. Nunquam ſatis dignum officii ac benevolentiæ fructum a me feres. 2. *Quod*

Digitized by Google

a fortuna damnum accepisti, virtus compensabit. **dein Unglück wird die Tugend ersetzen** Resarciet virtus, quod a fortuna damnum retulisti, quibus a calamitatibus implicavit fortuna, iis te virtus expediet. Medebitur iis malis virtus, quibus te afflixit fortuna. Ut acerbam fortunam sensisti. ita dulcem ac suavem virtutem experieris. Quantum detrimenti, incommodi, calamitatis, malorum a fortuna retulisti, tantos a virtute, atque adeo majores fructus capies, percipies, feres, colliges; præteritam fortunæ culpam virtus cumulate redimet; quod a fortuna deminutum est, virtus industria facile exæquabit; fortunæ dispendia virtus sarciet facile, & compensabit. V. *Reddo, remuneror. Usus.* Maximis laboribus compensatur discendi voluptas. Auditorum patientiam brevitate, ingenii tarditatem virtute, socordiam fide compensare. Precibus compensatur pecunia.

Comperendinatus, us, m. **Aufschub auf einen andern Gerichtstag.** *Usus.* Adimere alicui comperendinatum.

Comperendino, as, avi, atum, are. **Frist geben, aufschieben.** *Syn.* Amplio, profero, procrastino, differo, amplius pronuntio. *Usus.* Reus comperendinatus. V. *Amplio.*

Comperio, is, peri, pertum, ire. **erfahren.** *Syn.* Deprehendo, certi aliquid reperio, compertum habeo *Adv.* Manifesto pestem capitis sui, manifesto indicia mortis, maxime. *Usus.* Eam rem, de ea re certis auctoribus, manifestis indiciis, oculorum testimonio comperi. V. *Consto, certus.*

Compertus, a, um. **erfahren.** *Syn.* Certus, cognitus, exploratus. *Usus,* Facinus manifesto deprehensum & compertum. Nihil comperti aut cogniti habemus. V. *Certus, manifestus, consto, publico.*

Compesco, is, scui, ere. **einhalten, zähmen.** *Syn.* Coërceo, cohibeo, frango. *Poës.* Audaciam ejus compescuit, **er hat seine Frechheit gezähmet.** Præferocis animi conatus compressit; petulantiam, furorem fregit; repressit, debilitavit feroces impetus; ferociam contudit; exultanti licentiæ frenum injecit; vim ac impetum cohibuit. V. *Coërceo, cohibeo, contineo, abstineo. Usus.* Iram, dolorem, gemitus, lacrimas, linguam, famem compescere.

Competitor, oris, m. **Mitwerber um eine Stelle.** *Syn.* Qui cum alio in petitione concurrit. *Epi.* Certus, liberalis, nobilis, pares suffragiis, peregrini, urbani. *Usus.* Cum petitore certamen est, honoris & dignitatis. V. *Æmulus, rivalis.*

Compilatio, nis, f. **Beraubung.** *Syn.* Furtum, fraus.

Compilo, as, avi, atum, are. **rauben.** *Syn.* Diripio, spolio, furor, exhaurio. *Adv.* Apertissime provincias, ostiatim oppidum. *Usus.* Æraria exhaurire, templa, urbem, rempublicam compilare. V. *Furor, Pro* congero exempla &c. *barbarum est.*

Compingo, is, pegi, pactum, ere. **zusammenfügen, drucken, packen.** *Syn.* Constringo, coarcto. *Usus.* Servi in pistrinum, carcerem, vincula compinguntur. Homo e luto & sanguine; scelere & ignorantia compactus.

Compita, orum, n. **Wegscheide, Kreuzweg.** *Usus.* In triviis & compitis actionati.

Complaceo, es, ui, itum, ere. **belieben, wohlgefallen.** *Syn.* Placeo. *Usus.* Si Deo complacitum est.

Complano, as, avi, atum, are. **eben machen.** *Usus.* Complanare domum, solo æquare, **ein Haus niederreissen.** Sp. Melii domus, quod regnum appeteret, **est complanata.** V. *Planus.*

Complaudo, is, plausi, plausum, ere. **frohlocken.** *Usus.* Stantes in re ficta complaudebant.

Complector, eris, plexus sum, plecti. **begreifen, umfangen.** *Syn.* Complexu teneo; sinu complexuque recipio, in collum invado; complexum alicui fero. *Adv.* Æque benevolentia atque arctius, breviter memoriam rerum, celeriter, circumscripte, extrinsecus, nimium multa, occulte viros amplissimos ad suum scelus, quam liberalissime aliquem, scientissime, etiam atque etiam officiis, liberalitate. *Usus.* 1. Complecti & lacrimis se aspergere. 2. *Amo, excipio, tracto amice, carum habeo,* so-

Digitized by Google

foveo, *fuscipio*, *defendo*, lieben, freundlich mit einem umgehen, annehmen ꝛc. Aliquem beneficiis, benevolentia, caritate eximia, familiaritate, comitate maxima complecti. Complectere quæso adolescentem. 3. *Comprehendo*, *circumdo*, *ambio*, umgeben, einschliessen. Paucis multa, uno crimine complector omnia. Summum cœlum reliquos complectitur. 4. *Assequor*, *comprehendo*, *teneo*, begreifen. Sapiens totum mundum mente, cogitatione, memoria complectitur. Tuas laudes oratione ac memoria complecti vix possum. V. *Amplector*.

Complementum, i, n. Erfüllung. *Syn.* Supplementum. *Usus.* Inania quædam verba, velut complementa numerorum.

Compleo, es, vi, etum, ere. erfüllen. *Syn.* Impleo. *Adv.* Bene, perfecte, undique. *Usus.* 1. Aures sono, pectus maximarum & plurimarum rerum suavitate complere. Terrore, metu animum complere. 2. *Absolvo*, *perficio*, *conficio*, vollenden, zumachen. Promissum complere, das Versprechen halten. Complent hæc & absolvunt beatissimam vitam. Annos sedecim complevit.

Complexio, nis, f. Begriff. *Syn.* Comprehensio verborum, periodus. *Epi.* Brevis negotii, longissima verborum, mira verborum, perspicua, vera vel falsa. *Usus.* 1. Longissima verborum complexio, quæ uno spiritu volvi vix potest. 2. *Argumenti conclusio & summa rationum*, Schluß, Inhalt beygebrachter Beweisthümer. Per complexionem id, quod ex omni argumentatione conficitur, breviter exponimus. *Complexio pro* corporis constitutione, habitu, habitudine, seu humorum temperamento *barbarum est*.

Complexus, us, m. Umfassung. *Syn.* Amplexus. *Epi.* Altissimus a domiciliis, extremus, omnia cingens, venereus, ultimus, indices falsi, summæ benevolentiæ. *Usus.* 1. Illam respublica sinu, complexuque recipiet. Abstrahere filium de complexu matris. Ferre obviæ matri complexum, ꝛc. 2. *Ambitus*, Umgriff, Umfang. Mundus omnia complexu suo coërcet & continet. V. *Amplexus*.

Complico, as, plicavi, & plicui, plicatum & plicitum, are. zusammen legen. *Syn.* Involvo, claudo. *Usus.* Epistolam complicare.

Comploratio, nis, f. das Weinen. *Syn.* Lamentatio. *Usus.* Comploratio eorum lamentabilis, flebilesque voces. V *Gemo*, *fletus*.

Comploro, as, avi, atum, are. weinen. *Usus.* Complorare mortem, fortunam amicorum. Complorati mortui totam urbem lamentis implerunt. V. *Gemo*, *ploro*, *fletus*.

Compono, is, posui, positum, ere. zusammen setzen. *Syn.* Conjungo, coagmento, construo, conglutino, congrego, confio, misceo, tempero, *Adv.* Cautius, diligenter, generatim, communiter, Græce, scite, jam diu composita & comparata, lepide. *Usus.* 1. Componere & struere verba, & syllabas propemodum dinumerare & dimetiri. Vestem, crines componere, Os ori, manum manui componere. 2. *Dispono*, anordnen, anstellen. Actem, causam, fallaciam in aliquem, orationem componere. 3. *Fingo*, sich stellen. Ad modestiam, ad senatus reverentiam se composuit. Se ad exemplum, vultum, mores alterius componere. 4. *Facio*, *conficio*, machen, vollenden. Carmen, poëma, librum, testamentum, historiam componere. 5. *Compositionem facio*, *concilio*, beylegen, vergleichen. Bellum, iras, aversos animos lenitate composuit. 9. *Comparo*, *confero*, in Vergleich ziehen. Sophoclem cum Euripide componere & conferre.

Comporto, as, avi, atum, are. zusammen tragen. *Syn.* In locum unum confero, congero, porto, conveho. *Adv.* Palam arma. *Usus.* Res undique accersitæ, collatæ, exquisitæ, comportatæ. Arma, frumentum comportare. V. *Colligo*.

Compos, tis, *g. o.* theilhaftig. *Syn.* Particeps.)(*Inops*. *Usus.* Homines rationis, consilii, virtutis compotes, beati sunt. Aliquem urbis compotem facere. V. *Fruor*, *Acquiro*, *Particeps*.

Compositе, ordentlich. *Syn.* Dispositе. *Usus.* Composite & apte dicere.

Compositio, nis, f. Zusammensetzung. *Syn.*

Digitized by Google

Syn. Structura, constructio, dispositio, ordo, concordia, compages, coagmentatio, confectio. *Usus.* 1. Compositiones unguentorum, ciborum conditiones. Compositio membrorum, conformatio lineamentorum. 2. *Concordia*, Vers gleich. Spes compositionis me fefellit. Auctor compositionis & pacis fuisti. V. *Pax.*

Compositor, oris, m. Verfertiger. *Usus.* Inventor & compositor.

Compositus, a, um. zusammen gemacht. *Syn.* Conflatus, concretus, conglutinatus, factus, instructus. *Usus.* Oratio composita & ornata, & artificio quodam distincta. Certi homines compositi me monuerunt. Quomodo compositis sideribus homo oriatur. Nemo paratior, compositior unquam in judicium venit. V. *Modestus.*

Compotatio, nis, f. Zeche. *Usus.* Græci convivium tum com.otationem, tum concœnationem vocant. V. *Vinolentus, bibo.*

Compotor, oris, m. Zechbruder. *Syn.* Combibo.

Compransor, oris, m. der mit einem zu Mittag ißt. Qui simul prandet. *Usus.* Cum compransoribus. colluforibus, compotoribus agrum suum devorat.

Comprecatio, nis, f. Gebeth. *Usus.* Necessaria fuit solennis hæc Deorum comprecatio.

Comprecor, aris, atus sum, ari. bitten. *Usus.* Deos comprecari.

Comprehendo, is, di, sum, ere. fassen. *Syn.* Capio, deprehendo. *dimitto. Adv.* Apte sententiam verbis, brevi, breviter, celeriter, firmo animo, graviter, manifeste, penitus, solute & facile. *Usus.* 1. Equid comprehensum hostem emisistis? 2. *Assequor, prosequor, explico, exprimo, absolvo*, begreifen. Verbis propriis rem comprehendere. 3. *Concipio, percipio, teneo, intelligo*, verstehen, fassen. Animo aliquid, ratione aliquam opinionem comprehendere. Habere aliquid cognitum, comprehensum. Vestris animis & cogitatione rem totam comprehendite. Comprehendo animo, mente intelligentiam rei; consequor rem omnem animo: animo, mente, cogitatione complector, ich begreife diese Sache. 4. *Amplector, amore devincio*, das Gemüth gewinnen. Multos amicitia, beneficiis comprehendere; humanitate, officio aliquem comprehendere.

Comprehensibilis, e, begreiflich. *Usus.* Visum comprehensibile.

Comprehensio, nis, f. Begreifung. *Epi.* Apte cadens, firma, longa, numerosa, perfecta, plena, stabilis atque immutabilis, vera, ac fidelis, universa. *Usus.* 1. Comprehensio reorum, animadversio senatus. 2. *Apprehensio*, Ergreifung. Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio, comprehensio. 3. *Ambitus orationis*, Zusammenfassung der Rede. Comprehensio & ambitus verborum, quem Græci periodum vocant. 4. *Agnitio*, Erkänntniß der Sachen. Cognitiones comprehensionesque rerum appetitiones movent.

Compresse, enge, kurz. *Usus.* Rhetores latius loquuntur, Dialectici compressius.

Compressio, nis, f. Zusammendrückung. *Usus.* Oratores crebri sententiis, compressione rerum breves.

Comprimo, is, pressi, pressum, ere. zusammendrücken. *Syn.* Freno, sedo, coërceo, cohibeo, frango, reprimo, retardo. *Adv.* Arcte pugnum, vehementer, plane in perpetuum. *Phras. Magistratus hominum audaciam comprimat*, die Obrigkeit soll die Kühnheit böser Leute zähmen. Obviam eat improborum hominum audaciæ; improrum conatus frangat; furentium impetus reprimat; effrenatos licentia animos in officio teneat, contineat. V. *Coërceo, cohibeo, compesco. Usus.* 1. Conatus furentium, furores, motus, turbas, iram, exultantem lætitiam comprimere. Comprimere ac restinguere cupiditatem hominis. Voluptates comprimere & constringere. 2. *Abscondo, occulto, tego, abdo*, verbergen. Multa tua delicta compressi. Frumentum comprimere. *Vulg. apud se tenere, dum carius vendatur*, das Getreid zurückhalten, bis es theurer verkauft wird. 3. *Constringo, stringo, claudo, adduco.* Digitos in pugnum comprimere, die Finger zusammenziehen, schließen.

Com-

Digitized by Google

Comprobatio, nis, f. Billigung. *Syn.* Approbatio. *Usus.* Quis non movetur, & offenſione turpitudinis, & comprobatione honeſtatis.

Comprobator oris m. Rühmer. *Syn.* Approbator. *Usus.* Auctoritatis ejus comprobatores.

Comprobo, as, avi, atum, are. billigen, wahr machen, bekräftigen. *Syn.* Approbo, laudo, collaudo, affirmo. *Adv.* Firmius acta, omnino, ſtudioſe libenterque, vehementiſſime ſententiam. *Usus.* Si tu honorem meum ſententia tua comprobaris. Sententiam, decretum aliquod vehementer comprobare. Rem teſtimonio ſuo & judicio comprobare. Eam fidem eventus affirmavit, comprobavit, der Ausgang hat es gezeigt, daß man nicht übel von der Sache geurtheilet habe. V. *Aſſentior, approbo, probo.*

Compromiſſum, i, n. einhellige Bewilligung auf einen Schiedsmann. *Syn.* Facultas a litigantibus arbitro data judicandi & ſententiam ferendi. *Usus.* Arbitrum ſumere, compromiſſum facere, interponere.

Compromitto, is, miſi, miſſum, ere. einen Schiedsmann nehmen. *Syn.* Compromiſſum facio. *Usus.* Tribuni compromiſerunt, pecunia apud Catonem depoſita, petere ejus arbitratu, ut, qui contra feciſſet, ab eo condemnaretur.

Comptus, a, um. geziert. *Syn.* Ornatus, compoſitus. *Usus.* Compti capilli, compta oratio.

Compungo, is, punxi, punctum, ere. ſtechen. *Syn.* Pungo, figo. *Usus.* Dialectici ipſi ſe ſuis acuminibus compungunt. Barbatus Threicius notis compunctus nudato enſe anteibat. *Compungi animo, compunctus corde. Vulg. ſunt pro*: angi, discruciari animo ex recordatione ſcelerum; dolore confuſus.

Computo, as, avi, atum, are. überſchlagen, ausrechnen, erwägen. *Syn.* Subduco rationes, calculos revoco, rationes conſero. *Phraſ. Computemus nunc ſummam totam*, laſſet uns nun die ganze Summe zuſammen rechnen. Putemus nunc rationes; ſummam ad calculos revocemus; ſubducamus nunc rationem; numerum ineamus; rationes conſeramus; calculos, ſummam ſubducamus, ſupputemus nunc rationes; ſubductis rationibus ſummam faciamus, colligamus, conficiamus; rationes ineamus totius ſummæ; expediamus nunc rationes, & colligamus. *Usus.* Compellat hoſpitem, computat, pecuniam numerat. V. *Puto.*

Conatus, us, m. Unternehmen. *Syn.* Vis, impetus, ſtudium, labor, opera. *Epi.* Gratus, magnus, crudeliſſimi, impii, nefarii, occulti, optimi & præclariſſimi, perditi. *Usus.* Id conatu omni ſtudioque agit, ut &c. Omnem conatum ſuum in perniciem meam parat. Conatum refutare, prohibere, comprimere, frangere; conatibus obviam ire; a conatu aliquem repellere. eines Unternehmen hindern. V. *Studium, labor.* Conatu ſummo adniti, ſich äußerſt befleißen. Manibus pedibusque, ſumma ope; omni ope, ac opera; pro virili parte adniti. V. *Conor, adhibeo.*

Concalefacio, is, feci, factum, ere. mit erwärmen. *Usus.* Eum nos ſermonibus concalefecimus.

Concaleſco, is, ui, ere. erhitzt werden. *Syn.* Concalefio, concaleo.

Concalleſco, is, ui, ere. erhärten. *Syn.* Concalleo. *Usus.* Quorum manus opere, animus uſu concalluit.

Concavus, a, um. hohl. *Syn.* Cavus. *Usus.* Speluncarum concavæ altitudines.

Concedo, is, ceſſi, ceſſum, ere. zulaſſen. *Syn.* Annuo, copiam facio, poteſtatem facio, permitto. *Adv.* Commodius, facete adverſario, facile, honeſte, libenter, multum perturbationi, neceſſario, minus honeſte, prorſus beneficia, recte. *Usus.* 1. Sepulturæ locum alicui concedere. Primum illi locum conceſſit. Toto capite annuit, & poſtulata conceſſit. 2. *Do, tribuo*, zugeben. *Largior, facile patior, poteſtatem do, defero; ſumma voluntate, & animi æquitate fero, cauſæ nihil dico, quin &c.* Date hoc, ac concedite pudori meo. Date hoc precibus, *vel* dolori concedite. 3. *Ignoſco, condono*, ſchenken, verzeihen. Sæpe liberorum peccata parentum virtuti & miſericordiæ conceduntur. Cupio mihi hunc reum concedi. 4. *Abeo, eo*, weggehen, gehen. Ab eorum oculis

Digitized by Google

lis aliquo conceſſit. Apes in alvearium conceſſere; conceſſum eſt in conditiones, man iſt zu einem Vergleiche geſchritten. 5. *Cedo*, weichen. Magiſtro ſuo de arte nihil concedit. Nemini concedo in tuenda patriæ ſalute. 6. *Morior*, ſterben. Fato, *vel* naturæ concedere. V. *Permitto*, *do*.

Concelebro, as, avi, atum, are. begehen, halten. *Syn.* Celebro, frequento. *Adv.* Paſſim, tributim convivia. *Uſus.* Convivia concelebrantur. V. *Celebro*.

Concentio, nis, f. das Zuſammenſingen. *Syn.* Concentus.

Concentúrio, as, avi, atum, are. ſammeln. *Uſus.* Fraudes in corde concenturiare.

Concentus, us, m. Geſang. *Syn.* Concentio. *Epi.* Major & melior, tantus, varii. *Uſus.* 1. Concentus avium. 2. *Transl.* Concentus virtutum, doctrinarum. Concentum efficere. V. *Muſica*, *cano*.

Conceptio, nis, f. Empfängniß. *Syn.* Conceptus. *Uſus.* Mulæ conceptio contra naturam eſt. Conceptio judiciorum.

Conceptio immaculata B. M. V. die unbefleckte Empfängniß der Mutter Gottes. Singularis puriſſimæ Virginis conceptus, & ab originis labe illibatus. Divinæ Matris conceptus illibatus. Illibatæ Virginis conceptus puriſſimus, & ab originis labe remotiſſimus. Expers communis culpæ ab ortu nobis congenitæ puriſſimæ Virginis conceptio. Ortus Virginis beatiſſimæ ſine labe conceptæ.

Conceptus, us, m. Empfängniß. *Syn.* Conceptio. *Uſus.* Ex hominum conceptu & ſatu editi gigantes. *Conceptus*, Concept, Begriff, Aufſatz. *vulg. eſt*: *Latine*: Senſa mentis, cogitatio informata.

Concerno, is, ere. ſehen. *Syn.* Cerno, video. *Uſus.* Parata eſſe omnia, concerno. *Pro* attinet, *vulg. eſt*.

Concerpo, is, pſi, ptum, ere. zerreißen. *Syn.* Discerpo, conſcindo, lacero. *Adv.* Ferventiſſime. *Uſus.* Calet homo, nam ferventiſſime concerpitur. V. *Carpo*.

Concertatio, nis, f. Zank. *Syn.* Certamen, contentio. *Epi.* Jejunæ, indignæ philoſophia. *Uſus.* Verborum concertationes jejunæ. Concertationum plenæ diſputationes. Concertationis ſtudio, æſtu abripi. V. *Diſputatio*, *Controverſia*, *Certo*.

Concertatorius, a, um. zum Zanken gehörig. *Syn.* Contentioſus, vehemens. *Uſus.* Concertatorium dicendi genus, *judiciale*.

Concerto, as, avi, atum, are. ſtreiten. *Syn.* Pugno, concerto, diſcepto. *Uſus.* Hercules cum Apolline de tripode concertavit. Sæpius cum hoſte conflixit, quam quisquam cum inimico concertavit. V. *Certo*.

Conceſſio, nis, f. Vergünſtigung. *Uſus.* Conceſſiones præmiorum. Noſtra conceſſione hoc aſſecutus es.

Conceſſor, oris, m. der erlaubet. *Uſus.* Modo te conceſſore ſpectare liceat.

Conceſſus, us, m. Erlaubniß. *Syn.* Permiſſio, permiſſus, poteſtas, conceſſio. *Uſus*, Deorum conceſſu & munere Philoſophia nobis data eſt. Omnium conceſſu aliquid inventuti dandum eſt. V. *Venia*.

Concha, æ, f. Muſchel. *Genus piſcis teſta contectum*. *Epi.* Patula, grandis. *Uſus.* Conchas ad littus legere.

Conchyliatus, a um. mit Purpur gefärbt. *Syn.* Murice tinctus. *Uſus.* Periſtromata conchyliata.

Conchylium, ii, n. Meerſchnecke. *Syn.* Murex. Conchæ genus, purpura. *Uſus.* Oſtrea, & conchylia omnia cum luna creſcunt, & decreſcunt.

Concido, is, cidi, ere. niederfallen, einfallen. *Syn.* Cado, ruo, corruo, procido. *Adv.* Funditus, indigniſſime, repente, ſubito, tarde nimium. *Phraſ. Animo concidit*, er iſt verzagt geworden. Fractus animo, metu debilitatus eſt; defecit animo, animum contraxit, demiſit, deſpondit, inflexit; animos ſubmiſit; defecit hominem animus, ſpesque deſeruit. V. *Cado*, *animus*. *Uſus.* Animus concidit. Animo concidere. Senatus auctoritas, fides, ſpes ipſa concidit; artes omnes concidunt, zu Grunde gehen. Venti concidunt, die Winde legen ſich. Pompejus in optima cauſa concidit, den gerechteſten Handel verlieren.

Con-

Digitized by Google

Concido, is, cidi, cisum, ere. zerhauen *Syn.* Cædo, trucido, seco. *Usus.* Concidere nervos, cohortes, equites concidere. Virgis aliquem concidere. Concidere sententias, ac delumbare. Infringere, ac incidere numeros. 2. *Transl.* Senatus auctoritatem, dictis aliquem, decretis, maledictis, ignominiis, judiciis concidere, das Ansehen der Obrigkeit zernichten, auf einen schänden, schmähen ꝛc. V. *Cædo, cædes.*

Concieo, es, ivi, citum, ere. bewegen. *Syn.* Convoco, concito. *Usus.* Multitudinem ad se conciere. Lites alicui, turbas, seditionem, hostes conciere. V. *Excito, voco, accerso.*

Conciliabulum, i, n. heimliche Versammlung *Usus.* Conciliabula obire.

Concilliatio, nis, f. Versöhnung. *Syn.* Communio, communitas, consociatio. *Epi.* Civilis, communis. *Usus.* 1. Communionem humani generis, consociationem & conciliationem tueri, colere debemus. Dii quasi civili conciliatione sunt conjuncti. 2. *Captatio, comparatio,* Herstellung, Erwerbung. Dicere, facere aliquid ad conciliationem gratiæ, sich um Gunst bewerben

Conciliator, oris, m. Versöhner. *Usus.* Interpres conciliatoris.

Conciliatricula, æ, f. Vermittlerinn. *Usus.* Nobilitas, blanda conciliatricula.

Conciliatrix, icis, f. Vermittlerinn *Usus.* Virtutis opinio conciliatrix amicitiæ. Forma, conciliatrix gratiæ & quasi lena.

Concilio, as, avi, atum, are. versöhnen, erwerben. *Syn* Reconcilio, devincio, benevolentiam pario, caritatem inter aliquos jungo, aliquem ad amicitiam adjungo, amicitiam cum aliquo constituo.)(*Dirimo, disjungo, separo, distrabo. Phrof.* 1. *Illum mihi conciliavi,* ich habe [illegible] zum Freunde gemacht. [illegible] vinculis devinctum [illegible] teneo; beneficio mi[illegible] benevolentiam officiis [illegible] obstrinxi; in ejus [illegible] influxi; eum de[illegible]tum beneficiis ob[illegible] reddidi; obno[illegible] adduxi hominem [illegible] adjunxi homi[illegible] 2. *Dissidentes in-*

ter se fratres conciliavit, er hat die entzweyten Brüder vereiniget. Caritatem inter fratres junxit; fratres in concordiam adduxit, reduxit; ab odio ad gratiam reduxit; infensos fratrum inter se junxit animos; ut coalescerent distracti simultatibus animi, effecit; concordiam inter dissidentium animos redintegravit, reconciliavit; dissidentes odio fratres concordia conjunxit; redegit in gratiam & concordiam alienatos longa simultate fratrum animos: perfectum ab illo est, ut in gratiam redirent infensi dudum fratres. V. *Reconcilio, amicus, amicitia, jungo, adjungo, gratia. Usus.* 1. Conciliare sibi voluntatem alicujus, amorem, benevolentiam, gratiam, caritatem, animos, & ad usus suos adjungere, sich einen zum Freunde machen. 2. *Puro, comparo, procuro, acquiro,* zuwege bringen. Pacem inter cives conciliare. 3. *Adjungo,* vereinigen, verknüpfen. Oratio conciliat inter se homines conjungitque naturali quadam societate. Parentibus & patriæ nos natura; feras inter se conciliat. Largitione sibi potentiam & legiones conciliavit, adjunxit Cæsar. 4. Conciliare, arcessere splendorem. V. *Concordia.*

Concilium, ii, n. Versammlung. *Syn.* Cœtus, congregatio, conventus, consilium, numerus. *Epi.* Amplissimum, laudabile, atque populare, privatum, publicum orbis terræ, summum. *Usus.* Concilia, cœtusque hominum jure sociati, qui civitates dicuntur. Concilium vocare, convocare. Concilium plebis habere. Aliquem in concilium adducere, adhibere, mittere. E concilio aliquem secludere, dimittere. Concilium, conventum solvere.

Concilium Sacrum Oecumenicum, eine allgemeine Kirchenversammlung. Concilium ex universa Republica Christiana convocatum; coactum ex toto terrarum orbe. *Concilium Nationale.* Concilium ex universæ gentis, nationis Episcopis, Antistitibus, Præsulibus coactum, constatum, habitum, Conventus Ecclesiæ Præsulum ex tota gente actus. *Concilium Provinciale.* Concilium;

Wagner.

Digitized by Google

conventus coëuntibus ex tota Provincia Episcopis celebratus, collectus.

Concinne, zierlich. *Syn.* Pulchre, facete. *Usus.* Concione, ut multa, Timæus. Concinne, sed non perite dicere & scribere.

Concinnitas, tis f. Zierlichkeit. *Syn.* Compositio levis & numerosa, concinnitudo, condecentia. *Usus.* Forma ipsa, & ornata verborum concinnitas.

Concinnitudo, inis, f. Zierlichkeit. *Syn.* Concinnitas.

Concinno, as, avi, atum, are. zieren, zurichten. *Syn.* Adorno, apte compono. *Usus.* Concinnare munusculum, vestem, epulas. V. *Orno, como.*

Concinnus, a, um. zierlich. *Syn.* Ornatus, numerosus, elegans, politus, facetus, aptus. *Usus.* Concinna, distincta, festiva, elegans oratio. Concinnæ acutæque sententiæ. Homo ad persuadendum concinnus. Concinnus heluo. V. *Elegans, aptus.*

Concino, is, cinui, centum, ere. zusammen singen. *Syn.* Simul cano. *Usus.* 1. Pressis & flebilibus modis concinere. 2. *Convenio, consentio, quadro,* sich schicken, übereinstimmen. Omnia inter se mire concinunt; respondent extrema primis. V. *Cano.*

Concio, nis, f. Versammlung des Volks. *Syn.* Conventus, cœtus, multitudo populi, corona, concilium. *Epi.* Conciones accuratæ, acerbissimæ, celeberrimæ & gratissimæ, crebræ, furiosissimæ, graves, improbæ, lentæ; malæ, miseræ, molestæ, multæ magnæque, necessariæ, perditæ, quotidianæ, sceleratæ, secundæ, seditiosæ, temerariæ, timidissimæ, tumultuosæ, turbulentæ, vehementes. *Usus.* 1. In concionem prodire, procedere, zum Volke herausgehen. Concionem convocare, das Volk zusammen ruffen. Concionem submovere, semovere, dimittere, solvere, das Volk entlassen. 2. *Suggestum,* Kanzel. In concionem ascendere. 3. *Oratio ad populum,* Rede an das Volk. Conciones de me habuit luculentas & gravissimas. Legi concionem tuam. V. *Oratio.*

Concionalis, e. was zur Versammlung oder Rede gehört. *Usus.* Clamor concionalis.

Concionarius, a, um. *idem. Usus.* Populus concionarius.

Concionator, oris, m. Redner an das Volk. *Syn.* Orator *Usus.* 1. Multum interest inter levitatem concionatorum, & animum sere popularem. 2. Prediger. Concionator, orator sacer; interpres, ac præco verbi divini.

Concionor, aris, atus sum, ari. zum Volke reden, predigen. *Syn.* Concionem habeo. *Adv.* Impune de aliquo, sordide. *Phras. De rebus divinis ad populum dixit,* er hat gepredi get. De rebus divinis verba fecit; sermonem habuit; de religionibus nostris concionem habuit; in concionem ascendit; sacris concionibus populum exhortatus est; animos populi inflammavit, accendit; verbi divini sementem sparsit, fecit. Ex suggestu verba fecit; ex altiore loco ad populum dixit. *Usus.* Cato de religionibus concionatus est. V. *Dico, oratio.*

Concipio, is, cepi, ceptum, ere. fassen, empfangen *Syn.* Comprehendo, colligo, accipio, imbibo. *Adv.* Firme animo, jam diu. *Usus.* 1. Terra concipit semina. Mulier concepit. 2. *Suscipio,* annehmen. Ipsa senectus dedecus concipit. Materia facile ignem concipit. Odium, iram, in aliquem concipere. 3. *Cogito, intelligo, percipio, nosco, assequor.* Concipere animo flagitium, mente nefas; opinionem concipere, ac imbibere. Furorem ex maleficiis, maculam concipere. Voluptas animo concepta ac comprehensa. V. *Accipio.*

Concisio, nis, f. Zertheilung. *Usus.* Concisio verborum.

Concitatio, nis, f. Bewegung. *Syn.* Motus, commotio. *Epi.* Popularis, graves, vehementiores. *Usus.* 1. Vehementes animi concitationes, & perturbationes. Concitatio mentis. 2. *Tumultus,* Aufruhr des Volks. Plebis concitatio & seditio.

Concitator, ris, m. Aufwiegler. *Usus.* Seditionis concitator & stimulator.

Concito, as, avi, atum, are. antreiben. *Syn.* Excito, incito, moveo, facio, consto, solicito, inflam-

Digitized by Google

flammo, agito, ago.)(*Sedo. Adv.* Con itatæ conciones populariter, ſeditioſe, concitatus tumultus publice, concitati animi temere in odium. *Uſus.* 1. Concitare miſericordiam, riſum invidiam in aliquem, gravem offenſionem, magnum odium in aliquem, **Erbarmniß, Gelächter, Neid, Haß erwecken.** Bellam expectationem ſui concitare, **große Hoffnung machen.** 2. Concitari in aliquem, **ſich über einen zürnen** Aliquos inter ſe, alios cum aliis committere, & concitare, **aufwiegeln.** V. *Moveo, auctor ſum, impello.*

Concitus, a, um. **aufgebracht.** *Syn* Commotus, compulſus. *Uſus.* Ad rixam concitus.

Con iuncula, æ, f. *Diminut.* **kurze Anrede an das Volk.**

Conclamo, as, avi, atum, are **zuſammen ſchreyen.** *Uſus.* 1. Conclamant omnes, & approbant. 2. Conclamare ad arma, **Lärmen machen.** 3. Conclamare raſa, ſigna convellere, **den Aufbruch ankündigen.** 4. Conclamatum eſt de ſalute tua **mit dir iſt es geſchehen.** V. *Actum eſt, clamo.*

Conclave, is, n. **Gemach, Zimmer.** *Syn.* Cubiculum. *Uſus.* Cubitum ivit in conclave. Conclave proxima nocte corruit, con idit. Conclave optime inſtructum. Pro *Conclave Pontificium*, **päbſtliches Wahlzimmer.** Sa rum Comitium Vaticani Palatii. Locus purpuratis Eccleſiæ Patribus, novum demortuo Pontifici ſuffecturis apparatus, adornatus.

Concludo, is, cluſi, cluſum, ere. **einſchließen.** *Syn.* Claudo, cogo, conſtringo. *Item*: Infero, finio; abſolvo. *Adv.* Acriter, acute ad extremum, aliquando, anguſtius, aperte, numeroſe, breviter, commodius, contortius, inconſiderate, probabiliter, rectiſſime, vitioſe, ſimiliter, ſubtiliter. *Phraſ.* 1. *Ex eo argumento nihil concluditur*, **aus dieſem Beweisthume läßt ſich nichts ſchließen.** Nihil ex hoc conficitur; nihil ex ea argumentatione efficitur; nihil eorum infertur, colligitur, quæ tu volebas; nihil eorum ſequitur, quæ tu inferebas. 2. *Concludam epiſtolam*, **ich werde den Brief beſchließen.** Finem ſcribendi faciam; epiſtolæ hæc erit clauſula; finem epiſtolæ faciam, imponam; abſolvam epiſtolam, perficiam; inſtitutæ narrationis exitum expediam. V. *Finio. Uſus.* 1. Ne beſtiæ quidem concludi ſe, conſtringique patiuntur, **einſperren.** 2. *Peroro, efficio, conficio, infero*, *comlecto*, *colligo*, **folgern, Schluß machen.** Argumentum concludere more Dialecti orum. Ratione con ludere. Concludebas deinde, & colligebas, dolorem eſſe ſummum malum 3. *Finio, termino, circumſcribo, claudo, abſolvo*, **vollenden.** Totum civile jus in pauca capita con ludi poteſt. In hoc ſingulare judicium omnis cauſa concluditur, **einſchließen, einſchränken.** Ut aliquando totam actionem concludam, **vollenden.** V. *Finis, abſolvo.*

Concluſe, **eingeſchränkt** *Syn.* Definite, circumſcripte. *Uſus.* Apte & con luſe dicitur.

Concluſio, nis, f. **Beſchluß.** *Syn.* Complexio, clauſula, peroratio, epilogus; argumentatio ipſa. *Epi.* Acuta, artificioſa verborum, neceſſaria, poſtrema, ſimplex, tota, non ſolum vera, ſed perſpicua, vetus & brevis. Breves & acutæ, innumerabiles, raræ. *Uſus* Concluſio eſt exitus & terminatio totius orationis. Hæc concluſio, *argumentatio*, quam habet vim, conſidera.

Concluſus, a, um. **eingeſperret.** *Syn.* Clauſus, cinctus. *Uſus.* Urbs portu concluſa. Continenti agmine armatorum ſepti & concluſi. Sententia apte verbis concluſa.

Concœnatio, nis, f. **Abendmahlzeit.** *Syn.* Sympoſion. *Uſus.* Græci convivium tum compotationem, tum concœnationem vocant.

Con oquo, is coxi, coctum, ere. **verdauen.** *Syn.* Digero. *Uſus* 1. Cibum concoquere 2. *Transl. Perfero, fero*, **übertragen.** Concoquere hominem nequeo. Odium illud, injuria, ira, non ſubmovenda modo ſunt, ſed & concoquenda. 3. *Expendo*, **erwägen.** Diu deliberandum & con oquendum eſt, utrum &c.

Concordia, æ, f. **Einhelligkeit.** *Syn.* Conſenſus, conſpiratio,)(*diſcor-*

Digitized by Google

dia. Epi. Communis, gratissima, incredibilis, magna, pristina, singularis. *Phras.* 7. *Summa concordia provinciam administravimus*, wir haben mit gröster Eintracht das Amt oder Land verwaltet. Una voce ac mente; consentientibus animis ac sensibus; communi sententia; sine studio dissensionis; uno ore, animo conjunctissimo versati sumus in administratione rerum. Summe inter nos, pulcherrime conveniebat; communiter, quasi uno animo, una mente viveremus, rem gessimus. Nunquam cum illo, nec ille mecum in gratiam rediit; concordibus animis; fraterna unanimitate, ingenio plane concorde in provincia viximus. V. *Consensus.* 2. *Animos in concordiam reduxit*, er hat die Gemüther wieder vereiniget. Societate & fœdere aversos studiis animos junxit; copulavit pristinam inter socios concordiam; infensos plebis animos patribus junxit; ejus opera coaluere cum patribus plebis animi; feroces animos ad pacem & concordiam adduxit; veterem inter partes concordiam confirmavit, conglutinavit. 2. *Concilio, reconcilio. Usus.* 1. Equites senatui concordia conjuncti. 2. *Concordiam facio.* Id concordiam & pacem gignet gentibus; ad concordiam adducet gentes; concordia conjunget gentes. 3. *Concordiam dissolvo.* Vox una concordiam diremit. 4. *Concordiam renovo.* Concordiam reconciliare. In concordiam reducere. In concordiam redire.

Concordíter, einhellig. *Usus.* Cum illo concordissime vixi. Congruere concorditer inter se V. *Concordia.*

Concordo, as, avi, atum, are. übereinstimmen. *Syn.* Congruo, consentio, idem sentio, cum aliquo sentio, concino.)(*dissentio. Phras, Dicta factaque ejus mire consentiunt ac concordant*, Worte und Werke kommen wohl überein. Dicta factaque belle inter se consentiunt ac concinunt; dictis facta mirifice respondent; facta cum dictis mirum quam cohærent; a verbis facta non abhorrent, abludunt. Facta veris sunt consentanea; a dictis facta non aliena sunt; verbis facta egregie congruunt; verbis cum factis bellissime constat. V. *Congruo, consentio, conformo. Usus.* Opiniones, ac judicia concordant.

Concors, cordis, *gen. omn.* einmüthig. *Syn.* Consentiens, conjunctus.)(*discors. Usus* Concordes sunt, quorum sensus in aliqua re congruunt Senatus Principi concors. Moderatus & concors civitatis status Mundus ipse se concordi quadam amicitia & caritate complectitur.

Concredo, is, credidi, creditum, ere. anvertrauen. *Syn.* Credo, commendo, committo. *Usus* Alicui rem suam; aliquem in custodiam alterius concredere. V. *Committo, credo, commendo.*

Concremo, as, avi, atum, are. verbrennen. *Syn.* Exuro, comburo. *Usus.* Igni concremare. V. *Comburo.*

Concrepo, as, pui, pitum, are. krachen. *Syn.* Perstrepo. *Usus.* Scabella concrepant, aulæum tollitur. Digitis concrepare.

Concresco, is, crevi, cretum, ere. zusammen wachsen. *Usus.* Aqua nivibus, pruinaque concrescit.

Concretio, nis, f. Zusamm uwachsung. *Syn.* Compositio. *Usus.* Deus mens libera, atque ab omni concretione mortali segregata. Concretionis & liquoris causas investigare.

Concretus, a, um. zusammen gewachsen. *Syn.* Mixtum, conflatum, compositum, quasi conglutinatum, coagmentatum, copulatum, fictum. *Usus.* Corpus ex elementis concretum, zusammen gesetzt Cœlum grave & concretum, rauhe und schwere Luft. In animis nihil mixtum est, nihil concretum. Animal ex nefariis stupris; ex civili cruore, ex flagitiorum impunitate concretum, ein geiler, blutdürstiger Mensch.

Concubina, æ, f. Beyschläferinn, Kebsweib. *Syn.* Amica, pellex. *Usus.* In concubinæ locum uxorem ducere.

Concubinatus, us, m. Beyschlaf *Usus.* Illam in concubinatu sibi emit.

Concubitus, us, m. Beyschlaf. *Syn.* Conjunctio, complexus Venereus. *Usus.* Concubitus Deorum cum humano genere.

Con-

Digitized by Google

Concubius, a, um. nächtlich, da alle ruhen. *Ufus.* Nocte concubia domo egreditur.

Conculco, as, avi, atum, are. zertreten. *Syn.* Protero. *Ufus* 1. Proterere & conculcare aliquem. 2. *Transl.* verwüsten. Conculcari miseram Italiam proxima æstate videbis. V. *Vasto.*

Concumbo, is, cubui, cubitum. beyschlafen. *Syn.* Concubo. *Ufus.* Si peperit, cum viro concubuit.

Concupiſco, is, cupivi, cupitum, ere, heftig begehren. *Syn.* Cupio.)(*Aſpuo. Adv.* Infinite, ſumme, vehementer. *Phraſ. Vehementer rem concupivit*, er hatte eine große Begierde nach der Sache Cupiditatis oculos ad rem adjecit; rei deſiderio vehementer æſtuabat; flagrabat, exardeſcebat cupiditate rei V. *Cupiditas, cupio, deſidero.*

Concurro, is, curri, curſum, ere, zuſammen laufen. *Syn.* Convenio, convolo, fugio, concurſo, confluo, concurſus facio. *Adv.* Aſpere verba, confeſtim, obſcœnius litteras, ſtatim, temere, undique. *Ufus.* 1. Undique ad eum ſumma expectatione concurritur. Tota ad eum Italia concurrit. Multorum ſententiæ concurrere. 2. *Conflictum inire*, das Treffen anfangen. Adverſis ſignis, maximo clamore concurrere. 3. *Evenio*, ſich ereignen. Multa ſæpe fortuito concurrunt, *vulg. Coincidunt.* Res concurrere plane contrariæ. Sæpe concurrit, ut eodem tempore mihi multa agenda ſint. V. *Congredior.*

Concurſatio, onis, f. das Zuſammenoder hin und her laufen. *Ufus.* Quid illa concurſatio nocturna? Non eſt obſcura hominis concurſatio & contentio.

Concurſator, oris, m. der allenthalben herum läuft. *Ufus.* Concurſator

Concurſ[illegible] f. das Zuſammenlaufen. Concurſus. *Epi.* Cre[illegible] fortuita, ſpirabilis, [illegible], turbulenta, vi[illegible]curſio rerum for[illegible]vocalium con[illegible]rum concurſio fortuita.

Concurſo, as, avi, atum, are. zuſammen laufen, herum laufen. *Ufus* Templa, domus omnes, fora concurſare. Armati, noctes diesque concurſant. V. *Curro.*

Concurſus, us, m. das Zuſammenlaufen. *Syn.* Effuſio hominum, concurſio, conflictus. *Epi.* Admirabilis, felix, fortuitus, gravis, incredibilis, magnificentiſſimus, magnus, maximus omnium, quotidianus *Phraſ. Concurſus fiebant magni ad illum*, es war zu ihm ein großer Zulauf. Confluxere in ejus domum omnium generum ætatumque homines; celebrabatur domus ejus maxima hominum multitudine & frequentia; effuſiones hominum ex agris & oppidis ſane erant ingentes; domus ejus frequentiſſimo hominum conventu celebrabatur; ſalutantium turba aditus omnes viasque infidebat; ædium veſtibulum continenti agmine erat ſeptum. Complebatur domus ejus maxima hominum frequentia. V. *Celebris. Ufus.* 1. Fiebant ad eum audiendum concurſus maximi. Quid dicam effuſiones hominum ex agris, concurſus ad me? Conſtantia calamitatum concurſu labefactata. Studiorum honeſtiſſimus concurſus. 2. *Conflictus.* Concurſus aſper litterarum, hart klingendes Zuſammenſtoßen der Buchſtaben.

Concutio, is, cuſſi, cuſſum, ere, bewegen, ſchütteln. *Syn.* Vehementer commoveo, perturbo. *Ufus.* Rempublicam factionibus; urbem metu concutere. Concuſſa licentia, fratis cupiditatibus.

Condecentia, æ, f. Anſtändigkeit. *Syn.* Ornatus, decorum, concinnitas. *Epi.* Apta. *Ufus.* Verba ad compoſitionem & condecentiam apta.

Condecet, decuit. es geziemet ſich. *Syn.* Decet.

Condecoro, as, avi, atum, are. aufputzen, zieren. *Ufus.* Ludos condecorare.

Condemno, as, avi, atum, are. verurtheilen. *Syn.* Damno; *item*: arguo, coarguo.)(*abſolvo, libero. Adv.* Gratis, honeſte reum. *Phraſ. Sæpius condemnatus eſt*, er iſt ſchon öfters verurtheilt worden. Multis judiciis confoſſus; fua, ac ſociorum damnatione ambuſtus; jugulatus a judicibus; atrocibus ſententiis perculſus eſt. *Ufus.* 1. Aliquem crimine aliquo condemnare.

Digitized by Google

De alea, de vi condemnare. Capitis, injuriarum, pecuniæ publicæ turpissimo judicio condemnari. Insigni nota & ignominia condemnare. s. *Arguo*, beschuldigen. Aliquem sceleris inertiæ, impudentiæ condemnare. V. *Damno*, *Inno centem condemno*.

Condenso, as, avi, atum, are. dicht machen. *Syn.* Cogo. *Usus.* Oves se in unum locum condensant.

Condensus, a, um. dichte. *Usus.* Condensa turma, acies.

Condico, is, dixi, dictum, ere. zusagen, bestimmen. *Syn.* Dicto convenio, significo. *Usus.* Condicere ad cœnam, *vel* condicere. *Vulgo*: *Præmittere se ad cœnam.* Alicui operam condicere.

Condigne, würdig. *Syn.* Digne.

Condignus, a, um. würdig, anständig. *Syn.* Dignus.

Condimentum, i, n. Gewürz. *Syn.* Conditio; sapor, qui cibos commendat. *Epi.* Mediocre, aptum. *Usus.* Optimum cibi condimentum fames. Sermonum suavitas amicitiæ condimentum. Humanitatis condimento temperare gravitatem.

Condio, is, ivi, itum, ire. würzen, geschmack machen. *Syn.* Tempero, præparo. *Usus.* Gravitatem comitate, orationem salibus, tristitiam hilaritate condire, Nemo unquam urbanitate, lepore, suavitate conditior.

Condiscipulus, i, m. Mitschüler. *Usus.* Multos condiscipulos habet.

Condisco, is, didici, discere. erlernen. *Syn.* Disco. *Usus.* Condiscas, quæso, paulo diligentius supplicare. V *Disco*

Conditio, nis, f. Würzung, von *Condio*, *Syn.* Condimentum. *Usus.* Compositiones unguentorum, conditiones ciborum.

Conditio, onis, f Zustand, Bedingung. *Syn.* Status, fortuna; modus, ratio, lex, pactum, pactio, conventio. *Epi* Æqua, afflictior, valde bona, certa juris, commodior, quam commodissima, communis, deterior, difficilior, durior, gravis, incerta, infima fortunæ, iniqua pacis, vitæ iniquissima, invidiosa, justior, melior & honestior, misera & indigna, mortalis vitæ optima, perdita, præclara, regia, \superior, tolerabilis, tota, tuta, valentior. Conditiones bellicæ & hostiles, æquæ ac verecundæ, duriores legum, malæ, bonæ. *Phras.* 1. *Hanc conditionem majores nostri statuere*, diese Bedingung haben unsere Vorältern gesetzt. Constituere, instituere; hanc victis conditionem imposuere, obtulere, tulere, dedere, proposuere; his conditionibus onerarunt victos, & adstrinxerunt; has pacis leges dixere. 2. *Hanc conditionem facile accipiet*, diese Bedingung wird er leicht annehmen. Ad has conditiones facile accedet; libenter descendet; conditionem hanc non invitus subibit, sequetur, accipiet; hac conditioue, his legibus libenter utetur, ad has conditiones facile adducetur, veniet; in has leges facile transiget, paciscetur; his pactionibus, ac conditionibus libenter stabit; in hac conditione ac pacto manebit. 3. *Conditionem non accipit*, er nimmt die Bedingung nicht an. Respuit, repudiat, recusat conditionem; his conditionibus, in has leges adstringi se non patitur. V. *Abhorreo*, *respuo*. 4 *Singularis est rerum mearum conditio*, der Zustand meiner Sachen hat was besonders. Ea est rerum mearum facies, ut conferri cum iis nihil possit; ea est fortuna, ut exemplum simile plane nullum extet; præcipua, propria, minime communis fortuna mea est; singulari sum fato; alia longe conditione sum accæteri. *Usus.* 1. Nulla conditione permoveri potuere; sie haben auf keine Weise können bewogen werden. 2. *Pactum*, *Conventio*, Vertrag, Bedingung. Conditiones offerre honestissimas; ad pactiones, conditionesque accedere, descendere. Conditiones repudiare. A suis conditionibus ipse fugit; in conditione manere. Stare conditionibus, den Vertrag halten. 3. *Status*, *fortuna*, Stand, Beschaffenheit. Ea est temporum conditio. Meliore conditione es, ac ego, du hast ein besseres Glück, als ich. Hæc imperii conditio, & status. Conditio & fortuna servorum infima. Nascendi conditio. V. *Lex*, *pactum*, *fortuna*.

Con-

Digitized by Google

Conditor, oris, m. Würzer. *Syn.* Cocus, qui cibos condit. *Uſus.* Conditor & inſtructor convivii.

Conditor, oris, m. der etwas ſetzet, ordnet. *Syn.* Auctor. *Uſus.* Legum conditor.

Condo, is, didi, ditum, ere. verbergen, behalten. *Syn.* Abscondo, repono, recondo; *item*: inſtituo, conſtituo, conſtruo. *Uſus.* 1. Frumentum, pecuniam condere. Aliquid in viſceribus medullisque; aliquid animo condere. 2. *Conſtituo, inſtituo, conſtruo*, errichten, erbauen. Urbem condere. Rempublicam condere, & conſtituere. 3. *Compono*, machen, verfertigen. Carmen, orationem, leges condere.

Condocefacio, is, feci, factum, abrichten, lehren. *Syn.* Doceo, commoneo. V. *Doceo.*

Condoleo, es, ui, ere. Schmerz empfinden. *Syn.* Doleo. *Uſus.* Si pes, ſi dens, ſi corpus totum condoleat, wenn der Fuß, ein Zahn ꝛc. wehe thut.

Condoleſco, is, dolui, ere. *idem. Syn.* Condoleo.

Condonatio, nis, f. Verehrung. *Uſus.* Poſſeſſionum condonatio, & addictio.

Condono, as, avi, atum, are. ſchenken. *Syn.* Dono, concedo, do, largior. *Uſus.* 1. Bona aliena alteri condonare. Hunc tu mihi hominem condones, velim. Totum me vobis condono. 2. *Indulgeo, ignoſco, remitto*, nachlaſſen, verzeihen. Crimen ſuum alicui condonare. Supplicium, quo uſurus eram in eum, remitto tibi & condono. V. *Parco, clemens, benignus.*

Conducibilis, e. erſprießlich. *Syn.* Utilis. *Uſus.* Amicum caſtigare utile eſt, & conducibile facinus. V. *Utilis.*

Conducit, es iſt nutz. *Syn.* Utile eſt, prodeſt. *Uſus.* Iſtud vero rationibus quidem tuis, non item reipublicæ conducit. Ea maxime conducunt, quæ ſunt rectiſſima. Vide, num conducant iſta ad commoditatem, ad facultates rerum. V. *Profuſum.*

Conduco, is, duxi, ductum, ere. zuſammenführen. *Syn.* Congrego, cogo. *Adv.* Breviter, in unum locum, mane domum; maxime rationibus. *Phraſ. Conduxit exercitum ex Hiſpanis militibus*, er hat ein Kriegsheer aus Spanien angeworben. Conſcripſit milites, exercitum; delectum militum, quam acerrimum tota Hiſpania habuit; conquiſitionem militum habuit per Hiſpaniam; copias conſcripſit in Hiſpania. *Uſus.* 1. Captivos unum in locum conduxit. 2. *Ad tempus redimo; operam alicujus emo*, miethen, dingen. Domum, fundos conducere. Mercede conductus. Aliquod opus, ſtatuam, pontem faciendum, operas conducere. V. *Conſcribo.*

Conductio, nis, f. Dingung, Miethung. *Syn.* Redemptio, collectio.

Conductitius, a, um. gedungen. *Uſus.* Operæ conductitiæ.

Conductor, oris, m. Miethmann, Pachter. *Syn.* Redemptor. *Uſus.* Ejus operis trecentis nummis conductor fuit.

Conduplicatio, onis, f. *Figura Rhetorica.*

Conduplico, as, avi, atum, are. verdoppeln. *Uſus.* Tenebræ conduplicatæ.

Confabulor, aris, atus ſum, ari. Geſchwätz treiben. *Syn* Colloquor.

Confectio, nis, f. Vollendung. *Syn.* Abſolutio, perfectio, compoſitio. *Uſus.* 1. Libri, belli confectio mihi jucunda fuit. 2. *Collectio*, Sammlung. Confectio tributi. 3. das Kauen. Ciborum confectio a dentibus fimul, ac lingua adjuvatur.

Confector, oris, m. Vollender. *Syn.* Qui conficit & abſolvit. *Uſus.* Belli hujus confector erit, qui &c. Confector negotiorum.

Confero, fers, contuli, collatum, ferre. zuſammentragen, gegeneinander halten. *Syn.* Comparo, collationem facio. *Adv.* Expeditiſſime ſe ex loco, facillime cauſam cum cauſa, mature ſe in ſocietatem. Neceſſario ſe in fluctus, noviſſime ſe alique, plurimum benignitatis, potiſſimum ſe ad hoc ſtudium, rectiſſime parva magnis. Falſo quid in aliquem conferre, falſo cauſam criminis, falſo verbum in aliquem, nunc primum ſuſpicionem, propria crimina in aliquem. Collatum divinitus, conferenda maxime extrema. *Uſus.* 1. Noſtra cum externis, bellum cum pace, inter ſe

Digitized by Google

aliqua conferre. Rationes conferre accepti & expensi, die Ausgabe mit der Einnahme gegen einander halten. 2 *sign. Motus* In fugam se conferre. Iter aliquo conferre, sich wohin verfügen. Ad amicitiam Pompeji me contuli. 3. *Transfero, rejicio* auf etwas, auf einen schieben. Crimen, in idiam, culpam in aliquem conferre. Vitia tua falso in senectutem confers. In filium causam confert. 4. *Adhibeo, adjicio, colloco, pono studium & operam*, Fleiß auf eine Sache wenden, sich auf etwas begeben. Consilium, diligentiam, operam, officia, cogitationes, curas, studium ad alicujus dignitatem & amplitudinem conferre. Confer te, quæso, ad eam curam. Omne ingenium, cogitationes omnes ad Philosophiam contulit. Vocem suam in quæstum contulit, er hat einen Ausruffer abgegeben, *præconem egit.* Se ad auctoritatem, ad societatem, amicitiam alicujus conferre. 5. *Misceo, admoveo.* Manus, signa cum hoste conferre, mit dem Feinde schlagen. Castra, castris conferre, anrücken. 6. *Communio*, sich unterreden, die Köpfe zusammenstossen. Capita conferre; sermones inter se; solicitudines conferre. 7. *Contribuo*, zusammen geben. Ex censu quotannis aliquid in commune conferre.

Confert, contulit, es nützt, hilft. *Syn.* Conducit. *Phras. Confert multum ad doctrinam*, es hilft viel zur Gelehrsamkeit. Momentum magnum affert; momentum magnum habet; ad doctrinam multum adjuvat; plurimum refert ad doctrinam; multum commodi, emolumenti, utilitatis affert, præstat ad doctrinæ uberioris fructum. V. *Utilis.* *Usus.* Ea res ad bene vivendum nihil confert.

Confertim, dicht beveinander. *Usus.* Acriter & confertim pugnabatur.

Confertus, a, um. voll, dicht gestellt. *Syn.* Refertus, plenus. *Usus.* Vita omnium voluptatum varietate conferta. V. *Plenus.*

Confessarius, ii; m. Beichtvater. *Phras.* A confessionibus sacris; conscientiæ judex, arbiter; qui delicta confitentibus aures dat, præbet, commodat; quo ad sacras confessiones utimur; qui pro sacro tribunali assidet; confitentes reos suorum sordibus scelerum expiat; constrictos peccatorum vinculis animos divina quadam potestate relaxat; quo moderatore conscientiæ utimur; qui solet operam dare peccata confitentibus; sacræ pœnitentiæ administer.

Confessio, onis, f. Bekänntniß. *Usus.* Sit erranti medicina confessio. Taciturnitas imitatur confessionem. Tua confessione convinceris, urgeris, teneris. Sua se confessione in laqueos induit, jugulavit.

Confessio Sacra, Beicht. Scelerum suorum pro sacro tribunali expiatio; noxarum conscientiæ expiatio; exomologesis sacra; animi per noxarum confessionem facta cum Deo reconciliatio. *Phras.* 1. *Confessionem facere*, die heilige Beicht ablegen. Eluere animum peccatorum sordibus; sacra confessione perpurgare animum; patefacere sacerdoti conscientiæ labes, vulnera; superioris vitæ commissa in sacro animi judicio detegere; noxarum conscientiam deponerare; scelerum quasi sarcinam apud sacerdotem deponere; turpitudinis suæ virus apud sacerdotem evomere; expiare peccatorum sordes; purgare se salutari noxarum confessione; vitæ noxas sacra confessione delere; obire confessionis mysterium sacrum; crimina sua apud sacerdotem exponere; suorum se criminum apud arcanum judicem accusare; reum agere, peragere. Conscientiæ suæ maculas pœnitentiæ lavacro eluere; sacerdoti se ritu Christiano aperire; peccata confessione deponere; confessione peccatorum sordes abstergere; maculas abolere; peccatorum confessione animum cum Deo reconciliare; pœnitentiæ sacramento animum suo nitori restituere; susceptas in vita maculas confessione abluere, expurgare; exomologesi animum purgare; conscientiam emaculare; perpurgandi animi causa pro sacro tribunali se sistere, animi vulnera medico sacro detegere. 2. *Confessionem generalem facere*, eine allgemeine Beicht ablegen. Totius anteactæ vitæ noxas, ab ultima pueritia ducto initio in memoriam rediger, sacerdoti exponere

Digitized by Google

ponere, qui arctiſſimis iis vinculis, in quæ nos noſtra ſponte induimus, levatos dimittat; expiare ſuperioris vitæ noxas omnes; omnis anteactæ vitæ, omnium annorum confeſſione expiari; aperire omnia peccata, quæ vel a pueritia meminimus; totius vitæ flagitia ſacra confeſſione repetere; confiteri de peccatis tota vita admiſſis; animi labes, quas in omni vita contraximus, expiare; totius vitæ maculas confeſſione eluere; non reticere quidquam eorum, quæ per omnem vitam deliquerimus; ut alterius quaſi ordiamur vitæ initium, veteris vitæ omnis crimina ſacerdoti aperiendo repetere; annorum omnium culpas exponere; de criminibus vel ab ipſa pueritia admiſſis abſolvi; noxis, quas a prima ætate contraximus, confeſſione ſe exonerare; commiſſas jam inde a puero culpas confeſſione delere; noxas ab ineunte ætate contractas, quoad repetere mens poteſt, in ſacro judicio aperire; collectas longa ætate animi ſordes pœnitentiæ lacrimis apud ſacerdotem eluere. 3. *Confeſſiones audire*, Beicht hören. Confitentibus de ſe reis pro ſacro tribunali aures dare, præbere; confitentibus operam dare; judicem ſedere in confitentes de ſe reos; de peccatis ad ſacrum animi judicium allatis cognoſcere; jus poteſtatemque a Deo traditam cognoſcendi & remittendi peccata in arcano judicio exercere; confitentibus peccata ſua aures commodare, admovere; confitentes de criminibus ſuis reos audire; eſſe a ſacris confeſſionibus; confitentes reos ſuorum vinculis criminum exſolvere; relaxare; animorum ſordes eluere, expiare.

Conſeſtim, geſchwind *Syn.* Sine ulla mora, illico, ſtatim, actutum. *Uſus.* Conſeſtim huc advolavit. V. *Statim, breviter.*

Conficio, is, feci, fectum, ere. endigen, machen. *Syn.* Facio, efficio, curo, præſto, exequor, compleo, expedio, tranſigo, abſolvo. *Adv.* Accurate, amanter, bene curſum, bene dialogos, brevi, conſtantiſſime, diligenter tabulas, glorioſiſſime, jucunde, magnificentiſſime aliquid, nihilominus legationem, pene aliquem, plane animum, quam commodiſſime negotia, recte curriculum vivendi, ſtrenue rem ſuam. *Uſus.* . . Manu ſua veſtem, pallium ſibi confecit, machen. Solicitum, bibliothecam, pecuniam conficere. Ea res famam tibi, & opes maximas conficiet. Reditum in patriam, negotium alicui conficere. Nuptias, ſacra, rem divinam conficere. 2. *Perficio, ad finem deduco*, zu Ende bringen. Negotium per alterum; rem e ſententia confecit; bellum affectum confecit. Vitæ curriculum in litteris; diem otio confecit. Longam viam conficere. In ſenatu nihil confectum eſt. Perpolire orationem & conficere. 3. *Tranſigo*, mit einem etwas abhandeln. Confice cum eo de hortis. Velim, id diligenter ut de libris conficias. 4. *Concludo, effio.* daraus ſchlieſſen. Ex hac argumentatione illud conficitur, fuiſſe te &c. *Vulgo: Conſequentia deducitur.* 5. *Affligo, perdo, abſumo, abligurio, conſumo, vexo*, bedugſtigen, verzehren, verſchwenden. Mœror, curæ, ſolicitudines me conficiunt. Conficit ſe curis &c. Fame, frigore, ſenectute, morbo confici. Familiarem rem luxu confecit. Mœror animos exedit & conficit. Pudore conficior.

Confictio, nis, f. Erdichtung. *Syn.* Machinatio. *Uſus.* Criminis confictionem Cajus ſuscepit.

Confidenter, kühn. *Syn.* Animoſe, audacter. *Uſus.* Aliquid confidenter, malitioſe, flagitioſe geſtum.

Confidentia, æ, f. Kühnheit. *Syn.* Impudentia, temeritas, audacia. *Arrogantis eſt. Uſus.* Hæc quidem ſigna confidentiæ ſunt, non innocentiæ. Magnam ſibi ſumit, magnam habet confidentiam. V. *Audacia.*

Confido, is, fidi, (fiſus ſum) fiſum, ere. vertrauen, ſich verlaſſen. *Syn.* Audeo; non timeo: fido, ſpero, innitor.)(*Deſpero, diffido. Adv.* Confidere ferocius ſuæ cauſæ, magnopere & niti invidia, magnopere cauſæ, legionibus, plane plurimum ſibi, valde litteris, malitiæ ſuæ, vehementer. *Phraſ.* 1. *Arcana mihi ſua confidit*, er vertraut mir ſeine Geheimniſſe. Arcana, animum ſuum, conſilia ſua mihi

Digitized by Google

credit omnia; animum ſuum mihi dat; ſummam rerum omnium fidem mihi habet; de fide mea ſibi omnia pollicetur; meæ ſe fidei, ſuaque omnia committit; in mea unius fide omnia ſtatuit, ponit, collocat; nihil mihi conſiliorum ejus clauſum eſt; omnia in aperto ſunt, omnia mecum communicata. V. *Aperio, abscondo, palam.* 2. *In opibus ſuis confidit plurimum*, er verläßt ſich auf ſeinen Reichthum. In opibus poſitam ſpem habet omnem; fretus opulentia ſua; ſpem omnem in fortunis ſuis conſtitutam habet; ſpes ſuas fortunarum præſidiis delegat; omnia ſibi de fortunis ſuis ac copiis pollicetur; V. *Spes, innitor, ſpero. Uſus.* Nimium ſibi, cauſæ ſuæ confidit. Virtuti conſtantiæque tuæ plurimum confido. De re aliqua, de alterius voluntate confidere. V. *Fido, ſpero.*

Configo, is, fixi, fixum, ere. durchſtechen, anheften. *Syn.* Figo, vulnero. *Uſus.* 1. Hercules, ut Euryſthei filios, ita ſuos configebat ſagittis. Cornicum oculos configere, einen Liſtigen berücken. 2. *Figo, pono*, ſetzen, heften. Configere omnes curas & cogitationes in ſalute reipublicæ.

Confingo, is, finxi, fictum, ere. erdichten, bilden, geſtalten. *Syn.* Fingo. *Adv.* Credibiliter, ſuſpicioſe facinus. *Ufur.* Confingere, comminiſci rumorem. Confingere, conflare crimen, aliquid criminis, accuſationem. V. *Fingo.*

Confinis, e. angränzend. *Syn.* Vicinus, finitimus. *Uſus.* Eſt huic confine genus dicendi. V. *Vicinus.*

Confinium, ii, n. Gränze. *Syn* Finis, limes; provinciæ extremum. *Uſus.* Convenit in vicinitatibus & confiniis, æquum & facilem eſſe multa de ſuo jure concedentem. V. *Limes.*

Confio, fis, fieri geſchehen. *Syn.* Conficior. *Adv.* Facilius. *Uſus.* Commodius cadere nihil poterat, quam ſi res ſine ſanguine confieret.

Confirmatio, nis, f. Beſtätigung. *Syn.* Fides. *Epi.* Gravior. *Uſus.* 1. Confirmatio eſt, per quam cauſæ fidem auctoritatem & firmamentum adjungit oratio 2 *Conſolatio*, Troſt, Stärkung. Non eget confirmatione virtus tua. 3. Heil. Firmung: *vox Eccl.* V. *Confirmo.*

Confirmator, oris, m. Bürge. *Uſus.* Confirmator & ſequeſter pecuniæ deſideratur.

Confirmo, as, avi, atum, are. bekräftigen, behaupten. *Syn.* Affirmo, aſſevero, promitto: ſtabilio, corroboro. *Adv.* Bene ſe, fidenter, liquido, magnopere, moleſtius, plane, præclare, temere. Confirmari impudentiſſime caput legis, mediocriter, neceſſario, vehementer, multum confirmatus animus. *Phraſ.* 1. *Eventus rumorem confirmavit*, der Ausgang der Sache hat den gemeinen Ruf beſtätiget. Fidem rei eventus affirmavit; rumori fidem eventus addidit; accrevit rumori fides rei eventu conſecuto; ad ſuſpicionem & rumorem certiſſimæ res acceſſerunt; opinionem adjuvit conſentiens rumori eventus; rumorem ambiguum eventus rei ad certum redegit. 2. *Imperium ſibi confirmavit*, er hat ſein Reich befeſtiget. Imperium diuturna pace munivit; auctoritate & conſilio roboravit; ſtabilivit rempublicam; confirmatiorem reddidit, effecit; temporum iniquitate, fortuna, collapſam affirmavit, conſtabilivit; præclara regni initia, ratum Regis nomen, imperiumque, ei effecere. 3. *Confirmavit decem millia hominum, vulg.* er hat bis zehn tauſend gefirmet. Chriſtianæ palæſtræ oleo ad ineundum animorum certamen decem capitum millia imbuit, perunxit; ſacro Chriſmate, conſecrato oleo Chriſtianorum, decem millibus haud pauciorum, animos ad interiora certamina præparavit, corroboravit. Decem capitum millia ſacro oleo delibuta, ad Chriſtianæ palæſtræ certamina ab illo ſunt initiata; Chriſtianæ militiæ auctorata; uncta Chriſtiano ritu ad ſacra certamina ſunt decem hominum millia; Chriſmatis ſacramento confirmata; miniſtrata decem millibus hominum unctio illa ſacra, qua animi vires ad arcana certamina muniuntur. *Uſus.* 1. Exemplis, rationibus, argumentis rem confirmare. Hoc fine ulla dubitatione confirmaverim, De hoc tibi plane confirmo. 2. *Conſolor*, tröſten. Erigere, confirmare affli-

ctos

Digitized by Google

tos bonorum animos. 3. *Corroboro, stabilio, firmum reddo, probo, comprobo, suffragor*, ſtärken, ſich erholen. Animum, ſe ad omnia confirmare. E morbo confirmari, wiederum zu Kräften kommen. V. *Probo, consolor.*

Confiteor, eris, feſſus ſum, eri. geſtehen, bekennen, beichten. *Syn.* Fateor, præ me fero, agnoſco.)(*inficior, celo. Adv.* Aperte, ingenue, impune, libere, neceſſario, palam adulterium, plane tandem, aliquando, timide, vere. *Uſus.* Aperte & ingenue confiteri de crimine; crimen alicui confiteri. V. *Fateor. confeſſio.*

Conflagro, as, avi, atum, are. verbrennen. *Syn.* Ardeo, exuror, comburor, concremor. *Phraſ. Prædia omnia conflagrarunt*, alle Landgüter ſind verbrannt. Incendio hauſta, conſumpta, deleta ſunt; incendio fumabant; igne corrupta abſumpta ſunt; in cineres abierunt. V. *Concremo, comburo. Uſus.* 1. Arbores flammæ conflagrare. 2. *Transl.* Invidiæ incendio, ira, odio conflagrare, vor Zorn brennen, beneidet, verhaßt ſeyn. V. *Ardeo.*

Conflictio, nis, f. Zuſammenſchlagung. *Syn.* Conflictus contentio, quaſi concurſus cauſarum. *Uſus.* Rerum inter ſe pugnantium conflictio.

Conflictor, aris, atus ſum, ari. ſchlagen, geplagt ſeyn. *Uſus.* Multis & magnis incommodis, duriore fortuna, morbis, annonæ difficultate conflictamur. Cum his conflictari, & pro reipublicæ ſalute dimicare oportet. V. *Affligo.*

Conflictus, us. m. Streit, Scharmützel. *Syn.* Conflictio. *Uſus.* Lapidum conflictu & tritu ignis elicitur. Nubium conflictus. Conflictu corporum magnæ acies pelluntur. V. *Certamen.*

Confligo, is, fixi, fictum, ere. kämpfen, ſtreiten. *Syn.* Contendo, concurro, dimico, prælior, prælio decerto, prælium facio, prælium committo, ſigna confero, manus confero, certamen miſceo. *Adv.* Temere cum aliquo. *Uſus.* Manu cum hoſte confligere. Armis cum hoſte confligere, decertare. V. *Certo, pugno.*

Conflo, as, avi, atum, are. zuſammen blaſen, gießen, ſchmelzen. *Syn.* Cogo, conficio, paro, comparo, acquiro. *Uſus.* Bellum tua opera natum, conflatum, ſusceptum eſt. Unde hoc ductum & conflatum mendacium eſt? Ea res magnam invidiam atque infamiam, plurimum ſuſpicionis, negotii, ac periculi conflavit. Venus totam illam ſcenam, accuſationemque conflavit.

Confluens, tis, m. Zuſammenfluß. *Uſus.* A confluente Rhodani copias movit.

Confluo is, fluxi, fluxum, ere. zuſammenfließen *Syn.* Concurro, convenio, pervenio, fluo. *Uſus.* Laus, honor, dignitas in domum tuam confluxit. Omnis reipublicæ ſentina in ea caſtra confluxit. Multi ex omni orbe Romam confluunt.

Confodio, is, fodi, foſſum, ere. durchſtechen *Uſus.* Confodere aliquem multis vulneribus, tot judiciis confoſſus.

Conformatio, nis, f. Geſtalt, Bildung. *Syn.* Forma, compoſitio, exornatio. *Epi.* Inſignita, impreſſa. *Uſus.* Conformatio lineamentorum, compoſitio membrorum. Animantis figura & conformatio totius oris ac corporis. Conformatio & moderatio continentiæ & temperantiæ. Vocis, ſententiarum, verborum varietas & conformatio.

Conformo, as, avi, atum, are. Geſtalt geben, ſich nach einem richten. *Syn.* Compono, fingo, effingo, figuro, formo, informo. *Phraſ.* 1. *Conformare ſe ad ejus voluntatem ſtudet*, er befleißt ſich, ſich in ihm zu ſchicken. Ad nutum, voluntatem fingere; ſuas voluntates ad alienum nutum componere; ejus voluntatibus, ſtudiis obſequi; ſuam ad alienam voluntatem adjungere, accommodare. Se ad nutum ejus flectere; ejus voluntatem ſuam ducere; ſe ſuaque fingere, & dirigere ex aliena voluntate; totum ſe ad ejus voluntatem convertere; ejus voluntati morem gerere, obtemperare; cum ejus voluntate congruere, conſentire; ſuam ad ejus voluntatem aggregare; pendere ex ejus conſilio ac voluntate; ſua conſilia ac rationes omnes ex ejus præſcripto moderari. V. *Accom-*

Digitized by Google

commodo. 2. *Totum se divinæ voluntati conformavit*, er hat sich völlig in den Willen Gottes ergeben. Suam ad Divini Numinis voluntatem aggregavit; in DEI voluntate placidissime acquievit; totum se ad exequendam Numinis voluntatem contulit; arbitrii sui jus omne, in jus arbitriumque Numinis transtulit; a divina voluntate ne latum quidem unguem discessit; ad omnia Divinæ de se mentis consilia promptus descendit; Divinæ de se voluntatis rationem duxit unice; Divinæ se voluntati totum permisit. 3. *Ad Magistri se mores conformat*, er richtet sich ganz nach dem Beyspiele seines Lehrmeisters. Ad magistri se mores fingit, componit; speciem quandam ac imaginem magistri sui moribus exprimit; de magistri sui moribus mores informat suos; magistri mores imitatione exprimit; in magistri mores abit. V. *Imitor*, *Exemplum*. *Usus*. Ad majora nos genuit natura & conformavit. Animum cogitatione excellentium virorum conformare. Conformare se ad voluntatem alterius. Ad illustre exemplum quoddam mores, vocem, animum conformare. V. *Accommodo*.

Confragosus, a, um. rauh, uneben. *Usus*. Loca aspera & confragosa.

Confringo, is, fregi, fractum, ere. zerbrechen. *Syn*. Frango, infringo. *Usus*. Rem, jura, consilia confringere, dissipare, consumere. V. *Frango*.

Confugio, is, fugi, fugitum, ere. fliehen, Zuflucht nehmen. *Syn*. Perfugio, perfugium, præsidium & auxilium quæro, concurro. *Adv*. Levissime, privatim ad judices, *Phras*. *Miseri omnes ad te confugiunt*, alle Mühselige suchen Hülfe bey dir. In fidem tuam & clientelam se conferunt, recipiunt; in æquitate tua paratissimum habent perfugium, confugium, receptum; non alius portus est, in quem mallent invehi miseri, te uno amico tecti ac beati; apud te velut arx, portus, ara miserorum; tu miserorum columen, receptaculum, adminiculum certissimum haberis. V. *DEI opem imploro*. *Usus*. Tot difficultatibus affectus, afflictus, in tuam fidem, veritatem, misericordiam confugio. Rebus meis diffidens, ad auctoritatis tuæ aram confugio.

Confundo, is, fudi, fusum, ere. zusammenschütten. *Syn*. Misceo, conturbo, perturbo)(*distinguo*. *Usus*. Verum cum falsis confundere. Græcos cum Romanis confundere & conferre. Vis divina toto mundo confusa. Confusa & perturbata oratio. Animo, dolore confusus. *Confundere aliquem*, einen schamroth, oder zu schanden machen. *Vulg. est*. *Latine effertur hoc modo*: aliquem in ruborem dare; ruborem incutere; verecundiam afferre; pudore suffundere. V. *Misceo*, *turbidus*.

Confuse, vermischt, verwirrt *Syn*. Permiste, per tumultum, ac trepidationem.)(*distincte*, *ordinate*. *Usus*. Loqui permiste & confuse. V. *Turbidus*.

Confusio, nis, f. Vermischung. *Syn*. Perturbatio, permistio. *Usus*. Perturbatio vitæ, & magna confusio temporum, religionum, rerum omnium confusio. Conjunctio, confusioque virtutum a Philosophis distinguitur.

Confutatio, onis, f. Widerlegung. *Syn*. Dissolutio, reprehensio.

Confuto, as, avi, atum, are. widerlegen. *Syn*. Refello, refuto, reprehendo, diluo, coarguo, infirmo, dissolvo, redarguo, explodo, convinco, frango, ejicio, abjicio, adversaria everto, falsa esse doceo, tollo. *Usus*. Argumenta alicujus confutare. Audaciam hominis confutavit, confregit. V. *Refello*.

Congelo, as, avi, atum, are. gefrieren. *Syn*. Conglacio, duresco in glaciem. *Phras*. *Amnis congelatur*, der Fluß gefrieret. Amnem vis frigoris concreto gelu adstringit; amnis nive & pruina concrescit; duratus glacie amnis. *Usus*. Gaudebam illum otio congelasse. V. *Glacies*.

Congeminatio, nis, f. Verdoppelung. *Usus*. Quid hoc congeminationis?

Congemino, as, avi, atum, are. verdoppeln. *Syn*. Gemino. *Usus*. Omnes congeminavimus.

Con-

Digitized by Google

Congemo, is, gemui, gemitum, ere. zuſammenſeufzen *Syn* Gemo ſimul. *Uſus.* Congemuit ſenatus frequens. V. *Gemo.*

Congero, is, geſſi, geſtum, ere. zuſammentragen. *Syn.* Congrego accumulo, comporto.)(*Diſſipo. Uſus.* 1. Pecuniam aliquo, res direptas in regnum congerere. 2. *Transl. confero.* Maledicta, crimina in aliquem congerere, einen mit Schmähworten und falſchen Anklagungen überhäufen. V. *Congrego, colligo.*

Congerro, onis, m. Schwätzgeſell *Syn.* Cum quo familiariter & facete confabulatur.

Congeſtitius, a, um. gehäufet. *Uſus.* Locus congeſtitius, ad jacienda fundamenta ineptus.

Congeſtus, us, m. das Zuſammentragen. *Syn.* Comportatio. *Uſus.* Avium congeſtu, non humanis manibus.

Congiarium, ii, n. Ehrengeſchenk von Wein, oder andern Getränke. *Syn.* Imperatoris donum a congio, menſuræ genere vini & ſimilium ſic dictum. *Uſus.* Cæſar muneribus, monumentis, congiariis, epulis multitudinem imperitam lenierat.

Conglacio, as, avi, atum, are. gefrieren. *Syn.* Congelo, dureſco. *Uſus.* 1. Aqua frigoribus conglaciat, nive & pruina concreſcit. 2. *Transl.* Ejus conſulatus conſilia conglaciant, ſeine Amtsverrichtungen bleiben ſtecken. V. *Glacies.*

Conglobatim. haufenweiſe. *Uſus.* Conglobatim ac confertim pugnabant.

Conglobo, as, avi, atum, are. zuſammenrollen. *Syn.* Cogo, colligo. *Uſus.* Mare undique conglobatur æqualiter. Milites ſe in unum conglobarunt.

Conglutinatio, onis, f. Zuſammenfügung. *Syn.* Conjunctio. *Epi.* Recens, inveterata. *Uſus.* Conglutinatio recens, ægre divellitur. 2. *Transl.* Conglutinatio verborum.

Conglutino, as, avi, atum, are. zuſammenfügen. *Syn.* Conjungo, copulo, conflo, compingo. *Uſus.* Voluntates noſtras conſuetudo conglutinavit. Amicitias morum ſimilitudo conglutinat. V. *Jungo, conjungo.*

Congratulatio, nis, f. Glückwünſchung. *Uſus.* Omnium ordinum conſenſus, gratiarum actio, congratulatio me commovet. V. *Gratulatio.*

Congratulor, aris, atus ſum, ari. Glück wünſchen. *Syn.* Signis lætitiam oſtendo, gaudeo cum aliquo. V. *Gratulor.*

Congredior, eris, greſſus ſum, gredi. zuſammentreten. *Syn.* Convenio; infeſtis armis conturro. *Adv.* Coram. *Phr ſ. Cum hoſte congreſſus eſt*, er iſt mit dem Feinde handgemein geworden. Gradum, pedem, manum cum hoſte contulit; infeſtis armis, animisque cum hoſte concurrit; in hoſtem ivit, ruit, invectus eſt; manum cum hoſte conſeruit; ſigna contulit; ut arma increpuere, micantesque fulſere gladii, concurſus, impetus in hoſtem factus eſt V. *Arma, pugno, prælium. Uſus,* 1. Luna cum ſole congrediens. 2. *Conferendi cauſa convenio.* Unterredungshalber zu einem gehen Congredi cum aliquo, conferre gradum, pedem. Cum congreſſi fuerimus, tum ſiquid res feret, inter nos conferemus. 3. *Pugno*, ſich mit dem Feinde ſchlagen. Contra Cæſarem armatus congreſſus eſt. Non is ſum, qui tecum congrediar, & lucter. Congredere mecum criminibus ipſis, remove calumnias.

Congregabilis, e, geſellig *Syn.* Quod facile congregatur, amans ſocietatis. *Uſus.* Apum examina natura congregabilia ſunt.

Congregatio, nis, f. Verſammlung. *Uſus.* Nos ad conjunctionem congregationemque hominum, & ad naturalem communitatem nati ſumus.

Congregatio Mariana, Marianiſche Verſammlung. Sodalitas, ſodalitium, cœtus, conventus Mariæ honoribus inſtitutus; cœtus ex litteraria juventute collectus, conflatus ad Divinæ Matris honorem; ſodalitium ſcholaſticæ juventutis Virgineæ Matris nomine congregatum. *Congregationi inſcribi ſe curavit. Vulg.* In numerum ſodalium adſcribi, allegi, referri, cooptari voluit; ſodalium cœtui, albo inſcribi, inſeri exoptavit; ſodalitati nomen dedit; inter candida-

Digitized by Google

datos Mariani ſodalitii nomen eſt profeſſus.

Congregatio Romana Cardinalium, Verſammlung der Kardinäle zu Rom. *Congregatio rituum.* Concilium *vel* Conſilium Patrum Purpuratorum ſacris ritibus ſanciendis conſtitutum *Congregatio de propaganda.* Sacer Vaticani Senatus conventus, de conſervanda, *vel* propaganda per terrarum orbem fide, agi ſolitus.

Congrego, as, avi, atum, are. verſammeln. *Syn* Colligo, contraho, convoco, coacervo, aggrego, cogo, conjungo, in unum locum compello.)(*Diſpergo, diſſipo. Uſus.* Homines libenter ſe cum æqualibus congregant. Paulum in eundem hunc numerum congregabimus. Tecum me & voluntas congregavit, & fortuna conjunxit. In unum locum congregata plebs. V. *Convenio, colligo, convoco.*

Congreſſio, nis, f. Zuſammenkunft. *Syn.* Congreſſus, colloquium, ſermo. *Epi.* Acerba & miſera, bellicoſa, ſevera. *Uſus.* Nemo illum aditu, congreſſione, ſermone dignum putabat. Erat non modo familiaritate ſed congreſſione prohibendus. In congreſſionibus hominum. Familiaris congreſſio.

Congreſſus, us, m. Zuſammenkunft. *Syn.* Colloquium, conflictus. *Epi* Mediocris, quotidianus. *Uſus.* 1. Venire in alicujus congreſſum. Sylla cum illis ne mediocri quidem ſermone & congreſſu conjungebatur. Credebam, pacem fore non modo ſermone & disputatione, ſed conſpectu ipſo & congreſſu V. *Conventus.* 2. *Pugna.* erſter Angriff im Streite Multa ante congreſſum fiunt. Nulli in eo congreſſu periere.

Congruenter gemäß. *Syn.* Convenienter. *Uſus.* Congruenter naturæ convenienterque vivere.

Congruo, is, grui, ere übereinkommen. *Syn.* Convenio, conſentio. *Adv.* Mirifice, valde, vehementer, *Phraſ. Color iſte cum luctu congruit*, dieſe Farbe kömmt mit dem gegenwärtigen Leidweſen wohl überein. Non abhorret, non abludit luctu color; belle ſibi reſpondent luctus & color hic obſcurus. Conſentit, concinit hic color luctui. *Uſus.* Cum ſuis moribus ac natura parum congruere. Sententia mea congruit cum judicio ſenatus. Dicta factis congruunt. Oratio, ſententia discrepans, verbis congruens. V. *Conſentio, concino, convenio, ſimilis.*)(*Diſcrepo, repugno diſſentio, diſſideo.*

Conjectio, nis, f. Wurf, Muthmaſſung. *Syn.* Conjectura, conjectus. *Uſus* 1. Conjectione telorum hoſtis fuſus eſt. 2. *Transl.* Conjectionem ſomniorum ita definit. V. *Diviſatio.*

Conjecto, as, avi, atum, are. muthmaſſen, errathen. *Uſus.* Eventu aliquid conjectare. Quid dicam, aut quid conjectem, neſcio. V. *Conjicio.*

Conjector, oris, m. Ausleger. *Syn.* Interpres ſomniorum, portentorum, vates. *Uſus.* Conjector ſomniorum, Traumdeuter. Vaticinationes & reſponſiones aruſpicum, conjectorum.

Conjectura æ, f. Muthmaſſung, Auslegung. *Syn.* Opinio, ſuſpicio, divinatio auguratio, proviſio. *Epi.* Bona, crudelis, difficilis, domeſtica, facilis, infinita, levis, multa, perſpicua, probabilis, vera, verior, certa *Phraſ. Conjectura capi vix poteſt*, man kann hier kaum eine Muthmaſſung haben. Ea res conjectura judicari, ſciri vix poteſt; conjectura de ea re capi, fieri vix poteſt; ad conjecturam ejus rei evadere vix humana mens poteſt; ad conjecturam propius accedere; conjectura aſſequi, augurari non licet; nullus hic conjecturæ locus; nihil hinc conjicias, conjectes. V. *Conjicio. Uſus.* Conjectura, quæ in varias partes duci poteſt, nihil incertius. Conjectura dubor ad ſuſpicandum. Quantum conjectura aſſequi, conſequi poſſum Scis quo me conjectura ducat, quid odorer, quid conjectura augurer. Ex vultu conjecturam facio, capio. Vultus mihi conjecturam animi affert. Quantum conjectura percipio, coarguere poſſum; quoties conjecturis noſtris aberramus, fallimur.

Conjecturalis, e, muthmaßlich. *Uſus.* Cauſa, genus orationis conjecturale.

Con-

Digitized by Google

Conjectus, us, m. Wurf. *Syn.* Conjectio. *Usus.* Conjectus oculorum.

Conjicio, is, jeci, jectum, ere. werfen, schließen, muthmaſſen. *Syn.* Conjectura aſſequor, *vel* conſequor; conjecturam facio; conjectura proſpicio, *vel* perſpicio, agnoſco, interpretor, divino, exiſtimo. *Adv.* Acute, bene, belle, male, præclare. *Phraſ.* 1. *Multa e facie conjici de homine poſſunt*, man kann viel von einem Menſchen aus dem Geſichte abnehmen. Multa ex fronte videri, colligi, deprehendi percipi, conjectari poſſunt; multa coniecturis aſſequi, conſequi, licet; multa ex vultu conjectando augurari poſſumus. Frons multa oſtendit, ſignificat, indicat, coarguit, pateſacit; frons ipſa perſæpe exprimit, demonſtrat latentes animi morbos; e vultu, qui eſt index & imago animi, nequaquam incerta conjectio, dubia aut obſcura divinatio ſumitur; frons ad animi faciem proxime accedit; haud aberrat conjectura, qui ex vultus indicio de animo ſuſpicatur; ex vultu conjectura haud temere duci, capi, fieri poteſt; ex vultus indiciis haud ægre ad conjecturam de animi ſenſu evadimus; non fallit conjectura, quæ ex vultu de animorum habitu judicat; ex vultu, oculis, fronte conjectura ducimur, propius accedimus ad animi ſenſum explorandum. 2. *Res ſunt ejusmodi, de quibus ne conjicere quidem quidquam poſſumus*, dieſes ſind Sachen, von denen man nicht einmal muthmaſſen kann. Quæ poſitæ non ſunt in conjectura; quæ extra conjecturam ſunt; quæ a conjectura procul abſunt; quæ a conjectura minime pendent; ad quas conjectura accedere; de quibus conjecturam facere, capere; certus vates, conjector eſſe nemo poſſit; de quibus difficilis admodum conjectura fit, incerta divinatio, obſcurum augurium eſt; in quibus, quid futurum ſit, quid eventurum, quid afferre, parere dies, caſus, fortuna poſſit, ſuſpicari, divinare, providere, aſſequi nihil licet. V. *Conjectura. Usus.* 1. *Se in fugam*, in pedes, latebras, *caſtra conjicere*, ſich bewegen. *Tela in aliquem conjicere*, werfen. 2. *Conjicere*, zuwerfen, auf einen legen. Maledicta in aliquem, cauſam turbarum, crimen in aliquem conjicere. Flammam illorum temporum in me conjecit. 3. *Diſtribuo*, austheilen. Cauſam totam in certos locos, multa in unum librum, epiſtolam conjeci. 4. *Intendo, converto*, wenden. Oculos in eum conjecit. 5. *Affero, redigo*, bringen, ſtürzen. Rempublicam in magnas difficultates conjecit. Ne me, quæſo, in hanc triſtitiam, hoc malum, has tricas conjicito. Cœli gravitas in morbum me conjecit. Conjecit ſe in nuptias. 6. *Divino, auguror, conjecto*, errathen, muthmaſſen. Argute, acute, hæc longe ante conjecerat. V. *Divino.*

Coniſco, as, are. ſtutzen, mit den Köpfen ſtoßen wie die Böcke. *Syn.* Arieto, fronte concurro. *Uſus.* Caput opponis cum eo coniſcans.

Conjugatio, nis, f. Zuſammenfügung, Bindung. *Syn.* Colligatio. *Uſus.* Capitum conjugatio & relegatio, & propagatio virium.

Conjugium, ii, n. die Ehe, Eheſtand. *Syn.* Connubium, matrimonium. *Phraſ. In conjugio degit*, ſie lebt in dem Eheſtande. Eſt illi connubium cum viro cumprimis nobili; ſanguinem genusque miſcuit cum Patritii generis viro; domeſticum fœdus junxit cum viro clariſſimis natalibus orto; locara eſt in matrimonio; in manum convenit viro honeſtiſſimo; in matrimonium data, collocata eſt viro clariſſimi generis. V. *Matrimonium*, *nubo. Uſus.* Prima ſocietas eſt in ipſo conjugio.

Conjugo, as, avi, atum, are. zuſammenfügen. *Syn.* Conjungo, copulo, ſocio. *Uſus.* Jucundiſſima eſt amicitia, quam morum ſimilitudo conjugavit. V. *Jungo.*

Conjunctè. zuſammen. *Syn.* Simul, conjunctim.)(*Separatim. Uſus.* Conjunctiſſime & amiciſſime vivere cum aliquo.

Conjunctim. insgeſammt. *Syn.* Simul, conjuncte. *Uſus.* Conjunctim de ea re poterit referri.

Conjunctio, nis, f. Verbindung, Freundſchaft. *Syn.* Copulatio, neceſſitudo, ſocietas, conſociatio, cognatio, affinitas, conſenſio.)(*Dis-*

Digitized by Google

Disjunctio, alienatio. Epi. Æterna, humana, incolumis, invidiosa, jucundissima, magna, maxima, mediocris, nova, paterna, perdiuturna, perpetua, proxima necessidudini liberorum, repentina affinitatis, sempiterna. Suavis inter aliquos, suaviſſima, summa, tanta vera, vetus, infinita. *Usus.* Affinitatis vicinitatis, benevolentiæ, naturæ, amicitiæ conjunctio. Conjunctionis mutuæ vinculum. Conciliare sibi conjunctionem multorum, **ſich viele Freunde machen.** Veterem conjunctionem noſtram labefactarunt, ac prope diremerunt malevolorum artes: a conjunctione nos prope avocarunt; de vetere conjunctione multum diminuere, **unſere Neider haben unſere Freundſchaft faſt zertrennet.** V. *Amicitia.*

Conjunctus, a, um. **vereiniget.** *Syn.* junctus, copulatus, adjunctus, cohærens, consentiens, sociatus, communis, connexus, habens societatem, conjunctionem gratiæ, quasi devinctus, necessarius.)(*divisus, disjunctus, solitarius. Usus.* Habere aliquem usu, affinitate, consuetudine officiis conjunctum; cognatione, amicitia inter se conjuncti. Familiaris & omnibus rebus conjunctus alicui, *vel* cum aliquo. Mea causa cum tua est conjuncta. Virtuti tuæ fortuna conjuncta est. Vitam agit cum honestate conjunctam. Vita flagitiis & probris conjuncta. Summa miseria cum summo dedecore conjuncta. Discessus tuus cum gloria potius erat conjunctus, quam cum probro. V. *Amicus, concors.*

Conjungo, is, junxi, junctum, ere. **zuſammen fügen, ſetzen, ſtellen.** *Syn.* Copulo, conjugo, conglutino, consocio, congrego, coagmento, concilio, connecto.)(*Disjungo. Adv.* Conjungi maxime vetustate, lingua, societate, mirifice cum, quam maxime. *Usus.* Cum aliquo amicitias conjungere, **mit einem Freundſchaft ſtiften.** Conjungere cum gravitate comitatem. Nos ab ineunte ætate usus, consuetudo, studiorum societas & similitudo conjunxit. Cum aliquo necessitudinem **conjungere.** Sententiarum pondus cum elegantia verborum. V. *Jungo, adhuereo.*

Conjux, jugis, *g. c.* **Ehegatte, Ehemann, oder Ehefrau.** *Syn.* Particeps connubii, thori consors. *Epi.* Minime avara, fidissima, fidelis, fideliſſima, integra a petulantia alicujus, misera.

Conjuratio, nis, f. **Zuſammenſchwörung.** *Syn* Conspiratio, consensio. *Epi.* Civilis, constricta, exitiosa, impia, occulta, recens, sceleratа, superior, vetus. *Usus.* Conjurationem facere, deprehendere, patefacere, apperire.

Conjuro, as, avi, atum, are. **zuſammen ſchwören** *Syn.* Conspiro, consentio. *Phraſ. Multi nobiles conjurarunt*, **es haben viele adeliche zuſammen geſchworen.** Coitionem, conspirationem fecerunt; multi ex nobilibus conspirationem conflarunt; conjurationem fecerunt; facinoris societatem inierunt; conspiratum a non paucis nobilibus; coivere in nefarii consilii societatem nobilium non pauci; conflata ex nobilibus nefarii fœderis societas, impiis religionibus devincta. *Usus.* Cognitum est eos conjurasse. Hi quibuscum conjurasti, ubi sunt? Scito mihi æris alieni esse tantum, conjurare ut cupiam.

Connecto, is, nexui, nexum, ere. **zuſammen binden.** *Syn.* Conjungo, necto, colligo, nexa vincio, copulo.)(*separo. Adv.* Leviter. *Usus.* Amicitia cum voluptate connectitur. V. *Jungo.*

Connexio, nis, f. **Zuſammenhang.**

Connitor, eris, nixus & nisus sum, niti, **ſich befleiſſen, bemühen, unterſtehen.** *Syn.* Nitor, operam do, conor, contendo, enitor, elaboro. *Usus.* Quantum conniti animo potes; quantum labore contendere, tantum fac, ut efficias. V. *Conor, nitor, contendo.*

Conniveo, es, nivi, (nixi) ere. **durch die Finger ſehen.** *Syn.* Dissimulo. *Usus.* 1. Dii sæpe in hominum sceleribus connivent. Quibusdam in rebus conniveo. V. *Indulgeo.* 2. *Oculos nunc claudo, nunc aperio*, **blinzeln.** Oculi somno conniventes.

Connubium, ii, n. **Eheſtand.** *Syn.* Conjugium. V. *Matrimonium.*

Co-

Digitized by Google

Conor, aris, atus ſum, ari. ſich befleißen, bemühen, unternehmen. R. a κονέω, *operor*. *Syn.* Enitor, connitor, molior, indago, experior, incumbo in, *vel* ad rem. *Phraſ.* 1. *Conandum tibi erit magnopere* du wirſt dich ſehr bemühen müſſen Magno ſtudio enitendum, contendendum, elaborandum tibi erit; omni conatu id agendum, id moliendum; intentus tibi animus habendus, qui nulli unquam labori ſuccumbat; in hoc tibi omni ope ac opera incumbendum; ad id omnes cogitationes intendendæ; toto pectore tibi ad hoc incumbendum erit; toto pectore, omni ope huc annitendum; ſumma ope in hoc elaborandum, defudandum erit; omni cogitatione ad id feraris, eo nervis omnibus contendas, neceſſe erit. 2. *Conare, quæſo, ut ſolidam laudem conſequare*, befleiß dich, ein rechtſchaffenes Lob zu verdienen. Accinge te, quæſo, ad eam cogitationem; da operam, id age, id molire, id unum machinare; contende nervis omnibus & facultatibus; omni ope annitere, totis viribus accingere; age pro virili parte, pro tua parte, totis viribus; omnibus nervis, omni ſtudio, quantum eſt in te poſitum; quantum in te ſitum eſt; quoad potes; quoad vales; quantum quidem præſtare poteris; quantum viribus licebit conſequi. Conſer ad eam rem omnes vires, omnia ſtudia; quidquid eſt in te induſtriæ, operæ, curæ, diligentiæ. Ne viribus peperceris; nequid ſtudii prætermiſeris; da operam pro eo, quod in te erit; ita contende, ut nihil magis. V. *Studeo, ſatago, contendo. Uſus.* Multa efficere, plura conari. Scelus conari.

Conquaſſatio, nis, f. Erſchütterung. *Syn.* Agitatio, commotio. *Uſus.* Morbus e corporis conquaſſatione & perturbatione ortus.

Conquaſſo, as, avi, atum, are, erſchüttern, bewegen. *Syn.* Commoveo, concutio. *Uſus.* Omnes provinciæ bellis conquaſſatæ.

Conqueror, eris, queſtus ſum, queri, klagen. *Syn.* Queror, deploro. *Adv.* Graviter, graviſſime, mediocriter, publice de factis, veriſſime. *Uſus.* Nihil tecum de injuria fratris conqueror. Conqueri fortunam adverſam, non lamentari decet. V. *Queror, querela.*

Conqueſtio, nis, f. eine Klage. *Syn.* Querela.

Conquieſco, is, quievi, etum, ere. ruhen. *Syn.* Quieſco, conſido deſino. *Adv.* Libentiſſime, paullum adventu alicujus. *Uſus.* Bella hieme, litteræ bello conquieſcunt, darnieder liegen. Nunquam a bellis conquieſcemus? Ut ætas noſtra gravior in caritate, atque adoleſcentia tua ex omnibus moleſtiis, & laboribus conquieſcat. Animus a forenſi ſtrepitu conquieſcat tantisper. Aſpectu uno omnis cura conſedit, ac conquievit. In libris conquieſco, ich habe meinen ganzen Troſt in Büchern. V. *Quieſco, relaxo.*

Conquiro, is, quiſivi, quiſitum, ere. zuſammenſuchen. *Syn.* Inveſtigo, magna diligentia quæro. *Adv.* Curioſius, diligentiſſime, ſtudioſe, undique pecuniam, undique ſuavitates. *Uſus.* Aliorum facta & eventa conquirere Suavitates undique & delicias conquirit. V. *Quæro, colligo.*

Conquiſite, mit Fleiß, zuſammen geſucht. *Syn.* Exquiſite, diligenter, docte. *Uſus.* Aliquid conquiſite ſcribere.

Conquiſitio, nis, f. Zuſammenſuchung. *Uſus.* Exercitus duriſſima conquiſitione collectus. In conquiſitione orationis duriſſimum eſt exordium. Conquiſitionem habere, facere militum, Soldaten werben. V. *Delectus.*

Conquiſitor, oris, m. Werber. *Syn.* Cui aliquid conquirendum mandatur. *Uſus.* Nullus delectus, neque enim conquiſitores comparere audent.

Conquiſitus, a, um. ausgeſucht. *Syn.* Exquiſitus, inſignis. *Uſus.* Conquiſitiſſimi cibi, odores. Fictis, conquiſitisque vitiis deformare hominem.

Conſalutatio, nis, f. einhellige Begrüſſung. *Epi.* Forenſis, perhonorifica. *Uſus.* Forenſis conſalutatio.

Conſaluto, as, avi, atum, are. begrüßen. *Syn.* Saluto. *Adv.* Amiciſſime inter ſe. *Uſus.* Qui inter ſe amiciſſime conſalutarunt. V. *Saluto.*

Wagner.

Digitized by Google

Conſaneſco, is, ſanui, ere. geſund werden. *Syn.* Sanus fio, ſanor. *Uſus.* Cum conſanuiſſe videretur, recruduit vulnus. V. *Sano.*

Conſanguineus, a, um. Blutsfreund. *Syn.* Sanguine conjunctus, ſanguinis communione, conjunctione proximus; conſanguinitate propinquus. V. *Cognatus, propinquus, affinitas. Uſus.* Nec intelligunt, eſſe ſe conſanguineos.

Conſanguinitas, tis, f. Blutsfreundſchaft. *Syn.* Sanguinis conjunctio, communio. *Uſus.* Alteri conſanguinitate propinquus. V. *Cognatio.*

Conſaucio, as, avi, atum, are. verwunden, verletzen. *Syn.* Saucio, vulnero. V. *Vulnero.*

Conſceleratus, a, um. laſterhaft. *Syn.* Sceleratus. V. *Sceleratus.*

Conſcelero, as, avi, atum, are. ſchänden. *Uſus.* Conſcelerare aures paternas, *aures ſcelere implere.*

Conſcendo, is, ſcendi, ſcenſum, ere. beſteigen, in ein Schiff ſteigen. *Syn.* Aſcendo. *Uſus.* Conſcende, quæſo, & ad nos trajice, *ſubintel. navim,* zu Schiffe gehen. V. *Aſcendo*

Conſcenſio, nis, f. das Steigen. *Uſus.* Conſcenſio in naves.

Conſcientia, æ, f. Gewiſſen. *Syn.* Recordatio, animi quædam ratio, vis, & lex, a qua & de recte factis, & ſecus admonemur. *Epi.* Comes, communis, jucundiſſima bene actæ vitæ, præclara, recta, ſcelerata, ſtabilis, digna ſupplicio. *Phraſ.* 1. *Conſcientia bona, vulg.* ein gutes Gewiſſen. Conſcientia bene actæ vitæ; conſcientia recte factorum; mens bene ſibi conſcia; optimæ mentis conſcientia; conſcientia rectæ voluntatis; conſcientia recta & præclara. 1.) *Eſt homo bonæ conſcientiæ, vulg.* er iſt ein gewiſſenhafter Menſch. Vir eſt integerrimæ mentis; juſtus, integer, æqui ac recti amans; integer & bonus; cui religio ſit, quidquam præter fas & æquum agere; quidquam aggredi, quod cum recti honeſtique legibus non conſentiat; vir eſt optimæ mentis conſcientia tutus; qui, quæ agere parat, omnia ad leges divinas, ad rectæ rationis præſcriptum exigit; qui nulla in re ab æqui & recti legibus diſcedit; qui a recta conſcientia ne transverſum quidem unguem diſcedat; cui religioſum ſit, præter æqui rectique leges quidquam agere. 2.) *Conſolatur me bona conſcientia, vulg.* mich tröſtet mein gutes Gewiſſen. Optimæ mentis conſcientia me conſolor; præclara conſcientia ſuſtentor; conſcientia rectæ mentis recreor; nitor conſcientia mea; non pertimeſco conſcientiam meam; fruor vitæ bene actæ conſcientia; nixus rectæ mentis conſcientia quid pertimeſcam? quæ me res perturbet, conſcium probe ſibi, a culpa me omni longiſſime abfuiſſe? V. *Probus.* 3.) *Hoc bona conſcientia fieri non poteſt, vulg.* das kann mit gutem Gewiſſen nicht geſchehen. Salvo officio, ſalvis legibus, ſalva fide fieri non poteſt, hoc ſine ſcelere fieri nullo pacto poteſt; iſta facere religio ſit, religioſum ſit; religione impedimur. 2. *Vulg. Conſcientia mala,* ein böſes Gewiſſen. Conſcientia ſceleris; facinorum conſcientia; mens male ſibi conſcia; impedita & oppreſſa mens ſcelerum conſcientia. 1.) *Malam habet conſcientiam, vulg.* er hat ein übles Gewiſſen. Hominem ſcelus agitat; ſcelerum poenis agitatur, & a mente conſilioque deducitur; facinorum recordatione nunquam timore eſt vacuus; urit anxiam mentem facinorum memoria; agitatur & perterretur tædis ardentibus furiarum; conſcientia facinorum urgetur; flagitiorum ſuorum conſcientia cruciatur, ſtimulatur, vexatur, conſtringitur; peccatorum conſcientia oppreſſo poena ſemper ante oculos verſatur; exortus e peccatorum conſcientia timor ſollicitudine exedit; angore conſcientiæ, & ſcelerum recordatione cruciatur; inſectantur hominem non furiæ, non ardentes, ut eſt in fabulis, tædæ, ſed impedita malefactorum conſcientia mens; ſeu confuſa poenarum metu ſcelerum conſcientia, quæ hominem æternis ſollicitudinibus dies & noctes exedit; conſcientiæ ſtimulis agitatur; ſcelerum obſtrepente conſcientia quieſcere non poteſt; tacito conſcientiæ convicio verberatur; angore conſcientiæ torquetur; flagitiorum memoria angitur, diſcru-

Digitized by Google

cruciatur. 2.) *Remorſus conſcientiae, vulg.* **Gewiſſensbiß, das Nagen des Gewiſſens.** Inſunt in ſcelere aculei, quibus animi dies atque noctes confodiuntur & cruentantur; ſtimuli, quibus mens diu noctuque compungitur, exeditur, dilaceratur; mentis angores, ſollicitudines, metus, cruciatus, tacita conſcientiæ convicia, quæ animum verberant, opprimunt, exedunt, excruciant. 3.) *Eſt homo nullius conſcientiae, vulg.* **der Mensch hat gar kein Gewiſſen.** Homo impius, improbus, nefarius, ſceleratus, conſceleratus, qui ſibi religioni nihil habet, ducit; qui religione non impeditur, quo minus &c. cui ſanctum religioſumque nihil eſt; in quo nullum nec recti, nec æqui ſtudium, aut veſtigium; homo ſine ulla religione & fide. 4.) *Facerem mihi conſcientiam, vulg.* **ich mache mir ein Gewiſſen** Religio mihi foret; religioſum eſſet; religioni mihi ducerem; religioni haberem; religione impediri me putarem. 5.) *Rationem conſcientiae reddere,* **Gewiſſensrechenſchaft geben.** Omnes animi latebras ac receſſus aperire; arcana pectoris omnia alteri credere; vitæ ſuæ, rerumque omnium rationem reddere; reconditos, & penitus abstruſos animi ſenſus patefacere; intimos animi receſſus pandere; arcana pectoris exprimere. 6.) *Conſcientiam examinare, vulg.* **das Gewiſſen erforſchen,** Suæ vitæ rationem ab ſe repetere, repoſcere; in ſemetipſum deſcendere. V. *Examen conſcientiae. Uſus.* 1: Magna vis eſt conſcientiæ, ut pœnam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccarunt. 2. In conſcientia recte factorum ſat magnus laboris fructus eſt. 3. *Notitia,* **Wiſſenſchaft, Erkänntniß.** Conſcientia tenetur conjuratio tua. Remota hominum conſcientia quidlibet facturus videris, **wenn es die Leute nicht wüßten, würdeſt du dich auf alles einlaſſen.** *In conſcientia obligatum eſſe, vulg. eſt,* **im Gewiſſen verbunden ſeyn.** *Lat.* Religione obſtrictum eſſe; quæ vox: *Religio,* plerumque ponitur in his pro *conſcientia.* Religionem alicui offerre, **einem ein Gewiſſen machen.** Religione habeo, mihi duco, **ich mache mir ein Gewiſſen.** Religione impedior, **ich kann mit gutem Gewiſſen nicht** ꝛc.

Conſcindo, is, ſcidi, ſciſſum, ere. **zerſchneiden, zerreißen.** *Syn.* Diſcindo, ſcindo, diſcerpo. *Uſus.* 1. Epiſtolam tuam conſcidi innocentem. 2. *Transl.* Aliquem ſibilis maledictis, pugnis, calcibus conſcindere, **einen mit Schmähworten** ꝛc. **übel zurichten.**

Conſciſco, is, ſcivi, ſcitum, ere. **zuziehen.** *Syn.* Infero, admitto. *Uſus.* Mortem ſibi veneno; necem ſibi conſciſcere. Facinus conſciſcere.

Conſcius, a, um. **mitwiſſend, bewußt.** *Syn.* Particeps, ſocius, teſtis.) *Inſcius, ignarus. Adv.* Maxime ſtudiorum, officiorum. *Uſus.* Nullius mihi culpæ conſcius ſum, **ich bin mir keiner Schuld bewußt.** Conſcius illi facinori eſſe putabar.

Conſcribo, is, ſcripſi, ſcriptum, ere. **zuſammenſchreiben.** *Syn.* Scribo, compono. *Adv.* Celeriter veteranos, communiter edictum, diligentius, nominatim, perſpicue, perquiſitius & diligenter, publice, ſeparatim, ſubtilius, vicatim homines. Conſcribi palam, & centuriari. *Phraſ.* Milites conſcripſit, **er hat Soldaten angeworben.** Novis delectibus militem contraxit; milites ſacramento rogavit; copias comparavit, paravit, coegit, contraxit maximas; conquiſitionem fecit, habuit acerrimam. V. *Conduco. Uſus.* Exercitum, militem conſcribere, **werben.** Librum, epiſtolam conſcribere, **ſchreiben.** V. *Scribo.*

Conſcriptio, nis, f. **Aufzeichnung.** *Syn.* Scriptio *Uſus.* Conſcriptiones quæſtionum.

Conſecratio, nis, f. **Weihung** *Syn.* Dedicatio. *Uſus.* In conſecrationibus ſtatuebantur aræ, quæ religionem afferrent.

Conſecro, as, avi, atum, are. **weihen, zueignen.** *Syn.* Dico, dedico, ſacro, religioſum facio.)(*Profano, prophanum facio. Adv.* Auguſte, nefarie aram, ſanctè, publice, recte. *Uſus.* 1 *Dare, donare, dicare,* widmen, **aufopfern.** Conſecrare aliquid Jovi. Aurum, argentum, agrum, ædem Deo conſe-

Digitized by Google

ſecrare. Se patriæ dedere, ac velut conſecrare. 2. *Religioſum facio*, einweihen. Delubra ſanctiſſimis religionibus conſecrata. 3. *Immortalitate dono*, verewigen, unſterblich machen. Urbes, in quibus tuas virtutes conſecratas vides, & in Deorum numero collocatas. Virorum fortium memoria Deorum immortalium honore conſecrata. V. *Sacro*, *dedico*.

Conſecro SS Hoſtiam, in der heiligen Meſſe aufwandeln Prolatis enuntiatis Chriſti verbis ſanctiſſimis, panem, ac vinum, in ejus corpus, ac ſanguinem converto; pronuntiata divinæ conſecrationis formula, arcana vi, ac obſtupeſcenda, carnem Chriſti, ac ſanguinem efficio; arcanis ac traditis a Chriſto verbis, eundem in panis ac vini ſpeciem transformo.

Conſectarius, a, um, das aus einem Dinge folget. *Uſus* Conſectaria me Stoicorum brevia, & acuta delectant.

Conſectatio, nis, f. Bemühung. *Syn.* Captatio. *Uſus.* In hujus concinnitatis conſectatione princeps fuit Gorgias.

Conſectatrix, icis, f. Nachfolgerinn *Syn.* Auceps. *Uſus.* Libidines ſunt conſectatrices voluptatis.

Conſectio, nis, f. Zerhauung. *Syn.* Sectio. *Uſus.* Conſectio.

Conſector, aris, atus ſum, ari. ſtäts nachfolgen. *Syn.* Quæro, ſequor, aucupo, capto, imitor. *Adv.* Pueriliter, ſtudioſe, ſtudioſiſſime, vere, verba ſ. rem. *Uſus* 1. Inanem rumorem, omnes falſæ gloriæ umbras; opes, & potentiam conſectatur. Alicujus benevolentiam largitione, aſſentatione conſectari. Vitioſa, rivulos præ rebus conſectantur. Conſectari genus dicendi abruptum. 2. *Inſequor*, *urgeo*, *vexo*, *premo*, *inſector*, verfolgen. Aliquem clamoribus, conviciis, ſibilis, lingua petulanti conſectari. V. *Inſector*, *ſequor*.

Conſecutio, nis, f. Folge. *Syn.* Conſequentia, connexum. *Epi.* Neceſſaria. *Uſus.* Conſecutiones, & cauſas rerum perſpicere. Ipſa detractio moleſtiæ, conſecutionem affert voluptatis. Conſecutio verborum in conjunctione ſervanda.

Conſeneſco, is, ſenui, ere. alt werden. *Syn.* Senex fio, annis & ætate ingraveſco, inveteraſco. *Uſus.* 1. In mœrore & lacrimis conſenuit. 2. *Transl. Deficio*, *imminuor*, abnehmen. Conſenuit jam rumor ille. Conſenuit ejus gloria, potentia. Partis illius auctores nullo adverſario conſenuere. V. *Senectus*, *ætas*, *præceps*, *deſino*.

Conſenſio, nis, f. Einwilligung, Eintracht. *Syn.* Conſenſus, conjuratio. *Epi.* Major, major & aptior, maxima, mira, mirifica ſenatus, incredibilis totius provinciæ, ſingularis bonorum omnium, ſcelerata, ſumma. *Uſus.* Vis amicitiæ, voluntatum, ſtudiorum, ſententiarum ſumma conſenſio. Quorum ſocietas, & ſceleratæ conſenſionis, *conjurationis*, fides erupit. Bonorum omnium conſenſio Nec ille conſenſionis globus unius diſſenſione disjici potuit. V. *Conſenſus*.

Conſenſus, us, m. Einhelligkeit. *Syn.* Conſenſio, conſpiratio, concentus, convenientia, cognatio. *Epi.* Graviſſimus, incredibilis, magnus, major, optimus, præclarus judicum, privatus, publicus, ſingularis, ſummus, unus omnium, mirus. *Phraſ Conſenſu omnium acta res eſt*, die Sache iſt mit Genehmhaltung aller geſchehen. Conſenſione omnium; omnium judicio; omnium approbatione; omnium ſententia; conſentientibus, approbantibus cunctis; nemine prorſus diſſentiente, nulla cujusquam diſcrepante ſententia res geſta eſt. Conſenſus omnium in re gerenda fuit idem; omnes omnium ſententiæ, voluntates, opiniones, judicia congruebant. Nemo diſſenſit, ſententiarum varietas nulla fuit. In eandem omnes ſententiam convenerunt; una fuit, eademque conſentiens vox omnium; in eandem ſententiam itum ab omnibus; ſuffragantibus omnibus; refragante nemine; nemine reclamante, adverſante, obſiſtente, intercedente; lubentibus omnibus; concordibus animis, ſtudiis, ſuffragiis. V. *Concordia*. *Uſus.* Omnium conſenſus naturæ vox eſt. *Vulg. Vox populi*, *vox DEI.* Rerum natura uno conſenſu juncta eſt atque cond

ti-

Digitized by Google

tinens. Omnium quasi consensus doctrinarum, concentusque Ordinum consensus divulsus est.

Consentaneus, a, um. **gleichförmig**. gemäß, anständig *Syn.* Conveniens, consentiens, aptus.)(*Dissentaneus, repugnans. Usus.* Observa, quid tempori consentaneum, & personæ. Mors vitæ consentanea, quæ audivi, tuis litteris sunt consentanea. Triste, & his temporibus consentaneum dicendi genus. V. *Conveniens.*

Consentio, is, sensi, sensum, ire. **übereinstimmen**. *Syn.* Idem sentio, cum aliquo facio, sto judicio & opinione alicujus, in eadem sententia sum cum aliquo, conspiro, conjuro.)(*Dissentio. Adv.* Recte, valde, vehementer, undique, incredibiliter, consentiens voluntas. *Phras.* 1. *Consensit senatus*, **der Rath ist beygefallen**. Ad consulis sententiam suam senatus adscripsit; in hanc sententiam discessionem fecit conjunctis prope sententiis; in eandem sententiam itum ab omnibus; pedibus in sententiam itum est; uno ore, una voce senatus rem approbavit; secutus sententiam consulis senatus; sententiæ consulis subscripsit; senatus a consule stetit; ad consilium consulis senatus accessit, consilio huic suffragatus est; senatus ad omnia, quæ cosules voluere, descendit; consilio senatus acquievit; vocem consulis senatus assensu excepit. V. *Concors.* 2. *Consensit tentationi, vulg.* **er hat in die Versuchung eingewilliget**. Cessit præsentium voluptatum illecebris; succubuit fœdæ libidinis blanditiis; importunis voluptatum illecebris in præceps actus est; corruptelarum illecebris irretitus, implicatus, depravatus; ab amore virtutis, a continentia deductus est; ab imbelli voluptate vinci se passus est. *Usus.* 1. Ad rempublicam conservandam. Dii omnes consentiunt. Consentiunt, se urbem inflammaturos. 2. *Congruo, convenio, respondeo*, **übereinkommen, zusammentreffen**. Partes omnes inter se non fine labore consentiunt. Mens mea cum tua voluntate & sententia semper consensit. Oratio moribus, extrema primis mire consentiunt. Unum si cognoris, omnes noris, ita inter se congruunt concorditer, ac consentiunt. V. *Sentire idem, sententia, congruo, convenio, concordo.*

Consepio, is, sepsi, septum, ere. **einzäunen**. *Syn.* Sepio, claudo, munio. *Usus.* Ager consepsus, ac diligenter munitus.

Consequens, tis, *g. o.* **Folge, folgend**. *Syn.* Quod consequitur, futurus, sequens. *Usus.* Philosophi inprimis acuti, consequentia & repugnantia videntes. Perspicere, quid in quoque consentaneum, quid consequens, quid repugnans.

Consequentia, æ, f. **Folge**. *Syn.* Consecutio, consectarium, connexum. *Epi.* Præclara, contraria. *Usus.* Cursum rerum, eventorumque consequentiam notarunt.

Consequor, eris, secutus sum, sequi. **folgen, erhalten**. *Syn.* Adipiscor, assequor, obtineo, acquiro, sequor. *Adv.* Amplissime, brevi, commodius, continuo. Difficillime sacerdotium, diligenter aliquid, facile omnia, honeste, injuste, similiter, confestim, studiose, repente, præclare. *Usus.* 1. Victoriam, potentiam, dignitatem, gloriam, magistratum, honorem consequi. 2. *Assequor*, **erreichen**. Si properaveris, itinere nos prægressos consequeris. 3. *Sequor.* Cornelium ætate consecutus est Cato, **auf einen folgen**. Consequitur, ut videamus. In eam fabulam magni risus sunt consecuti. 4. *Comprehendo*, **begreifen**. Non possum omnia ejus facta memoria consequi, aut verbis complecti. Nullis id verbis consequor. V. *Acquiro, obtineo.*

Consero, is, serui, sertum, ere. **zusammenrichten, vermischen**. *Syn.* Confero, conjungo, confligo. *Adv.* Leniter manus, quiete manus. *Usus.* Signa contulit, manum cum hoste conseruit. Manus inter se conserunt sanguine ac genere proximi.

Consero, is, sevi, situm, ere. **ansäen**. *Syn.* Sero, semino. *Usus.* Agros conserere.

Conserte, **dicht aneinander**. *Usus* Si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali colligatione, conserte, contexteque fiunt.

Digitized by Google

Conſervatio, nis, f. Erhaltung. *Syn.* Cuſtodia. *Epi.* Tuta atque integra ſalutis. *Uſus.* Fructuum perceptio, & conſervatio. Æquitatis, juris conſervatio.

Conſervator, oris, m. Erhalter. *Syn.* Servator, cuſtos. *Uſus.* Cuſtos, & conſervator urbis & patriæ. V. *Cuſtos.*

Conſervatrix, icis, f. Erhalterinn. *Uſus.* Omnis natura eſt conſervatrix ſui.

Conſervo, as, avi, atum, are. erhalten. *Syn.* Cuſtodio, tueor, ſervo, tutor, retineo, foveo, teneo. *Adv.* Benigne, comiter majeſtatem, conſtanter, facilius antiquitatem, proinde, diligenter ſtudia ſanctiſſime, ſaltem incolumes cives, ſtudioſiſſime aliquem, usque quaque religionem, maxime genus & nomen conſervandum. *Phraſ. 2. Rem mihi a parente traditam conſervare ſatis eſt*, mir iſt genug, daß ich das väterliche Erbtheil erhalte. Incolumem tueri; non imminuere ſatis eſt; nullam patrimonii partem amittere ſatis habeo, nihil de patrimonio detrahere, id vero ſatis eſt. De augendo patrimonio nihil laboro, nihil cogito, curo; curam nullam ſuſcipio; nulla me cura tenet; nulla ſolicitat, exercet cura; patrimonio contentus ſum. 2. *Arduum eſt, conſervare auctoritatem*, es iſt nicht leicht, ſein Anſehen erhalten. Tueri ac ſuſtinere auctoritatem; expectationem de ſe concitatam alere ac fovere; continere honorifica de ſe hominum judicia; æquabili rerum geſtarum gloria, virtutis exiſtimatione, auctoritate florere; cavere, ne quid detrimenti accipiat; ne quid jacturæ faciat, ne quam jacturam ſubeat; ne quod diſcrimen incurrat; ſubeat collecta diu hominum opinio & exiſtimatio; ne collecta apud homines gratia momento effundatur. *Uſus.* Ego hoc imperii domicilium ſartum tectum conſervavi. Velim, tuam priſtinam in me voluntatem, morem tuum conſerves. Tuorum meritorum memoriam conſervabo. Noviſſimos hos arborum fœtus conſerva, conde; ac in hiemem repone. V. *Servo.*

Conſervus, i, m. Mitknecht. *Syn.* Eidem domino cum alio ſerviens.

Conſeſſor, ris, m. Beyſitzer. *Syn.* Aſſeſſor, qui alteri aſſidet. *Uſus.* Conſeſſores convivæ. Conſeſſores judices. Conſeſſor & colluſor.

Conſeſſus, us. m, Verſammlung. *Syn.* Homines in eodem loco conſidentes. *Epi.* Frequens theatri, magnus, maximus, turpior. *Uſus.* In conſpectu conſeſſuque ſenatorum frequentiſſimo.

Conſideo, es, ſedi, ſeſſum, ere. niederſitzen. *Syn.* Aſſideo. *Uſus.* 1. Judices vix conſederant. 2. *Maneo, morior, ſum*, verbleiben. Quædam religiones ex ultima India accerſitæ apud nos conſedere. In cujus mente juſtitia conſederit. In Platonis libellis examen apum conſedit. Conſedimus ad Capuam, ſich aufhalten. 3. *Minuor, ſedo, conquieſco*, abnehmen. Conſedit tandem animi ille ardor, furor. Omnis de republica cura conſedit.

Conſiderantia, æ, f. Bedachtſamkeit. *Syn.* Circumſpectio. *Uſus.* Tuam hac in re conſiderantiam laudo. V. *Providentia.*

Conſiderate, bedächtlich. *Syn.* Cogitate, conſulto, meditate, prudenter, judicio. *Uſus.* Cum ira nihil fieri recte, nihil conſiderate poteſt. Conſideratius conſuluiſſes.

Conſideratio, nis, f. Bedachtſamkeit. *Syn.* Circumſpectio, animadverſio. *Epi.* Accurata. *Uſus.* Eſt enim animorum ingeniorumque naturale quaſi pabulum, conſideratio & contemplatio naturæ. Ex circumſpectione & accurata conſideratione. V. *Prudentia, meditatio.*

Conſidero, as, avi, atum, are. betrachten. *Syn.* Reputo, cogito, commentor, circumſpicio, ſpecto, exiſtimo; contemplor, intueor, attendo, expendo, pondero, ante oculos pono, propono; ratione animoque luſtro; animo & cogitatione complector; animum ad rem refero; mente circumſpicio; animo intueor; animo complector; rationem habeo. *Adv.* Breviter, communiter, coram, diu, diutius, etiam atque etiam, diligenter, expeditius, facilius rationem ac viam, magnopere, mediocriter, otioſe, optime, valde, vehementer, vere, bene. *Phraſ.* 1.) *Conſiderare rem ſtudioſius*, die Sache beſſer betrachten, überlegen. Acie mentis diſpicere;

Digitized by Google

cere; in omnem partem considerationem intendere; omni ingenii vi contemplari, inquirere; animo lustrare; omni cogitatione pertractare; percontari seipsum; circumspicere res omnes, rationesque subducere; totam causam quam maxime intentis oculis contemplari; omnia amplecti consilio; animo ac mente circumspicere; in animo secum versare, agitare; rem secum reputare; rationes omnes secum deputare. 2. *Considera, quæso, tantisper periculi magnitudinem*, betrachte nur ein wenig die Größe der Gefahr. Refer, obsecro, tantisper ad animum; mentem intende tuam; mentis aciem, animum intende ad periculi magnitudinem; considera cum animo tuo; ante oculos statue, constitue; etiam atque etiam cogita, quæ sit periculi magnitudo: defige, quæso, in hoc mentem, ac cogitationem, ut, quantum discriminis subeundum sit, cognoscas: spectet hoc animus tuus, inque una hac cogitatione defixus sit; subeat animum; succurrat animo periculi magnitudo; perpende, quæso, periculi magnitudinem, & justa æstimatione metire; animum, quæso, & mentem adhibe; animum adverte; cogitationem hominis sobrii paulisper suscipe, quoque in periculo sis, etiam atque etiam vide. 3. *Considera frequenter æternæ vitæ gaudia*, erwäge öfters die ewigen Freuden. Illa animum frequenter cogitatione occupa; illa mentem subeat cogitatio; animo obversetur; tibi proposita sit cogitatio; quæ beata immortalitatis sint gaudia. Veniat in mentem sæpe; animo altissime infigatur, inscribatur, inhæreat cœlestium gaudiorum consideratio; tempus frequenter pone in acerrima & attentissima cœlestium præmiorum contemplatione; ad hoc animum adjice; huc cogitationes converte; in hac una re cogitationes omnes consume; illa te teneat cogitatio, ut, quæ virtutis in cœlo sint præmia, animo percipias. *Usus.* Age nunc, animum refer sic ad veritatem, & considera. Velim, cum Pompejo de eo facto consideres. Mihi vivendi ratio considerata atque provisa est. Hoc lenti & considerati judicis est. Utitur considerata tarditate. V. *Meditor, commentor, cogito, perpendo.*

Consido, is, sedi, sessum, ere. sich setzen. *Syn.* Consideo.)(*Surgo. Adv.* Distincte, varie. *Usus.* Considamus in umbra. In opinatione considere. Aspectu hominis cura omnis consedit.

Consigno, as, avi, atum, are. versiegeln, aufzeichnen. *Syn.* Signo, obsigno, firmo. *Usus.* Litteris consignare monumentis mandanda. Ea acta publicis privatisque monumentis consignata sunt. Harum rerum memoriam nullam publicis commentariis consignatam habemus. Tabulæ signis honestissimorum hominum consignatæ. *Vulg. sigillatæ*, versiegelt.

Consiliarius, ii, m. Rath. *Syn.* Auctor, suasor, qui consilium dat. *Usus.* Tu me consiliario non imperito usus es. Memineris, te magno Regi consiliarium datum. V. *Suadeo, consilium, auctor.*

Consilio, as, avi, atum, are. *Item*: Consilior, aris, atus sum, ari, einen Rath geben, oder begehren. *Syn.* Consilium do, *vel* peto. *Usus.* Amicis consiliari. Difficilis ad consiliandum legatio. V. *Consulo.*

Consilium, ii, n. ein Rath. *Syn.* Deliberatio, cogitatio, animadversio, ratio, cogitatum, quod aliquis sequitur, aut spectat, consultum, sententia. *Epi.* Amantissimum, amplissimum, aptum ad facinus, arrogans, bellicum, bonum, callidius, cautum, certum, commune, consideratius, crudelissimum, cupidum & audax, temerarium, difficile, dispar vitæ, divinum & singulare, domesticum, extremum, fidele & salutare alicui, firmum, fixum, gratum acceptumque, gravissimum, honestum, humanum, integrum, inusitatum, jucundum, magnum, majus, maximum, medium, minime obscurum, non minimum, multum, necessarium, non gloriosum, sed tamen periculo vacuum & doloro, non mediocre, novum, optimum, par, paternum, periculosum, perutile, sed minime honestum, pium, plenum sceleris & audaciæ, plenum prudentiæ & fidelitatis, præclarum, præstans, privatum, pue-

Digitized by Google

tile, salutare, sanctissimum, sapiens, secretum, sempiternum, senatorium, severissimum, singulare, sordidum, stultum ac demens, suavissimum, summum, superbum, tacitum, temerarium ac repentinum, triste, vacuum periculo, vetus, urbanum Consilia acerrima, alterna, bona. cautiora, clandestina, clariora luce, digna laude, perdita, dolosa, amantissima, fortuita, gloriosa, idonea, ad negotium aliquod, meritissima, intima, justa, languidiora, mala, maxima, mediocria, nova, nova & periculosa, turbulenta, occulta, occultiora, optima perdita amicorum, periculosa & callida, splendidiora & majora, pernicioſa perspicua, plena prudentiæ, præpostera privata, publica, puerilia, recta, vera, honesta, salva, reipublicæ salutaria, reipublicæ sceleratissima, senatoria, singularia, socia pacis & togæ, superiora, turbulenta, vetera. *Phras.* 1. *Consilium petere* um Rath fragen. Exquirere consilium, sententiam alicujus; consulere, in consilium adhibere: alicujus consilio uti; consilii causa adire; deliberationem habere, instituere cum aliquo. V. *Consulo.* 2. *Consilium dare*, einen Rath geben Consilii alicujus auctorem, ducem, principem, moderatorem, adjutorem esse. Consilio aliquem juvare; consilio adesse; consilium promere; consilio non deesse; consilium dare, afferre. V. *Consulo.* 3. *Consilium capere*, ſich zu etwas entſchließen. Consilium ex animi virtute capere; consilium inire; ad consilium descendere; consilio uti; animum inducere, constituere. 4. *Consilium sequi*, dem Rathe folgen. De consilio alterius rem totam constituere; parere consiliis; morem gerere suadenti; ad consilium descendere, consiliis assentiri; consiliis uti; a consilio nusquam discedere; consilium non repudiare; pendere ab alienis consiliis; stare consilio; monentem audire; sequi consilii hujus ducem & auctorem; obtemperare monitis, & consiliis. V. *Suadeo, obedio.* 5. *Alienis consiliis abduci se sinit*, er läßt ſich durch fremden Rath verführen. In præcipitia agi consilia; auferri se aliorum consiliis, ducendum, regendum se alienis consiliis permittit. 6. *Consilia clandestina habuit*, er hat ſich heimlich berathſchlaget. Clandestina coxit consilia; consilia secreto ab aliis coxit; consilia in privato & seducta a plurium conscientia habuit; ad consilia præter pauciſſimos adhibuit neminem; consililia clandestina miscuit; optimum quemque consiliorum expertem voluit, reliquit; participes habuit consiliorum pauciſſimos; paucos in consilium advocabat; cum paucis consilia contulit; paucos consilii sui conscios esse voluit; sedulo cavebat, ne quid consilii foras, in multorum conscientiam efferretur. 7. *Consilium mutare*, ſeinen Entſchluß verändern. Abjicere consilium; desistere a consilio; depelli a consiliis; decedere de sententia; consilio desistere de sententia; discedere a sententia; deduci de sententia, dejici, detrudi, moveri, deterreri. 9. *Consilii incertum esse, vel inopem*, unſchlüſſig, rathlos ſeyn. Subitis trepidare consiliis, perturbari temeritate consiliorum; consilia torpent, labant, hærent; confusum esse, & consilii egentem. 9. *Consilium senile optimum*, die Alten rathen am beſten. Sapienter fere consulunt senes: non facile peccant, errant, labuntur, offendunt in consilio; optimis & firmissimis rationibus fere semper nititur senilis opinio, sententia; quorum grandior est ætas, qui ætate longius processerunt, eorum is esse solet sensus, qui a ratione non discedat, recedat, non procul absit, qui cum ratione congruat, quem ratio confirmet, a quo ratio non discedat. 10. *Alieno potius consilio, quam judicio tuo uteris*, du willſt lieber anderer, als deiner Meynung folgen. Video te auferri aliorum consiliis; non tam tuo duci, quam alieno abduci consilio; non ipse te audis; non ipse tibi pares; morem geris; non ipse tibi obtemperas, obsequeris, assentiris, sed alieno uteris consilio; sed aliena te consilia regunt; sed ab alienis consiliis voluntas tua pendet; non ipse tibi dux es, non princeps consilii, sed minister. *Usus.*

Digitized by Google

Uſus. 1. Conſilii copiam facere, Rath ertheilen. Conſilio inſtruere. 2. Conſilium petere, Rath fragen. 3. Conſilium capere, ſuscipere; rationem ſalutaris conſilii accipere, einen Rath annehmen. Conſilio uti. 4. Conſilium exponere, ſein Gutachten erklären. Conſilium promere, enuntiare; conſilii fontes aperire: conſiliorum rationem repetere. 5. Conſiliis intereſſe, den Rathshaltungen beywohnen. 6. Conſilia clauſa habere, den Rath verborgen halten. 7. Conſilium explicare, ſein Vorhaben ausführen 8. Conſilio labi, in ſeiner Meynung betrogen werden. 9 Conſiliis hoſtium occurrere, conſilia adverſario extorquere, das feindliche Vorhaben verhindern. Conſilia impedire, frangere. 10. Conſilia cum hoſtibus jungere, mit dem Feinde ſich heimlich verſtehen. 11. Conſilium abjicere, ſein Vorhaben fahren laſſen. 12. Conſilii tui eſt, da magſt du zuſehen, was zu thun ſey. 13. Conſilii hæc ſunt, dieß braucht Ueberlegung. 14. De conſilii ſententia decretum eſt, dieſes iſt nach dem Schluße des geſammten Raths alſo verordnet worden. 15. Conſilium ſanctius, geheimer Rath. 16 Conſilio vires adjuvare, conſilium viribus addere, ſich nebſt der Kriegsmacht noch eines Vortheils gebrauchen. 17. Fortunam in conſilio habuit, das Glück hat gerathen. 18. Conſilii magni res eſt, die Sache erfodert großes Bedenken. V. *Incertus conſilii.*

Conſimilis, e. ganz, gleich. *Syn.* Similis.)(*Diſſimilis. Uſus.* Res geſſit meis conſimiles. V. *Similis.*

Conſiſto, is, ſtiti, ſtitum, ere. beſtehen, ſtill ſtehen. *Syn.* Sto. *Adv.* Diutius in hoc multum, diu, nusquam, pauliſper, plane, præclare in cauſis, recte & in loco, nusquam. *Uſus.* 1. In loco conſiſtere. Si ſemel conſtiteris, nunquam cades. Hodie primo ex gravi morbo conſiſtere cœpi. 2. *Moror, commoror.* ſich aufhalten, verweilen. In Italia conſiſtere, commorari. 3. *Deſino*, aufhören. Labor ætatis flexu conſiſtit. Atque hic bellum conſtitit. Tibicen tacuit, ludus conſtitit. 4. *Conſto, firmus ſum*, beſtändig ſeyn. Ille non mente, non lingua, non voce conſtitit. Impii animo tranquillo, mente quieta conſiſtere non poſſunt. 5. *Verſari, poſitum eſſe in aliquo*, beſtehen. Salus reipublicæ in unius hominis anima conſiſtit, poſita eſt. Omne bonum in honeſtate conſiſtit. Cauſa ejus belli in te conſiſtit. Cauſidicus in foro præclare conſiſtit. Illo judice vix conſiſtes.

Conſitio, nis, f. Pflanzung. *Syn.* Statio. *Uſus.* Non conſitiones modo delectant, ſed & inſitiones.

Conſitura, æ, f. das Beſäen. *Syn.* Conſitio *Uſus.* Agri conſitura.

Conſobrinas, i, m. Geſchwiſterkind. *Syn.* Ex fratre, *vel* ſorore matris genitus.

Conſociatio, nis, f. Vereinigung, Geſellſchaft *Syn.* Societas, communio. *Epi.* Communis, humana. *Uſus.* Communis hominum generis conſociatio. Conſociatio hominum, atque communitas.

Conſocio, as, avi, atum, are. vereinigen, geſellſchaften. *Syn.* Jungo, conjungo.)(*Diſſocio. Uſus.* Conſociare conſilia cum malis civibus. Natura ad civilem communitatem conſociati ſumus. Nunquam populus cum ſenatu tam vehementer conſociatus fuit. V. *Socio, jungo.*

Conſolabilis, e. tröſtbar. *Syn.* Quod conſolationem admittit.

Conſolatio, nis, f. Troſt, Tröſtung. *Syn* Solatium, levamen, levatio, medicina, confirmatio *Epi.* Firmiſſima & uſitata, grata, gravior, levis, longior, annua, magna, mediocris, miſera, modica, multa. neceſſaria, nonnulla, optima, pervulgata, ſtulta, tenuis. vera, vulgaris, propria. *Phraſ.* Hæc tibi cogitatio conſolationi erit, dieſer Gedanke wird dir zum Troſte dienen. Hæc te cogitatio non mediocriter confirmabit. Hæc ſi tibi proponeſ, ſi animo agitabis, animo ſpectabis, levabis luctum tuum; luctu, ægritudine, ſolicitudine te levabis; curam levabis; vulnus doloris tui ipſe delinies. V. *Conſolor, ſolatium.*

Conſolator, ris, m. Tröſter. *Uſus.* Conſolatores ipſe ſe miſeros confitentur.

Conſolatorius, a, um. tröſtlich. *Uſus.* A Cæſare accepi litteras conſolatorias.

Digitized by Google

Consolido, as, avi, atum, are befestigen. *Syn.* Firmo, corroboro, stabilio.

Consolor, atus sum, ari. trösten. *Syn.* Solor, levo, dolorem levo, mœrorem, minuo, desiderium lenio, consolationem adhibeo, alicui perfugium & solatium præbeo, animum consolatione permulceo, consolatione sustento, dolorem, luctum, fletum abstergo. *Adv.* Amicissime, communiter, vehementer. *Phras.* 1. *Consolari afflictum*, den Betrübten trösten. Consolationem afferre afflicto; excitare, suis opibus sustentare casus miserorum; levationem afferre; levationi esse miseris; perculsos ægritudine levare; allevare jacentes; animum reddere; fomenta, oblectamenta dolorum præbere; diffidentes suis rebus confirmare; fulcire ruentes; afflictos erigere; perditos recreare, miserorum ærumnam dictis allevare. 2. *Nihil est, quod consolari me possit*, nichts kann mich trösten. Nihil est, quod solatium afferre, parere mihi possit Nihil est, quod solatio, consolationi mihi esse possit. Nulla est res, quæ animum meum possit recreare, relevare; vindicare dolore; liberare solicitudine; eximere dolore; abducere a cura; avocare a molestia; abstrahere a mœrore, afflictum mœrore, languentem, jacentem animum erigere, excitare, confirmare nulla jam cogitatio potest. Affectum dolore animum sanare nulla ratio potest. Laboranti animo, ægrotanti, pessime affecto mederi satis nulla ratio valet; parum apta sunt remedia, quæ afferuntur; inutilis, infirma, inanis, supervacanea omnis medicina est. Frustra in me consolando ponitur opera; inanem operam sumit, qui ad me consolandum aggreditur; ita malis opprimor, prorsus ut respirare non liceat; nemo ut dolorem lenire, detrahere, depellere, adimere, levare ægritudinem; animum relevare; ægritudinem sedare; abducere ab angore contractum mœrore animum possit; ita dolore obruor, ut emergere nulla ratione possim. Respuit jam animus, quasi desperata salute, omnem medicinam, remedia cuncta, omnia consolationum genera. Insitus, infixus in animo dolor ita penitus est, ut evelli nulla ratione possit; ut nulla vis rationum evellere, extrahere, educere eum possit. Finem facere dolori meo, finem imponere, modum statuere, dolorem moderari, neque homo est, neque res ulla, quæ possit. Non est, ut possim in dolore mihi temperare, dolorem sedare, abjicere; me ad hilaritatem, jucunditatem, quam dolor eripuit, ademit, revocare; referre me ad pristinam animi æquitatem, ad eum statum, unde dolor dejecit, deturbavit, depulit, detrusit, non possum. Quæ jam res aut quis homo, animo meo virtutem dolore ereptam restituere possit? quis ea sanare vulnera? quis iis vulneribus mederi, medicinam adferre, remedium invenire possit, quæ mihi fortuna intulit, imposuit, inflixit? surdæ jam sunt ad omnia solatia aures; exulceratam ægritudine mentem ad sanitatem nemo revocabit; prostratum, jacentem beare jam nihil potest. 3. *Hoc unum consolari potest*, dieses kann mich allein trösten. Hoc unum relevare animum, erigere mentem ac confirmare; erigere in spem *vel* ad spem animum; detrahere ægritudinem; serenitatem mentis reducere potest. Hic unus relictus est consolationi locus; hac una consolatione utor, me sustento; hanc unam mens habet, suscipit consolationem, ac præterea nullam. *Usus.* Spe, eloquentia consolamur afflictos. Desiderium tui memoria commodorum consolabor. Dolorem, quem e republica capio, consolari domus non potest. Hoc mihi non sumo, ut de communibus miseriis te, *vel* dolorem tuum consoler.

Consono, as, ui, itum, are. zusammenklingen. *Syn.* Respondeo, consentio, convenio. *Usus.* 1. Vide, ut oratio moribus consonet, übereinstimmen. Nemus consonat, das Wald giebt einen Wiederhall.

Consonus, a, um. übereinstimmend. *Syn.* Conveniens. *Usus.* Consonam, consentaneum non est, ut &c.

Consopio, is, ivi, itum, ire. einschläfern. *Syn.* Somno obruo, opprimo.

Digitized by Google

primo. *Ufus.* Somno conſopiri ſempiterno. V. *Sopio.*

Conſors, tis, *g. o.* **Mitgenoß.** *Syn.* Particeps, ſocius. *Ufus.* Socium & conſortem te laboris, gloriæ habui. Conſors alicui in lucris & furtis. V. *Particeps, ſocius, communis.*

Conſortio, nis, f. **Gemeinſchaft.** *Syn.* Conſociatio. *Epi.* Humana *Ufus.* Diſſolvatur, neceſſe eſt, omnis humana conſortio. V. *Communio.*

Conſpectus, us, m. **das Anſchauen.** *Syn.* Aſpectus, præſentia. *Epi.* Dulcior patriæ, frequens, jucundiſſimus. *Phraſ.* 1. *Dare ſe in conſpectum alicui*, **unter die Augen kommen.** In conſpectum venire; vultum alicujus ſubire; populo ſe dare, & coronæ; in populi conſpectum ſe committere; in oculis multitudinis, in ore omnium verſari; oſtendere, & offerre os ſuum; os præbere; in conſpectum prodire. 2. *E conſpectu abire*, **aus den Augen gehen.** Ab ore hominum concedere; vitare oculos hominum; hominum aſpectum, lucemque vitare; ab oculis hominum aliquo concedere; hominum aſpectum præſentiamque vitare; e conſpectu diſcedere, evolare; hominum aſpectum, lucemque defugere, fugere. *Ufus.* 1. Dare ſe in conſpectum, **ſich ſehen laſſen.** 2. In conſpectu eſſe, **vor Augen ſtehen.** Loco excelſo fita eſt laus tua, in conſpectu urbis poſita. 3. In conſpectu ponere, **vor Augen legen.** 4. Animus non cadit in conſpectum, **in die Augen fallen.** 5. Conſpectum fugere, **aus den Augen gehen.** 6. E conſpectu amittere, **gähling etwas aus den Augen verlieren.** 7. Conſpectu privare, **ſeiner Gegenwart berauben.**

Conſpergo, is, ſperſi, ſperſum, ere. **beſprengen.** *Syn.* Aſpergo, reſpergo. *Ufus.* 1. Lacrimis me conſperſit. 2. Scripta quadam hilaritate conſpergere. Oratio, quaſi quibusdam verborum floribus conſparſa.

Conſpicio, is, ſpexi, ſpectum, ere. **anſehen, in Obacht nehmen.** *Syn.* Aſpicio, video. *Adv.* Procul, prope. *Ufus.* 1. Infeſtis omnium oculis conſpici. 2. *Transl. Attendo, conſidero*, **betrachten.** Conſpicite eam mentibus veſtris, quam oculis non poteſtis. V. *Video, intueor.*

Conſpicor, aris, atus ſum, ari. **anſchauen.** *Syn.* Video. *Ufus.* Occiſum ut conſpicatur.

Conſpicuus, a, um. **ſcheinbar.** *Syn.* Aſpectabilis. *Translat.* Illuſtris, clarus. *Phraſ.* *Ea facti gloria eum conſpicuum reddidit*, **dieſe That hat ihn erſt anſehnlich gemacht.** Ea res illi dignitatem attulit, conciliavit; id factum illi dignitati fuit, dignitatem adjunxit; ea res clarum ſpectatumque fecit hominem. V. *Celebris, clarus. Ufus.* Mons late conſpicuus.

Conſpiratio, nis, f. **Zuſammenrottirung.** *Syn.* Conjuratio, conſenſio. *Epi.* Incredibilis, conflata, reſtincta, magna, ſceleratiſſima, tanta. *Ufus.* 1. Conſpirationem conflare, facere. Conſpirationem reſtinguere, dirimere. 2. *Conſenſus*, **Einhelligkeit.** Summa erat inter eos animorum conſpiratio. Summa eſt conſpiratio conſenſusque virtutum. V. *Conjuratio, conſenſio.*

Conſpiro, as, avi, atum, are. **ſich verbinden.** *Syn.* Conſentio, conjuro. *Ufus.* 1. Mirabiliter omnium ordinum conſenſus ad liberandam rempublicam conſpiravit. Omnes ad dignitatem tuam defendendam conſpiraſſe videntur. 2. *Conjuro*, **ſich verſchwören.** Mirum, ni ſenes vicini in unum nidum conſpiraverint. V. *Conſentio, concors.*

Conſponſor, oris, m. **Mitbürge.** *Syn.* Qui cum alio ſpondet. *Ufus.* Communicabo rem cum conſponſore tuo.

Conſpuo, is, ui, utum, ere. **beſpeyen.** *Ufus.* Ab omnibus deriſus, atque conſputus.

Conſputo, as, avi, atum, are. **beſpeyen.** *Syn.* Sputo aliquem fœdo. *Ufus.* Clodiani noſtros conſputarunt.

Conſtabilio, is, ivi, itum, ire. **beſtätigen.** *Syn.* Stabilem & firmum reddo. *Ufus.* Rem ſuam conſtabilire.

Conſtans, antis, *g. o.* **beſtändig.** *Syn.* Firmus, ſtabilis, gravis, perpetuus, æquabilis, moderatus, conſtantia præditus, *&* *Levis, inconſtans, mobilis. Phraſ.* *Animo eſt gra-*

Digitized by Google

gravi & conſtanti, er iſt in ſeinem Vorhaben ſtandhaft. Animo eſt firmo, ſtabili, immutabili, minime levi, non fluxo, non variabili; animo minime fluctuat, vacillat claudicat, labitur, nihil in illo levitatis ineſt, aut inconſtantiæ; nunquam ille discedit a ſeipſo. Nullam in illo animi infirmitatem, nullam conſilii, mentisque mutabilitatem deprehendas; certum eſt illi conſtantiam tueri in ſententia; ſeipſum ab omni perturbatione inviſtum præſtare; animi æquitatem, præſentiam ubique præ ſe ferre; conſtantia, animi firmitate eſt. egregia; propoſiti tenax conſtantiam in inſtituto retinet, ſervat; ad res gerendas conſtantiam affert, adhibet ſingularem: abunde conſtantis animi eſt; nihil ex priſtina voluntate mutat; eadem conſtantia & floreate, & ſiniſtro rerum ſtatu eſt; conſiliis ad exitum perducendis animo præſenti eſt. V. *Conſtantia. Uſus.* Fortis animi eſt & conſtantis, non perturbari rebus adverſis. Conſtans & perpetua vitæ ratio. Rumores afferuntur, iique ſatis conſtantes. Firmus, ſtabilis, conſtans amicus. Conſtans lunæ motus. V. *Fortis.*

Conſtanter, beſtändig. *Syn.* Fortiter, æqualiter, perpetuo.)(*inconſtanter. Uſus.* Conſtanter & libere me geſſi. Conſtanter & perpetuo placuit hoc conſilium.

Conſtantia, æ, f. Beſtändigkeit, *Syn.* Firmitas, ſtabilitas, gravitas, æqualitas, perſeverantia, firmitas animi, firmum conſilium, conſtans & perpetua vitæ ratio.)(*inconſtantia. Epi.* Admirabilis, incredibilis, conveniens & conjuncta, diuturna animi, humana, magna, perpetuo, placida & quieta, ſingularis, ſumma. *Plaut.* I *Novi tuam conſtantiam*, ich kenne deine Standhaftigkeit. Noſco animi tui firmitatem, firmitudinem; ſcio, te in ſententia conſtare, præſtare ſemper ſolitum; nec de gradu dejici, dimoveri; nec de ſententia depelli poſſe; ſcio, te in eodem conſiliorum tenore obſtinatum, perſtiturum firmiter; nihil de priſtina ſententia mutaturum; quam æquali ſemper tenore fis, novi; ſcio, quam non varius fis in cauſa; quam firmitudinem animi obtineas; quam conſtanter in ſententia permaneas; quam nulla vi labefactari conſtantia tua poſſit. 2. *Egregia conſtantia mihi eſſe videtur*, es ſcheint mir ein ſtandhafter Mann zu ſeyn. Is mihi ſemper viſus eſt, qui ſibi conſtet optime; qui a ſententia ægre discedat; ægre mutet conſilium; ſusceptam opinionem non temere abjiciat, ſenſus deponat, de ſuo ſtatu demigret; quem nulla res facile abducat, avellat a ſententia; cujus mentem ægre in diverſam partem traducas; huc illuc, in hanc vel illam partem non facile flectas, ea virum gravitate, eo animi robore ac conſtantia ſemper exiſtimavi, ut non magis ſolem a ſuo curſu, quam ejus animum ab æquitatis ſtudio deflectas; idem illi vultus in omni re, eadem mens in omni fortuna videtur; is mihi videtur, cujus animum nec proſpera fortuna efferat, nec adverſa infringat; qui eodem vultu & res ſecundas & adverſas excipiat; qui pulcherrime ſecundam & adverſam fortunam ferre, ſubire noverit; in quem fortunæ nihil juris ſit; qui nec proſperis rebus inſoleſcat, nec adverſis frangatur; quem nec in ſecundis rebus lætiorem quisquam viderit, nec in ſiniſtris triſtiorem; qui eundem vultum in omni fortuna retineat. V. *Animus fortis*, *Fortis. Uſus.* Cato gravitatem ſuam perpetua conſtantia roboravit. Fortis animus ſine æqualitate & conſtantia nullus eſſe poteſt. Retinenda igitur eſt animi conſtantia, firmitas, perſeverantia, gravitas.

Conſternatio, nis, f. Beſtürzung. *Uſus.* Pavore & conſternatione territa cohors. V. *Perturbatio.* Ingens ſollicitudo, ac pene jam luctus eſt. V. *Terror.*

Conſterno, is, ſtravi, ſtratum, ere. bedecken, beſtreuen. *Syn.* Sterno, tego, ſpargo, effundo. *Uſus,* Effuſum frumentum vias omnes conſtraverat.

Conſtipo, as, avi, atum, are, dicht aneinander ſtellen. *Syn.* Conſtringo, coërceo, coarcto, contrudo. *Uſus.* Ecqui tantus numerus hominum in eum agrum conſtipabitur.

Digitized by Google

tur. *Conſtipatus*, *vulg. eſt*. in Verſtopfung leiden. *Latine*: Ex alvi duritie cubare, laborare. V. *Anguſtus*, *ſtipo*.

Conſtituo, is, ui, utum, ere. beſtellen, ſich vornehmen. *Syn.* Decerno, ſtatuo, delibero, cogito, ſancio, præſcribo, deſigno. *Vulg. propono mihi*, *propoſitum facio*. *Adv.* Aliquando ante, bene de rebus domeſticis, breviter, communiter, coram, diligenter jura, graviter de aliquo, impune ſupplicium, inique in poſterum legem, lente, libenter conditionem, maturius ex re & tempore, obſcure regnum, omnino cauſam in verbo, optime, publice patronum, ſanctiſſime, ſapientiſſime, veriſſime. Conſtitutum bene, divinitus, moderatiſſime, providentiſſime, publice, præclariſſime, prudenter. *Phraſ. Conſtitui abire*, ich habe mir vorgenommen abzureiſen.. Animus erat in eo, ut hinc migrarem; in animo erat; cum animo ſtatui; apud animum ſtatui; deliberatum cum animo habebam; ſtabat jam ſententia, ut ſolum verterem; animus in diſceſſu erat; jam terras alias cogitabam; fixum & ſtatutum eras animo, patria discedere; abeundi, diſceſſus conſilium cepi; in animo habui; animum induxi, demigrare hac ex urbe; ratum jam erat migrandi conſilium. *Uſus.* 1. Ut conſtitui, adero. Conſtitui cum amicis de profectione mea. Conſtitutum plane habeo. Conſtituendum denique tibi eſt, quod vitæ genus eligas. 2. *Præſcribo*, *deſigno*. *vulgo*: *determino*, beſtimmen, die Zeit, den Tag ꝛc. Diem tempus[illegible] conſtituere. Pactam [illegible]tam diem habere. Ad diem dictam, præſtitutam, præfinitam, conſtitutam adero. Provinciam alicui conſtituere. 3. *Decerno*, *deſtino*, *vulg. ordino*, verordnen. Accuſatorem, teſtes, quæſtionem, [illegible] conſtituere. Judex [illegible] aliquem; male[illegible] pœnam conſtituere. [illegible] *cundo*, *confirmo*, machen, befeſtigen. A Diis omnia conſtituta ſunt. Neceſſitudinem cum aliquo, & amicitiam conſtituere. Conſtituere urbem, pacem, rem familiarem ſuam. 5. *Pono*, *propono*, ſetzen, vorſtellen. Monumentum in aliquo loco; ſibi aliquid ante oculos conſtituere. Aliquem in locum Prætoris conſtituere. V. *Decerno*, *delibero*.

Conſtitutio, nis, f. Einrichtung, Verfaſſung. *Syn.* Comparatio, inſtitutio. *Epi.* Firma corporis, ſimplex, tota, quam plurima *Uſus*. Quid ſentis de hujus belli conſtitutione? Conſtitutio religionum Numæ debetur. 2. *Habitudo*. & *Compoſitio*. Beſchaffenheit. Corporis firma conſtitutio.

Conſtituto, mit Fleiß. *Syn.* Conſulto, compoſito, compacto. *Uſus.* Conſtituto experiri cum aliquo, mit Fleiß es mit einem wagen.

Conſtitutum, i, n. Satzung. *Syn.* Propoſitum. *Uſus.* Ajunt, conſtitutum factum eſſe cum ſervis.

Conſtitutus, a, um. beſtellt. *Syn.* Inſtitutus, confirmatus, compoſitus, decretus. *Uſus.* Ad conſtitutam diem adeſſe. Conſtituta res eſt, & definita. Propoſitum & conſtitutum iter. Corpus, animus bene conſtitutus.

Conſto, as, ſtiti, ſtitum, are. beſtehen. *Syn.* Componor, fio, conſtituor. *Adv.* Conſtare certatim, mutuo ſtudia officii, gratis navim, melius ſibi, multum, parum ſibi, plane e numeris, plane, non ſatis, præclare ſibi, ſumme. *Uſus.* 1. Judiciorum ratio ex accuſatione & defenſione conſtat. Hic ex fallacils conſtat totus. Concio ex imperitiſſimis conſtat. Prudentia conſtat ex ſcientia rerum bonarum & malarum. 2. *Sum*, ſeyn. Virtus ſine ratione conſtare non poteſt. Quæ in toto mundo moventur & conſtant. 3. *Patet*, es iſt bekannt, es iſt am Tage. Res, de qua conſtat. Quæ res cum conſtet; liquida ſit, pro: Inquiſita & comperta ſit &c. V. *Pateo*. Conſtat inter omnes. Conſtant mea in te beneficia. 4. *Convenio*, *congruo*, *cohæreo*, übereinſtimmen, zuſammen treffen. Iſta ſententia cum priore non conſtat. Oratio iſta nec cum re, nec ſecum ipſa conſtat. Conſtare ſibi in vitæ perpetuitate, non conſtare ſibi. Mente vix conſtat. 5. *Perſevero*, *permaneo*, *perduro*,

Digitized by Google

duro, verbleiben, verharren. Laudo, quod in sententia consiteris. Constabit tibi fructus otii tui 6. *Pretii ratione*, kosten. Dimidio minoris tibi constabit. Magno stetit constatio hominis. Ea res multorum sanguine stetit. V. *Pretium*, *Manifestus*, *Puteo*.

Constringo, is, strinxi, strictum, ere. zusammen binden. *Syn.* Stringo, vexo, arcto, concludo.)(*laxo*, *solvo* *Usus*. Rempublicam legibus constrinxit. Alicujus scelus supplicio constringere. Dare se libidinibus constringendum. V. *Stringo*.

Constructio, nis, f. ein Bau, Zusammensetzung. *Syn.* Compositio, quasi structura quædam, consecutio. *Epi.* Apta & quasi rotunda verborum, magna & ornata, minuta, tota. *Usus*. Quanto artificio natura constructionem hominis fabricata est!

Construo, is, struxi, structum, ere. bauen. *Syn.* Conficio, ædifico, fabricor, concervo.)(*destruo*. *Usus*. Aves sibi nidos construunt. Acervos nummorum construere. V. *Struo*.

Constupro, as, avi, atum, are. eine schänden. *Syn.* Stupro contamino. V. *Stupro*.

Consuasor, oris, m. Rathgeber. *Syn.* Suasor.)(*dissuasor*. *Usus*. Auctore & consuasore Nævio.

Consuesco, is, suevi, suetum, ere. gewohnen. *Syn.* Soleo, meæ consuetudinis est, consuetudinem habeo, multum cum aliquo sum; una sum; diem cum aliquo pono, cum aliquo conjunctissime & amicissime vivo; in consuetudinem mendo; in consuetudinem alicujus rei venio.)(*desuesco*. *Usus*. Equo, quo consuevi, libentius utor. V. *Assuesco*, *consuetudo*.

Consuetudo, inis, f. Gewohnheit. *Syn.* Mos, institutum, usus. *Epi.* Altera natura, artifex suavitatis, non satis avida, bona, civilis, communis, consularis, senatoria, dissoluta, diuturna, domestica, elegans, familiaris, immanis, barbara, indigna, jucunda, summa, judicialis fori, jucundissima cum aliquo, lasciva, libera peccandi, magistra non contemnenda, doloris ferendi, magna, nuda & impia, mala ac molesta, militaris, mirifica, nobilissima, nova judiciorum, perpetua, popularis & forensis dicendi, pristina, quotidiana, regia, vetus, vitiosa & corrupta. *Phras.* 1. *A consuetudine longissime discedis*, du verlässest deine Gewohnheit. Recedis, desciscis, te removes, te abducis; alius plane es a te ipso; a temetipso discedis; tui dissimilem te præbes; tui te similem non præstas: eum, qui adhuc fuisti, te non præstas; tibi parum constas; consuetudinem tuam & inveteratam agendi, vivendi rationem abjeciisti, deposuisti; oblivioni dediisti. 2. *Consuetudo communis est*, dieses ist schon eine gemeine Gewohnheit. Mos hic omnium est; omnium hæc consuetudo est; institutum est, consuetudinis, instituti est; mos hic ubique obtinuit, invaluit: mos ita fert omnium; ita fert consuetudo; nemo non ita consuevit; omnibus hoc est a natura tributum, insitum; ita natura comparatum est; habent hoc omnes a natura; ita facti, ita instituti natura omnes sumus; id in more jam positum est; usu ac more comparatum est; moris est, veteri exemplo & instituto inductus mos est; more fit; vetus hoc est. *Usus*. 1. Vetus consuetudo naturæ vim obtinet, Gewohnheit ist eine andere Natur. 1.) *Consuetudinem introducere*, eine Gewohnheit einführen. Inducere, addiscere, afferre, excitare, aperire. 2.) *Consuetudinem immutare*, Gewohnheit verändern. A vetere consuetudine recedere. 3.) *Consuetudinem servare*, Gewohnheit halten. Romani hac consuetudine utuntur. Consuetudo est Romanis. Veterum consuetudinem tenere, retinere, servare, præstare. Manet ea in præsens consuetudo, serpit, increbescit. 4.) *Ad consuetudinem redire*, auf den alten Brauch kommen. Omnia ad veterem consuetudinem longo intervallo revocata sunt, reverterunt. a. *Vitæ communis*, *amicitiæ*, *familiaritatis*, *convictus*, Gemeinschaft, Vertraulichkeit 1.) In consuetudinem præstantium virorum se dare, se insinuare, se immergere. Cum iis con-

Digitized by Google

consuetudinem jungere, facere, conjungere, consuetudine jungi, implicari, devinciri. Vetus mihi cum illo amicitia & consuetudo intercedit. Gemeinschaft machen, Umgang haben. 2.) Consuetudinem intermittere; a consuetudine refugere; omnium consuetudine privari, der Gemeinschaft entrathen. 3.) Ad consuetudinem redire; in, vel ad consuetudinem revocari, wiederum die Freundschaft pflegen. 4.) In consuetudine permanere, in guter Verständniß bleiben. V. *Mos.*

Consul, is, m. Bürgermeister. *Syn.* Reipublicæ, publici consilii princeps. *Usus.* Sine repulsa consul factus, effectus, designatus, renuntiatus.

Consularis, e, bürgermeisterlich. *Syn.* Qui consulatu perfunctus erat, qui consulatu abiit, aliquando consul fuit. *Epi.* Dissertus, maximus. Consulares clarissimi, constantes & nobiles, meliores & fortiores & constantiores, timidi, turpissimi. *Usus.* Consulare officium. Provincia consularis. Consulares & prætorii viri.

Consulatus, us, m. das Bürgermeisteramt. *Syn.* Amplissima potestas in republica. *Usus.* 1. Consulatum sperare, cogitare, hoffen, verlangen. 2. Consulatum petere, begehren. 3. Consulatum demandare, ertheilen. 4. Consulatum inire, antreten. 5. Consulatum gerere, bekleiden. 6. Consulatu aliquem dejicere, von dem Bürgermeisteramte ausspielen, absetzen. V. *Magistratus.*

Consulo, is, ui, sultum, ere. rathen, oder um Rath fragen. *Syn.* Consilium peto, delibero, consulo; item: Consilium do, prospicio, provideo. *Add.* Bene reip. bene de rebus, commode, consideratius, diligenter agris, diligentissime valetudini, gravius de se, gravius de salute, libere reipubl. male suis rebus, melius sibi, famæ, pudicitiæ, multum & diu, & optime alicui, sibi plurimum, serius, maxime. *Phras.* 1. *Consulere dubiis in rebus amicos sapientis est*, einem weisen Manne stehet es zu, in zweifelhaften Dingen seine Freunde um Rath zu fragen. Sapientis est in ancipiti rerum statu, incertis in rebus, ambiguis, obscuris, aliqua in difficultate constitutis, in controversia positis amicos in consilium adhibere; ad amicos, ad amicorum arbitrium referre; amicorum judiciis stare; ad consilium amicorum confugere; amicorum consilio uti; amicorum sententiam exquirere; adire ad amicos consilii causa; velle cognoscere, quid amicis videatur, quid amici sentiant, quid opinionis habeant, quod præbeant consilium; quid censeant, judicent, faciendum existiment; velle cognoscere, quis sit amicorum sensus, quæ mens, quæ sententia; referre ad consilium amicorum; dare se in consilium amicis; ab amicis consilium capere; amicos auctores, duces, principes consiliorum suorum habere; rogare, interrogare sententiam amicorum; ex amicis, quid sibi auctores sint, exquirere; nihil constituere, suscipere, nisi de amicorum suasu, ductu, hortatu, consilio, sententia, instinctu; sine amicorum consilio; nisi amicis suasoribus, consultoribus, auctoribus, impulsoribus, ducibus persuasum, permotum, adductum; in neutram se partem dare, nisi de consilio amicorum; nisi consilio nixum amicorum; nisi suadentibus, consulentibus amicis impulsum V. *Consilium peto.* 2. *DEum precibus consulere, vulg.* sich mit GOtt in dem Gebethe berathschlagen. Divinæ mentis consilium precibus explorare; ad Deum consilia sua referre; cœleste lumen precibus exposcere; auctorem, ducem, principem consiliorum suorum Deum habere; rebus in dubiis ad DEum confugere; consilii lucem a DEO suppliciter exorare; res suas, ac consilia cum DEO quodammodo conferre. 3. *Consulo tibi, vulg.* ich rathe dir. Hoc tibi do consilii; tibi suadeo; auctor tibi sum; consilium hoc meum est; mea hæc est sententia; meus hic est sensus, meum hoc est judicium; ita sentio; id mihi videtur, placet, probatur. V. *Auctor.* 4. *Si me putas recte tibi posse consulere, hoc facies*, wenn du vermeynest, daß ich dir gut rathen kann, so thue dies.

Digitized by Google

ſes. Si mea tibi ſententia probatur; ſi me putas aliquid videre: ſi meum conſilium apud te habet aliquid ponderis, momenti; ſi me putas, quidquam ſapere; ſi audire me vis; ſi conſiliis meis aliquid tribuere; ſi ſequi conſilium meum; ſi ad meum ac edere vis conſilium, hoc ages; me auctore hoc tibi agendum putabis. V. *Conſilium do.* 5. *Dignitati tuae conſule*, habe fleis dig Acht auf deine Amtswürde. Ducenda tibi ratio eſt dignitatis tuæ; ſerviendum dignitati tuæ; ſpectanda inprimis dignitas tua; cavendum, nequid detrimenti accipiat dignitas tua; nihil potius, nihil prius, nihil antiquius dignitate tua habendum; fac, ut dignitas tua tibi curæ ſit; tuere dignitatem tuam; conſerva dignitatem tuam. 6. *Haud ſatis rationibus tuis conſulis*, du ſieheſt nicht genug auf dich ſelbſt. Non pro eo, ac par eſſet, tuis commodis proſpicis; male per te tibi proviſum eſt; non ſatis tibi curæ eſt, quid rationes tuæ a te poſtulent; rerum tuarum cura parum te tangere videtur; abjeciſſe mihi videris rerum tuarum curam, aut in poſtremis habere. V. *Neglige.* *Uſus.* 1. De hoc negotio te conſulendum duxi, um Rath fragen. Diu inter nos conſuluimus, berathſchlagen 2. *Proviseo proſpicio, rationem alicujus habeo, occurro, medeor* Vorſehung thun, auf eine Sache Acht haben. Conſulite vobis, proſpicite patriæ, famæ ac pudicitiæ conſulite. Deorum providentia humanis malis conſulitur. 3. Conſulo, *pro* conſilium do, ich gebe dir einen Rath, *vulg. eſt.* 4. Conſulere in medium, ſich untereinander berathſchlagen. Conſulere in publicum. 5. Peſſime in ſe, *vel* alium conſulere, wider ſich oder einen andern etwas ſchädliches vornehmen. 6. Boni conſulere, etwas gut aufnehmen. V. *Proſpicio, ſuadeo, delibero*

Conſultatio, nis, f. Berathſchlagung. *Syn.* Deliberatio. *Uſus.* Ea res venit in deliberationem & conſultationem. Exſpecto, quid reſpondeas conſultationi meæ.

Conſulto, mit Fleiß. *Syn.* Cogitato, conſtituto, commodito, compacto, dedita opera, de induſtria.)(*temere, fortuito. Uſus.* Simulat, ſe conſulto feciſſe, quod vel inſcitia, vel perturbatione animi factum. Id conſilio factum. V. *Prudens.*

Conſulto, as, avi, atum, are. berathſchlagen. *Syn.* Delibero, in medium, in commune, in publicum conſulo, conſilium ineo. *Uſus.* Inquirere & conſultare de officio. Deliberationes conſultandæ ſunt. V. *Conſilium.*

Conſultor, oris, m. ein Rathgeber. *Syn.* Conſulens. *Uſus.* Conſultoribus, quorum domus plena, reſpondere.

Conſultrix, icis, f. Rathgeberinn. *Uſus* Natura conſultrix, & provida utilitatum opportunitatumque omnium.

Conſultum, i, n. Satzung. *Syn.* Decretum, ut ſenatus conſultum. *Uſus.* Facta & conſulta ſapientum monumentis prodere.

Conſummo, as, avi, atum, are. vollenden *Syn.* Perficio. *Uſus.* Geſta & conſummata bella. V. *Perficio, abſolvo.*

Conſumo, is, ſumpſi, ſumptum, ere verbrauchen *Syn.* Abſumo, exhaurio, conficio, tero, contero, impendo, profundo, diſſipo, comedo. *Adv.* Tranquille tempus. *Phraſ.* 1. *Conſumere patrimonium ſuum*, ſein väterliches Erbtheil verſchwenden. Adeſa pecunia, devorata, profuſa, patrimonium ſuum omne, fortunas ſuas abligurivit; res eum & fides deficere coeperunt; diſſipavit conviviis patrimonium; rem confregit. Res illi per luxum diſſipata periit: in deliciis omnia ſua disperdidit; per luxuriam effudit attrivit opes; patrimonii cenſum merſit; luxu hauſit, dilapidavit, decoxit. V. *Abſumo, Helluor, Prodigo, Diſſipo, Nepos.* 2. *Tempus otio conſumpſit*, er hat die Zeit mit Müßiggehen zugebracht. Ætatem in otio exegit tempus omne in luxu ac otio poſuit; diem per ſummam inertiam abſumpſit; tempus omne in otio trivit. contrivit; otioſa in foro concurſatio diem illi unum ac alterum exemit; menſem illum in otio egit, conſecit; dies non paucos otio combuſſit; diem unum, alterum, tertium potando, augando condidit; tem-

poris

Digitized by Google

poris hujus partem otiosa concursatione traxit. *Ufus* 1. Aliqua in re plurimum operæ studiique consumere. Operam, curam, otium in rebus magnis, orationem facetiis consumere. 2. *Absumo*, verzehren. Per luxuriam effundere & consumere bona omnia. Dolore confici ac consumi. In castris popinis, aleis, ganea tempus ætatis omne consumere.

Consumptio, nis, f. **Verzehrung**. *Ufus*. Consumptione se hic & senio alebat.

Consumptor, oris, m. **Verzehrer**. *Ufus*. Iguis noster confector & consumptor est omnium.

Consuo, is, sui, sutum, ere. **zusammennähen**. *Ufus*. Dolos consuere. Consuta tapetia.

Consurgo, is, surrexi, surrectum, ere. **aufstehen**. *Syn*. Surgo, assurgo. *Adv*. Honorifice. *Ufus*. Honorifice ei consurgitur. Consurrexit senatus cum clamore.

Consurrectio, nis, f. **das Aufstehen**. *Ufus*. Cepi maximum fructum ex consurrectione omnium & comitatu.

Contabesco, is, tabui, ere. **ausdorren**. *Syn*. Consumor, extabesco, labefio. *Ufus*. Luctu confectus contabuit; ad extremam tabem venit. V. *Tabesco*.

Contabulatio, nis, f. **das Dielen, Baden**. *Ufus*. Ubi turris altitudo perducta est ad contabulationem. Turris quinque tabulatorum; *vulg. contignationem*.

Contabulo, as, avi, atum, are. **mit Brettern belegen**. *Ufus*. Totum murum turribus contabularunt. Turres contabulatas, aliaque machinamenta quatiendis muris portabant.

Contagio, nis, f. **ansteckende Seuche**: *Syn*. Feditas, virus, venenum, pestis, lues. *Epi*. Periculosa, servilis, interna. *Ufus*. Contagione malorum, quæ ab uno serpunt latius. Animus a contagione corporis revocatus. Latet, patet illius sceleris contagio. Est quædam contagio sceleris, si proditorem defendas. Contaminavit se ejus prædæ contagione. Ad illum contagio conscientiæ non pertinet. Contactus corporum, seu contagio vulgabat morbos.

Contagium; ii, n. **erbliche Krankheit**. *Syn*. Contagio.

Contamino, as, avi, atum, are. **beflecken**. *Syn*: Inquino, commaculo. *Phraf*. *Omnia suis sceleribus contaminavit*, **er hat alles mit seinen Lastern verunreiniget**. Macula sui sceleris imbuit; flagitiorum cœno & sordibus inquinavit; omnibus vitiis commaculavit; religiones omnes suo scelere violavit; aras ac templa polluit, funestavit; omni dedecore maculavit; omni scelere obligavit; omnia intoleranda libidine fœda ac deformia effecit. V. *Macula*. *Ufus*. Nullum est flagitium, quo se non contaminarit. Mortalium omnium post homines natos contaminatissimus, turpissimus. Contaminare veritatem mendacio, se omni scelere, stupris, flagitiis. Contagione prædæ contaminare. Omni scelere coopertus & contamihatus. Violatis sacris piaculum meritus. V *Sceleratus*.

Contego, is, texi, tectum, ere. **zudecken**. *Syn*. Tego. *Ufus*. Natura eas partes contexit. Medicorum errores terra injecta contegit. V. *Tego*.

Contemno, is, tempsi, temptum, ere. **verachten**. *Syn*. Despicio, despicatui duco, sperno, abjicio, rejicio, inane ac leve existimo, pro nihilo puto, aspernor.)(*expeto*, *æstimo*, *effero*, *admiror*. *Adv*. Aperte existimationem, constanter, magnopere, mirifice, omnino sententiam, penitus aliquem, plane, præclare res humanas, recte pecuniam, severissime voluptatem, valde elegantiam ludorum, vehementer hominem, vitissim, maxime: *Phraf*. 1. *Humana omnia contemnit*, aspernatur & negligit, **er verachtet alles Zeitliche**. Humana omnia conculcat, levia ducit; nullo loco numerat; flocci facit; contemptim habet; despicatui habet; est in ed summa rerum omnium contemptio & despicientia; humana omnia proterenda ac conculcanda ducit; alta quadam despectione intuetur; fordent ista illi, risui sunt; in summam contemptionem apud eum veniunt humanæ res omnes 2. *Majores nostri divitias contemnebant*, **unsere Vorfahren verachteten den Reichthum**. Apud majores nostros

Wagner.

Digitized by Google

minima erat divitiarum ratio; divitiæ apud majores noſtros nullo loco, nullo numero erant; majores noſtri opes parvi pendebant, nihili faciebant, ducebant, reputabant, æſtimabant; poſtremæ omnium rerum divitiæ noſtris erant majoribus; poſtremum locum obtinebant. 3. *Contemno omnia*, mir liegt an keiner Sache etwas. Omnia faſtidio, reſpuo; trahantur per me pedibus, non laboro, nihil me tangit; nihil me afficit; nulla re moveor, nulla res in pretio eſt; nihili facio omnia; inania ac levia, nullius momenti, nullius ponderis apud me ſunt, omnia deſpicatui, ludibrio habeo; nihili dependo; pro nihilo puto; pro nihilo duco; in minimis pono; riſui ſunt. 4. *Pygmaei contemnuntur*, die Zwerge verachtet man. Contemptui eſt pygmæorum brevitas; in contemptum, in contemptionem venit; brevitas ſua pygmæis contemptum affert; pygmæi opportuni injuriæ ducuntur; pygmæis brevitas contemptionem affert; deſpectui eſt pygmæorum brevitas; deſpicatui, ludibrio habetur; contempta & abjecta res eſt pygmæus; ſtaturæ brevitas inertiſſimis etiam in pygmæos licentiam facit; pygmæos brevitas ſua in contemptionem adduxit; pygmæi contemptu laborant apud mortales cæteros; pygmæorum brevitas peſſimis habetur deſpicata modis: pygmæos obterere quisque audet; ludibrio, riſui ſunt omnibus pygmæi; contemptiſſimum pygmæi nomen eſt; pygmæi in magno contemptu vivunt; præbere ad contumeliam os coguntur; fabula ſunt populo; nullo in honore ſunt. 5. *Bonae artes contemnuntur*, die freyen Künſte werden verachtet. Jacent literarum ſtudia, ac nullo prope loco ſunt; ſqualent bonarum artium ſtudia, ac in poſtremis habentur; litterarum illa gloria in ſilentio & oblivione jacet; exolevit illud in omnium animis pulcherrimarum artium ſtudium; non obtinent eum, quem merentur liberales diſciplinæ, honoris, dignitatis locum; nullum jam bonis artibus eſt pretium, nulla exiſtimatio; artes honeſtiſſimæ nullo jam in numero ponuntur, habentur, ducuntur. *Uſus.* Contemnere aliquem, ac pro nihilo putare. Irridere ac contemnere alios præ ſe. Contemnere, deſpicere, non curare, infra ſe ducere, pro nihilo habere. V. *Aſpernor*, *ſperno.*

Contemplatio, nis, f. Betrachtung, Beſichtigung. *Syn.* Conſideratio, cogitatio, mentis agitatio. *Epi.* Diligens, magna ac diligens, manca naturæ atque inchoata. *Uſus.* Res magna contemplatione digna. Contemplatio naturæ eſt animi pabulum. V. *Meditatio*, *conſidero.*

Contemplator, oris, m. Betrachter. *Uſus.* Homo cœli contemplator.

Contemplor, aris, atus ſum, ari. betrachten, beſichtigen. *Syn.* Meditor, conſidero, perſpicio, intueor, animo intueor. *Adv.* Acerrime, otioſe, ſtudioſe. *Phraſ. Contemplari res divinas*, himmliſche Dinge betrachten. In rerum divinarum contemplatione aliquantum temporis ponere; aliquid temporis cœleſtium rerum contemplationi tribuere; ad rerum divinarum contemplationem exſurgere, mentem erigere; vitam agere cœleſtium rerum contemplatione ſuaviſſimam; animo eſſe in cœleſtium rerum meditatione ſuſpenſo. *Uſus.* Rem quamvis otioſe & conſiderate, ſummo otio contemplatur. Intentis oculis rem contemplari. Cœli pulchritudinem oculis contemplari. V. *Conſidero*, *Meditor.*

Contemptio, onis, f. Verachtung. *Syn.* Contemptus, deſpicientia, deſpectio. *Epi.* Firma, ſtabilis doloris, magna. *Uſus.* Fortitudo eſt malorum dolorumque contemptio. Mortis, pecuniæ, rerum humanarum contemptio. Adverſarios in contemptionem adduxit.

Contemptus, us, m. Verachtung. *Syn.* Contemptio, deſpectio. *Uſus.* Contemptu laborabat apud ſocios. V. *Contemno.*

Contendo, is, tendi, tentum, ere. ſpannen, zanken. *Syn.* Nitor, curo, conor, laboro, enitor. *item*: Altercor, rixor, litigo. X *remitto.* *Adv.* Civiliter, contra, copioſiſſime, cupidiſſime, diligentiſſime, honeſte, infeſtiſſime, inimiciſſime, magnopere, mirifice ab aliquo, plane, prorſus, ſumme, valde, vehementer ab aliquo, de ſalute vere-

cun-

Digitized by Google

cundius. *Phraſ. Cum vicinis contendere ſolet*, **er pflegt mit ſeinen Nachbarn zu zanken.** Contra vicinos identidem velitatur, depugnat, vociferatur; jurgia, disceptationes, altercationes ſuscipit; in altercando multus eſt; controverſias a mane in noctem ſæpe ducit; novas identidem turbas & rixas homo concitus, & ad jurgandum litigioſus commovet; cum omnibus certationem ſuscipit; cum vicinis bellum gerit, digladiatur; jurgiis contendit; omnibus obſtrepit certatim; obloqui non deſiſtit; certamina ſerit; verba omnia in altercationem vertit; vicinos in disceptationes perpetuas trahit; jurgantis ira ſæpe ad manus pervenit; jurgia, discordias, iras cum vicinis exercet; manus ſimul intendit, ſimul probra vicinis ingerit; ſæpe brevis altercatio inde ex iracundia muliebri in animorum contentionem exardeſcit; res ſæpe parva ſtudiis in diverſa trahentibus, in magnum certamen excedit; frequens illi cum vicinis contentio; rixæ committendæ cauſa altercatio illi quotidiana; ſæpe parva res eſt, quæ in altercationem vertit; contentiones frequenter excitat; movet, ciet rixas; altercationes, jurgia concitat; ſerit certamina & rixas cum vicinis. 2 *Juvenes magna ſpectare debent & rectis ad gloriam ſtudiis contendere.* **Jünglinge müſſen nach Ehre ſtreben.** Debent graſſari ad gloriam virtutis via; niti, tendere ad gloriam nervos omnes induſtriæ contendere, & eniti ad gloriam; elaborare, ac animo conniti, ut nihil a ſe prætermiſſum, quo veræ laudis fructum ſibi comparent, videatur; illuc juventuti ſumma ope, pertinaciter tendendum, ut veræ virtutis gloriam conſequatur. *Uſus.* 1. Contende ac elabora, animo connitere, **ſich befleißen.** 2. *Litigo, pugno, certo, lucior, confligo, digladior, contentionem facio, contentionis aliquid cum aliquo habeo*, **ſtreiten, zanken, ſtreitig ſeyn** Cum aliquo, contra aliquem armis, vi, impetu, jure, verbis acerrime, inimiciſſime contendere. Sacramento contendas, mea non eſſe. Patere, quæſo, rationem meam cum tua contendere. *Transl. Intendo, adduco*, **allen Fleiß anſpannen.** Nervos omnes contendere. Nihil usquam remittam, quin ætatis induſtriæque meæ nervos omnes contendam, ut &c. 4. *Comparo, confero*, **gegen einander halten.** Contende inter ſe leges & confer. Accuſationem noſtram eum tua contendito. 5. *Eo, feſtino*, **eilen, ſchleunig reiſen.** Roma Brunduſium contendit. 6. *Poſco, flagito, peto, efflagito*, **begehren, eifrig um etwas anhalten.** Summe, omni ſtudio, paulo impudentius contendo, ut mecum in gratiam redeas. Nihil ab invito contendam. V. *Conor, laboro, jurgo, litigo.*

Contente, ſtreng. *Syn.* Vehementer, magna contentione, acriter. *Uſus.* Contentius ambulare. Alias contentius, alias ſubmiſſius dicere.

Contentio, nis, f. **Anſtrengung, Heftigkeit.** *Syn.* Certatio, controverſia, luctatio, certamen, dimicatio, pugna: vis animi, labor corporis.) *Relaxatio, remiſſio. Epi.* Accurata, acerrima, anceps, clariſſima, commodior alicui, diſpar, diſſimilis, effuſa, forenſis, gravis, gravis meritorum in remp. incredibilis, injuſta, legitima, magna laterum, animi, parva vocis, major vocis, media, mediocris, minima verborum, mira, nimia vocis, par, parva, prima adverſariorum, ſapiens, ſimilis animi, ſumma corporis, tanta, turpis, vehementiſſima, vera. Contentiones agrariæ, crebræ, graviſſimæ, honeſtiſſimæ, inanes, inimiciſſimæ, magnæ, multæ & magnæ, periculoſæ. *Uſus.* 1. Accuratam & inimicitiis inceſſam contentionem ſuscipere. Multæ & magnæ contentiones mihi tecum, *vel* inter nos erunt; contentionem tecum habeo, faciam. **Zank anſtellen.** 2. *Controverſia*, **Streitigkeit.** Illud vero in contentione ponitur; in contentionem venit, incidit, an &c. 3. *Labor*, **Mühe und Arbeit.** Omnem vitæ curſum in labore ac contentione conficere. A contentione quotidiana animum, laxare. In id negotium magna animi contentio adhibenda erit. In arduam contentionem vocamur. Magna nobis de vita ac ſalute con-

Digitized by Google

tentio impendet. 4. *Comparatio, collatio*, Vergleichung, Gegeneinanderhaltung. Hominum, fortunarum, bonorum contentionem facere. V. *Certamen, certo, pugna.*

Contentus, a, um. vergnügt. *Syn.* Quem non pœnitet; qui satis esse putat, qui facile patitur.)(*Cupidus. Adv.* Facile ad liberaliter vivendum. *Phras.* 1. *Contentus sum mea sorte*, ich bin mit meinem Stande zufrieden. Acquiesco in rebus meis; majora non appeto; plus a fortuna non postulo; satis, abunde est, sufficit, quod habeo. Continet se intra hos fines, non excurrit, non prolabitur animus meus; non se longius effert, non se altius tollit animus meus; non me pœnitet conditionis meæ; summa voluntate, summa animi æquitate fero hanc fortunam meam; mihi unice satisfacio; his me abunde expleo; eo res meas loco esse lætus sum, satis habeo. 2. *Hac mutatione plebs non contenta fuit*, mit dieser Veränderung war das Volk nicht zufrieden. Minime læta erat; mutationem eam aspernata plebs est; ea rerum conversio haud satis placebat plebi; haud probabatur plebi; huic rerum mutationi haud æqua satis multitudo fremere inter se occulte, obirata fortunæ conqueri, Deos denique hominesque palam accusare cœpit. V. *Displiceo.* 3. *Qualibet pœna contentus sum*, ich bin mit aller Strafe zufrieden. Nullam deprecor pœnam: sententiam in me latam summa voluntate suscipio; æqui bonique facio, quidquid de me statuitur; stabo judicum decretis, paratamque in omne supplicii genus voluntatem affero; acquiesco judicum sententiis; pœnam quamlibet in me constituant judices, placet, non repugno, haud refugio, admitto; conditionem quamlibet accipio; in potestate senatus, judicum ero. *Usus.* 1. Cultu parvo contenta est natura. Minimo contentus. 2. *Intentus*, angespannt)(*Remissus.* Contento studio, labore, opera; cursu contento; tormenta contenta & vehementius adducta. Vox contenta. Fides contentæ.

Contero, is, trivi, tritum, ere. zerreiben. *Syn.* Tero, consumo. *Adv.* Frustra tempus, melius diem. *Usus.* 1. in studiis litterarum, in litibus, in re quærenda totam ætatem, otium, tempus omne conterere, verzehren. Injurias omnes voluntaria oblivione contrivi, ich habe alles Unrecht willig vergessen. 2. *Vinco*, überwinden. Cæsar cæteras nationes contrivit, domuit, pervicit. V. *Consumo.*

Conterreo, es, ui, itum, ere erschrecken. *Syn.* Terreo. *Usus.* Vultu ipso aspectuque me conterruit. V. *Terreo.*

Contestatio, nis, f. Bezeugung. *Syn.* Obtestatio. *Usus.* Maxima contestatione a me petivit, ut &c.

Contestor, aris, atus sum, ari. zum Zeugen nehmen. *Syn.* Obtestor, judicium committo constituoque. *Usus.* Procuratores litem non contestabuntur. Cum eo litem contestatam habeo. Perennis & contestata virtus. Deos, hominesque contestari. V. *Testor.*

Contexo, is, texui, textum, ere. zusammen setzen. *Syn.* Texo, conjungo, compono. *Adv.* Conjuncte cum reliquis, facile, festive crimen, longius carmen. *Usus.* Carmen contexere. Extrema cum primis contexere. Crimen contexere.

Contexte, ohne Absonderung. *Syn.* Conjuncte. *Usus* Omnia naturali colligatione conserte contexteque fiunt.

Contextus, us, m. Zusammenhang. *Syn.* Complexio. *Epi.* Mirabilis, totus. *Usus.* In toto contextu orationis hæc sunt servanda. Pennarum contextu corporis tegumenta faciunt. Mirabilis contextus rerum.

Conticeo, es, ui, ere. schweigen. *Syn.* Taceo, reticeo, obmutesco.)(*Loquor. Usus.* 1. Conscientia vitæ conticuit. 3. *Transl. Deficio*, aufhören. Studium nostrum subito conticuit & obmutuit. Senatus obmutuit; judicia conticuere.

Conticesco, is, ticui, ere. schweigen. *Syn.* Taceo, obmutesco. *Adv.* Illico, parumper, repente, subito. *Phras. Omnes repente conticuerunt*, es haben alle gähling still geschwiegen. Mœstum aliquamdiu silentium obtinuit, silentium repente consecutum est; tenuit

nulf silentium aliquot horis; suppressere vocem adstantes; vocem mittebat nemo; altum erat ab omnibus silentium. Muta circum omnia & elinguia videbantur. *Usus.* In bello artes nostræ conticescunt. Quando lamentatio urbis & gemitus conticescent? V. *Taceo*, *silentium.*

Continens, tis, g. o. anstoßend. *Syn.* Junctus, adjunctus, affixus, conjunctus, proximus, non interruptus. *Usus.* 1. Terræ continentes. Mari aër; Cappadocia Ciliciæ continens est. Natura rerum uno consensu continens est & juncta. Uno pene & continenti agmine. 2. *Terra mari vicina*, Land, so nahe am Meere ist. Mare dissimile est proximo ei continenti. 3. *Temperans*, mäßig, eingezogen. Vir continens & temperans. V. *Pudicus*, *castus.*

Continenter, stäts. *Syn.* Semper.)(*interrupte.* *Usus.* 1. Continenter labuntur & fluunt omnia. 2. *Temperanter*, mäßig. Parce, sobrie, continenter vivere. *Continuate*, *conjuncte*, *perpetuo*, nach einander. Uno spiritu continenter multa dicere. V. *Semper*, *assidue.*

Continentia, æ, f. Enthaltung, Eingezogenheit. *Syn.* Temperantia. D. [illegible] *Voluptati*, Abstinentia [illegible] *resistit.* *Usus.* Valetudo [illegible] continentia in victu [illegible] & cultu. Nihil eum ab summa integritate ac continentia deducere potuit. Nulla re conciliatur facilius benevolentia populi, quam continentia & abstinentia. V. *Verecundia*, *Pudicus.*

Contineo, es, ui, tentum, ere. einhalten. *Syn.* Comprehendo, complector, includo, concludo, colligo: *vel* refreno, cohibeo: coërceo; *vel* conservo. *Adv.* Abscondite, arctius, consulto se domi, [illegible] linguam, modeste in[illegible] patientius & expeditius [illegible] simpliciter quæstio[illegible], vix facile sese [illegible] officii. Contineri apte, [illegible] *Phras.* 1. *Co*[illegible] *denos pedes* [illegible] hat in der Runde gehen Schuh. Denos pedes colligit, complectitur; columnæ ambitus denum pedum est. 2. *Equus Trojanus multos mortales continere non poterat*, das trojanische Pferd hat nicht viele Leute fassen können. Multos capere non poterat; paucorum erat capax; admittere, complecti, cohibere non multos poterat; latere, delitescere, tegi, condi in equo Trojano non multi poterant; unius equi lignei angustiis claudi, constringi, arctari non multi poterant. 3. *Continere iram non potuit*, er hat seinen Zorn nicht mäßigen können. Sustinere iram non potuit, quin erumperet, temperare sibi non poterat, quin iracundia longius auferretur; iracundiæ modum imponere, facere, statuere; frenos injicere; irarundiam reprimere, cohibere, coërcere, moderari non poterat. *Usus.* 1. Multa animo ac memoria continere. Quæ vitam omnem continent. Continere aliquid animo inclusum. Hæc disputatio uberrimos virtutis & doctrinæ fontes continet. Hac una virtute cæteræ omnes, hoc facinore omnia flagitia continentur. Tua salute nostra salus continetur. Vita corpore continetur & spiritu. Omnia honestas quatuor virtutibus continetur. 2. *Coërceo*, *refreno*, *cohibeo*, einhalten, zähmen. Continere cupiditates. Te contine, ut alios contineas. Iracundiam, conceptum odium, vocem, gemitum continere. A pluribus exemplis, a respondendo, ab assentando se continere. 3. *Conservo*, erhalten. Fides rempublicam maxime continet. Continere aliquem in officio. 4. *Colligo*, zusammen binden. Artes cognatione quadam inter se continentur.

Contingit, es geschieht. *Syn.* Evenit, accidit. *Usus.* Si mihi vita contigerit, wenn ich das Leben haben soll, *prorogetur.* Id facilitate potius, quam culpa mea contigit. V. *Accidit*, *fortuna.*

Contingo, is, tigi, tactum, ere. berühren. *Syn.* Tango, attingo. *Usus.* Luna terram propius contingit, der Mond ist näher bey der Erde. Atomus alia aliam contingit. Hujus auctoritatem loci contingere ausus non essem. Aliquem propinquitate, sanguine contingere, verwandt seyn. V. *Evenio.*

Digitized by Google

Continuatio, nis, f. **Fortſetzung.** *Syn.* Perpetuitas. *Epi.* Admirabilis, fatalis quaſi & immutabilis, non minus longa verborum, mirabilis, ſoluta, apta, atque jucunda verborum, tota verborum. *Uſus.* Mirabilis quædam continuatio ſeriesque rerum, ut alia ex aliis nexa, & omnes inter ſe aptæ colligatæque videantur. 2. *Sympathia*, **natürliche Uebereinſtimmung, oder Folge der Dinge.** Immutabilis continuatio ordinis ſempiterni. Continuatio cauſarum. 2. *Periodus.* Continuatio eſt denſa & continens frequentatio verborum cum abſolutione ſententiarum.

Continuo, **alsbald, von Stund an.** *Syn.* Statim, illico. *Uſus.* Non continuo, ſi quis peccavit, puniendus eſt. Continuo omnes ſurrexere. Continuo te meæ voluptatis participem faciam. V. *Statim.*

Continuo, as, avi, atum, are. **beharren, fortſetzen.** *Adv.* Perpetuo. *Uſus.* Libertas hucusque continuata permanſit. Natura cohærens cum omnibus partibus. Ager latiſſime continuatur. Atomi inter ſe nexu continuantur. V. *Continuus.*

Continuus, a, um, **ſtätswährend.** *Syn.* Continens, perpetuus, perennis. *Phraſ. Continuus illi labor eſt*, **er arbeitet beſtändig.** Noctes diesque laboribus jungit; rem propoſitam continuo, *vel* continenti labore urget; in concepto labore perſtat naviter; inceptum laborem naviter perſequitur; aſſiduam rei navat operam; inſtitutum ſuum in perſequendo labore tenet naviter; aſſiduus eſt in opere; pertinaci ſtudio in rem incumbit; nullum illi a labore cœpto otium; quies nulla; a cœpto labore ne punctum quidem temporis reſpirat; infinitus illi labor eſt; id ille ſaxum perpetuo volvit. V. *Aſſiduus. Uſus.* Tot dies continuos quid egiſti? Continuis itineribus Romam veni.

Contor, aris, atus ſum, ari. **erſotſchen** *Syn.* Percunctor. *Uſus.* Cum ex me contaretur.

Contorqueo, es, torſi, tortum, ere. **krümmen.** *Syn.* Convolvo, torqueo, jaculor, deflecto. *Uſus.* Ut argumenta valide contorquet! aliquem alias ad lætitiam, alias ad triſtitiam contorquere. Amnes in alium curſum contorquere. Contorta oratio. Contorta & aculeata ſophismata.

Contorſio, nis, f. **Verdrehung.** *Syn.* Flexio. *Uſus.* Majus eſt, has orationis contorſiones, quam fidorum flexus perdiſcere.

Contorte, **verwirret.** *Syn.* Oblique. *Uſus.* Perturbate & contorte dicere, concludere aliquid.

Contortus, a, um. **verwirrt, gebogen.** *Uſus.* Stoici contortis quibusdam, & minutis concluſiunculis utuntur.

Contra, **wider, entgegen.** *Syn.* Adverſum, adverſus, in. *Uſus.* 1. Facere contra aliquem, contra populi ſtudium ſtare, **wider einen ſeyn.** 2. *Econtrario*, *immo potius*, **dagegen, im Gegenſpiel, vielmehr.** Quæ bona ſunt, mala putant; contra quæ mala, bona. Non tua culpa eſt; contra ſumma laus. 3. *Aliter, ſecus*, **anders.** Contra, faciam, ac in reliquis cauſis. Contra, ac licet, factum eſt. Contra faciunt, quam polliceantur. 4. *Ex alia parte, ex oppoſita parte*, **auf der andern Seite, gegen über.** Inſulæ latus unum contra Galliam eſt. Agrum habet contra eum locum, qui &c.

Contractio, nis, f. **Verkürzung, Zuſammenziehung.** *Syn.* Brevitas. *Epi.* Facilis. *Uſus.* Meam parſimoniam contractio naturæ ſignificat. Idem vitium eſt effuſio animi in lætitia, ac contractio in dolore. Frontis, brachii, digitorum, ſupercilii contractio.)(*remiſſio, porrectio.* Contractio & brevitas gravitatem non habet.

Contractiuncula, æ, f. **ein kleines Trauren und Aengſtigkeit.** *Uſus.* Modus quidam, & contractiuncula animi relinquuntur.

Contractus, a, um. **eng, kurz, zuſammen gezogen.** *Syn.* Brevis, adſtrictus. *Uſus.* 1. Res noſtræ contractæ, & adductæ in anguſtum. Opus lucubratum contractioribus his noctibus. Studia in ſeneſtute contractiora eſſe debent. *Remiſſiora.* 2. *Admiſſus, patratus*, **verübt, begangen.** Moleſte ferimus, quæ noſtra culpa contracta ſunt. Conſuetudines cum multis contractæ, **gemachte Vertäulichkeiten.** V. *Brevis, anguſtus.*

Con-

Digitized by Google

Contradico, is, dixi, dictum, ere. widerſprechen. *Syn.* Reclamo, refragor, adverſor. *Phraſ. Tibi ipſi contradicis*, du widerſprichſt dir ſelbſt. Tecum ipſe pugnas; non modo non cohærentia loqueris, ſed maxime disjuncta, contraria, diſſentanea; contra te loqueris; contrarie ſimul procedentia, & inter ſe pugnantia dicis; non conſtas tibi; a te ipſo diſſides, discedis; tecum ipſe diſſentis, discrepas, discordas. *Uſus.* Magna libertate palam contradixit. V. *Contrarius*, *adverſor*.

Contraduco, is, duxi, ductum, ere. entgegen führen. *Uſus.* Exercitum contraduxit.

Contraho, is, traxi, tractum, ere. ſammeln, zuſammen bringen, Vertrag machen. *Syn.* Congrego, colligo, cogo: coarcto, coanguſto, paciſcor. *Adv.* Vocem inuſitatius, male. *Phraſ.* 1. *Cum navarcho contraxit*, er hat mit dem Schiffherrn einen Vertrag gemacht. Pactionem conflavit; pactionem fecit, confecit; ad pactionem venit cum navarcho; de pretio cum navarcho transegit; pactione ſe obſtrinxit, obligavit; ad pactiones deſcendit. V. *Paciſcor*. 2. *Quæ prius contraxit*, *poſtea reſcidit*, er hat ſeinen Vertrag nicht gehalten. Non manſit in pactione; pactionem perturbavit; a pactione receſſit; conventis non ſtetit; contra pactiones fecit, pacta conventa reſcidit, infregit, violavit, labefactavit; a pactione abiit. *Vulg. Contractum non ſervavit.* V. *Paciſcor*, *conventum*. *Uſus.* 1. Copias, cohortes in unum locum contrahere. Vela, orationem contrahere. Appetitus contrahere & ſedare. Amicitia omnia contrahit, diſcordia diſſipat, zuſammen ziehen, verſammeln. 2. *Coarcto*, *coanguſto*, *in arctum*, *in breve cogo*, *conſtringo*, in die Enge bringen.)(*explico*, *dilato*, *diffundo*. Animum in dolore contrahere. Varius canendi modus, alias contrahit animos, alias remittit. Collum, frontem, digitos contrahere. 3. *Conſto*. Æs alienum, nomina contrahere, Schulden machen. 4. *Concilio*, *comparo*, *acquiro*, überkommen, verurſachen. Sua liberalitate multorum benevolentiam, amicitiam contraxit. Moleſtias ſibi, odium, invidiam, negotium, offenſionem, multum damni contraxit. Sua temeritate bellum, certamen contraxit. 5. *Paciſcor*, mit einem Vertrag machen. Cum aliquo rem, *aut* rationem contrahere. Felix, qui nihil cum aliquo contraxit. Cum aliquo contrahere. V. *Brevis*, *breviter*, *anguſtus*.

Contrarie, dagegen. *Syn.* Repugnanter. *Uſus.* Contrarie ſcriptum, aut ambigue.

Contrarius, a, um. widrig. *Syn.* Adverſus, adverſarius, pugnans, diverſus. *Adv.* Maxime, valde. *Phraſ. Senatus contrarium ſenſit*, der Rath war einer widrigen Meynung. Contra cenſuit ſenatus; ſenatus in omnia alia ivit; contra putavit; e transverſo non idem erat ſenatui de re ſenſus; diſſenſit ſenatus; ſenatui adverſa ſententia placuit; ſenatus judicia discrepabant, cum noſtra ſententia non congruebant; ſecus viſum eſt ſenatui. V. *Diſſentio*. *Uſus.* Omnis voluptas honeſtati eſt contraria. Nihil tam contrarium rationi, & conſtantiæ, quam fortuna. Monſtrum ex contrariis, diverſis, ac inter ſe pugnantibus naturæ ſtudiis conflatum. In contrariam partem dicere, differere, contendere. V. *Adverſor*.

Contraſcriptum, i, n. Gegenſchrift. *Uſus.* Antonii edictum legi, & horum contraſcriptum.

Contravenio, is, veni, ventum, ire. dawider thun. *Syn.* Adverſor. *Uſus.* Ita faveo tuæ ſententiæ, ut ne in mentem quidem aliquid contravenerit. Quem contraveneris, cauſa cadet.

Contrectatio, nis, f. Berührung. *Syn.* Tractatio. *Uſus.* Taurus equæ contrectatione geſtit.

Contrecto, as, avi, atum, are. betaſten, berühren. *Syn.* Tracto, attrecto. *Uſus.* 1. Librum contrectare. 2. *Transl.* Mente varias voluptates contrectare.

Contremo, is, ui, ere. erzittern. *Syn.* Tremo. *Uſus.* Cœlum tonitru contremit. V. *Tremo*.

Contribuo, is, ui, utum, ere. mittheilen. *Syn.* Confero, tribuo. *Uſus.* Ad eam rem pecuniam contribuere. V. *Tribuo*.

Digitized by Google

Contriſto, as, avi, atum, are. betrüben. *Syn.* Mœrore afficio, ægritudinem affero, ægritudine afficio; mœſtitiam infero: ſolicitudinem alicui conficio, affero; angore implico. *Uſus.* Contriſtavit hæc ſententia Balbum. V. *Triſtitia.*

Contritus, a, um. zerſtoſſen. *Syn.* Pervulgatus, vulgaris, communis, pervagatus. *Uſus.* 1. Communia & contrita præcepta. 2. *Conſumptus*, verzehrt. Tota ætas in ſtudiis contrita. *Contritus*, & *Contritio* barbara ſunt, cum ad dolorem animi de peccatis referuntur. *Latine reddi poſſunt*: Excruciatus dolore admiſſorum criminum, reu müthig, zerknirſcht. Dolor animi ex criminum recordatione ſusceptus, dolor animi de admiſſo crimine, Reu und Leid.

Controverſia, æ, f. Streitigkeit. *Syn.* Disceptatio, contentio, dubium, lis. *Epi.* Brevis, civilis, conjecturalis, hæreditaria, judicialis, magna, parva, plena diſſenſionis, privata ac ſingularis, recens, ſimilis, ſumma, tota. Controverſiæ civiles remotiſſimæque, forenſes, graves, legitimæ, & civiles, plurimæ. *Phraſ.* 1. *Controverſia Fidei. vulg.* Glaubensſtreitigkeiten. Fidei capita controverſa; controverſæ de Fide quæſtiones; Fidei capita, quæ in controverſiam vocantur, veniunt, adducuntur, deducuntur; quæ in controverſia & contentione ſunt, verſantur; in quibus diſſenſionis aliquid ineſt; quæ in diſceptationem veniunt, cadunt, vocantur; quæ in diſceptatione verſantur; quæ in dubium vocari, revocari ab errorum magiſtris ſolent: quæ dubitationis aliquid habere videntur novitiæ religionis auctoribus, ac ſectatoribus. 2. *Controverſiam de jure prædii movit*, er hat mit das Landgut wollen ſtreitig machen. Controverſiam mihi intendit, fecit de jure prædii; in controverſiam vocavit, adduxit, deduxit, jura prædii noſtri; contentionem excitavit, fecit de jure prædii; jus prædii in contentionem vocavit; controverſia mihi orta *vel* nata eſt de jure prædii. Litem intulit, intendit de jure prædii; controverſiam habeo; cauſa mihi nata eſt de jure prædii, implicor litibus de jure prædiorum. 3. *Controverſia deciſa eſt*, die Streitigkeit iſt endlich entſchieden worden. Transacta, compoſita, ſedata, dirempta, ſublata, dijudicata eſt. *Uſus.* 1. Alet ea res noſtras controverſias. Controverſia mihi cum illo eſt. Certamen, cauſa, controverſia mihi naſcitur. Controverſiam conſtituere, dirimere, componere. 2. Sine controverſia optime ſcripſit. Fundus ſine controverſia meus eſt, dieſer Grund iſt unſtreitig mein. V. *Lis*, *contendo certamen.*

Controverſus, a, um. ſtreitig. *Syn.* Litigioſus, dubius. *Uſus.* Homo natura controverſus. Jus, res, cauſa controverſa, plena diſſenſionis. V. *Dubius*, *Anceps.*

Contrucido, as, avi, atum, are, gräulich tödten. *Uſus.* Rempublicam impiis armis contrucidarunt. V. *Cædo.*

Contrudo, is, truſi, truſum, ere, zuſammen ſtoßen. *Syn.* Conſtipo, coarcto, compingo. *Uſus.* Multos homines in navim contrudi imperat. In carcerem contruſus eſt.

Contubernalis, is, m. Kamerad, Stubengeſell. *Syn.* Domeſticus, familiaris: domeſticus convictor. *Uſus.* In militia, in conſulatu contubernalis. Vicinus eſt meus, immo prope contubernalis. V. *Socius*, *Familiaris.*

Contubernium, ii, n. Kameradſchaft, Geſellſchaft. *Syn.* Convictus, ſodalitas. *Uſus.* Conſuetudo contubernii nos adeo conjunxit. V. *Convictus.*

Contueor, eris, tuitus, ſum, eri. anſchauen. *Syn.* Aſpicio. *Uſus.* Contuemini ex hominis. V. *Intueor.*

Contuitus, us, m. das Anſchauen, Blick. *Uſus.* Veſter ille in me animorum oculorumque contuitus. V. *Aſpectus.*

Contumacia, æ, f. Halsſtarrigkeit. *Syn.* Pertinacia, pervicacia, obſtinatio, ſuperbia. *Epi.* Libera, magna, par, ſingularis. *Uſus.* Iſta tua ſingularis inſolentia, ſuperbia, contumacia. Adhibuit liberam contumaciam a magnitudine animi ductam, non a ſuperbia. Non fero hominis contumaciam. Furit reſponſi contumacia. Faſtidio & con-

Digitized by Google

contumacia efferri. V. *Pervicacia*, *obſtinatus*, *contumax*.

Contumaciter, halsſtärrig. *Syn.* Superbe, præfracte, pertinaciter. *Uſus.* Contumaciter & arroganter ſolet ſcribere.

Contumax, cis, *gen. omn.* halsſtärrig. *Syn.* Superbus, pertinax, obſtinatus. *Phraſ. In moderatores contumax eſt*, er iſt trotzig und wider ſpenſtig wider ſeine Obern. Ineſt contemptor animus; contumacia effertur; impune eludit moderatorum imperia; eſt illi animus arrogantia ſubnixus; neſcio, quibus opinionibus inflatus eſt: ſupercilium, orisque & oculorum contumacia incredibilis; eſt ingenium ferox homini, & audacia ſtolidum; ſpiritus alit elatos, ac ſuperbia tumidos: nullis ſatis æquus eſt imperiis; nulla ſatis auctoritate movetur; indomitum ingenium ac jugi impatiens; præferocis animi juvenis eſt, neque ulla ſatis ratione tractabilis. V. *Superbus*, *ferox*, *aſper*. *Uſus.* In ſuperiores contumax, in æquos & pares faſtidioſus, in inferiores crudelis. V. *Pervicax*, *obſtinatus*.

Contumelia, æ, f. Schmach, Schimpf. *Syn.* Convitium, ignominia, injuria. *Epi.* Extrema ac miſerrima, inſignis & nova, maxima, quam minima, tanta. Contumeliæ graviſſimæ, inſatiabiles, maximæ, nefariæ, pertinaces, plurimæ, ſummæ. *Phraſ.* 1. *Contumeliam illi fecit*, er hat wider ihn Schmähungen ausgeſtoſſen. Maledice & contumelioſe multa in illum dixit; contumeliis illum oneravit; multa orationis acerbitate & iracundia uſus eſt; aſperrimis eum verbis accepit. Multo clamore & convitio illum jactavit, conſcidit; omnibus probris oneravit; infandas contumelias in illum edidit; probroſis ſermonibus abſentem laceravit; quas non ad contumelias deſcendit homo improbe facetus? Quid non dictum ab illo cum contumelia? Quas non contumelias in illum jecit? Contumelioſiſſime illi maledixit; voces ab illo emiſſæ ſane contumelioſæ; omnibus probris illum oneravit, laceravit; *convitio*, contumelia illum verberavit; *contumeliam* homini dixit; impoſuit, intorſit ſane graviſſimam; contumeliis hominem operuit, vexavit atrociſſimis; per obſcœnam turpemque dictu contumeliam violavit; plauſtra convitiorum in illum jactavit; linguam contumelioſe in illum ſtrinxit; contumeliam novo modo illi fecit. *Terent.* 2. *Gravi contumelia affectus eſt*, er iſt überaus geſchmahet, und beſchimpfet worden. Gravem ſuſtinuit, accepit, paſſus eſt contumeliam; frequenti ſenatus convitio verberatus eſt; laceratus probris; contumeliis verberatus; jactatus convitio ac clamore eſt; multa de illo maledice contumelioſeque dicta ſunt. *Uſus.* In epiſtola tua multi aculei contumeliarum inſunt. Ad contumelias deſcendere. In contumeliam vertere. Contumeliam accipere. A contumelia prohibere, tutum reddere. V. *Maledictum*, *convitium*, *injuria*, *probrum*.

Contumelioſe, ſchmählich. *Syn.* Per contumeliam, injurioſe. *Uſus.* De abſentibus maledice, contumelioſe detrahendi cauſa dicere.

Contumelioſus, a, um. ſchmähhaft, ehrenrührig. *Syn.* Injurioſus. *Uſus.* Litteræ, oratio, voces in aliquem contumelioſe emiſſæ. In edictis, in congreſſu contumelioſus. V. *Injuria*.

Contundo, is, tudi, tuſum, ere. zerſtoſſen. *Syn.* Obtero, frango. *Uſus.* 1. Uxorem lapidibus, & fuſtibus debilitavit; manus ictibus contudit. 2. *Transl.* Audaciam exultantis prædonis, fævitiam, impetum frangere & contundere, brechen, bändigen. Calumniam obtrivit, & contudit. Animum contudi, & fortaſſe vici.

Conturbatio, nis, f. Betrübung. *Uſus.* Conturbatio eſt metus excutiens cogitata.

Conturbo, as, avi, atum, are. verwirren, beſtürzen. *Syn.* Perturbo, confundo. *Adv.* Magnopere, mirifice, valde. *Uſus.* 1. Multa conturbant animos ſpecie utilitatis. Id me maxime conturbat, quod. Frequentia hominum conturbat & infirmat imaginum notas. 2. *Decoquo*, *diſſipo pecuniam domini*, *rationes perturbo*, *commiſceo*, das Geld ſeines Herrn verſchwenden, bankerott werden. Num

Digitized by Google

igitur conturbare oportebat? Servus postquam conturbasset, profugit.

Contus, i, m. eine Stange die Tiefe des Wassers zu ergründen. *Syn.* Sudes. *seu* hasta longior sine ferro.

Convalesco, is, valui, ere. wieder gesund werden. *Syn.* Consanesco, valentior fio, e gravi morbo recreor, sanor, ex morbo evado, morbo defungor, valetudine emergo, morbo levor. *Adv.* Commodissime, illico, impune ad perniciem, tardius. *Usus.* 1. Non omnes, qui curantur, convalescunt. Si fatum est convalescere e morbo, sine medico convalesco. 2. *Transl. Cresco, augeor*, zunehmen. Ut convalescere aliquando civitas & sanari posset. V. *Confirmo, valetudo, morbus.*

Convallis, is, f. ein rundes Thal mit Bergen umgeben. *Syn.* Planities ex omni parte septa montibus. *Usus.* Roma in montibus & convallibus posita.

Convaso, as, avi, atum, are. einpacken. *Syn.* Vasa colligo.

Conveho, is, vexi, vectum, ere. zusammenführen. *Syn.* Comporto. *Usus.* Materiem, lapides convexit.

Convello, is, velli, vulsum, ere. zerstören, umstoßen. *Syn.* Revello. *Usus.* 1. Simulacrum, gradus convellere. 2. *Transl.* Videbantur convulsuri statum reipublicæ. Vires, potentiam, acta, gratiam alicujus convellere. Aliquem e suis hortis, de pristino statu convellere. Opinionem inolitam, mentibus dudum insitam convellere.

Convenæ, arum, m. zusammengelaufene Leute. *Syn.* Qui e diversis locis in unam civitatem conveniunt. *Usus.* Romulus pastores & convenas consilio congregavit & sapientia.

Convenicus, tis, *g. o.* sich schickend, übereinkommend. *Syn.* Consonus, consentaneus, congruens, concors, aptus, par, decorus, decens, dignus.)(*Alienus. Usus.* Bene convenientes propinqui. Nihil naturæ tam aptum, tam conveniens ad res adversas & prosperas, quam amicitia. Quid Philosopho minus conveniens, quam Deos tollere? V. *Decet, oportet.*

Convenienter, einstimmig, gleichförmig. *Syn.* Congruenter, secundum, pro. *Usus.* Convenienter naturæ vivere.

Convenientia, æ, f. Gleichförmigkeit. *Syn.* Conjunctio, cognatio, quasi concentus. *Epi.* Tanta. *Usus.* In amicitia est convenientia rerum, in ea stabilitas, in ea constantia. Pulchritudo, venustas, convenientia partium. V. *Amicitia.*

Convenio, is, veni, ventum, ire. zusammenkommen. *Syn.* Concurro, coëo, congregor.)(*Dispergo. Adv.* Apte, clam inter se, maxime officio, mirifice, optime cum aliquo, paulisper, præclare. *Phras. Multi ad eum convenere*, es sind viele bey ihm zusammengekommen. Sibi eo conveuto opus ducebant; cuncta nobilitas accurrit; unum in locum congregata est. Coitio hominum facta est; in ejus congressum & colloquium venere plurimi, convolarunt, concurrerunt, affluxere. Concursus ad illum factus est maximus. Multi se ad eum salutandum conglobarunt. Ex tota urbe ad illum concursus fuit. *Usus.* 1. Copiæ omnes in unum locum convenere. Romam tota Italia convenit. Multæ causæ in unum locum convenisse, & inter se congruere videntur. 2. *Congruo, non abhorreo, aptus, conveniens sum*, sich schicken, übereinkommen. Puto rem conventuram. Aliquid, *vel* nihil inter eos convenit. Hi mores nostræ ætati non conveniunt, diese Sitten stehen unserm Alter nicht wohl an. Vide, quid conveniat, quid deceat. Sunt in te aliqua, quæ in nullum convenire possunt. Mihi tecum convenit, wir kommen wohl überein. Inter omnes convenit, ita esse, es kommen alle überein, daß die Sache sich also verhalte. Neminem adhuc conveniisse tecum puto. 3. *Adeo, ad aliquem eo, vento*, zu einem gehen. Convenio quotidie plurimos. Neme me convenit. 4. *Nubo*, verheyrathet werden. Uxores, quæ in manum viri conveniunt, matresfamilias sunt. V. *Conventio, societas.*

Convenit, es geziemet sich. *Syn.* Decet, æquum est. *Usus.* 1. Non convenit, ad referendam gratiam esse tardiores. 2. *Par est*, es steht einem

Digitized by Google

einem zu. Vos his malis mederi convenit. 3. *Conſtat*, gewiß, bekannt ſeyn. Nominis quæſtio eſt, cum de facto convenit. Convenit id mihi cum adverſariis, in dieſem kommen wir überein. V. *Decet*, *oportet*.

Conventiculum, i. n. Zuſammenkunft. *Uſus.* Conventicula hominum, & quaſi conſilia quædam. Coitiones & conventicula.

Conventum, i, n. Vertrag. *Syn.* Pactum. *Uſus.* Stare conventis. Dictorum conventorumque conſtantia. Promiſſum & conventum. V. *Pactum.*

Conventus, us, m. Vergleich. *Syn.* Pactum, conventum. *Uſus.* Pacta aliqua ſine legibus ſervantur ex conventu.

Conventus, us, m. Zuſammenkunft. *Syn.* Turba, concio, cœtus, multitudo hominum in unum locum congregata. *Epi.* Celeberrimum virorum mulierumque, digniſſimus republica, elegans, honeſtus, honeſtiſſimus maximusque, magnus, meretricius, nocturnus, tantus. *Uſus.* Conventus celebrare, facere, agere, peragere, habere. Conventum dimittere; in quibus oppidis Prætores conventum agere ſolent. Conventus ille Capuæ me patronum adoptavit.

Converſio, nis, f das Umwenden. *Syn.* Circumvectio. *Epi.* Annua, certa definitaque, conveniens conſtansque, incitatiſſima, longa, maxima, quotidiana, rotunda. Converſiones abſolutæ, cœleſtes, continuæ, naturales rerump. *Uſus.* 1. Cœli converſio incitatior. Anni converſiones & commutationes. Perpetui curſus converſionesque cœleſtes. 2. *Mutatio*, *viciſſitudo*, Verändetung, Abwechslung. Naturales ſunt converſiones rerump. Converſio ſtatus, & inclinatio communium temporum.

Converſio a peccatis, Bekehrung von den Sünden. *Phraſ.* 1. Correctio, emendatio morum; reſipiſcentis animi propoſitum; vitæ correctioris ſtudium. 2. *Converteve ſe a peccatis*, *vulg.* ſich von den Sünden bekehren. Redire in viam; abſtinere a ſceleribus, reſipiſcere; ab improba peccandi conſuetudine ſe revocare; ad frugem redire; ex corruptis moribus ad emendationem vitam redire, ſeſe traducere; ad bonam frugem ſe recipere; e flagitiorum cœno emergere; emergere e vitiis, & ad curam ſempiternæ ſalutis ſe revocare; redire ad officium hominis Chriſtiani; animum ſuum ab omni alia cogitatione ad curandam tuendamque ſalutem traducere; animum ad melioris vitæ conſilia appellere; ad frugem animum applicare; a malitia abſiſtere; animum a vitæ pravitate abducere; ad ſanam mentem redire; ſuos mores ad recti honeſtique leges conformare; ſe a pravis moribus ad virtutis ſtudium convertere. 3. *Convertere alium a peccatis*, *vulg.* einen andern von Sünden bekehren. E peccatorum, ſcelerum gurgite extrahere aliquem; errantem in viam reducere; a vitiis, a pravitate vitæ, a ſceleribus avertere; ad bonam frugem adducere, reducere; ad melioris vitæ rationem a pravis moribus traducere; de vitæ pravitate deducere. Errantem ad bonam frugem, bonam mentem reducere, revocare. V. *Corrigo*, *melius.*

Converſio idololatræ, Bekehrung eines Abgötters. *Phraſ.* *Tota barbarorum natio ad Chriſti fidem converſa eſt*, dieſes barbariſche Volk iſt gänzlich zum wahren Glauben bekehret worden. Rejectis tenebris vanarum ſuperſtitionum, luce divinitus immiſſa ad Chriſtianam religionem ſe applicuit; ſimulacrorum cultu abjecto, unius Chriſti cultui ſe conſecravit; Chriſtianis ſe ſacris addixit; ad Chriſti cultum animum adjecit; Chriſto adjuncta eſt; ad fidem adjuncta eſt; ad ſanam religionem ac fidem traducta; a dæmonum ſtipendiis ad Chriſti ſigna, ad Chriſti caſtra traducta; a ſuperſtitioſis ritibus, ab erroribus ritibusque ſacrilegis, a dæmonum ſervitute ad unius veri DEI notitiam cultumque eſt traducta; a dæmonum ſervitute in Chriſtianam libertatem vindicata, aſſerta; ad Chriſtum adducta, adjuncta; ad Chriſtiani cœtus communionem aggregata; Chriſto ſacri fontis aſperſione auctorata eſt. V. *Baptismus.*

Converſio hæretici, Bekehrung eines Ketzers. *Phraſ.* 1. *Multi hæretici ſunt*

Digitized by Google

sunt conversi, es ſind viele Ketzer bekehrt worden. E ſumma caligine ac tenebris in lucem Catholicæ veritatis traducti, reſtituti; reddi-ti Catholicæ religioni; ad Eccle-ſiam Catholicam reducti; qui poſi-ta contumacia ſuaviſſimo Eccleſiæ jugo cervices ſuas ſubjecere; ad ſi-num Catholicæ Eccleſiæ; ad Eccle-ſiæ auctoritatem redierunt; Reli-gionem Catholicam reſpexerunt; Eccleſiæ reconciliati ſunt; de pra-vis opinionibus deducti; hæreſim objecerunt, ejurarunt; orthodo-xam doctrinam hauſerunt; Eccle-ſiæ ſe reddiderunt; perverſarum opinionum venenum, virus ejece-runt; ejurata hæreſi ſe cum Eccle-ſia Catholica conjunxerunt; ſe a pravis de religione opinionibus ejecerunt; e ſeditioſis ſectis ſe ex-tulerunt; ad coetum recte ſentien-tium redierunt; ad imperium Ro-manæ Eccleſiæ ſe revocarunt; fal-ſarum commenta opinionum repu-diarunt; Romanæ Eccleſiæ manus dedere; pravas opiniones excuſſe-runt; peſtem, quam in animo ha-bebant, ejecerunt; ab errorum ca-ligine ad ſinceræ fidei lucem per-venere; ſuaviſſimo Eccleſiæ jugo cervices ſubdidere, ſubmiſere; cum Eccleſia Romana in gratiam redie-re. 2. *Ab hæreſi aliquem converte-re*, von der Ketzerey bekehren. In gratiam cum Romana Eccleſia re-ducere, reſtituere; Eccleſiæ Roma-næ reconciliare; hominem pravis opinionibus addictum Catholicæ Religioni reſtituere; hæreſium er-roribus abductum ad Catholicam Religionem revocare; ex hæreſium tenebris ad lucem veritatis evocare; ad Catholica caſtra, ſigna traduce-re; cum Romana Eccleſia in gra-tiam conſtituere; depravato ab er-rorum doctoribus animo veritatis lucem accendere; errorem eripere, eximere, extorquere.

Converſo, as, avi, atum, are. hin und her wenden. *Syn.* Sæpe converto. *Uſus.* Animus ſeipſe converſans.

Converto, is, verti, verſum, ere. wenden, kehren. *Syn.* Commuto, traduco, refero. *Adv.* Aliquando ſe ad ſanitatem, male, repente ſe, recte, retro, feſtine. *Uſus.* 1. Arma ſua in perniciem patriæ, cala-mitatem aliquam ad ſalutem con-vertere. Animos ad crudelitatem, vim, religiones, riſum & facetias convertere. Alienam rem in ſuam, omnia ad ſuum commodum con-vertere. Animos imperitorum a pravitate ad Deorum cultum con-vertit. In eundem ſe habitum co-loremque convertit. Aliquo ſe ani-mo & cogitatione convertere. Se totum ad pacem, ad litteras con-vertere. 2. *Volvo, circumago*, wäl-zen, herumdrehen. Terra circa axem ſe convertit, ac torquet. 3. *Interpretor*, überſetzen. Græca in latinum convertere. Græca latine reddere. Demoſthenis quædam in latinum converti, non ut verbum verbo redderem, ſed vim verbo-rum ſervavi, nec ea annumeranda lectori putavi, ſed velut appen-denda. V. *Muto.*

Conveſtio, is, ivi, itum, ire. bekleis den. *Syn.* Veſtio, tego, orno. *Uſus.* Hedera omnia conveſtivit. V. *Veſtio.*

Convexus, a, um. gewölbet. *Uſus.* Cœlum convexum.

Convictio, nis, f. Gemeinſchaft. *Syn.* Convictus. *Uſus.* Jucundiſſima convictio.

Victor, oris, m. Tiſchgenger, Tiſchgenoß. *Epi.* Familiaris, quo-tidianus. *Uſus.* Domeſtici convi-ctores. *Vulg.* Commenſales.

Convictus, us, m. Beywohnung, or-dentliche Nahrung. *Syn.* Convictio. *Uſus.* Quin redis ad convictum noſtrum. Is tollit convictum hu-manum & ſocietatem.

Convinco, is, vici, victum, ere. überzeugen, überweiſen. *Syn.* Ar-guo, coarguo, redarguo, tego, revinco. *Uſus.* Flagitii aliquem teſtibus, teſtimoniis manifeſtis, indiciis convincere. Convictus, fractus deprehenſusque diceſſit. Etſi cauſa tua non manifeſtiſſimis indiciis teneretur, mores tamen & vita te convincerent. Convincam facile & elinguem faciam, reddam; tua te confeſſione induſti & jugu-laſti, du kannſt mit deiner eigenen Bekanntniß überwieſen werden. V. *Arguo, revinco.*

Convitiator, ris, m. Läſterer. *Syn.* Maledicus. *Uſus.* Huic convitiatori ego de mea vita reſpondeam?

Convitium, ii, n. Schmähung. *Syn.* Maledictum, probrum, contume-lia,

Digitized by Google

lia, crimen, opprobrium, maledictio. *Epi.* Ferreum, grande, grave, juſtiſſimum honeſtiſſimumque, magnum, turpe, maximum, quotidianum, tacitum. *Phraſ.* 1. *Convitium facere*, ſchmähen. Probra ingerere; contumeliis agitare animos; maledicta in aliquem conferre, conjicere; maledictis opprimere, laceſſere, appetere, vexare; contumeliis operire, opprimere; verbis violare, laceſſere; maledictis figere, obruere; probrum objicere, objedare; maledicta in aliquem congerere; omnibus probris onerare; verbis obterere res cum laude geſtas; nullis parcere verborum contumeliis; labem magiſtratui imponere; maledictorum notis inurere; probrum inferre; probris vexare. V. *Maledictum*, *probrum*, *contumelia*. 2. *Convitium pati*, geſchmähet werden. Convitio jactari; convitiis urgeri; convitium ſuſtinere; contumeliam accipere, pati; convitio verberari. *Uſus.* Conſectari aliquem convitiis. Convitio aliquid flagitare. Urgeor omnium veſtrum convitio. Reſpondebo hominis furioſi convitio. V. *Dedecus*, *ignominia*.

Conviva, æ, m Gaſt. *Syn.* Socius ad epulas, convictor. *Epi.* Conſiliarii, conſilii alicujus, hilari & bene accepti, ſinguli. *Uſus.* Collectam exigere a conviva. Convivas bene hilariterque accipere

Convivalis, e. zum Gaſtmahle gehörig. *Uſus.* Convivalia ludionum oblectamenta addicta epulis.

Convivator, ris, m. der Gaſtherr. *Syn.* Qui convivium facit, parat.

Convivium, ii, n. Gaſtmahl. *Syn.* Epulæ, accubatio epularis amicorum. *Epi.* Delicatum, flagitioſiſſimum, gladiatiorium, gratum, jucundum & gratum, maximum, mirificum, moderatum & honeſtum, præclarum, publicum, pudicum & ſobrium, tempeſtivum, turpe. Convivia honeſta, impura, intempeſtiva, moderata, modica, muliebria, nocturna. *Phraſ.* 1. *Convivium ſplendidum*, ein herrliches Gaſtmahl. Convivium opiparе adornatum, omnibus rebus inſtructum & paratum; ornatum magnifice & ſplendidè; epulum regia magnificentia dignum, lautum, exquiſitum; menſa exquiſitiſſimis dapibus exſtructa. 2. *Convivium apparare*, ein Gaſtmahl anſtellen. Parare, ornare, inſtruere; epulum dare; menſam exquiſitiſſimis dapibus exſtruere; convivio aliquem accipere; convivium magnificè, ſplendide, apparatiſſime adornare. 3. *Convivio adeſſe*, zu Gaſte ſeyn. Convivium inire, celebrare, concelebrare; convivio accipi; ad convivium adhiberi; accubare in convivio; in convivio eſſe; convivio intereſſe; in convivio accumbere. *Uſus.* Celebratur omnium ſermone lætitiaque convivium. Agitare convivia, Gaſtmahle halten. Condicere, *intell. ad convivium*, verſprechen zu Gaſte zu kommen. Convivium ad multam noctem vario ſermone producere.

Convivor, aris, atus ſum, ari. Gaſtmahl halten. *Syn.* Convivium ago, agito, epulum do. *Uſus.* Quotidie in publico, & de publico convivatur. V. *Convivium*.

Convocatio, nis, f. Zuſammenberufung. *Syn.* Conventus, congregatio. *Uſus.* Nulla ad defendendam rempublicam populi convocatio.

Convoco, as, avi, atum, are. zuſammenrufen. *Syn.* Voco, concieo, advoco, congrego. *Adv.* Aliquando, omnino, ſerius, ſuſe. *Phraſ. Populum convocavit*, er hat das Volk zuſammen berufen Concionem advocavit; concilium indixit: concilium plebis habuit; ad concionem vocavit plebem; conventum fecit, egit, celebravit; concivit multitudinem, juventum manum collegit, comparavit; agmen coëgit; cœtus hominum fociavit; multitudinem coëgit, congregavit. V. *Colligo*. *Uſus.* Convocare & congregare diſſipatos. In domos conſulum ſenatum convocare, cœtum indicere. Concientur miraculo novæ rei homines, ſervitia edicto concitantur, arceſſuntur.

Convolo, as, avi, atum, are. eilends zuſammen kommen, zuſammen fliegen. *Syn.* Concurro. *Adv.* Statim. *Uſus.* Convolant tota ex Italia nuntii. Vexillo elato ocyus convolabunt. V. *Concurro*.

Convolvo, is, vi, volutum, ere. zuſammenwickeln. *Syn.* Involvo, *Uſus.*

Digitized by Google

Uſus. Sol ſe convolvens elabitur, ut abeat.

Conus, i, m. **Kegel, Spitze auf einem Helme.** *Figura metae, vel pyramidis, aut turbinis inverſi. Uſus.* Conum, ais, & cylindrum, & pyramidem pulchriorem, quam ſphæram videri.

Cooperio, is, ui, pertum, ire. **bedecken.** *Syn.* Tego *Uſus.* Telis coopertum corpus. Homo ſceleribus, miſeriis coopertus. V. *Tego.* Conſtitutio. *Epi.* Cenſoria. *Uſus.* Cooptatio collegiorum ad populi beneficium transferebatur.

Coopto, as, avi, atum, are. **erwählen.** *Syn.* Eligo, adſcribo, recipio. *Uſus.* Aliquem in ampliſſimum collegium, in ſenatum ſua nominatione cooptare.

Coorior, eris, ortus ſum, iri. **entſtehen.** *Syn.* Orior. *Uſus.* Tum ſubito coortæ tempeſtates ſunt maximæ. Cooriri ex inſidiis hoſtes. V. *Orior.*

Copia, æ, f, **Menge, Ueberfluß, Erlaubniß.** *Syn.* Abundantia, ubertas, vis, facultas. *Epi.* Accurata orationis, admirabilis, aſſidua, bona, digna gloria imperii, exilis. Copiæ adventitiæ, affluentes, ampliſſimæ patrimonii, domeſticæ, deſperatæ, equeſtres ac pares, exiguæ amicorum, extenuatiſſimæ, firmæ, innumerabiles, magnæ, bellicoſæ, omnibus rebus ornatæ, nimiæ, pares, parvæ, pedeſtres, præclaræ, præſentes, veteranæ, veteres. *Phraſ.* 1. *Maxima frumenti copia advecta eſt*, **man hat eine große Menge Getreid zugeführet.** Magna vis, innumerabilis frumenti numerus, ingens frugum modus comportatus eſt; urbs commeatus copia ad ſatietatem inſtructa eſt. 2. *Tellus magnam copiam praebet frugum*, **die Erde trägt eine Menge Früchte.** Abundantiam gignit, ſuppeditat id genus frugum; affluit frugum copia; magna ſoli eſt benignitas ad maturandas fruges; frugum eo loco abunde eſt; tellus copia rerum ſaginat accolas; tellus abundat frugibus; copia frugum & urbertate anteit plerasque imperii provincias; lætiſſima ubique frugum ubertas eſt; nihil uberius ad fruges ſolo, ubertas frugum quanta poteſt eſſe maxima; ager eſt frugum inprimis fertilis. 3. *Vir copiis rei familiaris locupleti*, **er iſt ein reicher Mann.** Omnibus copiis floret, abundat, affluit, circumfluit; omnium rerum affluentibus copiis ditatus, præditus; in ſumma rerum abundantia vivit. V. *Dives.* 4. *Copias contrahere*, **ſeine Soldaten zuſammenziehen.** Copias cogere, contrahere; vires ſuas in unum conferre; colligere ex diſſipato curſu; caſtra caſtris conjugere. V. *Exercitum parare. Uſus.* 1. Dicendi, verborum, ornamentorum copia, varietas, ubertas. Frugum ubertas & copia. 2. *Facultas, poteſtas, occaſio*, **Macht, Gelegenheit.** Majori cura, quam copia & facultate rem gerere. Facere civibus omnibus ſui conſilii copiam. Hortenſio ſummam copiam facultatemque dicendi natura largita eſt. 3. *Opes, fortunae*, **Reichthum.** Moderator rempublicam faciat opibus firmam, copiis locupletem, gloria amplam. Omnium rerum affluentibus copiis ditari. 4. *Exercitus, manus, cohors militum*, **Kriegsheer, Haufen Soldaten.** Copias confiocere, comparare, parare, cogere, **Völker werben, zuſammenziehen.** Copias habet, copiis abundat, **auf den Beinen haben.** Copias producere, educere in aciem, exponere, **zur Schlacht führen.** Copias armare, inſtruere, **bewaffnen.** Copias profligare, **in die Flucht treiben.** V. *Exercitus.*

Copioſe, **häufig.** *Syn* Uberrime, large, largiter, prolixe, abundanter. *Uſus.* Paſtum animalibus copioſe & abundanter natura comparavit. Copioſe de aliqua re dicere, differere, disputare.

Copioſus, a um, **überflüßig, reich, häufig.** *Syn.* Abundans, uber, dives. *Adv.* Admodum, plane & locuples. *Phraſ. Eſt orator admodum copioſus*, **er iſt ein ſehr wortreicher Redner.** Fuſe, copioſe, rhetoricè auget, & ornat omnia; fuſe lateque disputat; tractat, pertractat uberrime omnia; eſt in eo flumen verborum; eſt oratio plurimi ſanguinis; juvenili pene redundantia luxuriat; verbis effervescentibus & paulo nimium redundantibus utitur. Sermonis plenus

Digitized by Google

nus orator est, ac præ cæteris verbosus; ore pleniore disputat & tractat omnia; velut in immenso campo liberius vagatur. *Usus.* Homo inter suos inprimis copiosus, reich. Omnibus rebus ornatus & copiosus. Lautum & copiosum patrimonium. Homo ad dicendum copiosus. V. *Dives, oratio, eloquentia.*

Copula, æ, f. Band. *Syn.* Nexus, vinculum. *Usus.* Quæritant me, copulas gestant secum.

Copulatio, nis, f. Vereinbarung. *Syn.* Conjunctio. *Usus.* Copulatio rerum coagmentatioque naturæ. Congressus, copulationesque consuetudinum. Complexiones, adhæsiones, copulationes atomorum. V. *Conjunctio.*

Copulo, as, avi, atum, are. vereinbaren. *Syn.* Jungo, adjungo, compono. ✕ *Disjungo, divello, distrabo.* *Usus.* Disjuncta conjungere, futura cum præsentibus copulare. Animi cum corporibus copulati. Equester ordo cum senatu copulatus. Ista cogitatione differunt, re copulantur. Nihil amabilius, nihil copulatius morum similitudine bonorum. *Jungo, adjungo.*

Coquo, is, coxi, coctum, ere. kochen. *Adv.* Bene. *Usus.* 1. Is, qui coxerat, condimenta addidit. 2. *Transl.* Vir bonus misere coquitur a curis. Sermone utitur bene cocto & condito.

Cor, cordis, n. Herz. R e κῆρ *Syn.* Pars in animante princeps, vitæ fons. *Phras.* 1. *Ex corde, vulg.* von Herzen. Ex animo; ex intimo animi sensu; libenti animo; propenso studio; propensissima voluntate; egregia animi alacritate; impense, sincere, optimo animo. 2. *Nihil sibi cordi sumit,* [illegible] nichts zu Herzen [illegible] nihil illi cordi est; nihil in animum descendit; eorum nihil [illegible] admittit; parum, [illegible], commovetur; nihil illi [illegible] curæ est; omisso [illegible] est animo; de his [illegible] laborat. V. *Cura,* [illegible] Nec cor habet, [illegible] animus mihi ardet, [illegible] ira. Res tua valde mihi [illegible] est. *Vulgus pro animo perperam fere usurpat cor; ut: non* [illegible] *habet cor. Duro, bono est corde,* er hat kein Herz ꝛc.

Coram, zugegen. *Syn.* Ad, apud, ante, in conspectu, ante oculos, ante pedes, in oculis. ✕ *Absens.* *Usus.* Coram, & absenti mihi promisere. Sed hæc pluribus & commodius coram. V. *Conspectus, præsens.*

Corbis, is, f. & m. ein Korb. *Syn.* Canistrum, fiscina e vimine contexta. *Usus.* Messoria corbe se contexit.

Corbita, æ, f. ein Lastschiff. *Syn.* Navis oneraria.

Corculum, i, n. Herzlein. *Syn.* Cor parvum. *Vox amatoria.* *Usus.* Scipio corculum appellatus fuit.

Cordate, weislich. *Syn.* Sapienter, prudenter.

Cordatus, a, um. weis. *Syn.* Prudens, sapiens. *Usus,* Scaurus homo egregie cordatus. *Vulg.* cordatus, cordate *adhibet pro* forti, generoso, fortiter. V. *Prudens.*

Cordolium, ii, n. Herzwehe. *Syn.* Dolor cordis. *Usus.* Rides ab cordolio. At mihi cordolium est.

Corigia, æ, f. Riem. *Syn.* Lorum, seu cingulus e corio factus. *Usus.* Pedis offensio & corigiæ abruptio erit cavenda.

Corium, ii, n. Leder. *Usus.* Obvolutus, vestitus, tectus corio.

Corneolus, a, um. hart wie ein Horn. *Syn.* Corneus. *Usus.* Aures duros, & quasi corneolos habent introitus.

Corneus, a, um. hornen. *Usus.* Corneum rostrum.

Cornix, icis, f. Krähe. *Epi.* Cursans, fusca. *Usus.* Cornicum oculos configere.

Cornu, u, n. ein Horn. *Epi.* Dexterius, firmius, sinisterius. Hebetiora, acutiora. *Usus.* Lunæ nascentis cornua. Animantia cornibus armata.

Corolla, æ, f. Kränzlein. *Syn.* Corona.

Corollarium, ii, n. Zusatz. *Syn.* Appendix, accessio. *Usus.* Ad solitos fructus orationum aliquot nummorum corollarium adjicere. V. *Addo.*

Corona, æ, Kranz, Krone. *Syn.* Insigne regni, insigne regium, diadema, sertum. *Epi.* Aurea, civica, illuminata, laurea, longa ma-

Digitized by Google

maxima, multiplex, publica, subita. *Usus.* 1. Corona aurea fulgentibus gemmis illuminata, eine goldene Krone, mit schimmernden Perlen besetzt. Habere, ferre coronam auream in capite. Coronam civicam imponere. Ponere, deponere coronam. 2. *Circulus audientium, coetus*, ein Kreis, oder Versammlung der Zuhörer. Frequentissima corona cingi & sepiri. Causa erit ad maximam coronam dicenda. In corona hominum & consessu. 3. *Corona clericalis, vulg.* Krone der Geistlichen. Sacri Ordinis insigne, attonso in coronæ modum vertice, *vulgo: tonsura.* 4. *Coronam Marianam recitare*, den Rosenkranz bethen. Statas ad DEI Matrem preces ad precarios globulos persolvere. Preces coronarias ad Divinæ Matris honorem persolvere. Corrollam precariam pie sancteque volvere. Statis precibus Dei Parenti Virgini corollam texere. Piaculares sacræ corollæ globulus pie sancteque precando volvere. Preces coronariæ, corolla precaria, globuli precarii, piaculares, Rosenkranz.

Coronarius, a, um. woraus man Kronen, oder Kränze macht. *Syn.* Quod ad coronas pertinet. *Usus.* Aurum coronarium dabatur consulibus ex provincia decedentibus ad decorandum triumphum.

Corono, as, avi, atum, are. krönen. *Syn.* Coronam impono, corona dono, venerabilem insignibus imperii facio, insignibus regni augustiorem reddo. *Usus.* Epulas coronati ineunt.

Corporatus, a, um. das einen Leib hat. *Usus.* Mundus cernitur & tangitur, & undique est corporatus.

Corporeus, a, um. leibhaftig. *Syn.* Corporatus, concretus. *Usus.* Corporeum & aspectabile omne necesse est esse, quod natum est.

Corporis Christi Festum, Fest des Fronleichnams Christi. Dies, quem anniversario augustissimoque ritu, sanctissimo Christi corpori sacrum voluit Ecclesia; qui sanctissimi Christi corporis honoribus a majoribus dicatus est; quo omni apparatus genere, triumphalem plane in modum, augustissimum mysterium celebrat Christianus orbis.

Corpulentus, a, um. wohl beleibt. *Syn.* Obesi corporis homo. V. *Pinguis, abdomen.*

Corpus, oris, n. Leib: R. *a corrumpo. Epi.* Ægrum. bene constitutum, caducum & infirmum, castum, clarum, debile, externum, extremum, figuratum, firmum, fragile, grave, illustre, immane, immortale, imperfectum, impudicissimum, impurum, incultum, horridum, ingens, integrum, insipiens, inviolatum, maternum, mortale, mutabile, obliquum, sequabile, sanctissimum, sinum, semiserum, vitiosum. Corpora aspera, hamata uncinataque, solida ac individua, terrena concretaque, viva. *Usus.* 1. Corpus, quasi vas animi & quoddam receptaculum. Corpus exercendum & ita afficiendum est, ut obedire rationi possit in exequendis negotiis, & in labore tolerando. Corporis infirmitas & imbecillitas. Corpora recalescunt, confirmantur, allevantur, revocantur agitatione & exercitatione. E morbo vires & corpus amisi. Dandum est tempus corpori. Serviendum est corpori. Voluptates ad corpus pertinentes. Corpus vulgare, *meretricium.* 2. *Transl. Corpus reipublicae.* Non modo partes, sed corpus reipublicæ curasti, die ganze Gemeinde. 3. *Opus, volumen*, ein Werk, ein Buch. Ex his modicum corpus confici posset. Corpus defensionis.

Corpuscula, orum, n. kleine Körper. *Epi.* Levia, rotunda, angulata & curvata, & aduncа. *Usus.* Democriti corpuscula quædam levia, alia aspera, rotunda alia, partim angulata, curvata quædam, & quasi aduncа, ex his &c.

Corrado, is, rasi, rasum, ere. zusammen scharren. *Usus.* Illi, credo, hæc pecunia corraditur.

Correctio, onis, f. Verbesserung. *Syn.* Temperatio, emendatio. *Usus.* Correctionem alicui adhibere. Hæc est veteris Philosophiæ correctio & emendatio. V. *Emendatio, reprehendo, corrigo.*

Corrector, oris, m. Verbesserer. *Syn.* Censor, emendator. *Usus.* Corrector & emendator civitatis.

Cor-

Digitized by Google

Correpo, is, repſi, reptum, ere. ſchleichen. *Syn.* Irrepo.

Corrigo, is, rexi, rectum, ere. verbeſſern. *Syn.* Emendo, correctionem adhibeo, aliquem ab errore averto, compenſo.)(*depravo. Adv.* Ambitioſe orationem. *Phraſ.* 1. *Spero fore, ut ſe corrigat*, ich hoffe er werde ſich beſſern. Ut ſe flectat, & majores ſuos reſpiciat, ut ſanetur; ut ne exemplum in perniciem civitatis manet; ut frugi evadat; ut virtute culpam corrigat, nova gloria flagitii memoriam aboleat; ut ſe reſtituat; ſe ad frugem corrigat; ad frugem animum applicet; ut in viam redeat; ab errore revocetur; objurgando melior fiat; ut correctionem ſubeat, ſuscipiat, admittat; ut correctorem patiatur; monitoribus & qui erranti viam monſtrent, obtemperet, dicto audiens ſit, morem gerat. 2. *Vix jam corrigit poteſt*, er kann faſt nicht mehr gebeſſert werden. Nullum pene correctioni locum relinquit, reliquum facit; nullam prope melioris frugis ſpem facit; vix eſt, ut ad ſanitatem flectatur; conclamatum videtur de ejus emendatione; inſanabile pene malum eſt; is ut ad meliorem ſe frugem recipiat, ſperari vix poteſt; deploranda in perpetuum videtur ejus emendatio; vix ſupereſt medicinæ locus; reſpuit jam inveterata vis mali, quaſi deſperata ſalute, medicinam; fruſtra jam in emendandis ejus moribus operaponitur; altius jam animo inſedit vitium, quam ut evelli ulla ratione poſſit. V. *Meliut.* 3. *Correxit orationem*, er hat die Rede verbeſſert. Ad ineptos locos notam appoſuit; orationem limavit; multis lituris elimavit, perpolivit; menda non pauca lituris ſuſtulit; demendo, mutando, interpolando multis locis ſenſum reſtituit. *Uſus.* Aliquem, mores aliorum, orationem, menda corrigere. Errorem pœnitendo correxit. Corrigere ſe & reprehendere. V. *Melius.*

Corripio, is, ripui, reptum, ere. beſtrafen, ergreifen. *Syn.* Comprehendo, reprehendo. *Adv.* Acerrime, occulte, ſevere. *Uſus.* 1. Hominem corripi & ſuſpendi juſſit. Dolore, amentia, ira corripit; morbo ſubito corripi. 2. *Reprehendo, arguo, incuſo, accuſo*, mit Worten ſtrafen, Verweiß geben. Clamoribus maximis aliquem corripere. V. *Reprehendo, Objurgo, Impetus.*

Corroboro, as, avi, atum, are. ſtärken. *Syn.* Firmo, confirmo, roboro, ſancio.)(*infirmo, frango. Uſus.* Spem alicujus lenitate; factionem indulgentia corroborare. Cum ſe vox tua corroborarit. Corroborata jam vetuſtate auda ia. Ætas corroborata, rerum cognitioni apta. V. *Firmus, confirmo.*

Corrodo, is, roſi, roſum, ere. zernagen. *Syn.* Rodo. *Uſus.* Mures ſcuta corroſerant.

Corrogo, as, avi, atum, are. zuſammen bitten. *Syn.* Rogo, peto, precibus quæro. *Uſus.* 1. Neceſſarios ſuos corrogat, ut ſibi adſint. 2. *Congrego*, verſammeln. Veſtimenta, vaſa, milites corrogare. V. *Colligo.*

Corrugo, as, avi, atum, are. runzeln. *Uſus.* Frontem corrugare. Caperare, contrahere, adducere frontem. V. *Ruga.*

Corrumpo, is, rupi, ruptum, ere. verderben, zerbrechen. *Syn.* Depravo, vitio, in vitium impello, deſtruo. *Phraſ.* 1. *Cupiditates juventutem corrumpunt*, üble Begierden verderben die Jugend. Deteriorem faciunt; a recto curſu & ratione detorquent; nervos omnes virtutis elidunt; corruptelarum illecebris irretiunt; facile in omnia vita præcipitant. 2. *Juventus facile corrumpitur, vulg. ſeducitur*, die Jugend wird leicht verführt. Contagione malorum juventus facile evertitur, in errorem facile inducitur, facile transverſum agitur; malis moribus depravatur; ad mala conſilia deducitur; ad nequitiam facile inducitur; in fraudem illicitur; ſolicitando & pollicitando juvenum animi lactantur, labefactantur. Juventus veluti contactu facile recipit vitia, animi virus; morbi illi animorum facile pervadunt juventutem; facile ſerpunt contagiones malorum; morbi illi animorum veluti corporum contactu vulgantur; ætas illa flexibilis, pravis capta corruptelarum illecebris a con-

Wagner.

Digitized by Google

tinentia facile deducitur; vitiis imbuitur; ad inertiam & voluptates corporis peſſumdatur. 3. *Hoc in ſe facinus nunquam concepiſſet, niſi a pravis ſociis corruptus eſſet*, er hätte dieſes niemals gethan, wenn er nicht von andern wäre verführet worden. Niſi exempli contagio juvenilem animum veluti peſtilenti quodam ſidere afflaſſet; niſi ſociorum exempla transverſum egiſſent; niſi pravitate ſociorum ad hæc conſilia traductus; hæc cum ageret, contagione quadam peſtifera inſaniit, ſociorum pravitate auferri ſe paſſus; corruptelarum illecebris irretitus; contactus iis corruptelarum illiciis, quæ pravis a ſociis ſunt profecta. 4. *Bellicam laudem avaritia corrupit*, er hat das Lob, ſo er im Kriege verdiente, durch ſeinen Geiz verderbet. Partam bello gloriam avaritia expunxit; avaritiæ ſordes belli gloriam confregere; offecit bellicis laudibus, patroque armis decori avaritia importuna; armorum gloriæ avaritia labem impoſuit, aſperſit; illuſtrem belli gloriam avaritiæ ſordibus inquinavit. V. *Macula*. 5. *Corruptus eſt pecunia judex*, der Richter iſt mit Geld beſtochen worden. Judex magna vi pecuniæ a ſententiæ æquitate deductus eſt; ob rem judicandam pecuniam accepit; pretio addictam fidem habuit nummarius juris interpres; jus pecunia eſt adulteratum, ſpe & metu depravatum; judicis fides pretio labefactata concidit; ſaturatus infinita largitione judex, pecuniæ magnitudine facile ab inſtituto deductus eſt; mercenarius judex, cujus mens oppreſſa præmio, lingua adſtricta mercede, vero pretium ac gratiam facile antetulit; judex venalem linguam fidemque habuit; judex mercede conductus; largitione cæcatus; pretio delinitus; auro corruptus eſt; adverſarii mei infinita largitione adverſum me uſi ſunt; judicem pretio mercati ſunt; judicium voluntates largitione redemerunt; corruptelam judicii magna vi pecuniæ moliti ſunt; tantum donis muneribusque perfecerunt, ut a ſententia facile abiret, abduceretur; venalem pretio hominem & largitione devinctum, magnitudine pecuniæ facile a bono honeſtoque abstraxere. Judicem, a cupiditate auri haud intactum, qui adverſus divitias haud quaquam invictum gerebat animum, facile donis ad ſuam cauſam perduxerunt. *Uſus*. Aliquem pecunia, judicem largitione, pretio tribus corrumpere. Vitioſa & corrupta conſuetudo. Corrupti ac depravati mores. Tabulæ publicæ lituris corruptæ. Oculi fletu, viæ luto, veſtes uſu, ædes ſitu corrumpuntur. V. *Deterius*, *deſtruo*.

Corruo, is, ui, utum, ere. zu Hauſe fallen. *Syn.* Ruo, cado.)(*Sto. Phraſ.* 1. *Vulneratus corruit*, er iſt vor Wunden zuſammen geſunken. Præceps in vulnus abiit; inter manus ſuorum collapſus eſt, deficiens, ac jam vix ſpiritum ducens; moribundus labentibus ſuper corpus armis ad terram defluxit; ruente equo ſaucius ipſe, præceps ad terram datus eſt. *Domus corruit*, das Haus iſt eingefallen. Domus convulſa ſedibus ſuis cum fragore ingenti procidit, ruit, procubuit; diu quaſſata ac labefactata ruina tandem oppreſſa eſt. V. *Cado. Uſus*. Ædes exeſæ corruere. Uno meo fato tu, & omnes mei corruiſtis. Corruere urbis opes. Ille timore, ego riſu pene corrui.

Corrupte, verderbter Weiſe. *Syn.* Male, prave, nequiter. *Uſus*. Depravate & corrupte de re aliqua judicare.

Corruptela, æ, f. Verführung. *Syn.* Quod ad corrumpendum valet, *ut largitio, illecebræ &c. Phraſ. Corruptelam judicis moliri*, den Richter beſtechen wollen. Solicitare judicem pecunia ad perniciem alterius; ſpe ac promiſſis prolectare; mercari pretio judicem; pretio ac largitione delinire; donis, muneribus tentare. V. *Corruptus judex*. *Uſus*. Mores hac dulcedine, corruptelaque depravati. Corruptela malæ conſuetudinis. Aliquem corruptelarum illecebris irretire.

Corruptio, nis, f. Verderbung. *Uſus*. Morbum appellant totius corporis corruptionem.

Corruptor, oris, m. Verführer. *Syn.* Largitor. *Uſus*. Quis corruptor juventutis? Quem hujus tribus cor-

Digitized by Google

corruptorem ac venditorem clamitas.

Corruptrix, icis, f. Verführerinn. *Usus.* Corruptrix provincia.

Cors, tis, f. ein Hof in einem Hauſe. *Syn.* Area villæ, ſpatium intra macerien. *Usus.* Villam habes cum corte.

Cortex, icis, m. & f. Rinde. *P. q. Corio tegens lignum. Usus.* Trunci obducuntur libro aut cortice quo ſint a frigoribus & caloribus tutiores.

Cortina, æ, f. Fürhang. *Usus.* Cortina theatri.

Coruſco, as, avi, atum, are. glänzen. *Syn.* Splendeo, emico. *Usus.* Flamma inter nubes coruſcat.

Coruſcus, a, um. glänzend. *Syn.* Fulgens.

Corvus, i, m. Rab. *Usus.* Milvo eſt bellum naturale cum corvo.

Coryphæus, i, m. Anführer. *Syn.* Dux, princeps. *Usus.* Zenonem Philo coryphæum Epicureorum appellat. V. *Auctor.*

Cos, tis, f. Weßſtein. *Syn.* Lapis, quo cultri acuuntur. *Usus.* Iracundia cos eſt fortitudinis. Novacula cotem præcidere.

Coſta, æ, f. Ribbe. *Usus.* Animalium, navium coſtæ.

Cotes, tium, f. Felſen. *Syn.* Aſpera ſaxa. *Epi.* Scrupuloſæ. *Usus.* A quibus tanquam a ſcrupuloſis cotibus enavigavit oratio.

Cothurnus, i, m. Halbſtiefel. Calceamenti genus, tragœdis & virginibus familiare.

Crapula, æ, f. Trunkenheit. *Syn.* Helluonum vitium, diſſoluta victus ratio. *Phraſ.* 1. *Crapulam habet*, er hat einen Rauſch. Mero incaleſcit; ſenſus mero victi ſunt; gravata ebrietate mens; vino gravis eſt; mero oneratus; vino epulisque obrutus eſt, appotus probe; invitavit ſe pluſculum majoribus poculis; temulentus eſt; vino rationem obruit; vino mentem merſit; vino ſepultus eſt; vino onuſtus, languidus, oppreſſus eſt; vino madet; crapula ac capitis errore titubat; nec mens, nec lingua homini conſiſtit; mero victus eſt; vini flore ſe complevit; vino ſe ingurgitavit; crapula gravis & impos ſui eſt. V. *Ebrius.* 2. *Crapulam edormivit*, er hat den Rauſch ausgeſchlafen. Crapulam exhalavit; ſomno concoxit; quies mentem reddidit; ebrietatem diſcuſſit. *Ujus.* Edormi & exhala crapulam. V. *Bibo.*

Cras, morgen. *Syn.* Secundum hanc diem, craſtina die.

Craſſe, dick. *Usus.* Craſſe compoſitum aliquid.

Craſſitudo, inis, f. Dicke. *Usus.* Craſſitudo æris mihi noxia.

Craſſus, a, um. dick. *Syn.* Denſus, plenior, pinguis, concretus. *Ant. tenuis. Usus.* Craſſus & concretus aër. Omnia craſſis circumfuſa tenebris. Cœlum craſſum.

Craſtinus, a, um. morgend. *Usus.* Niſi me in craſtinum differre velis.

Crater, eris, m. Trinkſchaale. *Syn.* Poculum, cratera.

Cratera, æ, f. Trinkſchaale. *Syn.* Crater, vas ad hauriendam aquam. *Epi.* Fulgens, pulcherrima. *Usus.* Crateræ ex ære pulcherrimæ.

Crates, is, f. Gitter. *Syn.* Tabula viminibus contexta *Usus.* Locus conſeptus cratibus.

Creatio, onis, f. Erſchaffung, Erwählung. *Usus.* Creatio magiſtratuum.

Creator, oris, m. Schöpfer. *Syn.* Procreator, genitor, effector. *Phraſ. Creator univerſi Deus*, GOtt, der Erſchaffer der Welt. Effector & molitor mundi; opifex, generator ædificatorque mundi Deus; rerum, quæ in tota natura conſtant, omnium opifex: univerſi conditor ac parens Deus; hujus immenſi operis conditor, effector, mundi hujus architectus ac fabricator; temporum ac omnium rerum artifex. V. *Deus. Usus.* Creator urbis Romulus.

***Creatura**, æ, f.* Geſchöpf. *Syn.* Res creata, ex nihilo producta; res condita ab opifice & ædificatore mundi, DEO: res a ſummo conditore DEO procreata; ſummi conditoris, creatoris, procreatoris opus; res mortalis. Creata omnia.

Creber, bra, brum. oftmalig. *Syn.* Frequens, denſus. *Usus.* Thucydides creber eſt rerum frequentia. Crebræ venæ toto corpore intextæ. Per hos dies creberrimus mihi ſermo de te. V. *Sæpe*, *frequento.*

Crebritas, tis, f. Vielheit. *Syn.* Frequentia. *Epi.* Priſtina, tanta litte-

Digitized by Google

terarum. Crebritate officiorum priora errata farciam.

Crebro, oft. *Syn.* Frequenter. *Uſus.* Crebro litteras dare. V. *Sæpe.*

Credibilis, e **glaublich**. *Syn.* Probabilis, veriſimilis.)(*incredibilis. Phraſ.* 1. *Credibile eſt*, **es iſt glaublich**. Fidem eſt propius; ad fidem pronius eſt; veriſimillimum eſt; a ratione haud alienum eſt, par eſt credere. V. *Veriſimile.* 2. *Rem credibilem reddidit*, **er hat die Sache glaublich gemacht**. Fidem ejus rei fecit allatus ab eo nuntius; ſuſpicionem affirmavit rumor publicus, fidem rei addidit una conſentiensque vox populi; ad ſuſpicionem res certiſſimæ acceſſerunt; opinionem adjuvit conſtans rei fama. *Uſus.* Narratio credibilis eſſe debet. Credibile eſt, quod ſine ullo teſte auditoris opinione firmatur. V. *Incredibilis.*

Credibiliter, **glaublich**. *Syn.* Veriſimiliter, probabiliter. *Uſus.* Quam non modo non credibiliter, ſed ne ſuſpicioſe quidem.

Creditor, oris, m. **ein Gläubiger**. *Syn.* Is, cui quacunque cauſa aliquid debetur.)(*Debitor. Epi.* Cæteri, familiares, univerſi. *Uſus.* Fraudare creditores. Cum omnibus creditoribus ſuis male agit.

Credo, is, didi, ditum, ere **glauben**. R. *q. cor do, id eſt, aſſenſum.* *Syn.* Fidem habeo, tribuo; auctoritatem tribuo, auctoritatem & fidem adjungo, mihi perſuadeo. *Adv.* Cito de aliquo, facile, firmius, prorſus, recte de aliquo, ſtulte, temere pecuniam, valde, dementer. *Phraſ.* 1. *Ne temere cuivis credas*, **glaube nicht gleich einem jeden**. Ne cujusvis teſtimonio fidem adjungas; ne omnibus credulum te præbeas; ne omnibus credulitatem tuam addixeris; ſegnior ad credendum eſto; caveas, ne fidem tibi quisque faciat, tibi aliquid perſuadeat. 2. *Non cuivis eſt credendum*, **es iſt nicht allen zu glauben**. Quibusdam fidem & auctoritatem juſta ſuſpicio derogavit; quosdam leviores auctores rei culpa fecit; ſunt, quibus incerta, dubia, fluxa fides ſit: quorum fide niti tuto haud poſſis; non cuivis adhibenda eſt fides. 3. *Crede mihi, rem ita ſe habere*, **glaube mir, daß die Sache ſich alſo befinde**. Perſuaſum tibi habe; induc animum; induc in animum, ita eſſe; pro certo habe; pro certo exiſtima; nihil dubita; exploratum atque omnino certum habe; pro comperto habeas, velim; ſit hoc apud te minime dubium; ſit exploratum; pro inquiſito & comperto ſit, rem hoc loco eſſe; velim, ſic habeas; tibi perſuadeas, cum animo tuo conſtituas, in hoc ſtatu rem eſſe. 4. *Eſt vir, cui merito credi poſſit*, **er iſt ein Mann, dem man billig zu glauben hat**. Cujus conſpecta fides & gravitas; eſt fide digniſſimus; vir eſt ſuſpectæ minime fidei; cujus ingens apud omnes auctoritas ac fides; cujus auctoritas magni apud omnes eſt ponderis; qui auctoritate valeat, floreat maxima; cujus ingens inter teſtes nomen; cui vel injurato credas. V. *Auctoritas. Uſus.* 1. Ajunt, nervos atque artus eſſe ſapientiæ, non temere credere. Adduci non poſſum, ut ſomniis credam. Non credo de numero militum. 2. *Concredo, committo*, **anvertrauen, verlaſſen**. Se alicui, ſua conſilia; res omnes alienæ fidei; arcana libris; nocti ſe credere. V. *Fides, Judico, Firmus, Certus.*

Credulitas, tis, f. **Leichtglaubigkeit**. *Syn.* Credendi facilitas, animus ſimplex, credulus. *Uſus.* Credulitas error potius eſt, quam culpa & in optimi cujusque animum facillime irrepit.

Credulus, a, um, **leichtglaubig**. *Syn.* Simplex, antiqui moris homo, qui facile credit.)(*Prudens, ſapiens. Uſus.* Verba mihi dari facile patior, meque libenter præbeo credulum. Creduli & improvidi juvenes. V. *Incautus.*

Cremo, as, avi, atum, are. **verbrennen**. *Syn.* Incendo, exuro, comburo, deuro, in ignem aliquid infero, flammis torreo.

Creo, as, avi, atum, are, **erſchaffen, machen**. R. *a* κραίνω, *perago. Syn.* Procreo, gigno, facio. *Adv.* De integro cenſores, injuſte periculum, rite conſules. *Phraſ.* 1. *Deus hunc mundum creavit*, **GOtt hat die Welt erſchaffen**. Ex nihilo procreavit; rerum omnium potentiſſimus ac ſapientiſſimus opifex hoc pulcherrimum

Digitized by Google

rimum naturæ regnum ex nihilo condidit, effecit; commune hoc DEI ac hominum domicilium DEI consilio jussuque repente ex nihilo constitit; rerum hanc universitatem, qua omnia continentur, nullis ex elementis, nullis ex principiis molitus est DEus; mundi hujus moles immensa non manibus hominum, sed DEI imperio surrexit; quidquid hic videmus, de nihilo natum est, DEo imperante; DEus est, qui cœlum & omnia, quæ cœli ambitu continentur; qui supera, media, infima condidit, architectatus est, ex nihilo excitavit, formavit, finxit. 3. *Regem creant*, sie machen ihn zum Könige. Regem appellant, regem jubent, regnum ei deferunt; regem renuntiant; diadema ei imponunt; regem faciunt, dicunt; summam imperii ad eum deferunt. *Usus.* Artis proprium est creare & gignere. Periculum alicui creare. Luxuries in urbe creatur. Consules & prætores creantur. Errorem sæpe creat similitudo. V. *Facio.*

Crepida, æ, f. Pantoffel. *Calceamenti genus. Usus.* Statua Scipionis cum chlamyde & crepidis.

Crepidatus, a, um. der Pantoffel anhat. *Syn.* Soleatus.

Crepido, inis, f. Ufer, Rand am Wasser. *Syn.* Ora terræ, quæ alluitur aqua, *vel* ripa paulo eminentior. *Usus.* Pirata ad omnes urbis crepidines accessit.

Crepitus, us, m. das Krachen. *Syn.* Sonus collisione excitatus, *aut* percussione. *Epi.* Honesti, liberi *Usus.* Pallor & tremor & dentium crepitus consequitur. Inter plagarum crepitum doloremque. Stoici ajunt, crepitus æque ac ructus liberos esse oportere.

Crepo, as, pui pitum, are. krachen. *Syn.* Percrepo.

Crepundia, orum, n. Spielwerk. *Syn.* Quæ pueris dantur oblectandi causa.

Crepusculum, i, n. Abenddämmerung. *Usus.* Primo crepusculo. V. *Vesper.*

Cresco, is, crevi, ere. wachsen. *Syn.* Augesco, accresco, adolesco, ingravesco, serpo, propagor, augeor, ætate procedo, surgo, ascendo.)(*decresco. Adv.* Incredibiliter, plurimum, pariter cum ætate studia. *Phras.* 1. *Herbæ e terra crescunt.* die Kräuter wachsen aus der Erde hervor. E terra nascuntur; e terra maturatæ pubescunt & maturitatem assequuntur. Diffundit terra & elicit herbescentem viriditatem; e terra germina omnia effunduntur; terra herbas gignit, creat, progenerat; herbæ proveniunt, prosiliunt, prorepunt, emicant, enascuntur, exeunt. 2. *Malum indies crescit*, das Uebel nimmt täglich zu. Malum indies longius manat; serpit latius; magis vulgatur; augescit, ingravescit; longius progreditur, procedit; majora in dies incrementa capit. V. *Augesco, augeo.* 3. *Postquam crevit puer*, nachdem der Knab erwachsen ist. Ubi adolevit ætate; ubi ætate processit; sumpto jam corpore, animique robore; ubi ad justum corporis modum adolevit; ubi ad justam corporis proceritatem; corporis habitum processit. 4. *Ira dolorque crevit*, der Schmerz und Zorn hat zugenommen. Exarsit ira, vehementius efferbuit. V. *Augeo. Usus.* Respublica privatis inimicitiis crescit. Expectatio rumore creverat. Eos elige, e quibus crescere possis. Locus præter modum crevit. V. *Augeo, Amplifico.*

Creta, æ, f. Kreide. *Syn.* Terra alba. *Usus.* Laudatio Asiatica illa creta obsignata.

Cretatus, a, um. mit Kreide weiß gemacht. *Syn.* Creta infectus. *Usus.* Cretatæ fasciæ.

Cretio, onis, f. Antretung der Erbschaft. *Syn.* Hæreditatis capta possessio. *Epi.* Libera, simplex. *Usus.* Puto, cretionem simplicem fuisse.

Cribrum, i, n. Sieb. *Syn.* Vas pistorum ad grana farinamque purgandam. *Usus.* Mures cribra arrosere.

Crimen, inis, n. Laster. R. a κρίμα, judicium. *Syn.* Criminatio, infamia; *item*: facinus, peccatum, noxa, culpa, scelus, delictum, maleficium. *Epi.* Atrocissimum, certum, commentitium, commune, decumanum, domesticum ac vernaculum, fictum, falsum, fœdissimum, grave & vehemens, inane, incredibile, ingens, iniquum, integrum, invidiosum, levius, nefarium, novum, inauditum ob-

Digitized by Google

ſcurum, perſpicuum, probroſum, ſuſpicioſum, manifeſtum, vinarium, verum, vetus. Crimina certa propriaque, diſſoluta, falſa, infinita, abſoluta, permulta, quotidiana, reliqua. *Phraſ. Magnum crimen commiſiſti*, du haſt ein groſſes Laſter begangen. Magnum crimen admiſiſti; in ſceleratam ac nefariam fraudem decidiſti; fraudem capitalem admiſiſti; in hoc facinore omnes inſunt culpæ maximæ; id, quod in te concepiſti ſcelus, in maximo, nefario crimine & capitali fraude ponitur; magno te adſtrinxiſti ſcelere; grave piaculum admiſiſti; nullum ſcelus abeſt ab eo ſcelere; in illo ſcelere omnia inſunt ſcelera, quod in te admiſiſti. V. *Committo*, *culpa*, *ſcelus*. *Uſus*. 1. *Criminatio*, Beſchuldigung. Crimen effugere, e crimine elabi, der Beſchuldigung entgehen. Crimen diſſolvere, die Beſchuldigung wider legen. 2. *Facinus*, *peccatum*, *fraus*, *noxa*, böſe That, Sünde, Betrug, Verbrechen. Crimen in me quærit. Cædes ea illi crimini datur, vertitur. Proditionis crimen in te conjecit, contulit; tibi intulit, attulit, obtulit. Illa aut ſuſpicionem afferunt, aut crimen. Iſthoc tibi crimen adſcribunt; hoc tibi in crimine ponunt. Crimine aliquem arceſſere; condemnare crimine. Imprudens in crimen incurrit, in crimen venit. Staret hoc illi crimen, niſi refelleret, dilueret, diſſolveret. In alium derivare crimen, externare nimium & ejevare. Facile effugies crimen. Non abes ab omni crimine, non cares omni crimine. Videtur condonandum illud crimen. V. *Scelus*, *criminatio*, *criminor*.

Criminatio, nis, f. Beſchuldigung, Läſterung. *Syn.* Crimen, accuſatio. *Epi.* Acerrima, accuſatorum falſa, inaudita, ſubita, tota. *Phraſ. Criminationem refutavit*, er hat die Beſchuldigung widerlegt. Oblatas ab adverſariis criminationes depulit; crimen accurata confutatione diſſolvit; meditata oratione diluit, refellit; inexpectato reſponſo crimen effugit; e crimine elapſus eſt, le crimine ſe eripuit; oblatas criminationes aut extenuavit, aut elevavit. *Uſus*. Nihil adhuc in Cajum criminationis eſt. Oblatas criminationes depellere. V. *Accuſatio*, *coarguo*.

Criminor, aris, atus ſum, ari. beſchuldigen, ſchmähen, ſchelten, läſtern. *Syn.* Criminationem, *vel* crimen offero, infero; culpæ, vitio do; crimini do, verto; criminatione utor, criminis loco pono, in crimen voco, revoco. *Crimen diſſolvo*. *Phraſ. Neſcio quid fraudis a me conceptæ in crimen vocatur*; capitalis, neſcio, cujus, fraudis crimen in me conficiunt, conferunt; neſcio quod fraudis crimen mihi inferunt, efferunt; fraudis, incertum cujus, crimen in me quærunt; cum alia, tum fraudis, neſcio cujus, crimina in me ferunt; mihi adſcribunt; fraus, neſcio quæ, mihi in culpa ponitur, in crimine ponitur; crimini datur, fraudis neſcio quid a me admiſſum; novum crimen afferunt, fraudem capitalem a me factam eſſe; fraudis crimine me arceſſunt, condemnant; fraudis conceptæ crimen in me derivant; in fraudis crimen, certe ſuſpicionem, ad populum incurro, venio. V. *Accuſo*, *inſimulo*, *culpa*. *Uſus*. Invidioſe meam potentiam ad populum criminantur, Non omnia libet criminari. De quibus illum criminatus es. V. *Detrabo*.

Criminoſe, läſterlich. *Syn.* Suſpicioſe, accuſatorie, acerbe. *Uſus*. Qui ſuſpicioſius ac criminoſius diceret, audivi neminem.

Criminoſus, a, um. läſterlich. *Syn.* Suſpicioſus, quod criminis ſuſpicionem affert, quod in crimine eſt, quod in crimine ponitur. *Uſus*. Non credebam, hoc tibi criminoſum fore. Orator acer, acerbus, criminoſus. Officioſam amicitiam criminoſo nomine inquinas.

Crines, ium, m. das Haar. *Syn.* Capilli.

Crinitus, a, um. haaricht. *Syn.* Capillatus, comatus. *Uſus*. Gorgonia os anguibus crinitum. Stellæ crinitæ V. *Cometæ*.

Criſpus, a, um. kraus.

Criſta, æ, f. Kamm, oder Strauß auf dem Kopfe. *Uſus*. Criſta galeæ,

Cri-

Digitized by Google

Cristatus, a, um. der einen Kamm oder Strauß hat. *Usus.* Galea cristata.

Criticus, i, m. Richter, der sein Urtheil in gelehrten Sachen fället. *Syn.* Poëmatum, aut similium operum judex, Aristarchus. *Usus.* Ego tanquam criticus antiquus, ut Aristarchus quidam judicaturus sum.

Croceus, a, um. Saffrangelb. *Usus.* Chlamys crocea.

Crocodilus, i, m. Crocodill. *Syn.* Lacerta Ægyptia magnitudinis immensæ.

Crocata, æ, f. ein gelbes Frauenkleid bey den Alten. Vestimenti muliebris genus croceum.

Crocus, i, m. Saffran. *Usus.* Meliora sunt unguenta, quæ terram, quam quæ crocum olent.

Crotalum, [illegible], n. Zimbel, Klapper. *Syn.* Instrumentum musicum e laminis quibusdam æreis. *Usus.* Nec collegæ tui crotala & cymbala fugi.

Cruciamentum, i, m. Peinigung. *Syn.* Cruciatus. *Epi.* Gravia morborum. *Usus.* Cruciamenta morborum interdum sunt graviora, quam tormenta carnificum.

Cruciatus, us, m. Pein. *Syn.* Cruciamentum, tormentum, pœna, supplicium. *Epi.* Acerbissimus, mœstus, magnus, malus, summus, miseri, tetri. *Usus.* Magno animi cruciatu vitam agere, in großer Betrübniß leben. Is se vel in cruciatum dari cupit. Cruciatu afficere aliquem. Confectus cruciatu summorum dolorum. Cui morbus tetres cruciatus ciet. Summo cruciatu supplicioque perii. V. *Dolor, Affligo.*

Crucio, as, avi, atum, are. peinigen. *Syn.* Cruciatu afficio, conficio, afflicto, torqueo, premo, exanimo, excrucio, vexo; angoribus, suppliciis, majori malo macto. *Adv.* Diu, impune. *Phras.* 1. *Cri[illegible] insontem acerbe cruciavit*, er [illegible] unschuldigen Menschen grau[illegible] peiniget. Insonti barbara feritate tormenta admovit; omnia exempla cruciatus in insontem edidit; [illegible] naturæ asperius [illegible] insonti; in summum cruc[illegible] hominem insontem; omnibus cruciatibus affecit, per ultimos cruciatus hominem insontem laceravit, excarnificavit. 2. *Ea res me vehementer cruciat*, diese Sache ängstiget mich sehr. Res me urit vehementer & solicitat; animum discruciat, exercet; angor animo, intimis sensibus; eam ob rem gravis mihi solicitudo incumbit; acerba me solicitudo incessit; maximam solicitudinem sustineo; summam acerbitatem, ægritudinem, molestiam capio, sustineo: in acerba solicitudine, in magno angore sum; magna premor, opprimor solicitudine; magna cura ac solicitudo animo infidet, animum occupat, torquet, exagitat; gravi conturbor, æstuo solicitudine; suspenso & solicito sum animo; ægritudine prope contabesco; curis pene conficior ac consumor. V. *Ango, Angor, Cura, Solicitus. Usus.* Fame & vigiliis cruciatur. Tuæ te ærumnæ premunt ac cruciant. Dies noctesque tuæ te solicitudines torquent ac cruciant. Dies noctesque cruciaris & consumeris. V. *Vexo, torqueo.*

Crudelis, e. grausam. R. *a crudus, q. cruore udus. Syn.* Durus, inhumanus, ferreus, ferus, teter, immanis, importunus, omnis humanitatis expers, natura asper, singulari immanitate & crudelitate barbarus; barbarus atque immanis, inexorabilis; omni diritate atque immanitate deterrimus, immemor humanitatis, immansuetus, qui maxima asperitate & immanitate naturæ est.)(*Clemens, misericors. Phras.* 1. *Homo crudelis est*, es ist ein grausamer Mensch. Ingenio sane est crudeli, quali nulla in barbaria quisquam tyrannus fuit; ejus immani & fœda crudelitate omnis Barbaria superata est; homo omni diritate deterrimus; cui volupe sit fœdum in modum lacerare miseros; omnia exempla cruciatus edere; omni sævitie, atrocitate plebem opprimere; optimum quemque per cruciatum necare, cum cruciatu interficere; omnibus tormentis excruciatos, omnibus cruciatibus affectos, laceratos interficere, necare; crudelitate utitur maxima, multa superbe, multa crudeliter facit; credas, feræ rabiem occupasse hominis animum, ita in quovis sævus est & immanis; immanitate & crudeli-

tate præditus eſt; crudelitatem vultu aſpectuque horribili præ ſe fert; immanitate barbarus, ſanguinarius, atrox, truculentus eſt; omnem humanitatem exuit; cum immaniſſimis feris crudelitate comparandus eſt; ab omni humanitate remotus, derelictus. Homo atrocis ingenii, animi trucis ac implacabilis; omnes mortales crudelitate vincit; cujus immanitas brutorum animantium ferocitatem non modo adæquat, verum etiam (horreo verba tam horrida) ſuperat; eſt barbarie omni crudelior, expers omnis pietatis ac humanitatis; ea eſt morum, non aſperitate, (levi enim illi vitium iſtud eſt) ſed feritate, quam ne immaniſſimæ quidem ferarum omnium feræ poſſint attingere; anhelat imo e pectore crudelitatem; ea eſt importunitate naturæ, ut ejus crudelitas nulla miſerorum calamitate expleri, ſatiari, ſaturari poſſit; ut crudelitatem in omnes promiſcue expromat, exerceat, adhibeat; ut necare inſontes crudelitate excogitata gaudeat. 2. *Severi, non crudeles in liberos eſſe debent parentes*, die Aeltern müſſen zwar ſcharf, nicht aber grauſam gegen ihre Kinder ſeyn. Bonum eſt, immo neceſſe, pueros in culpam lapſos a parentibus caſtigari, ſed cavendum, ne crudelitati aditum pateſaciant. Sicut parentum eſt, juveniles refrenare liberorum impetus: ita debent illi quoque manus, immo ipſum animum ab omni ſævitiæ genere vindicare: ſævitiam adverſus liberos exercere, crudeliter agere cum filiis nunquam debent. Tanti eſſe nihil debet, ut crudeles in liberos ſimus; ut crudeles nos liberi experiantur. Siquid agitur cum filiis, crudelitas abſit; nunquam crudelitati locus ſit; dedecet parentes, pœnam de liberis ſumere exempli parum memoris juſtæ ſeveritatis; adhibere ſævitiam in liberos; acerbe crudeliterque in liberos ſævire. *Uſus.* Animus ferus, crudelis, inhumanus. Bellum crudele. Pater in liberos crudelis.

Crudelitas, tis, f. **Grauſamkeit.** *Syn.* Sævitia, inhumanitas, feritas, acerbitas, atrocitas animi, importunitas, immanitas naturæ, morum acerbitas. X *clementia.* *Epi.* Arrogans, domeſtica, gravior, crudelior, immanis & fera, importuna in aliquem, inaudita, incredibilis, inimica, inſatiabilis, nefaria, regia, ſingularis, ſumma, tanta, teterrima. *Uſus.* Miſericordia in ſpeciem crudelitatis labi; crudelitatis odio in crudelitatem ruere, unter dem Vorwande der Sanftmuth in Grauſamkeit verfallen. Iſte ſpumans ex ore ſcelus, anhelans ex infimo pectore crudelitatem, contorquet brachium. Ejus crudelitas nulla miſerorum calamitate expleri, ſaturari, ſatiari poteſt. Crudelitatem in omnes promiſcue expromit, adhibet, exercet. Crudelitate excogitata necare inſontes gaudet, nec tam guſtare civilem ſanguinem, quam exſorbere optat.

Crudeliter, grauſam. *Syn.* Dure, acerbe; per cruciatum, cum cruciatu, omni cruciatu. X *diſſolute.* *Uſus.* Crudeliter animadvertere in aliquem. Crudeliſſime periit.

Cruditas, tis. f. **Unverdaulichkeit.** *Syn.* Stomachi affectio, cum male concoxit, ſtomachi redundantia ex ægra confectione ciborum. *Uſus.* Cruditas morbi cauſa eſt.

Crudus, a, um. roh, ungekocht. *Syn.* Immaturus. *Uſus.* 1. Poma ex arboribus cruda avelluntur, matura & cocta decidunt. 2. *Crudelitate affectus*, der die Speiſen nicht verdauen kann. Crudior ad prandium venit. Roſcius, quia crudior, agere noluit. V. *Stomachus.*

Cruento, as, avi, atum, are. blutig machen. *Syn.* Sanguine imbuo, ſanguinem elicio. *Adv.* Impie. *Uſus.* Nolebam propter me cæde civium cruentari rempublicam. Scelere cruentare ſecures ſuas. Cæde neſaria ſe cruentare.

Cruentus, a, um. blutig, grauſam. *Uſus.* Cruentus civium ſanguine.

Crumena æ, f. Taſche. *Syn.* Loculus.

Cruor, ris, m. Blut. *Syn.* Sanguis e vulnere. *Epi.* Jucundus, civilis, quam recentiſſimus inimici. *Uſus.* Cruorem inimici recentiſſimum oſtendere. V. *Sanguis.*

Crus, ris, n. Schienbein. *Syn.* Tibia, pars pedis, quæ ex coxendice ad extremos pedis digitos pertinet. *Uſus.* Crura alicui frangere, ſuffringere.

Cru-

Digitized by Google

Cruſta, æ, f. Rinde. *Uſus.* Vaſis cruſtæ detrahebantur.

Crux, cis, f. Kreuz. *Syn.* Patibulum. *Phraſ.* In crucem agere, rapere, tollere; cruci ſuffigere, affigere; crucem alicui figere, defigere, conſtituere; patibulo affigere; in cruce figere; cruce afficere; cruci aliquem dare; infelici arbori ſuspendere. *Vulg. Crucifigere*, kreuzigen. *Uſus.* Verres civibus Romanis crucem minatus eſt. Crucem indemnatis fixit, conſtituit. Cruci hominem inſontem dedit. Multos in crucem egit, ſustulit. Multos cruciatu, cruce, morte affecit. *Crux pro* moleſtia, rebus adverſis, calamitatibus, *vulg. eſt*, Kreuz und Leiden.

Crux SS. das heil. Kreuz. *Phraſ.* 1. Lignum, in quo ſalus noſtra, ingemiſcente rerum natura, pependit; in quo tribus clavis mundi ſalus affixa pependit. 2. *Crucifixi imago, vulg.* Crucifixbild. Imago Chriſti cruci affixi; ſimulacrum Chriſti e cruce pendentis: ſignum pendentis in cruce Servatoris noſtri; ſimulacrum Chriſti in cruce morientis, in cruce exſpirantis; effigies Chriſti in cruce ſuffixi. 3. *Crucem facere, vulg.* das Kreuz machen. Crucis ſignum in fronte pingere, formare; cruce ſe ſignare; ſignum crucis in fronte effingere, exprimere; ſalutari ſe crucis ſigno munire; ſignum crucis fronti, pectori imprimere. Signum crucis Chriſtiano more, Chriſtiano ritu ducere.

Cubicularis, e. zur Kammer gehörig. *Syn.* Quod ad cubiculum pertinet. *Uſus.* Lectus cubicularis.

Cubicularius, ii, m. Kammerdiener. *Syn.* Cubiculi miniſter. *Uſus.* Nihil per cubicularium, omnia per janitores.

Cubiculum, i, n. Kammer. *Syn.* Conclave. *Epi.* Alienum, altum, amplum, hibernum, ſubgrande. *Uſus.* Grande cubiculum, altum, hibernum valde probavi. In cubiculum introducere.

Cubile, is, n. Bett, Lagerſtatt. *Syn.* Lectus. *Epi.* Duplex. *Uſus.* Cubilia ferarum. Inire alienum cubile, ehebrechen. Nemo tam miſer, qui non cubile ſuum, aut lectum ſalvum velit. Omnes mortales non ſolum veſtigia, ſed ipſa avaritiæ tuæ cubilia videre poſſunt.

Cubitalis, e. eine Ellen hoch. *Syn.* Cubitum altus.

Cubito, as, avi, atum, are. oft liegen. *Syn.* Sæpe cubo.

Cubitus, i, m. Ellenbogen. *Syn.* Menſura, quantum e cubito brachii ad extremam manum eſt. *Uſus.* Levato in cubitum corpore ſuffulta mento columna, nachdem er ſich aufgelehnet. Triennio ille tres cubitos non proceſſit. Columna tribus cubitis alta.

Cubo, as, cubui, cubitum, are. liegen. R. *a* κύπτω, *cubo. Syn.* Recumbo, accumbo. *Phraſ.* Cubitum ivi, ich bin ſchlafen gegangen. Ad quietem ivi; quieti me tradidi; in lectum me recepi; cubitum diſceſſi; conferre ſe cubitum parabat; ſtrato ſe committere; lecto ſe commendavit; feſſum diurno labore corpus quieti mandabat; lectum petiit; ad quietem ſe compoſuit. *Uſus.* Deinde cubitum diſceſſimus. Ægrotus in lecto cubans.

Cudo, is, cudi, cuſum, ere. ſchlagen, ſchmieden. *Syn.* Ferio, percutio. *Uſus.* Cudere nummos, *vel* argentum.

Cujas, atis, *g. o.* weſſen Landes. *Syn.* Unde, qua ex gente? *Uſus.* Socrates rogans, cujas eſſet? mundanum ſe reſpondit, totius mundi incolam, ac civem.

Cujus, a, um. weſſen. *Uſus.* Cuja res, cujus periculum. Cædes ei crimini detur, cuja interfuit.

Cujusdammodi, auf welche Art es wolle. *Uſus.* Animus non eſſe ſolum, ſed cujusdammodi debet eſſe.

Cujusmodi, was oder wie, welcherley. *Uſus.* Legem, cujusmodi ſit, conſervare.

Cujusquemodi, allerley Art. *Uſus.* Homines cujusquemodi.

Culcita, æ, f. *rectius, quam* culcitra, æ, ein Bettpolſter. *Syn.* Pulvinus, lectulus, ſtragulum. *Uſus.* Culcita plumea.

Culeus, i, m. lederner Sack. *Syn.* Saccus e corio, *vel* lino factus. *Uſus.* Parricidæ in culeum inſuti in profluentem deferuntur.

Culina, æ, f. Küche. *Epi.* Ingentes. *Uſus.* Tua quidem Philoſophia in culina eſt.

Digitized by Google

Culmen, inis, n. Gipfel. *Syn.* Fastigium. *Epi.* Parvum, transversum.

Culmus, i, m. ein Halm, als von Korn. *Syn.* Frumenti calamus a radice ad spicam. *Epi.* Geniculatus. *Usus.* Herbescens viriditas sensim adolescit, culmoque nixa geniculato vaginis jam quasi pubescens includitur.

Culpa, æ, f. Schuld, Mißhandlung R. a χαλεπὸς, *noxius.* *Syn.* Causa, meritum, crimen, reprehensio. *Epi.* Aliena, magna, minor, paterna, perpetua, præterita, propria, similis, summa, turpis, varia. *Phras.* 1. *Tua culpa hæc acciderunt*, du bist schuld daran, daß dieses geschehen ist. Tu unus ejus rei culpam sustines; tu ipse in culpa es, in te uno culpa ejus rei est; hujus rei culpa in te residet, hæret, consistit; tu ejus rei culpa teneris; tuo vitio perimus; omnes tibi culpam ejus rei attribuunt, assignant; tot malorum causas in te omnes conferunt, transferunt, derivant, inclinant, congerunt; penes te unum ejus rei culpam esse ajunt; te ejus culpæ coarguunt; te culpæ omnis reum faciunt; tuum hoc vitium est, de quo plectimur; in vitio tu es; in te injicitur ejus rei culpa; tibi vitio & culpæ datur; te unum in culpa & suspicione ponunt; in te unum culpam conjiciunt, referunt; merito tuo te accusant; ejus te mali fontem esse ac principium; tu unus in noxia es; te ipse jure optimo incuses licet auctorem omnium malorum; hujus rei culpam omnes in te rejiciunt, tibi adscribunt; te hujus mali fontem, originem, causam esse prædicant; hanc in te culpam omnes impingunt; hujus culpæ notam tibi uni inurunt; hujus rei culpa te condemnant. V. *Causa, adscribo, criminor.* 2. *Gravem culpam admisit*, er hat eine große Mißhandlung begangen. Gravem culpam commisit, contraxit, suscepit; magno se crimine adstrinxit; gravi culpa se contaminavit; non levem culpam commeruit, in se suscepit; sequius admisit aliquid; graviter offendit, deliquit; in gravem culpam incidit; gravi se scelere commaculavit, inquinavit; gravi culpa se obstrinxit. V. *Committo, peccatum, pecco, crimen.* 3. *In culpa non est*, er ist nicht schuld daran. Abest ab ea culpa longissime; extra culpam est; extra causam culpamque positus est; nihil in eo culpæ hæret, residet; culpa ea non tenetur; hujus rei culpa penes illum non est; noxæ ejus reus non est; ejus vitium non est; ejus culpa, vitio id factum non est; 4. *Expers omnis culpæ est*, er ist unschuldig. Culpa caret, vacat; ab omni culpa abest, ab omni culpa remotus est; culpa omnis procul abest ab eo; abhorret ab ejus integerrimis moribus, quidquid culpæ in eum confertur; purus ab omni culpa est. V. *Innocens.* 5. *Culpam a se facile removebit*, er wird diese Schuld leicht von sich ablehnen. Culpam haud ægre a se amovebit, amolietur, dimovebit; ea se culpa facile liberabit; ea se ex culpa facile eximet; eam se extra causam culpamque facile ponet; facile effugiet hoc crimen; ex eo crimine facile elabetur. V. *Criminatio.* 6. *Culpam in alium rejicio*, die Schuld auf einen andern schieben. Culpam in alterum confero, transfero, derivo, injicio, conjicio; in alium amolior, averto, inclino. 7. *Culpam fateri*, seine Schuld bekennen. Culpam agnoscere; culpæ se reum agere, peragere; de se ultro confiteri; non defugere noxæ confessionem. 8. *Damna omnia, quæ culpa mea acciderunt, resarciam*, ich werde den Schaden ersetzen, der aus meinem Verschulden geschehen ist. Præstabo culpam; culpam redimam: quidquid detrimenti mea culpa acceptum est, sarciam, compensabo. *Usus.* Nulla culpa subest. Senatus in culpa est. Ejus peccati culpam unus sustines. Omnes se culpæ insontes clamant. Tibi præstanda est ea culpa. V. *Crimen, reprehendo.*

Culpo, as, avi, atum, are. schelten, tadeln. *Syn.* Culpæ do, culpæ ejus tribuo, in culpa pono, reprehendo. *Usus.* Sæpe patientiam ejus culpavi. V. *Reprehendo.*

Culter, tri, m. Messer. *Usus.* Cultros metuis tonsorios, cultro succinctus, cultrum stringere.

Cul-

Digitized by Google

Cultio, onis, f. Bau. *Syn.* Cultura. *Usus.* Cultio agri.

Cultor, oris, m. Ackermann, der ſich einer Sache befleißet. *Usus.* Agrorum cultores. Veritatis, juſtitiæ cultor, fraudis inimicus.

Cultrix, icis, f. emſige Arbeiterinn.

Cultura, æ, f. ein Bau. *Syn.* Cultio, cultus. *Epi.* Multa, falutaris agrorum. *Usus.* Ager deſertus a cultura hominum. Ager ſuapte bonus, diligentia & cultura melior. Ager nihil ferens, niſi magno labore ac cultura quæſitum.

Cultus, us, m. Lebensart, Tracht. *Syn.* Vitæ ratio. *Epi.* Communis atque uſitatus vitæ, diligens, humanus civiliſque, optimus, Deorum caſtiſſimus atque ſanctiſſimus, pleniſſimusque pietatis, malus, molliſſimus, neceſſarius, parvus, pius, quotidianus, ſaluber, moderatus, ſenior, tenuis, magnus, magnificus. *Usus.* 1. Idem nobis cultus, idem victus. Homines a fera agreſtique vita ad humanum cultum civilemque traducere. Delectant magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia. Cultus, & curatio corporis nobis adhibenda eſt. 2. *Cultura, cultio.* Bau. Ager ex ſe fructum nullum edit ſine cultura hominum. 3. *Cura.* Sorge, Verehrung. Tribuere alicui officium & diligentem cultum. V. *Colo, religio.*

Cum, mit. *Præpoſitio. Vim habet conjunctionis, ſocietatis, interdum inſtrumenti. Usus.* Cum magno labore, cum magna ſpe agit. Cum gladio cruento comprehenſus eſt. Cum ferro invadere in aliquem. Cum magno fletu, cum voluptate auditur. Conſiderate cum animis veſtris. Habeo ſtatutum cum animo meo. V. *Simul.*

Cum, weil. *Adv. ſignif. cauſam, occaſionem, tempus. Antiquis* quum. *Usus.* Nox una interceſſit, cum ille ita mutatus eſt. Aliquot ſunt dies, cum te amo. Fuit id quondam tempus, cum &c.

Cum, tum, ſowohl, als. *Præcedit illud, hoc conſequitur. Syn.* Et, &; non ſolum, ſed etiam. Cum *minus quiddam*, cum vero gravius *& majus ſignificat. Usus.* Hoc cum utile tum illud longe honeſtiſſimum eſt, quod. Cum doctrina, tum inprimis pietate excellens. Id fecit cum ſæpe alias, tum vero hoc tempore frequentiſſime. Cum cætera, tum hoc dictum vitupero.

Cumprimum, ſobald als. *Syn.* Ut primum, ubi primum, ſimul atque. *Usus.* Cumprimum poſſe ingredi cœpit, non recuſabat &c.

Cumprimis, beſonders, ſehr. *Syn.* Inprimis. *Usus.* Homo cumprimis locuples & honeſtus.

Cumulate, häufig. *Syn.* Plane, abundanter, majori menſura. *Usus.* Cumulate mihi gratias egit, ſatisfecit. Non modo liberaliter, ſed ornate etiam cumulateque tractatus ſum. Cumulatius augere munus aliquod.

Cumulo, as, avi, atum, are. häufen. *Syn.* Augeo, adaugeo, expleo, compleo, perficio.)(*Detrabo, imminuo. Usus.* Scipio bellicam laudem eloquentia cumulavit. Alio ſcelere id ſcelus cumulaſti. Maximo gaudio, ira, voluptate cumulor. Mirabar, locum augendi in eo fuiſſe, quod dudum cumulatum videbatur. Homo omni laude cumulatus. V. *Augeo, orno.*

Cumulus, i, m. ein Haufe. R. *ab* ὅμιλος. *cœtus. Syn.* Acervus, acceſſio, ſumma. *Usus.* Ad ſummam ex illius reditu lætitiam cumulus gaudii acceſſit ex adventu tuo. Beneficium tuum magno cumulo auxiſti. Etſi alioquin illum amo, accedit tamen cumulus commendationis tuæ. Ad tua plurima de me merita maximus hoc facto cumulus acceſſit. De laudibus Dolabellæ cumulum deruam. Tua commendatione ad meam voluntatem cumulus accedit. Cumulos extruere.

Cunabula, orum, n. Wiege, Vogelneſt. *Syn.* Cunæ. *Transl.* Rudimenta. *Usus.* An alia putas eſſe rudimenta & cunabula virtutis?

Cunæ, arum. f. Wiege. *Syn.* Incunabula, cunabula. *Usus.* Vagire in cunis.

Cunctabundus, a, um. langſam, zauderhaft. *Syn.* Segnis, reſiſtens.

Cunctanter, langſam. *Syn.* Lente.

Cunctatio, nis, f. Langſamkeit, Verweilung. *Syn.* Mora, tarditas. *Usus.* Studium ſemper adſit, cunctatio abſit. Sæpe cunctatione & tarditate, cum otium volunt [illegible] digni-

Digitized by Google

dignitate retinere, utrumque amittunt. V. *Mora.*

Cunctator, oris, m. **Zauderer.** *Usus.* Nosti, quam Marcellus parum efficax sit, quam tardus, quam cunctator.

Cunctor, aris, atus sum, ari. **zaudern.** *Syn.* Remoror, retardo, differo.)(*Propero. Adv.* Diutius in vita. *Usus.* In cursu bonorum consiliorum cunctandum non est aut tergiversandum. An etiam tum cunctabimini, quiescetis, timebitis? V. *Remoror, differo, mora, tardus.*

Cunctus, a, um. **alleſammt.** R. *q. Conjunctus. Syn.* Omnis, totus, universus. *Usus.* Cuncta sidera, cunctus populus; cuncta Ægyptus, cuncta terra.

Cuneatim, **haufenweiſe.** *Syn.* Per cuneos. *Usus.* Cuneatim urbem oppugnabant.

Cuncolus, i, m. *Dimin.* **ein kleiner Keil.** *Syn.* Parvus cuneus.

Cuneus, i, m. **ein Keil.** *Syn.* Quod inseritur in ligno findendo. *Usus.* Hos ille cuneos inserens prorupit artus.

Cuniculus, i, m. **ein Gang unter der Erde.** *Syn.* Fossa subterranea, *Phras. Cuniculum fecerunt*, *vulg.* **man hat unter der Erde einen Weg gemacht**, miniret. Cuniculum egerunt; cuniculis subtraxere aggerem. *Usus.* 1. Quatuor homines cuniculus oppressit. Cuniculum agere. Cuniculis oppugnare. 2. *Transl. Dolus*, **Betrug.** Prius vi, nunc cuniculis me oppugnat.

Cupa, æ, f. **Weinkufe.** *Syn.* Vas vinarium, ubi mustum coquitur, & desæcatur. *Usus.* Vinum a propola, & de cupa.

Cupedia, orum, n. & Cupediæ, arum. f. **Leckerbißlein.** *Syn.* Suaviores epulæ, *vel* earum cupiditas; deliciæ ciborum; gulæ irritamenta. *Usus.* Ægrotationi subjecta sunt avaritia, liguritio, vinolentia, cupedia, mulierositas.

Cupedinarius, ii, m. **Zuckerbäcker.** *Syn.* Esculentarum rerum venditor.

Cupide, **begierig.** *Syn.* Studiose, avide, calide. *Sæpius in vitium. Usus.* Agros suos studiose colit, non alienos cupide appetit. Moniti, ne cupide quid agerent. Multa a senatu cupide, multa temere fiebant.

Cupiditas, tis, f. **Begierde, Luſt.** *Syn.* Aviditas, ardor, amor, animi impetus, cupiditatis sitis, libido, studium, desiderium, desideratio. *Epi.* Acerrima, fortissima, acrior, insanior, apertior, cæca atque temeraria, dominatrix animi, effrenata & furiosa, excellens laudis in omnibus rebus, flagrans, honesta, impia, improbissima, inconsiderata, incredibilis, inexplebilis, infinita, inhonestissima, injusta dominatus, insatiabilis, levis, liberalior, non mediocris, obscura, occulta atque tecta, lubrica dominandi, projecta, sacra, summa, singularis, solicita, turpior, vacua, tam varia, tam nova. Cupiditates contrariæ, diversæ & inter se pugnantes, extraordinariæ, faciles, intolerabiles, immensæ, & innatæ, inanes adolescentiæ, indomitæ animi, inexplebiles, innumerabiles, multæ, quam variæ, quam infinitæ, naturales & inanes, naturales & necessariæ. *Phras.* 1. *Cupiditatem alicui facere*, **bey einem eine Begierde erwecken.** Cupiditatem alicui injicere; cupiditate incitare, incendere, inflammare, afficere; in cupiditatem rei impellere; cupiditatem erigere. 2. *Cupiditatem habere*, **eine Begierde haben.** Magna cupiditate teneri; inflammari, rapi, ferri, efferri cupiditate; cupiditate flagrare; cupiditatem præ se ferre; magno studio in rem ferri; esse in aliquo cupiditatem; incensum esse desiderio; studio inflammatum magno rei desiderio teneri, moveri, æstuare, flagrare, exardescere. V. *Desidero, desiderium.* 3. *Cupiditatem comprimere*, **die Begierden zähmen, mäßigen.** Docemur domitas habere cupiditates; libidines coërcere, frangere, cohibere; restinguere cupiditates; imminuere certe & debilitare; modum ponere cupiditati; imperare sibi; nec parere libidini, nec morem gerere cupiditati: regere consilii gubernatione cupiditatem; cupiditatem comprimere. 4. *Cupiditatem explere*, **den Begierden nachhängen.** Cupiditatibus suis servire, obsequi, parere, morem gerere; rapi cupiditatibus suis; inflammata ferri libidine; cupiditati frena laxare;

Digitized by Google

cupiditate longius procedere; efferri libidinis impetu; cupiditati ſuæ ſatisfacere, obtemperare. *Uſus.* Suffragari alterius cupiditati, **eines Begierde willfahren.** Cupiditate ſe devincire, **ſich in eine Begierde einlaſſen.** V. *Avaritia, deſiderium, libido.*

Cupido, inis, f **Begierde.** *Syn.* Cupiditas. *Uſus.* Bona pars hominum decipitur cupidine.

Cupidus, a, um. begierig. *Syn.* Studioſus, appetens, avidus, amans, obſervans.)(*Moderatus. Adv.* Nimium decedendi, valde ſpectandi, vehementer. *Phraſ. Minime ſum cupidus*, **ich bin gar nicht begierig.** Remotus ab omni cupiditate ſum, careo omni cupiditate; cupiditatem omnem abjeci; nulla me tenet cupiditas; nulla in me eſt cupiditas; procul abſum a cupiditate. V *Cupiditas. Uſus.* Eſt ille perſtudioſus tui, & cupidus in perſpicienda veritate. Græci contentionis quam veritatis cupidiores. V. *Avarus, avidus.*

Cupio, is, ivi, itum, ere. begehren, wünſchen. *Syn.* Opto, exopto, aveo, deſidero, expeto, appeto, concupiſco; cupidus ſum, ſtudio & cupiditate ardeo, cupiditatem habeo, cupiditas me tenet, cupiditate flagro, inflammatus ſum, cupiditate in aliquam rem immineo, deſiderio teneor, ſtudio efferor, alacer animo ſum; aviditas me tenet, geſtio, ſitio, cupiditas alicujus rei eſt, ſtudio trahor, incendor. *Adv.* Diu, mirabiliter, neſarie, plane, ſumme, valde, vehementer, vehementius. *Uſus* 1. Hoc nos vitare cupimus; ardenter aliquid cupere. 2. *Faveo, ſtudeo, benevolus ſum*, **günſtig ſeyn.** Dolabellæ cauſa cupio omnia, & debeo. Vehementer alicujus cauſa cupere. Tibi uni maxime cupio. Faveo Curioni, Cæſari honeſtiſſime cupio, pro Pompejo emori volo. V *Deſidero, cupiditas.*

Cur? warum? *Syn.* Quare? quamobrem? quid eſt, quod? qua ratione? eccur? quid eſt cauſæ? quid eſt? quamobrem? *Uſus.* Quid eſt cauſæ, cur repudietur? cauſa, cur cuperes, non erat.

Cura, æ, f. **Sorge.** R. q. *Cor uro. vel ab ὠρα, ſollicitudo. Syn.* Diligentia, ſtudium, cogitatio, meditatio, angor, metus, moleſtia, ſolicitudo, acerbitas. *Epi.* Acris, anceps, antiquiſſima, aſſidua & perpetua ſalutis, difficilis alicujus rei, digniſſima virtutis alicujus, divina, domeſtica, fixa, gratiſſima, gravis, incredibilis, magna, majuſcula, non mediocris, minor, parva, reliqua, ſagax, ſempiterna, ſimplex, ſumma, vetus animi. Curæ anxiferæ, honeſtæ, incredibiles, magnæ, miſerrimæ, optimæ, plurimæ. *Phraſ.* 1. *Ea res tibi magnam curam afferet*, **dieſes wird dir eine große Sorge machen.** Magnam curam injiciet, dabit; ex ea re magnæ tibi curæ naſcentur; ea res magnis te curis afficiet, configet, implicabit; ea res multis franget te curis; multis curis te macerabit, excruciabit; cura ac ſolicitudine animum occupabit. 2. *Curam, quæſo, reipublicæ ſuſcipe*, **nimm doch die Sorge für das gemeine Wohl auf dich.** Complectere, quæſo, rempublicam tuis curis; curam omnem ad rempublicam conferto; ad reipublicæ curam te animumque conferto; in maximis negotiis tuis etiam huic cogitationi tempus impertire, quam reipublicæ cura injecerit; in his ſtudiis omne ſtudium tibi & cura ponatur, adhibeatur, conſumatur; in ea re curas tuas omnes pone, fige, defige, infige, ut respublica ſalva ſit; in eam curam toto pectore incumbe; in eo cura tua verſetur omnis; perpetua illa cura apud te excubet, ut rempublicam ſalvam præſtes; ſuſtine, quæſo, tantiſper reipublicæ curam; animum ad publicæ rei curam converte; nullam aliam priorem, quam reipublicæ curam age; in eadem, quæſo, cura rempublicam habe, qua privatam; curationem reipublicæ hoc maxime tempore age; publicis, quæſo, negotiis inſervi; nihil tibi potius, nihil antiquius ſit reipublicæ cura; omnium rerum prima tibi ſit & antiquiſſima reipublicæ cura. V. *Curo.* 3. *Si tibi ſalus mea curae eſt*, **wenn dir an meinem Heile etwas gelegen iſt.** Si tibi ſalus mea cordi eſt: ſi qua ſalutis meæ cura te tangit, attingit, tenet; ſi tibi cura eſt de ſalute

mea;

Digitized by Google

mea; ſi curæ habes ſalutem meam; ſi ſalutis meæ rationem ducis aliquam. 4. *Curam mihi exemit*, er hat mir die Sorge benommen. Magna me cura levavit; curam meam levavit; multa me cura ſolvit, liberavit, laxavit; magnam curarum partem mihi ademit. 5. *Curam hanc dudum depoſui*, ich habe mich von dieſer Sorge ſchon lange gemacht. Abjeci, dimiſi, animum ab ea cura abduxi, traduxi; cura illa dudum conſedit; cura ea me dudum expedivi. 6. *Cura mihi augetur*, die Sorge wird alleweil größer. Cura acuitur, cura in ſolicitudinem vertitur. 7. *Curis conſumi*, vor Sorgenſchmerzen vergehen. Curis macerari, confici, abſumi; exedi, frangi, discruciari. 8. *Alia ex alia me cura invadit*, es kömmt mir eine Sorge über die andere. Alia ex alia me cura excipit, mihi incumbit; mihi naſcitur; me urget premit, urit; animo inſidet; animum obſidet, occupat, aggreditur exagitat; discruciat, oppugnat, exercet; curarum agmine obſideor, oppugnor; curarum fluctibus occupor, obruor, cruciar; alia ex alia cura me gravius angit, fauciat. 9. *Curas illas excute*, entſchlag dich dieſer Sorgen. Abjice inanes has curas ac ſolicitudines: mitte curas inanes: exue te his curis: animum avoca ab hac moleſtia: curas has infeſtas ex animo ejice: absterge & excude iſtam ex animo ægritudinem: exſpue hanc animo moleſtiam, & te tibi vindica. 10. *Jam ſine cura ſum*, jetzt bin ich ohne Sorge. Cura omni vacuus ſum: cura omnis jam conſedit: animo otioſo ſum ac ſoluto: jam mihi in vado res eſt, timore expeditus, ſolutus a curis, expers curæ ſum, nulla me cura coquit: nulla ſolicitudo mordet: nulla triſtitia exedit. V. *Solicitudo*. *Uſus*. Sit tibi mea dignitas curæ. Sit tibi cura de dignitate mea. Habeto curæ dignitatem meam. Fugere omnem de republica curam.

Curantia, æ, f. Sorgfalt. *Syn*. Cura.)(*Non-curantia*. *Uſus*. Quod mea admones de non-curantia, recte facis.

Curatio, nis, f. Verpflegung, Sorge, Heilung. *Syn*. Procuratio, adminiſtratio. *Epi*. Agraria, regia, integra, periculoſæ, ancipites, variæ. *Uſus*. Cultus & curatio corporis eſt adhibenda. An Dii ab omni curationi & adminiſtratione vacent? Res annonaria eſt curationis meæ. Hæc curatio ad me delata eſt. Ejus provinciæ curationem ſuscepi, egi. Inter primam curationem exſpiravit. Gravibus morbis ancipites & periculoſæ curationes adhibentur, præſcribuntur. Omni curatione vacare. V. *Adminiſtratio*.

Curator, ris, m. Verwalter, Aufſeher. *Syn*. Procurator, præfectus. *Uſus*. Curatores urbis, annonæ. Ludorum curatorem conſtituere, præficere.

Curia, æ, f. Rathhaus. *Syn*. Sedes ac templum conſilii publici, tribus; privatæ domus pars. *Epi*. Crudelis, elinguis, major, minor, multa, nova. *Uſus*. Curia vindex temeritatis, moderatrix officii. Curia, templum ſanctitatis, amplitudinis, mentis, conſilii, caput urbis, ara ſociorum, portus omnium gentium.

Curialis, is, m. Zunftgenoß. *Syn*. Tribulis, municeps. *Uſus*. Cimon in ſuos curiales hoſpitalis.

Curiatus, a, um. zur Zunft gehörig. *Uſus*. Lex curiata. Curiata, centuriata comitia.

Curio, onis, m. Vorſteher einer Curie. *Uſus*. Curio maximus.

Curioſe, ſorgfältig. *Syn*. Diligenter. *Uſus*. Quærere, conquirere aliquem, aliquid curioſius.

Curioſitas, tis, f. vergebliche Sorge, Vorwitz. *Syn*. Nimia diligentia, cura humani ingenii. *Uſus*. Sum in ejus rei curioſitate.

Curioſus, a, um, ſorgfältig, vorwitzig. *Syn*. Nimium in quærendo diligens. *Adv*. Belle. *Uſus*. Nihil de aliis inquirere, minimeque in aliena re curioſum eſſe. Homo curioſus & plenus negotiis. Servulus percurioſus. Non ſum in exquirendis juribus curioſus. Non ita latet, quin curioſis oculis perſpici poſſit. V. *Cura*.

Curo, as, avi, atum, are. ſorgen, heilen. *Syn*. Do operam, laboro, elaboro, ſtudeo; curam, diligentiam adhibeo, curam in aliqua re pono; cura ac diligentia comple-

Digitized by Google

dor, diligentiam in aliquam rem confero: mihi curæ est, procuro, tracto, administro: *item*: medeor, curationem adhibeo. *Adv.* Diligenter aliquem, de aliquo, mundatum, valetudinem, perferendas litteras, diligentissime, etiam atque etiam, fideliter mercedes prædiorum, honorificentissime decernendum de rebus gestis, laxius, leviter ægrotantem, magnopere, mediocriter, omnino nihil, prope, prorsus, nihil aliud, studiose omnia, maxime. *Phras.* 1. *Curabo res tuas diligenter*, ich werde fleißige Sorge für dich tragen. Habebo rationem dignitatis tuæ: inserviam honori tuo: summa contentione pro te decertabo: suscipiam propugnationem, ac defensionem dignitatis tuæ: rerum tuarum rationem ducam: in negotia tua omni cogitatione, toto pectore curaque incumbam: rerum tuarum mihi semper antiquissima cura erit: de rebus tuis securus esto, curabo pulchre omnia: curam de te geram diligentem, tua negotia, quidquid ad te pertinebit, uti debeo, diligenter agam: res tuas, negotia, rationes pro virili parte tractabo, administrabo, procurabo. 2. *Ille curat, tractatque res meas*, er hat die Verwaltung meiner Sachen. Procurator is rerum mearum est, curator & administer: ille sustinet rerum mearum curam: curationem agit, curam habet rerum mearum: is est, cui res meas tractandas, administrandas, procurandas commisi, credidi, commendavi: cujus fidei potestatique res meas commisi, mandavi: in cujus fidem tutelamque res meas tradidi, permisi. V. *Cura, committo, commendo.* 3. *Cura, quæso, res meas diligenter*, besorge fleißig meine Sachen. Fac, ut meæ tibi rationes curæ sint: prospice, consule, provide rationibus meis: suscipe me, respice fortunas meas. Tuere me, fove, ac complectere. V. *Curam suscipere.* 4. *Res alienas diligenter, tuas negligenter curas*, du sorgest fleißig für andere, für dich selbst aber wenig. De aliis aliis plurimum de teipso rebusque tuis minime laboras: aliena tibi curæ sunt, tua negligis: aliorum rationes pluris apud te sunt, quam tuæ: propensior ad alios, quam ad te ipsum tua voluntas est: alienæ voluntati ut morem geras, obsequaris, te ipsum deseris, relinquis, destituis: ut aliis satisfacias, aliorum causa te ipsum destituis: quid aliis placeat, quid aliorum e re sit, attendis, at rerum tuarum ratio quid postulet, minime cogitas: alienæ causæ patronus, tuæ pene prævaricator es: alienis commodis omni studio, cura, labore inservis, invigilas, operam das, dicas, navas, præstas, tribuis, de tuis commodis nihil agis, tua commoda minime tibi cordi sunt: aliorum commoda dum captas, duin aliorum causam foves, juvas, agis, suscipis tuam jacere, frigere, neglectam jacere pateris, tuam abjicis, nihil facis: de aliena causa solicitus, tuæ oblitus es: alienæ causæ faves, tuam contemnis: quod tuæ causæ studium dicare deberes, id alienæ dicas, in aliena collocas. 5. *Nihil ille curat*, er fragt nichts darnach. Haud in magno ponit discrimine: nec quidquam illi pensi est: nihil pensi habet: nihil moratur: nullo loco id numerat: ab rerum suarum sensu jam dudum abalienavit animum: se, libertatem, salutem dudum projecit: nihili hæc facit omnia in minimis ponit, deputat. 6 *Curavit hominem*, er hat den Menschen geheilet. Curationem illi adhibuit, admovit, attulit: morbum depulit, sustulit, profligavit: sanitati hominem restituit: ejus opera recreatus a morbo est: valetudinem, vires recepit. V. *Sano, convalesco. Usus.* 1. Funus ei faciendum curavit. Deos non curat. Signa, quæ mihi curasti, reddita sunt. Corpora curare milites jussit, *cibo reficere.* 2. *Valetudini restituo*, heilen, gesund machen. Violentis medicamentis curare eum, qui gravius ægrotat. Provinciam curavit, sanguinem misit.

Curriculum, i, n. Lauf, Laufbahn, rechter Wagen. *Syn.* Spatium, quo curritur; stadium, cursus, currus. *Epi.* Æternum, exiguum vitæ, æternum gloriæ, tam exiguum, tam breve vitæ, vetus, *Usus.* Deflexit de curriculo mos majorum.

Cui-

Animum de curriculo litterarum negotii alicujus causa deflectere. Vivendi curriculum honeste conficere. Exiguum vitæ curriculum nobis natura circumscripsit, æternum gloriæ. Hæ exercitationes ingenii, hæc curricula mentis. Curricula sermonum. Omne curriculum industriæ meæ in amicorum periculis elaboratum est. De proposito mihi curriculo nihil discedam.

Curro, is, cucurri, cursum, ere. laufen. *Syn.* Cursum conficio, cursum teneo, cursum curro. *Adv.* Aperte eosdem cursus, certatim ad opus, furtim, longius, proclivius, raptim in sententiam. *Phras.* *Ad aliquem currere*, zu einem laufen. Cursu tendere, contendere ad aliquem; cursu effuso aliquo ferri, provolare; cursim ad aliquem pergere; cursu ad aliquem ire. *Usus.* Qui stadium currit, eniti debet, ut vincat.

Currus, us, m. ein Wagen. *Syn.* Vehiculum, cisium, carpentum, pilentum. *Usus.* Visus est sibi in somnis curru quadrigarum vehi. Curru albis equis juncto invehitur. Cisio regionem pervolat. In rheda vehi. Aliquem de curru detrahere. De foro in Capitolium currum flexit. Vehiculo eripuit se ex oppido. Curru sublimis ibat in regiam. Aurato eminens curru vehebatur.

Cursim, im Laufe. *Syn.* Cursu, effuso cursu, effusissimis habenis, laxatis habenis. *Usus.* Cursim impetum facere, cursim aliquo pergere. Quæ ego fero & cursim, & subsecivis, ut ajunt, operis arripui. Cursim dicere.

Curso, as, avi, atum, are. laufen. *Syn.* Frequenter curro. *Adv.* Temere, ultro. *Usus* Cursare ultro citroque, huc illuc.

Cursor, oris, m. Läufer. *Usus.* Cursores in stadio. Cursor ad Olympia profecturus.

Cursus, us, m. Lauf. *Syn.* Curriculum, iter, navigatio, lapsus. *Epi.* Admirabilis orationis, æquus, æternus gloriæ, apertus ad laudem, assiduus, brevis, sempiternus, celerior ætatis, certus, concitatior, contentus, decorus, facilior ad gloriam, forensis, incertus, incitatior, incredibilis, inusitatus verborum, legitimus, lunaris atque infimus, magnus, maritimus, maximus, olympiacus, otiosus vitæ, rectus, secundus, simillimus totius vitæ, summus, suspectus honorum, tantus verborum. Cursus æquabiles, æterni, ætherii, annui, celeres, certi & constantes, contrarii; dispares astrorum, immoderati, immutabiles, maritimi, ordinati, perennes ac perpetui, stati & immutabiles, vagantes, varii. *Usus.* 1. Contento cursu classis Italiam petebat. Breri tempore magnos cursus conficere. Secundo vento cursum tenere. Vivendi cursus, solis, stellarum cursus. 2. *Transl. Cursus animi & industriæ*, das Gemüth belangend. Vide, in quo cursu simus. Vita brevis est, cursus gloriæ sempiternus. Non omnibus idem cursus in cœlum patet. Per rectum cursum ad honores non pervenit. A genere cursuque meo vivendi nunquam desciscam.

Curtus, a, um. kurz, klein. *Syn.* Decurtatus, mutilus. *Usus.* Nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans. Meæ aures completo verborum ambitu gaudent, & curta sentiunt, nec amant redundantia.

Curulis, e, zum Wagen gehörig. *Usus.* Sella curulis, ædilitas curulis.

Curvo, as, avi, atum, are. krümmen. *Usus.* In arcum curvare.

Curvus, a, um. krumm. *Syn.* Flexus, contortus.

Cusor, oris, m. Münzer. *Usus.* Monetæ cusores.

Cuspis, idis, f. die Spitze. *Syn.* Acuta pars gladii.

Custodia, æ, f. Wache, Aufsicht. *Syn.* Carcer, præsidium, vigilia, excubiæ, conservatio. *Epi.* Fida, infelix capitis, libera & non solicita, liberalis, optima, tutissimaque, privata, publica, regia, horribilis, mirifica. *Phras.* 1. *In custodiam dare*, ins Gefängniß werfen. In custodiam tradere; in custodia includere; custodia septum tenere. V. *Carcer.* 2. *Ex custodia dimittere*, aus dem Gefängnisse entlassen. E custodia emittere, amittere, educere, eripere; vinculis levare, exsolvere. V. *Carcer*, *vin-*

Digitized by Google

culum. 3. *In custodia esse*, im Gefängnisse seyn. In custodiis haberi, teneri, retineri. *Usus.* Exercitus, præsidium populi Rom. custodia provinciæ. Urbis custodiam agere. In urbis custodia te fortuna posuit, du bist Bürgermeister geworden. In hac custodia, velut in specula collocati sumus, ut populum metu vacuum nostra vigilia & providentia servemus. Illam coloniam ego meis vigiliis & custodiis munivi. Advigilare ad custodiam ignis. Illæ tabulæ privata custodia continentur.

Custodio, is, ivi, itum, ire. bewahren. *Syn.* Asservo, tueor, septum custodia teneo, in vigilia rei alicujus maneo, privata custodia contineo, incolumem servo, observo, præsidio sum, custodia teneo, præsidiis firmo, custodiis munio, præsidium impono, diligenti custodia asservo, speculor, conservo. *Adv.* Diligentissime librum, recte, sanctissime signa & ornamenta urbis. *Usus.* Me non solum amicorum fides, sed oculi universæ civitatis custodiunt. Posse percipere animo, & custodire memoria. Delecta juventus ejus corpus custodit. Custodire litteris magnorum virorum dicta.

Custos, odis, m. ein Hüter, Aufseher *Syn.* Conservator, vindex, defensor. *Epi.* Bonus, defensorque provinciæ, diligentissimus pacis & otii, præclarus ovium, malus, primus. Custodes certi, multi, severi. *Usus.* Custos, præses, conservator urbis & libertatis. Malus custos diuturnitatis metus. Fani, urbis custodes. Sapientia custos & procuratrix hominis. Præficere custodes alicui rei. In aliqua re custodes ponere.

Cutis, tis, f. die Haut, Fell. *Syn.* Pellis, corium. *Usus.* Aliquid intra cutem inest vulneris.

Cygneus, a, um. von Schwanen. *Usus.* Cygnea vox & oratio.

Cygnus, i, m. ein Schwan. *Syn.* Olor. *Epi.* Providentes. *Usus.* Cygni non sine causa Apollini dicati sunt, sed quod ab eo divinitatem habere videantur, quia providentes, quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriuntur.

Cylindrus, i, m. Walze. *Syn.* Quod volubile est, ut columna teres. *Usus.* Cylindrum volvere, versare.

Cymba, æ, f. Kahn. *Syn.* Scapha, parva navis. *Usus.* Cymbarum multitudo.

Cymbalum, i, n. Cymbel. *Usus.* Domus cantu & cymbalis personat.

D.

Dactylus, i, m. Fuß eines Verses. *Syn.* Pes carminis heroici.

Dactylicus, a, um. daktylisch. *Usus.* Numerus dactylicus.

Dæmon, onis, m. Geist. *Syn.* Lar, genius. V. *Diabolus.*

Dæmonium, ii, n. Geist, vermeynte Gottheit. *Syn.* Genius. *Usus.* Socrates ait, esse divinum quiddam, quod dæmonium appellat, cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, sæpe revocanti.

Dama, æ, f. Gemse, Dambirsch.

Damnatio, onis, f. Verurtheilung, Verdammung. *Syn.* Condemnatio. *Epi.* Aliena, misera, invidiosa. Damnationes acerbissimæ, reorum quotidianæ. *Usus.* Omnes damnatione ignominiaque digni. Reorum damnationes acerbissimæ.

Wagner.

Damnatorius, a, um. verdammend. *Usus.* Judicium damnatorium.

Damnificus, a, um. schädlich. *Usus.* Bestia damnifica.

Damno, as, avi, atum, are. verdammen. *Syn.* Condemno, improbo, supplicio addico, damnatione afficio, vitam alicujus, aut sanguinem addico. *Adv.* Damnari honeste, inique a civibus, palam, voce omnium. *Usus.* Aliquem sceleris, injuriarum, stultitiæ damnare. Mulier unius peccati damnata uno judicio. multorum maleficiorum convicta putatur. Turpi judicio damnatus. Nomine conjurationis, de vi, de majestate damnatus. Capite damnatus. Causa judicata, convicta, damnata. V. *Condemno, Animæ damnatæ.*

Digitized by Google

Damnose, schädlich. *Usus.* Damnose bibere.

Damnum, i, n. Schaden. R. *a demo. Syn.* Jactura, detrimentum, incommodum, malum, fraus, dispendium. *Epi.* Magnum, majus, minus, novum, quæstuosum, tantum, damna aleatoria, maxima. *Phraf.* 1. *Ea res non parva tibi damna inferet*, dieſe Sache wird dir nicht geringen Schaden bringen. Damna non levia dabit, afferet; multis gravibusque damnis te afficiet; damno erit ac calamitati; gravia detrimenta inferet, importabit; detrimenta non pauca injunget, invehet; plagam rebus tuis graviſſimam injiciet; imponet vulnus ſane graviſſimum; ea res ad tuam perniciem pertinet; res tuas magnopere labefactabit; peſtem tibi & exitium afferet; tibi noxæ erit; gravibus damnis te multabit; plus damni ac mali datura eſt, quam credi poſſit; ea res fraudi aliquando tibi futura eſt; malo tibi erit ac calamitati; calamitatem inferet certiſſimam; exitium ſtruet; damna non levia pariet, creabit. 3. *Magnum damnum paſſus ſum.* ich habe einen großen Schaden gelitten. Ob eam rem in maximam fraudem incurri, incidi; magna inde rei familiaris naufragia feci; plagam inde odioſam accepi; magnum meæ res vulnus acceperunt & mortiferum; magnum mihi vulnus inuſtum, impoſitum eſt; plaga mihi injecta eſt maxima; multa detrimenta mihi ſunt allata, importata; magnam inde jacturam feci, accepi; carpi me gravibus quotidianisque damnis comperi; magna cladeſ familiaris rei accepta eſt; acciſæ admodum ea clade res meæ ſunt: non parva clades rebus meis incidit; magna rerum mearum imminutione id accidit; exiſtimatio mea graviter læſa, offenſa eſt; magnum incommodum accepi; calamitatis aliquid acceptum eſt; fractæ eo caſu res noſtræ ſunt; alliſæ graviter; gravi vulnere afflictæ; damnum feci, contraxi maximum; detrimentum cepi, accepi, feci ſane graviſſimum; damnis non levibus affectus, multatus ſum; res meæ grave damnum ſubiere; gravi ictu perculſæ ſunt, ac pene proſtratæ; grave vulnus rebus meis inflictum eſt. 3. *Damnum mihi minatur*, er drohet mir einen Schaden zuzufügen. Machinam in caput meum comparat, intendit; caput meum oppugnat; exitium mihi parat; ad perniciem capitis mei incumbit; omnia ad perniciem meam inſtructa ſunt; peſtem mihi & exitium denuntiat, 4. *Damnum compenſare*, den Schaden erſetzen. Damnum præſtare, illata damna ſarcire, detrimenta reſarcire. V. *Compenſo. Uſus.* 1. Damnis multis me afficit; multum damni dedit, in Schaden bringen. In mercatura magnum damnum fecit, contraxit, Schaden leiden. 3. Damna illata tibi præſtanda, ſarcienda ſunt, du muſt für den zugefügten Schaden aut ſtehen. V. *Detrimentum*, *incommodum*, *noceo.*

Dapes, um, f. herrliche Speiſen. *Syn.* Epulæ in ſacrificiis Deorum largiores & opipari apparatus. *Uſus.* Lautæ, opimæ, feſtæ dapes. V. *Convivium.*

Daps, pis, f. Speiſe. *Uſus.* Sacerdotes ad miniſterium & dapem adhibiti.

Dapſilis, e. herrlich. *Syn.* Abundans, largus, lautus. *Uſus.* Sumptus dapſilis.

Dapſiliter, herrlich. *Syn.* Opipare, large, magnifice, ſplendide, abunduanter, laute, liberaliter.

De, *præpoſ.* von, aus. *Uſus.* 1. *Ex, ad perſonam relatum.* Audivi hoc de parente. Emit agrum de ſocero. Ich habe es von meinem Vater gehört ꝛc. 2. *Ex, ad locum refertur.* De via me inclamat, er ſchreyet mich von dem Wege her an. De ſchola venit. De Sicilia provincia decedit. 3. *Ad tempus refertur.* Vigilat de nocte, er wachet bey der Nacht. Navigat de menſe Decembri. 4. *Ad genteſ, multitudinem, conditionem accommodatur.* Accuſator de plebe Unus de multis. Is orator ſane habeatur, ſed de minoribus, er kann für einen Wohlredner gehalten werden, aber für einen aus den geringern. 5. *Alias ad materiam.* Miſit de argento, quantum viſum eſt, er hat vom Gelde geſchickt, ſo viel als er für gut befunden. Multa de ſuis rebus asportant. 6. *Super*, von. Regulus de captivis egit, Re-

Digitized by Google

Regulus hat wegen der Gefangenen gehandelt. Legati de pace, de captivis redimendis. 7. *Propter*, wegen, um. Iraſcitur de nihilo, er zürnet um nichts. Flebat de ſupplicio filii; maximis, gravibus de cauſis. 8. *Quod attinet ad*, was anbetrifft. De religione facile concedam, was die Gottesfurcht betrifft, will ich es gern zulaſſen, daß ꝛc. De pace aperta eſt ſimulatio. 9. *De conſilio, de ſententia alicujus*, nach Rath und Meynung. De communi ſententia. De tuo conſilio hoc agam. 10. De induſtria, mit Fleiß. 11. De integro, vom neuen, von Anfange. 12. De ſcripto, ſchriftlich. 13. *De meo, de tuo, de ſuo*, von dem meinigen ꝛc auf meine Unkoſten. Potat de meo; ſumptum faciam de meo. 14. *Ab*, von. Jugera aliquot de filio emi. Agri de hoſtibus capti, Aecker, die man den Feinden weggenommen. De nuntiis hoc accepi.

Dea, æ, f. Göttinn. *Uſus.* Dii, Deæque immortales. Deæ vindices ſacinorum ac ſcelerum.

Dealbo, as, avi, atum, are. weißen. *Syn.* Tectorium induco. *Uſus.* Duos parietes de eadem fidelia dealbare.

Deambulatio, onis, f. Spaziergang. *Uſus.* Vel hæc me deambulatio, quamvis non laborioſa, ad languorem dedit.

Deambulo, as, avi atum, are. ſpazieren gehen. *Syn.* Ambulo, inambulo, obambulo, ſpatior. *Uſus.* Eamus deambulatum.

Deamo, as, avi, atum, are. ſehr lieben. *Syn.* Valde amo. V. *Amo.*

Dearmo, as, avi, atum, are. entwaffnen. *Syn.* Armis exuo. *Uſus.* Dearmatum hoſtem, exercitum ſub jugum miſit.

Deartuo, as, avi, atum, are. zergliedern. *Syn.* Quaſi per artus concido. *Uſus. Transl.* Deartuare opes.

Debacchor, aris, atus ſum, ari. toben, wüthen. *Syn.* Præ ebrietate valde furo. V. *Furo.*

Debello, as, avi, atum, are überwältigen, dem Kriege ein Ende machen. *Syn.* Expugno, victoria bellum finio. *Debellare eſt bello expugnare, pugnando vincere. Uſus.* Cum Antiocho uno prælio debellatum eſt. V. *Bellum finio, vinco.*

Debeo, es, ui, itum, ere. ſollen, müſſen, ſchuldig ſeyn. *Syn.* Oportet, convenit, opus eſt; faciendum eſt, ut &c. *Uſus.* 1. Juvare nos & maxime debebat, & poterat. 2. *Refertur ad res alienum:* Geld ſchuldig ſeyn. Multos mihi nummos debet. Talenta ducenta debet. 3. *Ad res alias*, etwas anders ſchuldig ſeyn. Hoc tibi beneficium debeo. Debeo hoc neceſſitudini noſtræ. Reipublicæ ſtudia omnia, meipſum debeo. Summam tibi gratiam debeo. V. *Æs alienum, debitum.*

Debilis, e, ſchwach. *Syn.* Infirmus, imbecillus, fractus, debilitatus, levis, mancus.)(*firmus. Paraſ.* 1. *Intemperantia debilem te fecit*; dein unmäßiges Leben hat dir die Kräfte benommen. Vires corporis tibi ademit vitæ ratio minime moderata; vires corporis tibi minuit, diminuit, deminuit, comminuit, infirmavit, debilitavit, abſtulit, afflixit tua incontinentia, nequitia, luxus, libido; vita intemperanter, immoderate, incontinenter acta, vita diſſolute, nequiter, ſine modo, luxurioſe traducta ad infirmitatem, ad imbecillitatem, ad tenuitatem corporis te adegit, adduxit; minus te firmum; validum, valentem, robuſtum, infirmiorem, imbecilliorem reddidit; longa intemperantia paulatim vires tibi carpſit, exhauſit; corporis vires labefecit, labefactavit; robur enervavit. 2. *Debili eſt ſtomacho*, er hat einen ſchwachen Magen. Stomachus illi languet; ſtomachi vis debilitata eſt, jacet; ſtomacho eſt languente, ſtomacho laborat; ſtomachus parum concoquit; ventriculo eſſe languenti, infirmo, imbecillo; ſtomachus parum valet; marceſcit cibi nondum concocti onere. V. *Stomachus.* 3. *Debili eſt valetudine*, er iſt von einer ſchwachen Geſundheit. Valetudine utitur infirma, imbecilla; viribus eſt parum firmis; corpore utitur non ſatis firmo; valetudine utitur incommoda, tenui, affecta; valetudine eſt valde imbecilla; magna in eo eſt virium imbecillitas; fractæ ſunt admodum

Digitized by Google

ac imminutæ vires. *Ufus.* Homo animo debilis, & corpore. Debilem præturam geſſit. Mancus, membris omnibus captus, ac debilis. V. *Valetudo, infirmus.*

Debilitas, tis, f. Schwachheit, Unvermöglichkeit. *Syn.* Infirmitas.)(*firmitas, integritas. Ufus.* Tarditas ingenii, ſtupor debilitasque linguæ. Hoc agunt, ut a ſe morbos, debilitates, dolores repellant. Bonum integritas corporis, miſeria debilitas. V. *Infirmitas.*

Debilitatio, onis, f. Schwächung. *Ufus.* Debilitatio atque abjectio animi.

Debilito, as, avi, atum, are. ſchwächen. *Syn.* Infirmo, frango, infringo, debilem facio, minuo, comminuo, exhaurio, nervos incido, corrumpo, enervo, affligo.)(*Confirmo. Phraſ. Debilitamur indies magis*, wir werden alleweil ſchwächer. Carpuntur vires, exhauriuntur; fractæ ſatiſcunt opes viresque; vis ſeneſcit, & prope ad nihilum venit; inciſis, exſectis, ſolutis nervis vires paulatim defluunt, *Ufus.* Tribunitios furores debilitare & reprimere. Ea mentio vocem mihi debilitavit, mentem dolore impedivit. Noli me, meam virtutem, ſpem luctu debilitare. Debilitata virtute, fracto animo. Afflictus, debilitatus, mœrens, dolore exanimatus. Urbs ipſa nervis omnibus exſectis debilitata, & ſoluta, abjecta metu, muta, fracta mala relinquitur. V. *Affligo, frango, debilis.*

Debitio, onis, f. Schuld. *Syn.* Debitum. *Ufus.* Nihil de emendo cogitat, debitione dotis ſatis torquetur. Diſſimilis eſt pecuniæ debitio, & gratiæ.

Debitor, oris, m. ein Schuldner. *Syn.* Is, a quo invito exigi pecunia poteſt.)(*Creditor. Ufus.* Pecunias creditas debitoribus condonare. Levior plaga eſt ab amico, quam a debitore.

Debitum, i, n. Schuld. *Syn.* Debitio, æs alienum, pecunia debita, nomen. *Adv.* Jam diu. *Phraſ.* 1. *Debita magna fecit*, er hat große Schulden gemacht. Æs alienum fecit, conflavit, contraxit; in æs alienum incidit; nomina fecit; nomina confecit plurima; æs alienum coëgit; ære alieno ſe obſtrinxit; æris alieni vim magnam contraxit. 2. *Magna habet debita*, er ſteckt tief in Schulden. Laborat vehementer ex ære alieno; ære alieno graviter premitur; urgentibus ſemper ſortem uſuris, gravi obrutus eſt fœnore; ære alieno oppreſſus eſt; in nominibus eſt plurimis; in ære alieno eſt; multum debet; æris alieni magnitudine demerſus gemit; animam debet; magno ære obſtrictus eſt; eſt in nominibus ex pecunia ſatis multa; æris alieni habet plurimum; ære alieno gravatus, obligatus eſt; obæratus plurimum. 3 *Debita repoſcere*, die Schulden einfodern. Nomina exigere, convenire, appellare de credito debitorem; nomina urgere; appellare de pecunia; debitorem admonere de pecunia. 4. *Debita ſolvemus*, wir werden die Schulden bezahlen. Nomina diſſolvemus, expediemus, exſolvemus; æs alienum exſolvemus, ſolvemus; ex ære alieno exibimus, libraque & ære nos liberabimus; ære alieno paulatim nos levabimus, liberabimus, contracta nomina expungemus, explicabimus, ſolvemus. 5. *Debitum antiquum novo debito expungere*, die alte Schuld zahlen, und eine neue machen. Verſuram facere, nomina transferre; verſura ſolvere. 6. *Debita vix ſolventur*, die Schulden werden kaum bezahlet werden. In ære alieno vacillant debitores; nomina impedita ſunt ut plurimum; vix ſolvendo ſunt debitores; vacillant nomina; inveteraſcit æs alienum. V. *Æs alienum. Ufus.* Fidei conducit in loco debitum ſolvere, retribuere. Turpe, debito fraudare creditorem.

Debitus, a, um. ſchuldig. *Syn.* Meritus, juſtus. *Ufus.* Debitam tibi juſtamque gratiam refero. Reddere officium alicui debitum. Mortem naturæ debitam patriæ impendit. Solvere juſtas debitasque pœnas. Debiti mihi honores ſunt habiti. Non injuſta, merita, debita iracundia fuit.

Deblatero, as, avi, atum, are. herplaudern. *Syn.* Stulte loquor. *Ufus.* Rem totam vicinis omnibus deblateraſti.

De-

Digitized by Google

Decanto, as, avi, atum, are. abſingen, oft wiederholen. *Syn.* Canto, celebro, pervulgo. *Uſus.* Decantata eſt fabula. Græcus doctor pervulgata præcepta decantat. V. *Cano.*

Decas, dis, f. eine Zahl von zehn.

Decedo, is, ceſſi, ceſſum, ere. abweichen. *Syn.* Cedo, discedo.)(*accedo Adv.* Alicunde, aliquando, de ſententia, plane. *Phraſ. Alicui de via decedere*, aus dem Wege gehen, ausweichen. De via concedere; dare viam; declinare ſe paulum extra viam; deflectere a via; cedere; divertere, declinare de via; iter dare, præbere. *Uſus* 1. Metellus de civitate, quam de ſententia decedere maluit. Inimicorum amentiæ, tribunitio furori, ac violentiæ deceſſit Cicero. Ex, *vel*, de provincia decedere. De poſſeſſione, de jure ſuo decedere coactus. 2. *Morior*, ſterben. Tum omnes deceſſerant. De vita, de ſtatione vitæ cum deceſſero. V. *Cedo*, *Morior.*

Decem, zehn.

December, ris. m. Chriſtmonat.

Decempeda, æ, f. Meßruthe. *Syn.* Inſtrumentum, quo terram metiuntur metatores. *Uſus.* Solis magnitudinem tanquam decempeda metiuntur mathematici. Cum architectis & decempedis villas multorum peragravit.

Decempedator, oris, m. Feldmeſſer. *Syn.* Agri metator. *Uſus.* Æquiſſimus agri publici & privati decempedator Antonius.

Decemviri, orum, m. zehn Männer zu Rom. Qui duodecim tabulas perſcripſere.

Decemviralis, e. dieſe zehn Männer angehend. *Uſus.* Ampliſſimum collegium decemvirale.

Decemviratus, us, m. das Amt dieſer zehn Männer. *Syn* Decemvirum magiſtratus & munus.

Decenter, gebührlich *Syn.* Decore. *Uſus.* Jura a majoribus decentiſſime ſcripta.

Decentia, æ, f. Gebühr, Anſtändigkeit. *Syn.* Convenientia, condecentia, venuſtas, decorum, ordo. *Uſus.* Venuſtatem, ordinem, & ut ita dicam, decentiam oculi videant, judicent.

Decerno, is, crevi, cretum, ere. verordnen, beſchließen. *Syn.* Statuo, conſtituo, in animum induco, deſtino; mihi certum, fixum, ratum, deſtinatum eſt, conſilium eſt, conſilium capio, judico, cenſeo, ſancio, decretum facio, decretum interpono, ſententiam dico, *vel* fero. *Adv.* Atrocius, ampliſſime de ſalute, caute, communiter, diligenter, fortiter de rep. gratias, honores, gravius, graviſſime, honorificentiſſime, injurioſe, juſte, libere, mature, nominatim de aliquo, ornatiſſime, plane, recte, ſapienter, ſevere de religione, varie, vere. *Phraſ. Decrevi*, *me Philoſophiæ dare*, ich bin entſchloſſen, mich auf die Weltweisheit zu begeben. Certum mihi eſt; definitum eſt; decretum mihi eſt; animus eſt; ſtat ſententia; ſtabile eſt, ita eſt ſententia; animum obſirmavi; in animo mihi eſt; in mihi conſilii eſt; animo propoſui; Philoſophiam mihi perſequi certa res eſt. V. *Conſtituo*, *ſententia*, *conſilium. Uſus.* 1. Honores alicui, triumphum, provinciam decernere. Contra, *vel* ſecundum aliquem decernere, wider, oder für einen den Ausſpruch machen. De eadem re alius alia decernit. 2. *Pugno*, *decerto*, ſtreiten. Uno judicio de fortunis omnibus decernere. Fac, ne ferro, ne armis decernatur. In ea pugna de ſalute reipublicæ decernitur. V. *Conſtituo*, *volo*, *ſtatuo*, *pugno.*

Decerpo, is, cerpſi, cerptum, ere. abbrechen *Syn.* Carpo, delibo, excerpo, aufero. *Uſus.* Nihil ſibi de iſta laude miles decerpſit. Cave, nequid jocus de gravitate decerpat. Humanus animus decerptus e mente divina. V. *Minuo*, *detrabo.*

Decertatio, onis, f. Streit. *Syn.* Dimicatio, concertatio. *Uſus.* Harum rerum decertatio Conſulibus permiſſa eſt. V. *Certamen.*

Deserto, as, avi, atum, are. kämpfen. *Syn.* Certo, depugno, dimico, concerto. *Adv.* Acerrime, cominus, ferro inter ſe, conteſtim, feliciſſime præliis. *Uſus.* jure & legibus diſceptando, vi & armis contra vim decertare. Summa con-

Digitized by Google

tentione cum æmulis decertat. Inter se acerrime decertant. V. *Certo.*

Deceſſio, onis, f. Abreiſe. *Syn.* Abitus, diſceſſus. *Epi.* Matura, moleſta, tarda. *Uſus.* 1. Sæpe de tua manſione & deceſſione communicat. Deceſſionis dies appropinquat. 2 *Detrimentum, diminutio,* Schmälerung. Neſcio, an acceſſionem *vel* deceſſionem de ſumma mihi attulerit. Nulla fieri acceſſio, vel deceſſio poterat:

Deceſſus, us, m. Abzug, Tod. *Syn.* Deceſſio, mors. *Uſus.* Amicorum deceſſu valde me ango. Deceſſus e provincia.

Decet, cuit. es gebühret ſich. R. *a δίκη, fas. Syn.* Convenit, decorum eſt, æquum eſt, par eſt, poſtulat jus, dignum eſt, aptum eſt.)(*dedecet. Phraſ.* 1. *Quod decet, ſectare,* thu, was ſich geziemt. Quod decorum; quod te dignum; quod e dignitate tua eſt; quod dignitati conſonum; quod tuum eſt; quod jus fasque eſt; quod tuarum partium eſt; quod ingenium, genus, ætatem tuam addecet, ſectare. Quod nec inhoneſtum, nec tibi indecorum eſt, ago; quod jus fasque concedit, nec præter decentiam eſt, id ſequere. 2. *Sapientem decet, non temere credere,* einem weiſen Manne ziehts zu, daß er nicht leichtgläubig ſey. Sapientis eſt, ſapientiæ iſtud eſt, non temere credere; ſapientis hæ partes ſunt; ſemper ſapientis eſt habitum; ſapientis officium eſt; pars magna prudentiæ eſt; ad ſapientem pertinet, fidem non temere quibusvis rumuſculis habere. V. *Honeſtum eſt, Refert, Convenit. Uſus.* Nihil decet invita, ut ajunt, Minerva. Quid deceat, quid aptum perſonis ſit, videat orator. Quem muliebris ornatus parum decet. Caput artis eſt decere.

Decido, is, cidi, ere. abfallen. *Syn.* Cado. *Phraſ. Ex equo decidit,* er iſt vom Pferde gefallen. Ad terram defluxit; ad terram delatus eſt; ex equo dejectus eſt; equo excuſſus eſt; ruente equo ad terram datus eſt; ex equo lapſus eſt, decidit; ſternacis equi ſucceſſu ad caſum datus eſt; equus hominem ſuper caput effudit. *Uſus.* De omnibus rebus decidimus. In miſerrimam conditionem decidit respublica. V. *Labor, cado.*

Decido, is, cidi, ciſum, ere, erörtern. *Syn.* Deciſionem facio; transigo, pactionem facio; decerno. *Phraſ. Nihil decidit,* er hat nichts entſchieden. Rem in medio reliquit; ſententiam dicere, ferre, pronuntiare non eſt auſus; nondum illi ſtabat ſententia; nondum explicatam habemus cauſæ noſtræ rationem; hæret, pendet, ſuſpenſa etiamnum eſt cauſæ noſtræ ratio. *Uſus.* Transigere & decidere cum aliquo. De ſumma aliquid decidere. Talentis decem decidiſti.

Decies, zehnmal. *Uſus.* Decies dixi.

Decimo, as, avi, atum, are, den zehnten Theil nehmen. *Syn.* Decimam partem accipio. *Phraſ. Decimare legiones,* den zehnten Mann vom Regimente hinrichten. Decimum quemque e legione ſupplicio afficere.

Decimus, a, um, der zehnte. *Uſus.* Hora diei decima.

Decipio, is, cepi, ceptum, ere. betrügen. *Syn.* Capio, circumvenio, fraudo, circumſcribo, alicui impono, fallo, ſupplanto, fucum facio, in fraudem impello, in errorem induco, verba do, errorem objicio, errorem incutio, in fraudem deduco, aucupor, induco, eludo. *Phraſ.* 1. *Non erat, quod me deciperes,* du hätteſt mich nicht betrügen ſollen. Spem falleres; per dolum atque insidias ageres; meam imbecillitatem aucupareris; in fraudem impelleres; me ludificares, deſtitueres, adverſariis traderes; omni fraude & perfidia falleres, improbiſſime fraudares. 2. *Sentio me a te deceptum,* ich merke es, daß ich von dir bin betrogen worden. Sentio, me tuis retibus captum, circumſcriptum, illuſum, deſtitutum, inductum, circumventum; captionibus tuis deceptum; tuis laqueis irretitum; fallaciis abductum, in fraudem inductum; fraude irretitum, circumventum, captum. 3. *Artes decipiendi omnes tenes,* du biſt ein betrogener Menſch, biſt voll des Betrugs. Totus ex fraude & mendacio factus videris; ex fraude, fallaciis, mendaciis totus conſtare, con-

Digitized by Google

consutus esse videris; ad omnem fraudem callidus; fallax, & omni artificio simulationis eruditus; ingenio ad fallendum parato; qui nihil nisi dolos, fallacias, machinas, præstigias animo disponas; non nisi dolos nectas; intendas; non tam virtute, quam dolo contendas; insidiis nitaris. 4. *Facile est, puerum decipere*, **es ist leicht einen Knaben zu berücken.** Facile est, puerum in fraudem conjicere, deducere; puero errorem offundere; fucum facere, caliginem offundere puerorum mentibus; insidiis captare; dolis ludere; dolis ductare; fallaciis irretire; fallaciis eludere; in fraudem illicere; lactare verbis fallacibus; verba dare puero; falsa spe producere puerum; in errorem ducere; dolis incessere; circumducere puerum; facile est obrepere imprudenti; verba ex insidiis imprudenti dare; puerum dolo capere; in fraudem implicare. 5. *Graviter decepit*, **er hat gräulich betrogen.** Fraudem concepit, suscepit maximam; fraudem fecit, admisit sane turpissimam; dolos consuit non paucos; dolum commolitus est, adhibuit nefarium; fallaciam intendit dictu audituque fœdam; fraude ac dolo aggressus est nefario; fraudem struxit, commentus est sane atrocem. 6. *Deceptus sum vehementer*, **ich bin sehr betrogen worden.** Opinio me fefellit; falsa me opinio tenuit; ductus sum falsa spe; spes me frustrata est; in fraudem incurri, incidi; in fraudem delatus, deductus, inductus, conductus, conjectus sum; pro re vera falsam spem domum retuli; per imprudentiam, aliena perfidia deceptus sum; circumscriptus ac circumventus sum; error est mihi objectus; dolo captus sum; mendaciis oneratus sum; ludificatus & emunctus sum probe; fucus mihi factus est; in fraudem illectus; in errorem implicatus; in fraudem impulsus sum; in fraudem delapsus sum. *Usus.* Spem meam admodum decepit. V. *Fallo, Fraus.*

Decisio, onis, f. Entscheidung. *Syn.* Transactio. *Usus.* Decisionis arbiter Cæcilius.

Declamatio, onis, f. **Uebung im Reden.** *Syn.* Domestica & umbratilis exercitatio, qua tirones eloquentiæ a magistro exercentur. *Epi.* Quotidiana, senilis, vulgaris, pervulgata. *Usus.* Vulgaris, pervulgata declamatio.

Declamator, oris, m. **ein Redner, Schreyer.** *Usus.* Quis eum declamator ad clepsydram latrare docuit? Videor mihi cum aliquo declamatore disputare. Declamator de ludo.

Declamatorius, a, um. **zur Uebung im Reden gehörig.** *Usus.* Pueri declamatorio illo genere delectantur,

Declamito, as, avi, atum, are. **öfters eine Rede halten.** *Usus.* Græci annos plures sedentes declamitant.

Declamo, as, avi, atum, are. **eine Rede ablegen.** *Syn.* In declamationibus exerceor, exercitatione quasi ludicra prædisco & meditor. *Adv.* Impune in quemvis, vehementissime. *Usus.* Insanus ille contra me vehementer declamavit; causam declamare.

Declaratio, onis, f. **Erklärung.** *Epi.* Jucundissima. *Usus.* Liber iste quantam habet declarationem amoris erga me tui!

Declaro, as, avi, atum, are. **erklären, kundbar machen.** *Syn.* Significo, planum facio, demonstro, ostendo, indico, pronuntio. *Frequentius ad facta pertinet, quam ad dicta. Adv.* Aperte, apertius litteris, facilius benevolenitam, obscure, parum, plane, maxime. *Usus.* Populus universus me consulem declaravit. Declaravit eo facto, quanti me faceret. Declarant ista acumen ingenii tui. Abundantia & satietas rerum copiam declarat. Mentem tuam illis litteris non satis declarasti. V. *Aperio, significo, explico.*

Declinatio, onis, f. **Abweichung.** *Syn.* Flexio. *Epi.* Honesta periculi, naturalis, parva. *Usus.* Nullum animal est, cui non sua appetitio naturalis est & declinatio. Declinatio brevis a proposito.

Declino, as, avi, atum, are. **ablenken, abweichen.** *Syn.* Deflecto, decedo, vito, de via deducor.)(*appeto, adscisco. Adv.* Aliquantulum

Digitized by Google

lum à propoſito, diligentius à vitiis, naturaliter paululum, recte, impetum declino. *Phraſ. Declinare ictum*, dem Streiche ausweichen. Parva declinatione corporis ictum effugere; exire, excedere tela, intentos gladios. *Uſus.* 1. Declinat a propoſito, deflectitque ſententiam. De via declinavi paulum. 2. *Fugio, devito*, entweichen, vermeiden. Laqueos judicii, vitia, periculum declinare. Declinare de ſtatu ſuo. V. *Vito, decedo.*

Declivis, e. abhängig. *Syn.* Inclinatus, incurvus. *Uſus* Collis a ſummo æqualiter declivis; præceps & declivis locus.

Declivitas, tis, f. abhängige Lage. *Syn.* Inclinatio. *Uſus.* Exiguum loci ad declivitatem faſtigium magnum habet momentum.

Decoctor, oris, m. Verſchwender. *Syn.* Qui ſuam rem confecit, dilapidavit, inficiator, fraudator. *Uſus.* Exercitus e ſenibus, mendicis, decoctoribus collectus.

Decolor, oris, *g. o.* abgeſchoſſen, ohne Farbe. *Syn.* Sine colore, quod colorem amiſit. *Uſus.* Sanguis decolor. V. *Deformis.*

Decoloratio, nis, f. Entfärbung. *Syn.* Livor, pallor.

Decoloro, as, avi, atum, are. entfärben. *Uſus.* Mortuum deformatum, rumore perditum, corpore decolorato conſtat fuiſſe.

Decoquo, is, coxi, coctum, ere. verſchwenden, einkochen. *Syn.* Male rem gero, conturbo. *Uſus.* Fortunæ vitio, non ſuo decoxit. Agrum ſuum intra annum decoxit. Alea, potatione, ſcortatione decoxit. V. *Nepos, conſumo, abligurio, prodigo.*

Decor, oris, m. Zierde, Schönheit. *Syn.* Species, formæ gratia, quod decet. *Uſus.* Metaphraſtus virtutem decore ſuo ſpoliavit.

Decore, zierlich. *Syn.* Decenter. *Uſus.* Loqui ad rerum dignitatem apte & decore.

Decoro, as, avi, atum, are. zieren, Lob geben. *Syn.* Celebro, orno, honeſto.)(*dedecoro. Uſus.* Hos majores noſtri omni laude, triumpho, honoribus decorarunt, auxerunt, honeſtarunt. V. *Orno, honeſto, colo.*

Decorum, i, n. Ehrbarkeit, Anſtändigkeit. *Syn.* Decus. *Uſus.* Ut in vita, ſic in oratione nihil eſt difficilius, quam quod deceat; πρέπον *appellant Græci, nos* decorum *dicamus.* Scio, quid gravitas veſtra, quid hæc advocatio, quid ille conventus, quid dignitas populi Romani, quid periculi magnitudo, ætas mea, honos, decorum denique poſtulet, V. *Indecorum, Decet.*

Decorus, a, um. zierlich, anſtändig. *Syn.* Decus, conveniens, πρέπον, conſonus. *Uſus.* Mihi eo ire decorum viſum non eſt. Aurum & ad uſum aptum eſt, & ad ornatum decorum. Nihil magis decorum, quam æqualitas univerſæ vitæ. Quod non decorum eſt, nec Diis dignum.

Decrepitus, a, um. gar alt. *Syn.* Senectute confectus, invalidus, qui ſumma ſenectute eſt. *Uſus.* Triſtis ac decrepitus ſenex.

Decreſco, is, crevi, ere, abnehmen. *Syn.* Subfideo, decedo. *Uſus.* Conchylia omnia cum luna creſcunt & decreſcunt, *ſeu exhauriuntur.*

Decretum, i, n. Schluß. *Syn.* Conſultum, ſcitum, interdictum. *Epi.* Egregium, juſtum, interpoſitum, ſeverum, liberaliſſimum, obſignatum, præclarum, ſtabile, fixum, ratum, vetus. Decreta ampliſſima atque ornatiſſima, divina atque immortalia, falſa, firma, graviſſima, honeſtiora, honorificentiſſima, magnificentiſſima, multa, nova, ornatiſſima, ſuperiora. *Uſus.* Decretum facere, interponere. Decreti tabulas figere. Quis conſulum illorum decretum comprobabit; honeſtiſſimum a ſenatu decretum abſtuli, obtinui. V. *Conſilium, ſententia.*

Decuma, æ, f. der zehnte Theil. *Syn.* Decima pars, quam orator decumano dat. *Epi.* Certæ, magnæ, reliquæ. *Uſus.* Decumas conducere, exigere acriter. Dare decumas, & accipere. Decumis rempublicam defraudare.

Decumanus, i, m. Zehendeinnehmer. *Syn.* Publicanus, qui decumas exigit. *Epi.* Miniſtri ac ſatellites cupiditatum ſuarum, principes & quaſi

Digitized by Google

quasi senatores publicanorum. *Usus.* Omnia consumis cum decumano.

Decumbo, is, cubui, cubitum, ere. **niederliegen.** *Syn.* Cubo, jaceo.)(*Sto. Usus.* Honeste, turpiter decumbere. V. *Cubo.*

Decuplus, a, um. **zehnfältig.** *Syn.* Decies tantum.

Decuria, æ, f. **Rotte von zehn Mann.** *Syn.* Classis, ordo judicum Romæ, a decies centenis judicibus appellatus, qui in singulis curiis sedebant. *Usus.* Non suæ decuriæ munere, neque ex lege sedit. Lex promulgata est de tertia decuria judicum.

Decuriatio, onis, f. **Abtheilung in gewisse Rotten.** *Syn.* In curias distinctio & descriptio. *Usus.* Decuriatio tribulium, descriptio populi.

Decurio, as, avi, atum, are. **in Rotten abtheilen.** *Syn* In curiam adscribo. *Usus.* Cum vicatim decuriarentur servi & conscriberentur. Decuriatos habere exercitus peditum.

Decurio, nis, m. **Rottmeister.** *Syn.* Quasi senator in municipio, *vel* conventu. *Usus.* Factus est Neapoli decurio.

Decurro, is, curri, cursum, ere. **hinablaufen, vollenden.** *Syn.* Conficio, transigo. *Adv.* Bellissime, cupide ad jura, breviter. *Usus.* Jam ad calcem decursum est, nec velim decurso spatio ad carceres revocari. Prope acta & decursa. Quæ a te breviter decursa sunt, audire cupio, **was du kürzlich durchgegangen, das möchte ich noch einmal hören.**

Decursio, nis, f. **Lauf, Turnier.** *Syn.* Excursio. *Usus.* Decursionibus equitum ea loca vastavit.

Decursus, us, m. **Verlauf.** *Syn.* Spatium, functio. *Usus.* Decursus mei temporis. Honorum decursus. V. *Curriculum.*

Decurto, as, avi, atum, are. **abkürzen.** *Usus.* Decurtata oratio.

Decus, oris, n. **Ehre, Lob, Zierde.** *Syn.* Honor, laus, dignitas, honestas, ornamentum.)(*Dedecus. Usus.* Decus & ornamentum senatus Cicero. Populi decus & lumen Pompejus. Verum decus in **virtute** positum est. Nati sumus **ad laudem & decus.** V. *Decet.*

Decusso, as, avi, atum, are. **kreuzweise stellen.** *Syn.* In formam litteræ X diduco, divido, constituo, per medium seco.

Decutio, is, cussi, cussum, ere. **abschlagen, abschütteln.** *Syn.* Dejicio. *Usus.* Summa papaverum capita decussit.

Dedecet, cuit. **es geziemet sich nicht.** *Syn.* Indecorum est.)(*decet, decorum est. Phras. Nostris moribus nefas habetur*, **bey uns geziemet es sich nicht.** A decore alienum est; minime decorum est; abhorret a nostris moribus, moribus nostris non est consentaneum; haudquaquam decorum est; præter decorum est; nefas est. *Usus.* Oratorem irasci dedecet, simulare decet. V. *Decus, indecorum, inhonestum.*

Dedecoro, as, avi, atum, are. **schänden** *Syn.* Turpifico. *Usus.* Urbis & magistri auctoritatem dedecorasti.

Dedecus, oris, n. **Schande, Unehre.** *Syn.* Turpitudo, nota turpitudinis, infamia, probrum, labes, macula, ignominia, labes turpitudinis, opprobrium, flagitium. *Epi.* Æternum, commune, detestabile, domesticum, maximum, sempiternum, summum, tantum. *Phras.* 1. *Vide, ne dedecori sis majoribus*, **sieh, daß du deinen Vorfahren nicht zur Schande seyst.** Ne vita tua insigni turpitudine notata atque depressa dedecore & infamia illis probro vertat; ne ignominia afficias; ne macula turpissima genus tuum notes; generi tuo ignominiam inuras; ne hanc labem tot scelerum in familia relinquas; ne sempiternam turpitudinis notam inuras; dedecus tuis imprimas; najorum famam probris flagitiisque tuis violes; nomen familiæ tuæ iis maculis obscures, quæ nulla temporum longinquitate abstergi possint. 3. *Æternum dedecus incurristi*, **du bist in ewigen Schimpf und Schande gerathen.** Æternam ignominiæ labem subiisti; sempiternam tibi ignominiam imposuisti; æterna tibi est inusta infamiæ nota; asperfisti atque inquinasti te maculis infamiæ sempiternis; spem tibi omnem futuræ dignitatis ademisti; nullam tibi in posterum dignitatis partem reliqui-

Digitized by Google

sti; infamia eris seculi tui; turpitudinis hanc labem, qua te infeciſti, dedecus conſequetur ſempiternum; contractam turpitudinis notam nulla temporum diuturnitas delebit; hærebit ea labes nomini tuo; inſidebit macula ac inveteraſcet, nec ulla temporis diuturnitate abolebitur. 3. *Dedecori ſibi ducit*, er nimmt es für einen Spott auf. Probro, dedecori, vitio ſibi vertit, dat; pudori eſſe ſibi reputat, turpe putat; haud a vitio abeſſe cenſet; maculam inferri, labem aſpergi, notam inuri ea re ſibi autumat; crimini, vitio ſibi dandum, vertendum dedecori; fraudi fore exiſtimat; dedecus, turpitudinem in ea re conſtitutam cenſet; ne qua inde in ſe redundet infamia, nequod dedecus emergat, veretur. *Uſus.* Vide, nequid dedecoris admittas, concipias, ſuſcipias; ne in dedecus incurras, in dedecore voluteris. V. *Contumelia*, *infamia*, *labes*, *macula*, *nota*.

Dedicatio, onis, f. Weihung, Zueignung, Zuſchrift. *Syn.* Conſecratio. *Epi.* Religioſa, ſuperſtitioſa. *Uſus.* Poſtem teneri in dedicationibus templorum oportet. Memoria conſecrati ſolenni religione templi, Kirchweih.

Dedico, as, avi, atum, are. weihen. *Syn.* Sacro, conſecro, religioſum facio, religionem in aliquem locum infero, aliquem locum religione devincio. *Phraſ.* 1. *Templum dedicavit*, er hat die Kirche geweihet. Sempiterna religione obligavit; religione devinxit; religioſo ritu conſecravit; DEO ſacravit; divino cultui addixit; dedicationem celebravit. 2. *Multis de cauſis hunc librum tibi dedicare volui*, um vieler Urſachen halber habe ich dir dieſes Buch zuſchreiben wollen. Librum hunc nuncupare, inſcribere, offerre volui; multæ me impellunt cauſæ, multæ ſunt cauſæ, quæ me moveant, ut has meas vigilias ſub tui nominis clypeo, auctoritate, fulgore, ſplendore edam, emittam; ut has incubrationes meas prodire, exire, in lucem prodere, in publicum edere, ſub nomine tuo apparere velim. V. *Conſecro*. *Uſus.* Smyrnæ delubrum Homero dedicatum eſt. Ædes Caſtori & Polluci dedicata, dicata, conſecrata. V. *Conſecro*, *dico*.

Dedignor, aris, atus ſum, ari. uns würdig achten. *Syn.* Indignum habeo, contemno. *Uſus.* Amicum dedignari. V. *Contemno*.

Dediſco, is, dedidici, ere. verlernen, vergeſſen. *Syn.* Quæ didici, obliviſcor. *Uſus.* Juventus noſtra dediſcit pene docendo.

Deditio, nis, f. Uebergabe. *Syn.* Subjectio, cum quis ſe in hoſtium poteſtatem tradit. *Phraſ.* 1. *Ad deditionem obſeſſos invitare*, die Belagerten zur Uebergabe bereden, auffodern. Spe honeſtarum pactionum, honeſtorum pactorum ad deditionem impellere, inducere; deditionem ſpe pactorum maturare. 2. *Ad deditionem cogere*, zur Uebergabe zwingen. In deditionem redigere; ad deditionem ſubigere; ad deditionem trahere. 3. *Deditionem facere*, übergeben. Deditionem ſubire; in deditionem venire, concedere; ſe jus deditionemque victoris dare obſeſſam urbem; poteſtatis alienæ facere, in hoſtium ditionem urbem, agros, divina humanaque omnia dare; urbem, aquam, agros, terminos, divina humanaque omnia in hoſtium ditionem dedere; libertatem ſuam fidei ditionique victoris permittere; ſe victori hoſti permittere; in poteſtatem victoris fidemque permittere; ad conditiones deſcendere. V. *Conditio*. 4. *Per deditionem urbem capere*, eine Stadt durch Uebergabe bekommen. In deditionem accipere, recipere; urbem in deditionem accipere. 5. *Deditionem omittere*, die Uebergabe unterlaſſen. Deditionem abrumpere, deſerere; a paciſcendi conſilio abire, recedere. *Uſus.* Ad deditionem invitare. Deditionem facere. Deditionem ſpectant, ſie denken ſchon von der Uebergabe? V. *Conditio*, *dedo*.

Dedititius, a, um. der ſich freywillig übergiebt. *Uſus.* Id decretum ad dedititios pertinet.

Deditus, a, um. ergeben. *Adv.* Mirifice. *Phraſ.* *Homo litteris deditus*, einer, der dem Studiren ſehr ergeben iſt. Litterarum ſtudio flagrans unicus litterarum ſectator. *Uſus.* Puer his ſtudiis maximo deditus. Auctoritati ſenatus, gratiæ ali-

Digitized by Google

alicujus & voluntati deditus. Adſtrictum me tibi ſemper, magnopere deditum, addictum penitus habebis. V. *Obnoxius.*

Dedo, is, dedidi, deditum, ere. **ergeben.** *Syn.* Addico, do, trado, mancipo, quaſi conſecro. *Phraſ. Dedere ſe victori*, **ſich dem Feinde ergeben.** Armis poſitis ad victoris fidem confugere; ditioni victoris ſe permittere; ſe ſuaque omnia victoris arbitrio poteſtatique permittere; in victoris ditionem voluntaria deditione concedere; rempublicam ſine dimicatione in manum victoris tradere. V. *Deditio. Uſus.* Patriæ nos totos dedere, in ea noſtra omnia ponere, & quaſi conſecrare debemus. Alicui arti ſe totum dedere. Toto animo libidini, deſidiæ, ægritudini, luctui dedere. Mancinum hoſtibus dedidere Romani. V. *Trado, deditio.*

Dedoceo, es, ui, doctum, ere. **abgewöhnen.** *Syn.* Ab eo, quod quis doctus eſt, abduco, ſecus doceo. *Uſus.* Dedocendus ille potius fuerat, quam docendus.

Deduco, is, duxi, ductum, ere. **abführen.** *Syn.* Abduco, revoco, removeo, detraho, deductionem facio. *Adv.* Neceſſaria, gradatim, de publico, auſpicato, omnino, ſenſim. *Uſus.* 1. In campum aliquem, domum, ad judicium, ex provincia, de via deducere. Præſidia deducere oppidis. 2. *Adduco rem in locum aliquem & ſtatum*, **eine Sache in Ort und Stand bringen.** Eum in locum res deducta eſt; huc rem deduxit, ut &c. 5. *Transfertur ad animi motus*, **abwenden, abwendig machen.** Ab voluntate, mente, conſilio bono, ſententia, cœpto aliquem deducere, dimovere. Nunquam me divitiæ de fide, ab animi lenitate deducent. Oratione ab triſtitia, de pravitate animi illum deduxit. 4. *Detrabo*, **abziehen.** Centum nummos ei deduxi. Addendo deducendoque vide, quæ ſumma fiat reliqua.

Deductio, nis, f. **Abführung.** *Syn.* Derivatio. *Epi.* Admirabilis, crudelis, miſera militum. *Uſus.* 1. Mirabilis illa aquæ Albanæ deductio. Rivorum e fonte deductio. 2. *Detractio*, **Abzug.** Certis nominibus deductiones fieri ſolent.

Deductor, oris, m. **Begleiter.** *Syn.* Qui honoris cauſa aliquem deducit. *Uſus.* Deductorum officium majus eſt, quam ſalutatorum.

Deerro, as, avi, atum, are. **ſich verirren.** *Syn.* Erro, aberro. *Uſus.* Ne deerret orator ab eo, quod cœpit exponere. In itinere deerravimus. V. *Erro, aberro.*

Defæco, as, avi, atum, are. **von Hefen reinigen.** *Syn.* A fæcibus purgo. *Uſus.* 1, Vinum defæcatum. 2. *Transl.* Animus defæcatus, omni anxietatum & dolorum ſorde vacuus.

Defatigatio, nis, f. **Abmattung.** *Syn.* Laſſitudo. *Uſus.* Nequa poſſit defatigatio animum tuum retardare. Corpora defatigatione & exercitatione ingraveſcunt, animi levantur.

Defatigo, as, avi, atum, are. **müde machen.** *Syn.* Defatigationem, laborem, laſſitudinem, languorem affero. *Uſus.* Aliquem negotio aliquo defatigare. Noli conſervanda republica defatigari. Non conquieſcam nec defatigabor, donec &c. V. *Fatigo.*

Defectio, nis, f. **Abfall.** *Syn.* Defectus. *Phraſ.* 2. *Defectionem ſuadere*, **zum Abfalle rathen.** Ad defectionem ſermonibus ſeditioſis trahere, invitare, ſolicitare. 2. *Defectionem parare*, **vom Abfalle gedenken.** Defectionem moliri, attentare; ad defectionem ſpectare; defectionis tempus circumſpectare. 3. *Defectionem facere*, **abfallen.** Aperte ad hoſtem deſciſcere; deſciſcere ad fortunam hoſtis; defectionem facere; defectionem inire; ad hoſtes deficere. *Uſus.* 1. Solis ac lunæ defectiones, **Finſterniſſen.** Defectio virium adoleſcentiæ vitiis tribuenda eſt potius, quam ſenectuti. Defectio animi, **Ohnmacht.** Intemperantia eſt a recta mente defectio, a virtute defectio. 2. *Animi, ſtudiique abalienatio*, **Abneigung des Gemüths.** Neſcio, a quibus defectionis initium ſit exortum. V. *Deficio, deſciſco, ſeditio, rebellis.*

Defectus, us, m. **das Abnehmen.** *Syn.* Defectio. *Uſus.* Luna a defectu ſuo in initio recurrit. *Defectus pro* animi vitio *vel* labe, **Mangel**, *vulg. eſt.*

De-

Digitized by Google

Defectum, i, n. Fehler. *Syn.* Malum. *Usus.* Ille quotidie defecti aliquid afferebat ad eos, a quibus audiebatur.

Defendo, is, di, sum, ere. schützen, schirmen. Tego, protego, propugno, adsum, studeo, foveo; pro aliquo dico, verba facio, causam alicujus suscipio, *vel* ago, tueor, injuriam prohibeo, calamitate *vel* periculo prohibeo, complector, sustineo.)(*oppugno. Adv.* Accurate, acerrime, animose, audacter, benigne, constantissime, copiosissime, diligentissime, diu multumque, facillime, feliciter, fortiter, gravissime & verissime, honestissime, uberius, libere, magnopere, negligenter, ornatissime, diligenter, præclare, precatio, prudentissime, publice, pugnatissime. religiose, sane, animose, segnius, simpliciter, timide, vehementius, vere, versutius, vix satis honeste, usque ad extremum causæ, vulgo in judiciis, studiose. *Phras.* 1. *Semper te defendam*, ich werde dich allezeit schützen. Pro tuis fortunis loquar; propugnationem & defensionem tuæ dignitatis suscipiam; in meis castris prædiisque versaberis; inimicorum impetus propulsabo; meo patrocinio te sustentabo; tuam causam quam accuratissime tutabor; tela a cervicibus tuis depellam; tui patrocinium suscipiam; defensor periculi tui, & propugnator; ultor hostium tuorum, restitutor salutis tuæ ero, sub umbra mea tuto delitesces; sub tutela mea acquiescs; innocentiam tuam protegam, fulciam; vim arcebo; propulsabo injuriam; ab injuria prohibebo; semper a te stabo; tuas partes sequar, tuebor; adero causæ tuæ; ab injuria vindicabo; vel capitis periculo tuebor; pro salute tua vel in capitis discrimine, me offeram, vel corporis oppositu intenta jugulo tela prohibebo. 2. *Urbem strenue defendit*, er hat die Stadt tapfer wider den Feind beschützt. Oppugnationem urbis fortiter sustinuit; urbem oppositu corporum sustentavit; vim hostium feliciter prohibuit; urbem ab injuria hostium prohibuit, vindicavit; bellum illatum mœnibus fortiter sustinuit, propulsavit; nullum locum nocendi oppido dedit; pro nudata mœnibus patria corpora opposuit fortissimorum civium, urbemque e periculo eripuit; nihil ab illo prætermissum, quo vim hostium arceret; justitium indictum, custodiæ in portis, vigiliæ vicatim exactæ, arma, tela in muros congesta, juvenes sacramento adacti; vires omnes ad salutem patriæ collatæ; patriæ acerrimus propugnator ac defensor fuit urbem ab exitio, interitu servavit, liberavit urbem fortiter tutatus est; pro patriæ salute corpus suum hostibus strenue opposuit, objecit; tela, faces a civitatis jugulo depulit, avertit; pro salute patriæ defendenda nervos omnes contendit; propugnator ac custos urbis extitit, terror hostium, spes, subsidiumque patriæ. 3. *Defendam me pro virili parte*, ich werde mich wehren, so gut ich kann. Jus meum armis exequar; partes has suscipiam strenue; causam meam acturus sum fortiter; nullum nocendi mihi locum adversario dabo; impetum adversarii sustinebo fortiter, vimque armis repellam; injuriam vel capitis periculo propulsabo; honoris, dignitatis, fortunarum mearum defensionem strenue suscipiam. V. *Tuor, foveo, complector, arceo, prohibeo. Usus.* Pericula civium, injuriam prohibere, defendere. Uva vestita pampinis solis ardores defendit. Nunquam quid defendit Carneades, quod non probarit. Defendere aliquem de ambitu. V. *Tueor, studeo, faveo.*

Defensio, nis, f. Schutz, Schirm. *Syn.* Propugnatio, patrocinium, tutela. *Usus.* Defensionem tui libenter suscepi, in suscepta perseverabo. V. *Defendo.*

Defensito, as, avi, atum, are. oft vertheidigen. *Syn.* Defendo. *Adv.* Studiose. *Usus.* Causas defensitare.

Defensor, oris, m. Beschirmer. *Syn.* Propugnator, patronus, tutor, advocatus, adstipulator, custos, qui aliquem in fidem suam suscepit, quem quis patronum adoptat, qui aliquem habet suæ fidei commendatum.)(*Oppugnator, adversarius. Epi.* Acerrimus, assiduus, constantissimus, diligentissimus, fi-

Digitized by Google

delis, idoneus, nimium ligiosus consuetus ad rixas, ineptus ac stultus inter viros, inter mulieres, peritus juris ac calidus, magnus. Defensores studiosissimi, multi, perpetui *Ejus* Defensor custosque libertatis. Propugnator senatus, patronus publici consilii, defensor vestræ voluntatis. Defensorem sibi aliquem constituere, adoptare, repudiare. V. *Patronus, advocatus.*

Defero, fers, tuli, latum, ferre. tragen, bringen. *Syn.* Nuntio, affero, significo. *Usus.* 1. Ille ad senatum detulit. Res ad senatum delata est. Te valere, omnes ad nos deferunt. Acerbum mihi nuntium defert 2. *Tribuo, trado, credo, concedo, refero,* übergeben, anvertrauen, Ehren halber antragen. Universum studium meum & benevolentiam ad te defero. Regnum illi detulit. Voluntatem ei meam ac studium per litteras detulit. Plura, quam velim, mihi detulit senatus. Omnia illi defert. 3. *Adduco,* hinbringen. Munus ad aliquem deferre. Bona fortuna me ad hunc magistrum detulit. 4. *Accuso,* angeben. Meum nomen ad judices detulit. De ambitu, de parricidio me detulit. V. *Prodo.*

Deferveſco, is, ferbui, ere. erkalten, abkühlen. *Syn.* Refrigeror. *Usus. Transl. ad animum.* Dum adolescentiæ cupiditates, dum ira deferveſcat. V. *Refrigere, remitto.*

Defeſſus, a, um. müde. *Syn.* Fatigatus, laſſus, languens, fractus labore, in laſſitudinem datus. *Usus.* Languentem & defeſſum ad priſtinam virtutem revocavi. Animi negotiis defeſſi; aures convitio defeſſæ; defeſſus labore & itinere, æſtu disputationis. V. *Fatigo.*

Deficio, is, feci, fectum, ere. mangeln, abnehmen. *Syn.* Deſum.)(*Abundo. Adv.* Plane ab aliquo. *Phraſ.* 1. *Vires meæ deficiunt,* die Kräfte nehmen ab. Vires mihi deſunt; ætate oblanguere; mature nimium & celeriter defloreſcunt anni; defeſſus, refrigeratus membrorum vigor decidit; defluit ætas, ac velut longo intervallo viriditatem amittit; flaccoſcit, claudicat valetudo; labitur, conſeneſcit, ad extremam tabem corpus venit; defluunt laſſitudine vires; effluunt laſſitudine, decidunt, dilabuntur; vires me deſerunt; vires ſeneſcunt; hebeſcit virtus; per ætatem vires & ingenſum defluxere; vix ſpiritum duco, & inter manus ſociorum collabor; exareſcit vigor illo mentis; hebeſcit ingenii acies; corporis dignitas. ac oris gratia obſoleſcit. V. *Deſtituo, debilis.* 2. *Multum deficit a ſeipſo,* er hat ſehr aus der Art geſchlagen, iſt ganz anders geworden. Multum diſceſſit a ſeipſo, a fide, officio, mente, conſtantia; deſcivit a morum candore, a virtute; ab laudato vitæ curſu multum deflexit; in alios longe mores abivit, multum remiſit de laudato virtutis ſtudio; vix eundem hominem dices, ita a ſe diſſidet; parum jam conſtat ſibi. V. *Diſſimilis, mutor.* 3. *Defecerunt a Romanis multi populi,* viele Völker ſind von den Römern abgefallen. Deſ ivere, detractarunt imperium; abrupere ſe ab Rom. imperio; magna defectio facta eſt; ſolicitatis ad defectionem animis rebellionis crimen late vagatum eſt. Provinciæ ingenio feroces ac rebellatrices aperte deſcivere; jugum excuſſere, ditione populi Rom. ſe ſubtraxere. V. *Defectio, infidelis.* 4. *Deficere a fide,* vom Glauben abfallen, abtrünig werden. Abrumpere ſe a recte credentium cœtu; Eccleſiæ Chriſti jugum excutere; ejurare avitam religionem; nuntium remittere ſacris avitis; a data Chriſto fide deſciſcere; Chriſti ſacra deſerere; ad impiorum caſtra transfugere. V. *Apoſtata. Usus.* 2 Vires, vox, ſolatia me omnia deficiunt. Spes me, non voluntas deficit. Tempus me citius & dies, quam oratio deficiet. *Deficit mihi aliquid. vulg.* 2. *Minuor, defectum patior,* vermindert werden, einen Abgang leiden. Sol, luna deficiunt. Animo non deficiam. Calor nativus me deficit. Animo & conſilio non deficiam. 3. *Deficio,* alienus *ſum,* abfallen. Multi ab imperio & nomine populi Romani defecere. Difficile eſt amicitiam manere, ſi a virtute defeceris. Quantum a te, a tua dignitate &

con-

Digitized by Google

constantia defecisti. V. *Minuo*, *defectio*, *infidelis*.

Defigo, is, fixi, fixum, ere. einstecken. *Syn.* Colloco, pono, figo, intendo, immitto. *Usus* 1. Sicam in consulis corpore defigere, dem Bürgermeister ein Stilet in den Leib stoßen. Virtutes altissimis radicibus defixæ. 2. *Transl.* Omnes curas in salute reipublicæ defigere. Sententiam suam in aliorum mentibus defigere, seine Meynung tief in das Herz der andern eindrücken. In omnium fortunas oculos imprudentes spe ac cupiditate defigere

Definio, is, ivi, itum, ire, ein Ziel setzen. *Syn.* Definitione explico, quid aliquid sit, constituto, describo. *Adv.* Accomodatius ad intelligentiam popularem, bene, breviter, explanatius, generaliter, uberius, presse & anguste. pressius, probe, similiter, squalidius. *Usus.* 1. Aliquid breviter illustrare, verbisque definire presse & anguste. Philosophorum more rem definire. 2. *Metior*, *terminis circumscribo*, *complector*, *termino*, messen, einschränken, endigen. Mala dolore, bona voluptate definiunt Epicurei. Potestatem illi definit in quinquennium. Quam vitæ rationem teneam, mihi, quæso, definias. Optimas sibi sedes, hortosque definiunt. Illi orbes cœlestes, qui aspectum nostrum definiunt. V. *Termino*, *finio*.

Definite, ausdrücklich. *Syn.* Aperte, finite. *Usus.* Lex illa definite Pompejo potestatem fecerat, civitatem donandi.

Definitio, nis, f. Beschreibung, deutlicher Begriff. *Syn.* Descriptio. *Epi.* Aperta & apta, explicata, honesta. mala, subtilis, vera, utilis, definitiones conglobatæ, plures. *Usus.* Definitio est rerum opertarum patefactio, evolutio involutarum.

Definitivus, a, um. erklärend. *Usus.* Definitiva constitutio.

Definitus, a, um. bestimmt, beschlossen. *Syn.* Certus, decretus, constitutus. *Adv.* Fataliter, similiter, propemodum. *Usus.* Nondum certum & definitum est de itinere consilium. Definita animi moderatio.

Defit, es mangelt. *Syn.* Deest. *Usus.* Mihi nunc animus potius defit, quam facultas. V. *Careo*.

Deflagratio, nis, f. Brunst. *Syn.* Exustio, flamma, incendium. *Usus.* Deflagratio olim futura est cœli atque terrarum Domus mea ardore suo deflagrationem urbi minabatur. V. *Incendium*.

Deflagro, as, avi, atum, are. verbrennen. *Syn.* Conflagro, comburor, ardeo. *Usus.* Quot templa tua manu deflagrarunt? Tuis facibus incensa domus mea deflagravit. V. *Comburo*.

Deflecto, is, flexi, flexum, ere, abwenden. *Syn.* Declino, detorqueo, averto. *Adv.* Aliquantulum de spatio, tantulum. *Usus.* 1. De via deflectere, abweichen. Contortus amnis & deflexus. 2. *Transl.* De virtute, de curriculo & consuetudine majorum deflectimus, von der Tugend, von der Gewohnheit der alten abweichen. De amicitiis sapientum, ad leves amicitias deflectis. De proposito actionum mearum cursu tua causa deflexi. A veritate, a religione deflectere. Ætas a laboribus ad otium deflexa. V. *Inclino*, *averto*, *descisco*.

Defleo, es, evi, etum, ere. beweinen. *Syn.* Deploro, comploro. *Adv.* Diu multumque. *Usus.* Civilis belli initia deflevi. V. *Lugeo*.

Defloresco, is, florui, ere. abblühen. *Syn.* Flaceesco, florem venustatemque amitto, deficio. *Usus.* Formæ venustas, gratia principis, ingenium, opes, vires, mature ac celeriter deflorescunt. V, *Deficio*.

Defloro, as, avi, atum, are. Blumen abbrechen. *Syn.* Rei decus diminuo, corrumpo. *Usus.* Victoriæ gloria deflorata est. V. *Stuprum*.

Defluo, is, fluxi, ere. abfließen. *Syn.* Labor, delabor. *Usus.* 1. Ipsæ corollæ defluebant. 2. Cesso, aufhören. Ubi salutatio amicorum defluxit, litteris me involvo. 3. *Accedo*, *delabor*, von einer Sache auf eine andere kommen. Nempe a vetere facundia ad elegantiora defluximus. 4. *Alienor*, abwendig werden. E multis amicis plerique defluxere. 5. *Transeo*, übergehen. E sophistarum fontibus id dicendi genus ad forum defluxit. V. *Delabor*.

Digitized by Google

Defodio, is, fodi, fossum, ire. vergraben. *Usus.* Thesaurum defossum commonstrare.

Deformatio, nis, f. Verunstaltung. *Usus.* Deformatio corporis & coloris.

Deformatus, a, um. häßlich gemacht. *Syn.* Turpis, forma atque ornamentis omnibus spoliatus; turpificatus. *Usus.* Deformatus corpore. fractus animo. Ludi deformati, inquinati, perversi, conturbati. Vitiis deformatus. Parietes nudos & deformatos reliquit. V. *Deformis.*

Deformis, e, ungestalt. *Syn.* Turpis.)(*Formosus. Phras. Valde deformis es*, du bist sehr ungestalt. Inhoneſta facie, turpi facie & invenusta es. Corporis pravitates in te sunt insignes. Forma tua vacat omni decore. Non parum offensionis habet illa tua deformitas corporis. Non pauca insunt in te, quæ formam extinguant, color exsanguis, latentes sub fronte oculi, vultus distortus, ater, maculosus. Hominis in te præter vocem vix quidquam agnoscitur. Non vulgari deformitate es insignitus. *Usus.* Me nunquam pœnitet, deformem esse natum. Motus, statusque deformis. Deforme est de seipso prædicare. V. *Forma.*

Deformitas, atis, f. Häßlichkeit. *Syn.* Pravitas, turpitudo.)(*Dignitas. Epi.* Summa. *Usus.* Cave, ne mala consuetudo ad aliquam te pravitatem deformitatemque perdutat. Nullum majus malum turpitudine, quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa depravatio & fœditas animi debet videri? V. *Turpitudo.*

Deformo, as, avi, atum, are. ungestalt machen. *Syn.* Fœdo, turpo, maculo, turpifico; formam extinguo, ornamentis omnibus spolio.)(*Orno, exorno. Usus.* 1. Fortunam honestam vitiis, plebem licentia deformare. Deformare aliquem, & omnibus ornamentis spoliare. Pœni Italiam deformarunt. 2. *Depingo, primas lineas duco*, abmalen, übrig machen. Tabulam, imaginem deformare. Suis aliquem coloribus deformare. V. *Macula.*

Defraudo, as, avi, atum, are betrügen. *Syn.* Decipio. *Usus.* Ne brevitas aures defraudet, ne longitudo obtundat. V. *Fraudo, decipio*

Defrico, as, fricui, frictum, are. abreiben. *Usus.* Cœpit in balneo defricari.

Defringo, is, fregi, fractum, ere. abbrechen. *Syn.* Decerpo, frango. *Usus.* Ramum arboris defringere.

Defugio, is, fugi, fugitum, ere. meiden. *Syn.* Refugio, recuso. *Usus.* Munus aliquod, disputationem defugere. V. *Vito, declino.*

Defungor, eris, functus sum, fungi, ausrichten, vollenden *Syn.* Exantlo, fungor. *Usus* Bello, certamine, curis, periculis defunctus, nachdem er vom Kriege, Sorgen ꝛc. los geworden. Morbo, imperio defungi. V. *Fungor.*

Degener, eris, g. o. ungerathen *Syn.* Qui majorum moribus non respondet; patrii moris expers, quod ex progenie parum prosperum est. *Usus.* Degener animus. V. *Degenero.*

Degenero, as, avi, atum, are. aus der Art schlagen. *Syn.* Desecto, descisco, deficio, discedo a moribus, non respondeo generi. *Phras. Filius a paternis moribus degeneravit*, der Sohn hat aus der Art geschlagen. Filius virtutem paternam projecit, abjecit; non insistit paternis vestigiis; a paterna virtute abest longissime; a parentis moribus discedit longissime; a patriis institutis moribusque abit, desistit, alienus est; nullum paternæ virtutis in eo est vestigium; veteres majorum laudes ingenii asperitate obterit; paternæ indolis nihil refert; ingenio est patris moribus admodum dissimili; agendi ratio a ratione parentis distat longius; præter vultus speciem, patris nihil habet, nihil refert; credas hominem alio parente satum, ita moribus dissimilis est; ita mores a parentis optimi moribus abludunt, abhorrent, abeunt, dissident, dissentiunt; nemo parentem in filio cognoscat, ita longe a paterna consuetudine recedit; patris moribus haud respondet filius; haud sane in mores parentis abit, f. formatur; mores parentis persequi, vitam exprimere, consecta-

Digitized by Google

ri vestigia odiosum filio, nec jam pronum ingenio vitiis depravato. V. *Dissimilis*, *abludo*, *discrepo*, *imitor*. *Usus*. Utinam ejus filii non degenerassent a virtute paterna; ab illa perenni & contestata majorum probitate defeciissent! V. *Desisco*, *deterius fieri*.

Dego, is, ere. zubringen. *Syn*. Ago, transigo, traduco, vivo. *Usus*. Vitam, ætatem in exilio, egestate degere. Vitam cum virtute, sine molestia, in tranquillitate degere. V. *Vivo*.

Degravo, as, avi, atum, are. beschweren. *Syn*. Premo, gravem & ponderosum reddo. *Usus*. Etiam peritos nandi lassitudo & vulnera degravant.

Degredior, eris, gressus sum, gredi. absteigen. *Usus*. Eques ad pedes degressus.

Degusto, as, avi, atum, are. versuchen. *Syn*. Delibo, gusto, attingo, agnosco, conjicio. *Usus*. Vellem, aliquid de his exercitationibus degustasses. Odorare hominem, degusta convivam tuum. Vis degustare vitam & fortunam meam? V. *Gusto*.

Dehinc, hinführo. *Syn*. Deinde, postea. *Usus*. Primum divertit, dehinc cœnavit. V. *Deinde*.

Dehisco, is, ere. sich spalten. *Syn*. Discedo. *Phras*. *Dehiscit tellus*, die Erde thut sich auf. Collabitur in immensam altitudinem; in ingentem hiatum desidit. V. *Hiatus*. *Usus*. Tellus, mare dehiscit.

Dehortor, aris, atus sum, ari. abmahnen. *Syn*. Dissuadeo, deterreo, avoco, revoco, abstraho, abduco, abstineo. *Usus*. Res ipsa me invitabit, aut dehortabitur. V. *Deterreo*, *avoco*.

Dejectio, nis, f. Abwerfung. *Syn*. Depulsio. *Usus*. Qui illam vim dejectionemque fecerit

Dejectus, us, m. das Fällen. *Usus*. Viæ arborum dejectu impeditæ.

Dejero, as, avi, atum, are. schwören. *Syn*. Juro. *Usus*. Oneratus auro dejerat & clamat. V. *Perjurus*.

Dejicio, is, jeci, jectum, ere. niederwerfen. *Syn*. Deturbo, demolior, depello, disturbo, exturbo, præcipito, dimoveo, dejectionem facio. *Phras*. 1. *De gradu sive loco dejecit*, er hat den Menschen von seiner Ehrenstelle gestürzt. De cœlo detraxit hominem honoris insolentia elatum; magistratu hominem movit superbia inflatum; abactum magistratu hominem in ordinem redegit. 2. *Statuas Deorum dejecit*, er hat die Bildsäulen der Götzen zerstöret. Simulacra Deorum depulit, evertit. Deorum statuas deturbavit, afflixit, comminuit, dissipavit; in terram præcipitavit; ad terram dedit; ad terram afflixit. Deorum simulacra demolitus est; disjecta, disturbata subruit, evertit. *Usus*. 1. Aliquem consulatu, de gradu, de statu vitæ, de possessionibus dejicere, einen vom Bürgermeisteramte ꝛc. verstoßen. Magistratum a gubernaculis reipublicæ, jugum cervicibus dejicere. Spe amicisque dejectus. 2. *Adimo*, benehmen, befreyen. Metum hunc Siciliæ dejeci. Vide, quantum Philosophia de doloris terrore dejecerit. 3. *Averto*, abwenden. Nusquam a republica oculos dejeci.

Dein, hernach. *Syn*. Deinde. V. *Deinde*.

Deinceps, nachgehends. *Syn*. Deinde, postea, posthac, rursus. *Usus*. Cavendum, ne, quod semel diximus, deinceps dicamus. Primum est, se conservare, deinceps &c.

Deinde, hernach, darnach. *Syn*. Dein, exinde, exin, dehinc, post, postmodo, postmodum, tum, subinde, posthac, deinceps, secundo loco, secundum ea, posterius, post hæc, inde, post id locorum. *Usus*. Naturam primum videte, deinde inventionem, denique constantiam.

De integro, vom neuen. *Syn*. Denuo. *Usus*. In morbum de integro incidi. Eas leges de integro ferri placet. V. *Iterum*.

Dejungo, is, junxi, junctum, ere, von einander trennen *Usus*. Quæ dejuncta fuere, sociantur.

Delabor, eris, lapsus sum, labi. herabfallen. *Syn*. Defluo, devenio, deflecto. *Usus*. 1. Aqua e tectis delabitur. Homo e cœlo delapsus. 2. *Transl*. Delabi in vitium, in turpitudinem, in morbum, in magnas difficultates. Ad alia sermo delabitur. Quæ delapsa fluxerant,

Digitized by Google

runt, ſeveris legibus vincienda ſunt. Rem familiarem delabi ſinere, flagitioſum eſt. V. *Labor.*

Delatio, onis, f. **Anklage.** *Syn.* Accuſatio. *Epi.* Salutaris & diligens. *Uſus.* Delatio nominis ad judicem. Delationem dare alicui. V. *Accuſatio, criminatio.*

Delectamentum, i, n. **Vergnügen,** *Syn.* Oblectamentum. *Epi.* Inane, permulta delectamenta. *Uſus.* Inania ſunt hæc, & puerorum delectamenta. V. *Delectatio.*

Delectatio, onis, f. **Ergötzung.** *Syn.* Oblectatio, jucunditas, voluptas. *Epi.* Aliena ab aliqua re, diurna, diuturna, ingenua, digna, leviſſima, mira, puerilis, ſumma, delectationes multæ, plurimæ, veteres. *Phraſ. Multa eſt in litteris delectatio,* die Wiſſenſchaften ergötzen überaus. Mira me voluptate afficiunt litteræ; una ſenectutis meæ requies & oblectamentum ſunt litteræ; cum ſplendore fructum quoque jucunditatis pariunt litteræ. Mira ſuavitate animum deliniunt litteræ. Habent aliquod tanquam pabulum bonarum artium ſtudia ac doctrinæ, ſuaviſſimam voluptatem. Delectationem incuparis, in litteris inventas & vitæ oblectamenta, & voluptates maximas. Mori videri poſſim in ſtudio doctrinæ, adeo quæ uſquam ſunt remiſſionum ſuavitates, litterato in otio abunde conſequor. Habent, mihi crede, bonarum artium doctrinæ magnam ſuavitatem & delectationem; titillant animum ſuaviſſime, delectationemque honeſtiſſimam afferunt. V. *Delecto. Uſus.* Delectatio eſt voluptas ſuavitate ſenſus animum deliniens. Quæ populares admirationem habent, mihi delectationem [illegible] afferunt. Negotiis ab omni delectatione impedior. V. *Jucundus, Jucunditas.*

Delecto, as, avi, atum, are. **beluſtigen.** *Syn.* Oblecto, delectationem [illegible] affero. *Adv.* [illegible] dulciter, mire, [illegible], diu, mirifice, [illegible], plus, ſimiliter, [illegible]. *Hortii me delectant,* [illegible] ergötzen mich. [illegible] me delectat [illegible] juvat; a molestiis animum avocat, abducit; in horis acquieſco ſuaviſſime; his oculos animumque paſco, hi animum voluptate maxima perfundunt; hortorum ſpecie exſaturari oculi animusque nunquam poſſunt; habent hortorum amœnitates oblectationem ſuaviſſimam; voluptate afficiunt; oculis blandiuntur; oblectat me verna hortorum ſpecies, plurimumque voluptatis affert; eſt mihi in deliciis hortorum verna ſpecies; jucundus mihi eſt hortorum aſpectus; animumque mirifice reficit; recreat me ſuaviſſime hortorum aſpectus, ac voluptatem parit ſinceriſſimam; animus mihi in hortis eſt, ii, ſolum placent, arrident, in iis acquieſco unice. V. *Delectatio, delector, placeo, gratus. Uſus.* Pulchritudo movet oculos, & delectat. V. *Delectatio, Delector.*

Delector, aris, atus ſum, ari. ſich erfreuen, ergötzen. *Syn.* Oblector, ducor, capior, teneor, delectationem capio, ſuaviſſimum jucunditatis fructum ex re capio voluptate afficior, morior in ſtudio faciendi aliquid, paſcor, perfruor, gaudeo, lætor, *Phraſ. Libris delector magnopere,* ich habe eine beſondere Freude an den Büchern. In libris, quaſi in aliquo opportuno diverſorio requieſco; libri mihi voluptati ſunt; legendi ſtudio teneor incredibili; e lectione librorum humaniſſima voluptate animus completur, ac veluti ſaginatur; genus hoc eſt voluptatis ſuaviſſimum, multa quotidie legere; voluptatem capio e lectione ſuaviſſimam; ſiquid usquam eſt ſinceræ voluptatis, id abunde in libris reperio expleri animus non poteſt lectione; librorum, jucundiſſimo voluptatis ſenſu perfundor in antiquorum monumentorum lectione; legendi ſtudio incredibili ducor ac teneor; his ego rebus paſcor; his delector, his perfruor, quæ ex doctorum hominum monumentis ad noſtram ætatem perveniunt. V. *Lætor, Delecto, Delectatio, Frequento, Rus, Ludus. Uſus.* Delectatur multitudo, & oratione ducitur. Multa delectamur & ſapientiæ fama. V. *Jucunditas.*

Wagner.

Digitized by Google

Delectus, us, m. Wahl. *Syn.* Discrimen, ratio, electio. *Epi.* Elegans, percautus, diligens, provincialis. *Usus.* 1. Verborum delectus origo est eloquentiæ. Populus non delectu aliquo & sapientia judicat, sed impetu & temeritate. Beneficiorum delectus est habendus. 2. *Delectus militaris*, Soldatenwerbung, Ausschuß. Delectum mandare, decernere, edicere. Militum superbissimum delectum instituere, conficere, habere. Delectum impedire, intermittere.

Delegatio, onis, f. gegebene Gewalt. *Syn.* Mandatum, provincia.

Delego, as, avi, atum, are. übergeben. *Syn.* Mando, mitto. *Usus.* Hanc curam, provinciam, laborem alteri delegavi. Quæ ad me delegasti, admodum placuere.

Deleo, es, evi, etum, ere. vertilgen. R. a δηλέω, *neceo*. *Syn.* Tollo, extinguo, adimo, obruo, abstergo, induco *nomina*, *pacta*, *verba Adv.* Funditus, omnino. *Usus.* 1. Delere epistolam lacrimis. 2. *Transl.* Delevit mihi omnem molestiam epistola tua. Oblivione beneficia, injurias delere. Is est, qui nummulis acceptis fas omne & æquum, leges, religionem, patriam deleat & extinguat. Hujus infamiam e judiciis, hanc maculam nunquam ex hominum animis delebis. Bella præsentia, & futura consilio delevit. Urbem exercitum, ædificium delere. V. *Tollo*, *adimo*.

Deletrix, icis, f. Tilgerin. *Usus.* Illa deletrix hujus imperii fica.

Deliberabundus, a, um. der in Gedanken herum geht. *Usus.* Consules deliberabundi capita conferunt, diu colloquuntur.

Deliberatio, nis, f. Berathschlagung. *Syn.* Consultatio, consilium. *Epi.* Difficilis, difficilior, difficillima, magna, turpis, plurimæ. *Usus.* Etsi tibi assentior, habet res deliberationem, wiewohl ich dir gerne beypfalle, so ist die Sache doch wohl zu überlegen. Non oportebat eam deliberationem introducere, suscipere. Deliberationes de republica habere. V. *Consilium*.

Deliberativus, a, um. davon man Rath hält. *Usus.* Causæ genus deliberativum.

Deliberator, oris, m. der zu Rathe geht. *Syn.* Qui de re deliberat.

Deliberatus, a, um. wohlbedacht. *Usus.* Mihi certum est & deliberatum. Nihil mihi deliberatius, quam &c.

Delibero, as, avi, atum, are. zu Rathe gehen. *Syn.* Consulto, consulo, consilior, deliberationem habeo, consilium exquiro, consilium capio, considero, video, inquiro. *Phras. Deliberandum est diu de vitæ genere deligendo*, man muß sich lange besinnen, was für eine Lebensart man erwählen soll. Diu deliberandum & concoquendum est, cui te vitæ generi addicas; consilii res est, & sane ardui, deligere vitæ genus optimum; jure in consultationem ac deliberationem venit vitæ genus, ad quod aspiras; diu multumque consilia agitanda; conferendum sedulo cum viris sapientibus de vitæ genere deligendo; comparanda diu multumque vitæ instituta, quorum ex numero aliquod amplectaris. Merito in deliberationem cadit vitæ in posterum exigendæ modus; multos dies ea consultatio teneat, necesse est, quæ de toto vitæ genere sententiam ferat; in deligendo vitæ instituto assumendi in societatem consilii viri sapientissimi; adhibendum virorum sapientum consilium; consilia conferenda sunt cum viris virtutis ac sapientiæ laude clarissimis; in deligendo tam arduo vitæ universæ instituto nihil sine consilio sapientum statuendum est; deliberationem non facilem habet vitæ genus eligendum; eundum in consilium; capita conferenda in tam arduo vitæ recte ordinandæ negotio; deliberatio capienda, habenda diligens; ineundum consilium; ineunda via, ratio vitæ in posterum instituendæ. V. *Consulo*, *Consilium*, *Consulto*, *Consultatio*, *Cogito*, *Considero*. *Usus.* Etiam cum hostibus deliberat. Tecum de capite & fortunis meis deliberabo & statuam.

Delibo, as, avi, atum, are, kosten. *Syn.* Quod libando minuo, decerpo, degusto, labris primoribus gusto, attingo. *Usus.* Vix delibavetat

Digitized by Google

rat honorem novum. Nihil de laude tua ac gloria delibabo, ich werde dir an deinem Lobe und Ehre nichts benehmen.

Delibutus, a, um. beſchmieret. *Syn.* Unctus, oblitus. *Uſus.* Multis medicamentis delibutus. Compoſitus & delibutus capillus.

Delicate, zärtlich. *Syn.* Molliter. *Uſus.* Molliter & delicate vivere, accubare.

Delicatus, a, um. zärtlich. *Syn.* Mollis. *Uſus.* Libidinoſa ac delicata juventus. Delicatæ, obſcœnæ voluptates. Delicatum ſermonem inferre convivio. Convivium delicatum. Muliebri, lepido, delicato comitatu ſtipatus.

Deliciæ, arum, f. Ergötzlichkeit, Wolluſt. *Syn.* Delectamentum, ſuavitas, voluptas, amores, mel, lenocinia, illecebræ, irritamenta, lautitiæ. *Epi.* Magnæ, moleſtæ, multæ, pueriles. *Uſus.* Sinamus illi pueriles voluptates & delicias. Epularum exquiſitæ deliciæ. Publicanos habeo in deliciis. Terentia mel meum & deliciæ. Delicias me facit, *ludibrio me habet*, er hat ſeinen Scherz mit mir. V. *Delectatio*, *voluptas*, *carus*.

Deliciolæ, arum, f. kleine Ergötzlichkeit.

Delictum, i, n. Verbrechen, Mißhandlung. *Syn.* Peccatum, error. *Uſus.* Quo delictum majus, eo gravior pœna. Homines ſapientes delicto ſuo, non aliorum injuria commoventur. V. *Error*, *Peccatum*, *Crimen*, *Scelus*.

Deligo, as, avi, atum, are. anbinden. *Syn.* Ligo. *Uſus.* Deligare ad palum. V. *Ligo*.

Deligo, is, legi, lectum, ere. erwählen. *Syn.* Lego, eligo, delectum habeo, delectum adhibeo.)(*Rejicio*. *Uſus.* Bona deligere, rejicere contraria. Magiſtratus deligere. Caſtris locum; aliquem ad conſilium deligere. V. *Eligo*.

Deliniumentum, i, n. Liebkoſung. *Syn.* Delinitio. *Uſus.* Delinimentis aliquem capere.

Delinio, is, ivi, itum, ire. beſänftigen. *Syn.* Lenio, placo, mitigo, demulceo, allicio.)(*Irrito*. *Uſus.* Blando ſermone milites, blanditiis, ſo prædæ delinivit. Voluptatum illecebris delinitur. V. *Demulceo*, *placo*.

Delinitio, onis, f. Beſänftigung. *Syn.* Mitigatio. *Uſus.* Delinitio multitudinis.

Delinitor, oris, m. Liebkoſer. *Uſus.* Judiciis delinitor eſt orator.

Delinquo, is, liqui, lictum, ere. fehlen. *Syn.* Pecco, errorum committo. *Uſus.* Delinquere in vita, in re aliqua. V. *Pecco*, *Erro*.

Deliqueſco, is, ere zerſchmelzen, zergehen. *Syn.* Diſſolvor, liquefio, diffluo. *Uſus.* Ne alacritate uſus ſutili, geſtiensque deliqueſcat.

Deliquium, ii, n. Abgang. *Syn.* Defectus, diminutio. *Phraſ.* *Deliquium paſſus eſt*, *vulg.* er iſt in eine Ohnmacht gefallen. Animus eum defecit, deſtituit, reliquit; animo concidit; animo defecit; ita captus animi ſenſu eſt, ut vita diſceſſiſſe videretur; exanimi ſimilis corruit; inter ſuorum manus pro mortuo collapſus eſt; ſubita animi defectione in genua ſubſidit; exſanguis & mortuo ſimilis concidit; linqui animo, ſubmitti genua cœpit; deficiens repente vix ſpiritum ducebat; oculis caligine confuſis collapſus eſt, ne mentis quidem compos; caligine oculis offuſa veluti moribundus extendebatur; animo male eſſe occœpit; repentina vis mali ſenſum animi expulit. *Uſus.* Vereor, ne id mihi libertatis deliquio ſit. V. *Concido*, *animus*.

Deliramentum, i, n. Thorheit. *Syn.* Deliratio. *Uſus.* Deliramenta loquitur. V. *Deliro*.

Deliratio, nis, f. Aberwitz. *Syn.* Stultitia, error, inſania. *Epi.* Incredibilis, ſenilis. *Uſus.* O deliration incredibilem!

Deliro, as, avi, atum, are. wahnſinnig ſeyn. *Syn.* Deſipio.)(*Sapio*. *Phraſ.* *Delirat*, er iſt von Sinnen gekommen. Mens officium ſuum non facit; mens & ratio hominem relinquit; a mente diſcedit; deſertus, deſtitutus a mente eſt; mente captus eſt; mentem amiſit; mente motus eſt; mentis lumine obcæcatus eſt; mentis compos non eſt; mentis impos, inops, expers eſt; inops a mente eſt, a ratione averſus; ratione caret, deliramenta loquitur; mentis vertigine

Digitized by Google

agitur; mentis errore affectus est; nihil pro sano agit; vigilans somniat. V. *Insania*, *Insanus*, *Furo*, *Mens*, *Usus*. Falli, errore labi, decipi tam dedecet, quam delirare. Delirare in re aliqua. V. *Stultus*, *Stultitia*.

Delirus, a, um. **überwitzig**. *Syn.* Stultus, insanus, mente captus, demens, emotæ mentis homo. *Phras. Delirum vis morbi reddidit*, **durch die Krankheit iſt er vom Verſtande gekommen**. De poteſtate mentis dejecit; mentis impotem fecit; delirationem attulit homini; de mentis ſtatu deduxit hominem; erroris & dementiæ complevit. V. *Stultus*. *Usus*. Quæ anus tam delira, ut iſta timeat? V. *Demens*.

Deliteſco, is, litui, ere. **verborgen liegen**. *Syn.* Lateo, abscondor. *Usus*. In alicujus auctoritate deliteſcere. Deliteſcit dein repente profilit. V. *Lateo*, *Abdo*, *Abscondo*.

Delubrum, i, n. **Götzentempel**. *Syn.* Templum, fanum *Epi.* Communia, conſecrata, patriæ, religioſiſſima. *Usus*. Delubra ſanctiſſimis religionibus conſecrata. V. *Templum*.

Deludo, is, ſi, ſum, ere. **verſpotten, äffen**. *Syn.* Ludo, eludo, illudo, derideo. *Usus*. Num deludi ac comtemni majeſtatem ſenatus patiemini? V. *Illudo*, *Decipio*, *Derideo*, *Ludifico*.

Delumbo, as, avi, atum. are. **lähmen**. *Syn.* Debilito, enervo. *Usus*. Ne minutior numerus delumbet ſententias.

Demando, as, avi, atum, are, **anbefehlen** *Syn.* Committo. *Usus*. Demandare curam legato; demandare curæ alicujus aliquid. V. *Mando*, *Committo*.

Demens, tis, *g. o.* **unſinnig**. *Syn.* De mente ac ſanitate deturbatus, delirus, emota mente, inſanus, amens.)(*Sanus*. *Usus*. Scelere ſuo demens. Tragico illo Oreſte dementior. V. *Insanus*, *Amentia*.

Demenſum, i, n. **Maaß der Speiſe** ꝛc. *vulg.* Portio. *Usus*. De demenſo ſuo dedit, defraudans genium ſuum.

Dementer, **unſinnig**. *Syn.* Stulte.

Dementia, æ, i, **Unſinnigkeit**. *Syn.* Amentia, inſania, ſtultitia. *Epi.* Popularis, turbulenta, ſumma, utilis. *Usus*. Dementia aliqua ex civibus hoſtes facti. V. *Amentia*, *Stultitia*.

Demereor, eris, itus ſum, eri. **ſich verdient machen**. *Syn.* Merito aliquo mihi quempiam adſtringo. *Usus*. Beneficio civitatem demereri. V. *Concilio*, *Mereor*.

Demergo, is, merſi, merſum, ere. **verſenken**. *Syn.* Mergo, immergo, obruo. *Phras. In mari demerſus eſt*, **er iſt im Meere erſoffen**. Gurgitibus hauſtus periit; rapide gurgite ablatus nunquam deinceps apparuit; fluctibus maris abſorptus eſt; aquarum fluctibus obrutus eſt; aquis ſuffocatus, extinctus eſt. V. *Mergo*, *Usus*. Ære alieno demergi. Opibus leges demergere, *opprimere*, **unterdrücken**. Patrium demerſam exculi. V. *Mergo*.

Demetior, iris, menſus ſum, iri. **abmeſſen**. *Syn.* Metior, dimetior, deſcribo. *Usus*. Solis curſum demetiri. Ut verba verbis demenſa & paria reſpondeant. V. *Metior*.

Demeto, is, meſſui, meſſum, ere. **abſchneiden**. *Syn.* Meto. *Adv.* Tempeſtive. *Usus*. Tempeſtive demetere & percipere fructus. V. *Meto*.

Demigro, as, avi, atum, are. **wegziehen**. *Syn.* Ad alias ædes, ad habitandum eo discedo. *Usus*. Nunquam de ſtatu meo demigrabo. Demigrare & focos relinquere. V. *Migro*.

Deminuo, is, ui, utum, ere. **vermindern**, *Syn.* Imminuo.

Demiror, aris, atus ſum, ari. **ſich verwundern**. *Syn.* Valde miror. *Usus*. Hæc te expectaſſe demiror. V. *Miror*.

Demiſſe, **demüthig, niederträchtig**. *Syn.* Humiliter. *Usus*. Supplicite & demiſſe agere gratias. Demiſſe & humiliter loqui.

Demiſſio, onis, f. **Demüthigkeit, Zaghaftigkeit, Erniedrigung**. *Syn.* Animi abjectio, infractio, debilitatio; *item*: Modeſtia animi. V. *Humilitas*, *modeſtia*.

Demiſſus, a, um. **niedergelaſſen, demüthig**. *Syn.* Humilis, fractus, ſordidus: *item*: modeſtus, minime arrogans, ambitioſus. *Phras. Animo eſt perquam demiſſo*, **er iſt ein überaus demüthiger Menſch** Modeſtia animi eſt inſigni; animo eſt modeſtiſſimo; præfert ubique inſignem

nem animi modeſtiam; a ſupercilio faſtuque abeſt longiſſime; non elatus, non arrogans, non contumax eſt; non multum ſibi defert, tribuit, arrogat; omni inſolentia vacat; magna moderatione, modeſtia in omni officii parte utitur; ſubmiſſe, modeſto de ſe exiſtimat; deſpicientia ſui inſignis eſt; nihil homine modeſtius, nihil ab omni faſtu & arrogantia alienius. *Uſus.* 1. Demiſſo capite perculſus domum abiit. 2. *Abjectus*, zaghaft, kleinmüthig. Sylla mœrens; demiſſus, afflictus. Fracto animo & demiſſo, non acer, non pertinax, non litigioſus, non acerbus. V. *Humilis*, *Modeſtus.*

Demitigo, as, avi, atum, are. beſänftigen. *Syn.* Mitigo, lenio. V. *Lenio.*

Demitto, is, miſi, miſſum, ere. hinablaſſen. *Syn.* Inclino, deprimo.)(*effero. Adv.* Se penitus. *Phraſ.* 1. *Nimium te demittis*, du erniedrigeſt dich gar zu viel. Æquo ſubmiſſius agis; nulla decori ratione habita, plus quam par eſt, præter decorum te deprimis, abjicis, ſubmittis; non ſine ſummo dedecore animi tui magnitudinem plus æquo inflectis; dignitati tuæ parum conſulis, dummodo infra omnium te pedes abjicere poſſis. Vix modum tenet animi illa tui demiſſio & abjectio. 2. *Demitte te, quantum potes*, demüthige dich, ſo viel du kannſt. Dejice, ſubmitte, deprime arrogantes ſpiritus tuos, animi vel magnitudinem, vel tumorem inflecte; nulli te antepone; tibi ipſe displice; noli de te prædicare quidquam; noli ad honores aſpirare; delatos etiam invitus ſuſcipe; elatos ſpiritus inflatumque ſui admiratione animum comprime, & quaſi equum exultantem & laſcivientem frenis ac vinculis compeſce; modeſtiam ubique, fac, præ te feras; nihil in te elatum, nihil inflatum ac tumidum reſideat; animos illos ſeſe impotentius efferentes comprime, edoma, ac ſub jugum mitte; pone arrogantes illos ſpiritus, ac quidquid tumoris ſupereſt, ex animo ejice. V. *Modeſtia. Uſus.* Eam rem alta in pectus demiſit. Metu vultum dejicere, demittere. Victores efferunt ſe lætitia, victi debilitantur, animosque demittunt. V. *Abjicio*, *Deprimo*, *Humilis.*

Demo, is, dempſi, demptum, ere. wegnehmen. *Syn.* Adimo, detraho,)(*addo. Uſus.* Solicitudinem alicui & metum demere. Fidem fabulis demere. Alicui de moleſtia demere. V. *Aufero*, *tollo.*

Demolior, iris, itus ſum, iri. niederreißen. *Syn.* Deturbo, dejicio, disturbo, everto, diruo, deſtruo. *Uſus.* Demoliri muros, parietem, ædes. V. *Deſtruo.*

Demolitio, onis, f. das Niederreißen. *Syn.* Everſio.

Demonſtratio, onis, f. Beweis. *Syn.* Ratio, validior & apertior. *Epi.* Neceſſaria, falſa, univerſa. *Uſus.* Argumenti concluſio, *ſeu* demonſtratio.

Demonſtrativus, a, um. erweiſend. *Synd.* Epidicticus. *Uſus.* Genus orationis demonſtrativum.

Demonſtrator, oris. m. Beweiſer.

Demonſtro, as, avi, atum, are. erweiſen. *Syn.* Commonſtro, ſignifico, declaro, præ me fero, non diſſimulo, profiteor, digitum in rem intendo, teſtificor, indice digito monſtro, digito oſtendo, planum facio. *Adv.* Breviter, caute, commodius, diligentiſſime, lucide, neceſſario, proprie. *Uſus.* Demonſtrare amorem in aliquem. Demonſtravi hoc ſenatui, ſimul id oſtendi. V. *Oſtendo.*

Demorior, eris, mortuus ſum, mori. abſterben. *Syn.* Morior. *Uſus.* Romæ demortuus eſt. V. *Morior.*

Demoror, aris, atus ſum, ari. aufhalten. *Syn.* Detineo, remoror. *Adv.* Diutius. *Uſus.* Ne diutius te demorer. V. *Moror.*

Demoveo, es, movi, motum, ere. verrücken. *Syn.* Removeo, dimoveo. *Uſus.* Nunquam me de ſententia, de cura, de tecto demovebit. Alteros demovit, conſtituit alteros. V. *Moveo.*

Demulceo, es, mulſi, mulſum, ere. ſtreicheln. *Syn.* Leniter mulceo, delinio, permulceo. *Uſus.* Equi tergum demulcere. V. *Blandior.*

Demum, endlich. *Syn.* Tandem, denique, poſtremo, ad extremum, ad ultimum. *Uſus.* Exilium quantum demum a perpetua peregrinatione differt? V. *Denique.*

Digitized by Google

Demuto, as, avi, atum, are. verändern. *Usus.* Mores ingenium demutant. V. *Muto.*

Denarius, ii. m. eine römische Münze, welche zehn, nachmals aber 16. Asses, oder beyläufig 12. Kreuzer galt. *Syn.* Decima pars aurei nummi, *seu* coronati, & pondere drachmæ fere respondens. *Usus.* Emere denario, quod sit mille denariorum; sperabam me ad denarios deventurum.

Denego, as, avi, atum, are. verſagen. *Syn.* Inficior, nego, recuso. X *annuo.* *Usus.* Etiam jucunda naturæ denego. Jure denegare posset occupatio tua, quod peto. V. *Nego*

Deni, æ, a. je zehn und zehn. *Syn.* Decem. *Usus.* Puer denum annorum.

Denique, endlich. *Syn.* Ad extremum, post omnia. *Phæ.* *Nunc denique rediit in patriam*, itzt iſt er endlich in ſein Vaterland zurückgekommen. Tandem aliquando, diuturna mora interposita; aliquando tandem; denique ad extremum, demum postremo; post diututnum tempus; longo temporis intervallo; cum tempus jam multum abiisset; transacto jam multorum annorum spatio; longo post tempore; interjecto longo temporis curriculo revertit in patriam; ad sua se cunabula recepit. *Usus.* Urbes omnes ac oppida, agri denique ipsi.

Denominatio, nis, f. Benennung. *Figura Rhetorica.*

Denomino, as, avi, atum, are. ernennen.

Denoto, as, avi, atum, are. zeichnen *Syn* Designo, significo. *Usus.* Una epistola Mithridates Romanos in Asia omnes trucidandos denotavit. V. *Noto.*

Dens, tis, m Zahn. *Usus.* Dente extennare, mandere, molere. cibum, die Speiſe kauen. Dentes evellere, eximere, Zähne ausbrechen Dentes emittit, es wachſen ihm die Zähne. Dentes mobiles confirmare; vacillantes dentes confirmare; dentium mobilitates firmare, die wackelnden Zähne befeſtigen. Dente maledico aliquem carpere, übel nachreden Terrorem dentium crepitus insequitur.

Densus, a, um. dicht. *Syn.* Creber, crassus, confertus, spissus, stipatus, concretus.)(*rarus.* *Usus.* Silva densa atque aspera. Loca silvestribus sepibus densa.

Dentatus, a, um. was Zähne hat. *Syn.* Mordax. *Usus.* Charta dentata res agetur.

Denudo, as, avi, atum, are. entblößen. *Syn.* Nudo, spolio. *Adv.* Crudelissime. *Usus.* Spoliare & denudare aliquem suo ornatu. V. *Nudo.*

Denuntiatio, onis, f. Ankündigung. *Syn.* Indicium, significatio. *Epi.* Periculosa, præmatura. *Usus.* Denuntiatio belli. Terrere aliquem denuntiatione periculi. Quæ est illa a Diis profecta denuntiatio calamitatum?

Denuntio, as, avi, atum, are, ankündigen, *Syn.* Indico, palam dico, testor, ostendo, significo, prænuntio. *Adv.* Ante, aperte, apertius, singillatim, multo ante, palam. *Usus.* Inimicitias ille mihi denuntiavit. Clodius metum, vim terrores jacit & denuntiat. Judici, *vel* in judicium *vel* judicium alicui denuntiare. Expectanti litteras denuntiavit, ne scriberem.

Denuo, aufs neue. *Syn.* De integro. V. *iterum.*

Deonero, as, avi, atum, are. entladen. *Syn.* Exonero, depono. *Usus.* Suæ invidiæ aliquid in me deonerare & trajicere voluit; er hat die Schuld einigermaſen auf mich ſchieben wollen. *Onus.*

Deorsum, hinab.)(*sursum.* *Usus.* Directe deorsum feror.

Depacisor, eris, pactus sum, pacisci. Vertrag machen. *Syn.* Pacisor, spondeo. *Usus.* Tria prædia sibi depactus est. Ad conditiones alicujus; cum aliquo depacisci. V. *Pactum.*

Depasco, is, pascere, *vel* Depascor, eris, pastus sum, pasci, abfreſſen. *Syn.* Absumo, reseco. *Usus.* Pecora agrum depascunt; orationis luxuriem stilo depascere. Febris hominem misere depascitur.

Depeculator, oris, m. der das gemeine Gut beſtiehlt. *Usus.* Depeculator, vexator provincialium. V. *Fur.*

Depeculor, aris, atus sum, ari. beſtehlen. *Syn.* Furor, compilo. *Usus.* Civitates, regna, domos depeculatus est. Honorem alicujus & famam

Digitized by Google

mam depeculari. Eum omni argento depeculatus est.

Depello, is, puli, pulsum, ere. **abtreiben.** *Syn.* Pello, repello, propulso, expello, arceo. *Adv.* Facile, ægrius. *Usus.* Virgines voluntaria morte nefariam turpitudinem a se depulere. Tribuni furor eam ad calamitatem, dolorem, suspicionem, mortem depulit. Cædem a vobis, vastitatem, incendia, furorem malorum, jugum a cervicibus, meis laboribus depuli. Aliquem de loco, consilio, sententia depellere. V. *Pello, arceo, ejicio.*

Dependeo, es, pendi, pensum, ere. **herabhangen** *Syn.* Deorsum pendeo. *Usus.* Lychni e laquearibus dependent.

Dependo, is, pendi, pensum, ere. **bezahlen.** *Syn.* Pendo, solvo. *Usus.* Abjurare malo, quam dependere pœnas criminibus. Mercedem operis dependere. Quod spopondisti pro alio, dependendum est. V. *Pendo.*

Deperdo, is, perdidi, perditum, ere. **verlieren.** *Syn.* Amitto, perdo. *Usus.* Nihil de laude deperdidisti, aut honestate. V. *Perdo, amitto.*

Depereo, is, ivi, itum, ire, **zu Grunde gehen.** *Syn.* Pereo. *Usus.* 1. Cave, ne servus depereat. 2. Deperire aliquem amore, **einen heftig lieben.**

Depingo, is, pinxi, pictum, ere. **abmalen.** *Syn.* Pingo, describo. *Adv.* Commode sane. *Usus.* Mente & cogitatione sibi aliquid depingere, **sich etwas im Gemüthe vorstellen.** V. *Pingo.*

Deploro, as, avi, atum, are. **beweinen.** *Syn.* Lamentor, conqueror, defleo. *Adv.* Copiose, dolentius, divinitus. *Usus.* Si ad saxa de injuriis tuis conqueri & deplorare velim. Querelas deplorare. Quis pro rerum atrocitate tantas calamitates deploret? V. *Lugeo, gemo.*

Depono, is, posui, positum, ere. **ablegen.** *Syn.* Repono, colloco, abjicio, exuo, pono. *Adv.* Honestius inimicitias, honestissime, humanissime, paulisper, plane. *Phras.* 1. *Depone metum*, **laß die Furcht fahren.** Mitto timores istos; *missas hæc solicitudines*; omitte anxias de te curas; expedi mentem *his angoribus*; respira ab his timoribus; abduc ab iis molestiis tantisper animum; ejice hos animo timores; animum confirma; facessant istæ nunc curæ, quæ animum exedunt; aufer intempestivas solicitudines. Animum curis depressum erige, excita. V. *Cura, metus, timor.* 2. *Depositus est a suo magistratu, vulg.* **er ist von seinem Amte abgesetzt worden.** Abactus magistratu est; magistratu abire, decedere jussus; spoliatus omni dignitate; honoris gradu dejectus, exauctoratus est; detractum, abrogatum est illi imperium; in ordinem est redactus; adempta sunt illi magistratus insignia; motus est magistratu. V. *Abdico, Dejicio. Usus.* 1. In tuo sermone & suavitate curas omnes depono. Studium pristinum, amorem, amicitiam deponere; timores, curas, spem, merum, offensionem, memoriam doloris deponere. Factas contumelias ex animo deponere. Omnes molestias deposui & ejeci. 2. Imperium, provinciam deponere, **die Regierung ablegen.** V. *Abdico.* 3 Ægrum deponere, *desperare*, **an einem Kranken verzweifeln.** Deposita & conclamata est respublica. 4. Apud aliquem, in alicujus fide, causam suam, pecuniam deponere, **einem seinen Haus bel, Geld ꝛc. anvertrauen.** V. *Abjicio.*

Depopulatio, onis, f. **Verheerung.** *Syn.* Vastatio, direptio, eversio. *Usus.* Quis excisionem, inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatem agris intulit? Non me honorum direptio, non testorum excisio, non ædium sacrarum, publicorum operum depopulatio movet.

Depopulator, oris, m. **Verheerer.** *Syn.* Prædator, direptor. *Usus.* Depopulator soli, obsessor patriæ.

Depopulor, aris, atus sum, ari. **verheeren.** *Syn.* Vasto, diripio, depopulationem infero, excindo, everto, inflammo, hostilem in modum prædas ago. *Usus.* Agros depopulari. V. *Diripio, Vasto.*

Deporto, as, avi, atum, are. **forttragen.** *Syn.* Exporto, porto, reporto, aufero; duco, deduco. *Adv.* Frugaliter, tuto, undique. *Usus.* Non opes modo, sed & humanitatem ex Italia deportasti. Bellum

Digitized by Google

in Africam & exercitum deportavit Pompejus. Triumphum ex provincia deportare. Romam valetudinis causa se deportare. Deportare aliquem in exilium, ins Elend schicken. V. *Porto.*

Depósco, is, popósci, ere. begehren. *Syn.* Omnino pósco; appeto, flagito, expeto.) *Recuso. Usus.* Hoc non modo non recuso, sed depósco. Has sibi partes depopóscit. Hunc imperatorem sibi ad bellum miles depoścebat. V. *Peto, Pośco.*

Depósitum, i, n. Hinterlage. *Syn.* Commendatum alicui, *vel* concreditum. *Usus.* Depositum non reddere, injustitiæ est.

Depravate, verkehrt. *Syn.* Corrupte. *Usus.* Depravate de re aliqua judicare.

Depravatio, onis, f. Verkehrung. *Syn.* Corruptio, distortio. *Usus.* Oris depravatio nobis indigna. Non te, sed depravatione verbi me urgebat. Depravatio & fœditas turpificati animi si videri possit. Depravatio consuetudinum, opinionum vanitas, animorum imbecillitas multos alio flectit. V. *Corrumpo.*

Depravo, as, avi, atum, are. verderben, verführen. *Syn.* Corrumpo, pravis moribus imbuo, ab officio abduco, averto, avoco. *Usus.* Mores juvenum nostra indulgentia corruptelaque depravantur. V. *Corrumpo.*

Deprecatio, onis, f. Bitte, Abbitte. *Syn.* Precatio, postulatio. *Usus* Deprecatio est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur. Deprecatione uti. Afferet illi deprecationem periculi ætas illa, in qua tum fui.

Deprecator, oris, m. Fürbitter. *Syn.* Qui reo veniam & impunitatem depościt, & eximit periculo. *Usus.* 1. Sperabam, me potius adjutorem tibi futurum, quam miseriarum deprecatorem. 2. *Defensor*, Beschützer. Deprecator fortunarum ac salutis meæ fuisti. V. *Defensor, Patronus.*

Deprecor, aris, atus sum, ari. erbitten. *Syn.* Deprecatione impetro, supplico; removeo, recuso. *Adv.* Paullatim. *Phras.* 1. *Deprecare pro me*, bitte für mich, sprich für mich. *Vulg. Intercede pro me.* Iratos, quæso, animos deprecare; deprecatorem te in meo periculo præbeto; deprecatoris munus suscipe; deprecatoris partes age; pro capite, pro salute mea deprecare; in deprecanda principis ira studium tuum adhibe; operam, studium, auctoritatem pro me interpone; precibus periculum averte. 2. *Iram divinam deprecari*, bitten um Abwendung des göttlichen Zorns. Pacem Superum precibus expoścere; finem irarum cœlestium expoścere. 3. *Culpam suam deprecatus est*: *vulg.* er hat seines Fehlers halben eine Abbitte gethan. *Latine*: Erroris veniam petiit, rogavit; culpam precibus elnit; ut ejus delicti sibi venia daretur; ut delicti gratia fieret; ut culpa ea sibi condonaretur, ut noxa remitteretur, oravit. V. *Venia Usus.* Multorum vitam a tyranno deprecatus est, er hat vielen das Leben ausgebethen. Pro reditu Ciceronis amici deprecati sunt, fürsprechen. Calamitatem a se, mortem, supplicium deprecari, die Strafe ꝛc. durch Bitten abwenden. Nullum periculum pro republica; nullam pœnam, si fefellero, deprecor, *aut* refugio, ich weigere mich nicht alle Gefahr, alle Strafe auszustehen, wenn ich mein Wort nicht halte.

Deprehendo, is, di. sum, ere. ertappen. *Syn.* Comprehendo, animadverto, agnosco, comperio, teneo. *Adv.* Itidem, manifesto. *Usus.* Aliquem in maleficio, in manifesto scelere, ipsis oculis facinus deprehendere. V. *Manifestus.*

Deprehensio, onis, f. Ergreifung. *Epi.* Manifesta. *Usus.* Manifesta veneni deprehensio.

Depressus, a, um. niedrig, tief. *Syn.* Demissus, abjectus, humilis. *Usus.* 1. Depressa domus. Voce sedata & depressa usus sum. 2. *Demersus*, versenkt. Ajunt hostium classem aut profligatam, aut depressam. V. *Abjectus, Humilis.*

Deprimo, is, pressi, pressum, ere. niederdrucken. *Syn.* Affligo, proterro, conculco, demitto.)(*Extollo, erigo, effero. Phras.* 1. *Satis hominem depressit*, er hat diesen Menschen ziemlich gedemüthiget. Audaciam hominis egregie contudit; vim ac spiritus fregit; tumorem compressit; arrogantes hominis spiri-

Digitized by Google

ſpiritus infregit, coërcuit, debilitavit. V. *Frango, coërceo.* 2. *Quid ita te deprimis?* **warum erniedrigeſt du dich ſelbſt dermaßen?** Quid ad iſta deſcendis? quid in humiles has ac ſordidas cogitationes te abjicis? cur nihil altum, nihil te dignum ſuscipis? cur ita averſus es ab omnis honeſtæ gloriæ ſtudio? cur nihil ſpectas in laude poſitum? cur animum ita dejicis, demittis? cur animi magnitudinem ad infima hæc inflectis? Nimium mihi humilis, abjectus, depreſſus videtur animus tuus; humi ſerpere, humijacere animum tam ſublimem erectumque patiere? Cur ab animi præſtantia adeo deſciviſti? V. *Humilis, abjectus. Uſus.* Vos etiam meam fortunam deprimitis, veſtram attollitis. Me vituperando affligitis, extinctum me vi atque impreſſione everſum cupitis. V. *Affligo.*

Depromo, is, prompſi, promptum, ere. **hervornehmen.** *Syn.* Expromo, profero, expono, eruo. *Uſus.* Pecunia ex ærario deprompta. Argumentum ex intimo artificio deprompſi. V. *Promo.*

Depugno, as, avi, atum, are. **ſtreiten.** *Syn.* Decerto, dimico. *Adv.* Gratis, peregre, valde. *Uſus.* Cum ſacinoroſis depugnandum, aut ſerviendum eſt. V. *Pugno.*

Depulſio, nis, f. **Abtreibung.** *Syn.* Expulſio, inficiatio. *Uſus.* Adeptio boni, depulſio mali, ſervitutis, doloris.

Depulſor, oris, m. **Abtreiber.** *Syn.* Expulſor. *Uſus.* Depulſor dominatus, quam particeps eſſe maluit.

Depurgo, as, avi, atum, are. **ſäubern.** *Syn.* Purgo. *Uſus.* Crimen depurgare, iram deprecari.

Deputo, as, avi, atum, are. **achten, halten.** *Syn.* Puto, cenſeo, exiſtimo. *Uſus.* Vide, ne te hebetem eſſe deputes. Deputabo mecum rationes, atque excutiam. Se indignum re aliqua; alterius operam parvi deputare. Eam rem in lucro deputavit. *Pro* deſtino, **zu etwas widmen, beſtimmen,** *barbarum eſt.*

Derelictio, nis, f. **Verlaſſung.** *Syn.* Contemptio. *Epi.* Injuſta. *Uſus.* Communis utilitatis derelictio contra naturam eſt. V. *Solitudo.*

Derelinquo, is, liqui, lictum, ere. verlaſſen. *Syn.* Defero, deſtituo. *Uſus.* Cauſam communem derelinquere. Perditus, nec a fortuna tantum, ſed & ſpe derelictus. Incultus & derelictus ager. V. *Relinquo, defero.*

Derepente, **unverſehens.** *Uſus.* Derepente corruit.

Derideo, es, riſi, riſum, ere. **auslachen.** *Syn.* Eludo, irrideo. *Phraſ. Thraſones ubique deridentur,* **die Prahler verlacht man überall.** Thraſones fabula ſunt vulgi; ubique ludibrio ſunt, ludibrio habentur; riſum movent omnibus; riſum cient, excutiunt; deridiculo ſunt omnibus. V. *Irrideo, ludibrium. Uſus.* Contemnite illos, & deridete. V. *Contemno.*

Deridiculum, i, n. **Kurzweile, Spott.** *Syn.* Irriſio. *Uſus.* Verba alicui per deridiculum dare.

Derivatio, nis, f. **Herleitung.** *Syn.* Deductio. *Uſus.* Ductus aquarum, derivationes fluminum.

Derivo, as, avi, atum, are. **leiten.** *Syn.* Duco, deduco, traho, arceſſo. *Phraſ. Laudis partem in ſe derivare,* **ſich einen Theil des Lobs zuſchreiben.** Transmovere in ſe alienam laudem; in ſocietatem gloriæ alienæ ſe offerre; de aliena laude ſibi aliquid decerpere. V. *Adſcribo. Uſus. Transl.* Crimen culpamque in alium derivare, **die Schuld auf einen andern legen.** Partem curarum in aliud ſtudii genus; rem aliquam in ſuum uſum derivare, convertere. V. *Adſcribo, confero.*

Derodo, is, roſi, roſum, ere. **abnagen.** *Uſus.* Clypei a muribus deroſi.

Derogo, as, avi, atum, are. **benehmen, mindern.** *Syn.* Detraho, delibo, minuo.)(*Arrogo. Adv.* Maxime. *Uſus.* Fidem ſomniis merito derogant ſapientes. Ea res multum de dignitate populi, de virtutis exiſtimatione derogavit. Suſpicio inimicitiarum auctoritatem & fidem ejus dictis derogavit. Legi, *aut* de lege aliquid derogare. Nimium tibi derogas, dum omnia arrogas. V. *Demo, adimo.*

Deruo, is, rui, rutum, ere. **herunterreißen.** *Uſus.* De laudibus Dolabellæ cumulum deruam.

Digitized by Google

Deſævio, is, vii, vitum, ire. ausſtoben. *Syn.* Sæviro deſino. V. *Crudelis.*

Deſcendo, is, di, ſum, ere. hinabſteigen. *Syn.* Delabor, e loco ſuperiore venio, devolo, me demitto.)(*Aſcendo. Adv* Obviam, omnino, pedetentim, propere, timide *Phraſ.* 1. *Deſcendit ex equo*, er iſt vom Pferde abgeſtiegen Ad pedes ſe dedit; in pedes deſiliit; ad pedes degreſſus eſt. 2. *Ad certamen deſcendere*, ſich in einen Streit einlaſſen. Certamini ſe offerre; dimicationem ſubire; in aciem & certamen rem committere; rem in caſum certaminis dare. V. *Certamen, pugna. Uſus.* 1. Deſcendit de roſtris in campum; in loca æquiora ſe demiſit hoſtis. 2, *Accedo*, hinzugehen Ad conditiones oblatas, *vel* in prælium tibi deſcendendum erit. Ad extrema conſilia, ad dimicationem capitis deſcendi. Ad accuſandum, cauſam agendam, ad animi remiſſionem deſcendere. Alterutram ad conditionem deſcendere vult Cæſar.

Deſciſco, is, ſcivi, ſcitum, ere. abfallen. *Syn.* Deficio. *Adv.* Flagitioſe. *Uſus.* A ſenatu, a republica deſciſcere. A virtute, ſuis moribus, a ſeipſo plane deſcivit. V. *Deficio.*

Deſcribo, is, ſcripſi, ſcriptum, ere. abſchreiben. *Syn.* Exſcribo, transſcribo, in ſcripta mea transfero. *Adv.* Commodius, decentiſſime, ſuſe, generatim, mirifice, pauliſper, ſummatim, varie. *Phraſ Statum reipublicæ egregie mihi deſcripſit*, er hat mir die Beſchaffenheit des gemeinen Weſens trefflich beſchrieben. Formam reipublicæ expreſſam miſit, expoſuit, depinxit, adumbravit, deformavit, expinxit, oculis ſubjecit. *Uſus.* 1. Librum deſcribere. 2. *Exprimo*, vorſtellen, entwerfen, abſchildern. Craſſum egregie deſcripſit. Aliquem ſuis coloribus deſcribere. Figuras in pulvere deſcribere. 3. *Indico. deſigno*, andeuten, erklären. Rem definire breviter & verbis deſcribere. Tu mihi deſcribe, quam viam ineam. Illi me matronem nimirum deſcribebant. Neminem conſciorum ſceleris deſcribam. 4. *Decerno. deſigno, diſtribuo. conſtituo. deſtino*, verordnen, eintheilen. Singulis urbibus frumenti rationes, veſtigalia, leges deſcripſit. Suum cuique jus, ſuum munus deſcribere. Deſcripſiſti urbis partes ad incendium. Deſcripſit pecuniam in bellum. V. *Explico.*

Deſcriptio, nis, f. Beſchreibung. *Syn.* Deſignatio, figura, forma, distributio, definitio, diſpoſitio. *Epi.* Æqua, æquabilis, brevis, cœleſtis, ſalia, ſimilis, ſolers, ſubtilis, vetus, apta, tanta. *Uſus.* Deſcriptio civitatis a majoribus ſapienter conſtituta, Magiſtratuum deſcriptione omnis reipublicæ forma continetur. Regionum, rerum, ordinum deſcriptio. Urbis ſalubritas, deſcriptio, pulchritudo. Juris æqua deſcriptio, certaque vivendi diſciplina.

Deſeco, as, ſecui, ſectum, are. abhauen. *Syn.* Seco.

Deſero, is, ſerui, ſertum, ere. verlaſſen. *Syn.* Deſtituo, relinquo, derelinquo; non adſum, deſertum eſſe patior, prodo, negligo, prætermitto; a cauſa alicujus recedo. *Phraſ. Aliorum curam geris, te ipſum deſeris*, du trägſt Sorge für andre, dich aber ſelbſt läſſeſt du außer Acht. De aliis plurimum, de te ipſo tuisque rebus minime laboras. Aliena tibi curæ, ſunt, tua negligis. Aliorum rationes pluris apud te ſunt, quam tuæ. Propenſior ad alios, quam ad te ipſum tua voluntas eſt. Alienam voluntatem ut ſequaris, tuam deſeris. Alienæ ut voluntati morem geras, te ipſum negligis, derelinquis. Ut aliis ſatisfacias, aliorum cauſa te ipſum deſtituis. Quid aliis placeat, quid aliorum e re ſit, attendis; ratio rerum tuarum quid poſtulet, minime cogitas. Ut ſequaris alios, diſcedis a te; deficis a te; deficiſcis a te ipſo; alienis commodis omni ſtudio, cura, labore inſervis, invigilas, operam das, dicas, navas, præſtas, tribuis, e tuis commodis nihil agis; tua commoda minime tibi cordi ſunt. Aliorum commoda dum captas, tua negligis. Dum aliorum cauſam foves, juvas, agis, ſuſcipis, tuam jacere, frigere, neglectam jacere pateris; tuam abjicis,

Digitized by Google

cis, nihil facis, parvi pendis. De aliena causa solicitus es, tuam nihil curas; tuæ causæ oblitus es. Alienæ causæ faves multo magis ac tuæ. Causam tuam ut alienam, alienam ut tuam tractas. Quod tuæ causæ dicandum erat studium, dicas alienæ; id ponis, collocas in aliena. V. *Relinquo*, *deficio*, *apostata*. *Usus.* Causam suam, vadimonium, virtutis viam deserere. Turpe, auxilium implorantes deserere. A voluptatibus, a malitia deseruntur. A mente, consilio, spe deseritur, er weiß nicht mehr, was er anfangen soll. A re familiari desertus, arm. V. *Destituo*, *relinquo*.

Desertio, nis, f. Verlassung, Abfall. *Usus.* Ista quidem velut desertio generis humani est.

Desertor, ris, m. Abtrünniger, Ausreißer.)(*Conservator*. *Usus.* An Proditores salutis meæ estis, an desertores, quos propugnatores speraveram. V. *Apostata*.

Desertus, a, um. verlassen. *Syn.* Relictus, incultus, vastus, vastatus, nudus.)(*Celebris*, *frequens*. *Phras. Locus desertus erat*, es war ein öder Ort. Locus erat humano cultu vacuus; solitudine & inopia vastus; locus inanis ac vastus a natura, & humano cultu; vasta erat in his locis solitudo. *Vulg. Desertum*. V. *Solitudo*. *Usus.* Ager ab hominum cultura desertus. Desertissima solitudo. Via deserta, inculta, frondibus incluſa. Desertus ab officiis amicorum & abjectus. V. *Solus*.

Deservio, is, ivi, itum, ire. dienen. *Syn.* Servio. *Usus.* Officia mea, operæ, vigiliæ amicis deserviunt. V. *Servio*, *curo*.

Deses, idis, *g. o.* faul, träg. *Syn.* Otiosus, nil agens. *Phras. Desides sumus*, wir sind müßig. Marcescimus otio situque; senescimus otio; elanguescimus ignavia; socordius a nobis res agitur, geritur; luxuriantur animi otio; mulierum ritu sedemus desides, & cessamus; cessatores ignavi sumus. V. *Piger*. *Usus.* Sedemus desides domi, mulierum ritu inter nos altercantes.

Desideo, es, sedi, ere, müßig sitzen. *Syn.* Subsideo. *Usus.* Frustra totum diem desedi.

Desiderabilis, e, begierlich. *Syn.* Expetendus. *Usus.* Nihil desiderabile concupiscunt.

Desideratio, nis, f. das Verlangen. *Syn.* Desiderium, cupiditas. *Usus.* In senibus nec tanta titillatio voluptatis est, nec desideratio. V. *Desiderium*.

Desiderium, ii, n. Verlangen. *Syn.* Cupiditas, studium, ardor, amor, sitis, ignis, desiderii.)(*Satietas*. *Epi.* Diuturnum, gravissimum, incredibile, magnum, melius, minus, mirum, par, summum, tantum, triste. *Phras.* 1. *Desiderium magnum commovit*, er hat ein großes Verlangen erwecket. Injecit magnum sui desiderium; magno omnes sui desiderio affecit; magnum sui desiderium reliquit; est in desiderio civium suorum; desideria hominum mirifice incendit, excitavit, inflammavit; ingens sui apud omnes desiderium commovit. 2. *Desiderio tui ardeo*, ich habe ein großes Verlangen nach dir. Æstuo, flagro, exardesco, incendor incredibili tui desiderio; tenet me desiderium ingens tui; teneor desiderio tui incredibili; summa cupiditate inflammor; totus sum in desiderio tui; vehementer te expecto. Nihil mihi longius; quam ut te videam; studio teneor acerrimo; admirabili studio concitor; dici non potest, ut immineam in adventum tuum. Revolvor animo identidem in te; inflammato studio rapior. Ad insaniam te videre concupisco. Sitientissimum me tui profiteor; prægestit animus te videre. Efferor studio te complectendi; discupio tecum esse quamprimum. Ingens tui cupido incessit animum. Ingens ardor macerat, remordet animum cupido tui. Ingens animum cupido stimulat, invadit, incessit, me tui conspectu explendi. Dudum me cupido cepit videndi tui, in desiderium venit amicissimi hominis conspectus; magno animi fervore feror ad te complectendum; desiderium me tui ingens cepit; macerat me desiderio tui amicissima consuetudo nostra; jam dudum in amicissimi hominis amplexum trahi, rapi me sentio; ingens cupido animum stimulat videndi tui;

re-

Digitized by Google

accendi me incredibili cupiditate videndi tui perſentiſco. V. *Deſidero*, *ſtudium*. 3. *Deſiderium urbis ferre jam non poteſt*, er ſehnet ſich allzuſtark nach ſeinem Vaterlande. Impar jam ferendo eſt deſiderio patriæ; premitur, agitur deſiderio patriæ; laborat ex deſiderio patriæ ſuæ; elangueſcit, contabeſcit, moritur deſiderio patriæ; remordet animum patriæ deſiderium; deſiderio urbis maceratur. 4. *Deſiderium abſentis amici lenire litteris poſſumus*, das Sehnen nach dem Freunde können wir doch durch Briefe lindern. Minuere deſiderium litteræ poſſunt, efficere, perficere tamen non poſſunt, ut omnino conatur; litterarum ſubſidio conſolari orbitatem noſtram poſſumus; litteræ præſtare poſſunt, ut intra modum amici deſiderium ſe contineat: remittere, ac refidere tantiſper ſolet dolor ex amici abſentia conceptus, ad conſpectum litterarum. *Uſus*. 1. Deſiderium commovere, injicere, ein Verlangen erwecken. Deſiderium ſui relinquere, ein Verlangen hinterlaſſen. 2. Deſiderium hominis non fero, ich kann ohne dieſen Menſchen nicht ſeyn. 3. Abſentis deſiderium lenire litteris; ſich die Abweſenheit ſeines Freundes erträglich machen. 4. Deſiderium renovare, inſtaurare, augere, inflammare, das Verlangen erneuern, vergrößern. V. *Studium*.

Deſidero, as, avi, atum, are. verlangen. *Syn*. Deſiderio rei flagro, in deſiderio rei ſum, deſiderium me tenet, teneor ſtudio rei, omnibus votis expeto, requiro, poſtulo, ſitio, quæro, cupio, concupiſco, aveo, opto, exopto, cupidus ſum, avidus ſum, inhio, aſpiro, anhelo; in votis habeo, efferor ſtudio, cupiditate ducor, rapior, inflammatus ſum, ſtudio incenſus ſum, æſtuo, flagro, ardeo, exardeſco. *Adv*. Diutius, in poſterum, magnopere, manifeſtius, maxime, mediocriter, pauliſper, plane, prorſus, valde, vehementer, graviter. *Phraſ*. 1. *Nihil aliud, quam cœlum deſidero*, ich verlange nichts anders als den Himmel. Animus meus in cœlo eſt, in deſiderio cœlum eſt; æſtuat animus, flagratque incredibili patriæ cœleſtis cupiditate; cœlum ſpectat animus, nec præterea quidquam; tenet me beatarum in cœlo ſedium ardor ingens, ac deſiderium; efferor ſtudio rapiorque cœleſtis patriæ; ad cœlum acri animo tendo; incenſus ſtudio ſum; animus exardeſcit cœleſtis illius civitatis deſiderio; ad cœlum ſtudio inflammato rapior; dici non poteſt, quam flagrem deſiderio patriæ cœleſtis; quanto ſtudio teneat beatorum ſedibus quamprimum perfruendi; præter cœlum nihil aliud in deſiderium venit. V. *Deſiderium*. 2. *Mirum in modum tuam laudem deſidero*, ich habe ein großes Verlangen, dich gelobt und geehrt zu ſehen. Mire, mirifice, mirabiliter, mirandum in modum, admirabili quodam ſtudio tuam laudem, tuum decus ſpecto, cupio, aveo, exopto. Percupio tuam laudem; ſum in deſiderio tuæ laudis. Tuæ laudis cupiditate incredibili teneor, ardeo, flagro, ſum incenſus, ſum inflammatus, ducor, trahor, rapior. Amore flagro tuæ laudis; ſtudio ſum incenſus laudis tuæ, Alacris animo ſum, ut honeſtiſſimum te videam; ut te videam honoratum, laude florentem. Tua mihi laus cariſſima eſt, cordi eſt, curæ eſt, prima eſt, inter primas ducitur, antiquiſſima eſt, in maximis eſt, inter ea, quæ apud me ſumma. V. *Aveo*, *cupio*. *Uſus*. 1. Deſiderant te oculi mei. 2. *Deſum*, miſſen. Eo in negotio fidem tuam & diligentiam deſideravi. Nihil in Catone ad ſummam diligentiam deſideres. Deſiderata dicuntur tria militum millia. Tuam operam & diligentiam deſidero.

Deſidia, æ, f. Trägheit. *Syn*. Inertia, ignavia, languor, ſocordia, ſegnities. ✕ *Virtus*. *Uſus*. Deſidiæ ſe dedere. Plenum eſſe deſidiæ. Non in umbris, deliciis, otio, languore, deſidia animum affecimus. V. *Piger*, *inertia*.

Deſidioſus, a, um. müßig. *Syn*. Ignavus, ſocors, iners, deſes, otioſus. *Uſus*. Deſidioſam artem dicimus. Inertiſſimum otium & deſidioſiſſimum. V. *Deſes*.

Deſido, is, ſedi, ere. ſich ſetzen. *Uſus*. Terra hiatu vaſto deſedit.

De-

Digitized by Google

Designatio, nis, f. **Abzeichnung.** *Syn.* Descriptio. *Usus.* Requiro totius urbis designationem & apparatum. Infinita quæstio sine designatione personarum & temporum.

Designator, ris, m **Anordner.** *Syn.* Qui ludis funebribus præest, quique locum, tempus personis designat ad agendum.

Designo, as, avi, atum, are. **bezeichnen.** *Syn.* Describo, noto, significo, constituo, destino, definio, animo concipio, animo metor *locum*, *regionem*. *Usus.* Notat & designat oculis nos ad cædem. Facinus, consilium atrox designat. Castra, pontem, fabricam, operis totius formam designare. Designata sunt a DEO cuncta. Designatus, declaratus, decretus consul in annum sequentem.

Desilio, is, ii, *vel* ui, sultum, ire. **abspringen.** *Syn.* Celeriter, & quasi saltu descendo, devolo, dejicio me per *gradus*. &c. *Usus.* Rejecta penula de rheda desiluit.

Desino, is, sivi, *vel* ii, situm, ere. **abstehen.** *Syn.* Desisto, cesso, finem facio, conquiesco, prætermitto, intermitto, omitto, evado.)(*Incipio.* *Phras.* *Cur litterarum studia desinis?* **warum hörst du vom Studiren auf?** Ecquid in litterarum studio, velut perfecta re, conquiescis? cur litteris desistis? rationes litterarias deponis? Cur refrixit, defluxit, consenuit tam cito illud animi propositum ardens? cur exaruit tam cito illa vetus discendi cupiditas? ecquid erat, cur a mente tua tam cito recederes? ecquid litterarum studia tibi tam obsoleta? qua vetustate, aut negligentia emortuum est, evanuit, obsolevit, interiit tuum litterarum studium? ecquid tibi velut finitus labor constitit? cur doctrinarum studia abjicis turpi cessatione? cur cœptis absistis? cur conticescit, remisit tuus [illegible] ardor? V. *Deficio*, [illegible] *Usus.* Disputari desi[illegible] artem istam de[illegible] communibus lo[illegible]

Desipio, is, [illegible] ere. **aberwitzig seyn.** *Syn.* [illegible] sum, deliro. *Usus.* Nimio [illegible] prope desipiebam. Populus A[illegible] prope jam desipiens vetustate. V. *Deliro*, *insanio*.

Desisto, is, stiti, stitum, ere. **abstehen.** *Syn.* Intermitto, cesso, demitto, discedo. *Phras.* 1. *Desiste a lacrimis*, **höre vom Weinen auf.** Missas fac istas lacrimas; mitte istas tandem querelas; aufer lacrimas; emove hanc pectore tristitiam; lacrimas cohibe, inhibe, tene; tempera tandem a lacrimis; sit modus lacrimis; impera tandem dolori tuo, & lacrimas reprime. V. *Lacrima.* 2. *Dudum a litterarum studiis destitit*, **er hat das Studieren längst fahren lassen.** Dudum litteris & scholæ multam salutem dixit; a musis, ut si bellum ipsis indixisset, se disjunxit; divortium fecit cum musis; litterarum studia abjecit; operam a studiis alio traduxit, transtulit; litterarum studia missa fecit; librorum usum dimisit, deposuit; a studio bonarum artium discessit, se abjunxit. V. *Desino.* 3. *Desistet*, *spero*, *a petitione consulatus*, **er wird von Ansuchung des Bürgermeisteramtes abstehen.** Abibit, opinor, a petitione consulatus; ambitiosa hæc consilia abjiciet; abducet animum ab ambitioso hoc consilio; incepto absistet; deponet, nisi me fallit conjectura, voluntatem petendi consulatus; damnabit periculosa hæc consilia; voluntatem abjiciet. *Usus.* Causas tandem agere desiste. Auctionem facere destitit. Orare Pompejum non desisto. De sua sententia desistere, discedere. V. *Cesso*, *desino*, *abrumpo.*

Despectio, nis, f. **Verachtung.** *Syn.* Contemptio. *Usus.* Consolabitur eum magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam despectio. V. *Contemno.*

Despectus, us, m. **Verachtung.** *Usus.* Despectui & ludibrio esse omnibus.

Despectus, a, um. **verachtet.** *Syn.* Contemptus, abjectus. V. *Contemtus*, *vilis.*

Desperanter, **verzagt.** *Usus.* Desperanter mecum locutus est.

Desperatio, nis, f. **Verzweiflung.** *Epi.* Diuturna, falsa, magna. *Usus.* Desperatio est ægritudo sine ulla rerum expectatione meliorum. A desperatione ad spem me vocarunt.

Tan-

Tanta eſt rerum omnium amiſſio, & recuperandi deſperatio.

Deſpero, as, avi, atum, are. verzweifeln. *Syn* Diffido, ſpem perdo, in perditis, ac deſperatis habeo, animo cado, haſtam abjicio, a ſpe abſum.)(*Spero, confido, ſpem habeo. Phraſ.* 1. *Deſperatis medicina adhibenda non eſt*, bey verzweifelten Leuten iſt alle Arzney vergebens. Perditis jam, & in laqueum collum inſerentibus; qui animo plane concidere; magna deſperatione affectis; deſperatione torpentibus, deploratis ac prope depoſitis; conclamatis, animo labantibus, qui malis obruti animos deſpondere, ægro medicinam afferas. 2. *Tametſi pauperimus ſim, non tamen deſperabo*, obwohl ich arm bin, will ich doch nicht verzweifeln. Etſi me fortuna iis orbavit rebus omnibus, quæ cariſſimæ ſunt in vita, non faciam tamen, ut omnem ſpem abjiciam. Etſi fortuna mihi cariſſima quæque abſtulit, eripuit, ademit, non tamen committam, ut ipſe me plane deſeram atque deſtituam; ut ab omni ſpe animum abducam; ut ad deſperationem adducar, redigar. Ut cætera eripuerit fortuna, ſpe tamen ſalutis orbare me non poterit. Fortuna equidem adverſa premor, nec tamen nihil ſpero. Licet excluſa ſpes omnis videatur, meliorum tamen rerum ſpe aliqua nitor etiamnum, ſuſtentor, fulcior. 3. *Deſperarunt de magnis illis conſiliis*, ſie haben an ihren großen Unternehmungen verzweifelt. Ex alta ſpe deciderunt; ex magna ſpe deturbati, dejecti, detruſi, depulſi jacent; ſpem illam, quam fuſceperant ingentem, abjecerunt, depoſuerunt; non, ut antea, ſpe tenentur; non eos, quæ antea ſpes alit, fovet, paſcit; ſpes omnis jam abitt, diſceſſit, evanuit. Nulla prorſus jam ſpes eſt, quæ illos ſuſtentet; firma ſe niti ſpe putabant, ea quam ſit imbecillis, nunc intelligunt. 4. *In tanta rerum iniquitate deſperaret alter*, ein anderer würde bey ſo geſtalten Sachen verzweifeln. Spe excideret; ad deſperationem perveniret, adduceretur; animos aliorum deſperatio inceſſeret; deſperatione torperet alter; ſpem ſalutis damnaret; nullius ſalubris conſilii patiens eſſet; ſpem amitteret; ſpem ſibi ademptam; ſpei nihil ſupereſſe, reliquum eſſe lamentaretur. In tam perdita re ſpes alium tota deſereret, deſtitueret; a ſpe decideret alius, ſpem in perpetuum amitteret; præciſam ſibi ſpem omnem, abſciſſum omnium rerum reſpectum clamitaret; in tam perturbata temporum calamitate, in exigua ſpe eſſet alius; in exigua ſpe traheret animam. 5. *Deſperatum eſt*, es iſt alles verzweifelt. V. *Actum eſt. Uſus.* Nec temere deſperandum eſt propter ignaviam, nec minus confidendum propter cupiditatem. Honores, vitam, ſalutem deſperare. Deſperatus morbus. Homo a ſe ipſo deſperatus, a cæteris relictus. V. *Spes.*

Deſpicatio, nis, f. Verachtung. *Syn.* Contemptus, deſpicatus, deſpicientia. *Uſus.* Odia, deſpicationes adverſantur voluptatibus. V. *Contemptus.*

Deſpicatus, us, m. Verachtung. *Syn.* Deſpicatio. *Uſus.* Si quis deſpicatui habetur, Myſorum ultimus dicitur.

Deſpicientia, æ, f. Verachtung. *Syn.* Contemptio. *Uſus.* Totam vim bene vivendi in deſpicientia rerum externarum collocemus.

Deſpicio, is, ſpexi, ſpectum, ere. verachten. *Syn.* Contemno, negligo, deſpicatui habeo. *Uſus.* 1. Omnes deſpicit, hominem præ ſe neminem putat. Omnia deſpicere & pro nihilo putare. 2. *Video, cerno, animadverto*, voraus ſehen, wahrnehmen. Res tot, tam varias in illa reipublicæ poteſtate ſponte deſpexi. Deſpexit, quid illi moliantur. V. *Contemno.*

Deſpolio, as, avi, atum, are. ausrauben. *Syn.* Spolio. *Uſus.* Templa deſpoliare. V. *Spolio.*

Deſpondeo, es, ſpondi, ſponſum, ere. verloben. *Syn.* Paciſcor, promitto, deſtino, ſpondeo. *Uſus.* Filiam ſuam alicui deſpondere. Lentulus Hortenſii ſibi domum deſpondit, gewiß verdoffen. Deſponſam mihi laudem præripuit, & deſtinatam provinciam. Spes mihi nulla deſpondetur, es iſt keine Hofnung übrig. Animos deſpondere, verzagen.

De-

Digitized by Google

Deſtino, as, avi, atum, are. verordnen. *Syn.* Deſigno, decerno, conſtituo, attribuo, deſpondeo. *Uſus.* Animo, animis, in animo aliquid deſtinare & deſignare. Necem alteri deſtinare. Deſtinata hora adero. V. *Propono, ſtatuo.*

Deſtituo, is, ui, utum, ere. verlaſſen. *Syn.* Deſero. *Uſus.* Roſcius miſeros ſocios induxit, decepit, deſtituit. Res ſuas, fortunas deſtituere. Viri boni ſæpe illuſi & deſtituti. V. *Relinquo, deſero.*

Deſtitutio, nis, f. Verlaſſung. *Syn.* Dereliction, deſertio. *Uſus.* Deſtitutione illa perculſus hæſit.

Deſtruo, is, xi, ctum, ere. zerſtören, abbrechen. *Syn.* Tollo, deleo, diruo, everto, diripio, excido, excindo, convello, vaſto, apprimo, extinguo, diſſolvo, disturbo, demolior, nullum veſtigium relinquo, ruinam edo, extinguo & funditus deleo.)(*Conſtruo, ædifico, coagmento.* *Phraſ.* 1. *Hoſtis urbem deſtruxit*, der Feind hat die Stadt zerſtöret. Diruit, afflixit, inflammavit, funeſtavit; ſaxis, ignibus, ferro vaſtitatem urbi attulit, intulit; muros ab imo ſubruit; ad ſolum diruit; ſedes tectaque convellit; urbem tectorum excitione diſſipavit; dejecta murorum fundamenta, nequod urbis veſtigium extaret; parietes cuniculis ſubrui juſſit; templa ruinis & ignibus deleta, aditus demolitione ſublati, disturbata tecta, exſciſſæ & complanatæ domus; vici deuſti; labefactata vectibus & convulſa publica monumenta; urbs tota ab hoſte exciſa ac everſa, ſic, ut præter famam nihil urbis in urbe duraret, permaneret. V. *Vaſto, everto.* 2. *Pons deſtructus eſt*, die Brücke iſt zerriſſen worden. Pontis compages crebris fluctibus verberatæ ſe laxabant; nulla tam firma moles erat, quam non exederent undæ per operum nexus manantes; interruptus aquarum incurſu pons ruina oppreſſus eſt; impulſi in latus pontis ruinæ pendebant; pontium capita a fundamentis prorutа jacebant; convulſis pontium monimentis tabulata ac trabes in fluctus ſparſæ ſunt. Pontis facta demolitio eſt. 3. *Hannibal Italiam fœde deſtruxit.* Hannibal hat Wälſchland grauſam verheeret. Hannibal Italiam, effuſis ac diſſipatis pulcherrimæ regionis fructibus, ad exitium & vaſtitatem vocavit. Italiæ terror, vexator, perditor, afflictor, everſor, exterminator, Hannibal Romanam rem graviter labefactavit; magnis editis ruinis, magnis plagis impoſitis ac inflictis, Romanas opes vaſtatione fregit ac proſtravit; cæde ac in endio omnia complevit; rempublicam multis cladibus attrivit, debilitavit, præcipitem dedit. Hujus crudelitate jacuit Italia proſtrata, perculſa & abjecta, ſummis calamitatibus fracta & afflicta; hujus rapacitate lacerata, exhauſta, exinanita; deleta delere & exterminata; direpta ab Hannibale Italia, ac barbaris condonata; belli impetu perculſa, ac proſtrata; omnibus partibus quaſſata ac labefactata. V. *Vaſto, bellum, damnum, populor.* *Uſus.* Navem, ædificium deſtruit facillime, qui conſtruxit.

Deſubito, gähling. *Syn.* Subito.

Deſudo, as, avi, atum, are. ſchwitzen, ſich ſtark bearbeiten. *Syn.* Sudo, nitor, laboro. *Uſus.* Deſudare atque elaborare in re aliqua. V. *Laboro, contendo.*

Deſuefacio, is, ere. abgewöhnen. *Syn.* Conſuetudinem tollo. *Phraſ.* *A dicendo prope deſuefactus ſum*, ich bin vom öffentlichen Redehalten ſchon ganz entwöhnet. Prope oblivio me cepit dicendi; ea orandi conſuetudo prope mihi detracta eſt; is dicendi uſus prope exolevit. *Uſus.* Multitudinem jam a concionibus deſuefactam ad veterem conſuetudinem revocavit.

Deſuefco, is, ſuevi, ſuetum, ere. entwöhnen. *Uſus.* Res dudum deſueta.

Deſuetudo, inis, f. das Abgewöhnen. *Uſus.* Populus deſuetudine armorum mollior.

Deſultorius, a, um. zum Herabſpringen dienend, unbeſtändig. *Syn.* Qui ex equo in equum facile deſilit: *item*: *Transl.* Inconſtans, ingenii mobilis, levis. *Uſus.* E prætorio candidato conſularis quaſi deſultorius &c. V. *Levis.*

Deſum, es, deſui, eſſe. mangeln. *Syn.* Abſum, deficio, non adſum.)(*Adſum.* *Phraſ.* *Deeſt, quod aliis lar-*

Digitized by Google

largiar, ich habe anderen nichts zu geben. Omnia me deficiunt; omnium inopi, quod largiar, non est in summa penuria ac egestate dego; nihil præsto est, nihil supereſt, nihil suppetit, quo aliorum inopiam sustentem. V. *Careo Usus.* Doctrina mihi non defuit, nec ingenium. Tibi nullum a me pietatis officium defuit. Nunquam occasioni, officio, causæ defui.

Desumo, is, sumpsi, sumptum, ere. nehmen *Usus.* Hostem sibi certum desumere. V. *Eligo.*

Detego, is, texi, tectum, ere. entdecken. *Syn.* Denudo, aperio. *Usus.* Insidias detegere. V. *Aperio, manifestus.*

Detendo, is, tendi, tensum, ere. ablassen. *Usus.* Tabernacula detendere.

Detergo, is, tersi, tersum, ere. abwischen. *Syn.* Abstergo. *Usus* Jucundo sermone fastidia, dolorem, molestias detergere.

Deterior, oris, g. c. böß, ärger. *Syn.* Pejor, nequissimus. *Phras.* 1. *Rem omnem sua importunitate deteriorem effecit*, er hat die Sache mit seiner ungestümmigkeit nur schlechter gemacht. Diis hominibusque invisis negotium plane evertit; corrupit omnia & profligavit. Omnia nunc deteriora sunt: in statu, loco deteriore sunt. Versa & mutata in pejorem partem sunt omnia, sic ut nihil offensioni huic mederi jam queat. 2. *Deterior factus est*, er ist noch ärger geworden. Nimium quantum e pristina virtute deflexit; a se ipso degeneravit, discessit. Nimium desciv it; nec gradu, sed præcipiti cursu in vitia transcurrit. V. *Corrumpo, depravo, disciplina solutior.*

Deterius. *Adv.* ärger.

Determinatio, nis, f. Endigung. *Syn.* Terminus, conclusio, finis. *Usus.* Cœli complexus, extima ora & determinatio mundi. Conclusio est exitus & determinatio totius orationis.

Determino, as, avi, atum, are. Ziel setzen. *Syn.* Termino, concludo. *Usus.* Quod dicit, spiritu, non arte determinat.

Detero, is, trivi, tritum, ere. abtreiben. *Syn.* Destruo, corrumpo. *Usus.* Calceos deterere. Laudes alicujus deterere, *imminuere*, das Lob schmälern.

Deterreo, es, ui, itum, ere. abschrecken. *Syn.* Dehortor, absterreo, revoco, avoco, deduco, repello, removeo, averto; studium alicujus retardo, *vel* restringo.)(*impello. Usus.* A dimicatione aliquem, a scribendo deterrere. Aliquem ab officio, injuria, propositó deterrere. V. *Absterreo, avoco, abduco.*

Detestabilis, e. abscheulich. *Syn.* Execrandus. *Usus.* Scelus detestabile. Res pestifera, detestabilis, execranda.

Detestatio, nis, f. Verfluchung. *Usus.* Pro detestatione tot scelerum unam aram consecravit.

Detestor, aris, atus sum, ari. vers abscheuen. *Syn.* Aversor, abominor. *Adv.* diligenter. *Usus.* Omnes te vitant, & tanquam auspicium malum; memoriam tui, faciem ipsam tuam ac nomen detestantur. Belli exitum detestor O Dii avertite & detestamini hoc omen! V. *Abominor.*

Detexo, is, texui, textum, ere. abweben, verfertigen. *Usus.* Rem a summo exordio detexam. Detexta retexere.

Detineo, es, ui, tentum, ere. aufhalten. *Syn.* Teneo, moror, demoror. *Adv.* Diutius, prope. *Usus.* Diu suspensum me detinet. In alienis fere negotiis detineor. Non te detinebo diutius. V. *Moro, moror, retineo.*

Detorqueo, es, torsi, tortum, ere. verdrehen. *Syn.* Deflecto, averto. *Usus.* Voluptas animum a virtute detorquet. Voluntas testium facile flecti & detorqueri potest. Pars corporis imminuta & detorta. V. *Flecto.*

Detractio, onis, f. Abziehung. *Syn.* Diminutio. *Usus.* Detractio, & appetitio alieni. Detractio confecti & consumpti cibi.

Detraho, is, traxi, tractum, ere. abziehen. *Syn.* Minuo, deliho, derodo, defero, aufero, decerpo, detractionem facio.)(*addo. Adv.* Facile *Phras.* 1. *Detrahi de summa nihil potest*, es läßt sich vom Gelde nichts abziehen. Deduci, decidi de summa nihil potest; abesse a summa ne terunius quidem potest; nulla

nulla hic deceſſio, nulla deductio ex præſenti ære poteſt. 2. *Detrahere de bonore meo ubique nititur*, er ſucht aller Orten Gelegenheit, mir die Ehre abzuſchneiden. Famam meam detrimento afficere; de fama mea detrahere; famam lædere; famæ obeſſe, nocere, officere ubique ſtudet. Laudes meas ubique obterit; ſermones de me habet malignius. Id agit, ut æternas mihi infamiæ notas inurat. In id unum incumbit, ut iis meum nomen ſordibus inquinetur; ut iis maculis nomen meum afficiat, inſpergat, quas nulla dies, nulla deinde res poſſit eluere, abstergere, delere. Id unum ei ſtudium eſt, id conſilium, id ſpectat unice, ut me in perpetuum infamem reddat; ut me perpetua notet infamia, ut æternæ me infamiæ tradat; ut perpetuo male audiam; ut perpetuum in infamiam abducar; æterna ut infamia flagrem, laborem; ut in ſordibus infamiæ nunquam non jaceam; ut perpetua verſer in infamia. 3. *Ille non parum de me detraxit*, er hat mir nicht wenig übel nachgeredet. Infamiam non levem mihi conflavit, intulit; non levem nomini meo infamiam aſperſit; laudem, ſiqua fuit, non parum obtrivit; imminuit; de meis laudibus non parum delibavit; laudibus non nullam obſcuritatem attulit; nomini non parum offecit meo; in famam meam violentus incurrit; malevolentiſſimis obtrectationibus cumulum facile de laudibus meis deruit; nihil non egit, quo virtutem meam obtereret; premendo, obtrectando, crimina ferendo non parum me læſit; labem non unam aſperſit nomini meo; ſplendorem nominis inuſta turpitudinis nota non parum obſcuravit; non parum me notavit ignominia; nominis famam non parum læſit. 4. *Timeo, ne de fama mea detrahatur*, ich fürchte, ich möchte in ein übles Geſchrey gerathen. Ne fama mea a malevolis laceretur; ne ſiniſtris rumoribus per urbem differar; ne per ora hominum fœdum in modum traducar; ne fabula vulgi fiam; ne in ora vulgi perveniam, ne ſiniſtra de me fama ſpargatur; ne exiſtimatio mea ſiniſtris hominum ſermonibus deformetur; infamiæ maculis inficiatur, aſpergatur, inquinetur; ne quædam probroſa nomini meo liberius diſſipentur, diſſeminentur, jactentur. V. *Calumnia*, *Fama*, *Obtrecto*, *Criminor*. *Uſus*. 1. Multum venuſtatis imagini diuturnitas detraxit. De ſuis commodis aliquem detrahere. Bona a fortuna data hominum perfidia tibi detraxit. Calamitatem alicui, damna, conſuetudinem detrahere. 2. *Obtrecto*, verläumden. Detrahere de aliquo, & in invidiam vocare. De honore, fama, honeſtate alicujus detrahere.

Detrectatio, onis, f. Weigerung. *Uſus*. Juniores Romani ad edictum ſine detrectatione convenere. Detrectatio militiæ.

Detrectator, oris, m. Weigerer. *Syn*. Qui renuit, recuſat. *Uſus*. Cato haud detrectator laudem ſuarum.

Detrecto, ●, avi, atum, are. ſich weigern. *Syn*. Fugio, averſor, vito, reſiſto. *Uſus*. Pugnam detrectare. V. *Nolo*, *Invitus*, *Vito*, *averſor*.

Detrimentum, i, n. Schaden. *Syn*. Damnum.)(*emolumentum*. *Epi*. Magnum, majus, maximum, minus, ſummum, plura. *Phraſ*. *Ea ſeditio rempublicam gravi detrimento affecit*, dieſer Aufruhr war dem gemeinen Weſen ſehr ſchädlich. Multa damna reipubl. intulit, importavit, injunxit, impoſuit, invexit; haud exiguum detrimentum respublica ex ea ſeditione accepit, fecit. V. *Damnum*, *jactura*. *Uſus*. 1. Detrimentum inferre, in Schaden bringen. 2. Detrimentum accipere, facere, Schaden leiden. 3. Detrimentum ſarcire, reſarcire, reconcinnare, den Schaden erſetzen.

Detrudo, is, truſi, truſum, ere. hinabſtoſſen. *Syn*. Deturbo, expello, depello. *Uſus*. Neceſſitas me ad illa tentanda detruſit. Aliquem regno; in mendicitatem detrudere. De ſententia hominem detruſi. In piſtrinum aliquem detrudere. In maximum mœrorem ſum detruſus. V. *Pello*.

Detrunco, as, avi, atum, are. abhauen. *Syn*. Decido, ſeco. *Uſus*.

Wagner.

Digitized by Google

Detruncatis arboribus ſtruem ingentem lignorum facit.

Devaſto, as, avi, atum, are. **verwüſten.** *Syn.* Spolio, vaſto, depopulor. V. *Vaſto*, *depopulor.*

Deveho, is, vexi, vectum, ere. **hinabführen.** *Syn.* Veho. *Uſus.* Vel jam devectus Brutum vidi.

Devenio, is, veni, ventum, ire. **kommen.** *Syn.* Venio, pervenio. *Adv.* Neceſſario. *Uſus.* In qualem fortunam deveni? Nolebam has litteras in alienas manus devenire. V. *Venio.*

Devexus, a, um. **anhängig.** *Syn.* Declexus, inclinatus. *Uſus* Ætas devexa ad otium. Sol paullum a meridie devexus.

Devincio, is, vinxi, vinctum, ire. **verbinden.** *Syn.* Obſtringo, obligo, demereor, concilio: conſtringo, alligo, comprehendo. *Phraſ. Beneficio illum mihi devinxi*, **ich habe ihn mir durch eine Gutthat verbunden.** Voluntatem ejus beneficiis mihi conciliavi; beneficio hominem mihi adjunxi; beneficio gratiam ejus emi: officio & beneficio hominem comprehendi; liberalitate & officio devinctum teneo; beneficio meum feci. V. *Concilio*, *demereor*, *adjungo*, *amicitia. Uſus.* Eum mihi fœdere, cautione omni & execratione devinxi. Beneficiis aliquem, ſuavitate ſermonis, conſuetudine, affinitate ſibi devincire. Hic maximo ſe ſcelere devinxit. Fœderibus etiam cum hoſte fides devincitur. Largitione aliquem, vinculis, liberalitate, officiis devinctum tenere. V. *Obligo*, *obligatus*, *obſequor.*

Devinco, is, vici, victum, ere. **überwinden.** *Syn.* Vinco, ſupero. *Uſus.* Duillius Pœnos claſſe devincit. V. *Vinco.*

Devitatio, onis, f. **Vermeidung.** *Syn.* Fuga, vitatio. *Epi.* Facilior & exploratior.

Devito, as, avi, atum, are. **vermeiden.** *Syn.* Vito. *Uſus.* Procellam temporis devitavit. Putat ſe a me devitari. Dolorem devitare. V. *Vito.*

Devius, a, um. **das vom Wege ab iſt.** *Syn.* Qui de recta via deflexit, a via remotus, alienus, averſus. *Uſus.* Itineribus deviis profectus. Homo amentiſſimus, omnibus conſiliis præceps & devius. Oppidum devium.

Deunx, uncis, m. **eilf Unzen.** *Syn.* Undecim unciæ, *quaſi una de aſſe dempta.*

Devoco, as, avi, atum, are. **rufen, herabrufen.** *Syn.* Voco, revoco. *Uſus.* Ad triumphum, ad gloriam te devocat. Socrates primus Philoſophiam e cœlo devocavit. In ſuſpicionem devocari V. *Avoco.*

Devolo, as, avi, atum, are. **herabfliegen.** *Syn.* Avolo, diffugio. *Uſus.* Ab una amicitia ad aliam devolas. Simul ut fortuna defluxit, amici devolant. De tribunali in forum devolat prætor.

Devolvo, is, volvi, volutum, ere. **abwelzen.** *Syn.* Præcipitem ago, impello. *Uſus.* Omnes ad inanem ſpem pacis devoluti ſunt.

Devoro, as, avi, atum, are. **verſchlingen.** *Syn.* Ligurio, abligurio. *Uſus* 1. Verbum ipſum voluptatis devorabat, vor Liebe freſſen. 2. *Inbio*, nachjagen. Spe & opinione eam hereditatem jam devorarat. 3. *Conſumo*, *diſſipo*, **verſchlemmen, verzehren.** Patrimonium omne, prædia, rem familiarem juvenis perditus devoravit. 4. *Fero*, *perfero*, **vertragen, ausſtehen.** Erit ea moleſtia devoranda. Hominum ineptias & ſtultitiam ſæpe devorare oportet. V. *Conſumo*, *comedo.*

Devotio onis, f. **Verwünſchung, Verfluchung.** *Syn.* Dedicatio, conſecratio, addictio. *Uſus.* Deciorum devotione placati ſunt Dii. Devotione capitis mei ſervandam rempublicam putavi, **ich habe mit Aufſetzung meines Lebens das gemeine Weſen erhalten wollen.** *Cum ad pietatis ſtudia refertur*, *rectius dicetur*: Religio, pietas in DEum & Superos, **Andacht.**

Devotus, a, um. **gewidmet, verwünſchet.** *Syn.* Deſtinatus, conſtitutus. *Uſus.* Miloni ea hoſtia devota videbatur. Devotus Orco, **ein verfluchter Menſch.**

Devotus, *a*, *um.* **andächtig, gottesfürchterlich.** *Phraſ.* 1. *Devotus eſt*, *vulg.* **er iſt gar andächtig und gottesfürchtig.** Religioſus, pius, DEum colens; pietatem & religionem colens; pie & religioſe vivens, ducem DEum in omnibus ſequens; animum ac cogitationes ad DEum

Digitized by Google

referens. Qui humana respuens ad divina solum incumbit; deditus soli contemplationi rerum æternarum; nihil non postponens Christianæ pietati; qui exemplo vitæ & sanctissima doctrina animos ad exitium ruentes retrahit, & ad salutem dirigit; præstanti religione in DEum; cœlestis Numinis amore magnopere devinctus; cujus mens omnium fluxorum immemor, ad sola immortalia & cœlestia fertur; qui rationis imperio affectiones humanas subigit; cujus ratio cupiditati dominatur, qui lascivientes corporis motus ad rationis divinarumque legum præcepta coërcet atque comprimit; magna, antiqua religione; maxima cum religione, ardore in DEum, pietatem colit; exemplar est religionis; vitam sancte pieque exigit; in quem tantum in speculum intuentur, qui pietatem, qui religionem colunt; insigni pietate est erga DEum; religiosus inprimis pietatis cultor est miræ pietatis; raræ in DEum religionis est; ad omne Christianæ pietatis & officii decus mire factus, compositus, incensus, animatus. 2. *Singulariter devotus est B. Mariæ Virgini*, er hat eine ſonderbare Andacht gegen die ſeligſte Mutter Gottes Præcipuo quodam studio cultuque fertur in DEI Matrem; præcipua pietate ac religione Dei Matrem colit, veneratur; singulari cultu Matrem Virginem prosequitur; præcipua illi in Virginem Dei Matrem religio est & pietas, divinæ Matris præcipua quadam religione tenetur; ejus honoribus impense studet, deditus, addictus, devotus est; ardentiorem cultum erga DEI parentem Virginem hausit; suavissimo quodam pietatis studio in Virginem DEI Matrem exardescit; præcipuam pietatis operam in colenda rite sancteque Virgine DEI Matre ponit, collocat. V. *Religiosus. Usus.* Devota DEO mens, ein Gemüth, ſo ſich Gott ganz gewidmet.

Devoveo, es, vovi, votum, ere, geloben, widmen, verwünſchen, verfluchen. *Syn.* Voveo, destino, dedico, consecro. *Usus.* Devovere se pro ære alieno. Caput suum pro republica Diis devovere. Tu tuumque caput hoc sanguine consecro devoveoque. Diris omnibus aliquem devovere. Devovit Agamemnon Dianæ se &c.

Deuro, is, ussi, ustum, ere. abbrennen. *Syn.* Uro, exuro.

DEus, i, m. GOtt *Syn.* Numen præpotens, æternaque Natura. Procreator mundi, mens æterna ille, qui cœlum atque terras tuetur & regit Optimus, Maximus. Summi Rectoris & Domini Numen. Opifex ædificatorque mundi. Dominator rerum, ac omnia nutu regens. Præsens præpotens DEus. Antiquissima & rerum omnium princeps Natura Parens rerum, mundi fabricator; universi machinator ac rector. Effector mundi atque molitor. Rerum summus arbiter. Universi auctor rectorque. Regnator omnium DEus. Præpotens ille immensi hujus operis effector, princeps ac parens. Præses mundi, & rector universi. Bonorum fons ac Oceanus omnium. *Epi.* Æternus, beatus, certissimus, effector mundi atque molitor. Fortis, immortalis, mens soluta quædam & libera, præditus summa mente, opifex ædificatorque mundi, omnia providens & cogitans. Præpotens, princeps ac præsens, pulcherrimus, sanctissimus, sapiens, sempiternus, summus, supremus, tantus, altissimus, atque undique circumfusus. *Phraſ.* 1. *DEus est creator omnium*, Gott iſt ein Schöpfer aller Dinge. Est omnium rerum auctor, conditor, opifex, effector. Nihil est in universo terrarum orbe, nihil amplissimis cœlestium orbium cancellis circumscribitur; nulla res, nulla virtus in cœlo ipso eminet, cujus auctorem DEum fateri non debeamus. Ecquis spiritus, qui altissimum illum cœlestis regionis vertícem incolit, quem non DEus infinita vi sua ex nihilo condiderit? Omnes omnium rerum protectiones uni divinæ potentiæ referendæ sunt; divino Numini in acceptis referendæ. Dei unius a voluntate potestateque sunt omnia; ejus a nutu, imperio pendent omnia; is cuncta ex nihilo creavit, formavit, finxit, condidit, architec-

Digitized by Google

ſtatus eſt. Auctor idem rectorque. 2. *DEUS eſt gubernator omnium*, Gott iſt der höchſte Beherrſcher aller Dinge. Summus eſt rerum omnium arbiter ac moderator; qui omnia regit, temperat, gubernat; qui, ut auctori ac rectori rerum patet ſervitque univerſitas; cujus potentiſſimo imperio natura tota obtemperat; in cujus poteſtate & arbitratu verſantur omnia; qui rebus omnibus præeſt, dominatur, imperat; a quo uno, cujus unius a voluntate, nutu, imperio pendent omnia; cujus poteſtas omnia complectitur; quem verentur omnia, cui parent omnia; cujus cœleſti providentia, divino nutu, numine, voluntate gubernantur univerſa; qui rerum univerſitati præſidet; qui cœlum & omnia, quæ cœli ambitu continentur, æterno regit imperio, imperio ſempiterno moderatur; cujus vi, conſilio, voluntate moventur omnia & gubernantur; qui nutu terram concutit; ad cujus aſpectum natura univerſa contremiſcit; cujus immenſa poteſtate omnia continentur; cujus nutu & ditione ſola terrarum gubernantur; qui omnia ſupera, media, infima ſempiterno imperio regit ac tuetur. V. *Poſſum*, *poteſtas*. 3. *DEus eſt benigniſſimus*, Gott iſt der gütigſte Herr. Ampliſſima eſt divina liberalitas. Patet omnibus latiſſime, ampliſſime patet divina benignitas. Cui non benefecit DEus? Quis eſt, in quem DEI benignitas non extet? Quis eſt, qui divinam benignitatem non ſenſerit, non expertus ſit, non re ipſa cognoverit, non perſpicue viderit, non clariſſime perſpexerit? Subvenit DEus invocantibus ſe; præſto eſt, opem fert, opitulatur implorantibus ſe, confugientibus ad ſe. DEus miſeros ſublevat; deſperatione debilitatos confirmat, fulcit, ſuſtinet; aberrantibus ſubſidio eſt. Nemo divinam opem fruſtra imploravit. Eſt DEus tranquillitas in noſtris calamitatibus, naufragium timentibus portus eſt. Afflictos facile divina pietas excitat. Perfugium, receptum habemus ad DEum in noſtris calamitatibus. 4. *DEus in omni genere perfectiſſimus eſt.* Gott iſt in allen unendlich vollkommen. Bonitas in DEO tanta eſt, quanta poteſt eſſe maxima. Fons eſt bonorum omnium perennis & inexhauſtus. DEI benignitas nullis finibus circumſcribi, nullis ſpatiis includi poteſt. Clementia nulla temporum, nulla locorum immenſitate terminatur, iſt die unendliche Gütigkeit. DEus nullo initio temporis circumſcribitur, nullo ſeculorum fine concluditur. DEO æternitatem nulla temporis circumſcriptio metitur. DEI imperium in res omnes immutabile æternitate continetur. Immortalem ejus dominatum ipſa æternitas intuebitur, Gott iſt ewig. DEI potentiæ nihil non ſubjectum eſt; quæ ampliſſimo cœli ambitu continentur, quæ toto terrarum orbe ſunt imperia, ejus nutibus ſerviunt, ejus voluntatibus famulantur. Evertit imperia & inſtaurat; Reges de ſolio detrudit, & ad ſummum faſtigium evehit, cumque infinitum in res omnes. jus ſit ac imperium, una voluntas pro lege eſt, Gott iſt allmächtig. Illa, ſumma rerum poteſtas ac vis ſuprema ſemper & ubique præſens eſt, cumque nullis locorum ſpatiis conſtringi poſſit, per omnia commeat, eaque etiam, quæ denſiſſimis occulta ſunt tenebris, intuetur. Ille eventura novit omnia, ac velut præſentia contemplatur; ille intimos animorum receſſus ac latebras contuetur; ille arcana mentis omnia inſpicit ac ſcrutatur; ille cogitationes noſtras omnes exploratas habet, Gott iſt allenthalben gegenwärtig, und allwiſſend. Ejus rectiſſima judicia manes inferi pertimeſcunt; ejus voluntas omnium legum lex eſt, & norma æquitatis. Gott iſt unendlich gerecht, wahrhaft und heilig. Cumque idem & veritatis parens, & juſtitiæ tutor ſit; cum ſummus totius honeſtatis, decoris ac virtutis princeps & architectus; digniſſimus eſt, cujus auguſtiſſimum nomen omni ſanctitate colatur, ſempiternisque laudibus efferatur.

DEI opem implorare, ſeine Hülfe anflehen. In malis ac calamitatibus oportet ad DEum con-

Digitized by Google

confugere, perfugere, præſidium in DEO ſtatuere; receptum ad divinam omem habere. Cum ærumnis premimur, ad DEum nos vertamus, convertamus, neceſſe eſt. V. *Auxilium*, *Perfugium*.

DEI Conſilio, aus Schickung GOttes. Divino conſilio; non ſine divino numine; DEI ductu ac numine; DEI (*Deorum immortalium*) nutu atque conſilio geſta hæc & proviſa videntur.

DEO *favente*, durch göttlichen Beyſtand. DEO bene opitulante; DEO juvante, approbante; ſi ita DEO cordi eſt; ſi ita viſum ſuperis; ſi ita cœlitum voluntas tulerit; ſi DEUS annuerit; ſi DEUS nos reſpexerit; immortalis DEI benignitate, ductu ac numine; DEO præſentiam ſuam declarante; DEO auſpice. *Olim in uſu hæc erant*: Diis bene juvantibus; ſi dii approbant; Deum pace impetrata; Deorum immortalium benignitate; Diis adjuvantibus; Diis præſentiam ſuam declarantibus.

DEUM *adorare*, *invocare*, GOtt anbethen, anruffen. Numen divinum precibus placare; DEUM (*Deos*) venerari; Deo ſupplicare, vota facere; a DEO Optimo Maximo opem auxiliumque petere. DEUM ad auxilium devocare; DEO quantum maximum poſſumus, honorem habere. *Olim in uſu hæc erant*: A Diis immortalibus pacem ac veniam petere; mentes Deorum immortalium precibus placare; pacem Deum expoſcere; Deos circa omnia pulvinaria obſecrare. V. *Adoro*.

In DEUM *peccare*, wider GOtt ſündigen. DEum ſcelere violare; verbis ferocibus DEum increpare, laceſſere: ultorem religionum Deum provocare; neſarium cum DEO bellum gerere; arma ferre in divinum Numen. V. *Blaſphemia*.

DEUS *avertat*, GOtt verhüte es. *Abſum*.

DEUS *benedicat*, GOtt gebe ſeinen Segen dazu. DEUS eam tibi rem fortunet: tuis rebus conſulat: DEUS ſuo præſens numine atque auxilio re defendat.

DEUS *res humanas curat*, GOtt waltet in der Welt. Humanis rebus præſens intereſt DEus; intereſt rebus humanis cœleſte Numen: nihil rerum humanarum ſine divino numine agitur, geritur.

Dextella, æ, f. das rechte Händlein. *Syn.* Parva dextera.

Dexter, a, um. recht.)(*ſiniſter*. *Uſus*. Dextra manus. Dextrum cornu.

Dextra, æ, f. die rechte Hand. *Syn.* Dextra.)(*læva*. *Epi.* Conſularis, fida, firmior, hoſtilis, impia, violatæ fidei teſtis. *Uſus*. Jacenti & ſupplici dexteram porrigere. Græcia dexteram tendit Italiæ, eique præſidium pollicetur.

Dextere, recht, geſchicklich. *Syn.* Apte. *Uſus*. Dextere obire officia, uti fortuna.

Dexteritas, tis, f. Geſchicklichkeit. *Uſus*. Naturalis ingenii dexteritas. Multa in eo & dexteritas & humanitas viſa.

Dextrorſum, rechterhandwärts. *Syn.* Ad dextram.

Diabolus, i, m. Teufel. *Phraſ.* 1. Adverſarius dolis inſtructiſſimus; mille artium ſummus ille artifex qui olim eſu pomi interdicti primos parentes, & per illos omnium ſeculorum mortales in immenſam calamitatum voraginem e celſiſſimo faſtigio præcipitavit; impurus; immundus, inquinatus ſpiritus; malorum, quæ geruntur, auctor; perditor hominum, ſpiritus contaminatus & perditus; nequiſſimus inimicus ac vexator hominum; hoſtis perennis ac juratiſſimus humani generis; machinator, ſeminator omnium malorum; omnis honeſti oſor, veritatis & humanæ ſalutis ſempiternus & inſenſiſſimus inimicus; qui nullam unquam rationem hominibus inſidiandi intentatum relinquit; veterator ille magnus, qui ex altiſſimo cœli domicilio dejectus, qui parentes primos primus corrupit, ac mentes eorum in transverſum egit; cujus venenatiſſimis artibus quovis pene momento appetimur. 2. *Diabolum expellere*, den Teufel austreiben. Malum dæmonem ex corporibus ejicere, exigere, profligare; exturbare ex obſeſſis, correptis, occupatis hominum corporibus inquilinos, immundos ſpiritus; malos genios humanis e cor-

Digitized by Google

corporibus depellere, emovere; infernos inquilinos diuturna poſſeſſione dejicere, deturbare, movere, dimovere. 3. *Obſeſſus eſt a Diabolo*, er iſt vom Teufel beſeſſen. Inſeſſus eſt ab Orci genio; oppreſſus, occupatus a teterrimo humani generis hoſte ac vexatore; correptus a Tartareo hoſte; a tortoribus Orci ſpiritibus agitatus, vexatus; inquilino malo dæmoni ad pœnam datus.

Diadema, atis, n. königliche Haupt-Binde, Schmuck. *Syn.* Corona regni inſigne. *Uſus.* Antonius collegæ diadema impoſuit.

Diæta, æ, f. Ordnung im Eſſen und Trinken. *Syn.* Medicinæ pars, quæ victu morbos curat. *Phraſ. Diæta nunquam oberit*, die Mäßigkeit wird niemals ſchaden. Diæta uti; vivendi regulam & modum ſervare; in victu modo & lege quadam uti; certam quandam in victu rationem tenere, ſervare; in cibi delectu rationem valetudinis ducere, ſpectare, habere, haud inutile fuerit. *Uſus.* Diæta curari cupio, chirurgiæ tædet. V. *Abſtineo a cibo.*

Dialectica, æ, f. Diſputirkunſt. *Syn.* Differendi ratio & ſcientia; Dialecticorum ſcientia; prudentia diſputandi; veri ac falſi diſceptatrix ſcientia & judex. *Epi.* Dilatata, diſceptatrix, judex veri & falſi, muta, loquax, ſimilis pugno. *Uſus.* Zeno Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno comparavit. Dialectica contracta & ſtricta eloquentia. In dialectica exercebat. Dialectica cavet ratione, ne cui falſo aſſentiamur, neve unquam captioſa probabilitate fallamur.

Dialectice, nach der Diſputirkunſt. *Syn.* Dialecticorum more, ſubtiliter, tenuiter. *Uſus.* Multa dialectice dicta.

Dialecticus, a, um. zur Diſputirkunſt gehörig. *Epi.* Valens. *Uſus.* Dialecticæ captiones; acumen Dialecticorum; perverſa & præpoſtera Dialecticorum ſapientia. Ambigua ad Dialecticum referenda ſunt.

Dialogus, i, m. ein Geſpräch. *Syn.* Disputatio, ſermo in perſonas diſtributus. *Epi.* Mirificus. *Uſus.* In iis ſermonibus, qui dialogi appellantur. Nolunt perſonas viventes dialogis illigari.

Diarium, ii, n. tägliches Eſſen. *Syn.* Stipendium militibus in dies ſingulos propoſitum. *Uſus.* Cæſar celeritatem militum iter facientium diario incitat. *Pro* Ephemeride, Tagbuch, *vulgi eſt*

Diarrhœa, æ, f. Bauchfluß, Durchlauf. *Syn.* Ventris fluxio, alvus ſoluta, citata, profluens, *Uſus.* Diarrhœa me arripuit tanta, ut vixdum cœperim conſiſtere.

Dibaphus, i, m. zweymal gefärbt. *Uſus* Dibaphum cogitat, ſed eum inſector moratur.

Dica, æ, f. Rechtshandel. *Syn.* Judicium, actio. *Uſus.* Dicam alicui ſcribere. Dicas ſortiri. V. *Cauſa.*

Dicacitas, tis, f. Schwabhaftigkeit. *Uſus.* Sales, quorum duo genera: alterum facetiarum æqualiter in omni ratione fuſum, ingenuum & liberale; alterum dicacitatis ſcurrilis, quæ oratori fugienda. V. *Facetiæ.*

Dicatio, onis, f. Zueignung, Ergebung. *Syn.* Cum aliquis in civitatem aliquam ſe dicat ac tradit. *Uſus.* Non ſolum dicatione, ſed etiam poſtliminio poteſt fieri civitatis mutatio.

Dicax, cis *g. o.* geſchwätzig. *Syn.* Paullo facetior, promptus, paratus ad dicendum quidlibet. *Adv.* Impunius. *Uſus.* Demoſthenes non tam dicax, quam facetus, illud acrioris ingenii, hoc majoris artis. Dicacibus & facetis difficile eſt habere hominum rationem, & ea, cum falſiſſime dici poſſent, tenere. V. *Facetus.*

Dicis cauſa, Scheins halber. *Fortaſſe rectius ſcribatur* dicæ cauſa, *quaſi: litis cauſa. Syn.* In ſpeciem, per ſimulationem; ſic, ut factam eſſe, dici poſſit.

Dico, as, avi, atum, are. weihen, widmen. R. *a* δίκαω, *judico*, *conſecro. Syn.* Nuncupo, conſecro, dedico, addico. *Uſus.* Dicare ſe in aliquam civitatem. Totum ego me Craſſo; totum me tuis commodis & laudi dicavi. Dicare ſe in clientelam, in ſervitutem alicui. V. *Addico.*

Dico

Digitized by Google

Dico, is, dixi, dictum, ere. ſagen, ſprechen, reden. R. a δείκω, oſtendo. *Syn.* Loquor, ajo, narro; verbum, *vel* verba facio; verba, ſermonem, orationem habeo, commemoro, memoro, profero, expromo, in oratione mea pono. *Phraſ.* 1. *Ajunt te hoc dixiſſe*, man ſagt, du habeſt dieſes geredet. Te in ſermonibus iſta dictitare ſolitum; te illam conjeciſſe; tuam hanc fuiſſe vocem; te hæc commemoraſſe; te hoc ſermone uſum; iſta effudiſſe te temere ac evomuiſſe; te auctorem hujus ſermonis faciunt; in te illa oratio confertur; jactatæ, emiſſæ, conjectæ a te eæ voces feruntur; ferunt, te iſta effutiiſſe temere; iſtas te voces protuliſſe, exprompſiſſe, uſurpaſſe; his te vocibus perſonuiſſe palam affirmant. V. *Loquor*, *ſermo*, *mentio*. 2. *Poſſum pro certo dicere*, ich kann dieß für gewiß ſagen. Narro tibi; iſtud tibi pro certo, comperto, explorato affirmo; pro vero & certo aſſevero; illud aſſeveratione omni confirmare audeo; omni aſſeveratione hoc tibi affirmo; affirmate proferre non vereor. 3. *Dic*, *quæſo*, mein, ſage mir. Cedo; ne iſthoc celaveris; quin expromis, quid rei ſit; ediſſere, eloquere; memora mihi; iſtud expedi; illud jam exequere. 4. *Senſum meum jam dixi*, ich habe meine Meynung ſchon geſagt. Quid de re tota ſentiam, aperui; ſententiam meam de re expoſui, explicui, aperui; animi mei ſenſum expreſſi alias; deprompſi alias, quæ mea ſit de re tota ſententia; ex his, quæ a me diſputata ſunt, extabit animi mei conſilium. V. *Aperio*. 5. *Clam in aurem dicere*, einem etwas in die Ohren ſagen. In aures immittere, inſuſurrare; voce depreſſa & ſubmiſſa in aurem loqui, in fide ac ſilentio alicujus [illegible] deponere. 6. *Quæ [illegible] credere*, du ſagſt [illegible] daher. Monſtra [illegible], portento ſimilia [illegible] memoras; quæ tu [illegible], fidem ſuperant. V. [illegible] 7. *Eſt verum quod [illegible]* wahr, was du geſagt [illegible], illum &c. vera memoras? [illegible] cantas? Verane prædicas? 8. *Dicitur*, man ſagt. Aiunt, ferunt, perhibent; fertur, fama eſt, fama perhibet, exiit in vulgus rumor; fama percrebuit; vulgatur rumor; fama, opinio exit; manat tota urbe rumor; fama fert; multus eſt ſermo; in omnium ore ac ſermone eſt; fama ea in vulgus emanavit; ſermo tota urbe diſſipatur; rumor, neſcio quis, ad nos affluxit; neſcio quid rumoris afflaverat te &c. fama in urbem pervaſit, penetravit; fama ea provinciam peragravit. V. *Fama*, *Rumor*. 9. *Omnes dicunt te hoſtem patriæ*, alle ſagen, du ſeyſt ein Feind des Vaterlands. Una omnium conſentiensque vox eſt; omnes fremunt, te hoſtem patriæ extitiſſe; omnes palam jam in foro perſonant, non jam, ut ante, clam muſſitantes, proditorem te eſſe patriæ. Aperte id jam præ ferunt cives omnes, te unum repertum eſſe, qui civitatis jugulo ſicam admoveas. Nulla vox auditur civium frequentius, ac quæ te hoſtem & proditorem patriæ proclamat; nulla jam dudum vox ex reipublicæ ore miſſa crebrius, nihil frequentioribus jactatum ſermonibus, ac, proditorem te eſſe patriæ & reipublicæ hoſtem. 10. *De hoc multa dici poſſent*, man könnte viel davon ſagen. De hoc immenſa fit oratio; de hoc verborum nunquam ſatis fit; dies me deficiat, omnia exequi ſi velim; nimium longus ſim; otio abutar; finem non reperiat oratio; modum excedat oratio; fines, cancellos egrediatur oratio, omnia ſi perſequar; iſtis explicandis quæ poteſt par oratio inveniri? *Uſus*. Cauſam, ſententiam dicere; ſalutem dicere. Diem alicui, *vel* mulctam dicere. Dicere ex ſuperiore loco, predigen. Aliud eſt oratio, quam diſputatio; nec idem dicere & loqui.

Dicrotum, i, n. zweyruderichtes Schiff. *Syn.* Navigium duplici ſerie remorum inſtructum. *Epi.* Bona. *Uſus.* Bono dicroto navigabam.

Dictata, orum, n. was man zu ſchreiben vorſagt. *Syn* Quæ magiſtri pueris dictant. *Uſus.* Ipſa quaſi dictata a te redduntur. Eadem dictata recantare.

Digitized by Google

Dictator, oris, m. oberſter Gewalts haber. *Syn.* Summæ Romanæ reipublicæ poteſtas, magiſter populi. *Epi.* Perpetuus, perſpicuus, invidioſus, proximus. *Uſus.* Dictatorem facere, efficere, dicere.

Dictatorius, a, um. zur Dictatorswürde gehörig. *Uſus.* Gladius dictatorius.

Dictatura, æ, f. Dictatorwürde. *Syn.* Dictatoris munus. *Epi.* Perpetua. *Uſus.* Dictaturam exercere, abdicare.

Dicterium, ii, n. Schimpfrede. *Syn.* Salſe dictum. *Uſus.* Quæ ſalſe, breviter, acute dicimus, dicteria vocantur. V. *Jocus*, *Facetiæ.*

Dictio, onis, f. eine Rede. *Syn.* Oratio, dicendi genus; actio. *Epi.* Attica, forenſis, perpetua, popularis, reliqua, tota. Subitæ, oratoriæ. *Uſus.* Se in dictionibus exercere. In forenſibus cauſis mea dictio verſatur. Dictionem totam in partes dividere oportet. *Pro* vocabulo uno, verbo uno, ein Wort, *minus latinum eſt.*

Dictito, as, avi, atum, are. oft ſagen. *Syn.* Sæpe dico. *Uſus.* Cauſas dictitare.

Dicto, as, avi, atum, are. vorſagen. *Syn.* Dico, quæ alius excipiat. *Uſus.* Orationem, epiſtolam dictare ad verbum.

Dictum, i, n. Spruch. *Uſus.* Nullum petulans dictum in vita proferatur. In me ac meos dicta multa dixit. Commode, breviter, facete, acute dictum. Dictum Ennii. Ob dictum capite & fortunis accuſari. Quam vocem, quod dictum ad Catonem detulit. Dictum unum de melioribus.

Diduco, is, duxi, ductum, ere. eintheilen *Syn.* Diſpergo aperio. *Uſus.* 1. Pugnam diduxi. Aciem in cornua diducere, aquam in vias. 2. *Transl.* In varias curas diducitur animus. V. *Dilato*, *Separo.*

Dies, ei, m. & f. Tag. *Syn.* Lux, diecula, temporis diurni curſus, ſpatium, tempus. *Epi.* Acerbior, acerbiſſimus, æſtivus, beatus, brevior, brumalis, calamitoſus, certus, clariſſimus, compitalitius, conſtitutus, dirus, extremus, fauſtus, feſtus, fœdus & flagitioſus, funeſtus, gloriaſiſſimus, graviſſimus, gratiſſimus, gravis, honeſtiſſimus, horribilis, inclinatus, lætificus, lætior, lætiſſimus, legitimus, liberior, medius, natalis, notus, perendinus, optatiſſimus, poſterus, præclarus, propinquus, religioſus, ignotus, pulcher, ſolſtitialis, ſummus, ſupremus, totus, triſtis, turbulentiſſimus, turpis, vacuus, utilis & gratus. Dies feſtus, Feyertag, ſanctiſſimus & celeberrimus. Dies æterna, annua, antiquior, certa, exigua, heſterna, hodierna, miſera & infelix, ſatis laxa, perexigua, tota, utilis. Dies acerbi, feſtivi, apti, breviores, lætiſſimi, comitiales, compitalitii, continui, εὐχαριστίμοι, anniverſarii, non honeſti, jucundi, illuſtres, juſti, lætiores, longiores, odioſi, pauci, plurimi, lautiſſimi, præteriti, proximi, quieti, reliqui, ſuperiores, toti, vacui. *Phraſ.* 1. *Vix dies erat*, es wurde kaum Tag. Vix luceſcebat; appetente vix die; die vix albeſcente; aperiente ſe die; ſub primum lucis exortum; ſub primam auroram; albeſcente primum cœlo; vixdum prima ſe luce infundente; emergente vix ſole. V. *Mane.* 2. *Adulta die*, bey hellem Tage. Multa jam dies erat; procedente jam die; multum jam diei proceſſerat; multa jam luce; res ad multum diei, in multum diem proceſſerat, extracta erat. 5. *Vergente jam die*, gegen Ende des Tags. Inclinante in veſperum die; præcipitante jam die; abeunte jam in noctem die; cum haud multum diei jam ſupereſſet; inclinato in veſperam die; extabeſcente jam die; ſeneſcente jam die. V. *Veſper.* 4. *Ad certam diem*, am beſtimmten Tage. Ad conſtitutam, præſtitutam, præfixam, præſcriptam, certam, ſtatutam, deſtinatam, præfinitam diem, ad diem *ſolvere.* 5. *Ubi conſtituta dies adfuit*, als der beſtimmte Tag ankam. Dies ubi appetiit, illuxit, venit prælio conſtitutus; dies ubi adventavit; cum jam in proximo eſſet deſtinata dies. 6. *Diem differre.* den Tag verſchieben. Diem proferre, prorogare, prolatare, ampliare, producere. 7. *Diem mihi to-*

lutus

Digitized by Google

tum confabulando subtraxit, er hat mir einen ganzen Tag mit Schwätzen weggenommen. Diem mihi solidum confabulando exemit; dies mihi totus confabulando sublatus est; diem totum confabulando duxit, extraxit. 8. *Diem transigere in negotiis*, den ganzen Tag in Geschäfften zubringen. Diem in negotiis ponere, degere, consumere; diem negotiosis concursationibus terere, conterere, conficere necesse est. Dies & noctes laboriosa mihi opera exeuntur. Dierum ac noctium vicissitudines laborantem me inveniunt. Dies noctesque laborandum mihi est. Diu noctuque; noctu ac interdiu instandum operi est; nullum tempus mihi vacuum a laboribus fluit. Nullum tempus, neque diurnum neque nocturnum dimitto, quin laborem. V. *Tempus*, *Consumo*. *Usus*. 1. Sacri dies, & negotiosi, Feyertage und Werktage. Dies tanctissimus ac celeberrimus, ein grosser Feyertag. Dies ab exortu caniculae proximi, die Hundstage. Dies, qui a rerum omnium Domino nomen traxit, Sonntag. Dies jejunio sacratus, Fasttag. Dies omnium Sanctorum festa commemoratione sacra, aller Heiligentag. 2. Diem sibi sumere ad deliberandum, sich einen Tag zum Berathschlagen nehmen. Dare diem ad deliberandum, einen Tag geben, die Sache zu überlegen. Diem alicui dicere, scribere, einen Tag benennen. 3. Dies interceßit una, altera, tertia, es ist ein, zwey, drey Tage vorbey gegangen. Ea mysteria in unum diem incidunt, incurrunt, auf einen Tag einfallen. 4. Diem agere, celebrare, obire, begehen. Diem unum intermittere, einen Tag aussetzen. 5. *Tempus*, die Zeit. Nullus dolor est, quem dies, quem longinquitas temporis non leniat. Dies quoque stultis mederi solet. Impetret ratio, quod dies impetratura est. Invidiam dies mitigat, die Zeit mindert den Neid. V. *Feriae*, *Festus*.

Differentia, ae, f. Unterscheid. *Syn.* Dissimilitudo, discrimen, varietas, distinctio, intervallum. *Usus*. Magna est differentia inter principia naturalia. V. *Dissimilitudo*, *Discrimen*.

Differo, fers, distuli, dilatum, ferre. aufschieben, unterschieden seyn. *Syn.* 1. Rejicio, prorogo, reservo, produco, sustineo, profero, moram interpono, tardo, procrastino, moror, celeritatem de causa detraho, cunctor, extraho. 2. Discrepo, disto, alius sum, dissimilis sum.)(*Similis sum*. *Adv.* Multum, non fere multum, paullum, oppido, plurimum. *Phras.* 1.) *Res differri non potest*, die Sache kann nicht verschoben werden. Res extrahi, prorogari non potest; duci longius, suspendi non potest; trahi negotium sine dispendio non potest; res ista procrastinationem & tarditatem non fert; cunctationem non patitur; res illa moram & sustentationem non fert. 2) *Nimium differtur transactio litis*, dieser Rechtshandel wird schon gar zu lange hinausgezogen. Jacet jam biennium causa nostra; prolatatis comitiis tota jam elanguescit. Quis non damnet judicum lentitudinem, litem jam biennio trahentium; me toties ampliantium; in aliud aliudque tempus protrudentium; rei exitum morantium; diem ex die ducentium; diem tempusque proferentium, extrahentium, producentium; nimium quantum ampliatur causa; tempus ducitur; dies protrahitur. 3) *Vide ne meus e provincia discessus differatur*, sorge, daß meine Abreise nicht verschoben werde. Vide, nequid ad annuam in provincia commorationem temporis accedat; nequa fiat accessio temporis; ne res longius ducatur, aut in aliud tempus reservetur; nequid mihi temporis prorogetur, protrahatur, extrahatur; ne diuturnior, longior mihi fiat in provincia commotio. 4) *Differe rem in aestatem*, verschieb die Sache bis auf den Sommer. Confer rem in longiorem diem; conjice in aestivas menses, mensem unum alterumque interjice; mora mensis unius illata, interposita, in aestatem extrahe, rejice. V. *Mora*, *Expedio*. 5) *Differt poenam*, er schiebet die Strafe noch auf. In sumendo supplicio temporis gratiam facit; ira

Digitized by Google

ſpatium, & conſilio tempus dat; ſupplicii de reo ſumendi diem laxius profert; inter culpam & poenam moræ interjectum eſt aliquid. 1) *Quantum differt doctus ab indocto!* O wie weit iſt ein Gelehrter von einem Ungelehrten unterſchieden! Quantum inter hos discriminis eſt! quantum inter hunc & illum interjectum intervallum eſt! quanta inter hunc & illum morum ſtudiorumque eſt diſtantia! tanta certe, quanta maxima eſſe poteſt; quantum hunc inter & illum interest! 2) *Rationes meæ a tuis multum differunt*, es iſt ein groſſer Unterſchied unter meinen und deinen Sachen. Admodum discrepant, diſtant, diſſentiunt; diverſa inprimis rerum noſtrarum ratio eſt; non eadem eſt mearum ac tuarum rerum ratio; meæ res aliter, diſſimiliter, diverſe, prorſus alio modo, ac tuæ ſe habeant. Alio res meæ loco ſunt, ac tuæ; non eodem loco, non ejusdem loci ſunt. Alia, diverſa, non eadem rerum mearum ratio eſt. Nihil ſimile habet res mea cum tuis; nihil habet ſimilitudinis; quid ſimile, quid non diſſimile habent res noſtræ? nulla ſimilitudo, diſſimilitudo magna, diſſimilia prorſus omnia, alia prorſus ſunt omnia inter res meas tuasque. V. *Abludo*, *diſſimilis*. 3) *Differre a patre.* V. *Degenero*. *Uſus.* 1. Differs me in aliud tempus. Differre vadimonium. Alii tempus differebant, aufſchieben. 2. *Discrepo*, unterſchieden ſeyn. Quantum inter ſe homines ſtudiis, moribus, veſtitu, tota vitæ ratione differunt! Hæc cogitatione quidem inter ſe differunt, re vero copulata ſunt. 3. *Spargo*, ausſtreuen. Ignem differunt in omnem locum.

Difficile, ſchwerlich. *Syn.* Difficulter.

Difficilis, e, ſchwer. *Syn.* Laborioſus, operoſus, habens multum difficultatis, arduus, habens difficultatem; in quo multum eſt negotii, *vel* operis; in labore multo eſt poſitus, magnus.)(*facilis*. *Phraſ. Rem difficilem tentas*, du unterfängſt dich einer ſchweren Sache. Magnum eſt, quod moliris; rem magnam & multis difficultatibus impeditam aggrederis; perarduum eſt, quod ſuscipis, negotium. Elaborandum tibi erit in ea re. Multo tuo labore id fiet. Incidiſti in difficilem nodum, quem vix expedies. In rom difficilem & inexplicabilem te conjeciſti. Spiſſum ſane opus lentum & faſtidioſum moliris. In quantas te dimicationes iſto tuo conſilio immiſiſti! Viam ſane arduam, aſperam, confragoſam, lubricam, plenam periculorum & laborum ingrederis. Subeundæ tibi erunt magnæ tempeſtates; res eſt multis obſtructa difficultatibus. In ſalebras incidiſti ſane aſperas & confragoſas. Arduum factu eſt; res in difficili eſt; multis difficultatibus conflictaberis. Multæ tibi difficultates, aſperitates ſuperandæ, vincendæ, ſupervadendæ erunt. Satis in ea re ſudabis. Res hæc laboris, negotii, difficultatis habebit plurimum; non ea res eſt, quæ facili *vel* parvo negotio, levi labore, non magno ſtudio poſſit effici. Res erit magnæ difficultatis, multi laboris, non parvi negotii, non operis exigui. Magno tibi ea res ſtabit; in nodum incides ſane difficilem; res eſt, in qua ſudandum ſit; in qua ſuſtinendi labores, in qua multum operæ ponendum; in qua ſit vigilandum; animo excubandum; in qua non leviter fit laborandum, in qua ſtudii multum, induſtriæ plurimum ſit adhibendum. Res hæc multæ erit operæ ac laboris. Res ea quantas tibi dabit curas? ea re ſuscepta quantas in difficultates incurres, delaberis? quam ægre eum nodum expedies, ſolves, explicabis? quoties ea te res in laſſitudinem dabit? quantum operis in humeros ſuſtollis tuos? quam plenam periculi aleam tentas? quantum negotii tibi ipſe faceſſis? V. *Arduus*, *Difficultas*, *Difficulter*. *Uſus.* 1. Intelligo, quam loco difficili & ſcopuloſo verſor. Contortas res & difficiles diſcere. Difficillimis reipublicæ temporibus. 2. *Aſper*, rauh. Difficilis & moroſus ſenex. Parens illepidus, & in filios difficilis.

Difficultas, tis, f. Schwierigkeit. *Syn.* Labor, anguſtia, aſperitas. *Epi.* Domeſtica, incredibilis, magna, num-

Digitized by Google

nummaria, odiosa, pecuniaria, publica, summa, tanta. Majores, multæ, summæ, tot tantæque. *Phras.* 1. *Si hoc suscipis negotii, multum difficultatis senties*, wenn du dich dieser Sache unterziehest, wirst du große Schwierigkeit haben. Multum laboris habebis; in magnas difficultates incurres; feres laboris plurimum; magnus in re labor, grave in te onus incumbet; multum oneris, laboris, molestiæ sustinebis, si hoc aggrederis. Rem difficilem, gravem, laboriosam; rem operosam, molestam imprimis ac duram senties, experieris, cognoscs; rem haud factu facilem, multis difficultatibus implicatam, obseptam & quasi circumvallatam comperies. V. *Vide, quid difficultatis res ista habeat*, betrachte es nur, wie beschwerlich diese Sache sey. Etiam atque etiam vide, quantum facinus conere; quid suscipias, quidve sustinere possis; quantum tibi oneris imponas; animadverte, cujus operæ, cujus difficultatis ea res sit; quas vires, quos nervos, quantam facultatem, quantum roboris postulet id, quod moliris. V. *Difficilis. Usus.* Difficultas vecturæ, navigandi. Res habet multum difficultatis & laboris. Incurrit in multas difficultates. Multis difficultatibus afflictus & afflictus.

Difficulter, schwerlich. *Syn.* Difficile, ægre, vix, tristius, durius. *Phras.* *Difficulter impetrabis*, du wirst es schwerlich erhalten. Haud parvo negotio; haud levi brachio agendum erit, hoc ut consequare. Magnam fortunæ debebis gratiam, ista si impetres; magno tibi stabit ejus rei gratia. Non sine difficultate ea re potieris. Perdifficilis & lubrica erit ejus rei consequendæ ratio. Hæret ea res adhuc in salebra; res in difficili erit, dum voti compos fias; haud ita promptum erit, ista consequi, haud ex facili ista impetrabis; vix, aut ne vix quidem id consequere.

Diffidenter, mißtrauisch. *Syn.* Timide.

Diffidentia, æ, f. Mistrauen.)(*fi-* [illegible] Metus est diffidentia expectati mali, V. *Metus.*

Diffido, is, fisus sum, ere. mißtrauen. *Syn.* Quasi despero.)(*Confido. Adv.* Penitus, valde, summe. *Phras.* *Diffidit civibus suis*, er traunet seinen eigenen Mitbürgern nicht. In caritate civium nihil spei reponit; in exigua spe est etiam inter cives suos; ne civibus quidem se credit suis; ne civium quidem fidei se permittit, committit. Nusquam tutam sibi esse fidem queritur; neque in civium fide caritateque acquiescit. V. *Spero, despero. Usus.* Ita æger est, ut medicus diffidat. Ne desatigere, aut diffidas. Ingenio sane meo diffido. De Othone diffido. Jacet, diffidit, abjecit hastam.

Diffindo, is, fidi, fissum, ere. zerspalten. *Syn.* Findo, divido. *Usus.* Saxum diffindere novacula.

Diffiteor, eris, eri. läugnen. *Syn.* Nego, inficior. *Usus.* Non diffiteor, erraste me. V. *Nego.*

Diffio, as, avi, atum, are. voneinander anderblasen. *Usus.* Tuo legiones spiritu diffiasti, ut ventus folia.

Diffluo, is, fluxi, fluxum, ere. zerrinnen. *Syn.* Liquesco, fluo. *Usus.* Otio, luxu, voluptatibus, sudore, risu diffluere.

Diffugio, is, fugi, itum, ere. voneinander fliehen. *Syn.* Fugio, dilabor. *Usus.* Metu perterriti diffugiunt. V. *Fugio.*

Diffundo, is, fudi, fusum, ere. ausgießen. *Syn.* Dispergo, dissipo, spargo, effundo, differo. *Adv.* Late, longe. *Usus.* 1. Terra semen suo complexu diffundit. 2. *Transl.* Animum, vultum diffundere. Laudes alicujus; rumorem late diffundere. Flebdo dolorem, *vel* iram diffundere. V. *Spargo.*

Diffuse, weitläuftig. *Syn.* Disperse. *Usus.* Res diffuse dicta.

Diffusus, a, um. ausgegossen, ausgebreitet. *Usus.* Platanus ramis diffusa. Jus civile diffusum. Laus Pompeji late diffusa. Color sanguine diffusus

Digero, is, gessi, gestum, ere. verdauen. *Syn.* Concoquo. *Adv.* Discrete. *Usus.* 1. Stomachus cruda digerens. 2. *Transl. ordino, distinguo, distribuo, divido*, abtheilen, in Ordnung bringen. Tabulæ, acta, leges, argumenta in certa capita digesta. Crines digerere.

Digestio, onis, f. Verdauung. *Syn.* Concoctio. distributio. *Usus.* Digestio,

Digitized by Google

geſtio, quæ exornatio eſt, ea eſt partitio.

Digitus, i, m. Finger. *Syn.* Pars manus pedisque extrema. *Epi.* Extremi, transverſus. *Uſus.* Extremis digitis aliquid contingere. Non discedam digitum a ſententia. Digitum in aliquid intendere & commonſtrare.

Digladior, aris, atus ſum, ari. fechten, haderu. *Syn.* Decerto, contendo. *Uſus.* Digladientur per me Philoſophi inter ſe. V. *Certo.*

Dignatio, onis, f. Würde. *Syn.* Dignitas. *Uſus.* Nihil niſi de dignatione laborat.

Digne, würdig. *Syn.* Pro dignitate. *Uſus.* Philoſophia nunquam ſatis digne laudari poteſt.

Dignitas, tatis, f. Würde. *Syn.* Honor, gradus, gradus dignitatis, gradus honoris, honoris amplitudo, ſplendor, auctoritas, gloria, majeſtas, honeſtas, decentia, decor,)(*indignitas. Epi.* Admirabilis, admiranda, ampliſſima, cara, cariſſima, communis, conjuncta cum utilitate communi, conſularis. excellens, eximia, familiaris, imperatoria, jucundior, liberalis, magna, major, maxima, minor, nefaria, nova, otioſa, par, parva, præſtabilior, præſtans, præſtantiſſima, præſens, inſperata, priſtina, publica, ſingularis, ſumma, tota, vera, vetus, virilis, ſalva. *Phraſ.* 1. *Hoc ante omnia te moneo, ut præ cæteris dignitatis rationem habeas*, dieſes rathe ich dir vor allen, daß du ſonderbar auf die Ehre acht habeſt. Ut referas ad dignitatem omnia; ut propoſitum decus tibi ſit; ut ante omnia dignitati ſervias; dignitatem ſpectes, dignitatem ſequaris; ut nihil cogites a dignitate ſejunctum; ut nihil alienum a dignitate cogites; ut nihil non cum dignitate conjunctum cogites; ut conſiliorum tuorum finis omnium honor ſit; ut tuarum actionum terminus, ſcopus honor ſit; ut prima tibi ſit; præcipua, antiquiſſima dignitatis cura. 2. *Omnia ex dignitate feciſti*, du haſt alles nach Maaß deiner Ehre und Würde gethan. Nihil feciſti, niſi pleniſſimum ampliſſimæ dignitatis; omnia tua facta cum dignitate vehementer conſentiunt. In omnibus tuis factis propoſita tibi dignitas fuit. Omnia tua facta ad dignitatem retuliſti. Quæcunque egiſti, ad dignitatem omnia ſpectarunt. Scopus tibi ac finis in omni re dignitas fuit. Tuarum actionum norma quædam ac regula dignitas fuit. Tua ſunt ejusmodi facta, ut eximiis ornanda præconiis; ut divinis decoranda laudibus; ut tollenda ad aſtra; ut ad cœlum efferenda videantur. Tuis omnibus factis æterna gloria, immortalitatisque præmia debentur. Gloriæ & dignitatis ratio ſemper in actionibus tuis primum apud te locum obtinuit; ſummo apud te loco fuit; maximi tibi ſemper fuit. 3. *Rationem dignitatis tuæ habebo*, ich werde für deine Ehre jederzeit Sorge tragen. Magnam omnibus in rebus dignitatis tuæ rationem ducam. Semper mihi dignitas tua ante oculos erit; antiquiſſima erit; ſemper meæ cogitationes dignitatem tuam ſpectabunt. Animus meus in honore tuo fixus erit & locatus. In omni re, quid honor tuus poſtulet, requirat, ferat, attendam. 4. *Modo conſervem dignitatem meam, opum jacturam non curo*, wenn ich nur meine Ehre und Würde erhalte, um Geld und Gut frage ich nichts. Divitias divitiarumque jacturam nihili facio, liceat modo tueri dignitatem meam. Adimi, detrahi de fortuna, fortunas comminui, fortunarum jacturam fieri, fortunæ detrimenta fieri non recuſo, nihil duco, in minimis pono, ſit modo dignitas incolumis; liceat modo incolumem ſervare dignitatem; modo permaneat dignitas in eo ſtatu; modo ne cogar de ſtatu dignitatis meæ demigrare; modo ſit eadem dignitas; modo ne mutetur, ne diminuatur, ne lædatur dignitas mea; modo nequa injuria, nequo damno, nequo detrimento afficiatur dignitas mea; modo nequid damni faciat; nequid jacturæ faciat dignitas mea; modo nequam jacturam ſubeat, ſuſtineat, ferat, patiatur dignitas mea; modo nequid de dignitate detrahatur, adimatur, imminuatur. 5. *Dabo operam, ut is dignitatem tuam defendat*, ich werde Sorge tragen, daß

Digitized by Google

daß er deine Ehre und Würde beſchütze und handhabe. Dabo operam, ut ejus animum ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducam, convertam; ut is omnia ſtudia ad dignitatem tuam referat, conferat; ſuam ut operam in dignitate tua figat, locet, ſtatuat, ponat; ut induſtriam omnem ſuam dignitati tuæ dicatam velit, dedat, dicet; ut tueatur dignitatem tuam; ut honorem tuum defendendum tuendumque ſuscipiat; ut honoris tui defenſionem, certamen, contentionem ſuscipiat; ut pro honore ac dignitate tua pugnet, contendat, certet. 6. *Violari dignitatem tuam, moleſte fero*, mir fällt es gar ſchwer, daß deine Ehre und Würde verletzet werde. Dignitatem tuam offendi, lædi, minui, oppugnari, vehementer doleo; detrahi de tua dignitate, jacturam fieri dignitatis tuæ, dignitatem tuam labefactari, deformari, damno affici, fero moleſtiſſime; dolorem capio ingentem animo, cum deeſſe alios dignitati tuæ, alios invidere intelligo; cum impugnari, minui, detrahi tibi dignitatem tuam; cum dignitatem tuam contumelia attingi; ſpoliari te dignitate tua; cum de dignitatis gradu dimoveri te accipio. 7. *Quærere dignitatem*, nach Ehre und Würde trachten. Honoribus operam dare; honores petere; venari, aucupari, captare, expetere, ambire honores; affectare ad honores iter. V. *Ambio*, *Ambitioſus*. 8. *Conferre dignitatem*, eine Ehrenſtelle einem verleihen. Summum dignitatis gradum tribuere, concedere alicui; in dignitate aliquem locare; in dignitatis gradu aliquem ponere, collocare; honores alicui mandare, deferre; ad honores evehere, evocare; ad honorum faſtigia perducere; provehere ad ſummam dignitatem; efferre ad ſummos honores; collocare in ampliſſimo dignitatis gradu. V. *Honor*, *Magiſtratus*. 9. *Pervenire ad dignitatem*, zu einer Ehrenſtelle gelangen. Ad ampliſſimos dignitatum gradus aſcendere; emergere, evehi, efferri, extolli, provehi ad honores; augeri honoribus; dignitate creſcere, augeri, amplificari, ornari, cumulari; collocari in ampliſſimo honoris gradu; in reipubl. cuſtodia, velut in ſpecula collocari; in anni cuſtodia a fortuna poſitum eſſe; honoris gradum conſcendere; attingere, aſſequi, adipiſci, gradum facere ad honores; ad honores obrepere. 10. *Eſſe in dignitate*, in hohen Ehren ſtehen. Dignitate florere; honoribus fungi; honoribus uti; dignitate præditum eſſe; in fortunæ gradu poſitum eſſe; honoris gradum tenere, obtinere; in magno honore eſſe; honeſtum in republica locum obtinere; cum imperio & poteſtate eſſe; magiſtratum gerere; honores adminiſtrare. 11. *Dignitatem amittere*, ſeine Ehrenſtelle verlieren. A ſummo dignitatis gradu dejici, detrahi, præcipitari, deturbari, depelli, dimoveri; de faſtigio detrahi; capite deminui; gradu & ſtatu dejici. 12. *Dignitate ſe abdicare*, ſeine Ehrenſtelle ablegen. Dignitatem deponere; a dignitate diſcedere. V. *Abdico*, *Magiſtratus*, *Honor*. 13. *Dignitatis aditu impediri*, von höhern Ehrenſtellen verhindert werden. V. *Honoris aditu impediri*. 14. *Dignitatem amiſſam recuperare*, die verlohrne Würde wiederum überkommen, Recipere priſtinæ dignitatis ſpeciem; ad priſtinæ dignitatis gradum revocari; reſtitui in priſtinæ dignitatis gradum; dignitatem alicui reddere, reſtituere. 15. *Dignitas tua augebitur*, deine Ehre und Anſehen wird dir noch vermehret werden. Dignitatis tuæ acceſſiones fient in dies; multum ad dignitatem tuam accedet, addetur; creſcet, augeſcet, amplificabitur non parvis incrementis dignitas tua; dignitas tua illuſtrior evadet; honore magis, quam unquam antea florebis & abundabis; illuſtrabit amplitudinem tuam ea ipſa res, quæ obſcuratura atque extincturа videbatur; plus in dies ſplendoris ad dignitatem tuam accedet; clarior fiet dignitas tua atque illuſtrior; clarius elucebit; illuſtrius patebit. V. *Augeo*. *Uſus*. 1. Dignitas eſt alicujus honeſta auctoritas, quæ & cultu, & honore, & verecundia digna eſt. Ea res tibi dignitati erit. Dignitatem ea

res

Digitized by Google

res tibi afferet, adjuvget. Ea res dignitatem habet, das iſt eine anſehnliche Sache. Civitatis dignitatem tueri, ſustinere, die Stadt bey ihrem Anſehen handhaben. Dignitati alicujus conſulere, für eines Ehre Sorge tragen. Servire dignitati auf Ehre ſehen. Alienæ dignitati ſuffragari, favere, zu eines Ehre etwas bey tragen. Imaginem duntaxat & reliquias priſtinæ dignitatis retinere, nur einen Schatten von dem vorigen Anſehen übrig haben. 2. *Decor, pulchritudo, ornamentum, decus, forma liberalis, ſpecies*, Schönheit, angenehme Geſtalt. In formis aliis dignitas ineſt, in aliis venuſtas. Liberalis ſpecies, & formæ dignitas. Formæ dignitas coloris bonitate defenditur. Tranquillitas animi adfert dignitatem, Zierde und Anſehen. V. *Honor, Magiſtratus.*

Dignor, aris, atus ſum, ari. würdig achten, oder geachtet werden. *Syn.* Dignum habeo, *vel* dignus habeor. *Uſus.* Qui apud nos talli laude, obſervantia, cultu, honore virtutis ergo dignabatur. Vir probus ſumma exiſtimatione dignandus.

Dignoſco, is, novi, ere. unterſcheiden. *Syn.* Diſcerno. *Uſus.* Hoſtem a cive dignoſcere. V. *Diſcerno.*

Dignus, a, um. würdig. *Syn.* Honeſtus, qui meretur, meritus, dignitate præditus, plenus dignitatis, habens dignitatem, idoneus, par, egregius.)(*Indignus. Adv.* Omnino, maxime, parum. *Uſus.* Quod non decorum, nec Diis dignum eſt. Majoribus ſuis dignus. Odio dignus. Efficere aliquid expectatione publica, viribus ſuis dignum. Hoc te non eſt dignum.

Digredior, eris, greſſus ſum, gredi. abweichen. *Syn.* Declino, diſcedo, deflecto, aberro a via, propoſito diverto. *Adv.* Longius, parumper, paullulum. *Uſus.* Sed ad id, unde digreſſi ſumus, redeamus. Longius, quam voluntas fuit, a propoſito digreſſa eſt oratio. V. *Aberro.*

Digreſſio, nis, f. Abweichung. *Syn.* Declinatio. *Epi.* Acerba & miſera, non longa, perjucunda, ſuperior. *Phraſ. Cavenda eſt nimia digreſſio in oratione*, man muß in der Rede die allzu lange Ausſchweife vermeiden. Danda eſt opera, ut unde aberrare cœperit, revocetur oratio; ne plus juſto ab rerum ordine declinet; ne alio longius excedat, effundatur; ne alio longius auferatur; ne liberius latiusque procedat. *Uſus.* Miſerior fuit congreſſio, quam digreſſio noſtra. Digreſſio a propoſita oratione.

Digreſſus, us, m. Abweichung. *Syn.* Digreſſio, diſceſſus.)(*Congreſſio, congreſſus.*

Dijudicatio, nis, f. Entſcheidung. *Syn.* Diſceptatio, judicium, deliberatio. *Uſus.* Iſta quidem magna dijudicatio eſt.

Dijudico, as, avi, atum, are. entſcheiden. *Syn.* Diſcerno, diſtinguo, diſcepto. *Adv* Callide, diligenter, ſero. *Uſus.* Verbis controverſias, non æquitate dijudicas. Non facile dijudicatur verus amor, & fictus. V. *Diſtinguo.*

Dijungo, is, junxi, junctum, ere. abſondern. *Syn.* Disjungo. *Adv.* Longius, facile, ſæpe. *Uſus.* Dijungere me ab illo volo. V. *Separo.*

Dilabor, eris, lapſus ſum, labi. zerfallen, vergehen. *Syn.* Diffugio, diffluo. *Adv* Male, rapide. *Uſus.* Fluvius rapide dilapſus. Vide, ne ea res memoria dilabatur. Dilapſa fortuna amici devolant; veſtigalia, fides, vires reipublicæ dilabuntur. V. *Abeo, labor.*

Dilacero, as, avi, atum, are. zerreißen. *Syn.* Lacero. *Uſus.* Diſtractione humanorum animorum diſcerpi & dilacerari demum.

Dilanio, as, avi, atum, are. zerfleiſchen, zerreißen. *Syn.* Lanio. *Uſus.* Cadaver canibus dilaniandum objicere.

Dilapido, as, avi, atum, are. verſchwenden. *Syn.* Decoquo, diſpergo, conſumo. *Uſus.* Dilapidare pecuniam, exhaurire ærarium, minuere veſtigalia, conſumere. V. *Conſumo, nepos, luxus.*

Dilargior, iris, largitus ſum, iri. verſchenken. *Syn.* Dono. *Uſus.* Omnia dilargiri. V. *Largior.*

Dilatio, onis, f. Aufſchub, Friſtung. *Syn.* Mora, prolatio, retardatio. *Epi.* Nimia. *Uſus.* Dilatio & expectatio comitiorum. V. *Differo.*

Di-

Digitized by Google

Dilato, as, avi, atum, are. ausbreiten. *Syn.* Collato, late explico, propago.)(*Coangusto, coarcto, contrabo. Phraſ. Dilatavit imperium*, er hat ſein Reich erweitert. Fines imperii longiſſime protulit; magnas ditioni ſuæ ſubjunxit provincias; ampliſſimas regiones imperii finibus adſcripſit. V. *Augeo. Uſus.* Argumenta, orationem dilatare ac diffundere. Late funditur ac dilatatur nomen veſtrum. V. *Amplifico.*

Dilaudo, as, avi, atum, are. loben. *Syn.* Prædico. *Uſus.* Librum, quem dilaudas, emi. V. *Laudo.*

Diligens, tis *g. o.* fleißig. *Syn.* Attentus, ſedulus, aſſiduus, ſtudioſus, diligentiam adhibens. *Phraſ. Homo erat inprimis diligens*, er war ein fleißiger und emſiger Menſch Homo erat prudens & rerum ſuarum attentus; homo ſummi laboris & induſtriæ; prorſus intentus in omnia, qui advigilaret ſedulo, ac omnia accuraret; erat in omni officii genere navus ac diligens; anteibat omnes diligentia; nihil in eo diligentiæ requires, nihil induſtriæ. V. *Diligentia, applico, aſſiduus, opera. Uſus.* Lentulus ſalutis meæ diligentiſſimus.

Diligenter, fleißig. *Syn.* Accurate, exquiſite, ſtudioſe, magna cum cura ac diligentia.)(*negligenter. Phraſ.* 1. *Diligenter litteris dat operam*, er ſtudiret fleißig. Accuratiſſima diligentia, mira accuratione, non indiligenter; ſedulo, quam diligentiſſime; ſumma cura ſtudioque; toto animo, atque omni cura; perſtudioſe, intentiſſima cura; enixo ſtudio; ſumma induſtria; toto pectore; impenſe admodum, impenſa opera; contente induſtrieque; contentione maxima litteras perſequitur. 2. *Negotium tuum egit diligenter*, er hat deine Geſchäffte fleißig beſorget. Solerti cura; cum cura; ſumma ſedulitate; religioſe admodum ſtudioſeque tractavit. Nullum in cauſa tua ſtudium, nullum officium prætermiſit; nemo in curandis negotiis tuis illo diligentior, nemo religioſior; extat ejus in tractandis rebus tuis ſtudium ingens ac induſtria; in gerendis negotiis tuis ſtudium adhibear maximum; in tractanda negotia tua, quo maxime potuit, ſtudio incubuit, enixus eſt; in procurandis negotiis tuis nihil ab eo loci aut ſegnitiæ aut ſocordiæ datum eſt; intentiore, qua poterat, cura res tuas agebat, ſummo ſtudio, maximoque opere; omnibus nervis viribusque; omni ope ac opera; ſumma ope; omni conatu; toto pectore; tota mente in res tuas ac commoda incubuit. V. *Diligentia. Uſus.* Diligenter etiam atque etiam facere aliquid.

Diligentia, æ, f. Fleiß *Syn.* Aſſiduitas, ſedulitas.)(*Negligentia. Epi.* Accuratiſſima, acerbiſſima, ampliſſima, artificioſa, cognita, crudelis, egregia, ſingularis, excellens, grata, inanis, incredibilis, inepta, magna, major, non mediocris, minuta, miſera, miſerabilis, moleſta, nimia, nova, pergrata, plena, privata, ſumma, tanta. *Phraſ.* 1. *Summa diligentia rem tuam curabo*, ich werde für deine Sache mit größtem Fleiße Sorge tragen. Omni mea cura, opera, vigiliis, omni ſedulitate, omni non modo contentione, ſed etiam dimicatione in rebus tuis elaborabo. Res tuas ſumma cura complectar. Pugnabo, enitar, contendam, efficiam, operam omnem ac diligentiam adhibebo, ut res tuæ rite curentur. Incumbam in tuam cauſam tota induſtria. Operæ ſtudiique plurimum in tuis rebus ponam, conſumam. Vigilabo dies atque noctes, & intentis oculis diſpiciam, ut res tuæ ſalvæ ſint; curam rerum tuarum ſuscipiam; operam ſummam, nervos omnes & induſtriam afferam. Ardore quodam ac ſtudio incitato tua procurabo. Summa ope nitar, animum intendam, adjungam, ut tibi bene ſit. Non obſcura erit contentio mea in rebus tuis; induſtria erit, quanta poterit, maxima. V. *Curo.* 2. *Majorem in ſcribendo diligentiam a te poſtulo*, ich verlange von dir einen größern Fleiß im Schreiben. Velim, te plus diligentiæ in ſcribendo ponere; velim, te plus operæ, curæ, induſtriæ, ſtudii in ſcribendo locare, collocare, conſumere. Plus diligentiæ ad ſcribendum conferri a te velim; Operam navarii ſtudio majori

Digitized by Google

jori in ſcribendo expeterem. Tuis in ſcriptis diligentiam majorem deſidero, requiro. Adderes, velim, ad ſedulitatem aliquid; pluſculum, velim, ſedulitatis in ſcribendo ſusciperes. 3. *In parandis opibus nulli diligentiae parcimus*, mit ſparen keine Mühe uns zu bereichern. Operam prætermittimus nullam; nulli operæ, labori nulli parcimus; exiguum ducimus, quidquid in parandis opibus induſtriæ adhibemus; in conſectandis opibus nullus labor eſt nimius nobis, nulla contentio difficilis; ad rem augendam nullum non lapidem movemus; nullam laboris partem prætermittimus; in re quærenda omni ſtudio, cura & opera laboramus; omnibus nervis ac viribus, omni ope ac induſtria contendimus; ad parandas opes omnes vires, omnia ſtudia, quidquid eſt induſtriæ, conferimus; omnes curas cogitationesque referimus, opes ut conſequamur; elaboratur pro viribus; quantum conſequi viribus poſſumus, enitimur; opibus accumulandis operam damus, navamus ponimus non indiligentem; laborem, curam ac diligentiam adhibemus, impendimus maximam. In quærenda re omnes ſedulitatis nervos contendimus; multum operæ ponimus, multum laboramus, ac deſudamus. V. *Cura*, *curo*, *ſollicitudo*. *Uſus*. Conferre diligentiam ad aliquam rem. Diligentiam in rebus tuis adhibui maximam. Magna cum cura, ac diligentia ſcripſi de re.

Diligo, is, lexi, lectum, ere. **lieben**. *Syn*. Amo, carum habeo. *Adv*. Acrius, admodum, egregie, eximie, conſtantiſſime, facile, gratis, libenter, magnifice, maxime, mirifice, multum, mutuo, plane, plus, plusquam in dies, præcipue, plurimum, quam maxime, quodammodo, ſeparatim, ſingulariter, valde, hercle, vehementer, vehementius, vehementiſſime, viciſſim, uſque eo, generatim, vere, unice. *Uſus*. Hunc amo, quem ante diligebam. Me aut amabis, aut diliges ſaltem. Eum non amore tantum, ſed perpetuo quodam judicio diligebam. V. *Amo*.

Dilorico, as, avi, atum, are. **aufſchnüren**. *Syn* Diſcindo, aperio. *Uſus*. Diloricare tunicam.

Diluceo, es, luxi, ere. **erſcheinen**. *Uſus*. Res ſenatui plane dilucere viſa eſt.

Diluceſcit, ebat. **Tag werden**. *Syn*. Luceſcit, lucere incipit. *Uſus*. Diſcuſſa eſt illa caligo, diluxit. V. *Luceſcit*, *dies*, *mane*, *diluculum*.

Dilucide, **klärlich**. *Syn* Lucide, perſpicue, clare, aperte, plane. *Uſus*. Dilucide planeque loqui.

Dilucido, as, avi, atum, are. **erläutern**. *Syn*. Declaro. *Uſus*. Rei dilucidandæ cauſa. V. *Explico*, *declaro*.

Dilucidus, a, um. **klar**. *Syn*. Apertus, evidens. *Uſus*. Quo brevior, eo dilucidior erit narratio. Dilucida & perſpicua expoſitio.

Diluculum, i, n. **Morgendämmerung, Anbruch des Tages**. *Syn* Summum mane, prima lux. *Phraſ*. *Sub diluculum*, **vor anbrechendem Tage**. Sub galli cantum; albeſcente cœlo; appetente die, ſummo mane, bene mane, dubia adhuc luce, incerta adhuc luce; cum luceſcere, illuceſcere, lucere inciperet. V. *Mane*, *dies*.

Diluo, is, ui, utum, ere. **ſpülen, widerlegen**. *Syn*. Confuto, abſtergo. *Adv*. Dilucide, facilius. *Uſus*. Diluere objecta crimina; diluere & infirmare argumenta. Curas, moleſtias jucundo alloquio diluere. V. *Refello*, *defendo*.

Dimano, as, avi, atum, are. **auseinanderfließen, ſich ausbreiten**. *Syn*. Profluo. *Uſus*. Meus is labor dimanavit ad æſtimationem hominum latiſſime.

Dimenſio, onis, f. **Abmeſſung**. *Uſus*. Dimenſio quadrati.

Dimetior, iris, menſus ſum, iri, **ausmeſſen**. *Syn*. Metior. *Uſus*. Ab illo dimenſa ſunt omnia & deſcripta.

Dimetor, aris, atus ſum, ari. **abmeſſen, abſtecken**. *Syn*. Diſtinguo, deſcribo. *Uſus*. Ita dimetata ſigna ſunt, ut in tantis cœlorum deſcriptionibus divina ſolertia appareat. Siderum curſus dimetari. Locum caſtris dimetari.

Dimicatio, onis, f. **Streit**. *Syn*. Contentio, concertatio, diſcrimen. *Epi*. Extrema, infinita, parva, pe-

ri-

Digitized by Google

riculosa, plena laudis, tanta, maxima, tot ac tantæ. *Usus.* Dimicationem quærere. In dimicationem & aciem venire. Mihi fortunarum omnium dimicatio subeunda erit. Dimicationem mihi pro te nullam defugiendam putavi. Nemo me ab ea dimicatione continebit, deterrebit. V. *Certamen.*

Dimico, as, avi, atum, are. streiten. *Syn.* Confligo, certo. *Adv.* Paratius. *Usus.* Prælio dimicare cum hostibus. De omnibus fortunis, de potentia dimicare. V. *Certo, confligo.*

Dimidiatus, a, um. halbgetheilt. *Syn.* Medius.

Dimidius, a, um. halb.)(*totus. Usus.* Heres ex parte dimidia. Discipulos suos dimidio reddebat stultiores, quam acceperat. Dimidio carius emit domum, quam æstimata fuerat.

Diminuo, is, ui, utum, ere. vermindern. *Syn.* Minuo, imminuo, attenuo, detraho, decerpo, ad pauciora redigo, diminutionem facio.)(*Augeo. Usus.* Vide, ne quid de bonis tuis diminuas. Sententia diminuta & infirmata. V. *Minuo.*

Diminutio, onis, f. Verminderung. *Syn.* Imminutio.)(*Accretio. Usus.* [illegible] magna diminutio facta est. [illegible] vectigalium.

Dimissio, onis, f. Erlassung. *Usus.* Dimissio propugnatorum, relegatio amicorum.

Dimitto, is, misi, missum, ere. fortlassen. *Syn.* Amitto, missum facio; remitto, depono, omitto. [illegible] continuo, con[illegible], libenter, multum, prorsus, nunquam. *Phras. Dimittere milites*, die Soldaten abdanken. Legiones missas facere; missionem dare militibus; exercitum purgare [illegible] hominum missionibus; [illegible] milites; milites sacra[illegible] milites exauctora[illegible] *Usus.* Dimittere se[illegible], von sich ent[illegible]; exercitum, le[illegible] abdanken. Fa[illegible] dimisit, aus [illegible] Utinam de suâ [illegible] Pompejus; de cu[illegible] dimisisset, fahren [illegible]

Dimoveo, es, movi, motum, ere. verrücken. *Syn.* Depello, moveo, removeo, dejicio. *Usus.* Suspicionem a se in alium dimovere. Aliquem de suo cursu, sententia, institutis, more dimovere. De dignitatis gradu & loco suo aliquem dimovere. V. *Amoveo, abstraho, absterreo.*

Dinumeratio, onis, f. das Abzählen. *Exornatio quaedam verborum.*

Dinumero, as, avi, atum, are. abzählen. *Syn.* Numero. *Adv.* Propemodum *Usus.* Dinumerare pecuniam alicui.

Diœcesis, eos, f. Verwaltungsbezirk. *Syn.* Procuratio, *vel* gubernatio. *Usus.* Mirifica expectatio nostrarum diœcesium.

Diœcetes, æ, m. Verwalter. *Syn.* Qui procurationem, & quasi dispensatiouem regiam recepit.

Diploma, atis, n. Gewaltsbrief, Freyheitsbrief. *Syn.* Principium, & aliorum magistratuum codicilli, litteræque publicæ signo regio munitæ & sanctæ.

Diræ, arum, f. Verfluchung. *Syn.* Furiæ, tristia omina, minæ, execrationes, imprecationes. *Usus.* Diras obnuntiare. Diræ, ut cætera auspicia, omina sunt, non causæ malorum. Homo diris devotus, credebatur affici maximo infortunio. V. *Furiae.*

Directo, gerade zu. *Syn.* Directe. *Usus.* Directo deorsum ferri. Hæc ad fidem directo pertinent.

Directus, a, um. gerade. *Syn.* Rectus. *Usus.* Arbores directo ordine consitæ. Directa via. Quid opus est circuitione & anfractu potius, quam directo? Directum iter. Paries directus.

Direptio, onis, f. Plünderung. *Epi.* Acerba, fœda, impunita, libera, tanta. *Usus.* Vexatio & direptio urbis, sociorum. Impendebant fames, incendia, cædes, direptio.

Direptor, oris, m. Plünderer. *Usus.* Direptor urbis & [illegible]

Diribeo, es, ui, itum, [illegible] austheilen. *Syn.* Distribuo, dimensero, discerno, separo. *Usus.* Dum tabellæ diribentur.

Diribitio, onis, f. Austheilung. *Syn.* Distributio. *Usus.* Populi diribitio jam non expectetur.

Diribitor, oris, m. Austheiler. *Syn.* Distributor, qui populum in suas classes ad ferenda suffragia distribuit. *Usus.* Vos rogatores, diribitores, custodes tabularum fuistis.

Dirigo, is, rexi, rectum, ere. richten. *Syn.* Refero, constituo, ordino, dispono. *Phras. Omnia ad utilitatis suas dirigit*, er richtet alles auf seinen Nutzen. Cursum vitæ suæ omnem ad seipsum refert. Utilitas illi vitæ regula est; studia sua utilitatis regula metitur; vitam suam ita gubernat, ita moderatur, ut ab utilitate ne usquam discedat. Nihil ille spectat, nisi utilitatem suam; eam ille longissime antefert rebus omnibus; eam ille rerum omnium primam ducit antiquissimam habet; omnem suum conatum ad opes parat atque meditatur; actiones omnes ad unam utilitatis rationem exigit. *Usus.* 1. Omnia ad rationem & artem dirigere. Ad similitudinem pictor artem manumque dirigit. Ad illam cynosuram vitæ tuæ cursum dirigas. 2. *Metior, definio, describo, æstimo, circumscribo*, messen. Turpe est officium utilitate dirigere, non honestate. Omnia voluptate dirigunt Epicurei. V. *Moderor, collimo.*

Dirimo, is, emi, emptum, ere. trennen. *Syn.* Divido, distraho.)(*Conjungo. Adv.* Acerbe, impudenter. *Phras. Diremit amicitiam*, er hat die Freundschaft getrennet. Disrupit amicissimam vitæ conjunctionem; suavissimam vitæ societatem disturbavit. V. *Amicitia. Usus.* Hanc nostram societatem, hanc suavissimam vitæ conjunctionem falsis criminibus diremere malevoli. Nox prælium, iras, rixas diremit.

Diripio, is, ripui, reptum, ere. plündern. *Syn.* Prædor, aufero, rapio. *Phras. Urbs direpta est*, die Stadt ist geplündert worden. Direptioni & incendiis relicta; omnibus partibus disturbata, aut incensa; excisio, inflammatio, eversio, depopulatio, vastitas, agris tectisque illata est; direptum auri argentique pondus ingens, detracta corporibus ornamenta, nihil in ædibus omni luxu atque opulentia instructis intractum est relictum; expilata urbs, nudata; exhausta, depopulata; exspoliata fana, domus pecunis spoliatæ & exinanitæ. Discurrit ad prædam miles, fit auri argentique fœda direptio, victores rapiunt, aguntque, quidquid a flamma intactum, prædas undique exsorbent. Populata urbs vexataque, compilatæ domus, præda improbissime egesta. Oppidum prædæ datum, fortunis illatæ manus, miles rapto vivere assuetus, & in præda ac sanguine diu versatus, ferre agereque, quidquid ignis reliquum fecisset, cœpit, prædamque avertere. V. *Depopulor, depeculor, destruo, vasto, præda. Usus.* Expilare, vexare, diripere socios, patrimonium alterius.

Diritas, tis, f. Grausamkeit. *Syn.* Crudelitas. *Usus.* Homo omni diritate & immanitate deterrimus. V. *Crudelitas.*

Dirumpo, is, rupi, ruptum, ere. zerreißen. *Syn.* Dirimo, rumpo. *Adv.* Repente. *Usus.* Societatem, amicitiam dirumpere. Dolore prope se disrupit. Homo diruptus, dirutusque, *infelix.* V. *Rumpo.*

Diruo, is, ui, utum, ere. einreißen. *Syn.* Excido, exscindo, everto. *Usus.* Diruere, ædificare. V. *Destruo.*

Dirus, a, um. gräulich. *Syn.* Ferus, crudelis, immanis, infestus, infaustus *Usus.* Quæ augur injusta, nefasta, vitiosa, dirave edixerit, irrita, infectaque sunto. V. *Crudelis.*

Dis, tis, *g. o.* reich. *Syn.* Dives. *Usus.* Midas ditissimus.

Discedo, is, cessi, cessum, ere. weggehen. *Syn.* Abeo, proficiscor, cedo, solvo, migro, demigro.)(*Accedo. Adv.* Aliquantum, commodum, fere, nonnunquam, flagitiosissime, honeste, impune, longe, longius, nec vero, non libenter, nusquam, omnino, parumper, proxime, temere, nunquam tardissime. *Phras. Discedere cogito*, ich gedenke bald abzureisen. Animus est in discessu; in animo est mutare locum; de discessu, *vel* discessum cogito; in animo habeo longius me auferre; discessum specto, meditor; migrandi mihi consilium est; jam dudum profectionis volvo consilia. V. *Abeo, proficiscor.*

Digitized by Google

ciſcor. Uſus. 1. Roma, provincia, a foro discedere. 2. *Transl. Deſino, deficio, mutor*, aufhören, abweichen. A ſententia ſua, ab officio, conſuetudine ſua discedere Febris quartana discesſit. 3. *Alio me verto*, ſich anderswohin wenden. Discesſit in alia omnia ſenatus. In aliam opinionem, partes, ſectam discedere. 4. Cœlum bello Marſico discesſit. Tellus discedit, ſich ſpalten, eröffnen. 5. Vita discedere, ſterben.

Disceptatio, onis, f. Streitigkeit. *Syn.* Cauſa, controverſia, lis, judicium. *Epi.* Extrema, forenſis, ſimplex. Forenſes, infinitæ, legitimæ, liberæ. *Uſus.* Disceptatio & cognitio veritatis. Rem in disceptationem vocare, die Sache ſtreitig machen. Venit hoc, cadit in disceptationem. Hoc quidem in disceptatione verſatur. V. *Controverſia, disputatio.*

Disceptator, oris, m. Schiedsmann. *Syn.* Judex, arbiter. *Epi.* Domeſticus, ſeveriſſimus. *Uſus.* Populum Romanum disceptatorem non tantum non recuſo, non defugio, ſed depoſco. Hoc disceptatore ac ſententiæ moderatore uti ſtatui.

Disceptatrix, icis, f. Erörterinn. *Uſus.* Dialecti a veri & falſi disceptatrix & judex.

Discepto, as, avi, atum, are. ſtreiten. *Syn.* Contendo, decerto, diſputo, dijudico, cognoſco. *Adv* Juſte, latius, ſapienter. *Phraſ. De hoc disceptari poteſt*, darüber läßt ſich noch ſtreiten. Hoc in disceptationem vocari poteſt; hoc cadit, venit in disceptationem; hoc in disceptatione verſatur; hoc in controverſiam venire, vocari, adduci, deduci poteſt; hoc in controverſia eſt, verſatur; hoc in contentione eſt. Disceptationi hic locus eſt; nonnulla de hoc disceptatio relicta eſt. V. *Controverſia, disputatio. Uſus.* Illi quæſtioni præpoſitus, qui æquo jure disceptet. Inter ſe, cum aliquo disceptare de controverſiis. Armis disceptant. V. *Diſputo, contendo.*

Discerno, is, crevi, cretum, ere. unterſcheiden. *Syn.* Dijudico, diſtinguo, diſpicio, diserimen facio, internoſco, divido. *Uſus.* Animus discernit verum a falſo. Alba & atra vix discernit. V. *Dijudico.*

Discerpo, is, cerpſi, cerptum, ere. zerreißen *Syn* Dilacero. *Uſus.* Unguibus aliquem Bacharum more discerpere. Animus nec distrahi, nec discerpi poteſt. Divulſum & discerptum genus dicendi. V. *Lacero.*

Disceſſio, onis, f. Abfall. *Syn.* Abitus, abitio, abſceſſus, receſſus, digreſſus, profectio, remotio *Epi.* Matura. *Uſus.* Si in meam ſententiam conſules disceſſionem facerent Sententia illa valuit, etſi disceſſio facta non eſt.

Disceſſus, us, m. Abreiſe.)(*Acceſſus. Epi.* Acerbus, calamitoſus, miſericordia dignior, diuturnus, fœdus ac perturbatus, fœdiſſimus, fructuoſus, fructuoſiſſimus, longinquus, longus, perhonorificus, præclarus, ſubitus, ſummus, voluntarius. *Uſus.* Longinquus inter nos disceſſus. Solis acceſſus & disceſſus. O præclarum disceſſum e vita! ſubitus disceſſus, *præcepi profectio.*

Diſcindo, is, ſcidi, ſciſſum, ere. zerſchneiden. *Syn.* Dilacero, diloriço. *Uſus.* Veſtem diſcindere.

Discingo, is, cinxi, cinctum, ere. aufgürten. *Uſus.* Periculum prope eſt, ne discingere.

Diſciplina, æ, f. Zucht, Unterweiſung. *Syn.* Inſtitutum, ratio, inſtitutio, ars, mos, conſuetudo. *Epi.* Acerrima & equeſtris, antiqua, bellica, bona, certa, dialectica, digna ſtudioſis ingenuarum artium, domeſtica, hetruſca, fortior, gravis, conſtans, indocilis, inops, expedita, magna, mala, melior, meretricia, mollis, navalis, nobilis, nota, nova, optima, perfacilis, perfectiſſima, præclara, præſtans, publica, ſanctiſſima, ſevera, ſeveriſſima, tota, vetus, vetuſta, voluptuaria, delicata, vulgaris. Clariſſimæ, conſentaneæ, domeſticæ, graviſſimæ, ingenuæ, optimæ, pueriles, variæ. *Phraſ.* I. *Servat bonam diſciplinam*, er hält eine gute Zucht. Arcte contenteque ſuos habet; diſciplinam acerrime exigit; diſciplinam ſeveriſſime regit; diſciplinam adſtringit; diſciplinam ad antiquam ſeveritatem redigit, revocat,

Digitized by Google

2. *Disciplina senſim periit*, die gute Zucht hat abgenommen. Prolapſa, diſſoluta ſeverior illa diſciplina eſt; delapſa paullatim diſciplina procubuit; deflexit jam aliquantum de ſpatio curriculoque conſuetudo diſciplinæ veteris; labat jam diſciplina vetus & paullatim diffluit; diſciplina cuſtodum ignavia labefactari cœpta eſt; de ſtatu ſuo declinavit; non gradu, ſed præcipiti curſu a veteri legum ſeveritate deſcitum eſt; conſecuta non multo poſt ingens diſciplinæ depravatio; diſciplina vetus inertia præſidum quaſi conſenuit; diſciplina ſenſim fluere ac inclinari cœpit. 3. *Diſciplinam inſtaurare*, die alte ſcharfe Zucht wiederum einführen. Omnia, quæ delapſa jam diffluxerunt, ſeveris legibus vincire; fluentem procumbentemque diſciplinam reſtituere, labentem ac ſeneſcentem diſciplinam erigere; depravatam corruptelis conſuetudinem ad priſtinam ſeveritatem revocare. *Uſus.* Senatores Rom. filios ſuos Hetruſcis in diſciplinam tradebant. Plerasque diſciplinas a Græcis traditas accepimus. Nemo bonus imperator, qui non ante Philoſophiæ diſciplinam perceperit, coluerit. Ratio vetuſtæ diſciplinæ, quam a majoribus accepimus. Homo diſciplina juris civilis eruditiſſimus. Quidam parentum diſciplina meliores fiunt. Bona diſciplina exercitatus. Bellica diſciplina ſoluta, prolapſa reſtituenda eſt. Et horum nos hominum inſtitutionem, diſciplinam, ſectam perſequemur?

Diſciplinam facio, Diſciplin machen, ſich geißeln. *Phraſ.* Pœnæ nomine ſe acerrime verberare; voluntariam de ſe pœnam verberibus ſumere; voluntaria verberatione corpus coërcere, flagellis ſe cædere; voluntario cruciatu ſe concidere; flagris verberibusque in ſuum corpus advertere; flagris ſe mulctare, ſupplicium de ſe voluntaria diverberatione ſumere; acerbiſſimis flagris caſtigare corpus; voluntaria afflictatione ſui divinæ juſtitiæ ſeveritatem prævertere; flagris ſe cruentare, tergum lacerare, in ſe ſævire, corpus ſuum flagris ad ſanguinem, ad languorem cædere.

Diſcipulus, i, m. Schüler. *Syn.* Auditor, qui accedit aliquem diſciplinæ cauſa, qui ſe alicui in diſciplinam tradit. *Epi.* Rudis & integer. Diſſimiles, probabiles. *Phra.* *Demoſthenes fuit Platonis diſcipulus*, Demoſthenes iſt ein lehrjünger des Plato geweſen. Sub diſciplina Platonis fuit; Platone uſus eſt magiſtro; Platonem habuit præceptorem; e Platonis diſciplina, ſchola prodiit; a Platone ad diſciplinam eruditus eſt; a Platone eruditus fuit; excultus doctrina fuit; didicit; doctrinam hauſit litteris excultus fuit; Platonis inter diſcipulos fuit; Platonis acedemiam frequentavit, trivit; Platonis præceptis imbutus, inſtitutus fuit; Platonem audivit; Platonis auditor fuit; apud Platonem litteris operam dedit; diſciplinæ Platonicæ alumnus fuit. *Uſus.* Rudem me diſcipulum atque integrum accipe. V. *Doceo*, *erudio.*

Diſco, is, didici, ere. lernen. *Syn.* Percipio, diſciplinam accipio, cognoſco, perdiſco, condiſco, documentum accipio, exemplum ex aliquo capio, comprehendo, cognitionem accipio. *Adv.* Aliunde, diutius, facile, fortius, melius, multum, præclare, ſtudioſe, breviter, nimirum, perinde, ut. *Phraſ.* 1. *Græcas litteras ab illo didici*, ich habe die griechiſche Sprache von ihm erlernet. Illo magiſtro Græcas litteras arte & cognitione comprehendi; litteras Græcas illo præceptore attigi, celeriterque arripui; annum unum in ejus diſciplina permanſi Græcis litteris excolendus, erudiendus, imbuendus; in ejus me diſciplinam tradidi, ut ejus inſtitutione Græcis in litteris doctior evaderem; ut ab eo Græcas litteras haurirem. V. *Diſcipulus.* 2. *Experientia multum diſcimus*, man lernet viel aus der Erfahrung. Ad ſcientiam rerum multarum experientia duce pervenimus. Erudimur valde, inſtruimur, expolimur, ex ignorantiæ tenebris educimur uſu atque experientiæ beneficio. Multarum rerum ſcientiam conſequimur, experientiam ſecuti, experientia docti. Experientia magiſtra multa cognoſcuntur; multarum rerum ſcientia, cognitio, in-

Digitized by Google

intelligentia, doctrina capitur, sumitur, hauritur ab experientia & usu. Multarum rerum magister usus est. Multa docet, ostendit, patefacit experientia. Viam aperit usus ad multarum rerum scientiam, V. *Experientia.* 5. *Pauca admodum didicit*, er hat noch wenig gelernet. Parum attigit doctrinæ; cursim arripuit eas artes, nec omnino perdidicit; perfusus potius, quam tinctus est iis litteris; artes eas vix a limine salutavit; litteras degustasse satis habuit; in litteris progressus fecit perexiguos; non ita longe profectus est a primo littore. Longe abest a perfecta litterarum cognitione; ex abditis litterarum fontibus nihil hausit, delibavit; tiro etiamnum est in ea arte. V. *Rudis, imperitus.* 4. *Memoriter discere*, auswendig lernen. Edisсere, memoriter complecti; memoriæ mandare; memoria comprehendere, complecti. *Usus.* 1. Antiqui fidibus discebant. Discere apud aliquem Græcas litteras. 2. *Intelligo, percipio, accipio*, verstehen. E tuis litteris, e tabellario didici, te &c,

Discolor, oris, *g. o.* vielfärbig *Syn.* Diversus, dispar, dissimilis, varius. *Usus.* Discoloribus signis sententias notare.

Disconvenio, is, veni, ventum, ire. mißhällig seyn *Syn.* Dissideo, discordo. *Usus.* Disconvenit inter nos & te. V. *Discordia.*

Discordia, æ, f. Uneinigkeit. *Syn.* Dissidium, dissensio, seditio, odium.)(*Concordia, amicitia. Epi.* Civilis, major, magnæ, maximæ, multæ, perniciosæ, stultæ, tacitæ discordiæ. *Phras.* 1. *Discordiam concitare*, Zwietracht stiften. Excitare, in civitatem inducere; discordiam moliri; discordias ferere; lites creare; amicitias diducere cohærentes; conjunctionem animorum dirimere, solvere; a conjunctione animos avocare: in discordiam agere; discordiam concitare. Animorum consensionem dissolvere, labefactare; concordes animos disjungere, dissociare. V. *Amicitia, seditio.* 2. *Discordiam tollere*, die Uneinigkeit aufheben. Discordiam dissipare, sedare, placare; dissensiones frangere & extinguere; discordiam in tranquillum conferre; pacem conciliare, coagmentare, reconciliare pacis, concordiæ, compositionis auctorem esse. aversos animos iras, longa dissidia componere. V. *Pax. Usus.* E cupiditatibus seditiones ac discordiæ otiuntur, impendent. Nullus discordiarum finis, nisi aut interitus, aut victoris dominatus. Urbs discordiis consumpta petit. V. *Dissensio, discordo.*

Discordo, as, uvi, atum, are. uneins seyn. *Syn.* Dissideo, discrepo, dissentio, non consentio. *Phras. Discordant inter se cives*, die Bürger sind unter einander uneinig. Opinionum dissensione inter se discrepant; contentione & ambitione discordes dissident; magnas inimicitias agitant, intestino flagrant odio; nunquam a jurgiis conquiescunt: in alia omnia discedunt; urbs secum ipsa discors intestinis odiis laborat; inter cives magna discordiarum moles exorta est; dissensiones seruntur; intestinæ discordiæ fervent; consensus ordinum est divulsus, civitas secum ipsa discors intestino flagrat odio; civitas studiis divisa est & distracta; dissidia fiunt plura in dies & graviora; discordia coire in unum cives non finit. V. *Dissentio, alienus, abhorreo. Usus.* Animus a seipso dissidens & discordans. V. *Discrepo.*

Discors, dis, *g. o.* uneinig. *Syn.* Dissentiens, discordans.)(*Concors. Usus.* Ambitione discordes. V. *Discordo.*

Discrepantia, æ, f. Unterschied. *Syn.* Dissensio, discordia. *Usus.* S ripti & voluntatis, rerum & verborum discrepantia.

Discrepo, as, are. mißhellig seyn. *Syn.* Discrepans sum, abhorreo, abludo.)(*Convenio, congruo. Adv.* Multum ab humanitate, paullum, valde. *Phras. Græcorum mores a Romana gravitate multum discrepant*, die Lebensart der Griechen ist von der römischen Ernsthaftigkeit weit unterschieden. Longe absunt; pugnant cum Romana gravitate. Abhorret a Græcorum levitate Romana constantia; aliena est a Græcorum moribus; ingens discrimen est inter Græcorum levitatem, &

Digitized by Google

Romanam conſtantiam. V. *Abhorreo*, *abſudo*. *Uſus.* Ego a tuis conſiliis minime discrepo. Hæc verba inter ſe discrepant, non cohærent. Hæc multum ab humanitate discrepant. Cum aliquo, ab aliquo, in re aliqua, inter ſe discrepare. V. *Differo*, *discordo*.

Discrete, unterſchiedlich. *Syn.* Diſtincte.)(*Conjunctè*, *confuſe*.

Discretio, onis, f. Unterſcheidung. *Syn* Diſtinctio, ſejunctio. *Uſus. Horbor. pro* prudentia in discrimine faciendo, *pro* delectu & judicio, *pro* moderatione & temperatione, *pro* arbitrio victoris. *Phraſ.* 1. *Ad discretionem urbs ſe dedidit*, *vulg.* die Stadt hat ſich auf Gnade und Ungnade ergeben. Se ſuaque omnia victoris poteſtati reliquit; deditionis conditionem quamvis ſubiit, accepit; armis poſitis ad victoris fidem confugit; victoris ditioni ſe permiſit; nihil neque de vita, neque de libertate pacti cives in victoris fidem ſe permiſere, tradidere. V. *Deditio*. 2. *Nullam plane habet discretionem*, *vulg.* er hat gar keine Mäßigkeit und Beſcheidenheit. In puniendis delictis nullam adhibet moderationem; moderatione & temperatione ſublata, promiſcue in omnes advertit; ſine cura discriminis pœnas ſumit; nullam adhibet in plectendo judicium; nemini ulla in re temperat. V. *Imprudens*. 3. *Ad bene regendam rempublicam magna opus eſt discretione*, *vulg.* zur Verwaltung des gemeinen Weſens gehört viel Klugheit und Beſcheidenheit. Ad tractandam rempublicam opus eſt prudentia in delectu bonorum; delectu atque judicio; prudentia atque ſcientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum; moderatione ac temperatione; rerum omnium hominumque delectu ac discrimine. In gubernanda republica caput eſt uti auctoritatis præſidiis moderate ac ſcienter. V. *Prudentia*. 4. *Ludere pro discretione*, um eine Diſcretion, willkührlichen Gewinn ſpielen. Ludere in ſpem lucri arbitrarii; ludere ſpe lucri alterius arbitrio permiſſa, delegata.

Discrimen, inis, n. Unterſcheid, Gefahr. *Syn.* Differentia, delectus, judicium, moderatio. *Epi.* Certiſſimum, externum, iniquum, magnum, majus, maximum, medium, pertenue, propinquum, ſummum, totum, extremum. *Phraſ.* 1. *Respublica eſt in discrimine*, das gemeine Weſen ſteht in Gefahr. Verſatur in discrimine; in ſummum discrimen adducta eſt, venit, incidit, vocatur, devenit. 2. *Discrimini ſe expoſuit*, er hat ſich der Gefahr ausgeſetzt. Sponte ſe in discrimen abjecit, obtulit, contulit, intulit; discrimini caput obtulit, objecit. V. *Periculum*. *Uſus.* 1. Discrimen omne, & delectum tollere. Ex hoc discrimen inter gratioſos cives, & ſortes. Non eſt conſilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia. Discrimine recte, an perperam facti confuſo, da man Recht und Unrecht nicht mehr unterſcheiden konnte. 2. *Periculum*, Gefahr. Discrimen totius belli in unius capite poſitum eſt. V. *Discretio*.

Discrimino, as, avi, atum, are. unterſcheiden. *Syn* Diſtinguo. *Uſus.* Hetruriam via Caſſia discriminat.

Discrucio, as, avi, atum, are. peinigen. *Syn.* Excarnifico. *Uſus.* 1. Discruciatum aliquem necare. 2. *Transl.* Discrucior, talem fundum ab homine tam improbo poſſideri. V. *Crucio*, *ango*.

Discumbo, is, cubui, cubitum, ere. ſich ſetzen. *Syn.* Accumbo, cubo ad menſam. *Uſus.* Cœnati discubuerunt.

Discupio, is, cupivi, itum, ere. ſehr wünſchen. *Uſus.* Te videre & omnia conferre discupio. V. *Cupio*.

Discurro, is, curri, curſum, ere. hin und wider laufen. *Uſus.* Signo dato juventus Romana ad rapiendas virgines discurrit. *Pro* Differo, ſich unterreden, *vulg. eſt*.

Discurſus, us, m. das Laufen. *Uſus.* Præcipiti discurſu paſſim ſe fugæ mandat. *Pro* ſermone, *aut colloquio*, Unterredung. *vulg. eſt*.

Discus, i, m. m. eine Platte, Wurfſcheibe. *Syn.* Patina

Discutio, is, cuſſi, cuſſum, ere. zertreiben, unterſuchen. *Syn.* Dispello, removeo, tollo, perturbo, diſjicio. *Uſus.* 1. Periculum conſilio, factionem armis discutere, & comprimere. 2. Captiones alicujus & fraudes discutere, unterſuchen.

Di-

Digitized by Google

Diſerte, beredſam. *Syn.* Docte, perite. *Uſus.* Diſerte & copioſe dicere. V. *Eloquenter.*

Diſertus, a, um. beredt. *Syn.* Doctus, peritus. *Uſus.* Diſertos novi multos, eloquentem neminem; diſertiſſima oratio. V. *Eloquens.*

Diſicio, is, jeci, jectum, ere. zerſtreuen. *Syn.* Diſpergo. *Uſus.* Res *diſjectas* & diſperſas colligere. V. *Diſſipo.*

Diſjunctio, onis, f. Abſonderung. *Syn.* Separatio. *Epi.* Falſa, moleſtiſſima, vera. *Uſus.* Animorum diſjunctio diſſenſionem facit. V. *Diſcordia.*

Diſjunctus, a, um. abgeſondert. *Syn.* Procul remotus, discrepans, diſtans. *Uſus.* Vita a cupiditatibus maxime diſjuncta, cum officio conjuncta. Mores eius longe a tali ſcelere diſjuncti; populus a ſenatu diſjunctus. V. *Alienus, diſcors.*

Diſjungo, is, junxi, junctum, ere. abſondern. *Syn.* Separo, abalieno, diſtraho; diſſidium, diſſenſionem, abalienationem, diſjunctionem facio.)(*Conjungo. Adv.* Longe, longiſſime, maxime a cupiditate, procul. *Uſus.* Hominem amicum a me, a mea familiaritate, amicitia diſjunxiſti. Diſjungere jumenta. Ab oratoria me diſjungo. V. *Alieno, dirimo, amicitia.*

Diſpar, ris, g. *o.* ungleich. *Syn.* Diſparilis, diſſimilis, diverſus, varius, impar. *Adv.* Multum, longe. *Uſus.* Varia & diſpar conditio; diſpares mores, diſparia ſtudia ſequuntur. Par dignitas, diſpar fortuna. Diſparibus ætatibus alia placent. V. *Diſſimilis.*

Diſparatus, a, um. entgegen geſetzt. *Vulg.* Contradictorium. *Uſus.* Diſparatum eſt, quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur; ut: ſapere, non ſapere.

Diſparilis, e. ungleich. *Syn.* Diſpar.

Diſpartio, is, ivi, itum, & diſpartior, iris, iri. zertheilen. *Syn.* Divido. *Uſus.* Aliquid diſpartire in minima. Jurisconſulti ſimplicia in infinita diſpartiuntur. V. *Divido.*

Diſpello, is, puli, pulſum, ere. zertreiben. *Syn.* Diſcutio. *Uſus.* Caliginem ab oculis diſpellere. V. *Pello.*

Diſpendium, ii, n. Nachtheil. *Syn.* Quod immoderate, & conſulte expenditur. *Uſus.* Rem confeci ſine ſumptu, ſine diſpendio. V. *Detrimentum, damnum.*

Diſpenſatio, onis, f. Verwaltung. *Syn.* Procuratio, adminiſtratio. *Uſus.* Ærarii diſpenſationem ſuſcipere, dare alicui & committere. Senatus ei hanc diſpenſationem eripuit. *Pro* ſolutione a legibus, Begünſtigung, Diſpenſation, *vulg. eſt.*

Diſpenſator, oris, m. Verwalter. *Syn.* Diſtributor. *Uſus.* Rationem a diſpenſatore accipere. V. *Promus condus.*

Diſpenſo, as, avi, atum, are. austheilen. *Syn.* Diſpono, procuro. *Uſus.* Res domeſticas diſpenſare. Inventa ordine diſpenſare & diſponere. *Diſpenſare cum aliqua, vulg. eſt*, begünſtigen, mit einem diſpenſiren: *latine dicendum*: legibus aliquem ſolvere; legis gratiam facere; ſacramenti religione ſolvere, in eiusnem Gelübde diſpenſiren.

Diſperditio, onis, f. Verderbniß. *Syn.* Ruina. *Uſus.* Antonius ad diſperditionem urbis venire conatur. V. *Damnum.*

Diſperdo, is, perdidi, perditum, ere. verderben. *Syn.* Diſſipo. *Uſus.* Poſſeſſiones a majoribus acceptas diſperdere. V. *Perdo, conſumo.*

Diſpereo, is, perivi & perii, ire. zu Grunde gehen. *Syn.* Pereo. *Uſus.* An pecuniam diſperire patieris? V. *Pereo.*

Diſperdo, is, ſperſi, ſperſum, ere. zerſtreuen. *Syn.* Diſjicio, diſſipo, inſpergo, reſpergo. *Adv.* Confuſe, membratim, late, longe lateque. *Uſus.* Cur Deus tot mortifera terra marique diſperſerit &c. Bellum longe lateque diſperſum. Diſperſa cogere. V. *Diſſipo.*

Diſperſe, zerſtreuet. *Syn.* Diffuſe. *Uſus.* Res diſperſe & diffuſe dictæ.

Diſperſio, onis, f. Zerſtreuung. *Syn.* Diſſipatio. *Uſus.* Diſperſione civium urbs infirmatur.

Diſpertio, is, ivi, itum, ire, & diſpertior, iris, iri. vertheilen. *Syn.* Diſpartio, divido, diſtribuo, diſtinguo. *Adv.* Æqualiter, valde. *Uſus.* Diſpertire orationem in membra. Tempora laboris & otii diſpertiri. Bona, pecunias diſpertiri. Leges & exempla civitatibus diſpertiri. V. *Divido, partior.*

Digitized by Google

Diſpicio, is, ſpexi, ſpectum, ere. erwägen. *Syn.* Video, noſco, intelligo. *Uſus.* Imbecillis animus verum diſpicere non poteſt. Acie mentis futura diſpicere. Siquid diſpicere cœpero, ſcribam ad te. V. *Noſco.*

Diſpliceo, es, ui, itum, ere. miſſallen. *Syn.* Odioſus ſum, injucundus ſum.)(*Placeo, arrideo.* *Adv.* Vehementer, vehementius, vehementiſſime. *Phraſ.* *Diſplicuit illi*, es hat ihm miſſallen. Male id habebat hominem; concoquere id non poterat; ea re offendebatur animus; vehementer ab eo reclamatum eſt; non delectabat hominem is ſermo; haud probabatur; ægre, graviter moleſteque ferebat id; moleſtiam haud parvam capiebat animo. *Uſus.* Diſplicet mihi conſilium tuum. V. *Odioſus, moleſtus.*

Diſplodo, is, ploſi, ploſum, ere, zerſprengen. *Uſus.* Res Sicula diſploſa ac diſrupta.

Diſpolio, as, avi, atum, are. berauben. *Syn.* Spolio, deſpolio, privo. *Uſus.* Honore aliquem diſpoliare. V. *Spolio.*

Diſpono, is, poſui, poſitum, ere. ordnen. *Syn.* Dispenſo, diſtribuo, colloco, ordino.)(*Confundo.* *Uſus.* Aciem, claſſem, ſigna, tormenta ſuo quæque loco diſponere. Præſidia undique diſpoſuit. Verba diſponunt oratores, ut pictores colorum varietatem. V. *Ordino.*

Diſpoſite, ordentlich. *Syn.* Diſtincte. *Uſus.* Non poſſum diſpoſite illum accuſare.

Diſpoſitio, onis, f. Ordnung. *Syn.* Diſtributio, orde, collocatio, œconomia. *Uſus.* Nihil pulchrius omni ratione vitæ, diſpoſitione atque ordine. Diſpoſitio eſt ordo atque diſtributio rerum. Diſpoſitio locorum velut quædam eſt militum inſtructio.

Diſputatio, onis, f. Streitrede. *Syn.* Diſceptatio. *Epi.* Copioſa, communis, decora, paullo abſtruſior, exigua, magis facilis, quam neceſſaria, pene intima, joculatoria, longa bene, longa & ſatis litigioſa, perpetua, meditata, puerilis, nova, perjucunda, probabilis, propenſior, propria, ſimilis, ſimplex, ſplendida, ſubtilis, tota, verſor, ad ſimilitudinem veritatis propenſior, univerſa. Disputationes ancipites, anguſtæ & conciſæ, eruditiſſimæ, infinitæ, latæ, eruditæque, multæ, & variæ, plenæ, diverſæ, voluptuariæ. *Uſus.* Concertationum plenæ & litigioſæ diſputationes. Nolo ambigua, quæ diſputationibus huc illuc trahuntur. Diſputationi intereſſe. V. *Diſputo, diſceptatio, diſcepto.*

Diſputator, oris, m. Streitreduer. *Syn.* Dialecticus. *Uſus.* Diſputator ſubtilis, orator parum vehemens.

Diſputo, as, avi, atum, are. einen Wortſtreit haben. *Syn.* Differo juris & legibus, diſceptando decerto, dico. *Adv.* Acerrime, accurate, acute, amanter, argutiſſime, audacius, breviter, commodius, contra, copioſe, coram, dialectice, diligenter, eleganter, enucleate, exiliter, exquiſite, facetius, fortiſſime, fuſe, fuſius, graviter, uberius, jejune, inſcite, inſolenter, lentius, libenter, libere, liberius, neceſſario, omnino, optime, prudenter, rhetorice, ſeparatim, ſevere, ſubtiliter, ſubtilius, varie, late, ſupra, ſatis, multum. *Phraſ.* 1. *Multum de ea re diſputavi*, ich habe von dieſer Sache viel diſputirt. Acriter eam diſputationem ingreſſus ſum; multum cum adverſariis conſſixi, contendi. Magna mihi fuit de ea re altercatio, certatio, contentio. Habui bene longam diſputationem. Accurate & rationibus undique conquiſitis; ſubtiliter, copioſe differui. Multa in eam rem probabiliter argumentatus ſum. Contentione dicendi, quanta potui, maxima decertavi. Res ea non mediocri contentione eſt agitata. 2. *Qua de re diſputatur?* worüber iſt wohl der hitzige Wortſtreit? Quæ tandem res illa eſt, de qua quæritur, ambigitur, dubitatur, contenditur, differitur, diſceptatur; de qua lis eſt; quæ in dubium vocatur; quæ in controverſiam adducitur; de qua eſt contentio; de qua enata, exorta eſt controverſia; quæ in medio eſt; de qua argumentis diſputatur? V. *Diſceptatio, controverſia, diſcepto.* 3. *Diſputabit ex univerſa Philoſophia*, es wird die ganze Philoſophie [illegible] dizen. Philoſophiæ [illegible]

Digitized by Google

ta disceptanda proponet; de controverſis Philoſophiæ univerſæ quæſtionibus reſpondebit; Philoſophiam univerſam erudito in certamine tuendam, propugnandam ſuſcipiet. Doctrinæ ſpecimen periculum facturis ex univerſa Philoſophia dabit, præbebit. Philoſophiæ ſcita academico in conſeſſu propugnabit. *Uſus.* Disputare de omni re in contrarias partes. Multa in eam ſententiam disputavi. Dum de ſingulis ſententiis breviter disputo, quæſo, attendite. Rationem cum aliquo expediendæ rei disputare, inquirere. V. *Disceptio, controverſia.*

Disquiſitio, onis, f. **Unterſuchung.** *Syn.* Inquiſitio, inveſtigatio. *Epi.* Magna. *Uſus.* Pro argumento ſumere, quod eſt in disquiſitione, vitioſum eſt. Ad criminis disquiſitionem par eſt adeſſe quam plurimos.

Disrumpo, is, rupi, ruptum, ere. **zerreißen.** *Syn.* Divido, rumpo. *Uſus.* Disrumpuntur, qui invident. Disrumpor dolore. Disrumpitur eo pacto humani generis ſocietas. V. *Rumpo.*

Diſſemino, as avi, atum, are. **ausſtreuen.** *Syn.* Diſpergo, ſpargo, diſſipo. *Adv.* Latius. *Uſus.* Diſſeminato ſparſoque rumori ne fidem habeas. Latius opinione malum hoc diſſeminatur, manavit non ſolum &c. V. *Sero.*

Diſſenſio, onis, f. **Uneinigkeit.** *Syn.* Diſſidium, contentio. *Epi.* Brevis, civilis, domeſtica. *Phraſ.* 1. *Diſſenſionem excitare,* **Uneinigkeit erwecken.** Commovere diſſenſionem; facere, conſtituere diſſidium; diſcordiam inducere, concitare; diſſenſionem facere. 2. *Diſſenſionem ſedare,* **die Uneinigkeit beylegen.** Extinguere tumultum, ſeditionem, diſſenſionem civium; tumultum comprimere; diſcordiam placare, diſſipare, tollere. V. *Diſcordia.* 3. *Diſſenſiones civiles multas reſpublicas perdiderunt,* **die bürgerlichen Uneinigkeiten haben viele Städte zu Grunde gerichtet.** Multas reſpublicas opibus admodum florentes affixerunt, exederunt, diruerunt, everterunt, ſolo æquarunt, ſuſtulerunt domeſticæ ſeditiones, inteſtina bella, variæ civium voluntates, controverſiæ intra cives, civium diſcordiæ, partium contentiones. E civilibus diſcordiis, contentionibus multarum rerum publicarum pernicies fluxit, manavit, orta eſt. Multis urbibus perniciem, exitium, peſtem, excidium, ruinam, interitum attulerunt; multis urbibus exitio fuere civiles ſeditiones. V. *Diſcordia, alienus. Uſus.* Fuit inter illos ſine acerbitate diſſenſio. Philoſophi in magna varietate ac diſſenſione conſtituti. Commovere, facere, extinguere diſſenſionem.

Diſſentaneus, a, um. **widerſinnig.**) *Conſentaneus. Uſus.* Vel ſimilia, vel diſſimilia, conſentanea, aut diſſentanea.

Diſſentio, is, ſenſi, ſenſum, ire. **widrig geſinnet ſeyn.** *Syn.* Diſſideo, discrepo, inter nos diſſenſio eſt, in alia opinione, *vel* voluntate ſum, in alia omnia eo, *vel* discedo. *Adv.* Honeſte, longe, magnopere, occulte, tantopere, valde, vehementer, vehementiſſime, multum, graviſſime. *Phraſ.* 1. *Diſſentiunt auctores,* **die Schriftſteller kommen nicht überein.** Discrepant, discordant, diſſident inter ſe auctores; pugnant ſecum ſcriptores; tendunt in diverſum auctores; variant auctores; auctores in diverſum trahunt, differunt inter ſe auctorum ſententiæ, magna eſt inter auctores opinionum diſſimilitudo. 3. *Opinione diſſentimus non voluntate,* **wir ſind nur der Meynung nach, nicht aber im Herzen uneins.** Non idem ſenſus eſt, eadem tamen voluntas; diverſa ſentimus, eadem tamen volumus; opinionum eſt inter nos diſſimilitudo, non eſt animorum. Animorum conſenſus eſt inter nos. opinionum tamen diſſenſio. Noſtræ ſententiæ non congruunt, cum tamen animi noſtri in amore conſentiant. Discrepant ſententiæ noſtræ, cum tamen æque inter nos amemus; cum mutuus inter nos amor ſit. Non idem judicium inter nos eſt, eadem tamen benevolentia. 3. *Conſulum alter diſſenſit,* **der andre Burgermeiſter war einer widrigen Meynung.** Non idem viſum eſt, non idem placuit, non idem probabatur conſulum alteri;

Digitized by Google

opinionum diſſenſione discrepabant conſules; non idem ſed aliter, diverſe, varie ſentiebat; in alia omnia ibat conſulum alter; conſiliis obſtitit, interceſſit. V. *Congruo, conſentio, diſcordo, diſcrepo, ſententia. Uſus.* Galli a cæterarum gentium more diſſentiunt. Verba factis, vita orationi diſſentit.

Diſſero, is, ſerui, ſertum, ere. **reden.** *Syn.* Disputo, dico. *Adv.* Abſcondite, acerrime, accurate, accuratius, acute, acutius, acutiſſime, anguſte, argute, bene, brevius, commodius, copioſe, dialectice, diutius, docte, dupliciter, durius, Græce, uberius, inepte, latius, latine, nervoſius, præclare, plurimum, prudenter, recte, remiſſius, ſplendidius, ſubtiliter, ſubtilius, tenuiter, veriſſime. *Uſus.* Multa ſubtiliter de immortalitate animorum Socrates. Inter eos differitur. V. *Disputo, Confero.*

Diſſideo, es, ſedi, ſeſſum, ere. **uneins ſeyn.** *Syn.* Diſſentio, discordo.)(*Congruo. Adv.* Leviter, paullulum, plurimum. *Uſus.* Non cum homine, ſed cum cauſa diſſideo. Animis & voluntate, moribus & ſtudiis inter ſe diſſident & discordant. Armis etiam & caſtris diſſidebamus. V. *Diſſentio, diſcordia, Altercor.*

Diſſidium, ii, n. **Zwietracht.** *Syn.* Diſſenſio, divortium. *Epi.* Juſtum, magnum crudeliſſimum. *Uſus.* Odia diſſidia, discordiæ inde enatæ ſunt. Doce, qua cauſa diſſidium factum ſit. V. *Discordia.*

Diſſilio, is, lui, & livi, ſultum, ire. **zerſpringen.** *Syn.* Crepo, frangor, disrumpor. *Uſus.* Nimio diſſiluere frigore corpora.

Diſſimilis, e, *g. c.* **ungleich.** *Syn.* Dispar, cum aliquo diſſimilitudinem habens. *Adv.* Longe. *Phraſ.* 1. *Fratres ſæpe inter ſe diſſimiles ſunt*, **Brüder ſind oft einander ungleich.** Quaſi natura ac genere disjuncti ſint, ita animo & voluntate diſſident; moribus, ingenio diſſentiunt, discrepant; moribus inter ſe longiſſime remoti; magna naturarum differentia, diverſis inter ſe voluntatibus, diſtractisque ſententia, diſpari conditione, ſermone, moribus diſſoni; quibus non mos, non vultus, non lingua communis; alter ab altero abhorret. V. *Differo.* 3. *Non multum diſſimilis eſt parenti*, **er iſt dem Vater nicht viel ungleich.** Non multum aberrat a moribus parentis; non longe hunc a paternis moribus genus abſtulit, non magna eſt morum diſſenſio ac discrepantia; non longe a paternis moribus disjunctus eſt; non longe abeſt a parentis moribus; non multum abluit a paternis moribus; parentem non vultu magis, quam moribus reddit, repræſentat. V. *Degenero. Uſus.* Aliquis mei diſſimilis. Homo virtute & vita illius longe diſſimilis.

Diſſimiliter, **ungleich.** *Syn.* Diſſimili ratione. *Uſus.* Res diſſimiliter radicatæ.

Diſſimilitudo, inis, f. **Ungleichheit.** *Syn* Varietas, diſtantia, discrepantia, differentia. *Epi.* Incredibilis, tanta. *Uſus.* Genus inſtitutorum diſſimilitudinem habet cum illius vivendi ratione. Locorum, morum, civitatum, legum diſſimilitudo. V. *Varietas, Diſſimilis.*

Diſſimulanter, **verſtellter Weiſe.** *Syn.* Obſcure. *Uſus.* Non diſſimulanter iratus.

Diſſimulantia, æ, f. **Verſtellung.** *Syn.* Diſſimulatio.

Diſſimulatio, onis, f. **Verſtellung.** *Epi.* Perjucunda, urbana. *Uſus.* Diſſimulatio eſt, cum alia dicuntur, ac ſentias. Diſſimulatione uti. Aliquando evolutus es ex illis integumentis diſſimulationis tuæ. Ex omni vita ſimulatio atque diſſimulatio tollenda eſt. V. *Diſſimulo.*

Diſſimulator, oris, m. **Verheeler.** *Uſus.* Diſſimulatores ſtudiorum.

Diſſimulo, as, avi, atum, are. **verheelen.** *Syn.* Occulto, conniveo. *Phraſ.* 1. *Cupiebam diſſimulare dolorem animi mei*, **ich wünſchte, daß ich meinen innerlichen Schmerzen verbeißen könnte.** Animi vulnus vultu tegere, & taciturnitate celare; diſſimulatione obtegere; plagam illam tacitus concoquere; fronte occultare, & quaſi per diſſimulationem premere cupiebam; obſcure & diſſimulanter ferre; conceptum animo dolorem premere ſata-

Digitized by Google

satagebam; cavebam, nequo se indicio latens animi dolor proderet, nequa frontis nubecula acceptæ in animo plagæ indicium faceret; omnem illam molestiam animi tacitus apud me devorare cupiebam. 2. *Dissimulavit ille injuriæ sensum*, er hat seinen Unwillen über die erlittene Beleidigung nicht merken lassen. Animo magis, quam vultu eam accepit injuriam, criminationem; ad tam atrocem injuriam vultus tamen constitit gravis & serenus; infracto ad criminationem animo, vultus constantia non respondit. Vultum, quo minus animi imbecillitati responderet, obsequeretur, in potestate habuit; vultum finxit hominis ab injuriæ sensu alieni. Injuriæ sensum ingenti compressit animo; tacitum tulit; fefellit intuentes oris species ab injuriæ sensu intacta & aliena; injuriam tacite habuit, passusque est. *Usus.* Fingere, dissimulare, obtegere. Non id obscure ferebat, nec dissimulare poterat. Aliquid silentio dissimulare. Occultant ac dissimulant appetitum voluptatis Epicurei.

Dissipabilis, e. zerstreuerlich. *Usus.* Aër natura maxime instabilis & dissipabilis.

Dissipatio, onis, f. Zerstreuung. *Syn.* Dissolutio. *Usus.* Dissipatio pecuniæ publicæ.

Dissipo, as, avi, atum, are. zerstreuen. *Syn.* Disperdo, dispergo, dissolvo, diffundo, consumo, confucio, distraho.)(*Contrabo, connecto. Phras. Rem tuam dissipas*, du verschwendest dein Haab und Gut. Rem tuam perdis, disperdis, consumis; in luxum erogas. Rem partam, quæsitam, comparatam, congestam summis laboribus majorum tuorum, quam majorum tuorum summa collegit industria, inaniter confecis. V. *Consumo, dilapido, prodigo, obligurio, nepos, helluor.*

Dissocio, as, avi, atum, are. trennen. *Syn.* Disjungo. Morum dissimilitudo dissociat amicitias. V. *Separo.*

Dissolubilis, e. auflöslich. *Syn.* Dissipabilis)(*indissolubilis. Usus.* Coagmentatio dissolubilis.

Dissolvo, is, solvi, solutum, ere. auflösen. *Syn.* Solvo, æra alieno me libero, dirimo, disjungo, resolvo.)(*connecto. Adv.* Festive, separatim, omnino, melius, prorsus. *Phras. Amicitia recens facile dissolvitur*, eine neue Freundschaft wird leicht getrennet. Perfringitur, divellitur, labefactatur, præciditur facile conglutinatio recens animorum. V. *Amicitia, Dirimo. Usus.* 1. Pecuniam creditori dissolvere, abzahlen. 2. *Dirimo, disjungo*, auflösen, trennen. Amicitiam, societatem, dissolvere. Facilius est apta dissolvere, quam dissipata connectere. 3. *Resolvo*, auflösen. Dialectici multa inveniunt, quæ nec ipsi possunt dissolvere. 4. *Tollo, infringo*, aufheben. Dissolvere potestatem, die obrigkeitliche Gewalt aufheben.

Dissolute, liederlich. *Syn.* Remisse, indulgenter, negligenter, ignave. *Usus.* Non quidem severe, sed nec dissolute res confecta est. Nec crudeliter punire, nec dissolute remittere.

Dissolutio, onis, f. Auflösung. *Syn.* Resolutio, infirmatio, confutatio, rejectio.)(*Constructio. Usus.* Mors est dissolutio naturæ. An hæc lex, an legum omnium dissolutio? An humanitas appellanda est in acerbissima injuria, remissio animi & dissolutio?

Dissolutus, a, um. aufgelöst. *Syn.* Nimium remissus, negligens, effeminatus.)(*fortis, animosus, intentus, diligens. Usus.* 1. Dissolutus, perditus, profusus. Dissoluto animo, imprudenti licentia. Dissolutus in re familiari & negligens. 2. *Infirmatus, fractus, dissipatus, afflictatus*, geschwächt, gebrochen, zerstreuet. Ars quæ rem dissolutam coagmentaret. Leges dissolutæ. V. *Negligens, mollis.*

Dissonus, a, um. ungereimt. *Usus.* Dissonum quid & tumultuosum canere videntur.

Dissuadeo, is, suasi, suasum, ere. widerrathen. *Syn.* Deterreo, a sententia avoco, dissuasor sum.)(*auctor sum. Usus.* Dissuadere legem; de sententia, de propositu abducere. V. *Absterreo, abduco, avoco, deduco, dehortor, deterreo.*

Dissuasio, onis, f. das Widerrathen.)(*suasio. Usus.* Dissuasio legis.

Digitized by Google

Dissuasor, oris, m. Widerrather.)(auctor. *Ufus.* Dissuasor consilii mei.

Dissuavior, aris, atus sum, ari. küssen. *Syn.* Cum voluptate osculor. *Ufus* Te vel in medio foro dissuaviabor. V. *Osculor.*

Dissuo, is, ui, utum, ere. aufttennen. *Syn.* Sensim, paullatim dissolvo. *Ufus.* Dissuendæ sunt amicitiæ, non discindendæ. V. *Dissolvo, separo.*

Distantia æ, f. Unterschied, Abstand. *Syn.* Differentia, discrimen. *Ufus.* Magna est inter eos morum & studiorum distantia. Distantia locorum. V. *Longe.*

Distentus, a, um. von distendo, ere. beladen, verhindert *Syn.* Occupatus, impeditus. *Ufus.* Tot negotiis distentus sum, ut respirare vix possim; sum distentissimus. Opera distentus sum, animo longe magis, V. *Occupo. distrabo.*

Distermino, as, avi, atum, are. abmarken. *Syn.* Separo disjungo.

Distillo, as, avi, atum, are. abtropfen. *Syn* Paullatim fluo.

Distincte, deutlich, ausdrücklich. *Syn.* Dispositè, distributè. *Ufus.* Distincte, dispositè, explicatè, articulatim dicere.

Distinctio, onis, f. Unterscheid. *Syn.* Discrimen, distributio, interpunctio, dissimilitudo. *Ufus.* Facilis est distinctio ingenui & liberalis jocl. Distinctio veri & falsi. Distinctio omnium fidei rum, Illam tuam distinctionem non probo.

Distinctus, a, um, unterschieden. *Ufus.* Distincta alios intervalla, moræ, interpunctiones, respirationes delectant. Littora urbibus, pocula gemmis, cœlum sideribus, oratio membris & articulis distincta.

Distinguo, is, stinxi, stinctum, ere. unterscheiden. *Syn.* Separo, segrego, disjungo, secerno, discerno, interrumpo, vario. *Adv.* Acute, dilucide, melius, severe. *Ufus.* Vera a falsis; quid inter naturam, & rationem interfit, distinguere. Orationem variare & distinguere verborum sententiarumque infignibus. Rem ambiguam distinguere. Voluntatem a simulatione distinguere. Distinguere & segregare causam publicam a privata.

Distineo, es, ui. tentum, ere. aufhalten. *Syn.* Impedio, impeditam teneo,)(*Otiosus sum, vaco. Adv.* Valde, vehementer. *Ufus.* Ex hoc colligas quanta occupatione distineat. Distineor tandem & divellor dolore. V. *Impedio, occupo.*

Disto, as, are, entlegen seyn. *Syn.* Absum, differo, diversus sum, interest. *Ufus.* Contraria sunt, quæ plurimum distant, ut vita, mors; calor, frigus. Mores hominis ab oratione. vultus ab animo distat. V. *Discrepo, Discordo, Dissimilis, Longe.*

Distorqueo, es, torsi, tortum, ere. verdrehen. *Ufus.* Oculos distorquere.

Distortio, onis, f. Verdrehung. *Ufus.* Distortio & depravatio membrorum.

Distortus, a, um. verrenkt. *Syn.* Contortus. *Ufus.* Sapientes, si vel distortissimi sint, formosi sunt. Genus dicendi distortum. V. *Pravus.*

Distractio, onis, f. Trennung. *Syn.* Disjunctio *Epi.* Summa. *Ufus.* Non est nobis societas cum tyrannis, sed potius summa distractio. *Pro* Evagatione animi: aberratione mentis a propositò; animi tumultu, Ausschweifung, Zerstreuung des Gemüths, *vulg. est.* V. *Distractus.*

Distractus, a, um. getrennet. *Syn.* Disjunctus, divulsus, alienatus. *Ufus* Vita a rei familiaris cura, ambitionis labore distracta. Cæsar & Pompejus malorum perfidia distracti, de imperio dimicant. *Sum distractus in oratione, vulg. est,* ich bin im Gebeth zerstreuet. *Latine efferas:* parum attentus, animo vagus sum; a propositò aversus; inter precandum animus aberrat longius; evagatur liberius; cum ad contemplandas res divinas me confero, animus peregrinatur longius; a suo propositò perturbatis cogitationibus abducitur. V. *Distrabo, cogitationibus distrahor.*

Distraho, is, traxi, tractum, ere. von einander ziehen. *Syn.* Avello, disjungo, dissipo, diduco.)(*Congrego. Ufus.* 1. Natura cohærentia distrahere. Lacerare & distrahere reliquias vitæ. Pugnam segregare ac distrahere. 2. *Abstraho,* abziehen, abfodern. A complexu matris filium distrahere. Non possum a te distrahi sine dolore. 3. *Transl.*

Digitized by Google

Transl. Animo suscipiti, & variis rebus occupato tribuitur. von einem zweifelhaften, oder beschäfftigten Gemüthe. Industriam alicujus in plura studia distrahere. In deliberando animus in plures partes distrahitur. *Distrahere se*, sich distrahiren, eine angenehme Unterhaltung suchen, *vulg. est*; *Latin. dicas*: Animum a curis abducere; abstrahere a solicitudine animum; aberrationem a molestia quærere; a molestiis, curis aberrare; a seriis curis avocare animum; lenire curas aberratione animi; sibi se vindicare; respirare a negotiis.

Distribuo, is, ui, utum, ere. austheilen. *Syn.* Divido, partior, tribuo, dispenso, describo. *Adv.* Æqualiter, bipartito, breviter, centuriatim, commode, commodissime, tributim, tripartito. *Usus.* Pecuniæ maximæ distribuuntur. In tres partes distributa est sapientia. Regnum in provincias tribuere, describere, destribuere. V. *Divido, tribuo.*

Distribute, eingetheilt. *Syn.* Distincte. *Usus.* Nec distribute, nec ornate scribit.

Distributio, onis, f. Eintheilung. *Syn.* Divisio, partitio, descriptio. *Usus.* Temporum distributionem facere. Gentis distributio.

Distributor, oris, m. Austheiler. *Usus.* Distributores tabellarum.

Districtus, a, um. verstrickt. *Syn.* Septus, occupatus, distentus. *Usus.* 1. Nunquam a laboribus districtior fuit. Ejus vita ambitionis libera districta. 2. *Eductus e vagina*, gezückt. Districti in rempublicam animi.

Distringo, is, strinxi, strictum, ere. verstricken. *Syn.* Constringo. *Adv.* Constrictus. *Usus.* 1. Fraus distringit, non dissolvit perjurium. 3. Gladium distringere, den Degen ziehen.

Disturbatio, onis, f. Zerstöhrung. *Syn.* Eversio. *Usus.* Disturbatio urbis.

Disturbo, as, avi, atum, are. zerstöhren. *Syn.* Dijicio, disjicio, demolior, diffipo, perverto. ✕ *Construo, compono, dispono.* *Usus.* Rem totam disturbavi. Judicium vi & armis disturbare voluit. Vitæ societatem disturbat, qui fidem tollit. V. *Impedio, turbo.*

Ditesco, is, ere. reich werden. *Syn.* Dives fio. V. *Dives.*

Dithyrambus, i, m Lobgesang auf den Bacchus.

Ditio, onis, f. Gebiet. *Syn.* Imperium, potestas, jurisdictio. *Phras.* 1. *Urbs ea est sub ditione Cæsaris*, diese Stadt stehet unter Kaiserlichem Gebiete. Urbs hæc sub tutela Romanæ magnitudinis acquiescit; in ditione & potestate Cæsaris tenetur; Romano paret Imperio; jura legesque a Rom. Imperatore accipit. 2. *Provinciam suæ ditioni subjicere*, ein Land unter seine Botmäßigkeit bringen. Provinciam in ditionem suam redigere, sub ditionem subjungere; provincia potiri; ditione complecti; dominatum provinciæ occupare; armis sibi asserere, vindicare; subigere provinciam; ditionis suæ facere; ditioni suæ adjicere. V. *Imperium, Occupo.* *Usus.* DEI nutu ac ditione omnia gubernantur. In ditionem redigere. Sub ditionem subjungere. In sua ditione ac potestate tenere. *Pro* regione, provincia, Land, *vulg. est.*

Dito, as, avi, atum, are. reich machen. *Syn.* Locupleto. *Phras.* *Rex ditavit hominem*, der König hat ihn bereichert. Divitiis auxit; fortunis cumulavit; amplificavit fortunas hominis; facultates auxit; fortunis locupletavit. V. *Divitiæ.* *Usus.* Urbs spoliis ditata ac triumphis. V. *Locupleto.*

Diu, lang. *Syn.* Perdiu, multos annos, multos dies, magnam partem diei, per multas ætates, longo intervallo. *Phras.* 1. *Diu ante, longe juvor.* Multo ante; permultum ante; jam pridem; dudum; multis ante tempestatibus. 2. *Diu post, longe hernach.* Longo ex intervallo; magno ex intervallo; post longam intercapedinem; post longum tempus; longo post tempore; cum temporis multum abiisset; transacto multorum annorum spatio. *Usus.* Quid est in vita hominis diu? V. *Diuro.*

Divarico, as, avi, atum, are. auseinander spannen. *Pass.* *Syn.* Cruribus distrahor. *Usus.* Divaricari hominem ac deligari jubet.

Divello, is, velli, vulsum, ere. wegreißen. *Syn.* Distrahо, separo. ✕ *conjungo.* *Adv.* *Usus.* Nemo eum

Digitized by Google

eum a me divellet ac distrahet. Magno dolore a te divellor. V. *Separo.*

Divendo, is, vendidi, venditum, ere. **verkaufen.** *Usus.* Bona sua divendere. V. *Vendo.*

Diverse, **mannigfältig.** *Syn.* Varie, non uno modo, alio atque alio modo.

Diversor, aris, atus sum, ari. **sich aufhalten.** *Syn.* Apud hospitem sum, versor, utor hospitio. *Usus.* Tua in domo diversabor. Vedius Romæ apud Pompejum diversatus est admodum laute.

Diversor, oris, m. **Gast.** *Syn.* Hospes, qui recipitur, qui divertit. *Usus.* Caupo eum cum quibusdam diversoribus assequitur.

Diversoriolum, i, n. **kleine Herberge.**

Diversorium, ii, n. **Herberge.** *Syn.* Hospitium. *Epi.* Aptum, peropportunum. *Usus.* Varro villam illam studiorum voluit, non libidinum diversorium. Requiescam in tuo sermone, ut quodam opportuno diversorio. Ex vita discedo, tanquam ex diversorio.

Diversus, a, um. **unterschiedlich.** *Syn.* Varius, dispar, non idem, distans, impar, dissimilis, disjunctus, contrarius. fere totus alter, alius, disparilis.)(*Idem. Adv.* Longe, longissime, maxime. *Usus.* Hoc est diversum a reliquis. Varia & diversa instituta multum inter se distantia. V. *Dissimilis, alius, dispar.*

Diverticulum, i, n. **Abweg.** *Syn.* Flexio viæ, anfractus. *Usus.* Quæ diverticula, quas flexiones quæris? Fraudis diverticulum mox reperit. Ne diverticula peccatis darentur.

Diverto, is, verti, versum, ere. **einkehren, abweichen,** *Syn.* Divertor, diversor: de via decedo. *Usus* Apud hospitem amicum divertere. Redeamus unde divertimus. V. *Digredior, digressio.*

Dives, itis, *g. o.* **reich.** *Syn.* Locuples, copiosus, opulentus, pecuniosus, fortunatus, beatus, opibus affluens, omnibus copiis circumfluens, copiis præditus, omni copiarum genere abundans, divitiis affluens, bene nummatus, a re paratus, a re firmus, a divitiis instructus, omnibus rebus ornatus, copiis amplissimus, bene peculiatus; homo re ampla & prolixa; pecunia princeps; cui amplissimæ fortunæ sunt; cui effuse affluunt opes; divitiis potens, præpollens; qui copia argenti aurique abundat; divitiis florens; opibus elatus; homo re fortunisque auctior; cui fortunæ auctæ & exaggeratæ; qui rem, qui copias, qui facultates habet; qui a fortuna instructissimus; a re familiari paratissimus; qui opibus valet, divitiis refertus, munitus; qui rem possidet amplissimam; opibus auctus est amplissimis; cui facultates, opes, copiæ sunt maximæ; cui magnam bonorum copiam fortuna elargita est; qui fortunæ muneribus egregie ornatus est; cui res domestica, familiaris ampla & copiosa.)(*Pauper. Usus.* Dives animus est non arca. Soli sapientes divites. V. *Divitiæ, copiæ, pecunia.*

Divexo, as, avi, atum, are. **plagen.** *Syn.* Vasto. *Adv.* Foede. *Usus.* Omnia divexare & diripere. V. *Vexo.*

Divido, is, visi, visum, ere. **zertheilen.** *Syn.* Distribuo, partior, dispartior, dispertior, in partes tribuo, seco, digero, distinguo, discrimino, distrabo, segrego, excludo.)(*Conjungo, confundo, commisceo. Adv.* Acute, æqualiter, articulatim, ineleganter; infinite, subtiliter, passim, ultro citroque, late. *Phras. Dividere exercitum,* **das Kriegsheer abtheilen.** Bipertito ducere; militem partiri; in multas, parvasque partes carpere; in diversas regiones distrahere, diducere, latius distribuere, in duas partes abscindere exercitum; dimittere plures manus; diducere militem; vires dispartiri.

Dividuus, a, um. **theilbar.** *Syn.* Quod recipit divisionem. *Usus.* Dissolubile & dividuum est omne animal mortale. Materia dividua gignitur.

Divinatio, onis, f. **Weissagung.** *Syn.* Vaticinatio, augurium, prædictio, præsensio, scientia rerum futurarum, auguratio, ariolatio, oraculum, conjectura. *Epi.* Artificiosa, naturalis, opinabilis, vera. *Usus.* 1. Nescio qua animi divinatione hoc præsensi. Eo rem adducam, ut divinatione non sit opus

Digitized by Google

opus. 2. *Genus cauſae, quo de accuſatore conſtituendo quaeritur.* Divinatio in Verrem. V. *Conjectura.*

Divine, göttlich. *Syn.* Divinitus. *Uſus.* Multa divine præſenſa & prædicta reperiuntur.

Divinitas, atis, f Gottheit. *Syn.* Numen, ſumma præſtantia. *Uſus.* Ariſtoteles menti tribuit omnem divinitatem, aſtris alii. Ex divinitate ſua animum genuiſſe Deus credebatur. V. *Deus.*

Divinitus, von Gott her. *Syn.* Divine, divino numine. *Phraſ. Divinitus id nobis auxilium oblatum eſt*, dieſe Hülfe iſt uns von Gott zugekommen. Divino munere, non humano conſilio; dono Deum, velut cœlo dimiſſa illa auxilia venere; velut divina virgula illa nobis bona ſuppeditata ſunt. V. *Deo juvante.*

Divino, as, avi, atum, are. rathen, weiſſagen. *Syn.* Vaticinor, augur, conjicio, futura ſignifico, in poſterum præſentio, præſagio, ariolor, oraculum edo, conjectura proſpicio. *Adv.* Mirabiliter, naturaliter, prorſus. *Phraſ. Eam tempeſtatem multi ante divina runt*, dieſes Ungewitter haben viele vorgeſagt. Multis vaticinationibus, non ſine inſtinctu aliquo afflatuque divino, non ſine mentis incitatione divina, ea prænuntiata ſunt. Non tam aruſpices & fulguratores, nec tam interpretes oſtentorum, augures, aut vates furioſi; ſed viri ſapientes ac providi eam tempeſtatem augurabantur. Non ſomniorum conjectione, non vana augurandi ſcientia, non prognoſticis; non e fatidicorum & vatum effatis incognitis; ſed ex iis, quæ contra morem ac leges fierent, impendentem reipublicæ calamitatem, velut divina præſagitione præmonſtrarunt, præcinuerunt, præſenſerunt, præſignificarunt. *Uſus.* Futura divinare. V. *Conjicio.*

Divinus, a, um. göttlich. *Syn.* Cœleſtis. *Uſus.* 1. Homo divinum ac cœleſte animal a Philoſophis quondam appellatus. Divina religio. Natura divina. 2. *Divinator, Magus*, Wahrſager. Falluntur ſæpe divini & Chaldæi. Melancholicos habere aliquid in animo divinum & præſentiens, exiſtimat Ariſtoteles. 3. *Excellens, illuſtris, minime vulgaris*, trefflich, ungemein. Divina vir memoria, conſilio, eloquentia, ingenio. Divinis me laudibus extulere illæ cœleſtes divinæque legiones. Divina hominis auctoritas.

Diviſio, onis, f. Theilung. *Syn.* Diſtributio, partitio, divortium, diſſidium, ſectio. *Uſus.* Cauſarum, orationis diviſio in ſuas partes. Trium regnorum diviſio, cœli, maris, inferorum.

Diviſor, oris, m. Theiler. *Uſus.* 1. Italiæ diviſores. 2. *Qui tribubus candidatorum nomine pecunias dividit, ad ſuffragia corrumpenda.* Per quem ſequeſtrem, quem diviſorem tribus corrupta eſt? Pœna in diviſores conſtituta.

Divitiæ, arum, f. Reichthum. *Syn.* Opulentia, ampla fortuna, magnæ fortunæ atque copiæ; ſumma copia; opes & copiæ, omnium rerum abundantia.) *Summa inopia, paupertas. Epi.* Duces ad voluptatem & valetudinem bonam; inanes, ingentes, libidinoſæ, maximæ, certiſſimæ naturales, opportunæ, parabiles, veteres illibatæque. *Phraſ.* 1. *Divitias quaeris*, du willſt reich werden. In re familiari augenda totus es. Præter divitias nihil ſpectas. Totus in divitias incumbis. Tuum omne ſtudium in quærendis opibus conſumis, locas, conſiluis. Id unum agis, ut divitias tibi pares, compares, colligas, congeras. Eo tantum ſpectas, ut opes poſſideas; eo tuum ſtudium dirigis, ut opibus abundes, affluas; eo ſtudium tuum confers, ut divitiæ tibi abundent. Tuum conſilium illud eſt, ut divitiæ tibi adſint maximæ; ut divitiæ tuam in domum omnes confluant; ut dives, ut copioſus, ut locuples, ut bene nummatus ſis. Nihil tibi potius eſt, quam ut ſis multarum poſſeſſionum præſidio munitus; ut a re familiari ſis inſtructus, paratus, minime inops; ut divitiis, copiis, opibus, fortunis abundes; ut cumulata poſſideas, & uberrima ſint omnia; ut omnium rerum ubertate floreas; ut fortunæ tibi ſint ampliſſimæ. Opes aucuparis; opibus

Digitized by Google

bus inhias; rem facere; facultates augere; amplificare fortunas, ea tibi cura eſt unica. Animus eſt opes parare, congerere, cumulare, accumulare, coacervare, corradere, conficere; rem familiarem magnis acceſſionibus augere; pervenire ad opes, colligere amplas facultates; omnibus vis ornamentis, omnibus præſidiis redundare; rem augere cupis; opes expetis fundatas optime ac conſtitutas. 2. *Divitias habet ampliſſimas*, er hat ſehr großen Reichthum. Divitiis auctus, ornatus eſt ampliſſimis; opibus ac fortunis viget, pollet, præſtat, excellit; re utitur ampla admodum ac prolixa; rem habet, tenet, poſſidet, nactus, indeptus eſt copioſam, uberrimam bene magnam. Opes habet fundatas atque optime conſtitutas; pauci hominem excellunt opibus; opibus valet, præpollet. V. *Dives. Uſus*, 1. Divitias expetere, quærere, parare, 2. Divitiis circumfluere; ad divitias pervenire; divitiis augeri, ornari. V. *Bona, copia, abundo.*

Divortium, ii, n. Ehescheidung. *Syn.* Diffidium inter conjuges. diſcidium. *Epi.* Subitum. *Uſus* Quid audio, Lentulum feciſſe divortium cum uxore? Multa doctrinarum divortia. Syria a Cilicia aquarum divortiis dividitur.

Diurnus, a, um. täglich. *Syn.* Quod ad diem pertinet, aut fit de die. *Uſus.* Nullam partem neque diurnæ, neque nocturnæ quietis cepi. Annuum, menſtruum, diurnum ſpatium. Diurni & nocturni metus & dolores.

Diutinus, a, um. langwierig. *Syn.* Diuturnus, longinquus. *Uſus.* Errore, morbo diutino tenebatur. V. *Diuturnus.*

Diuturnitas, tis, f. Langwierigkeit. Longinquitas temporis, *vel* temporum; magnus numerus dierum. *Uſus.* Diuturnitas pacis rempublicam firmavit. Diuturnitas maximos luctus vetuſtate tollit. Diuturnitas gloriæ, memoriæ.

Diuturnus, a, um, langwierig. *Syn.* Diutinus, longus, longinqui temporis, longinquus. *Phraſ. Diuturno morbo laboravit*, er iſt lange krank gelegen. Longinquo morbo implicatus jacuit, diutino morbo tenebatur; dolor morbi diuturnitate productus eſt; magnam anni partem ægrotabat. *Uſus.* Nihil ſimulatum diuturnum. Diuturna ſitis.

Divulgo, as, avi, atum, are. unter die Leute bringen. *Syn.* Foras effero, vulgo, pervulgo, in medium profero, edo, patefacio. *Phraſ. Rei fama ubique divulgatur*, die Sache wird aller Orten ausgebreitet. Fama rei tota urbe diſcurrit; edocet vulgus. Fama rei omnium ſermonibus teritur; celebratur; in vulgus effertur; vulgi rumoribus differtur, diſſipatur; res in omnium ore, ac ſermone eſt, verſatur. Manat per urbem rumor, non jam tacite ſerpit per urbem rumor; percrebeſcit rei fama; crebris jactatur ſermonibus. V. *Fama Uſus.* Librum divulgare. Inimici eam rem ſermonibus divulgarunt. V. *Edo, fama, rumor.*

Divus, a, um. göttlich. *Syn.* Deus, homo divinus. *Uſus.* Ad Divos caſte adeundum. *Pro* Sancto, einem Heiligen, *minus proprie adhibetur.*

Do, as, dedi, datum, dare. geben. R. *a* δῶ, *vel* δίδωμι. *Syn.* Impertio, largior, defero, præbeo, exhibeo, tradq, tribuo, dono.)(*accipio. Phraſ. Dat libenter*, er giebt gerne. In dando eſt admodum munificus; omnia dilargitur; promit de ſuo; facile erogat, concedit, annumerat, annuit, miniſtrat, præbet promiſcue & benigne; cumulate dat omnia. V. *Largus, dono, participo. Uſus.* 1. Dare poteſtatem alicui, auctoritatem. 2 *Verto*, austheilen. Dare aliquid laudi, honori, ignominiæ. 3. *Trado, dedo*, übergeben. Aliquem in caveam, piſtrinum, cuſtodiam, carcerem, mortem, laqueum, cruciatus dare. 4. *Committo*, ergeben. Se fugæ, labori, itineri, otio, deliciis, foro, ſomno dare. 5. *Confero*, ſich begeben. Se in partes Cæſaris, in factionem, in conſuetudinem, familiaritatem, amicitiam alicujus dare. Dare ſe ad lenitatem, ad-

Digitized by Google

ad dicendum, ad cauſas agendas. 6. Dare aliquid auribus; dare gratiæ alterius, *aſſentari*, ſchmeicheln. 7. Dare pœnas, ſupplicium de ſe, Strafe leiden. 8. Impreſſionem, impetum dare, anfallen. Malum alicui & incommodum dare, Uebel zufügen. 9. Dare verba, *decipere*, betrügen. 10. Pignori, fœnori aliquid dare, zu Pfand, auf Wucher geben. 11. Senatum alicui; actionem dare, erlauben beym Rathe zu erſcheinen; einen Handel auftragen. Fabulam dare, eine Komödie ſpielen. 12. Operam dare libris, litteris, magiſtro. Cœnam, ſolatium, negotium dare alicui.

Doceo, ēs, ui, doctum, ere. lehren. R. *a δοκέω, ſentio.* *Syn.* Inſtituo, erudio, edoceo, præcepta do, vias trado, diſciplinam trado, informo. *Adv.* Diligenter, dilucide, fideliter, inepte, iracundius, laboriosius, latine potiſſimum, ſero. *Phraſ. Docere adoleſcentes*, die Jugend unterweiſen. Informare ad omnem humanitatem; rebus optimis inſtituere; imperitos condocefacere; ſcientia augere, optimis inſtitutis imbuere; ſalubria monita tradere; diſciplinæ aſſuefacere; artibus adoleſcentes inſtruere, erudire, tingere; ludum aperire juventuti litterariùm; doctrinis adoleſcentes impertire; præceptis erudire; artes iis tradere; honeſtis artibus juventutem ad omnem humanitatem formare; doctrinis ingenia expolire; doctrinam, eruditionem ſuam in alios diſpertire, transfundere; doctrinæ heredes inſtituere ac relinquere plurimos; ad bonas artes iisdem itineribus, quibus ipſe ad ſummam eruditionis laudem perveneris, deducere. V. *Diſciplina, erudio, inſtituo, doctrina. Uſus.* Quid te, aſine, litteras docaem? Juventutem mercede docere. Docere, tradere, inculcare. Docere judicem de injuriis ſuis. Senectus adoleſcentes docet, & ad omne officii munus inſtruit.

Docilis, e. gelehrſam. *Syn.* Qui facile, libenter, quæ docetur, arripit, intelligit, aptus ad diſciplinas.)(*indocilis. Phraſ. Eſt docilis*, er faßt leicht. Ingenium natus eſt facile; cerea eſt indole, quam facile in quasvis figuras formes, fingas; quam nullo labore, nullo negotio in omnem partem verſes, flectas, inflectas; docilitatem habet, diſciplinas omnes facile arripit *Uſus.* Præbere ſe docilem ad aliquam artem, ſententiam, diſciplinam. Docilem facere auditorem.

Docilitas, tis, f. Gelehrigkeit. *Syn.* Diſcendi facilitas. *Epi.* Humana. *Uſus.* Qui docilitatem memoriamque habent, ingenioſi vocantur. V. *Ingenium, ingenioſus.*

Docte, gelehrt. *Syn.* Perite, litterate. *Uſus.* Satis docte ac perite.

Doctor, oris, m. Lehrer. *Syn.* Magiſter, præceptor, interpres. *Epi.* Intelligens, nobilis, ſummus, ſingularis, disjuncti, Rhetorici, ſummi, veteres. *Uſus.* Græci dicendi artifices & doctores. Sapientiæ doctores & vivendi præceptores. *Doctor Eccleſiæ*, ein Kirchenlehrer. Religionis interpres, divinorum oraculorum interpres ſanctiſſimus æque ac doctiſſimus; Chriſtianæ ſapientiæ princeps ac magiſter. *Doctorem creare*, einem zum Doctor machen. Doctoris nomine ac inſignibus ornare, decorare; Juris, Theologiæ inſignia tribuere; laurea cæterisque doctrinæ inſignibus donare, cohoneſtare; Doctoris appellatione inſignire; inter Juris Doctores; *vel* Doctoribus adſcribere; in Doctorum Juris Ordinem referre, reponere, collocare; doctrinæ gradum, honores conferre eos, quos habet Philoſophia ampliſſimos. *Doctorem fieri*, Doctor werden. Inter Juris Doctores cooptari; doctrinæ lauream, *vel* inſignia capere, accipere; doctrinæ laurea donari; doctrinæ inſignibus decorari, cohoneſtari, potiri. Inter Sapientiæ Senatores admitti, adſcribi; in Senatum Sapientum cooptari; in Juris Doctorum Ordinem adlegi; Jurium inſignibus nobilitari; Juris Doctorum gradu, dignitate potiri; eorum inſignibus exornari.

Doctrina, æ, f. Lehre. *Syn.* Eruditio, litteræ. *Epi.* Abundans, elegans, eximia, exquiſita, facilis, fidelis, liberalis, magiſtra, vetus, mediocris, non moderata, multa, optima, perridicula, politiſſima, pueri-

Digitized by Google

puerilis. reliqua, ſingularis, ſubtilior, ſumma, transmarina, uberior, vulgaris, ingenua, mala. *Phraſ. Doctrinam ſibi egregiam comparavit*, er hat es in der Gelahrtheit weit gebracht. Animum diſciplinis omnibus egregie excoluit; amplam rerum humanarum divinarumque cognitionem aſſecutus eſt; progreſſus in doctrinarum ſtudiis fecit eximios; proceſſus eos in artium cognitione fecit, nihil ut fugere ejus ſcientiam videatur poſſe; magnam rerum cognitionem mente complexus eſt; animo comprehendit; nullum doctrinæ genus eſt, quo ille pectus ſuum non conſeverit; in doctrinarum ſtudio multum ſane promovit; proceſſus in artium ſtudio habuit ſane maximos. V. *Doctus. Uſus.* In maximis occupationibus nunquam intermittit ſtudia doctrinæ. Relaxare, recolere animum doctrina, & ad ſapientiam præparare. Doctrinarum omnium ſtudioſus. Homo omni virtute & doctrina ornatiſſimus. V. *Litteræ, diſciplina.*

Doctus, a, um. **gelehrt.** *Syn.* Litteratus, eruditus, litterarum intelligens. *Phraſ.* 1. *Eſt vir doctus*, er iſt ein gelehrter Mann. Vir eſt doctrina egregie excultus; litteris perpolitus; abundanti doctrina, atque optimarum artium ſtudiis eruditus. Vir præclara ac recondita eruditione ornatus. Omnis antiquitatis peritus, græcis & latinis litteris inſtitutus, a Philoſophia inſtructior; omnibus artibus, quæ ſunt libero homine dignæ, omnibus ingenuis diſciplinis, incredibili quadam varietate rerum ac copia præſtans, doctrina nobilis & clarus; litteris impenſe deditus, in bonarum artium ſtudio præcellens; eleganti litteratura, a quo nemo niſi doctior redeat; doctrina liberaliter inſtructus; acerrimo vir ingenio, exquiſitaque doctrina; qui cum humanitate, & cum doctrina frequens habet commercium; vir omni liberali doctrina politiſſimus; vir cui multæ & reconditæ ſunt litteræ; in quo litteræ ſunt plurimæ; litteris Græcis juxta atque latinis doctiſſime eruditus. Illuſtris liberalibus ſtudiis; egregius vir ingenio, bonisque omnibus diſciplinis ornatus; vir excellentis doctrinæ; in ſtudiis doctrinarum egregius; litteris multis præditus, rerumque varia ac plurima ſcientia; ingenio vir eleganti, & haud quaquam rerum litterarumque veterum indoctus; homo in omnium bonarum artium diſciplinis impenſe doctus; in ſtudiis doctrinæ multi atque celebrati nominis; vir in artium ſtudiis liberaliſſimis doctrinaque verſatus; qui unus optime ſcirit, non noſtra ſolum, ſed etiam Græciæ monumenta omnia; vir multarum litterarum; vir reconditæ, interioris, exquiſitæ, ſingularis, non vulgaris doctrinæ, inſignite doctus. Venerabilis vir miraculo litterarum. 2. *Homo non admodum doctus*, ein Menſch von geringer Wiſſenſchaft. Litteris parce aſperſus, leviter tinctus; qui Muſas vix a limine ſalutavit; qui litteras vix primis, ut ajunt, labris deguſtavit; qui in eruditorum nationem nondum profiteri nomen audeat. 3. *Medica ſcientia doctus eſt*, er iſt in der Arzneykunſt erfahren. Eruditus eſt medendi arte; ſciens, peritus, intelligens eſt medicinæ; longe proceſſit in medicinæ ſcientia. Medicinæ ſcientiam tenet, poſſidet, callet, ita eſt aſſecutus, ut paucos in ea arte pares reperias. Medicinæ ſcientia valet, floret, præſtat, excellit. Medicinæ doctrina, cognitione, intelligentia cum paucis conferendus eſt, nemini eſt inferior. Nota ei præclare medicina eſt; patent ei, quæ multos latent ex medicinæ ſcientia, ex medendi arte. Multum hauſit ex iis libris, unde manat ejus ſcientiæ cognitio. Medicinæ ſcientiam plane complexus eſt; mente atque animo comprehendit; ingenio ſibi aperuit, peperit, comparavit. V. *Peritus, ingenium.*

Documentum, i, n. Beyſpiel, Lehrſtück. *Syn.* Admonitio, præceptum, exemplum, monumentum. *Epi.* Maximum. *Uſus.* Cato documentum antiquæ virtutis, integritatis, prudentiæ. Hinc documentum cape, quid poſſit fortuna; documentum ſtatuere, nequis in poſterum &c. Jam ab adoleſcentia documenta dederas maxima, qui

Digitized by Google

qui vir futurus esses. V. *Exemplum.*

Dodrans, antis, m. neun Unzen. *Syn.* Novem unciæ, seu rei integræ partes tres. *Usus.* Ejus fundi dodrantem emit.

Dogma, atis, n. Lehrsatz, Ausspruch. *Syn.* Decretum, scitum, præceptum, placitum. *Epi.* Commune, verum.

Dolabra, æ, f. Hobel. Instrumentum quo dolantur ligna.

Dolenter, mit Schmerzen. *Usus.* Dolenter, hoc magis dico, quam contumeliose.

Doleo, es, dolui, itum, ere. schmerzen, traurig seyn. *Syn.* Dolorem capio, *vel* accipio, condoleo, indoleo, mœreo, angor animo, dolore ardeo, ingemisco, acerbe fero, dolorem animo capio, molestiam capio, in dolore & mœstitia sum. dolor mihi accidit, in dolore sum vel maximo mœrore potius. *Adv.* Graviter, impune, intoleranter, levius, maxime, mediocriter, mirifice, pariter, postmodum, plus, proinde, valde, præcipue. *Phras.* 1. *Ea res valde mihi doluit*, die Sache hat mich sehr geschmerzet. Ea res gravem mihi dolorem inussit; angebar animo mœrore necessario & acerbo; sine acerbissimo animi sensu rem audire non potui; hausi dolorem acerbissimum, ferremque gravius, si novæ ægrimoniæ locus esset; dolor vocem mihi debilitat atque intercludit; rei memoria animum mœrore opprimit; rei memoria meum pectus effodit; fixus animo hæret dolor; pungit, perfodit, pervellit animum dolor; sensi doloris vehementiam eam, ut vix consolabilis videretur ægritudo; quasi faces quædam dolores admovebantur animo. Tabescere, confici, macerari, disrumpi mihi dolore videbatur. V. *Dolor, crucio.* 2. *Doleo de tuis miseriis vulg. Condoleo, compatior tibi*, ich bedaure dich. Doleo vicem tuam; commoveor miseriis tuis; gravissime afficior casu tuo. miseriam tuam meam puto; miseror fortunam tuam; doloris tecum sum particeps; miseri ordia tui capior, moveor, commoveor; calamitas tua in magnam me solicitudinem adducit; commiseror fortunam tuam; acerbe me angit, vexat, solicitat miseria tua. V. *Dolor, ango, solicitus.* *Usus.* De febricula filiæ tuæ valde doleo. Tuum casum luctumque omnes doluimus.

Dolium, ii, n. Faß. *Syn.* Vas vinarium. *Usus.* De dolio haurire.

Dolo, as, avi, atum, are. hobeln. *Syn.* Dedolo. *Usus.* Homo e robore dolatus. Dolare orationem.

Dolor, oris, m. Schmerz. R. a δηλέω, *laedo.* *Syn.* Mœror, acerbitas, acerbus animi *vel* corporis sensus, animi cruciatus. *Epi.* Acerbus, acerbissimus, acris, alienus, apertus, asper, molestus, odiosus, difficilis, brevis, communis, conjunctior, vix consolabilis, diuturnus, domesticus, fictus, gravis, longus, gravior, gravissimus, humanus, instabilis, incredibilis index profectionis suæ, ingenuus, intestinus, intolerabilis, tolerabilis, inveteratus, justus, justissimus, lenis, levis, longinquus, longior, longissimus, longus, magnus, malus, major, maximus mediocris, medius, minor, minimus, mirus, miserrimus, mœstus, mitior, molestus, muliebris, municipalis, naturalis, necessarius, nimius, novus, officiosus perpetuus, pius, plebejus, præcipuus, præsens, præteritus, privatus, productior, sempiternus, stabilis, summus, tantus, verus, virilis, universus, asper, gravis, parvus, propior. *Phras.* 1. *Ea res mihi magnum, dolorem attulit*, diese Sache hat mir einen großen Schmerzen verursachet. Magnum mihi dolorem dedit, fecit, inussit, inussit; ea res dolore me incendit; dolori mihi fuit maximo; magno me dolore affecit oppressit, magnum mihi dolorem peperit; perturbavit ea me res vehementer, afflixit, commovit; graviter ea res me pupugit, momordit, affecit. 2. *Gravis me invasit dolor*, es hat mich ein großer Schmerz überfallen. Dolor me incredibilis incessit, incursavit; accepi ex ea re acerbissimum dolorem; mœrorem ex ea re hausi, suscepi, concepi gravissimum; dolor me arripuit, oppressit vexavit molestissimus. 3. *Dolorem*

lorem ſuſtineo gravem, ich leide einen großen Schmerzen. Dolorem acerbum patior. Dolorem ejusmodi fero, qui ferri vix poſſit. Dolorem incredibilem capio, ſuſtineo, ſuſcipio, traho, haurio; graviſſimo dolore angor, conficior, exerceor, torqueor, affligor, vexor, perturbor, frangor; acerbiſſimo dolore discrucior, divellor, disrumpor, perimor, interimor, exanimor contabeſco, opprimor, premor. Omnes mentis meæ partes dolor exagitat, divexat, perturbat, afficit. Concidit animus meus ictu doloris, vi curarum ac ſolicitudinis, concurſu moleſtiarum labefactatus atque convulſus. Ita cecidit animus meus dolore perculſus, ut nulla res eum ad æquitatem poſſit revocare. Jaceo in mœrore ac ſordibus. Curis maceror; ægritudine contabeſco. Vehementiſſime ſolicitor; acerbiſſime doleo; ægritudine animi ita laboro, ut ſanari vix poſſim, *vel potius* plane non poſſim; ut ſpem ſalutis omnem amiſerim; ut ſpes ſalutis omnino ſuperſit nulla. Verſor in ſummo dolore ac mœrore; verſor in mœrore & ſordibus. Mœrori me totum dedi; triſtitiæ me totum tradidi, jacet animus mœrore oppreſſus, nihil me triſtius; mœrore urgeor, laceror; dolore conſumor; mœror meus non is eſt, quem ulla ratio mitigare, nedum exhaurire poſſit. Dolore intolerabili impedior, ardeo, tactus ſum; dolori pene ſuccumbo; æſtuat animus dolore; dolore efferor, differor; doleo, ut nemo magis; indendor dolore. 4. *Morbi dolores ſunt intentiſſimi*, die Schmerzen der Krankheit ſind ſehr heftig. Artus dolore ardent; artus vehementer laborant; morbi dolor me graviſſimus arripit, excruciat, premit, opprimit; acer eſt doloris morſus; torqueor incredibilem in modum morbi doloribus; tanta eſt morbi acerbitas, tantusque dolorum æſtus, ut animam me poſiturum credam; exedit, dilaniat viſcera dolor intolerabilis; morbi ſummam ſentio acerbitatem; in dolores incidi graviſſimos; in ſummis doloribus jaceo, dolore correptus ſum graviſſimo. 5. *Ingenti mihi dolori eſt diſceſſus tuus*, deine Abreiſe macht mich ſehr betrübt. A te cum divellor, videor mihi partem viſcerum abrumpere; deſiderio amittendi ſodalis tam amabilis immenſum excrucior, affligor; gravior eſt omni ſupplicio tuus mihi diſceſſus; efferor dolore ex diſceſſu tuo. 7. *Dolorem de peccatis habeo*, ich habe Reu und Leid über meine Sünden. Præcipuo quodam dolore angor; lacrimas pœnitentis animi indices profundo; dolorem ex peccatorum memoria conceptum gemitu pateſacio; dolore admiſſorum excrucior; ex recordatione criminum dolor animi nunc ingens naſcitur; cum recordatione ſcelerum dolor quoque animum ſubit. 7. *Dolorem ferre jam non poſſum*, ich kann den Schmerzen nicht mehr ertragen. Ferendo dolori jam non ſum; impar dolori ſum. Tantum doloris, acerbitatis ſuſtineo, quantum ferri vix poſſit; dolori ſuccumbo; impares dolori vires meæ ſunt; vires meæ dolore franguntur; vim doloris minime ſuſtinent; ad dolorem infirmæ ſunt. Roboris in me tantum non eſt, ut acerbitatem tam gravem queam perpeti. 8. *Non decet virum dolori ſe totum tradere*, es ſteht einem Manne nicht wohl an, wenn er ſich von dem Schmerzen gar zu viel einnehmen läßt. Indulgere, parere, ſervire dolori; dolore auferri viro gravi indignum eſt; non decet virum, dolori ita frena laxare; dolori ita cedere, ita ſe permittere; ita ſe totum dare, ut modum non reperiat. 9. *Quid dolorem tibi ipſe renovas?* was erneuerſt du dir ſelbſt den Schmerzen? Quid dolorem tibi ipſe refricas? ſopitum excitas? quid dolorem, quem dies jam pene ſanaverat, renovas? quid dolorem, qui jam temporis longinquitate propemodum evanuerat, extinctus erat, redintegras? quid obductam pene cicatricem refricas? quid plagam, quæ in cicatricem jam prope coiverat, ipſe renovas? quid ipſe tibi unguis in ulcere es? 10. *Dolorem lenire*, den Schmerzen lindern. Dolorem exhaurire, mitigare, minuere, frangere, levare; dolorem detrahere; ſermonis ſuavita-

Digitized by Google

vitate magnam alicui doloris partem abstergere, eripere, auferre. V. *Consolor.* II. *Dolorem deponere*, etwas verſchmerzen. Dolorem abjicere, depellere; a dolore tantiſper aberrare; doloris oblivisci. *Uſus.* Dolor me inceſſit, anfallen. Dolorem alicui dare, verurſachen. Dolorem capere, empfinden. Dolori parere, nachhängen. Dolorem fovere, amplificare, vergrößern. Dolore aliquem liberare, befreyen. V. *Moeror, angor, anxius, afflictus, triſtis, conſolor, dolco, contriſtor, ſolicitudo, cruciatus.*

Doloſe, betrüglich. *Syn.* Malitioſe, ex inſidiis, ex occulto. *Uſus.* Doloſe, malo dolo agere.

Doloſus, a, um. betrüglich. *Syn.* Malitioſus *Uſus.* Doloſis conſiliis regno pulſus. V. *Vultus, aſtutus.*

Dolus, i, m. Betrug. *Syn.* Fraus, fallacia, machina, inſidiæ, dolus malus.)(*bona fides. Phraſ. Dolum facere*, einen betrügen. Dolos commoliri, fuere, conſuere; adhibere dolos malos & fallacias. Dolis aliquem ludere, ductare; circumvenire fallaciis & præſtigiis. V. *Decipio, fraus, fallacia, aſtutia.*

Domabilis, e. was zu bändigen iſt. *Syn.* Qui domari poteſt.

Domeſticus, a, um. Hausgenoß. *Syn.* Familiaris, inteſtinus, vernaculus, privatus, intimus.)(*externus, alienus. Uſus.* Res familiaris, & domeſtica. Diſciplina domeſtica. Domeſticum, inteſtinum malum. Domeſtica exempla. V. *Familiaris.*

Domicilium, ii, n Behauſung. *Syn.* Domus, habitatio, ſedes, tectum. *Epi.* Ampliſſimum, aptum, divinum, honeſtiſſimum, priſtinum, proprium, ſacrum, ſtabile & certum, terreſtre, univerſum. *Uſus.* 1. Humana figura domicilium Romæ collocavit, ante non habuit. 2. *Transl.* In hoc domicilio imperii & gloriæ. Urbs hæc domicilium ſuperbiæ & luxuriæ. Domicilium in alterius auribus, *vel* humanitate collocare. V. *Domus.*

Domina, æ, f. Frau. *Syn.* Princeps, regina, *Epi.* Dura, improviſa, vehemens, imperioſa, blandiſſima, gravis. *Uſus.* Fortuna campi domina, & rerum humanarum. Prudentia domina & regina virtutum. Voluptates blandiſſimæ dominæ. Eine Frau im Hauſe, *rectius dicitur*, Hera.

Dominatio, onis, f. Herrſchaft. *Syn.* Dominatus, tyrannis, regnum. *Epi.* Accommodatiſſima, aliena, non modo crudelis, ſed ignominioſa etiam & flagitioſa, firma & moderata, jucunda & honeſta, miſera, nova, regia. *Uſus.* Vita ſub dominatione miſera eſt. Quærere, ſibi comparare, habere dominationem.

Dominator, oris, m. Herrſcher. *Uſus.* Rerum dominator Deus.

Dominatrix, icis, f. Herrſcherinn. *Syn.* Domina. *Epi.* Cæca ac temeraria. *Uſus.* Dominatrix animi cupiditas.

Dominatus, us, m. Herrſchaft. *Syn.* Dominatio, principatus. *Epi.* Crudelis, impotens, novus, perpetuus, regius, ſuperbus, deterrimus. *Uſus.* Dignus dominatu omnium rerum. Dominatum Cæſar occupavit. Unius dominatu omnia tenebantur. Fortuna eum in ſummo dominatu locavit.

Dominor, aris, atus ſum, ari. herrſchen. *Syn.* Rerum potior, regno, dominatum teneo, populos dominatu premo, teneo, imperium in populos teneo, in ditione habeo; provinciam cum imperio obtineo; præſum eo jure, quod ampliſſimum eſſe poteſt; præſum ea poteſtate, quæ poteſt eſſe maxima; imperito populis; imperio urbem rego. *Uſus.* Dominari in judiciis. Eloquentia in liberis urbibus dominatur, & floret. Dominari in ſuos. Ubi libido dominatur, modeſtia exulat. V. *Regno, Impero, Imperium, Ditio, Rego.*

Dominus, i, m. Herr. *Syn.* Imperator, Rex, Princeps, tyrannus.)(*ſervus. Epi.* Agreſtis & furioſus, amicior, amiciſſimus, bonus & aſſiduus, clariſſimus, dispar, familiaris, ignarus, impudicus, invitus, moleſtus, novus, crudelis, ſempiternus, ſummus, vetus, clemens, incolumis, improbi nil juſtus. *Phraſ. Dominus eſt;* er iſt gebiethender Herr. Is eſt, penes quem ſumma poteſtas; qui omnia

Digitized by Google

tenet; ad quem unum delata sunt omnia; qui tenet rempublicam; in cujus potestate bona fortunæque omnium; terrarum omnium rector. V. *Dominor, rego, imperium. Usus.* Senatus est Dominus publici consilii; Populus Rom. Dominus Regum, Victor, ac Imperator omnium gentium. Deus animum, ut dominum & imperatorem præfecit obedienti corpori.

Domitor, oris, m. **Bändiger.** *Epi.* Factetior. *Usus.* Equorum domitores non verbera solum adhibent, sed & pabulum subtrahunt.

Domo, as, ui, itum, are. **bändigen, zähmen.** R. *a* δαμάω. *Syn.* Edomo, condoceſacio. *Phraſ. Cupiditates domandæ ſunt*, die Begierden muß man zähmen. Vitiosa natura comprimenda est; improbitas infringenda, frangenda, elidenda, ab feritate insita mitiganda est; effrenatæ libidines sub jugum sunt mittendæ; id agendum a quovis, ut effrenes cupiditates non frenos modo, sed & jugum accipiant. V. *Comprimo, coërceo, cohibeo. Usus.* Domuisti gentes immanitate barbaras. Equos domare verberibus. Domatas habere libidines. Animal ad mansuetudinem domitum. V. *Edomo.*

Domus, us, f. **Haus.** *Syn.* Ædes, domicilium, tectum, penates, lares, sedes, focique patrii. *Epi.* Æterna, aliena, ampla, angusta, antiqua, apertissima, & perhospitalis, cæca, cœlestis, ac divina, castissima, commune perfugium, communis, diligens, egregia, exornata, atque instructa.)(Nuda, atque inanis. Familiarissima, felix, fidelis, gratiosissima, honestissima, infamia, crudelis, facinorosa & libidinosa, plena integritatis, officii & religionis, inimica, instructior, & apparatior, lætissima, mœrens, locuples, & refertas, locupletior, expers hujus injuriæ, locupletissima, & amplissima, magna, pulchraque, ministra alicujus facinoris, modestior, naturalis, nota, notissima, & maxime hospitalis, operosa, optima, parva, patria, pestilens, plena ornamentorum, plena signorum pulcherrimorum, plena dedecoris & flagitii, popularis, præclara, & plena dignitatis, prætoria, privata, pudica, pulchra, referta donis, regia, religiosa, referta aleatoribus, plena ebriorum, stabilis, studiosissima, cupidissimaque salutis, superior, tota, vacua atque nuda, vacua suspicione, pura, venalis. Domus inanes, locupletissimæ; magnæ & nobiles. *Phraſ. Dominum habebat Cicero lautam & elegantem*, Cicero hatte eine schöne Behausung. Utebatur domo cumprimis lauta, & pereleganti; habitabat lautissime; in ædibus Ciceronis neque lautitiam, neque elegantiam desiderares; erat in iis multum lautitiæ, & elegantiæ. Domus Ciceroni erat omnibus rebus instructa, atque exornata; domus ea non domino magis ornamento erat, quam civitati. *Usus.* 1. Domum ædificare plenam dignitatis, facere, convestire, reficere, restituere. 2. *Domo exire*, aus dem Hause gehen. Excedere, emigrare, exulare, abesse. 3. *Domum ire*, nach Hause gehen. Domos inde discedunt; in sua tecta dilabi; domum se recipere; convertere se domum. 4. *Domi manere*, zu Hause bleiben. Domo se tenere; non commovere se domo; expectare aliquem domum. 5. *Luxu domum exinanire*, exhaurire. Amico domum commendare. 6. *Familia*, Geschlecht, Familie. Offensam sibi domum reconciliavit.

Donatio, onis, f. **Schenkung.** *Syn.* Amice, sponteque facta distributio. *Epi.* Singulari impudentia prædita, nova, incredibilis, falsa. *Usus.* Donationem facere.

Donec, bis. *Syn.* Dum, quoad usque. *Usus.* Expectabo, donec ad locum venias.

Dono, as, avi, atum, are. **schenken.** *Syn.* Largior, munere afficio, munus do, affero; donum affero, muneribus orno; stipendio afficio; condono. *Adv.* Effuse, large, figillatim, publice, consulto. *Phraſ. Ampliter illum, effuse, largeque donavit*, er hat ihn reichlich beschenket. Magna ei munera missit; amplissimis donis decoravit; opipare hominem muneratus est; magnis muneribus eum sibi obligavit; magna præmia rei pecuniariæ ei tribuit;

Digitized by Google

buit; locupletem ex egente effecit; dono dedit ampla munera; munera illi ampliſſima condonavit; talenta aliquot illi muneri miſit; donaria dedit non exigua; honorario, congiario illum impertivit, proſecutus eſt. Muneri amplum congiarium dedit; magnas largitiones fecit; amplas donationes contulit; magna fuit, magna uſus eſt in illum liberalitate; magnis hominem muneribus ſibi devinxit; quamplurimos hominis cupiditatem muneribus explevit. V. *Do., largior, munus. Uſus.* Inimicitias ſuas reipublicæ donare. Ciceroni populus Romanus immortalitatem donavit.

Donum, i, n. eine Gabe. *Syn.* Munus. *Epi.* Caſtum, regium, dignum, divinum, eximium, pulcherrimum, regale. *Phraſ.* 1. *Dona naturæ noſtræ eſt egregia*, er hat ſchöne natürliche Gaben. Egregia ei bona a natura, ſtudio, fortuna data ſunt; nihil non ei a doctrina, a fortuna delatum videtur; ita rebus habilis, ita liberaliter naturæ muneribus ornatus eſt, ut non natus, ſed ab aliquo Deo fictus eſſe videatur; magnis dotibus ingenii, judicii, doctrinæ inſtructus eſt; quæ in eum natura ornamenta congeſſit, ea illum apud omnes in magna laude, & gratia ponunt; magnis naturæ dotibus cumulatus; naturæ ornamentis ampliter inſtructus; egregiis, ſingularibus animi corporisque dotibus præditus, ornatus, 2. *Dona naturæ perexigua ſortitus eſt*, er hat gar geringe Naturgaben. A naturæ ſubſidiis pene imparatus; naturæ donis præparce inſtructus; male paratus a natura; nullis ornatus naturæ muneribus. V. *Natura. Uſus.* Multa donis muneribusque conficiuntur. Donis Deorum iræ placantur. [illegible] donum Deorum.

Dormio, īv. ivi, itum, ire. ſchlafen. *Syn.* Somnum capio, ſopitus ſum, quieti me trado, cubo. *Phraſ.* [illegible] *ſe confert*, er geht [illegible] corpus dat; quieti [illegible] mno operam dat; [illegible] tum; cubitum it; [illegible] ſert; lecto ſe com[illegible] diurnis laboribus fatigatus, quieti mandat; ſtrato ſe committit. V. *Cubo.* 2. *Tota nocte dormivi*, ich habe die ganze Nacht geſchlafen. Alte & graviter dormivi, nec niſi cum ſole experrectus ſum; arctiſſimus me ſomnus complexus eſt; ſopor graviter me oppreſſit: in lucem quievi; alte condormivi; ſtertebam in altum diem; artus languidos longo ſopore placavi; gravatum animi anxiete corpus diuturno ſomno refeci gravi altoque ſomno oppreſſus fui; ſomno liberaliſſime acquievi; ſomno eam noctem indulſi liberalius; ſomno victus, quietem corpori haud parce dedi. Nihilo arctiora erant ſomni tempora, quam noctis; nox ea, quam longa fuit, ſomni mihi copiam faciebat; corpus ſomno ſolutum ſine cura tota nocte quievit; nox ea quieti data; alti quies erat ſomni; ſomno continenti eam noctem egi, duxi, traduxi, transegi: ſomnum in lucem extraxi; totam noctem ſomno transmiſi, ſomno feſſos artus pavi, irrigavi in multum diem. 3. *Hac nocte nihil dormivi*, ich habe dieſe Nacht nichts geſchlafen. Nihil erat ſomni; noctem hanc ſine ſomno, vigilem, inſomnem, ſomno vacuam, ſomno expertem egi, peregi, duxi, traduxi. Nox ea mihi inſomnis, inter inſomnia abiit, effluxit; perpetua vigilia fum vexatus; inſomnio laboravi; ſomni carpere nihil poteram; ſomnus nullus hac nocte ad oculos meos acceſſit, ſomnus hac nocte effugit oculos meos; fugit ab oculis meis; nunquam ſe obtulit oculis meis; quietis nullam partem cepi; ſomnum hac nocte non vidi; hac nocte nunquam quievi; noctem totam pervigilavi; noctis partes mihi omnes expertes ſomni fluxere. Nox ea tota vigilem me habuit; ſomnum oculi non viderunt mei; ſomnum oculis non vidi meis, hac nocte oculi mei ſomno gravari, comprimi, claudi minime potuerant. V. *Somnus, obdormio, lectus, cubo. Uſus.* Ex laſſitudine dormire cœpi. Alte & graviter dormire.

Dormito, as, avi, atum, are. ſchlafen. *Syn.* Oſcito, ſomnus me ſollicitat, ſomnus accedit, ſomnus inſtat, & deſerit, in ſoporem idon-

Digitized by Google

tidem delabor. *Uſus.* Dormitantem illam & oſcitantem ſapientiam æſtimo.

Dorſum, i, n. **der Rücken.** *Syn.* Averſa pars corporis.

Dos, dotis, f. **Mitgift.** *Uſus.* 1. Multum torquetur debitione dotis. Dotem filiæ nobili conficere. Dotem dicere alicui. 2. *Ornamentum*, **Zierde.** Artem indotatam verborum dote ornavit & locupletavit. V. *Donum.*

Dotalis, e. **zur Mitgift gehörig.** *Uſus.* Dotale matrimonium. Prædia dotalia.

Doto, as, avi, atum, are. **ausſteuren.** *Syn.* Orno, dotem do. *Uſus.* Virgo bene dotata.

Drachma, æ, f. **athenienſiſche Münze, die 12. Kreuzer galt.** *Syn.* Denarius, unciæ pars octava. *Uſus.* Drachmas dare, petere.

Draco, onis, m. **Drach.** *Epi.* Jubatus, lapideus, terribilis, tortus, torvus, totus. *Uſus.* Patrimonium complexus, quaſi theſaurum draco.

Dubie, **zweifelhaft.** *Uſus.* Dubie datum pro certo accipere.

Dubitanter, **zweifelhaft.** *Syn.* Timide, difficulter.)(*fidenter.* *Uſus.* Verecunde dubitanterque facere aliquid. Spe gloriæ ſublata non dubitanter occidam.

Dubitatio, onis, f. **Zweifel.** *Syn.* Hæſitatio, dubium, ſcrupulus. *Epi.* Ignota, infinita, digna, minor, tenuiſſima. *Uſus.* 1. *Dubitationem injicere & ſcrupulum*, **in Zweifel ſetzen.** Iter meum in dubitationem te adduxit; dubitationem tibi attulit, dedit, reliquit. 2. *Dubitatione æſtuare, jactari*, **in Zweifel ſtehen.** Id quidem dubitationem nullam habet. In illa re magna dubitatio eſt. 3. *Dubitationem tollere*, **den Zweifel benehmen.** Dubitationem adimere, eripere; expellere omnem rei dubitationem; dubitationis nihil relinquere. Homo ſine dubitatione deterrimus. Eum judices ſine dubitatione abſolvere. V. *Dubito*, *dubium.*

Dubito, as, avi, atum, are. **zweifeln.** Addubito, hæreo, ambigo, mihi in dubium venit, dubium mihi eſt, dubium habeo, animi pendeo, ambiguum habeo, in dubium venio; mihi diffido, timeo.)(*Certo ſcio, confido, perſuaſus ſum.* *Adv.* Diu, multum, ſane, plane, recte, valde. *Phraſ.* 1. *Omnibus prope de rebus dubitat*, **er zweifelt faſt an allen Sachen.** Nutat plerumque animo; in contrarias ſententias illi diſtrahitur in deliberando animus, affertque ancipitem cogitandi curam; implicatus fere tenetur, nec firmum conſilium capeſſit; ſuſpenſus ſuſpicionibus & dubitationibus tenetur. Aqua paſſim illi hæret; quid agat, dicat, reſpondeat, ipſe neſcit; titubantem, hæſitantem, labantem animo & fluctuantem fere videas. Confuſus animi & incertus variis voluntatibus impellitur & repellitur; ſententiæ incertus perplexe fere de rebus judicat, omnia in incerto relinquit; non ſatis in promptu habet, quo ſe vertat, quid probet, quid rejiciat; non ſatis conſtat ſibi; in dubio ponit omnia; animum in diverſa verſat. 2. *Quid agam, dubito*, **ich zweifle, was ich thun ſoll.** Ancipiti cura diſtrahor, jactor, verſor; animi pendeo, incertus animi ſum; pendet animus; huc illuc inclinat animus, fluctuat, jactatur; animus incertus eſt. Quid conſilii capiam, utram in partem me dem, ignoro. Explicare conſilium; expedire me ex hac deliberatione; exitum meæ cogitationis invenire non poſſum. Diſtrahunt me diverſa conſilia. In utramque partem ita multa ſuccurrunt, ut ſit difficilis admodum, minime expedita, minime explicata, minime explorata, minime certa, perobſcura, haud ſatis aperta deliberatio. Anceps valde ſum; dubius ſum; teneor implicatus; dubitatio me tenet; difficilis mihi deliberatio eſt; varie diſtrahor; dubia cogitatione diſtrahor; in ancipiti cura verſor; nihil explico; explicare nihil queo; expedire me nequeo; valde hæreo; exitum non reperio. Conſilium capere neſcio; conſilium deeſt. Inops conſilii ſum; a conſilio inops ſum. Conſilium diu fruſtra quæro; non diſpicio; dijudicare nequeo, utram in partem me dem; utrum ſit rectius, utrum conducibilius, utrum ſit eligendum conſilium; exploratum, apertum, certum non habeo,

Digitized by Google

beo, utri parti assentiam; lubricus mihi est ad deliberandum locus; in utramque partem animus inclinat, animus in consilio labat, nutat, non consistit; nihil habet explorati; explicata, explorata mihi non est consilii ratio; impedita mihi est consilii ratio; ancipitem gero animum; animo fluctuor; suspensus & incertus cæca expectatione pendeo; animo sum suspenso; ancipiti deliberatione distrahor; quid consilii capiam, in incerto est; in dubio est animus; in hac causa mihi aqua hæret; incertus sententiæ sum; animi dubius sum; mihi in incerto relictum est; non satis constat animo; in incerto habeo; in dubio pono; huc atque illuc diversus, fluctuans agitor; inter fugæ pugnæque consilium trepido; sententia nondum stare mihi potuit. *Usus.* Ille nihil tam veritus, quam ne dubitare videretur. In senatum venire non dubitavit. Illud, cave, dubites. Non dubito, quin &c.

Dubitantis formulæ, **Beyspiele, seinen Zweifel vorzutragen.** Quid ergo est? nondum satis constat, molestiæne plus, an &c. Age jam, molestiæ plus id afferet, an &c, Quid faciam, aut quo me pacto geram? Nunquam in majori dubitatione fui. Tria sunt autem: Arpinum eam, an Romam, an Tusculum? Quid igitur est? Romæ manebo, an Arpinum abeam? Utrum molestiæ plus, an periculi subibo? Molestiæ plus, an discriminis instet, incertum habeo, hæreo, res mihi in incerto est.

Dubium, ii, n. **Zweifel.** *Syn.* Dubitatio, difficultas, controversia. *Phras.* 1. *Dubium movit de ea re*, **er hat über diese Sache einen Zweifel erwecket.** Dubium fecit; rem in dubium vocavit, revocavit; rem in dubitationem adduxit; dubitationem injecit, attulit; scrupulum injecit; incertam rem effecit; rem in controversiam vocavit, adduxit, drduxit. 2. *Dubium de re exortum est*, **es ist über diese Sache ein Zweifel entstanden.** In dubium adducta res est; res in dubium venit; in controversiam; in contentionem venit; rus in disceptationem venit; orta est de re controversia; de ea re controversia extitit; dubitari cœptum de re; res in dubium, in contentionem vocata, revocata est; *Dubium esse de re potest*, **man kann an der Sache zweifeln.** Res dubitationem habet; in contentione posita est; in controversia versatur; in disceptationem cadit; res in conjectura posita est; in dubium, contentionem vocari potest; in disceptationem venire potest; res in disceptatione versatur. 4. *Rem in dubio relinquo*, **ich lasse die Sache im Zweifel.** Rem in medio relinquo; in opinione relinquo: rem ut incompertam, & in opinione positam in medio relinquo; rem ut in incerto positam, & parum exploratam affirmare mihi religio est. 5. *Sine dubio*, **ohne Zweifel.** Sine dubitatione; dubitatione sublata; nulla interposita dubitatione. 6. *Est in ea re magnum dubium*, **es ist in dieser Sache ein großer Zweifel.** Nihil vidi, quod minus explicari possit; residet ea de re non tenuis scrupulus; o rem odiosam, & inexplicabilem, in qua summa obscuritas! Ea res, cum in consultationem venit, mihi tenebræ sunt, expedire non possum; ea res in diversum me trahit, suspensum me tenet, detinet; incertus sententiæ sum; animus mihi pendet, dubitatione æstuat. V. *Dubito.* *Usus.* Rem in dubium vocare. Dubium facere. Dubium non habere. Res in dubium venit; in dubio est; sine dubio tibi accedam. V. *Dubitatio*, *dubius.*

Dubius, a, um. **zweifelhaft.** *Syn.* Incertus, anceps, controversus, lubricus, ancipiti cogitatione distractus. Habens dubitationem.)(*Certus.* *Phras.* 1. *Dubium est, quis sit belli eventus futurus*, **es ist zweifelhaft, wie der Krieg ausschlagen wird.** in dubio est; est, cur dubitetur; dubitationem res habet; ambiguum est; in dubio versatur; in ambiguo; in ancipiti positum est; plane non constat, non patet, non liquet; apertum, perspicuum, dilucidum non est; dilucide non patet; divinare non licet; certe conjicere, augurari, affirmare non licet; certa conjectura non est; exploratum non est, quis sit belli

Digitized by Google

exitus futurus. Belli exitus suspensum adhuc habet animum; animum expectatione suspendit; suspensum me tenet, detinet. De belli eventu potest ambigi. In dubium vocari potest eventus belli; in dubium venire potest exitus belli. Exitus belli in dubitationem adduci potest. In utramque partem judicari de belli exitu potest. Anceps, dubia, ambigua, incerta, difficilis, admodum obscura, quæ obscuritatis & erroris habet plurimum, de belli eventu divinatio est; de belli eventu conjectura est non aperta, non simplex, non perspicua; de belli eventu, parum certa opinio est. Conjecturam de belli exitu facere cui licet? quo res belli cadura sit; utram in partem inclinatura victoria, nemo dispicit, intelligit, novit. Exitum belli certa ratio non ostendit, non promittit. V. *Incertus*, *dubito*, 2. *Dubius est amicus*, ein Freund, an dessen Treue man zweifeln kann. Dubius, suspensæque ex fortuna fidei amicus; cujus incerta, ambigua, nec explorata satis fides; cui amicitia ex fortuna pendet; cujus fide niti haud tuto possis; cujus amicitia in casu posita est; fortunæ amicus, non homini. *Usus.* In ea re minime dubia tricatur. Eorum, quæ dubia sunt, rationes; quæ certa, exempla afferentur. Dubium non habeo.

Ducenti, æ, a, zweyhundert.

Ducenties, zweymalhundertmal. *Usus.* Sestertium ampliusque ducenties retuli.

Duco, is, duxi, ductum, ere. führen. *Syn.* Deduco, sumo. *Adv.* Extrinsecus, omnino, publice, recte, bipertito, maxime, nimium, diu. *Phras. Duxit uxorem*, er hat geheirathet. Uxorem sibi adjunxit; matrimonio sibi junxit virginem; domesticum fœdus junxit cum virgine. V. *Matrimonium. Usus.* 1. Viri fortes, qui ordines, exercitum duxere. 2. *Adduco*, *induco*, bewegen. Ita me tua oratio ad credendum ducit. 3. *Judico*, *censeo*, *existimo*, dafür halten. Ducere aliquem in hostium numero. Parvi, despicatui ducere, neminem præ se hominem ducere. Humana omnia præ se ducit. 4. *Produco*, *profero*, *protraho*, *trahe*, verlängern. Ducere tempus, ducere bellum. 5. *Derivo*, leiten. Ducere aquam per fundum alterius. 6. *Concipio*, schöpfen, fassen. Ducere, trahere, sumere opinionem, suspicionem in aliqua re. 7. *Obtineo*, nehmen, bekommen. Similitudinem ex aliquo ducere. Commendationem e scelere dueit. 8. *Abeo latenter*, sich heimlich wegmachen. A gradibus, a domo se duxit. 9. *Rapio ad supplicium*, zur Strafe ziehen. Hominem duci jussit. 10. *Nuptiis aliquam mihi adjungo*, eine zur Ehe nehmen. Duxit Terentiam. 11. Sich einnehmen lassen. Duci opinione, errore, laude, gloria. 12. *Promiscue*, in verschiedener Bedeutung. Nomen a regione duxit. Spiritum & vitam ducere. Initium e re ducere. Vires ducere. Gloriæ, dedecori sibi aliquid ducere.

Ducto, as, avi, atum, are. führen. *Usus.* Ductare aliquem dolis. V. *Decipio.*

Ductor, oris, m. Führer. *Syn.* Dux, qui ordinem ducit. *Usus.* Quoties ductores nostri ad mortem non dubiam cucurrerunt.

Ductus, us, m. Leitung. *Usus.* Ductus aquarum. Ductus oris. Alterius ductu aliquid facere.

Dudum, vorlängst. *Syn.* Jam pridem, multis ante tempestatibus. *Usus.* Dudum circumrodo, quod devorandum est.

Duellum, i, n. Krieg. *Syn.* Bellum. *Epi.* Justum, grave. *Usus.* Antiqui nomina contrahebant, ut duellum, bellum. *Pro* certamine singulari inter duos, Zweykampf. *vulg. est.*

Dulcedo, inis, f. Süßigkeit. *Syn.* Dulcitudo. *Epi.* Concepta, maxima. *Usus.* Dulcedine quadam gloriæ moti, commoti, capti, depravati juvenes. Voluptas maxima dulcedine sensum movet. Pecuniæ dulcedine non capior. Ingenti dulcedine, summa suavitate me tua oratio perfundit.

Dulcesco, is, ere. süß werden. *Usus.* Uva maturata dulcescit.

Dulcis, e, süß, R. a γλυκύς. *Syn.* Suavis, carus, jucundus. *Ant.* amarus. *Adv.* Valde. *Phras. Dulce mihi est audire*, es ist mir sehr angenehm zu hören. Cantus is sensui suaviter blanditur; sensus dul-

ci-

Digitized by Google

citer ac jucunde movet; dulcedine quadam capior, perfundor, ista cum audio. *Usus.* Epistola dulcissima. Ingenium ejus tam dulce, quam acetum Ægyptium. V. *Suavis, jucundus, carus.*

Dulciter, süß. *Syn.* Jucunde, suaviter.

Dulcitudo, inis, f. Süßigkeit. *Syn.* Dulcedo. *Usus.* Dulcitudo orationis. Gustatus præter cæteros sensus dulcitudine commovetur.

Dum, bis daß, da, so lange. *Usus.* 1. Hæc dum Romæ geruntur. 2. *Donec*, bis daß. Mane tantisper, dum redeam. Nihil ei longius videbatur, quam dum nuntius rediret. 3. *Adhuc, nondum*, noch, noch nicht. Nihil dum audieram. Neque dum is locus satis. 4. *Dummodo*, wenn nur. Age, quod iubet, dum Romæ ne sis. Nihil mea curo, dum rempublicam conservem. 5. *Quamdiu*, so lange. Utere rebus meis, dum velis.

Dumetum, i, n. eine Dornhecke. *Syn.* Locus dumis constitus, spinis abundans. *Usus.* Septum undique, & vestitum vepribus & dumetis locum quæsivi.

Dummodo, wenn nur. *Syn.* Dum, dum tamen, si modo, dum ut, modo ut. *Usus.* Omnia negligunt, dummodo potentes evadant.

Dumosus, a, um. heckig. *Syn.* Spinosus, vepribus plenus. *Usus.* Locus, rupes dumosa.

Dumus, i, m. ein Dornbusch. *Syn.* Spina.

Duntaxat, allein. *Syn.* Tantum, solum. *Usus.* Animo duntaxat vigeo.

Duo, æ, o, orum. zwey.

Duodecies, zwölfmal.

Duodecim, zwölf.

Duodeni, æ, a, je zwölf und zwölf. *Usus.* Duodena jugera.

Duodeviginti, achtzehn. *Syn.* Decem & octo.

Duplex, icis, g. o. zweyfach. *Syn.* Geminus. *Usus.* Duplices pupillas habet. Duplex est hominum genus.

Dupliciter, zweyfach. *Syn.* Bipertito. *Usus.* Dupliciter me tuæ litteræ delectarunt. Ista dupliciter accipi possunt.

Duplico, as, avi, atum; are. verdoppeln. *Syn.* Gemino, itero. *Usus.* Duplicantur mihi curæ. Duplicata ex eo facto gloria discessi. Duplicata verba, & iterata.

Duplus, a, um. doppelt, noch so viel. *Syn.* Alterum tantum. *Usus.* Subire pœnam dupli. Duplo major, & altero tanto major. Duplum & triplum intervallum. Mulcta in duplum ibit, du wirst noch einmal so viel zur Strafe geben.

Dupondius, ii, m. Münze, welche zwey Asse galt. *Syn.* Asses duo, libræ æris duæ.

Durescо, is, ere. hart werden. *Syn.* Durus fio. *Usus.* Humor aquilonibus durescit.

Duritas, tis f. Härte. *Syn.* Severitas, duritia, acerbitas.)(*Lenitas, comitas. Usus.* Duritas, severitas, mœstitia orationis. Quanta in hoc duritas, in illo comitas!

Duriter, härtiglich. *Usus.* Verba duriter translata. Durius accipere videris. Nihil dixi durius.

Duritia, æ, & durities, ei, f. Härtigkeit. *Syn.* Firmitas, asperitas. *Epi.* Immanis, virilis. *Usus.* Animi duritia, sicut corporis stupor. Duritia, & patientia virilis. In summa parsimonia & duritia vivere. V. *Severitas, asperitas.*

Duro, as, avi, atum, are. währen. *Syn.* Maneo, diuturnus sum, stabilis permaneo, persevero. *Phras.* 1. *Tua hæc gloria non diu durabit*, deine Herrlichkeit wird nicht lange dauern. Perpetua non erit, non stabit, non consistet; vetustatem, ætatem non feret; æterna non erit; ad longinquum tempus non permanebit; non erit diuturna; fluxa nimium est & caduca. 2. *Hæc si bella durabunt, actum est de salute patriæ*, wenn diese Kriege anhalten sollten, so ist es mit unserm Vaterlande geschehen. Hæc si bella perpetua, diuturna, fixa erunt; si, quo cœpere cursu, bella procedent; si longius producentur bella; nisi bello finis imponatur; nisi bella ad exitum perducantur, desperata omnis patriæ salus est. 3. *Tempestas tota nocte duravit*, das Wetter hat die ganze Nacht gedauert. Tempestas totam noctem tenuit, obtinuit; tempestas non nisi inclinata jam nocte posuit, remisit; tempestas non nisi aperien-

te

Digitized by Google

te se die conquievit, appetente die se fregit; a tempestate quies tota nocte non erat. *Usus.* Sensus moriendi ad exiguum tempus durat. V. *Persto, persisto, persevero, diuturnus.*

Durus, a, um. hart. R. a δάρος, *ligneus. Syn. Transl.* Crudelis, asper, inhumanus, incultus, ferreus, horridus, agrestis, vehemens, inexorabilis, implacabilis, importunus, natura asper, inclemens, immitis, animo agresti & duro.)(*Mollis. Phras.* 2. *Homines duris assueti sunt*, die Leute sind ein hartes Leben gewohnet. Durati usu armorum, invicto ad laborem corpore; in patientia laboris & periculi ferrei prope corporis & animi; a parvulis duritiei & labori student; vitæ cultu sunt aspero; fatigatis humus cubile est; cibus eos, quem occupant, satiat; tempora somni arctiora, quam noctis sunt; multum ab omni luxu abhorrent. 2. *Est homo durus*, es ist ein rauher Mensch. Mollitiem dudum animo ejecit omnem; benignitas in eo clausa est; duritiæ se a puero dedit; ut vita, sic oratione durus est & horridus; animo est inexpugnabili; asperi procul dubio animi est; ingenio duro est & inexorabili, quod nulla res frangat, nulla commoveat; durus est & ferreus; duriter omnia inclementerque agit. V. *Agrestis, asper. Usus.* Durum se & agrestem præbere. Durissima reipublicæ tempora. Verbum durum, insolens. Moribus asper & durus. Dura servitus. V. *Inhumanus.*

Duumviratus, us, m. Amt der zween Männer. *Usus.* Duumviratum gerere.

Duumviri, orum. m. zween Männer. *Usus.* Duumvirum judicium.

Dux, ducis, m. Führer. *Syn.* Qui ducit exercitum, ductor, imperator; signifer, præfectus, qui ducit ordines, auctor. *Epi.* Clementissimus, certior, diligentissimus, idoneus, illustris, major, memor aliorum, oblitus sui, novus, paratior, præstantissimus, summus, togatus, verus. Duces acerrimi, adversarii, audaces, boni, clarissimi, desperati, experti, firmi, fortes, improbi, improvidi, innumerabiles, nefarii, negligentes, nobilissimi, notissimi, parati atque armati, præstantissimi, publici, summi, non solum veteres, sed etiam recentes vivi & incolumes. Dux certissima, nocturna, optima, molesta, mirifica. *Phras.* 1. *Universa civitas eum ducem sequebatur*, die ganze Stadt folgte ihm, als ihrem Anführer. Universa civitas ei regendam se dederat; ad ejus ductum se applicaverat; ad ejus ductum se cives omnes contulerant, adjunxerant. 1. *Cæsar dux erat præstantissimus.* Cäsar war ein vortreffflicher Feldherr. Cæsar præfuit exercitibus summa cum laude; imperator, rector exercituum, ductor copiarum fuit Cæsar nemini secundus. Copias duxit Cæsar admirabili rerum bellicarum scientia. Cæsar gessit bella suo ductu ea virtute ac vigilantia, non modo, ut non superiorem, sed nec omnino parem habuerit; nemo ut præstantior illo haberi posset. Cæsar erat, in quo tum summa rei bellicæ ponebatur. Cæsar erat belli artibus clarissimus; bellica laude, bellica virtute, altitudine animi, felicitate ante alios conspicuus. V. *Imperator. Usus.* Natura optima vivendi dux. Ducem se præbere facinoris. Dux & magister ad faciendum aliquid. Rationem ducem sequor.

Dysuria, æ, f. Harnstrenge. *Syn.* Urinæ difficultas.

E.

E, vel ex. von, aus. *Usus.* 1. *Originis*, Herkommen. Eunuchi e Syria. Quidquid habuit, e disciplina habuit. 2. *Commodi, usus, utilitatis*, Nutzen. Erit id ex usu, erit e republica. Decretum e republica factum.

E

Digitized by Google

E regione, gerade gegen über. *Syn.* In conſpectu, ex adverſo. *Uſus* Luna cum eſt e regione ſolis, deficit. Occurrunt ſibi velut e regione contraria.

Ea re, deswegen. *Syn.* Propterea, ideo, ob eam rem. *Uſus.* Is metuit, & ea re fugit. Id, quia turpe, ea re non eſt faciendum.

Eatenus, ſo weit. *Syn.* Haftenus, uſque dum, uſque ad eum finem, uſque eo, quoad; uſque eo, ne. *Uſus.* Ferre aliquem eatenus, quoad ipſe negligat. Jus eatenus exoriere, quoad valuere.

Ebibo, is, bibi, bibitum, ere. austrinken. *Syn.* Exhaurio. *Uſus.* Ebibere ſanguinem alicui.

Eblandior, iris, itus ſum, iri. abſchmeicheln, herauslocken. *Syn.* Blanditiis extorqueo. *Uſus.* Efficere, elandire, ut &c.

Ebrietas, tis, f. Trunkenheit. *Uſus.* Inter ebrietatem & ebrioſitatem multum intereſt.

Ebrioſitas, tis, f. Luſt zur Trunkenheit. *Syn.* Habitus ebrietatis, *vel* affectio ebrietatis.

Ebrioſus, a, um. oft betrunken. *Syn.* Facilis ad ebrietatem. *Phraſ.* *Ebrioſus eſt*, er iſt ein verſoffener Menſch. Gurges atque helluo eſt; qui vino ſe ingurgitare, replere, obruere, devincire ſoleat; vini pernicies, vini nimius, vini intemperans, ebrietati deditus; in potationibus aſſiduus; natus ad vinum perdendum; cui tempus nullum ſobrio relinquitur; temulentiæ nota infamis. *Uſus.* Stilponem ferunt & ebrioſum & mulieroſum fuiſſe. V. *Vinolentus*, *ebrius.*

Ebrius, a, um. trunken. R. *ab* ὄμβριος, *humidus.* *Syn.* Temulentus, vinolentus, vino languidus, vino gravatus, vino madens, languidus, ebibitus.)(*ſobrius*, *ſiccus.* *Phraſ.* *Vino merſus jacet*, er iſt betrunken. Nondum heſterni vini crapulam exhalavit; crapulæ gravis & inops eſt; vini adhuc plenus eſt, vino obrutus, vino gravatus eſt; ſeſe vino vicit, adhuc victi jacent; gravatus vino eſt; mero incaluit; mero probe eſt; invitavit ſe largius; Bacchus [illegible] vino rationem [illegible] rationem meſſit, ſe pelivit; vino ſe oneravit intemperantius; crapula ac capitis errore titubat; vino oppreſſus, ſepultus eſt; vino gravis eſt; vino madet; plenus crapulæ eſt. V. *Vinolentus*, *bibo.* *Uſus.* Apud ſe ebrium factum eſſe dixit.

Ebullio, is, ivi, ire. aufwallen. *Syn.* Efferveſco. *Tacit.* Jacto, oſtendo. *Uſus.* Solent illud ebullire Stoici; virtutes ebulliunt & ſapientiam.

Ebur, oris, n. Helfenbein. *Syn.* Dens elephantis. *Epi.* Caſtum, donum Deo gratum, non inutile, crebrum. *Uſus.* Tecta ebore & auro fulgentia.

Eburneus, a, um. helfenbeinern. *Syn.* Ex ebore. *Uſus.* Signum æneum, eburneum, marmoreum.

Ecce, ſieh. *Syn.* En. *Uſus.* Ecce literæ de Varrone. Ecce autem nova turba & rixa! Ecce miſerum hominem!

Eccleſia, æ, *f.* Kirche, chriſtliche Gemeinde. Recte credentium cœtus, congregatio; respublica Chriſtiana. *Eccleſia Romana*, die römiſche Kirche. *Phraſ.* Eccleſia orbis terrarum princeps & magiſtra. Arx reipublicæ Chriſtianæ. Religionis Chriſtianæ arx ac ſedes. Eccleſiarum omnium princeps ac mater. Veritatis magiſtra, ac morum cuſtos Eccleſia; princeps religionis, ac divinæ mentis interpres Eccleſia; Pontificum ſedes. *Eccleſia naſcens*, die erſte Kirche. Primordia Chriſtianæ reipublicæ. Naſcentis Eccleſiæ incunabula; aureum naſcentis poſt Chriſtum pietatis ſeculum; Eccleſiæ orientis, lactentis ſeculum. *Vulg.* *Primitiva Eccleſia.* *Ab initio Eccleſiæ*, vom Anfange der Kirche. Ab exortu naſcentis Eccleſiæ; ab ipſis Eccleſiæ incunabulis; ab inſtitutis Chriſtianis ſacris; a Chriſtianæ religionis exordio. *Eccleſia Cathedralis*, Domkirche. Ædes ſacra, primaria; Epiſcopi ſedes; templum ſummum. *Eccleſias viſitare*, die Kirchen beſuchen. Religionis cauſa ædes ſacras obire; pietatis cauſa ad loca ſanctimonia nobiliora contendere; urbis templa veteri religione ſacra obire. Sacra loca venerari, veneratione proſequi. V *Templum.*

Echo, us, *f.* Wiederſchall, Echo. Saxa & ſolitudines voci reſpondentia;

Digitized by Google

tia; vox aut sonus repercussæ: valles clamoribus repercussæ. *Phras.* *Hic est echo.* da giebt es einen Gegenschall. Redditur clamor jugis montium, vastisque saltibus repercussus; circumjecta nemora, petræque, quam accepere, vo em multiplicato sono referunt; vocibus juga montis collesque resonant; montis anfractu repercussæ redduntur voces; montium flexus, & concavi vallium sinus voces reciprocant; saxa rupesque voci respondent.

Eclipsis, is, f. Finsterniß. *Syn.* Obscuratio, defectio solis aut lunæ, defectus, deliquium solis. labor lunæ. *Phras.* 1. *Eclipsis lunæ est*, es ist eine Mondsfinsterniß. Luna incidit in umbram terræ; luna, e regione solis interpositu interjectuque terræ deficit; luna laborat; deficitur lumine; sole premitur; nitorem sideris condit; lumen omne fœdat; luna languescit, hebescit. 2. *Eclipsis solis erat*, es war eine Sonnenfinsterniß. Solis orbis minui visus est; nox interdiu visa intendi; nox interdiu cœlo obtenta.

Ecquando, wenn doch. *Syn.* Quando.

Ecquis, a, od, *v.* id. wer doch? *Usus.* Ecquo de homine id ais? ecquid narras? ecquid animadvertis horum silentium?

Ecquisnam, ænam, odnam. wer doch?

Ecstasis, is, *f.* Entzückung. *Syn.* Mentis, animi a corpore secessus, alienatio, mentis a sensibus evocatio. *Phras.* A se, a sensibus secedere, discedere; abstrahi a sensu mentis; in contemplationem cœlestium tota mente rapi; a sensibus avocari, verzückt werden. V. *Abstractus*, *alienatus*.

Edacitas, tis, f. Fräßigkeit. *Syn.* Vitium ventris & gutturis. *Usus.* Morbus edacitatis.

Edax, acis, *g. o.* fräßig. *Syn.* Vorax. *Usus.* Edacem hospitem amisisti. V. *Vorax*, *gula*.

Edera, æ, f. Epheu. *Usus.* Omnia convestivit edera.

Edico, is, dixi, dictum, ere. ansagen, gebieten, *Syn.* Indico. *Usus.* Consul senatum, comitia, conventum sociis, justitium edixit. Prætor edixit.

Edictum, i, n. Befehl. *Syn.* Decretum, interdictum. *Epi.* Æquum, atrox, improbum & inhumanum, inimicum, novum peculiare, præclarum, provinciale, recens, repentinum, severum, totum, translativum, uberrimum & quæstuosissimum, urbanum, Edicta acerba, duriora, jucunda, molesta, nova & inaudita, præclara, prætoria, superiora. *Usus.* Qui Romæ edictum totum, omnia decreta evertit. Ex edicto in possessionem veni. Edictum edicere, scribere, componere, proponere. Edicto aliquid sancire. Edictum nequis cum telo servus sit. Pronuntiat pœnam in armatos servos, & ne cum armis incedant, vinculorum minis, mortisque edicit. V. *Decretum*.

Edisco, is, didici, ere. auswendig lernen. *Syn.* Memoriæ mando. *Usus.* Homerum ediscat, habeat in ore puer suavissimus. V. *Disco memoriter*.

Edissero, is, serui, sertum, ere. auslegen, darthun. *Syn.* Expono. *Usus.* non edisseram, quis rei finis fuerit. V. *Dissero*.

Editio, onis, f. Ausgabe. *Usus.* Ista editio summam habet acerbitatem.

Edititius, a, um. erwählt. *Usus.* Edititios tantum judices secutus sum.

Editus, a, um. herausgegeben. *Phras.* 1. In vulgus editus. 2. *Altus*, hoch. Locus editus, atque præcelsus.

Edo, is, edidi, editum, ere. herausgeben. *Syn.* Facio, profero, divulgo. *Adv.* Magnifice, libenter. *Phras.* *Librum edam.* ich werde ein Buch ausgehen lassen. Librum emittam; faciam, ut id opus tandem appareat; foras dabo; faciam, ut exeat liber meus; in publicum dabo librum; pervulgabo, divulgabo; in vulgus edam; in lucem prodam; exire, prodire lucubrationes meas patiar; in lucem dabo; edam, committam luci; juris publici faciam, vulgabo. *Usus.* 1. Edere clamores, magnam ruinam, facinus atrox. Edere exemplum severitatis 2. *Divulgo*, kundbar machen Libros edere. Apollo oracula edidit. Voluit, ut ipsi tuum nomen ederem; ut facti so-

cium

Digitized by Google

cium ederem. 3. *Animam edere*, sterben. Partum edere, gebähren. Ager molliores fetus edit; hervorbringen.

Edo, is, edi, esum, ere. essen. R. ab ἔδω, ἔσθω. *Syn.* Comedo, cibum capio, cibum summo, cibo utor; famem depello, expleo, sedo; cœno. *Usus.* Jucunde, opipare, apparate edit, & bibit. V. *Comedo, cibus, vorax, dapes.*

Edoceo, es, ui, doctum, ere. lehren. *Syn.* Doceo, patefacio, certiorem facio. *Usus.* Id magis verisimiliter, quod usus reapse experiendo edocet. V. *Doceo.*

Edolo, as, avi, atum, are. ausputzen. *Syn.* Dolo. *Usus.* Orationem edolavi.

Edomo, as, ui, itum, are. zähmen. *Syn.* Domo. *Phras. Carnem edomare*, das Fleisch bezähmen. Corpus vigiliis, *vel* labore frangere; corpus atterere; corpus pœnis sponte susceptis affligere, divexare, macerare, subigere; corpus aspere, contenteque habere; duriter accipere; inclementer tractare. V. *Domo, disciplinam facio, mortifico. Usus.* Vitiosam naturam oppressam & edomitam habere.

Edormio, is, ivi, itum, ire. ausschlafen. *Syn.* Ope somni conficio. *Phras. Edormivit crapulam*, er hat den Rausch ausgeschlafen. Emovit crapulam; somnum una & crapulam sepelivit; mentem gravatam ebrietate quies illi reddidit; crapulam exhalavit; ebrietatem somno discussit *Usus.* Edormi crapulam, & exhala.

Educatio, onis, f. Auferziehung. *Syn.* Institutio, disciplina. *Epi.* Non dissimilis animantium, puerilis. *Usus.* Institutus liberaliter educatione, puerilique doctrina. V. *Educo.*

Educator, oris, m. Erzieher. *Syn.* Altor, nutritius. *Usus.* Omnium rerum fator, altor, educator Deus.

Educatrix, icis, f. Erzieherinn. *Syn.* Nutrix. *Usus.* Harum rerum educatrix, & nutrix est sapientia.

Educo, as, avi, atum, are. auferziehen. *Syn.* Alo, nutrio, instituo. *Adv.* Ingenue, liberaliter. *Phras. A me educatus, est*, er ist von mir erzogen worden; Me educatorem habuit; mea in familia educatus ingenue, & institutus est. Omni industria eum, non humili cultu, in gremio veluti meo, & sinu educavi. Amavi pro meo, ingenium ejus enutrivi, præceptis utilissimis & salubérrimis finxi; claram ei ad omnem virtutem lampadem accendi. Puerum a parvo eductum habui pro meo. Eductus in manibus meis est; educationi ejus ipse præfui, optimisque moribus imbui. Ex mea institutione, disciplina illa prodiit. V. *Alo. Usus.* Non est boni parentis, quem procrearit & educarit, non vestire & ornare

Educo, is, duxi, ductum, ere. ausführen. *Syn.* Extraho, duco, libero. *Usus.* 1. Educere in aciem copias. Grandem molem, turrium educere. Educere aliquem in jus. 2. *Educare*, auferziehen. Qui puerum me sibi eduxerunt. V. *Extraho.*

Effari, effatus sum, sagen. *Syn.* Loquor, enuntio. *Usus.* Nullum verbum effari potuit.

Effatum, i, n. Ausspruch. *Syn.* Pronuntiatum. *Epi.* Verum, aut falsum, incognitum. *Usus.* Effata Philosophorum.

Effectio, onis, f. Vollbringung. *Syn.* Effectus, efficientia.

Effector, oris, m. Ursacher. *Syn.* Perfector, architectus, molitor, creator, auctor. *Epi.* Optimus, præstantissimus. *Usus.* Stilus optimus dicendi effector, parens, magister. DEUS mundi molitor, omnium rerum effector.

Effectrix, icis, f. Ursacherinn. *Syn.* Pecunia est effectrix multarum voluptatum.

Effectus, us, m. Wirkung. *Syn.* Quod effectum est. *Usus* Effectus eloquentiæ est audientium approbatio. Radicum vim & effectum ignoramus.

Effeminate, f effœminate. weiblich. *Syn* Muliebriter)(*Fortiter. Usus.* Cave, ne quid effeminate facias.

Effeminatus, a, um. weiblich, weibisch *Syn.* Qui animum gerit muliebrem.)(*Fortis, virilis, durus. Usus.* Homo effeminatus, impudicus, mollis, fractus, abjectus, humilis, submissus. V. *Mollis, voluptas.*

Effe-

Digitized by Google

Effemino, as, avi, atum, are. weichlich machen.)(*Corroboro. Phras. Sic effeminantur homines*, so werden die Leute weichlich gemacht. His rebus animi relanguescunt, & virtus remittitur; animi emolliuntur; vigor animi otii dulcedine, & variis voluptatum delinimentis extinguitur; sic robur animi elanguescit; muliebres animi induuntur. *Usus.* Effeminarunt aerem, quem Junoni tribuerunt Poetæ.

Effetus, a, um, f. effœtus. ausgemärgelt. *Syn.* Exhaustus, confectus, debilis. *Usus.* Intemperans adolescentia senectuti corpus effetum tradit.

Effero, ferre, extuli, elatum, ferre. austragen. *Syn.* Edo. *Adv.* Aliquando se, altius se, insolenter, insolentius, amplissime, supremo die, foras, longissime, membratim, conjuncte. *Usus.* 1. Ager uberiores fructus effert. 2. *Profero, educo*; setzen, führen. Pedem domo extulit. Filius patrem extulit *ad sepulcrum*. Demersam patriam efferre, begraben, zu Grabe tragen. 3. *Extollo, celebro*, erheben, loben. Laudibus aliquem in cœlum efferre. Ad summum imperium, ad summam gloriam aliquem efferre & extollere. Quos fortuna evexit ad gloriam, virtus extulit ad laudem, ne insolenter se efferant. 4. *Afficio*, sich einnehmen lassen. Dolore, ira, gaudio, lætitia efferri, extra se ferri. Cupiditatibus efferri. 5. *Promo, pronuntio*, vorbringen. Efferre sententiam gravem verbis inconditis. 6. *Vulgo, divulgo*, kundbar machen. Cave, hæc foras efferas, ut ad vulgi aures perveniant. Ne has meas ineptias efferatis.

Effero, as, avi, atum, are. wild machen. *Syn.* In iram accendo, rabiem accendo. *Usus.* Homines non patiuntur, terram immanitate belluarum efferari. Gentes immanitate efferatæ. In hominis figura animo efferato. Barba promissa speciem oris efferarat.

Efferveſco, is, ferbui, ere: aufwallen. *Syn.* Ebullio, effumpo. *Adv.* Vehementius. *Usus.* Nimium efferbuit hujus ferocitas, & in gerendis inimicitiis pertinacia. Unde comitiorum, ut mare profundum efferveſcunt. Efferveſcere in aliquem & erumpere. V. *Præceps, impetus, ira.*

Efficacitas, tis, f. Kraft, Nachdruck. *Syn.* Virtus efficientia, efficiendi facilitas, facultas. *Usus.* Tantum habet in libidine artis & efficacitatis. V. *Facultas.*

Efficax, cis, *g. o. Syn.* Qui multum habet efficacitatis. *Usus.* Nosti, quam tardus, quam parum efficax, quam cunctator sit.

Efficienter, wirkſam. *Usus.* Quod cuique efficienter antecedat.

Efficientia, æ, f Wirkungskraft. *Syn.* Vis efficiendi. *Usus* Causæ in se continentes efficientiam naturalem. Cum solis pulchritudinem & efficientiam miraretur.

Efficio, is, feci, fectum, ere. auswirken. *Syn.* Facio, re ipsa efficiens sum, effector sum, effectum do, aliquid præsto, perſequor, concludo, confio, effero. *Adv.* Æqualiter, artificiosius, cautius, difficilius, facilius, funditus, libidinose, mirabiliter, necessario, perturbate, plurimum, plane, polite, propemodum, quamprimum, subtiliter, latenter, maxime, melius, omnino. *Phras. Utinam in tua causa aliquid efficiam!* wolte Gott, ich könnte in deinem Handel etwas ausrichten! Utinam in causa tua quoquo modo aliquid conficiam; rem e tua sententia conficiam; negotium tuum bene geſtum; in rebus tuis aliquid proficiam; operæ pretium faciam; exitum aliquem reperiam; eniti aliquid & navare liceat; aliquid momenti faciam; irrito incepto ne cogar abscedere; rem ad effectum adducam; in causa tua aliquid promoveam; rem tibi explicatam dem; efficacitatis aliquid habeam; rem tibi effectam reddam, tradam; de negotio utinam aliquid extricem! *Usus.* 1. Nihil hominum auribus, nihil posterorum memoria dignum effecit. Admirationes & clamores efficere. Enitere, labora, effice, ut &c. Mandata efficere. Mirabilia facinora effecit. Usus progrediens familiaritatem effecit. Magnos progressus efficiebat. 2. *Concludo*, daraus ſchlieſſen, beſchlieſſen. Efficere & concludere orationem. Minutis interrogatiunculis, quod pro-

Digitized by Google

propoſuit, effecit. Argumentis & ratione aſſenſum effecit. V. *Auctor.*

Effictio, onis, f. **Abbildung.** *Uſus.* Effictio corporis cujusdam figuram verbis exprimit.

Effigies, ei, f. **Bild.** *Syn.* Species, imago, ſimulacrum. *Epi.* Eminens virtutis, expreſſa, polita ſummis ingeniis, ſolida, germana. *Uſus.* Filius effigies moris, ſermonis, animi mei, humanitatis, & probitatis tuæ. Eminens virtutis effigies. Virtutum effigiem poſteris relinquere, ſummis ingeniis expreſſam & expolitam. V. *Imago.*

Effingo, is, finxi, fictum, ere. **abmalen.** *Syn.* Exprimo. *Uſus.* Formam alicujus & mores effingere. Oris lineamenta in tabula effingere. Effingere animo, quæ memoria tenere velis. V. *Fingo.*

Effiagitatio, onis, f. **Begehren.** *Syn.* Petitio, poſtulatio. *Epi.* Inſuſſa. *Uſus.* Omnium effiagitatio una fuit. V. *Flagito.*

Effiagitatus, us, m. **Begehren.** *Syn.* Effiagitatio.

Effiagito, as, avi, atum, are. **heftig begehren.** *Syn.* Vehementer, magnopere flagito. *Uſus.* Auxilium effiagitare & miſericordiam. Cum epiſtolam a me convitio effiagites. V. *Puto.*

Efflictim, **heftig.** Valde, vehementer. *Uſus.* Efflictim deperire aliquem.

Efflo, as, avi, atum, are. **ausblaſen.** *Syn.* Emitto, flo. *Adv.* Graviter. *Uſus.* Agere animam & efflare. V. *Flo.*

Efflóreſco, is, floruſ, ere. **aufblühen.** *Syn.* Splendeſco, eluceo, eniteo, exilio, mano. *Tribuitur iis, quæ cum copia quadam & venuſtate ex alio, ut flores ex calliculis, ſe extrunt, & evolvunt. Adv.* Penitus. *Uſus.* E multa rerum cognitione oratio efflóreſcit; e familiaritate amor, ex aſperitate vitæ caſtimonia efflóreſcit. Efflóreſcere laudibus ingenii. V. *Floreo.*

Effluo, is, fluxi, fluxum, ere. **ausfließen.** *Syn.* Elabor, excido, abeo. (*Influo. Adv.* Plane. *Phraſ. Rhenus in mare effluit*, **der Rheinſtrohm ergießt ſich ins Meer.** In mare editur; in mare ſe evolvit; mari miſcetur; in mare ſe exonerat; in mare præcipitat; mare Rheno flumine augetur; in mare lapſu ſuo profluit & infertur Rhenus; in mare devolvitur. V. *Flumen. Uſus.* Animo, memoria dudum illa efflúxere, quæ tu arcana putabas. Vita, ætas, tempus, voluptates effluunt; & momento dilabuntur. Cum ſanguine vita effluxit. Nihil mihi deeſt, nec abundat, aut effluit. V. *Fluo, elabor, tempus.*

Effódio, is, fodi, foſſum, ere. **ausgraben.** *Syn.* Eruo, terram altius molior, e cavernis terræ metalla elicio. *Uſus.* Marcelli memoria meum pectus effodit. Aurum effódere. V. *Fodio.*

Effrenate, **unbändig.** *Syn.* Temere. *Uſus.* Effrenate in hoſtem irruit legio.

Effrenatio, onis, **Unbändigkeit.** *Syn.* Impotentia, inſolentia. *Uſus.* Quæ effrenatio impotentis animi. V. *Licentia.*

Effrenatus, a, um. **unbändig.** *Syn.* Projectus, præceps, indomitus, furioſus, impotens.)(*Domitus. Uſus.* O libidinem! o cupiditatem effrenatam! Hominès ſecundis rebus effrenatos, ſibi præſidentes, in gyrum fationis ducere oportet.

Effrenus, a, um. **ungezäumt, ziegellos.** *Uſus.* Effreno equo in medios ingnes infertur.

Effringo, is, fregi, fractum, ere. **erbrechen.** *Syn.* Frango, perfringo, revello, convello. *Uſus.* Fores effringere. Convulſis repagulis, effractis valvis, revulſis clauſtris domum compilant.

Effugio, is, fugi, fugitum, ere. **entfliehen.** *Syn.* Evito, elabor, evolo.)(*Incido, occurro. Phraſ. Periculum effugit*, **er iſt der Gefahr entgangen.** Eripuit ſe inſtanti periculo; ex communi exitio unus evaſit; periculum fuga declinavit; idem, qui tot cives afflixit, caſus hunc unum transiit. V. *Periculum, fugio, vito, evado. Uſus.* A vix omnem offenſionem, crimen, maledictum, ſuſpicionem effugies. Mori, & tanquam ex incendio effugere fortunæ. Nihil te effugiet, reſcies omnia. V. *Vito.*

Effugium, ii, n. **Ausflucht.** *Syn.* Refugium, profugium. *Uſus.* Effugium

Digitized by Google

quærere, consequi, habere. Patet tibi effugium.

Effulgeo, es, fulsi, ere. hervorleuchten. *Usus* Sol inter graves imbre nubes effulgens. V *Fulgeo*

Effundo, is, fudi, fusum, ere. ausgießen. *Syn.* Profundo, emitto.)(*Infundo. Phras. Iram suam in me effudit omnem*, er hat seinen Zorn über mich ausgelassen. Odium omne & furorem in me effudit; evomuit in me virus acerbitatis suæ; stomachum erupit in me. *Usus.* 1. Segetes effundunt herbas frugibus inimicas. Ætas hanc copiam effundit. 2. *Magna hominum multitudini tribuitur.* Tota civitas se effundebat. E carcere reos omnes effundere. Tota ad me effusa Italia. 3. *Prodigo*, *consumo*, verschwenden. Patrimonium, fortunas omnes, ærarium per luxuriam effundit. Multos in aliquem honores effundere. 4. *Animi motus prodo*, seine Gemüthsneigungen an Tag geben. Se in lacrimas, questus, vota effundere. Se in aliqua libidine effundere. Odium & furorem in me effudit. 5. *Effutio*, herausplaudern. Effudi, quæ habui, omnia. 6. *Amitto*, verlieren. Collectam gratiam momento effundere, die Gnade verlieren. V. *Gratia.*

Effuse, häufig. *Syn.* Large, prolixe. *Usus.* Homo effuse petulans. Effuse donare, laudare. Inaniter & effuse exultat.

Effusio, onis, f. Ausgießung, Verschwendung. *Syn* Largitio. *Epi.* Facilis, honesta. *Usus.* 1. Liberalitatem effusio imitatur. Quas pecuniarum effusiones factas putatis? 2. *Concursus populi*, das Zusammenlaufen des Volkes. Quis concursus ex agris, quæ effusiones populi? 3. Animi effusio in lætitia, contractio in dolore, das Auslassen des Gemüths. V. *Liberalis.*

Effutio, is, ivi, itum, ire. ausplaudern. *Syn.* Temere effundo. *Usus.* Quidam temere multa effutiunt. V. *Garrio.*

Egenus, a, um. dürftig. *Syn.* Pauper, egens. *Usus.* Egenus consilii. V. *Pauper.*

Egeo, es, ui, ere. Mangel haben. *Syn.* Indigeo, mihi opus est, quæsito opus est.)(*Abundo. Adv.* Indigne, magnopere, vehementer. *Phras. Non egeo tuis consiliis*, ich brauche deinen Rath nicht. Non indigeo tuis admonitionibus, consiliis; tuis mihi monitis nequaquam opus est. Tuis carere monitis facile possum. Supervacanea, parum utilia, nullius emolumenti, minime necessaria sunt mihi præcepta tua. *Usus.* Incredibile, quam egeam tempore. Consilio, auxilio, consolatione egere. Nihil illo loco egentius, nihil spoliatius. Servi & egentes concurrunt. V. *Inopia, pauper.*

Egero, is, gessi, gestum, ere. austragen. *Usus.* Egerere prædam ex hostium tectis.

Egestas, atis, f. Armuth. *Syn.* Inopia, indigentia, mendicitas, domestica difficultas.)(*Abundantia, copia. Epi.* Indignissima, summa. *Usus* Ista paupertas, vel potius egestas. Egestatem, & luxuriem domestico latrocinio sustentavit. Non capiunt angustiæ pectoris tui, non egestas mentis tantam personam. Egestatem affert luxus. In egestate esse. V. *Paupertas, inopia.*

Ego, ich. *Syn.* Ipse. *Usus.* Ego sum ille Consul.

Egredior, eris, gressus sum, gredi. hinausgehen. *Syn.* Exeo, prodeo. *Adv.* Tardius. *Usus.* 1. Certos mihi fines, terminos, cancellos describam, extra quos egredi non possim. Ex provincia, urbe, navi egredi. 2. *Exerro*, abweichen. Suo officio, a proposito egredi. V. *Exeo.*

Egregie, vortrefflich. *Syn.* Bene, valde, præclare, belle. *Phras. Egregie causam dixit*, er hat für sich ausbündig geredet. Divinitus, luculenter, gloriosissime, magnificentissime, festive, avite composite, excellenter, cumulatissime, summa facundia dixit. V *Valde.*

Egregius, a, um, vortrefflich. *Syn.* Excellens, præstans, præclarus. *Adv.* Medius fidius, omnino. *Phras. Est vir egregius*, er ist ein ausbündiger Mann Est vir egregia, mirifica, incredibili, singulari virtute; acerrimus vir & industrius; summa in eo gravitas, & animi altitudo. Magnus, clarus, amplissimus, insignis ad laudem,

Digitized by Google

dem, ingenui animi, ſummam integritatis laudem conſecutus, omnibus rebus vir ornatus; in quo ſumma probitas, innocentia; genere, honore, copiis, exiſtimatione facile princeps; in quo ſumma probitas, dignitas & ſplendor; flos, robur, lumen reipublicæ, & nobilitatis. Homo pene divinus, ornamentum & arx amicorum, decus urbis; in quo eximia & præſtantia omnia; ab omni laude felix; excellenti animo & virtute; divinis quibusdam bonis inſtructus & ornatus; luculentus homo; quo nihil nobilius, ſapientius; cumprimis honeſtus; ſummo honore, & pudore, ſummo officio; ſpectatiſſimus ordinis ſui, probatiſſimus prudentiſſimus, frugaliſſimus, integerrimus, velut de cœlo delapſus; juſtitia & religione inclitus; vir exempli recti, ingentis ſpiritus; longe ante alios eminens; ſanctus & innocens, virtute conſpicuus, columen, ac ſidus reipublicæ; inclitæ juſtitiæ, religioque viri eſt; vir exempli recti, domi, militiæque; vir ingentis ſpiritus; multa morum elegantia, & ingenio illuſtri; viri quantæcunque fortunæ capax eſt ingenium; vir raræ & acerrimæ indolis; vir, quem viderim in vita optimum; flos nobilitatis; lumen reipublicæ. V. *Præclarus. Uſus.* Egregia indoles. Egregius civis. In procuratione ſua egregius. V. *Perfectus.*

Egreſſus, us, m. Ausgang. *Uſus.* Magna frequentia meum egreſſum celebravit.

Eheu! ach! *doloris nota.*

Eho! o ho! *vox admonentis. Uſus.* Eho! tu me non noſcis?

Ejectio, onis, f. Vertreibung. *Uſus.* Mortem timemus & ejectionem.

Ejero, as, avi, atum, are. ſchwören. *Syn.* Ejuro.

Ejicio, is, jeci, jectum, ere. vertreiben. *Syn.* Expello, exturbo, extrudo, detrudo, dejicio, extermino, effundo, profundo, emoveo. *Adv.* Nominatim, tandem, aliquando, funditus. *Uſus.* 1. E domo illum ejecere. Ex numero hominum ejiciendus, ex finibus humanæ naturæ exterminandus. 2. *Transl.* Ejicere ex animo amorem inſanum, dolorem, memoriam alicujus. 3 Ejicere partum. V. *Pello.*

Ejulatio, onis, f. das Heulen. *Epi.* Lugubris. *Uſus.* Leſſus quaſi lugubris ejulatio.

Ejulatus, us, m. das Heulen. *Syn.* Ejulatio. *Epi* Acerbus, miſer. *Uſus.* Ejulatus ne mulieri quidem eſt conceſſus.

Ejulo, as, avi, atum, are. heulen. *Syn.* Ploro, lamentor, ploratus edo, effundor in planctus indecoros. *Uſus.* Magnitudine doloris ejulans. Gemere, ejulare, lamentari, frangi, debilitari dolore. V. *Gemo, ploro.*

Ejuro, as, avi, atum, are. abſchwören. *Syn.* Ejero, deteſtor. *Uſus.* 1. De me querebantur, me ejurabant. 2, *Abdico*, abſagen, ablegen Magiſtratum ejurare.

Ejusdemmodi, eben dergleichen. *Syn.* Ejusdem generis. *Uſus.* Ejusdemmodi furias Oreſtes eſt expertus.

Ejusmodi, dergleichen. *Syn.* Ejus generis, talis. *Uſus.* 1. Genus belli eſt ejusmodi, ut &c. Reliqua ſunt ejusmodi, quæ &c. 2. *Adeo, tam*, ſo. Ejusmodi cupidus eſt. V. *Similis.*

Elabor, eris, lapſus ſum, labi, entfallen. *Syn.* Excido, evado.)(*Teneo, complector. Phraſ.* 1. *Menſis elapſus eſt*, ein Monat iſt verfloſſen. Menſis abiit, fluxit, menſis actus, exactus eſt, præteriit; menſis unus ſe circumegit. 2. *Elapſus eſt e carcere*, er iſt aus dem Kerker entronnen. Vinculis elapſus eſt; elufit excubitorum vigilantiam; clam ſe cuſtodibus ſubduxit; ex cuſtodum manibus ſe eripuit; effugit, fefellit intentam excubitorum in ſe aciem; e carcere clam ſe proripuit V. *Evado. Uſus.* Criminibus, ſuſpicione, elapſus. Sol elabitur, & abit. Elapſus eſt e prælio. V. *Dilabor.*

Elaboratio, onis, f. Verfertigung. *Syn.* Cura, labor. *Uſus.* Id non ſine elaboratione, & operæ conſumptione.

Elaboro, as, avi, atum, are. ausarbeiten *Syn.* Laboro, curo, operam do, contendo, enitor, elucubro, excudo.)(*negligo. Uſus.* Qui in una tantum re elaborant. Contende, quaſo, & elabora. Nullum tam aſperum ſaxetum, in quo

Digitized by Google

ruricolæ non elaborent. Diligenter elaborata, summa industria, cura & vigiliis ornata; elucubrataque oratio. Omni non modo contentione, sed dimicatione elaborabo. V. *Labore, perficio, uro.*

Elangueſco, is, langui, ere. **kraftlos werden.** *Syn.* Langueo, conficior, contabeſco, infirmor. *Uſus.* Elanguit cura hominum. Differendo res elanguit. Aliena invidia elangueſcendum erit. V. *Langueo.*

Elargior, iris, itus ſum, iri, **mittheilen.** *Syn.* Largior. *Uſus.* Multa tibi fortuna elargita eſt. V. *Largior.*

Elate, **hochmüthig.** *Uſus.* Elate & ample loqui, & dicere.)(*Submiſſe, humiliter, demiſſe.*

Elatio, onis, f. **Hochmuth.** *Syn.* Præſtantia.) *Submiſſio. Epi.* Voluptuaria. *Uſus.* Ex hac elatione, & magnitudine animi facile pertinacia naſcitur. Lætitia quaſi geſtientis animi elatio voluptuaria. V. *Superbia, arrogantia, ambitio.*

Elatus, a, um. **hochmüthig.** *Uſus.* Hoc animo elato, & amplo factum eſt. Vi naturæ, & ingenii elatus. Cupiditate elatus, & gaudio. V. *Superbus, arrogans, altus.*

Electe, **auserleſen.** *Syn.* Diſtincte, discrete. *Uſus.* Electe gerere.)(*permiſte.*

Electio, onis, f. **die Wahl.** *Syn.* Lectio, ſelectio, delectus.)(*Negligentia, contemptus, rejectio. Uſus.* Judicium, & electio verborum.

Elector, oris, m. **Erwähler.** *Uſus.* Boni electores exiſtimari volunt. V. *Eligo.*

Electmoſyna, æ, f. **Allmoſen.** *Phraſ.* 1. *Libenter do electmoſynam*, **ich gebe gern Allmoſen.** Liberaliter panem præbeo mendiculis; invitus iſta hominum mendicabula a me inania dimitto; in egentes benigne ſtipem confero; tenuiorum fortunis ſuccuro; impenſe miſereor egentium, eorumque rationibus paterne ſuccurro, *vel* provideo; egentes miſeratione proſequor; iis pro facultatibus benigne facio; aliena liberalitate victitantibus penum gratuito ſuppedito. Adoleſcentes idoneos, erogata grandi in ſumptum pecunia, ad mercatum honeſtatis, optimarumque artium transmitto; pauperum inopiæ liberaliter conſulo; vitæ ſubſidia prolixe, religioſeque tribuo; eorum egeſtatem liberali ſtipe conſolor, ſuſtento. 2. *Electmoſynam petere*, **Allmoſen ſammeln.** Stipem corrogare, petere; vitæ ſubſidia precario efflagitare: victum, panem oſtiatim quærere; vitæ alimenta oſtiatim rogare, flagitare, colligere.

Elegans, tis, *g. o.* **zierlich.** *Syn.* Luculentus, concinnus, politus.)(*Inelegans, contemptus, abjectus. Phraſ. Eſt orator admodum elegans*, **er iſt ein auserleſener Redner.** Seitus, quo nihil poteſt eſſe pictius; in ſingulis verbis florentiſſimus; venuſtiſſimus & politiſſimus; limatulo ſane & politulo judicio; quo nil venuſtius, limatius, lepidius, concinnius, nitidius. *Uſus.* In omni judicio, in dicendo elegans. In epulis parandis elegans. Epiſtola elegantiſſima.

Eleganter, **zierlich.** *Syn.* Scite, ornate, polite.)(*Inelegater. Phraſ. Eleganter dixit*, **er hat zierlich geredet.** Docte & delicate; blande & concinne; cum multa venuſtate & omni ſale; apte & rotunde; cum dignitate & venuſtate; feſtive, cum multa munditia & luce verborum, facete, jucunde, lepide, munde, ſubtiliter verba fecit. *Uſus.* Cæſar omnium fere oratorum latine loquitur elegantiſſime.

Elegantia, æ, f. **Zierlichkeit.** *Syn.* Munditia, lautitia, venuſtas, lepor, feſtivitas, concinnitas. *Epi.* Accurata & ſine moleſtia, diligens latine loquendi, inanis, ſermonis neceſſaria, politior, ſumma. *Uſus.* Eloquentia ab elegantia doctrinæ ſegregari non poteſt. Politior elegantia; & munditia ſcribendi. Scriptorum tuorum ſubtilitas & elegantia.

Elementum, i, n. **Element, Anfangsgrund.** *Syn.* Initium, principia rerum, e quibus omnia conſtant, omnia oriuntur. *Epi.* Prima naturæ. *Uſus.* Dialectica tradit elementa loquendi. Puerorum elementa. Quatuor principiorum genera, *ſeu* elementa, ex quibus terra infimum tenet locum; hanc inundat aqua; ſuperior aëri; ignibus altiſſima ora redditur.

Ele-

Digitized by Google

Elephantus, i, & Elephas, antis, m. Elephant. *Usus.* Elephanto belluarum nulla est prudentior. Manus est data elephantis.

Elevatio Sacræ Hostiæ, Aufwandlung in der heil. Messe. *Phras.* Actio, qua sacerdos Cœlestem Hostiam supra verticem attollit; qua sublimem tollit Sacrosanctam hostiam; qua Divinam hostiam populo adorandam proponit, ostendit.

Elevo as, avi, atum, are. vermindern. *Syn.* Minuo, levo, sublevo.)(*auges. Usus. Minuo*, verringern. Fidem adversarii, auctoritatem, famam [illegible], gloriam elevare & minuere.

Elicio, is, licui, licitum, ere. herauslocken. *Adv.* Curiosius. *Syn.* Educo, extraho, allicio, adduco. *Usus.* Ignem conflictu lapidum elicere. Elicere aliquem præmio, ut agat aliquid. Lacrimas, arcana, alicujus sententiam elicere, exprimere. Elicere, invitare ad certamen. Elicere & evocare mercede solertiam [illegible] ad disputandum elicere. V. *Adduco, allicio.*

Elido, is, lisi, lisum, ere. ausschlagen. *Syn.* Frango, incido. *Usus.* Poetæ nervos omnes virtutis elidunt. Ipsæ stirpes ægritudinis elidendæ sunt. Alicujus consilia elidere, funditus evertere. V. *Everto.*

[illegible], lectum, ere. erwählen [illegible], deligo, carpo, excerpo, opto, adopto.)(*Negligo, contemno. Adv.* Diligenter, parum diligenter. *Phras.* 1. *Quem tandem consulem eligent?* wen werden sie endlich zum Bürgermeister erwählen. Adoptabunt; consulem esse volent, jubebunt? quem consulem legent, dicent, desument? cui imperium suffragiis mandabunt? quem præcipue consulem designabunt, nominabunt, optabunt? in quem tandem electorum suffragia inclinabunt, conspirabunt? ad quem summa reipublicæ deferetur? cui summa rerum demandabitur? 2. *Optimam partem eligisti, cum te* [illegible], du hast den besten [illegible], da du dich GOtt ge[illegible]. Sapienter vitam in[illegible] cursum cepisti; optimo judicio usus es; sapienter judicasti; exordium vitæ præclarum fecisti; optimum cœpisti cursum; optimam rationem iniisti; egregio vitam principio inivisti, cum tua omnia, teque ipsum Deo consecrasti. 1. *Diem sibi & locum quilibet eligat*, suche sich ein jeder Zeit und Ort aus. Locum sibi quisque capiat, diemque sumat; locum tempusque circumspiciat quisque; tempus locumque petat, statuat, deligat, carpat sibi quisque ex multis optimum. *Usus.* Eligere e malis minimum oportet. Elige de duobus, quem velis.

Elimino, as, avi, atum, are. hinausstoßen. *Syn.* Ejicio, extra limen trado. *Usus.* Extra ædes eliminatur. V. *Ejicio.*

Elimo, as, avi, atum, are. ausfeilen. *Syn.* Perpolio, limo. *Usus.* Velim aliquid elimes ad me. Elimata oratio. V. *Polio.*

Elinguis, e, g. c. sprachlos. *Syn.* Mutus, indisertus. *Usus.* Convicit hominem, elinguem reddidit. V. *Mutus, infans*

Elixus, a, um. gesotten. *Syn.* Quod aqua coctum est. *Usus.* Elixus cibus, quam assus suavior.

Eloco, as, avi, atum, are. verdingen. *Syn.* Loco. *Usus.* Fundum elocare.

Elocutio, onis, f. Ausdrückung der Worte. *Syn.* Explicatio ornata & elaborata. *Epi.* Commoda & perfecta, inanis & pene puerilis. *Usus.* Elocutio est idoneorum verborum & sententiarum ad inventionem accommodatio.

Elogium, ii, n. Lobspruch. *Syn.* Dictum, *seu* sententia laudem alicujus, *vel* aliud quidpiam declarans. *Epi.* Censorium, unicum. *Usus.* Quid ipsa sepulcrorum monumenta, quid elogia admonent, nisi nos morituros? Solonis elogium.

Eloquens, tis, g. c. beredt. *Syn.* Rhetor, copiosus ad dicendum, copiose, sapienterque dicens, in dicendo suavis, ornatus; non infans. *Adv.* Perfecte. *Phras. Vir est admodum eloquens*, er ist sehr wohl beredt. Divinus in dicendo; perfectus in dicendo & perpolitus; dicendi gloria præstans, disertissimus; ad dicendum paratissimus; omnibus vel naturæ, vel doctrinæ præsidiis ad dicendum paratus; ea facundia, ut nemo lingua prom-

Digitized by Google

ptior in civitate haberetur; vir acer, nec infacundus, celebratæ eloquentiæ; claræ vir facundiæ. Multum dicendo valet; multum eloquentia valet; magnam oris commendationem habet, cui reſiſtere nemo poſſit; dicendi veneres habet ſummas, principatum eloquentiæ tenet; juris ac eloquentiæ conſultus eſt; cujus eloquentiam curia nulla capit; florentis homo facundiæ; vir, qui mentis ſuæ cogitata eloquenter, copioſe, eleganter explicet, efferat, enuntiet; qui afficiat audientium animos multa ſuavitate; qui de quacunque re apte, prudenter, explicate, abundanter, illuminate, numeroſeque dicat, diſſerat. V. *Eloquentia. Uſus.* Is eſt eloquens, qui poſſit humilia ſubtiliter, magna graviter, mediocria temperate dicere. V. *Moveo.*

Eloquentia, æ, f. **Wohlredenheit.** *Syn.* Eloquendi vis, dicendi gravitas & copia, ſumma copia & ſingularis facultas dicendi, divinum atque incredibile genus orationis, copioſe loquens ſapientia.)(*Infantia. Epi.* Abundans ſermonibus, verbis, accommodatior ad motus animorum & ad vulgi ſenſum, admirabilis, artificioſa, brevis, comes pacis ſociaque otii & quaſi alumna quædam conſtituta civitatis, excelleus, forenſis, inanis quædam & puerilis, incredibilis, juſta, laudabilis, magna, major, mediocris, orba, perfecta, popularis, præclara, præſtabilis, res una omnium difficillima, ſapientia loquendi, ſumma, uberior atque latior, vera & abſoluta, univerſa. *Phraſ. Qui vult ſibi eloquentiam comparare, Ciceronem legat*, **wer die Wohlredenheit zu erlernen verlangt, der leſe den Cicero.** Qui eloquentia valere, præſtare, excellere cupit; qui orationis divitiis abundare; qui concinne, appoſite, ſingulari eloquentia mentis ſuæ cogitata vult explicare; qui cum Pericle fulgurare, tonare, permiſcere omnia, operam det Ciceroni. Qui non tenui dicendi vena aridus fluere, ſed ingenti lite copia, torrentis more redundare cupit; qui ſuavi & conſperſa quaſi verborum ſententiarumque floribus oratione vult placere; qui acutis, conceptisque ingenioſe ſententiis auditorem excitare; qui agere rapereque obnitentes quantumvis animos in quamvis partem cupit; qui tenere dicendo animos; qui obſtirmatos frangere & expugnare; qui ardentes flagrantesque reſtinguere, frigidos ac remiſſos ſubjectis veluti facibus inflammare; qui impellere inertes ac deſides, præfervidos contra ac confidentes orando coercere; qui verbis allicere; pertrahere, movere, commovere, flectere; qui afficere audientium animos ac delectare; qui ab audientibus benevolentiam & attentionem venari, captare, elicere; qui eos, apud quos dicit, attentos, dociles & benevolos ſibi vult reddere; qui de re quacunque eloquenter, ornate, numeroſeque rebus ac verbis vult dicere, is, velim, exiſtimet ſibi Ciceronis lectionem non tam utilem, quam neceſſariam. V. *Oratio, moveo.*

Eloquenter, **beredt.** *Syn.* **Diſerte**, eleganter.

Eloquium, ii, n. **Ausſprache.** *Syn.* Sermo. *Uſus.* Dulci ac blando eloquio amicum ſolatur.

Eloquor, eris, locutus ſum, loqui. **ausſprechen.** *Syn.* Dico, effero, enuntio, exprimo. *Adv.* Compoſite, copioſe, ornate, polite, præclare, prudenter. *Uſus.* Præclare eloqui cogitata mentis. Multi præclare ſentiunt, nec id, quod ſentiunt, polite eloqui poſſunt. V. *Effero.*

Eluceo, es, luxi, ere. **hervorleuchten.** *Syn.* Appareo, exto, emineo, excello, vigeo. *Adv.* Denſius, rarius. *Uſus.* In ipſo joco aliquid probi ingenii elucet. Amicitia magis elucet inter æquales. Tenuitas tua magis occultatur, magis elucet. Nemo eloquentiæ ſtudet, niſi in foro eluceat. V. *Appareo, emineo.*

Eluctor, aris, atus ſum, ari. **ſich los machen.** *Uſus.* E tot tamque validis manibus, e quibus eluctandum erat, ſeſe eripuit. V. *Evado.*

Elucubror, aris, atus ſum, ari. **bey Lichte machen.** *Syn.* Elaboro, excudo. *Uſus.* Epiſtolam elucubratus ſum. Elucubrata oratio.

Eludo, is, luſi, luſum, ere. **verlachen.** *Syn.* Irrideo, fallo, frau-

dem

Digitized by Google

dem facio. *Adv.* Facetius, impune. *Usus.* Quamdiu nos furor ille tuus eludet? Nos ab illo nebulone facete eludimur. Ille legi fraudem fecit, consulumque elusit. V. *Irrideo, decipio.*

Elugeo, es, luxi, ere. austrauren. *Syn.* Lugeo, defleo. *Usus.* Patriam eluxi gravius, quam ulla mater filium.

Eluo, is, ui, utum, ere. auswaschen. *Syn.* Diluo, deleo, abstergo. *Usus.* Maculam hanc nemo eluet. V. *Lavo.*

Eluvies, ei, f. Schwall, Unflath. *Syn.* Macula, labes, contagio. *Usus.* Labes & eluvies civitatis.

Eluvio, onis, f. Ueberschwemmung. *Syn.* Terræ hiatus, vorago aquarum vi facta, aquarum intemperies. *Usus.* Eluviones pestilentiæ. V. *Inundo.*

Emacio, as, avi, atum, are. ausmergeln. *Syn.* Macie conficio. V. *Macies.*

Emancipo, as, avi, atum, are. frey lassen. *Syn.* Patria potestate libero, quasi manu mitto. *Usus.* Liberos proprie emancipari, servos manumitti dicimus.

Emano, as, avi, atum, are. ausfließen. *Syn.* Exeo, effluo. *Usus.* Metuo, ne ea fama, ne mala nostra emanent. Ex Philosophia eloquentia emanat. Vereor, ne is sermo emanet. V. *Effluo.*

Emax, acis, g. o. kaufsüchtig. *Syn.* Qui libenter emit. *Usus.* Non esse emacem vectigal est.

Emblema, atis, n. Zierrath an Trinkgeschirren. *Syn.* Signa & ornamenta vasorum &c. quæ detrahi possunt. *Usus.* Vasis crustas & emblemata avellenda curavit. Illigare & includere emblemata in aureis poculis. Emblema vermiculatum, *de pavimento*, ein Boden von eingelegter Arbeit.

Emendate, ohne Fehler. *Syn.* Castigate. *Usus.* Pure & emendate loqui.

Emendatio, onis, f. Besserung. *Epi.* Felicior. *Usus.* Correctio Philosophiæ veteris, & emendatio. V. *Correctio.*

Emendator, oris, m. Verbesserer. *Syn.* Corrector. *Usus.* Sisenna quasi emendator sermonis usitati esse volebat.

Emendatrix, icis, f. Verbesserinn. *Usus.* Lex est emendatrix vitiorum.

Emendo, as, avi, atum, are. verbessern. *Syn.* Corrigo. *Adv.* Leviter. *Phras.* 1. *Emendavit se*, er hat sich gebessert. In viam rediit; ad frugem applicuit animum; in rectam redivit semitam; ad frugem bonam se recepit; de pravitate deductus est; a scelere, cupiditate revocavit semet ipse; emersit e cœno vitiorum; salutem dixit supremam cupiditatibus suis; ad mores vitamque continentem se dedit; a pristinæ vitæ licentia sese ipse coercuit, sibique frena injecit; animum ad meliora consilia applicuit, appulit; a malitia abstitit; animum a vitæ pravitate ad meliora convertit; vitia posuit; iniit meliorem vitæ rationem; emersit e vitiis; e corrupta adolescentia in bonam frugem emersit; ad sanitatem mentis rediit; vitiosas animi partes sanavit; vitiosam consuetudinem & corruptam pura & incorrupta emendavit. V. *Corrigo, conversio.* 2. *Orationem emendavit*, er hat seine Rede ausgebessert. Elimavit, mendis expurgavit; correctionem adhibuit; ad limam revocavit; ad castigationem errata vocavit; detersis maculis forma meliore donavit. V. *Corrigo, melius. Usus.* Vitium cutis, dolorem capitis pharmaco emendare. Principum continentia emendantur mores civitatis.

Ementior, iris, itus sum, iri lügen. *Syn.* Mentior. *Usus.* Æschines legationem ementitus est. Genus suum ementitur. V. *Mentior.*

Emereor, eris, meritus sum eri. verdienen *Syn.* Mereo, stipendia facio. *Usus.* Annuæ mihi operæ emerentur. Emeritis stipendiis ambitionis quiescit.

Emergo, is, mersi, mersum, ere. emporkommen. *Syn.* Exeo, evado, existo. *Adv.* Aliquando, alte, commode. *Usus.* E servitute, mendicitate, valetudine sinistra, ære alieno emergere, respirare. Stellæ statis temporibus emergunt. Veritas e calicibus emergit. E corrupta adolescentia in bonam frugem emergere. Homo emersus e cœno vitiorum. V. *Evado, libero.*

Digitized by Google

Emetior, iris, mensus sum, ich ausmessen *Syn.* Metior. *Usus.* Ego voluntatem tibi emetiar, ich werde dir ein Genügen thun.

Emico, as, cui, are. hervorscheinen. *Syn.* Effulgeo, resplendeo. *Usus.* Ex oculis quasi radii emicant. Pectus emicat, *subsultat*, aufspringen.

Emigro, as, avi, atum, are. wegreisen. *Syn.* Discedo, migro, excedo. *Usus.* E vita velut e domo emigrare. V. *Migro.*

Eminens, tis, *g. o.* hervorstehend. *Syn.* Editus. *Usus.* 1. Oculi eminentes. Genæ leniter eminentes. Eminens, porrecta in altum columna. 2. *Præstans, præclarus*, vortrefflich. Vir eminenti litteratura. V. *Altus.*

Eminentia, æ, f. Erhöhung. *Usus.* Multa vident pictores in umbris & eminentiis, quæ nos non videmus.

Emineo, es, ui, ere. hervorragen. *Syn.* Exto. excedo; præcello, duco familiam, classem. *Adv.* Foras, leviter. *Usus.* 1. Fistula aquam, *vel* ex aqua eminens. 2. *Apparco, eluceo, emiteo*, hervorscheinen. E fronte ipsa pudor eminet. Ex ore crudelitas, e voce atrocitas eminet. 3. *Præcello*, übertreffen. Demosthenes unus eminet inter omnes in omni genere dicendi. V. *Excello, præstantia.*

Eminus, von ferne. *Syn.* E longinquo.)(*Cominus. Usus.* Eminus hasta, cominus gladio uti.

Emissarius, ii, m. Ausspäher. *Syn.* Excursor, vexator, calumniator. *Usus.* Hunc præcursorem habere solebat, & emissarium, & excursorem omnium fleterrimum.

Emissio, onis, f. das Auslassen. *Syn.* Jactus, ictus, conjecti *Epi.* Mortifera, gravior. *Usus.* Tormentorum emissiones sunt graviores, quo pluribus ea pulveribus onerantur.

Emissitius, a, um. spähbast. *Syn.* Quod emittitur. *Usus.* Circumspectatrix emissitiis oculis.

Emitto, is, misi, missum, ere. auslassen. *Syn.* Dimitto, mitto. *Adv.* Remente, temere. *Usus.* 1. Emittere, conjicere telum. Nullum verbum emisit. Emittere oculos in omnem partem. Aculeum, maledictum in aliquem emittere & conterquere. Emissus e carcere, e vinculis. 2. *Edo*, herausgeben. Emittere librum. V. *Edo, dimitto.*

Emo, is, emi, emptum, ere. kaufen. *Syn.* Coëmo, mercor, paro, comparo, emptionem facio, nundinor.)(*Vendo. Adv.* Æqualiter, apertissime, bene, carius, impune, libentius, male, melius, porro, publice. *Phras. Magno hortum pretio jam mercatus*, ich habe den Garten theuer gekauft. Difficulter hortum comparavi; non nisi magno ære additus est, veniit mihi hortus; magno stetit, constitit mihi hortus; impense paratus est pretio; haud benigne, haud liberaliter emptus est hortus. *Usus.* Emere parvo, *vel* magno. Emere præsenti ære. Emi de illo domum dimidio carius, quam æstimaretur. Ea emptione emisti bene. V. *Comparo, mercor.*

Emollio, is, ivi, itum, ire. weich machen. *Syn.* Effemino. *Usus.* Hostis Campaniæ amœnitate emollitus. V. *Mollio.*

Emolumentum, i, n. Nutz. *Syn.* Accessio, utilitas, commodum.)(*Detrimentum. Epi.* Magnum, parvum. *Usus.* Erit hoc vobis honori, amicis utilitati, reipublicæ emolumento. Sine præmio & emolumento quidquam facere. Afferet ea res magna emolumenta; magno emolumento erit. V. *Utilitas, Commodum.*

Emorior, eris, mortuus sum, mori, sterben. *Syn.* Morior. *Adv.* Libenter, miserabiliter, pie. *Phras. Emoritur*, er stirbt wirklich dahin. Ejus vita in desperatis numeranda est; In articulo discessus ex hac vita est; ad mortis limen perductus est, animam in momenta aget; frigescunt pedes, frons expallescit, livent labia, oculi hebetantur, os vultusque immutatur, venæ micare desinunt, mors per artus serpit lethali frigore adstrictos, sudor lethalis prorumpit, verbo, disturbatur domicilium, anima exturbatur. V. *Morior. Usus.* Pro amico emori possum. V. *Agonia.*

Emporium, ii, n. Handelstadt. *Syn.* Mercatus. *Usus.* Emporium Puteolanum, Massiliense.

Emptio, onis, f. Kauf. *Syn.* Coemptio. *Epi.* Acerbior, falsa & simu-

Digitized by Google

lata, præclara. *Uſus.* Poſt hanc emptionem factam pecuniam diſſolvit.

Emptor, oris, m. **Käufer.** *Epi.* Malus, multi. *Uſus.* Venalem urbem dicebat, ſi emptorem haberet. Bonorum emptores. V. *Mercator.*

Emungo, is, munxi, munctum, ere. **ſchneuzen.** *Syn.* Abstergo. *Uſus.* 1. Tuus pater cubito emungere ſe ſolebat. 2. *Furari, pecuniam fraude extorquere, vel blanditiis*, einen um das Geld **bringen.** Argento aliquem naviter emungere. V. *Furor, eripio.*

Emunio, is, ivi, itum, ire. **befeſtigen.** *Syn.* Munio. *Uſus.* Emunitus in modum arcis. V. *Munio.*

En, ſieh da. *Adv. demonſtr. Uſus.* En crimen, en cauſa!

Enarro, as, avi, atum, are. **erzählen.** *Syn.* Explano, narro, propere expromo. *Uſus.* Somnium ſuum enarravit. V. *Narro.*

Enaſcor, eris, natus ſum, naſci, **heraus wachſen.** *Syn.* Naſcor. *Uſus.* E multis curis una enata eſt. V. *Naſcor.*

Enato, as, avi, atum, are. **ausſchwimmen.** *Syn.* Eno, evado, emergo. *Uſus.* Ex ære alieno tandem enatavi. V. *Nato.*

Enavigo, as, avi, atum, are. **entrinnen.** *Syn.* Evado. *Uſus.* E logicis, velut ſcopulosis cotibus tandem enavigavit oratio.

Eneco, as, cui, nectum, are. **tödten.** *Syn.* Interficio. *Uſus.* Enecta fame ſitique provincia; frigore, ſqualore, illuvie enecti. V. *Interficio.*

Enervo, as, avi, atum, are. **ſchwächen.** *Syn.* Debilito, frango, effemino. *Uſus.* Non te enervat, non debilitat ſenectus. Homo fractus, enervatus, muliebris, infirmus, afflictus. V. *Debilito.*

Enim, denn. *Syn.* Nam, namque, etenim. *Uſus.* Vos enim &c. *Ponitur ſubinde in principio orationis.* Enim volo te adeſſe. Enim mihi morem geri æquum eſt.

Enimvero, aber, **allein.** *Syn.* At enim, profecto & vero. *Uſus.* Enimvero ferendum non eſt. Ille enimvero negat.

Eniteo, es, ui, ere. **hervor glänzen.** *Syn.* Clareo, emineo, eluceo, emico.)(*obſcurus ſum, jaceo.* *Uſus.* In bello ejus virtus enituit. Nemo in omnibus eloquentiæ partibus enitere poteſt.

Enitesco, is, ui, ere. **hervorſcheinen.** *Uſus.* Vetuſtate ſemper magis enitescit.

Enitor, eris, niſus, *vel* nixus ſum, niti. **ſich bemühen.** *Syn.* Elaboro, connitor, contendo. *Adv.* Vigilantius. *Uſus.* 1. Tu enitere labora viribus omnibus. Conſilio in ea re pugna & enitere. Omni opera & ope enitere, ut quam plurimis proſis. 2. Eniti ad conſulatum, honores, magnas opes, gelangen. 3. Eniti partum, fetum; filiam, **gebähren.** V. *Conor.*

Enixe, **heftig**, **eifrig.** *Syn.* Cupide, conatu maximo. *Phraſ. Enixe rogavit me*, **er hat mich inſtändig gebethen.** Multis & ſupplicibus verbis; precibus omnibus; infimis precibus; majorem in modum; etiam atque etiam; obnixe, magnopere, maximopere, impenſe, ſummopere; ſumma cura; quam ſtudioſe, quam ſuppliciter potuit; ſingulari ſtudio; ex animo valde hoc oravit, a me petiit; precibus mecum egit, quam potuit, diligentiſſimis. *Uſus.* Meam cauſam omnes enixe ſusceperunt. V. *Valde, vehementer.*

Eno, as, avi, atum, are. **herausſchwimmen.** *Syn.* Enato.

Enodate, **deutlich**, **klar.**

Enodo, as, avi, atum, are. **auflöſen**, **erklären** *Syn.* Explico. *Uſus.* Verba, voluntatem legis enodare.

Enſis, is, m. **Schwert.** *Syn.* Gladius.

Enthymema, atis, n. **Schlußrede.** *Syn.* Contentio, concluſio ex repugnantibus ſententiis.

Enubo, is, nupſi, nuptum, ere **aus dem Stande heirathen.** *Syn.* Nubo. *Uſus.* Quod e patriciis enupſiſſet nobilis, reprehenditur.

Enucleate, **klar.** *Uſus.* Preſſe & enucleate de re aliqua dicere.

Enucleo, as, avi, atum, are. **erklären.** *Syn.* Explico, enarro, aperio. *Uſus.* Genus dicendi enucleatum. V. *Explico.*

Enumeratio, onis, f. **Erzählung.** *Epi.* Falſa, iniqua, neceſſaria, oratoria, reliqua, tota, vitioſa, utilis. *Uſus.* Enumeratio res fuſas & diſperſe dictas in unum cogit.

Enumero, as, avi, atum, are. **erzählen.** *Syn.* Numero, recenſeo, percenſeo, oratione percurro, per-

Digitized by Google

sequor. *Adv.* Copiose, memoriter. *Usus.* Quis tua beneficia enumerare & consequi possit?

Enuntiatio, onis, f. **Ausspruch.** *Syn.* Effatum, pronuntiatum, axioma, enuntiatum pronuntiatio. *Epi.* Vera ac falsa. *Usus* Explicanda est vis ratioque enuntiationum.

Enuntiatum, i, n. **Satz, Spruch.** *Syn.* Effatum.

Enuntio, as, avi, atum, are. **ausſagen.** *Syn.* Pronuntio, propono, effero, dico. *Adv.* Repente. *Usus.* 1. Si quærit, quid sentiam, plane enuntiabo. Enuntiare mysteria religionum. 2. *Patefacio, significo, aperio*, **offenbaren, andeuten.** Sociorum consilia aliis enuntiavit. V. *Affero.*

Eo, is, ivi, itum, ire. **gehen.** *Syn.* Vado, iter facio, iter habeo, iter mihi est, aliquo proficiscor, pergo, concedo, iter persequor, iter confero. *Phras.* 1. *Paucis horis multa passuum millia ivit*, **er iſt in wenig Stunden viel tauſend Schritte gegangen.** Multa passuum millia decurrit, pervolavit; progressus est mirabili alacritate ad multa passuum millia; emensus itinere est multa passuum millia; multarum millium iter confecit. 2. *Quo is?* **wo gehſt du hin?** Quo tendis? quo te agis? quo te rapis? quo te capessis? quo te nunc corripis? quo te pedes? quo tendis? quo citato cursu concedis, pergis, ambulas? quo te nunc ducis? quo contendis? quem locum petis? quo tam celeri passu te confers? quo gressum dirigis? 3. *Ivit per postam, vulg.* **er iſt auf der Poſt gegangen.** Per dispositos equos incredibili celeritate in urbem evolavit; cisiis in urbem advolavit; meritoriis equis citato cursu ad urbem contendit. Citatis equis; equis publicis contento cursu ad urbem festinavit. 4. *Pedetentim ire*, **Schritt vor Schritt gehen.** Presso gradu incedere; sedato gradu; tardius, segnius incedere, progredi. 5. *Tacite ire*, **leiſe daher gehen.** Suspenso gradu; suspenso vestigio; tacite adrepere; placide, libratis ita vestigiis incedere, aures ut fallat. Laneo pede oberrare. Gradu clementi & silentio incedere. Furtivo pede adrepere. V. *Abeo, accedo. Usus.* 1. In exilium ire, **ins Elend gehen.** Inficias ire, **läugnen.** In possessionem ire, **Beſitz nehmen.** Ire in hominem, **einen anfallen**, *invado.* 2. *Progredior*, **fort gehen, von ſtatten gehen.** Incipiunt res melius ire. Prorsus res ibat. *Eo celeriter.* V. *Celer, Festino.*

Eo, **darum**, **ſo weit.** *Syn.* Idcirco; usque eo. *Phras. Eo res venit, ut prope desperandum sit*, **die Sache iſt ſo weit gekommen, daß ſchier zu verzweifeln iſt.** Eo rem produxere; ad id loci ventum est; in eum locum res adducta, reducta, deducta est; eo progressi sumus. Res eo loci est. Id illorum hominum malitia effectum est; huc recidere illa; in eum casum venimus; ea tela texitur; eo devoluta res est; eo decursum est, in eo sumus; huc processum est, in id loci redacti sumus; eo res rediit; huo res nostræ evasere, ut pro desperatis habendæ sint. *Usus.* 1. Eo feci, non quod te egere putarim, sed quod &c. Eo hæc dicta sunt, in eam partem disputata, ut &c. 2. *Tanto, desto, cum Comparativis Nominum & Adverbiorum.* Ille confidebat, & eo magis, quod &c. 3. *Ad illum terminum*, **bis dahin.** Si non ad extremum, sed usque eo, quo opus erit.

Ephebus, i, m. **Jüngling.** *Syn.* Adolescens: Puer nobilis ex regia cohorte. *Usus.* Postquam ex ephebis excessit, **nachdem er über 14. Jahr alt geworden.** E gregibus ephebornm vix singuli pulchri.

Ephemeris, idis, f. **Tagebuch.** *Syn.* Liber, commentarius, in quem quotidiana acta referuntur. *Usus.* In ephemeridem referre.

Ephippia, orum, n. **Sattel.** *Syn.* Stragula, quibus insternuntur equorum ornamenta, præsertim sella. *Usus.* Puto, concedi nobis oportere, ut Græco verbo utamur; siquando minus occurreret Latinum, ne hoc solis ephippiis concedatur.

Epicus, i, m. **ein Poet, der Heldenthaten beſchreibet** *Syn.* Heroicus. *Usus.* Ennius, poëta epicus.

Epigramma, atis, n. **Ueberſchrift, Sinngedicht.** *Usus.* Epigramma in aliquem facere.

Epilogus, i, m. **Schlußrede.** *Syn.* Peroratio, conclusio, orationis exitus, pars operis extrema. *Epi.* Lenior, mise-

Digitized by Google

miserabilior, sane disertus. *Ussus.* Extat ejus peroratio, quæ epilogus dicitur. Conclusio est exitus & determinatio totius orationis, quæ a Græcis epilogus nominatur.

Epiphora, æ, f. **Augenfluß.** *Syn.* Humoris destillatio. *Epi.* Tanta. *Ussus.* Tanta epiphora oppressus, ut loqui non posset.

Episcopus, i, m. **Aufseher.** *Syn.* Custos, speculator. *Ussus.* Pompejus me Campanæ oræ Episcopum voluit.

Episcopus, i, m. **Bischof.** *Syn.* Antistes Sacrorum, Præsul. *Phras.* 1. *Episcopus creatus est*, er ist Bischof geworden. Ad Episcopi gradum, ordinem, honorem evectus est; in Antistitum sacrarum ordinem adscriptus, adlectus, cooptatus est. 1. *Episcopatum Albanensem accepit*, er hat das Albanesische Bisthum überkommen. Ad insulas Albanenses evocatus est; Albanensis Ecclesiæ cura illi demandata est. Rerum sacrarum princeps apud Albanenses; Albanensium Antistes renuntiatus est. Jus summum sacrorum apud Albanenses obtinuit; summo apud Albanenses sacerdotio auctus, ornatus est; Albanensium Ecclesiæ præfectus, præpositus est; Præsul datus est. Mitra pedoque in Albanensium Antistitem est inauguratus. 3. *Episcopus suffraganeus, vulg* ein Weihbischof, Episcopi vicarius; qui vicariam Ecclesiæ procurationem, administrationem habet; Episcopi partes agit; munus sustinet, persegit, exequitur, præstat. 4. *Episcopatum erigere*, ein Bisthum aufrichten, Urbem Episcopi sede ornare; Episcopi sedem in urbe collocare.

Epistola, æ, f. **Brief.** *Syn.* Litteræ. *Epi* Antiquissima, valde bella; brevis, brevior, brevissima, diserissima, dulcissima, elegantissima, extrema, grandis, gratissima, plena rerum, hodierna patri suo, paullo gra- innocens, tempesti- jucundior, levior, longissima; ma- modestior, ob- tima, perhumana, plena con-

silii summæque benevolentiæ, plena festinationis & pulveris, plena jucunditatis, plena stomachi & querelarum, plenior, πολιτικὴ, ponderosa, plena omnium non modo actorum, sed etiam opinionum, præclara, propior, proxima, pusilla, recens, recentior, recentissima, suavis & gravis, superior, tantula, verbosior, vetus. Epistolæ crebræ longæque, dignæ, primum iniquæ, deinde contrariæ, postremo in aliquem contumeliosæ, jucundæ, molestæ, multæ, odiosæ, plenæ omnium probrorum, quotidianæ, selectæ, cum sparsæ sale humanitatis, tum amoris notis insignes, suaviſſimæ, subtiles. *Ussus.* 1. Epistolam scribere plenam festivitatis & leporis; exarare, elucubrare. Dictare, texere epistolam plenam stomachi & querelarum; epistolam bene longam, sparsam sale humanitatis & amoris notis insignem mittere, einen Brief schreiben. 2. Epistolam elicere, herauslocken. 3. Lacessere epistola, obtundere, mit Briefen überhäufen. 4. Afferre; reddere epistolam, requirere, expectare, einen Brief erwarten. 5. Epistolam accipere, einen Brief bekommen. 6. Epistolam complicare, obsignare, den Brief zumachen. 7. Epistolam resignare, solvere, aperire, vinculum epistolæ solvere, den Brief eröffnen. 8. Epistolæ rescribere, respondere, auf den Brief antworten. 9. Epistolam dilacerare, conscindere, den Brief zerreissen. 10. Epistolam comprimere, supprimere, premere, den Brief unterschlagen. V. *Litteræ, scribo.*

Epitaphium, ii, n. **Grabschrift.** *Syn.* Sepulcri inscriptio.

Epitome, es, f. **Auszug.** *Syn.* Compendium capita libri & summam complectens. *Ussus.* Epitomen Bruti mihi mittas.

Epoto, as, avi, potum, are. **austrinken.** *Ussus.* Veneno epoto concidit.

Epulæ, arum, f. **Gastmahl.** *Syn.* Cibi præstantes, exquisiti. *Epi.* Conquisitissimæ, funestæ, horribiles, moderatæ, profusæ, pulcherrimæ, quotidianæ, solemnes. *Ussus.* Epulis equisitis mensas exstruere. Apud vos nec libidinum, nec ejus-

Digitized by Google

tarum

larum modus est. Mens cogitationum epulis saturata. V. *Convivium.*

Epularis, e. zum Gastmahle gehörig. *Usus.* Epularis accubatio amicorum.

Epulatio, onis, f. Gastung. *Usus.* Quæ ad mensam & epulationem attinent. V. *Convivium.*

Epulo, onis, m. Schmauser. *Usus.* Epulones Jovis maximi. *Præfecti epularum, qui epulas Diis instituendi potestatem habebant.*

Epulor, aris, atus sum, ari schmausen. *Syn.* Convivor; epulas do. *Adv.* Modicè, opipare. *Usus.* Opipare, hilarem in modum cum sodalibus epulabamur. V. *Convivium.*

Epulum, i, n. Gastmahl. *Syn.* Convivium publicum. *Epi.* Funebre, magnificum. *Usus.* Epulum dare populo. Sepulcrum alicujus cantibus, & epulis celebrare.

Equa, æ, f. Stutte. *Usus.* Greges nobilissimarum equarum abacti.

Eques, itis, m. Reiter, Ritter. *Syn.* Qui equo meret, vir equestris ordinis. *Usus.* Equitum turma; equitum manus. Equites ordini senatorio proximi. Equites desultorii, dimachi, Dragoner, loricati, Küraßier.

Equestris, e. *item:* Equester, ris, e. reiterisch, rittermäßig. *Syn.* Quod equitum est. *Epi.* Dignus contumelia, honestus, cumprimis honestus, eruditissimus & Græcis litteris, antiquitatisque nostræ, scriptorum veterumque litterate peritus. Amicissimus, locuples, ornatissimus, spectatus, splendidus, gratiosus, splendidissimus. Auxiliarii, boni & locupletes, conjunctissimi concordia, cupidi alicujus rei, graves, non obscuri, neque ignoti, illustres, non optimi, veteres, nudi, plurimi, lautissimi & honestissimi, proximi dignitate ordinis senatorii. *Usus.* Equestres pedestresque copiæ. Equestris splendor. Statua equestris. Cicero equestri loco natus. Equestris pugna. Equestris procella, ein gäher Einfall der Reiter.

Equidem, zwar. *Syn.* Ego quidem, ego vero, & quidem, quidem. *Usus.* Equidem doleo, quod male habeas. Vestræ equidem coenæ jucundæ sunt.

Equinus, a, um, von einem Pferde. *Usus:* Seta equina.

Equitatus, us, m. Reiterey. *Syn.* Equitum turmæ; equitum munus, agmen equestre; alarii, equestres copiæ. *Usus.* Ita paratus ab equitatu & peditatu, ut &c.

Equito, as, avi, atum, are. reiten. *Syn.* Equo vehor, *vel* vector, equo iter facio, in equo sedeo, vehor. *Usus.* Equitabat cum suis delectis equitibus. V. *Equus.*

Equuleus, ei, m. Fällen. *Syn.* Equulus. *Usus.* Equuleorum vis effrenata famæ debilitatur.

Equuleus, ei, m. Folterbank. *Usus.* Ex equuleo suspendi, equuleo torqueri, gefoltert werden. Ponite vobis ante oculos vincula, verbera, equuleum, carnificem, tortorem.

Equulus, i, m. Rößlein. *Syn.* Junior equus, equuleus. *Epi.* Nobilis, argenteus.

Equus, i, m. Pferd. *Epi.* Æneus, alacer, ferocitate exsultans, fortis, victor, inanis, intractatus & novus, melior, nobilis, pretiosus, publicus. *Phras.* 1. *In equum ascendere*, auf das Pferd steigen. In equum insilire; conscendere, inscendere equum. 2. *Equo imponi*, auf das Pferd gehoben werden. In equum sublatus, illatus, impositus, subjectus est. 3. *Equo insidere*, zu Pferd sitzen. Equo vehi, vectari, in equo sedere, vehi, equo sublimem ire. 4. *Equo proficisci*, zu Pferd reisen. Equo expeditum provolare, flumen transmittere; equo se conferre aliquo; advehi equo; citato equo ferri. 5. *Equum concitare*, dem Pferde die Sporen geben. Admittere equum in hostem, equo calcaria subdere, adhibere, admovere. Citare equum; equum calcaribus incendere; incitare; equum in hostem agere; jumentum calefacere; cursum equi incitare; equum calcaribus concitare. 6. *Equo celerrime provehi*, Sporenstreichs fortreiten. Citato equo; equo calcaribus incenso; subditis calcaribus, effuso cursu ire, ruere, proruere, provolare; laxatis habenis invehi; effusis habenis evehi; detractis frenis equum concitatum calcaribus permittere; effrenatum equum, equum effre-

nem

Digitized by Google

num in hostem immittere. 7. *Ex equo descendere*, vom Pferde absteigen. Desilire in pedes; desilire, descendere ex equo. 8. *Equites jussit ex equis descendere*, er hat die Reiter absteigen, absitzen heißen. Equitem ad pedes deduxit. 9. *Ex equo decidit*, er ist vom Pferde gefallen. Jam dudum ægre hærens in equo ad terram destuxit; ex equo cecidit, decidit, de equo lapsus est. 10. *Ex equo præcipitatus est*, er ist von dem Pferde herabgestürzt. Effusus in præceps est; equo dejectus est. V. *Cado*, *decido*. 11. Circumagere frenis equum, das Pferd mit dem Zaume umwenden. 12. Frenos inhibere, das Pferd einhalten. 13. Circumire, circumvehi equo, herumreiten. 14. Prævectus equo, vorangeritten. 15. Prætervehi equo, vorbeyreiten. 16. *Equo advehi*, adequitare equo, advolare, hinzureiten. 17. Equos jungere currum tracturos, Pferde einspannen. 18. Equos abjungere, ausspannen.

Eradico, as, avi, atum are. ausreuten. *Syn.* Evello. V. *Destruo*.

Erado, is, rasi, rasum, ere. auslöschen. *Syn.* Ex animo cupidinem eradere.

Erectus, a, um. aufgerichtet. *Syn.* Stans, celsus. *Usus.* Is vagatur lætus, & erectus toto foro. Alacri animo, & erecto. Erectior hac oratione senatus. V. *Alacris*.

Ereptio, onis, f. Beraubung.

Ereptor, oris, m. Räuber. *Syn.* Direptor. *Usus.* Iste bonorum possessor, ereptor, expulsor. Civitatis, libertatis ereptor.

Erga, gegen. *Syn.* Adversum, adversus. *Usus.* Tua voluntas erga me, meaque erga te par & mutua. Habere benevolentiam erga aliquem. Summa Pompeji merita erga me meamque salutem. Tuum erga meam dignitatem studium.

Ergastulum, i, n. Arbeitshaus. *Syn.* Mancipiorum carcer. *Usus.* Compingere aliquem in ergastulum. Ergastula solvere, *captivos liberare*.

Ergo, derohalben. *Syn.* Igitur, causa. *Usus.* Ergo nemo non miser est. Virtutis ergo præmio donare, Tugend halber belohnen. Funeris ergo ne plangant mulieres.

Erigo, is, rexi, rectum, ere, aufrichten. *Syn.* Tollo, extollo, excito.)(*inclino*, *abjicio*. *Adv.* Alte, paullulum se. *Usus.* 1. Natura cum cæteras animantes abjecit ad pastum, solum hominum erexit, & ad cœli conspectum excitavit. 2. *Excito*, *confirmo*, *consolor*, *invito*, aufmuntern, Herz oder Hoffnung machen. Erigere animum demissum & depressum, & respirare e metu. Erigere & recreare afflictum. Ad audiendum aures erigere, & animum attendere. Quem fortuna erexit ad gloriam, virtus extulit ad laudem. Erigere, rectum constituere, levare, attollere. Erigere se & in pedes excipere. Erigere se, & corpus in cubitum levare. V. *Confirmo*, *Consolor*.

Eripio, is, ui, reptum, ere. entreißen. *Syn.* Aufero, adimo, extorqueo.)(*do*, *confero*. *Adv.* Ad extremum e manibus, crudeliter, impune, plane, plane alacritatem animi, privatim, publice, indignissime civitati, nominatim, penitus, subito, undique. *Phras.* *Vide, ne tantum tibi bonum eripiatur*, sieh zu, daß dir ein so großes Gut nicht aus den Händen gerissen werde. E manibus extorqueatur; e manibus elabatur; tibi excutiatur; ne tanto bono frauderis; ne alius id bonum occupet, præcipiat. V. *Amitto*, *jactura*, *perdo*. *Usus.* 1. Eripere sibi tempus aliquod ex summis occupationibus. Facultatem simul ac voluntatem gerendæ rei mihi eripuit. Lucem alicui, vitam, conspectum rei optatissimæ eripere. 2. *Libero*. Aliquem e miseriis: alicui timorem eripere. E morte tuus te pudor eripuit. V. *Libero*, *privo*, *furor*.

Erodo, is, rosi, rosum, ere. zernagen. *Syn.* Arrodo, derodo.

Erogatio, onis, f. Austheilung. *Syn.* Distributio. *Usus.* Erogatio pecuniæ.

Erogo, as, avi, atum, are. ausgeben. *Syn.* Distribuo. *Adv.* Privatim, publice. *Usus.* Erogasti pecunias ex ærario. Pecunia in classem erogata. V. *Largior*.

Errabundus, a, um. umschweifend. *Usus.* Errabundi domos pervagabuntur.

Erraticus, a, um. irrend. *Usus.* Vi-

Digitized by Google

tis erratico & multiplici lapsu serpens.

Erratio, onis, f. das Irren. *Syn.* Error. *Usus.* In cœlo nec fortuna, nec erratio, nec vanitas inest.

Erratum, i, n. Fehler. *Syn.* Mendum, error. *Epi.* Commune, fabrile, intolerabile, minimum. *Usus.* Agnoscere erratum; errato veniam petere. Defendas velim tolerabile erratum. Non hoc meum erratum est, sed tuum. V. *Error.*

Erro, as, avi, atum, are. fehlen, irren. *Syn.* Labor, pecco, offendo, prolabor, per errorem labor, errore ducor, in errore versor, error mihi objectus est, consilio labor, errore captus sum, in errorem rapior, in culpa sum; vagor, evagor. *Adv.* Diutius, latius, licenter, longe, multum, pariter, propemodum, valde, vehementer. *Phras.* 1. *Errare cujusvis hominis est*, ein Mensch kann leicht fehlen. Imprudentia labi; titubare aliquando & hallucinari; vulgi opinione in errorem rapi, omnium est. Nemo est, qui non offendat sæpius, & aliquo incurrat; qui nihil peccati admittat; qui semper constat; qui ab officii religione interdum non declinet; qui nihil peccet; cujus nullum sit delictum, lapsio, titubatio; cui nullus usquam error objiciatur, offundatur; qui de via, de recto non aberret: quem nullus error implicet. V. *Labor, pecco.* 2. *Multum erras*, du fehlst weit. Tota erras via; toto cœlo aberras: janua aberras; a via degrederis, deflectis, declinas, divertis. 3. *In portu impingis*, du fehlst gleich anfangs. In limine offendis. *Usus.* Cujusvis hominis est errare, nullius nisi insipientis, in errore perseverare. Errare malo cum Platone, quam cum his sapere. V. *Error, aberro.*

Error, oris, m. Fehler. *Syn.* Peccatum, erratum, erratio, lapsio, prolapsio, falsa opinio; culpa, flagitium. *Epi.* Communis, diuturnus, humanus, longus, magnus, maximus, mediocris, obscurus, pernicioſus, similis, summus, tantus, turpis, magni, maximi, multi, privati, turbulenti, varii. *Phras.* 1. *In errorem conjicere aliquem*, einen in einen Irrthum bringen. In errorem inducere; errorem alicui objicere; errorem gignere, creare; errorem alicui offundere; erroris complere aliquem; erroris implere. 2. *In errore esse*, fehlen, betrogen werden. Errore capi; falsa opinione duci, imbui, affici; errorem cum lacte sugere; in errore versari; error me tenet & veri ignoratio; error & caligo in animo effusa est; errores me implicant; erroribus cæcari; in errorem labi, mente labi. 3. *Errorem deprehendere*, den Fehler erkennen. Erratum agnoscere; caliginem discutere; e tenebris in lucem emergere. 4. *Errorem alicui adimere*, einem den Irrthum benehmen. Errorem eripere, depellere, tollere, eximere, extorquere. Deducere aliquem ab errore, avertere. Errore alterum exsolvere, levare. Errorem corrigere. 5. *Errorem deponere*, den Irrthum fahren lassen. Redire rectam in semitam; veram in viam redire. 6. *Errore carere*, keinen Fehler haben. 7. *Errori alterius album calculum adjicere*, einen Fehler gut heißen. V. *Pecatum, flagitium.*

Erubesco, is, rubui, ere. sich schämen. *Syn.* Rubeo, pudet. *Phras. Ad criminis suspicionem erubuit*, er ist ganz schamroth geworden. Suffusus illi rubor est; rubore suffusus fuit; rubor consecutus est; capite demisso terram intuitus est; in ruborem datus est. V. *Pudet, verecundus. Usus.* Non erubuit ille ora vestra. Pudici etiam de pudicitia loqui erubescunt. Digna res est, in qua omnes erubescant.

Eructo, as, avi, atum, are. rülpsen. *Syn.* Ructo, iacto, crepo, erumpo. *Adv.* Turpissime. *Usus.* In convivio eructant cædem bonorum.

Erudio, is, ivi, itum, ire. unterweisen. *Syn.* Doceo, instituo, imbuo, instruo; ad humanitatem informo, expolio, operum initia trado. *Adv.* Egregie. *Usus.* Erudire juventutem laboribus; aliquem in jure civili. Erudire liberos ad pietatem, ad majorum instituta. V. *Docco.*

Eruditio, onis, f. Geschicklichkeit Gelehrheit. *Syn.* Doctrina, institutio.

Digitized by Google

tio. *Epi.* Digna, liberalis, perfecta, præclara, summa. *Usus.* Vir præstans ingenio, præclara eruditione, doctrina perfecta. V. *Litterae, eruditus.*

Erudite, gelehrt. *Usus.* Eruditius disputare.

Eruditus, a, um. gelehrt. *Syn.* Doctus, perpolitus, Philologus. *Adv.* Leviter, liberaliter, maxime, perfecte, plane. *Usus.* Eruditus, qui omnibus bonis artibus politus est. Doctrina, & optimarum artium studiis eruditus. Socraticis disciplinis & institutionibus eruditus. Homo de schola & a magistro, & Græcis litteris eruditus; animus eruditus, qui semper aliquid ex se promat, quod delectet Græci diutina servitute ad nimiam assentationem eruditi. Eruditus in Philosophia. V. *Doctus, peritus, disciplinis, ingeniosus.*

Erumpo, is, rupi, ruptum, ere. ausbrechen. *Syn.* Exeo, evado, eruptionem facio; exardeo, effervesco. *Adv.* Aliquando, undique fortiter. *Phras.* 1. *Erumpet tandem hoc malum ad perniciem civitatis,* es wird endlich dieses Uebel zum Schaden der Stadt ausbrechen. Emerget, ebulliet, prorumpet latens malum; vincula claustraque omnia perfringet tecta eatenus & dissimulata perfidia; consilia illa nefaria, compressa ad hunc diem & constricta subito se profundent & ejicient. Fiet quædam velut vitiorum eruptio; effundet se ad urbis perniciem pestilens id malum. 2. *Erumpunt ex capta urbe,* sie bringen haufenweise aus der Stadt hinaus. Effundunt se portis; ejiciunt se ex urbe; evolant ex urbe; projiciunt se ex urbe; erumpunt se portis foras; profundunt se portis; proripiunt se portis foras; eruptionem ex urbe faciunt; refractis portarum claustris ex urbe provolant, effunduntur. V. *Impetus. Usus.* Erupit tandem e latebris conceptus dudum furor. Vis improborum diu collecta & inveterata compresso odio erumpebat in actum; in fortunas civium. Venus, risus erupit; vitia erumpunt.

Eruo, is, ui, rutum, ere. ausreissen. *Syn.* Eripio, eripio, extraho, protraho. *Usus.* Aliquid indagare, invenire, e tenebris, ex abdito eruere. Eruere obruta. Hoc nunquam mihi erues, das wirst du mir niemals aus dem Kopfe bringen. V. *Extraho.*

Eruptio, onis, f. Ausfall. *Epi.* Præclara, salutaris. *Usus.* Fecere acrem eruptionem obsessi, einen Ausfall thun. Fortius obsidentes eruptionem sustinuere, repulere, repressere.

Esca, æ, f. Speise. *Syn.* Cibus. *Epi.* Contemptissima, temperata. *Usus.* Voluptas esca malorum, qua capiuntur, ut hamo pisces. Tenuissimo victu, contemptissimis escis & potionibus vivere. Escam cuidam objicere, spargere.

Esculenta, orum, n. Eßwaaren. *Syn.* Escæ, cibi. *Usus* Ea pars oris, qua esculentis & poculentis natura iter patefecit.

Esculentus, a, um. eßbar. *Syn.* Escas redolens. *Usus.* Frusta esculenta. Eligere, quæ sunt esculenta.

Essedarius, ii, m. Kutscher, Wagenkämpfer. *Syn.* Auriga essedi.

Essedum, i, n. Wagen. *Usus.* Vehebatur essede tribunus. *Vehiculi genus.*

Esto, es mag seyn. *Vox concedentis. Usus.* Esto hoc imperite. Esto, concedatur hæc quoque acerbitas.

Esuries, ei, f. Hunger. Fames. *Usus.* Miserebar ejus esuriei. V. *Fames.*

Esurio is, ivi, ire. hungern. *Syn.* Fame fatigor, conficior, famem tolero. *Usus.* Nostri milites esurire & algere consueverunt. V. *Fames.*

Et, und. *Syn.* Que, etiam, jam vero etiam, item, itemque. *Usus.* Ille tamen & alacer venit. Agrum ei dedisti, & immunem.

Etenim, denn. *Syn.* Nam, enim, sed enim, quippe. *Usus.* Etenim rem totam breviter recognoscite.

Etesiæ, arum, m. Lüftlein in den Hundstagen. *Syn.* Venti stati, qui quotannis post Caniculæ exortum flant diebus quadraginta. *Usus.* Venti etesiæ tempestivi, & salutares hominibus juxta ac pecudibus, quorum flatu nimii temperantur calores, & maritimi cursus celeres & certi diriguntur.

Ethnicus, i, m. ein Heyd. *Phras.* Qui nullam Christianæ Religionis disciplinam acceperunt; quos DEus

vera

Digitized by Google

vera sui cognitione non afflavit; quorum animi densissimis errorum tenebris involuti ea, quæ nobis divinitus affulsit, veritatis luce carent; homines a vera Dei cognitione alieni; expertes doctrinæ divinioris; falsorum numinum cultores; antiquæ superstitionis sectatores; oppressi superstitionum tenebris, verique cultus divini expertes.

Etiam, auch. *Syn.* Et, item, vel. *Usus.* Nobis etiam illa cognitio, nihil hoc proderit, etiam nocebit gravissime. Voce, motu, forma etiam magnifica.

Etiamnunc, noch. *Syn.* Nunc etiam, etiamnum, adhuc etiam tum. *Usus.* Sed tota res etiamnunc fluctuat.

Etiamsi, obwohl. *Syn.* Etiam ut, quamvis, licet, quantumvis, tametsi, ut, utut, etsi. *Usus.* Etiamsi periculum foret nullum. Etiam, ut periculi nihil sit. Ut res sit minime periculosa, tamen &c.

Etiam atque etiam, gar sehr. *Syn.* Magnopere; magis ac magis; magis magisque, majorem in modum.

Etsi, obschon. *Syn.* Etiamsi, tametsi. *Usus.* Etsi non dubitabam, quin &c.

Etymologia, æ, f. Wortforschung. *Syn.* Notatio, etymon vocabuli. *Usus.* Verborum interpretationem & etymologiam inquirere.

Etymon, i, n. Ursprung eines Worts. *Syn.* Etymologia.

Evado, is, evasi, evasum, ere. entgehen. *Syn.* Effugio, elabor, emergo, exeo. *Phras. Qui tandem ex hoc periculo evadam?* wie werde ich endlich dieser Gefahr entgehen? Qua tandem ratione & discrimine emergam? ex ista flamma; ex hoc labyrintho elabar, evolabo? ex hoc judicio me eripiam? Quæ me salus hoc e periculo servabit? Qua vi, qua ope ex his laqueis me exuam? his vinculis me explicabo? has insidias, hæc tela effugiam? ex his angustiis enatabo? ex scopulis his enavigabo? Nullum exitum reperio, adeo res tota vacillat & claudicat. Ex hac nassa non exibo, nisi occulte surripiam me. Diverticulum nullum reperio. Non modo non effugiam, sed ne molam quidem mali assequar. Ni anguilla sim, non elabar. V. *Effugio. Usus.* 1. Summus vir, orator inclitus, ex humili evasit. In dies asperior evasit. 2. *Evenio, cado*, ausschlagen, widerfahren. Videbo, quo hæc evasura sint; quorsum hæc evadant. Aliquando id quod somniamus, evadit. Id, sicut prædictum fuerat, evasit. 3. *Erumpo, exeo, auffugio, evolo.* durchkommen, ausgehen. Ægrotus evasit ex morbo; navis e periculo, exercitus ex insidiis. Cum animus hic e corpore evaserit. V. *Elabor.*

Evagor, aris, atus sum, ari. ausschweifen. *Syn.* Vagor, decedo via. *Adv.* Longius evagantur, finemque & modum transeunt. V. *Vagor.*

Evanesco, is, vanui, ere. vergehen. *Syn.* Vanesco, ad nihilum recido, in nihilum occido; exaresco, obsolesco, e conspectu me aufero, oculis subducor. *Phras. Evanuit vigor tuus pristinus*, deine vorige Kraft ist verschwunden. Consenuit tuus ille ardor; vix, ac ne vix quidem de veteri vigore tuo appareat, supereſt, reliquum est; diuturnitate, vetustate vigor ille tuus contabuit, obscuratus est, exolevit; abiit vis illa corporis, & defluxit; dilapsus est animi vigor, ut jam vix eundem agnoscamus. *Usus.* Spes nostra extenuatur, evanescit. Jam prope evanuerat Hortensius, des Hortensius Ruhm hat schon abgenommen. Omnis gloria ejus, & memoria evanuit.

Evangelia, orum, n. Bothenlohn. *Syn.* Præmia ob jucundum nuntium dari solita. *Usus.* Epistolis tuis evangelia quæ reddam, nescio. *Evangelium prædicare, vox Eccles.* das Evangelium predigen. Evangelium promulgare; Evangelii lumen terris barbaris inferre; legem JEsu Christi promulgare; monumenta Christi, DEI res gestas institutionesque complexa populo exponere, explicare. Christianæ disciplinæ fontes ex Evangelii libris ostendere, detegere, aperire.

Evasto, as, avi, atum, are. verwüsten. *Syn.* Vasto. V. *Vasto.*

Eucharistia, æ, f. das heiligste Sacrament des Altars. *Phras.* 1. Sacrosanctum Christi corpus; cœle-

ste

ſte convivium; Epulum divinum; Hoſtia divina; auguſtiſſimum Chriſti corporis myſterium; corporis ac ſanguinis Chriſti divina myſteria; arcanum latentis ſub panis ſpecie Chriſti Dei myſterium. V. *Communio S. Coena Domini, Confecro S. Hoſtium* 2. *Euchariſtiam ſuscipere*, die heilige Communion empfangen. Ad menſam divinam accedere; cœleſti excipi convivio; divinum convivium celebrare; percipere ſacroſancta myſteria; ad ſacram ſynaxin accedere; inire divinum convivium; a cœleſti convivatore cœleſtibus & immortalibus epulis ad aram accipi; divino pane ſeſe reficere. V. *Communio ſacra. Viaticum ſacrum.*

Eveho, is, vexi, vectum, ere. erheben. *Syn.* Tollo, effero. *Uſus.* Signa plauſtris evecta & asportata.

Evello, is, velli, *vel* vulſi, vulſum, ere. ausraufen. *Syn.* Extirpo, convello.)(*Infigo. Adv.* Difficilius, penitus, radicitus, timide. *Uſus.* Noxas opiniones evellere. Hunc mihi ex animo ſcrupulum; has ſpinas e memoria non evelles. Omnia mala e republica funditus evellit. V. *Adimo, libero.*

Evenio, is, veni, ventum, ire. widerfahren. *Syn.* Evado, obvenio, cado, fio, obtingo, exitum habeo, accidit, uſu venit, intercedo. *Adv.* Bene, caſu, contra, facile, fauſte, feliciter, male, nec opinato, optime, perraro, profluenter, proſpere, rare ac inſolenter, temere, vulgo. *Phraſ.* 1. *Verebar, ne res ita veniat*, ich beſorgte, die Sache möchte alſo ausſchlagen. Ne ita cadat; ita contingat; eo evadat; ne ea, quæ prædixi, conſequantur; ne ex illo conſilio hæc emanent; ne id quod uſu venturum opinione præceperam, incidat. 2. *Res ea mihi feliciter evenit*, die Sache iſt mir glücklich von ſtatten gegangen. Fauſte, belle, proſpere cecidit; ex ſententia ceſſit; proſpere proceſſit; lepide ſub manus ſucceſſit, exitum optabilem habuit. V. *Cedo.* 3. *Id conſilium male evenit*, dieſer Rath iſt nicht von ſtatten gegangen Male ceſſit; ſecus cecidit, ac ominabamur; bona initia non ſimiles exitus habuere; haud quaquam proſpere, cum ad effectum operis ventum eſt, cœptis ſucceſſit; ſecus omnia proceſſere, nec quod intendebamus, effecimus; haudquaquam ad conſilium eventus reſpondit. V. *Cedo, accidit, fortuna, ſucceſſus. Uſus.* Nihil nobis adverſi evenit. Multa improbis incommoda eveniunt. Recta conſilia haud bene evenerant. mihi omnia, quæ ago, lepide proſpereque eveniunt.

Eventum, i. n. Ausgang. *Syn.* Eventus, exitus, caſus, res, fortuna. *Epi.* Commune, dubium. *Uſus.* Eventa magis quam cauſas quæri oportet. Plerique conſilia eventis ponderant. Cauſæ eventorum magis movent. quam eventa ipſa. Conſcribe hiſtoriam eventorum meorum.

Eventus, us. m. Ausgang. *Syn.* Exitus, caſus, eventum. *Epi.* Dubius, fatalis, humanus, incertus, adverſus, ſecundus, proſper, varius. *Phraſ.* 1. *In omnem eventum pugnam committere*, auf Glück und Unglück ſich in eine Schlacht einlaſſen. Rem in caſum pugnæ ancipitis committere; rem in prælii caſum dare; ad incertum caſum & eventum acie confligere; rem omnem in incerto pugnæ eventu collocare; in pugnæ caſum demittere: ad caſum objicere; rem communi Marti relinquere. 2. *In omnem eventum aliquid peculii reſervare*, auf allen Fall etwas Geld zurück behalten Ad incertum caſum & eventum; ad ſubita rerum; ad incertos rerum exitus; ad omnes caſus ſubſidia parare. V. *Caſus. Uſus.* Eventus eſt alicujus exitus negotii. Conſilia primum deinde acta, poſtremo eventus. In omnem eventum forti animo, & paratum eſſe. V. *Accidit, ſucceſſus.*

Everriculum, i, u. Zuggarn, Kehrwiſch. *Ab everrendo dictum. Uſus.* Everriculum malitiam omnium.

Everro, is, verri, ere, ausfehren. *Uſus.* Omnes domos everrit.

Everſio, onis, f. Zerſtörung. *Syn.* Ruina, caſus, pernicies, excidium. *Uſus.* Rerum publicarum everſiones. Omnis vitæ everſio.

Everſor, oris, m. Zerſtörer. *Uſus.* Everſor civitatis, regnorum.

Digitized by Google

Everto, is, ti, versum, ere. zerstören, umwerfen. *Syn.* Deturbo, destruo, eversionem infero.)(*statuo, constituo, confirmo. Adv.* Funditus, penitus, plane, figillatim. *Phras.* 1. *Regnum evertit*, er hat das Reich zerstöret. Delevit, fustulit; ejus viribus labefactus regni status concidit, extinctus est, periit; ejus armis ac potentia fractæ sunt regni opes; vires afflictæ; oppressa libertas; obtrita populi jura; urbes armorum vi perculsæ atque prostratæ. 2. *Domum evertit*, er hat das Haus zerstöret. Ædes diruit, dissolvit, demolitus est, disturbavit; tecta solo æquavit, adæquavit; ab imo subruit; ad solum diruit. V. *Destruo.* 3. *Evertit consilia hominis*, er hat alle seine Anschläge umgestossen. Consilia dissolvit. disturbavit; consilia fregit; consiliis interceffit, occurrit. *Usus.* Sua confirmare, adversarii evertere. Vi me decrevit & impressione evertere. Aliquem fortunis omnibus evertere. Virtutis lumen extinxit; virtutem penitus evertit. V. *Destruo, vasto, ruina, populor.*

E vestigio, von Stund an. *Syn.* Mox, repente. *Usus.* E vestigio eo sum profectus. V. *Statim, continuo.*

Euge! wohlan! *Interject. laudantis, gratulantis.*

Evidens, tis, g. o. deutlich, klar. *Syn.* Clarus, certus, perspicuus.)(*obscurus, occultus, dubius. Usus.* Evidens est, de quo inter omnes convenitur. Narratio evidens. Res evidentes & perspicuæ. Argumentis agam evidentibus, & signis omni luce clarioribus. V. *Perspicuus.*

Evidenter, deutlich, augenscheinlich. *Usus.* Harum rerum tam evidenter pœnituit.

Evidentia, æ, f. Klarheit. *Syn.* Perspicuitas. *Usus.* Græci energiam, nos evidentiam appellamus. Nulla oratio illustrior est evidentia.

Evigilo, as, avi, atum, are. erwachen. *Syn.* Vigilo, elaboro, incumbo.)(*indormio. Phras. Hoc mane maturius evigilavi*, heute bin ich früher erwacht. Temporius experrectus; ex somno excitatus; somno excitus; somno solutus sum; matarius me somnus reliquit. *Usus.* In tuo negotio curæ meæ omnes & cogitationes evigilant. V. *Vigilo, dormio, somnus.*

Evincio, is, vinxi, vinctum, ire. umbinden. *Syn.* Vincio. *Usus.* Coronæ tempora evincire.

Evinco, is, vici, victum, ere. überwinden. *Syn.* Vinco, pervinco, multa importunitate impetro. *Usus.* Verres tot testibus evictus.

Eviscero, as, avi, atum, are. ausweiden. *Syn.* Viscera eximo, confodio, discerpo. *Usus.* Ut tu unquam saxis fixus asperis eviscératus latere penderes.

Evitatio, onis, f. Vermeidung. *Syn.* Declinatio. *Usus.* Evitatio incommodorum.

Evito, as, avi, atum, are. vermeiden. *Syn.* Vito. effugio.)(*expeto. Usus.* 1. Dolores omnes evitari non possunt. 2. *Vitam* evito, *vitam eripio*, das Leben benehmen. V. *Vito.*

Eumenides, um, f. die Furien, Rachgöttinnen. *Syn.* Furiæ. *Usus.* Speculatrices & vindices facinorum & sceleris Eumenides.

Eunuchus, i, m. ein Verschnittener. *Syn.* Exsectus, castratus.

Evocatio, nis, f. das Aufbiethen. *Usus.* Evocationes hominum.

Evocator, oris, m. Heraufruffer. *Usus.* Evocator servorum & civium perditorum, Aufwiegler.

Evocatus, a, um. ausgefodert. *Syn.* Miles auxiliarius & externus, ex diversis locis coactus. *Usus.* 1. Evocatorum firma manus. 2. E patria evocatus, non expulsus, arcessitus, beruffen.

Evoco, as avi, atum, are. heraufruffen. *Syn.* Elicio, invito, excito, exsuscito. *Adv.* Magnopere. *Usus.* Misericordiam oratione evocare. Mercede probitas evocatur. Nulla turpitudo, nullum damnum est, quod non eliciatur & evocetur voluptate. V. *Voco, provoco, cieo.*

Evolo, as, avi, atum, are. abfliegen, entrinnen. *Syn.* Avolo, aufugio. *Adv.* Altius, impune. *Usus.* 1. E vinculis corporis tanquam ex carcere evolare. Evolavit jam e conspectu nostro; evolavit e judicum severitate, ex illa judicii flamma. Tantus cursus verborum fuit, &

Digitized by Google

& adeo evolavit oratio. 2. *Aſcendo*, aufſteigen. Conſultum non eſt, ut ille altius evolet. 3. *Vito, effugio*, entgehen. Poenam vix evolabit.

Evolvo, is, volvi, volutum, ere. auswickeln. *Syn.* Explico, expono.)(*Complico. Adv.* Accuratius. *Uſus.* 1. Hujus rei nec principium reperire, nec exitum evolvere poſſum. Involutam animi ſui notionem evolvere; incubantes alienis theſauris ex praeda clandeſtina evolvere 2. *Expendo animo*, bey ſich erwägen. Evolvere naturam omnium rerum. V. *Explico.*

Evolutio, onis, f. Auswickelung. *Syn* Lectio. *Uſus.* Poetarum, librorum evolutio.

Evomo, is, ui, itum, ere. ausſpeyen, auslaſſen. *Syn.* Foras projicio, vomitu egero. *Adv.* Verius. *Uſus.* Odium, virus acerbitatis ſuae in me evomuit. Evomet hanc peſtem patria. Quas devorarat pecunias, luxu evomet. V. *Vomo.*

Euripus, i, m. Meerenge. *Uſus.* Quod fretum, quem Euripum tot motus, tantas ac tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quot ille &c.

Evulgo, as, avi, atum, are. ausſprengen. *Syn.* Vulgo. *Phraſ. Evulgare rumorem*, ein Geſchrey von der Sache machen. Differre famam, rumorem; diſſipare ſermones, rumorem; efferre alterius ineptias. V. *Differo, vulg. divulgo. Uſus.* Civile jus evulgavit, er hat das bürgerliche Recht herausgegeben. V. *Edo, ſpargo, rumor.*

Evulſio, onis, f. das Ausreißen. *Uſus.* Aeſculapius primus dentium evulſionem invenit.

Ex, aus. *Uſus.* 1. *Notat cauſam efficientem & occaſionem, ex qua, a quo, quocirca, unde.* Peperit e Pamphilo. Gaudium tibi ex me praeſtabo. Nunquam ex me doluiſti. Ex te duplex me ſolicitudo afficit. Ex lege, ex decreto, e formula, e teſtamento. 2. *Materiam deſignat*, von oder aus was für einer Materie. Poculum ex auro; e gemma. Simulacrum ex aere. 3 *Parti jungitur*, an einem Theile des Leibes. Laborat e renibus, ex oculis, capite. 4. *Ad numerum, ſeu multitudinem refertur*, unter vielen. Ex intimis unus. Unus ex plebe. Homo ex diſertis. 5. *Ab*, von. Ex illo ſcivi; ex te totum negotium pendet. 6. *Poſt* nach. Diem ex die expectare. Ex intervallo reguſtare litteras. Ex qua aetate, qui exerceri ſolent, laudantur. 7. *Propter*, wegen. Ex Cnei litteris te in amicitiam recipio. Ex doctrina clarus. 8. *Secundum*, nach ꝛc. Hic ſtatus maxime eſt e natura. Vita e Philoſophiae praeceptis acta. E ſua natura alios fingere. E communi hominum opinione hoc dixit. 9. *Modum ſignificat*, auf was Weiſe. Ex inſidiis; ex improviſo; ex inſperato hoc mihi gaudium oblatum eſt; ex occulto. 10. Ex animo, ex animi ſententia, nach Wunſch. 11. Ex tempore capere conſilium; effutire aliquid, gähling ꝛc.

Exacerbo, as, avi, atum, are. verbittern. *Syn.* Irrito, ad iracundiam provoco. *Uſus.* Exacerbata ſuperbia V. *Ira, irrito.*

Exactio, onis, f. Einfoderung. *Syn.* Vectigal, tributum, penſio, ſtipendium. *Epi.* Acerbiſſima, extrema, perfecta, ſuperior, publica. *Phraſ. Exactiones facere*, Geldanlagen machen. Pecunias deſcribere; pecunias imperare. *Uſus.* 1. Exactio capitum, & oſtiorum acerbiſſima, Kopfſteuer. Exactio pecuniarum, nominum. 2. *Expuſſio*, Austreibung. V. *Vectigal.*

Exacuo, is, ui, acutum, ere. wetzen. *Syn.* Acuo, cohortor.)(*deterreo. Uſus.* 1. Mucronem exacuere in jugulum reipublicae. 2. *Incito*, anſpornen. Induſtriam alicujus, mentem hortatibus, ſtimulis exacuere V. *Stimulo.*

Exadverſus, gegen über *Syn.* E regione, ex adverſo.

Exaedificatio, onis, f. Ausführung des Baues. *Syn.* Conſtructio, compoſitio.

Exaedifico, as, avi atum, are. ausbauen. *Syn.* Aedifico *Uſus* Opus inſtitutum exaedifica. Templum, navim exaedificare.

Exaequatio, onis, f. Vergleichung. *Uſus,* Hanc exaequationem dignitatis non ferebat ille.

Exaequo, as, avi, atum, are. gleichachten. *Syn.* Aequo, aequalem, parem reddo, facio. *Uſus.* Ami-

Digitized by Google

ci ſuperiores ſe cum inferioribus exæquare debent. Pecunia omnem dignitatem exæquat. Pauci pluribus exæquari non poſſunt. V. *Æquo*, *æquiparo*.

Exæſtuo, as, avi, atum, are. aufwallen, brauſen. *Uſus.* Mare exæſtuat. V. *Ira.*

Exaggeratio, onis, f. Aufhäufung. *Syn.* Elatio. *Epi.* Altiſſima, maxima animi. *Uſus.* Animi quam altiſſimi exaggeratio.

Exaggeratus, a, um. aufgehäuft. *Syn.* Electus, cumulatus, amplus. *Uſus.* Animus excelſus, auctus virtutibus, exaggeratus. Exaggerata oratio. V. *Amplus.*

Exaggero, as, avi, atum, are. groß machen. *Syn.* Amplifico, augeo; verbis rem extollo, magnum facio.)(*extenuo.* *Uſus.* Beneficium tuum complector, exorno, exaggero. Rem familiarem omni ratione exaggerare, augere, amplificare orationem. V. *Amplifico.*

Exagitator, oris, m. Verfolger. *Syn.* Vexator. *Uſus.* Plato exagitator omnium Rhetorum.

Exagito, as, avi, atum, are. plagen, veriren. *Syn.* Vexo, divexo, infector, jacto, exerceo. *Adv.* Scite, palam. *Uſus.* 1. Exagitare aliquem. Exulceratus primum plebis ſermonibus, dein palam a conſulibus exagitatur. 2. *Tracto*, *commemoro*, *disceptando excutio*, abhandeln, unterſuchen. Ex cauſa, ea diſſenſio diu fuit exagitata. Fraudes alicujus & fallacias exagitare. Errorem ſuum exagitare, commovendo augere. V. *Vexo*, *agito.*

Exalbeſco, is, ere. erblaſſen. *Syn.* Expalleſco, extimeſco. *Uſus.* Tremere metu & exalbeſcere. Exalbeſco in principio dicendi; objecta re horribili.

Examen, inis, n. Erforſchung, Bienenſchwarm. *Syn.* Apum congregatio. *Uſus.* Examen apum in ſcenam venit.

Examen conſcientiæ, Erforſchung des Gewiſſens *Syn.* Recognitio ſui ac erratorum ſuorum; arcana disquiſitio factorum dictorumque; quotidiana perſcrutatio intimorum animi receſſuum. *Examen conſcientiæ facere.* ſein Gewiſſen erforſchen. Excutere conſcientiam; in ſemetipſum diligenter inquirere; mente omni alia cogitatione ſoluta recognoſcere delicta ſua; recolere errata ſua non ſine acri doloris morſu; diſcutere cogitationes, ſermones & actiones ſuas; ſua dicta factaque diligentiſſime recognoſcere; ſeipſum excutere; explorare quotidie latebras conſcientiæ, & diurna facta ad Chriſtianæ legis pietatisque rationem exquirere; quotidiana perſcrutatione intimos animorum receſſus inſpicere; totum diem ſecum ſcrutari & excutere; facta dictaque omnia noctu remetiri; cognoſcere de moribus ſuis; quid dixeris, quid egeris, commemorare veſperi; excutere ſe & accuſatoris primum partibus fungi, deinde judicis; in ſemetipſum deſcendere, ſuaque vitæ rationem a ſe repetere; dicta facta cogitata coram Deo quam diligentiſſime reputare; ſeipſum ad calculos vocare; quotidianarum actionum cognitionem exercere.

Examino, as, avi, atum, are. erwägen. *Syn.* Perpendo, expendo, pondero, excutio, exquiro. *Phraſ.* 1. *Examinanda eſt diligenter hominis doctrina*, man muß die Lehre dieſes Menſchen unterſuchen. Momentis ſuis ponderanda; cognoſcenda accurate; cum rationis ac religionis legibus conferenda; revocanda ad rationis ac religionis leges; lente & faſtidioſe probanda; ad hujus doctrinæ disquiſitionem magnam adhiberi attentionem neceſſe eſt; omnia ad rationis leges dirigenda, & ad ſolidæ diſciplinæ præcepta ſunt æſtimanda. 2. *Examinare ſub finem anni ſtudioſos*, die Studenten zu Ende des Jahres prüfen. Quem in litteris progreſſum fecerint, explorare, perſcrutari; periclitari doctrinam; periculum doctrinæ facere; quam ſtudioſe didicerint, inſpicere, excutere *Uſus* Rem ſuis ponderibus examinare. Rem non populari quadam ſtrutina, ſed artificis ſtatera examinare. V. *Inquiro*, *tento.*

Examuſſim. Schnurrichtig. * *Uſus.* Hic examuſſim rem narrat.

Exanimatio, onis, f. Erſtaunung. *Epi.* Fracta. *Uſus.* Exanimatio eſt metus ſubſequens, & quaſi comes palloris. In perturbationes & exanimationes incidere.

Ex-

Digitized by Google

Exanimis, e. *vel* **Exanimus**, a, um. todt halb todt. *Usus.* Ictu exanimem equo præcipitat.

Exanimatus, a, um. erſchrocken. *Syn.* Conſternatus, metu conturbatus. *Usus.* Exanimatus ſum tuis litteris. Exanimatus metu, abjectus, perterritus, mutus; vix vivus relinquebar.

Exanimo, as, avi, atum, are. entſeelen, erſchrecken. *Syn.* Perturbo, perterrefacio. *Usus.* Me quidem exanimant & interimunt hæ voces. Tulliæ meæ morbus metu me exanimat. V. *Terreo.*

Exantlo, as, avi, atum, are. ausſchöpfen. *Syn.* Excipio, exhaurio, perfungor. *Usus.* Omnes labores exantlare. V. *Perfero.*

Exardeſco, is, arſi, ere. entbrennen. *Syn.* Inflammor. *Adv* Acrius, ſubito, graviter. *Usus.* 1. Materia facilis ad exardeſcendum. 2. *Transl.* Amore, libidine, iracundia, libertatis deſiderio, cupiditate exardeſcere. Mira in eum populi benevolentia exarſit. Ingenia multorum contra Stoicos exarſere.

Exareſco, is, arui, ere. ausdorren. *Syn.* Exſiccor, exhaurior.)(*revireſco Usus.* Exaruere omnes. 2. *Transl. Conſumor*, abnehmen. Exaruit in me penitus illa dicendi facultas. Vetus illa mea urbanitas plane exaruit, & vereor, ut revireſcat.

Exaro, as, avi, atum, are auspflügen. *Syn.* Aro. *Adv.* Omnino. *Usus.* Plus frumenti colligunt, quam exararunt. 2. *Scribo*, ſchreiben. Hoc epiſtolium in ſenatu exaravi.

Exaſpero, as, avi atum, are. rauh machen. *Syn.* Aſperiorem facio; exacerbo, exulcero, irrito, accendo, commoveo. *Usus.* Animo exaſperatus. Comprimere ac ſedare animos exaſperatos.

Exauctoro, as, avi, atum, are. abdanken. *Usus* Milites omnes exauctoravit. V. *Dimitto.*

Exaudio, is, ivi, itum, ire. hören. *Syn.* Audio. *Phraſ. Deus preces noſtras exaudiat, vulg.* GOtt erhöre unſer Gebeth. *Latine*: Deus ne averſetur, ne reſpuat; ne contemnat, ne deſpiciat; Deus admittat; æquis auribus accipiat, ſuſcipiat, perficiat; ne averſis auribus audiat preces noſtras. Deus noſtris precibus flectatur, moveatur. Aures ne claudat Deus, pateant aures Dei obſecrationibus noſtris. Deus noſtris precibus aures det, præſtet, præbeat, Deus votis noſtris precibusque annuat; preces noſtras ratas habeat; precibus cedat noſtris, relinquat locum; Deus exorari ſe precibus noſtris patiatur. *Usus.* Dicam voce clariſſima, ut omnes exaudiant. Progreſſus aliquantulum, ſubito exaudit hinnitum. *Exaudio*, erhören, *vulgi eſt.* V. *Audio*

Excæco, as, avi, atum, are. blind machen. *Syn.* Senſu videndi orbo, privo; oculis orbo, privo, oculos alicui eripio, eruo, effodio, excludo, exſculpo, exturbo. *Phraſ. Paluſtris coeli vitio excæcatus eſt*, er iſt bey ſo feuchtem Wetter erblindet. Oculorum ſenſu deſtitutus eſt; oculis captus eſt; aſpectum amiſit; oculorum aciem amiſit; cæcitatem contraxit, conſcivit; cæcitate affectus, videndi ſenſu, luminibus orbatus eſt; extincta eſt illi oculorum acies; adempta, erepta videndi facultas; uſu oculorum privatus eſt. V. *Cæcus.*

Excandeſcentia, æ, f. hitziger Zorn. *Syn.* Ira naſcens, repentina.

Excandeſco, is, candui, ere. zornig werden. *Syn.* Exardeſco. *Usus.* Excanduit, & me inimicitiarum cauſam quærere clamavit. V. *Impetus, erumpo.*

Excarnifico, as, avi, atum, are. peinigen. *Syn.* Discrucio, lacero omnibus, quæ pati corpus ullum poteſt, ſuppliciis. *Usus.* Democritus a Cyprio tyranno dire excarnificatus. V. *Crucio*, *torqueo*, *c udelis.*

Excavo, as, avi, atum, are. aushöhlen. *Usus.* Trulla excavato cum manubrio aureo.

Excedo, is, ceſſi, ceſſum, ere. austreten. *Syn.* Emineo, præſto, abeo, emigro. *Adv.* Celerius. *Usus.* 1. Ejus virtus modum virtutis humanæ excedit. Partium nulla extra excedit. 2. *Abeo*, weggehen. Cum animus e corpore exceſſerit. Cum primum e pueris, ex ephebis exceſſit. Qui a vita exceſſere. Id mihi nondum e memoria, nondum cura e pectore exceſſit. V. *Exco.*

Digitized by Google

Excellens, tis, *g. o.* **vortrefflich.** *Syn.* Præstans, præstabilis, præcellens, eximius, egregius, excellenti animo & virtute.)(*Vulgaris. Usus.* Vir excellens omni genere laudis. Excellenti animo & virtute vir. Pulchritudine excellens formæ muliebris. In arte illa excellens. V. *Egregius, præclarus.*

Excellenter, **vortrefflich.** *Syn.* Magnifice, excellenti quadam ratione. *Usus.* Quæ magno animo, & fortiter, & excellenter facta sunt.

Excellentia, æ, f. **Vortrefflichkeit.** *Syn.* Præstantia. *Adv.* Magna. *Usus.* Animi excellentia & magnitudo. Personam nobis natura imposuit magna cum excellentia & præstantia reliquorum animalium. V. *Præstantia, virtus.*

Excello, is, ui, ere. **übertreffen.** *Syn.* Præsto, antecello, emineo, eniteo, princeps sum, præcello, antesto.)(*Inferior sum. Adv.* Jam diu, longe, maxime, mirabiliter, quam maxime. *Phras. Longe excellit inter æquales*, **er thut es andern Mitgesellen weit bevor.** Ingenio præstat; multum ad honorem antecellit; ingenio exsuperat; animi viribus antestat; eminet inter omnes; ingenio primus habetur. Nobilis inter æquales fertur, clariusque exsplendescit, quam condiscipuli ferre æquo animo possint. Quem longe ingeniosissimum ætas nostra tulit; qui ingenio priorem neminem patiatur, plerosque anteveniat. Haud dubie ingenii palmam possidet. *Usus.* In arte pictoria Zeuxis omnibus excellit. Excellere ingenio, doctrina, in aliquo genere virtutis

Excelse, **hoch.** *Syn.* Magnifice. *Usus.* Excelsius dicere.

Excelsitas, tis, f. **Höhe.** *Syn.* Celsitas, altitudo, *Usus.* Excelsitas animi, & magnitudo.

Excelsus, a, um. **hoch, erhaben.** *Syn.* Altus, sublimis)(*humilis. Usus.* Excelsi colles. Vir magnus & excelsus, & humana despiciens. Animi excelsi invictum robur. Excelso & illustri loco sita est laus tua. V. *Altus, egregius.*

Exceptio, onis, f. **Ausnahm.** *Eol.* Absurda, quæstuosa, vetus atque usitata, prætoria, tacita. *Usus.* Est inter nos rerum sine exceptione communitas. Quid attinet, hominibus luxuriosis exceptionem, privilegium dare? Non patiar, te cum exceptione laudari. Præcise, & sine exceptione id mihi, quod petebam, negavit. Quædam tacitis exceptionibus caventur.

Excepto, as, avi, atum, are. **herausnehmen.** *Syn.* Excipio, extraho.

Excerpo, is, cerpsi, cerptum, ere. **ausziehen.** *Syn.* Decerpo, deligo. *Usus.* Non solum ex malis minima eligenda, sed ex his etiam excerpendum est, si quid boni inest. V. *Colligo.*

Excessus, us, m. **Abschied.** *Syn.* Abitus. *Usus.* Romulus post excessum suum, **nach seinem Tode.** *Excessum facere in vino, vulg. est*, **die Maaß überschreiten.** *Latine*: intemperantius bibere, se ingurgitare vino, largius se invitare. *Pro* Excessu, **Unmäßigkeit.** Immoderatio, immoderatus usus in re, aberratio a modo, *à Latinis adhibetur.*

Excetra, æ, f. **Brandschlange.** *Usus.* Mactare excetram.

Excidium, ii, n. **Zerstörung.** *Syn.* Eversio. *Usus.* Excidio urbis magnum cæteris terrorem injecit. V. *Destruo.*

Excido, is, excidi, ere. **ausfallen.** *Syn.* Elabor, fluo, defluo. *Adv.* Fortuito, omnino, repente. *Usus.* 1. Gladius excidit, delapsus est de manibus. Nullum probum verbum ex ore hujus unquam excidit. Victoria excidit de manibus. 2. *Obliviscor*, **vergessen.** Ista mihi dudum exciderant. Ex animo, e memoria mihi ista exciderant. V. *Obliviscor.* 3. Spe plane omni excidi. Mens illi & oratio excidit, effluxit; non constat sibi, **er weiß nicht, wie ihm ist.** V. *Amitto, perdo.*

Excido, is, cidi, cisum, are. **ausbauen, vertilgen.** *Syn.* Cædo, exscindo, excisionem, excidium infero. *Adv.* Penitus. *Usus.* Locum, urbem, tectum excidere. Urbes excidit, expugnavit, incendit. V. *Everto, destruo.*

Excio, is, civi, citum, ire. **heraus-rufen.** *Syn.* Evoco. *Usus.* Juventutem ad arma excire.

Ex-

Digitized by Google

Excipio, is, cepi, ceptum, ere. **aufnehmen, auffnehmen.** *Syn.* Excludo, fecerno, accipio, fuscipio, recipio. *Adv.* Extrinsecus, fortiter, humane, nominatim, nusquam, simillime, plane. *Phras.* 1. *Ille quoscunque benigne excipit*, **er pflegt alle gar gütig aufzunehmen.** Summa lætitia, benigno vultu, incredibili honore ac amore, ingenti favore, hospitaliter, perhumaniter accipit, complectitur, quicunque illum honoris causa adeunt, accedunt; omni genere humanitatis, quod vultu ac verbis exprimi potest, quam fieri potest, humanissime; incredibili comitate, eo vultu, qui facile gratiam ineat; benevolentiam conciliet; hominum animos amore devinciat; homi. num animos ad amandum alliciat, excipit, recipit; dexteram porrigit; laute indulgenterque habet; laute prolixeque; liberaliter indulgenterque colit. V. *Tracto*, *hospes*, *accessus*, *aditus*. 2. *Excepto Lælio omnes adfuere*, **außer dem Lälius sind sonst alle zugegen gewesen.** Si Lælium removeris, si a Lælio discesseris; excepto Lælio; præter unum Lælium; Lælium si demas, excipias, omnes adfuere; nemo nisi Lælius; præter Lælium abfuit; omnes præsto erant, excepto, quod Lælium morbus impediret. 3. *Male verbis excepit hominem*, **er hat ihn dichte ausgemacht.** Asperius hominem appellavit; graviore verbo appellavit; acerbe invectus est; contumeliosius, vehementius invectus est in hominem; indignis modis hominem accepit. *Usus.* 1. Ille ita edixit, ut me & Lælium nominatim exciperet & secerneret. Præter Xenophontem excipio neminem. 2. *Sustineo*, **unterstützen.** Labentem aliquem excipere. Se a lapsu in poplites; in pedes poplitibus excipere. 3. *Suscipio*, **auf sich nehmen.** Amicorum causa magnos labores, molestias, luctus excepit. 4. *Sequor*, *succedo*, **darauf folgen.** Una calamitas alteram excipit. 5. *Intercipio*, **auffangen.** Litteras hostium; aliquem in fuga excipere. 6. *Recipio*, *capio*, *arripio*, **anfnehmen.** Herculis virtutem immortalitas excepit. Dicta mea omnia magna gratia accepit. Omnia magistri verba excipere & litteris mandare. Beatam patriam, quæ hunc virum exceperit! Rumores, ultimum filii spiritum excipere, **auffangen.** Omnia tela, omnem vim improborum meo corpore excepi. Aliquem e fuga excipere & confirmare.

Excisio, onis, f. **Zerstörung.** *Syn.* Excisio tectorum. V. *Excidium.*

Excito, as, avi, atum, are. **aufmuntern.** *Syn.* Adhortor, inflammo, impello, invito, incito, allicio, commoveo, concito, stimulo, stimulos admoveo, soporem discutio. *Adv.* Coram, omnino, sensim, valde, vehementius, aliquando, acriter, extrinsecus, maxime, facilius, improviso, latius, obscœnius, populariter. *Phras.* 1. *Epistola tua me ad litteras vehementer excitavit*, **dein Brief hat mich sehr zum Studiren aufgemuntert.** Ignes mihi subjecit, admovit; miram in me litterarum cupiditatem inflammavit. Calefecerunt me tuæ litteræ; faces admovere; discendi studia in me vehementer commoverunt; me ad discendum accenderunt; litterarum cupiditatem mihi moverunt, injecerunt; ingens mihi stimulus erat ad labores studiorum omnes superandos; acuere meam industriam; discendi ardorem, qui resederat, innovarunt; litteræ tuæ magno mihi incitamento fuere; animos meos arrexere; intendere ad litterarum studia ardentius persequenda; omnem mihi segnitiem & socordiam excussere; industriam mirifice auxere; ex torpente incensum me, & ex defidioso acrem ac industrium fecere. 2. *Præfectorum rapacitas seditionem excitavit*, **der Geiz der Vorsteher hat diese Aufruhr erreget.** Ejus seditionis fax erat præfectorum rapacitas; rapacitas ignem ac materiam seditioni subdidit; hæc illa fax erat, quæ tam triste excitavit incendium; qua tanquam flabello seditionis, furentis illa populi concio est ventilata; quæ armatas jam in cædem manus, ardentesque animos inflammavit. Irritatio animorum prima præfectorum rapacitas fuit; hanc tanquam furiam facemque hujus tumultus principia habuere;

Digitized by Google

his irritamentis evocata est plebis audacia; hæc acriores ad ciendum tumultum faces subdidere. 3. *Excitare mortuos*, die Todten aufer wecken. Excitare ab inferis mortuos; a morte in vitam revocare; vitæ reddere, restituere mortuos; mortuis vitam reddere, restituere; revocare ab inferis; vitam donare mortuis; mortuos ad vitam revocare. *Usus.* 1. Dormientem excitare. Cunctantem & diffidentem laude, monitis, præmiis ad virtutem excitare. Memoriam alicujus ad recordationem priorum calamitatum excitare. 1. *Confirmo, erigo, sublevo, consolor*, tröſten. Confirmare & excitare animos; afflictos, abjectos, jacentes excitare, & ad pristinam dignitatem revocare. 3. *Concito, occasionem præbeo*, veranlaſſen, erwecken. Risum ea res, clamorem, admirationem excitavit. Incendium excitare. Sapientia si videretur, magnos sui amores excitaret. Bellum, tempestatem, tragœdias excitare. Fletum, dolorem, iram excitare alicui. V. *Hortor, impello.*

Exclamatio, onis, f. das Ausruffen. *Syn.* Acclamatio, clamor. *Usus.* Exclamatio vel admirationis est, vel conquestionis.

Exclamo, as, avi, atum, are. aufſchreyen. *Adv.* Majus, nominatim, temere. *Usus.* Non possum, quin exclamem.

Excludo, is, clusi, clusum, ere. ausſchlieſſen. *Syn.* Arceo, prohibeo, extendo, portas alicui claudo.)(*Includo, recipio, admitto. Adv.* Aperte, nominatim, undique *Phras. Excluſit hoſtem mœnibus*, er hat den Feind nicht in die Stadt gelaſſen. Aditu prohibuit, aditum præclusit hosti; submovit hostem, eliminavit, foras exegit. V. *Arceo, prohibeo.* 2. *Excluſit e ſcholis*, er hat ihn aus den Schulen ausgeſchloſſen. Ex eorum, qui ludum frequentant, numero ejecit, sustulit, sejunxit; numero scholasticæ juventutis exemit; e scholis exegit; ex albo litterariæ juventutis erasit, delevit; e scholis exturbavit. 3. *Solicitus eram, ne excluderer is conſulatu*, ich war ſorgfältig, damit du nicht von dem Bürgermeiſteramte ausgeſchloſſen würdeſt. Ne civitatis gubernaculis excluderere; ne consulatus a te abiret; ne honoris ille aditus tibi præcluderetur. *Usus.* 1. Aliquem mœnibus, a republica excludere. Supplicem a se absterrere & excludere. Ratio vitia culpamque excludat. Aliquem præmiis, honoribus, hæreditate excludere. 2. *Excipio*, annehmen. Legati recepti, nec Pompejus exclusus. 3. Tempore excludor, quin &c. keine Zeit haben.

Excogitatio, onis, f. Erfindung. *Epi.* Difficilis, diligens & considerata. *Usus.* Ea res non habet excogitationem difficilem.

Excogito, as, avi, atum, are. ausdenken. *Syn.* Cogitando invenio, machinor, fingo, meditor, ineo viam, rationem; consilia struo. *Adv.* Callide, caute, diligenter, imrpobe, ingenioſe, omnino, vere. *Phras. Multa præclare excogitaſti*, du haſt viele vortreffliche Dinge ausgeſonnen. Præclara sunt inventa tua; rara multa pertinaci studio eruisti; meditatione reperisti; commentatus es. V. *Meditor, invenio. Usus.* Excogitare mira furandi genera. Igitur cogita, vel potius excogita.

Excolo, is, lui, cultum, ere. auszieren. *Syn.* Colo, exorno, expolio. *Adv.* Vehementer. *Usus.* 1. Animum doctrina excolere. 2. *Diligo*, lieben. A propensis vehementer excolimur, & amamur.

Excommunico, as, avi, atum, are, in den Bann thun. *Phras.* Proscribere, ac Romanis sacris, societate, commercio, consuetudine, usu, communione, convictu piorum alicui interdicere; a piorum societate secludere, excludere, removere, arcere; ab Ecclesiæ communione repellere; extra Ecclesiæ septa ejicere, sacro fulmine percellere, jugulare; communione sacrorum depellere, secernere, semovere, spoliare, dejicere; sacrorum communionem alicui interdicere; anathemate sacro persequi; anathema dicere; abdicare aliquem; a corpore Ecclesiæ segregare; dirum, grave anathema in aliquem contorquere; a sacris amovere, submovere; execratione devincire; sacrificiis alicui interdicere; in numero

Digitized by Google

mero impiorum, ac sceleratorum habere quibus pii omnes decedant, quorum aditum sermonemque defugiant, cœtu, communione recte credentium aliquem movere, arcere, ejicere; usu sacrorum prohibere; ex cœtu piorum & communitate exterminare, extrudere, exturbare; sacro fulmine ferire; sacrum fulmen in aliquem vibrare; sacrorum usu, sacro civilique congressu alicui interdicere; a piorum cœtu communioneque sejungere, disjungere, arcere.

Excommunicatio, *onis*, *f.* Kirchenbann *Syn.* Sacrum Ecclesiæ fulmen, piorum cœtu aliquem moventis. *Phras.* *Ab excommunicatione absolvit*, er hat ihn aus dem Banne gethan. Piorum communioni restituit, Ecclesiæ reconciliavit; pacem illi ecclesiasticam reddidit; diris & execrationibus solvit, exsolvit.

Excommunicatus, *a*, *um.* mit dem Kirchenbanne belegt. *Phras.* Diro carmine nominatim in ejus caput composito, inferis devotus; communione piorum ejectus; sacer, sacra detestatione jugulatus; piorum communione exterminatus; diris devotus; Ecclesiæ castris horrendo execrationis carmine expulsus.

Excoquo, is, coxi, coctum, ere. auskochen. *Usus.* Excoquere malum alicui.

Excors, cordis, *g. o.* unverständig. *Syn.* Amens, vecors. *Adv.* Admodum. *Usus.* Quæ anus est tam excors? Qui hoc non vidit, sentit, excors est. V. *Amens.*

Excreo, f. exscreo, as, avi, atum, are. ausspeyen, räuspern. *Syn.* Vi quadam, ac cum tussi exspuo.

Excrucio, as, avi, atum, are. peinigen. *Syn.* Crucio, conficio, exanimo, interimo. *Adv.* Mirabiliter. *Usus.* Non me meæ miseriæ magis excruciant, quam tuæ. V. *Crucio.*

Excubiæ, arum, f. Wacht. *Syn.* Diurnæ nocturnæque vigiliæ. *Epi.* miseræ. *Usus.* Excubias & custodias capitis mei cognovi. Excubias agere.

Excubitor, oris, m. Wächter. *Usus.* Castra excubitoribus & firmis præsidiis tenebantur.

Excubo, as, ui, itum, are. Wache halten. *Syn.* Vigilo, vigilans sum, excubias ago. *Usus.* Animo hic semper excubandum est, ut nihil improvisum possit accidere. Ego excubo pro salute vestra, nec partem ullam quietis capio. V. *Vigilo.*

Excudo, is, di, sum, ere. schmieden. *Syn.* Compono, elucubro. *Usus.* Excudam tibi aliquid commentarii de gloria.

Excultus, a, um. ausgeziert. *Syn.* Ornatus, decoratus, præditus, institutus. *Usus.* Ingenia disciplinis exculta. Græcorum litteris & inventis, legibus & institutis omnem vitam excultam constitutamque habemus.

Excurro, is, curri, cursum, ere. auslaufen. *Adv.* Longius, pariter, immoderatius. *Usus.* Excurrere ex Africa. Campus, in quo excurrere virtus & cognosci possit. Oratio producta & excurrens.

Excursio, onis, f. Streiferey. *Syn.* Decursio, incursio. *Epi.* Moderata, nocturna. *Usus.* Tueri fines suos ab excursionibus hostium, & latrociniis. Nocturnam excursionem facere, populabundi magis, quam justi belli more. Latrocinii modo procursare.

Excursor, oris, m. Partheygänger. *Syn* Emissarius.

Excusatio, onis, f. Entschuldigung. *Syn.* Purgatio, satisfactio, causa.)(*Accusatio.* *Epi.* Facilis, justa, justa & idonea, legitima, magna, misera quidem, sed tamen justa, sapiens, & probabilis, similis, turpis. *Phras.* 1. *Excusationem afferre*, Entschuldigung vorwenden. Excusatione justa & idonea uti; probabili excusatione rem defendere; excusationem afferre legitimam. V. *Excuso.* 2. *Excusationem tuam accipio*, ich nehme deine Entschuldigung an. Probo excusationem tuam; admitto excusationem tuam; honesta oratio est; excusationem suo loco relinquo. V. *Causa*, *causor.* *Usus.* Excusationem quærere, parare. Excusationem audio, non accipio. Excusationem ut parum probabilem refellere, rejicere. Ignosco illi, qui vel pietatis, vel ætatis, vel necessitatis excusationem affert. Pravorum consensio ami-

Digitized by Google

amicitiæ excusatione tegenda non est. Officii prætermissi; vel cessationis culpa, imprudentiæ vel negligentiæ excusatione defenditur. Stultitiæ peccatum excusationem non habet.

Excuso, as, avi, atum, are. **entschuldigen.** *Syn.* Purgo, excusatione utor, excusationem affero, satisfacio, crimen removeo, culpa libero, a culpa eximo, excusatione rei tego.)(*Accuso.* *Phras.* 1. *Excusat absentiam suam per invaletudinem*, **er entschuldiget sich mit der Unpäßlichkeit, daß er nicht erscheinet.** Excusat valetudinem, quin una veniat; causam in valetudinem confert; morbi excusatione absentiæ crimen depellit; purgat ille se. & firmissimo propugnaculo utitur, quod valetudine retineatur; morbum suæ absentiæ prætendit, prætexit, in morbum noxam suam avertit; titulum morbi suæ desidiæ præfert, prætexit, etsi sexcentas causas colligere possit, morbi excusatione se purgatum cupit; quominus præsto sit, morbum causatur; morbi excusatione absentiæ crimen amoliri, diluere cupit; culpam de se demoliri satagit; absentiæ culpam morbi excusatione defendit; absentiæ suæ excusationem hanc dat, affert, quod morbo esset impeditus. Absentiæ culpam ut levet; absentiæ noxam ut purget, morbi excusatione utitur; absentiam culpæ ut eximat, ut eam a se culpam dimoveat, ut ea se culpa liberet, morbi speciosus titulus præfertur. 2. *Res non facile excusari potest*, **die Sache läßt sich nicht leicht entschuldigen.** Res excusationem non habet facilem; non est facile id expurgatu, atrocitatem facti non facile verbis lenias; purgare factum, facinus id levare; colore quodam diluere; honesta aliqua specie tegere, non ram promum est, aut expeditum; haud in promptu est. quo rem tantam a culpa eximas; de ea re haud facile satisfacies; in re tam anciptiti non video, quid excusationi tibi esse possit; quo excusationem tuam judici probare modo possis; culpam eam non facile præstabis; novam difficulter elues. 3. *Non est, cur te excuses*, **es ist nicht nöthig, daß du dich entschuldigest.** Excusatione, satisfactione, expurgatione, purgatione minime opus est. Non opus est, ut excusatione apud me utaris; ut mihi te purges, ut excusationem proponas; expurgationem afferas; satisfactionem pares. Supervacanea est apud me tua excusatio; excusandi officium sine causa suscipis. Causam excusandi nullam habes; minime necessaria est excusatio tua; tuam excusationem non desidero, non requiro, non exigo, non expecto. *Usus.* Atticæ ita me excuses, ut omnem culpam in te transferas. Quod te excusat, tuas causas nosco. Excusare tarditatem litterarum. Propinquitatem excusavit, antequam sententiam diceret.

Excutio, is, cussi, cussum, ere, **ausschlagen, ausklopfen.** *Syn.* Agito: exploro, examino; depello, rejicio. *Adv.* Radicitus. *Usus.* 1. Scrutari & excutere figillatim omnes. 2. *Examino*, **ausfragen** Decemviri nostros magistratus excutiant. Non metuo, non excutio te. Explicare & excutere aliquod verbum, **erwägen.** V. *Discepto.* 3. *Rejicio*, **verwerfen.** Excutiamus omnes eorum delicias, & ineptias. 4. *Excito*, **aufmuntern.** Explica & excute intelligentiam tuam, ut videas. 5. *Aufero, eripio, abigo, depello*, **benehmen, vertreiben.** Excutiam hanc tibi opinionem, jactationem. Omnem tibi mœrorem ex animo; studia manibus excutiam. V. *Eripio.*

Execratio, onis, f. **Verfluchung.** *Syn.* Diræ, imprecatio. *Usus.* Pompejus omni cautione, fœdere, execratione me devinxerat. Exierunt malis ominibus, & execrationibus, duo vulturii. V. *Execror.*

Execror, aris, atus sum, ari. **verfluchen.** *Syn.* Imprecor, male precor, abominor, detestor. *Phras.* *Omnes illum execrati sunt*, **sie haben ihn alle verwünschet.** Omnes illi pestem optarunt, omnibus precibus detestati sunt; diris omnibus devoverunt; diras, exitium illi imprecati sunt; infaustis vocibus illum prosecuti sunt; infaustas voces in illum jactarunt. V. *Abominor*, *odium.* *Usus.* 1. Omnes

Digitized by Google

nes te oderunt, tibi peſtem optant. execrantur, tibi male precantur. a. *Execro, execratio*, entweihen. Entweihung, *vulgi ſunt*; *Latine*: Exauguro; exauguratio. Exaugurare ſacella ſtatuit.

Executio, onis, f. Ausführung. *Syn.* Perſecutio. *Uſus.* Quæritur, an actionem, petitionem ejus rei, & executionem habeat. V. *Efficio.*

Exedo, is, edi, eſum, ere. verzehren, abfreſſen. *Syn.* Conſumo, conficio, corrodo. *Uſus.* Ægritudo lacerat, exedit animum, planeque conficit. Mœrores animum exedunt, conficiuntque curis.

Exedra, æ, f. ein Ort mit vielen Sitzen. *Syn.* Locus, ubi ſedes multæ paratæ. *Uſus.* Offendi eum ſedentem in exedra. Tamen illa moveor exedra.

Exemplar, is, n. Muſter, Vorbild. *Syn.* Exemplum, imago, ſpecies ad imitandum propoſita. *Uſus.* Homo exemplar antiquæ religionis. Fabricator magni operis perfectiſſimum ſibi exemplar proponat, in illud intueatur, ne ab illo deficiat; ut illud ſequatur, exprimat, curet, ſi præclarum opus efficere velit. V. *Exemplum.*

Exemplum, i, n. Beyſpiel. *Syn.* Exemplar, imago, factum, documentum, ſpecimen, clariſſimis monimentis teſtata conſignataque antiquitas. *Epi.* Acerbum, breviſſimum, domeſticum, facile ac pervulgatum, generatum, æternum, illuſtre, inſigne, laudabile, præſtans, novum, maximum, peſſimum, perditum, pernicioſum, perſpicuum, præclariſſimum, rarum, recens, ſuperius, vetus. Aliena, antiqua, glorioſa, grandiora, graviſſima, honeſta, innumerabilia, majora, maxima, mirabilia, notiora, oratoria, optima, perpauca, perſpicua, grandi vitio prædita, plena dignitatis & antiquitatis, plurima, præſentia atque viva, tot, tanta ac tam nova, vetera. *Phraſ.* 1. *Cato exemplum innocentiæ, virtutis &c.* Cato war ein Beyſpiel eines unſträflichen Wandels. Specimen, documentum fuit virtutis; quem ſibi omnes documento ſumant; imitatione exprimant, in cujus vitam, ut in ſpeculum, omnes intueantur. Cato viri præſtantis ſimulacrum; ſpecimen honeſtatis; documentum virtutis poſteritati. 2. *Exemplum bonum dare, ſeu ædificare alios, vulg* ein gutes Beyſpiel geben, erbauen. Documentum, in documentum, documento eſſe aliis; exemplum præbere, relinquere aliis antiquæ virtutis; exempla edere virtutum, in quæ poſteritas omnis reſpiciat; exemplo eſſe ad virtutem; virtutis exempla non vulgaria prodere, exemplo ad virtutem prælucere aliis; præclari exempli facem præferre; diſciplinæ eſſe aliis; documenta dare virtutis ſingularis. Exemplum eſſe ſalubre juventuti; exemplo ad virtutem præire cæteris; exempli eſſe rectiſſimi; hominem eſſe, in quo multa adhuc antiquæ pietatis veſtigia remanſerint. V. *Ædificatio, ædifico.* 3. *Multa exempla extant inconſtantis fortunæ*, es giebt noch viele Beyſpiele des wankenden Glückes. Documenta humanorum caſuum proferri multa poſſunt; nobilia maxime ſortis mortalium exempla, ſpectantur plurima; nova identidem, inauditaque rebus humanis aperiuntur exempla; humanorum caſuum exemplis abundamus; multi ſunt, qui exemplo ſuo, ac exitio humanum genus doceant fortunæ inconſtantiam. 4. *Exemplum ſumere*, ſich ein Beyſpiel nehmen. Exemplum capere, ſumere; documentum capere; documento ſibi habere: exempla ſibi ab aliis petere; imitatione alterius ſe erudire; inſpicere, tanquam in ſpeculum, in mores aliorum; ſtudio ſibi habere, ad aliorum exemplum ſeſe componere; mores ex moribus fingere; ante oculos ſibi conſtituere aliquem, ejusque exemplum ad imitandum ſibi proponere; imitatione exprimere. 5. *Malo exemplo eſſe*, ein böſes Beyſpiel geben. Ætati maxime lubricæ & incertæ exempla nequitiæ præbere; offenſionem præbere; periculoſam exempli imitationem reliquis prodere; peſſimo exemplo alios corrumpere; perniciem creare exemplo ſuo; exemplum pernicioſum prodere; vitia ſua in civitatem infundere; exemplo aliis nocere. V. *Scandalum.* 2. *Exemplum ſtatuere*

in

Digitized by Google

in improbos, ein Exempel der Schärfe sehen lassen. In posterum documentum statuere, ne quis &c. Insigne documentum mortalibus dare vindicis scelerum justitiæ; exemplum edere, prodere, constituere in improbos. *Usus.* 1. *Res vertur ad supplicium, & animadversionem*, gehöret zur Strafe. Severitatis exemplum edere, prodere, statuere, 2. *Ad litteras* zu Briefen. Exemplo eodem duas epistolas scribere, dare, zween Briefe gleiches Inhalts schreiben. *eadem forma, vulg.* Epistolæ exemplum mittere, eine Abschrift, Copey des Briefes schicken, *vulg. Copiam epistolæ.* 2. *Sua peculiari significatione.* Exemplum rem ornatiorem reddit. Exempla clara & illustria a summis viris petam, ut ego sim liberis meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Vitiosi principes, quod non solum vitia concipiant ipsi, sed ea etiam infundant in civitatem, plus exemplo, quam peccato nocent. Exemplum capere, expetere ab antiquitate. Exemplum prodere. Exemplo non probabili factum est, Quod exemplo fit, jure fit. Res in exemplum ibit, es werden es mehrere nachthun. V. *Imitor.*

Exentero, as, avi, atum, are. ausweiden, ausleeren. *Usus.* Seni marsupium exenteravit.

Exeo, is, ivi, itum, ire. ausgehen. *Syn.* Egredior, prodeo, progredior, pedem effero; foras me do, procedo, excedo. emergo, erumpo, emano, mano, evolo, evado, orior, nascor. *Adv.* Commodius, similiter, tuto. *Phras. Repente domo exivit*, er ist schnell aus dem Hause gegangen. Se domo proripuit; pedem limine extulit; domo se ejecit; in publicum processit; e domesticis tenebris emersit; ex latebris erupit; portis egressus est; extra ædes, *vel* ex ædibus se dedit. movit; duxit, eduxit se foras; foras se proruit; ex ædibus se penetravit. V. *Prodeo. Usus.* Exire legatum in provinciam. Consideratum nihil ex tuo ore exit. Exire urbe, patria, de navi, ex patriciis. Exilt de potestate mentis, er ist von Sinnen gekommen.

Ex eo, daher. *Syn.* Inde, ideo, idcirco, ea re, quia. *Usus.* Siquid in me est, ex eo est, quia. Ex eo, quod multa committeret, sæpe in judicium vocabatur.

Exequiæ, arum, f. Leichbegängniß. R. *extra sequi. Syn.* Funus, pompa, justa, justa funeris, supremi diei celebritas, parentatio. *Phras. Exequias facere*, ein Leichbegängniß halten. Funus facere; funeris exequias celebrare; cohonestare exequias; exequias ducere, prosequi; parentare, justa funebria solvere; funus ducere. V. *Funus. Usus.* 1. Funeris exequias celebrare. 2. *Exequiis privare*, kein Leichbegängniß halten. Exequiarum honore, laudatione, pompa spoliare, orbare aliquem. 3. Exequiarum honore carere, ohne Gepränge beerdiget werden.

Exequor. f. exsequor, eris, secutus sum, sequi. verrichten. *Syn.* Sequor, observo, præsto, perficio. *Adv.* Usque ad extremum. *Phras. Exsecutus est imperium*, er hat den Befehl vollzogen. Defunctus est imperio, injunctum negotium transegit, perfecit, expedivit, effectum reddidit, confecit, absolvit; mandatum exhausit; mandatum nec moræ, nec molestiæ sibi habuit, dum exhauriret. V. *Perficio, efficax, facio, efficio. Usus.* 1. Exequi officia *aut* mandata. 2. *Imitor*, nachfolgen. Cur non factum illius executi sumus? 3. *Perficio*, vollenden. Quod semel cœpisti, quod ingressus es, exequere. Fugam exequi non omnes potuere. 4. *Explico, expono, attingo*, erklären, Meldung thun. Multa sunt præterea, quæ verbis exequi non possum. Non exequar peccata juventutis tuæ. 5. Jus suum exequi, sein Recht ausführen. 6. Egestatem exequi, die Armuth übertragen.

Exerceo, es, cui, itum, ere. üben. *Syn.* Colo, excolo, exercitatione utor, versor in aliqua arte, consuetudinem atque exercitationem capio, artem facio. *Adv.* Acerrime, familiariter, nimium, scienter, vehementer, vehementissime, latine, studiose, studiosissime. *Phras. 1. Demosthenes se exercendo clarus orator evasit.* Demosthenes ist

iſt durch ſtäte Uebung ein vortrefflicher Redner geworden. Meditando, quaſi ludicra exercitatione prædiſcendo inclaruit; dum induſtrius eſt ac diligens in exercitationibus, dum in quotidianis commentationibus multum operæ ponit ad ſummam laudem pervenit; exercitatione uſuque diſcendi, conſuetudine, agitatione mentis, litterarum tractatione aſſidua tantus orator evaſit. 2. *Munus ſuum egregie exercet*, er verrichtet ſein Amt unvergleichlich. Munus præclare gerit; munere ſuo magna cum laude fungitur; perſonam ſuam, partes ſuas egregie ſuſtinet; eo in munere pro dignitate elaborat. V. *Munus*, *fungor*. *Uſus*. 1. Exercere memoriam, vocem, vires, corpus. Quotidianis ſe commentationibus exercere. Armis exerceri. In arte ſe ſtudioſe exercere, ſich üben. 2. *Affligo* plagen. Fortuna variis illum caſibus exercet. Me litteræ tuæ; me fatum reipublicæ valde exercent. 3. *Affectibus malis tribuitur*, quälen. Iracundiam in victos, inimicitias cum civibus, crudelitatem ſuam cum aliquo exercere. 4. *Ago*, *facio*, *factio*, *tracto*, thun, treiben. Exercere jus civile. Veſtigalia exercere & exigere. Judicium, quæſtionem exercere. Exercere, facere piraticam, argentariam, medicinam.

Exercitatio, onis, f. **Uebung**. *Syn.* Uſus, tractatio, actio, meditatio, commentatio, conſuetudo, induſtria, agitatio, curriculum, ſtudium. *Epi.* Acerbior, bona, campeſtris, communis, domeſtica, egregia, elegans, facilis, forenſis, honeſta, laborioſa, ludicra, magna, major, maxima, multa, non inutilis, parva, magna, perfecta, plurima, popularis, propria, pene puerilis, quotidiana. Accuratæ, crebræ atque magnæ, laborioſæ, maximæ, modicæ, oratoriæ, rhetoricæ, ſubitæ. *Uſus*. Ingenii, corporis exercitatio. Conſuetudo, exercitatio & intelligendi acuit prudentiam, & eloquendi incitat celeritatem. Nec medici, nec impeperatores, nec oratores, quamvis artis præcepta perceperint, quidquam ſine uſu & exercitatione, magna laude dignum conſequi poſſunt. Exercitatione ſcelerum aſſuefieri.

Exercitatus, a, um. geübt. *Syn.* Verſatus, exercitatione præditus.)(*Rudis*. *Uſus*. Homo in Dialecticis, Arithmeticis, in rebus maximis gerendis probe exercitatus. In maritimis rebus exercitatiſſimus.

Exercitium, ii, u. **Uebung**. *Phraſ.* 1. *Exercitia ſpiritualia dare*, einem die geiſtlichen Uebungen vortragen. Sacris exercitationibus aliquem excolere, perpolire; ſacris commentationibus inſtituere, munire; adverſus pravas animi affectiones & vitia piis exercitationibus munire, pias commentationes alicui tradere; ſacris commentationibus aliquem exercere. 2. *Exercitia ſpiritualia facere*, die geiſtlichen Uebungen machen. Sacras commentationes obire; a negotiis avocare ſeſe, & ad divinarum rerum commentationem mentem traducere; rerum divinarum commentationi operam dare; ſacris commentationibus excoli, perpoliri; in divinarum rerum contemplatione ſeſe exercere, temporis aliquantum ponere.

Exercitus, us, m. Kriegsheer. *Syn.* Copiæ, manus. *Epi.* Ampliſſimus, certus, clarus, conſularis, cunctus, exiguus firmitate, fideliſſimus & conſtantiſſimus, firmiſſimes, florentiſſimus, magnus, imbecillis, incolumis, infirmus, inſtructus, invictus, magnus & amplus, maximus & fortiſſimus, melior, novus, vetus, optimus, ornatiſſimus, parvus, periculoſus, peſſimus, pulcherrimus, robuſtus & victor, tiro & collectitius, veteranus, univerſus. Boni, ſed rudes, clari & magni, contrarii, optimi, parati, paratiores, & fortiores, permagni, proprii, regii, valentes, veterani. *Phraſ. Exercitum parare*, ein Kriegsheer auf die Beine bringen. Scribere, conſcribere, colligere, cogere, parare, comparare, conflare, facere, conficere exercitum. Contrahere copias, cogere, comparare; militarem manum facere, cogere; milites facere, ſcribere, conquirere; ingentes peditum equitumque copias contrahere. 2. Exercitum

Digitized by Google

citum complere, ein Heer mit frischer Mannschaft ersetzen. Exercitum reficere, recreare, confirmare, supplere, augere, multiplicare; exercitui supplementum scribere; legiones explere; legiones supplementis integrare, reficere. 3 *Exercitum habemus egregium*, wir haben ein auserlesenes Kriegsheer Probe ornatum auxiliis; copias habemus, & genere, & numero & fidelitate præstantissimas; exercitum censemus superbissimo delectu, durissima conquisitione collectum, veteranum, robustum, valentem, victorem; magnam manum pedestrium, & equestrium copiarum. 4. *Cæsar exercitum habebat genere potius, quam numero firmum*, Cäsar hatte ein Kriegsheer, so mehr tapfer, als zahlreich war Frequentes admodum Cæsaris copiæ non erant, sed fortitudine præstabant. Erat in castris Cæsaris virtus, multitudo non erat; numero, exiguus Cæsaris exercitus, firmitate amplissimus erat. Non militum copia, frequentia, numero, sed eorum virtute, robore, fortitudine, animi præstantia, corporis viribus valebat Cæsar. 5. *Ingentem quidem habet exercitum sed temere collectum*, er hat ein großes aber zusammen geraftes Kriegsvolk. Peditum equitumque nubes jactat, & conflernit maria suis classibus, sed exercitus est tiso, & collectitius; numerosam quidem trahit, sed naufragorum ejectam ac debilitatam manum. Asiam quidem in nos omnem effundit, sed rarus in tanto exercitu miles, pauci quibus arma, quibus belli disciplina, nullus. *Ussus.* 1. Exercitum scribere, werben. 2. Exercitum lustrare, recensere, mustern. 3. Exercitum ducere, ducere, führen. 4. Exercitum adducere, herzuführen. 5. Exercitum deducere, abducere. deportare de provincia, wegführen. 6. Exercitum castris continere, im Lager halten. 7. Exercitum distribuere in statiua, einquartieren. 8. Exercitum collocare, exponere, instruere, stellen, ordnen. 9. Exercitum trajicere, über einen Fluß setzen. 10. Exercitum permutare, deponere, dimittere, verwechseln, abdanken. 11. Exercitum dissipare, dilabi, aus einander gehen lassen. 12. Exercitum reficere, recreare, supplere, supplementa exercitui scribere, erganzen. V. *Bellum.*

Exero, s. exsero, is, erui, ertum, ere. herausstrecken. * *Syn.* Extraho. *Ussus.* Humeros exerere.

Exhalatio, onis, f. Ausdünstung. *Syn.* Vapor, anhelitus terræ, afflatus ex terra, exspiratio, aspiratio. *Ussus.* Cœsum humidum & caliginosum propter exhalationes terræ, cujus exspirationibus aer alitur. Vapores, qui a sole ex agris tepefactis, & ex aquis excitantur.

Exhalo, as, avi, atum, are. ausdünsten. *Syn.* Spiro, exspiro, emitto. *Ussus.* Crapulam exhalare den Rausch ausschlafen. Pores exhalant odorem; afflantur e floribus odores.

Exhaurio, is, hausi, haustum, ire. ausschöpfen. *Syn.* Aufero, minuo, exinanio, perfero, absumo.)(*Repleo. Ado.* Facilè. *Phras. Provinciam totam exhausit*, er hat das Land ausgesauget Quidquid potuit, sanguinis detraxit, & nudam, consumptam, enectam successori tradidit provinciam; quantas prædas exsorbuit? quot fana spoliavit, domos exinanivit? quot tributis civium vires attenuavit, opes egessit? V. *Vasto, spolio. Ussus.* 1. Ex Africa quas opes, quas ex ærario exhausit. 2. *Minuo*, vermindern. Malim meas laudes omnes ad te transferre, quam de tuis minimum exhaurire. 3. *Exequor*, verrichten. Mandata mea exhauriat. 4. *Exinanio, spolio*, ausleeren. Dilapidat pecuniam, ærarium exhaurit, minuit vectigalia. Sententiam exhaurire. Civitates omnibus rebus exhaustæ. 5. *Profero, fastidio*, übertragen. Labores omnes, ærumnas, solicitudines, tædia, sumptus tua causa exhausi. 6. *Voro, ingurgito*, sich anfüllen. Tantum vini exhausit, ut necesse esset vomere.

Exheredo, as, avi, atum, are. enterben. *Syn.* Hereditate privo, abdico, submoveo ab hereditate, jure hereditatis privo; hereditate excludo. *Ussus.* Pater filium exheredare cogitabat.

Ex-

Digitized by Google

Exheres, edis, *g. c.* erblos. *Syn.* Hereditate excluſus, in nullam ſortem bonorum natus. *Uſus.* Egit lege in hereditatem paternam teſtamento exheres filius.

Exhibeo, es, ui, itum, ere. darthun, erweiſen. *Syn.* Profero, oſtendo, gero, præbeo.)(*Occulto. Phraſ. Semper me tibi exhibui amiciſſimum*, ich habe mich allezeit gegen dich ſehr freundſchaftlich bezeiget. Omnibus de rebus ita tractavi, ut intelligeres me tibi amiciſſimum; æquiſſimum me tibi ſemper præbui; eum me tibi præſtiti; eo in te animo fui, quo ſolent amiciſſimi; talem me exhibui tuis in rebus, ut mihi pro intimo eſſes. Ita me tractavi, ita geſſi, nemo ut, quin amiciſſimus tibi eſſem, dubitaret. Optime ſemper oſtendi me V. *Præſto. Uſus.* 1. Exhibe, cedo tabulas, aufweiſen. 2. *Faceſſo*, verurſachen. Exhibere moleſtiam, curam alteri. 3. *Gero me, ago, præbeo*, ſich erweiſen, erzeigen. Auctorem ſalutis; ſupplicem ſe alicui exhibere. Mitem ſenatorem egit, ſe geſſit, ſe exhibuit. Affectum patris alicui exhibere. 4. *Oſtendo*, zeigen. Artis ſpecimen exhibere, artes edere.

Exhilaro, as, avi, atum, are. erfreuen. *Syn.* Hilaro. *Phraſ. Exhilarat me aſpectus veſter*, eure Gegenwart erfreuet mich. Recreat me, reficitque aſpectus veſter; mira me lætitia, ſuavitate, voluptate perfundit; in lætitiam me injicit incredibilem; lætitiam objicit mihi nullis verbis exæquandam; lætitia me onerat aſpectus veſter; ad hilaritatem traducit; lætitia, hilaritate animum complet; liberaliſſima, & honeſtiſſima voluptate cumulat; voluptati mihi eſt; voluptatem aſſert. V. *Gaudium, lætitia, recreo.*

Exhorreſco, is, horrui, ere. ſich entſetzen. *Syn.* Horrore perfundor. *Phraſ. Exhorrui ad hoc ſpectaculum*, an dieſem Schauſpiele bin ich ganz erſchrocken. Animo perculſus ſum, horruit, cohorruit animus ad id ſpectaculum; pavore concuſſus ſum; ſenſus mihi erepti ſunt, vultus expalluit, lingua obtorpuit, corpus contremuit; ſubito pavore pectus mihi perculſum eſt; commotus, exterritus, perterritus, conſternatus ſum. V. *Terreo. Uſus.* Exhorreſcere metu.

Exhortatio, onis, f. Ermahnung. *Uſus.* Tua exhortatione impulſus feci.

Exhortor, aris, atus ſum, ari, ermahnen. *Syn.* Hortor, adhortor, cohortor, auctor ſum alicui, in ito, impello, inflammo, ſolicito, cohortatione utor. *Uſus.* Exhortare aliquem ad virtutis ſtudium. V. *Hortor, excito, moneo.*

Exigo, is, egi, actum, ere. fodern. *Syn.* Ad diſſolutionem cogo, poſtulo, flagito, extorqueo, de pecunia appello. *Adv* Acerbe, acerbius, amplius, facilius, plane, præclare. *Uſus.* 1. Non urgeo, neque exigo, quæ polliceris. Tributa, veſtigalia, penſionem, mercedem, benefacta, nomina acerbius exigere. 2. *Profligo, pello, ejicio*, verſtoßen, vertreiben. Reges civitate, uxorem thoro exigere. *Transl.* Mœrorem ex animo, laſſitudinem ex membris exigere 3. *Abſolvo, perficio*. vollenden. Opus, ærumnam exigere. 4. *Transadigo*, durchſtechen. Ferrum per medium corpus exegit. 5. *Transigo*, zubringen. Ævum, ætatem, annos, dies per deſidiam exigere. 6. *Dispono, dirigo*, richten. Actiones ſuas ad normam rationis, columnas ad perpendiculum exigere.

Exigue, wenig. *Syn.* Tenuiter, exiliter. *Uſus.* Epiſtola, oratio exigue ſcripta. Exigue & exiliter ad calculos revocare amicitiam. Exigue tibi a principe tributum eſt.

Exiguitas, tis, f. Kleinheit. *Syn.* Exilitas. *Uſus.* Exiguitas copiarum receſſum magis, quam pugnam ſuadebat.

Exiguus, a, um. wenig. *Syn.* Exilis.)(*Ingens. Adv.* Valde, ſane. *Uſus.* Exiguis finibus provincia. Tenui & exiguo ſermone diſputare. Exiguo & anguſto tempore aliquid abſolvere. Tenues opes, facultates exiguæ, nullæ amicorum copiæ. V. *Parvus, paucus.*

Exilis, e, *g. c.* gering. *Syn.* Tenuis.)(*Plenus, nitidus. Adv.* Sane. *Uſus.* Solum exile & macrum. Genus orationis exile, aridum, conciſum, minutum. Spinoſa & exilis oratio. V. *Parvus.*

Digitized by Google

Exilitas, tis, f. Schwäche. *Syn.* Tenuitas, jejunitas. *Usus.* Qui discernes horum copiam, & ubertatem ab illorum exilitate & penuria?

Exiliter, gering. *Syn.* Tenuiter, jejune. *Usus.* Exiliter & jejune disputare.

Exilium, ii, n. Elend. *Syn.* Patriæ, *vel* civitatis privatio, exterminatio, pœna exilii, proſcriptio. *Phraſ.* 1. *In exilium mittere*, ins Elend ſchicken. In exilium ejicere, projicere, pellere, mittere; in exilium agere; patria extorrem expellere; exilio multare; in exilium expellere; exilio afficere; projicere in exilium; amandare aliquem in ultimas terras; aqua & igni alicui interdicere; ex urbe ejicere, exterminare; urbe regnoque expellere, pellere, exigere. Relegare aliquem. 2. *In exilium proficiſci*, ins Elend gehen. Ire, abire, proficiſci in exilium; exulatum abire; in exilium deportari, exportari; in ultimas maris terrarumque oras devehi; urbe cedere, excedere. Egredi, migrare; ſolum vertere, mutare; patriam relinquere exilii cauſa. Exilium ſibi conſciſcere; exilio ſe multare, in voluntarium exilium ſecedere, freywillig ins Elend gehen. 3. *De exilio redire*, aus dem Elende zurück kommen. De exilio reduci; exilium patria ſede mutare; in patriam revocari. 4. *Cicero in exilium miſſus eſt*, Cicero iſt in das Elend vertrieben worden. Exilii cauſa ſolum vertere juſſus eſt. Fluctibus reipublicæ expulſus, in terras alias exportatus exulavit. Extorris patria, expulſus, ejectus, finium interdictione multatus eſt; urbe, domo, penatibus, foro, luce, congreſſu æqualium prohibitus, relegatus eſt; damnatus exilio Theſſalonicam habitatum conceſſit. V. *Exul*, *exulo*. *Usus.* 1. In exilium mittere, pellere, ejicere. Exilio multare, des Landes verweiſen. 2. In exilium ire, proficiſci, exportari, in das Elend ziehen. 3. In exilio eſſe, im Elende ſeyn. 4. Exilio reduci, aus dem Elende zurück kommen.

Eximie, vortrefflich. *Syn.* Egregie *Usus.* Eximie me dilexit. V. *Valde.*

Eximius, a, um. vortrefflich. *Syn.* Egregius, præſtans. *Usus.* 1. Ea, quæ eximia aliis, ac præclara videntur, parvi ducere. Pomejit ſingularis ac eximia virtus. Eximium ingenium. Eximia pulchritudo. 2. *Exceptus*, ausgenommen. Tu unus eximius es? Eximium facient neminem, *nemo, exceptus eſt, neminem excipient*, man wird niemanden ausnehmen. V. *Egregius, ſummus, clarus.*

Eximo, is, emi, emptum, ere. herausnehmen. *Syn.* Excludo, excipio, libero, abſolvo. *Phraſ.* 1. *Hominem eo onere eximit*, er hat dieſen Menſchen von ſolcher Schuldigkeit befreyet. Immunitatem homini dedit civilium munerum; vacationem a muneribus dedit; legibus eum ſolvit; legum vinculis exſolvit; gratiam legis homini fecit; exemptum eo onere fecit; eo onere levavit. 2. *Exemptus erat muneribus publicis*, er war von öffentlichen Verrichtungen ausgenommen. Immunis erat muneribus; muneribus vacabat; immunitatem habebat; vacationem habebat; nactus erat munerum publicorum; vacabat a publicarum rerum curatione & adminiſtratione; ſolutus erat ac liber ab iis muneribus. V. *Immunis*, *privilegium*. *Usus.* 1 Eximere rebus humanis amicitiam, urbs nulla ſtare poterit. 2. *Libero*, befreyen. Aliquem e vinculis, e culpa, miſeria, ſervitute eximere. Nomen alicujus de tabulis, ex reis, ex ærariis eximere. Curas alicui, ſuſpicionem, opinionem, ſcrupulum, laſſitudinem eximere. Rem miraculo eximit, er hat erwieſen, daß es nicht unglaublich ſey. 3. *Conſumo*, *produco*, *protrabo*, verzehren, zubringen. Diem, horam, tempus dicendo eximit, ne ad negotii caput perveniri poſſet. V. *Libero.*

Exin, darnach. *Syn.* Exinde.

Exinanio, is, ivi, itum, ire. ausleeren. *Syn.* Exhaurio.)(*Impleo*, *repleo*. *Usus.* Agros, domos vaſtare & exinanire. V. *Exhaurio*, *nihilum.*

Exinde, darnach. Exin, deinde.

Exiſtimatio, onis, f. Meynung, Achtung. *Syn.* Auctoritas, fama, honeſtas, opinio, commendatio. *Epi.*

Be-

Digitized by Google

Bona, mala, cara, communis, facilior, gravis, honesta, incertissima, integra, magna, optima, perpetua, popularis, præclara, sanctissima, summa, tacita, turpis. *Usus.* 1. Existimationem colligere, sich ein Ansehen machen. Bonis artibus in magnam existimationem venire, ein Ansehen bekommen. In existimatione esse, in Ansehen seyn. Mei labores ad hominum existimationem dimanant, in Ansehen bringen. Existimationi consulere, & dignitati servire, auf sein Ansehen Acht haben. Omnium existimationi satisfacere, anderer Meynung ein Genügen thun. Agitur existimatio ingenii, es kömmt auf die Ehre und Hochachtung meines Verstandes an. In discrimen existimationis venire, in Gefahr seiner Ehre gerathen. 2. Alterius existimationem oppugnare, imminuere, venire, facere contra existimationem alterius, wider die Ehre und Ansehen eines andern handeln. Existimationem omnem amittere, perdere, alles Ansehen verlieren. 3. Existimationem reconciliare, den guten Namen wieder erwerben. Existimationem conservare, sein Ansehen erhalten. Suam existimationem alteri committere, seine Ehre und Ansehen einem andern anvertrauen. Existimationi hominum se venditare, eitle Ehre suchen, sich vor andern selbst herausstreichen. V. *Fama, opinio, honor.*

Existimator, oris, m. Schätzer. *Syn.* Judex, arbiter, opinator. *Epi.* Acerrimus, doctus & & intelligens. *Usus.* Existimator alicujus artificii; acerrimus, non stultus existimator.

Existimo, as, avi, atum, are. vermeynen. *Syn.* Puto, reputo, sentio, æstimo, opinor, duco, judico, persuasum est animo. *Adv.* Bene, contra, falso, longe aliter, longe secus, male, melius, minus, optime, pejus, prorsus, recte, secus, valde, vere, usque eo, invidiose, privatim, vulgo, publice. *Phras. Existimo potius errorem, quam culpam fuisse*, ich meyne, es sey vielmehr aus einem Irthum, als aus Bosheit geschehen. Magis adducor, ut errorem credam, quam culpam fuisse; in opinionem venio; in eam opinionem adducor; in opinione ea sum, id factum errori magis, quam culpæ tribuendum. V. *Opinio, judico, puto. Usus.* Rem male; de aliquo minus bene existimare, nicht viel auf einen halten. Quid ex istis malim, non facile existimare possum. Alios suis moribus existimare, urtheilen. Ex eventu de consilio existimare. In existimando prudens.

Existo, is, stiti, stitum ere. entstehen. seyn. *Syn.* Sum, appareo, prodeo, emergo. *Adv* Parumper, repente, subito. *Usus.* 1. Tua in me summa beneficia exstiterunt. Metuo, ne in filium existam crudelior. Ex luxuria existit avaritia. E vultu animi magnitudo existit, *elucet*, hervorscheinen. 2. *Prodeo, exeo, emergo*, hervorgehen, hervorkommen. Utinam ille ab inferis existat! E virtutibus beata vita solet existere. Anguis repente ex ara exstitit. E silice ignis existit. Lignum ex aqua exstitit.

Exitiabilis, e, schädlich. *Usus.* Bellum exitiabile. V. *Noxius.*

Exitialis, e. verderblich. *Syn.* Mortifer, calamitosus. *Usus.* Exitus exitiales.

Exitiosus, a, um. schädlich. *Syn.* Perniciosus. *Usus.* Exitiosum consilium.

Exitium, ii, n. Untergang. *Syn.* Pernicies. *Epi* Crudelissimum, publicum, commune, summum, luctuosissimum. *Phras. Ille multis exitio fuit*, er hat viele ins Verderben gestürzet. Multos in casum traxit; ejus ruina multi concidere; multorum ille salutem afflixit, perdidit; multos ejus ruina involvit, oppressit; in hanc omnium deterrimam miserrimamque conditionem adduxit; multis exitium peperit; perniciem attulit; calamitatem ac pestem importavit. V. *Ruina, affligo, destruo. Usus.* Qui de huius urbis exitio, de nostro interitu, de reipublicæ pernicie cogitant. Exitium alicui comparare, dare; exitio esse.

Exitus, us, m. Ausgang, Endschaft. *Syn.* Eventus, casus, finis, terminus.)(*initium. Epi.* Calamitosus, difficilis, dignus vita ac fatis, dubius rerum, facilis, felix, perniciosus judici, fortunatus, gloriosus, incertus, iracundus, lautus maritimus, molestus, notabi-

Digitized by Google

bilis, optabilis, perſpicuus, prudens, ſimilis, ſimillimus principio. Adverſi, ſecundi, boni, contrarii, difficiles, diverſi, exitiales, extremi, exitioſi. Fatales, graviſſimi, improviſi, incerti, innumerabiles, maritimi, meliores, mirabiles, plurimi, proſperi, recentes, ſimiles, ſpiſſi, & producti, triſtes, neceſſarii, utiles. *Uſus.* 1. Contigit rebus noſtris exitus, quem optabamus; bonum exitum & felicem habuit hæc æſtas. Fugam quærebamus, quæ tamen exitum non habebat: Belli exitus ſemper incerti. Conſulatus tuus in exitu eſt. Exitum expectare debemus. 2. *Finis*, Ende. Vitam turpem honeſto exitu concluſit. Quæ pollicitus es, exitu præſta. V. *Eventus*, *finis*.

Exlex, legis, *g. o.* geſetzlos. *Syn.* Qui lege aliqua non tenetur. *Uſus.* Non quod Syllam exlegem putarent. V. *Diſſolutus.*

Exoleſco, is, evi, ere. veralten. *Syn.* Quaſi inveteraſco, *Uſus.* Ætas tua jam exolevit.

Exonero, as, avi, atum, are. erleichtern, entladen. *Syn.* Allevo, onus detraho. *Uſus.* Exonerare aliquem. V. *Levo.*

Exopto, as, avi, atum, are. wünſchen. *Syn.* Opto. *Uſus.* Ut ea res tibi laudi ſit, exopto. V. *Opto.*

Exorabilis, e. erbittlich. *Syn.* Placabilis.)(*inexorabilis. Uſus.* Exorabilis iracundia.

Exorcismus, *i*, *m.* Beſchwörung, Austreibung des Teufels. *Phraſ. Dæmones exorcismis e corporibus pellere*, Teufel austreiben. Malos dæmones ex corporibus exturbare, exigere, profligare; correptos, vexatos a malo dæmone liberare; ex obſeſſis corporibus malum genium depellere; ſacris carminibus malos genios ex miſerorum corporibus ejicere, fugare. V. *Diabolus.*

Exordior, iris, orſus ſum, iri. anfangen. *Syn.* Ordior, exordium capio, principium capio, duco.)(*Perficio. Adv.* Bene cauſam, glorioſe, potiſſimum. *Uſus.* Ab alio principio exorſus ſum dicere. Exordiri a re ipſa. Pertexe, quod exorſus es. V. *Initium*, *inchoo.*

Exordium, ii, n. Anfang, Eingang. *Syn.* Principium, exorſus, proœmium, dicendi initium, veſtibulum & aditus ad cauſam. *Epi.* Commune, commutabile, difficiliſimum, exile, frugatorium, vulgare, facilliimum, ſeparatum, longum, translatum, vehemens, pugnans. *Phraſ. Exordium longius petam*, ich will den Eingang zur Sache etwas weiter herholen. Altius repetam rationem conſiliorum meorum; longinqua repetam, ut apertius exponam conſilia mea; longe repetam mei ſermonis initium, quo pateant illuſtrius conſilia mea. Longinquum exordium capiet hic ſermo, quem de meis conſiliis habiturus ſum. *Uſus.* Difficilliimum eſt in omni conquiſitione exordium. Exordium ab aliqua re capere, ducere. Longum & alte petitum proœmium.

Exorior, eris, ortus ſum, oriri. entſtehen, entſpringen, aufgehen. *Syn.* Orior, exiſto, erumpo.)(*Occido. Adv.* Longius, paullum, repente, plane, perraro. *Uſus.* 1. Ante extinctum fidus, quam plane exortum, natumque eſſet. Repente exorta eſt Catilinæ neſaria libido. 2. *Sumo animum*, *recreor*, *levo*, ſich erholen. Ego nunc paullo exorior e litteris Roma allatis. Qua gloria commotus Epicurus exoritur.

Exormatio, onis, f. Auszierung. *Syn.* Ornamentum, ornatus, conformatio, lepor, concinnitas, feſtivitas. *Epi.* Egregia. *Uſus.* Sine exornatione aliquid ſimpliciter exponere.

Exornator, oris, m. Ausſierer, Ausſchmücker. *Uſus.* Cæteri non exornatores, ſed tantummodo narratores fuere.

Exorno, as, avi, atum, are. ausziehren. *Syn.* Expolio, illumino, illuſtro.)(*Deformo. Adv.* Ample, dilucidè, magnifice, plane, privatim, publice. *Uſus.* Exornare orationem. Pythagoras Italiam artibus exornavit. Exornare triclinium magnifice. Aliquem magiſtratu; urbem munimentis exornare. V. *Orno.*

Exoro, as, avi, atum, are. erbitten. *Syn* Impetro. *Adv.* Semel. *Uſus.* Ajunt Stoici, viri non eſſe exorari, aut placari. Exoravit me frater, ut huc venirem. V. *Precor*, *deprecor.*

Ex-

Digitized by Google

Exorſus, us, m. Anfang. *Syn.* Exordium.

Exoſus, a, um. * gehäßig, verhaßt. Qui odio habet, *aut* habetur. *Uſus.* Jupiter Trojanos exoſus. Omnibus exoſum eſſe. V. *Odium.*

Exoticus, a, um. * ausländiſch. *Syn.* Peregrinus, peregrini moris homo, adventitius. V. *Peregrinus.*

Expalleſco, is, ui, ere. erbleichen. *Syn.* Exalbeſco, pallore ſuffundor. *Uſus.* Expalluiſſe, erubuiſſe, titubaſſe. V. *Palleſco.*

Expaveſco, is, pavi, ere. erſchrecken. *Uſus.* Enſem expaveſcit muliebriter. V. *Metuo, timeo, paveo.*

Expectatio, onis, f. Hoffnung, das Warten. *Syn.* Spes. *Epi.* Acerba, adverſaria, brevis, cæca, diuturna ſupplicii, firma, gravis, incredibilis, indigna homine libero, longa, magna, major, maxima, mirabilis, mirifica, non parva, quotidiana, ſolicita, ſumma, ſuſpenſa, tacita, ultima, crebra. *Phraſ.* 1. *Vereor, ne, quam tui expectationem concitaſti, hanc ſuſtinere & tueri non poſſis,* ich beſorge, ob du der Erwartung, die man von dir hat, entſprechen, und ſie erhalten werdeſt. Vereor, ut ſtudia tua expectationi hominum reſpondeant. Timeo, ne ſtudiorum tuorum eventus ab expectatione hominum diſſentiat. Timeo, ne tuis ſtudiis non is, qui expectatur, ſit exitus. Magna me dubitatio tenet, an eum, quem homines expectant, ſtudia tua fructum latura ſint. Timeo, ne ſtudia tua cum hominum opinione non conſentiant; alium, atque expectatur, exitum habeant; qui expectatur, fructum non pariant; fallas hominum ſpes de te conceptas. Timeo, ne ſtudiorum tuorum eventus aliùs, atque expectatur, exiſtat. 2. *Expectationem de te egregiam moviſti,* du haſt eine große Hoffnung von dir erwecket. Expectationem apud omnes, omnibus de te magnam commoviſti, concitaſti, feciſti, dediſti, attuliſti; magnam in expectationem omnes adduxiſti. 3. *Magna de te expectatio eſt,* man erwartet von dir was großes. Scito, te in ſumma expectatione eſſe; ſummam eſſe tui expectationem; omnes expectant a te, quæ a ſumma virtute, ſummoque ingenio expectanda erant; nihil humile, nihil vulgare, nihil anguſtum a te expectatur; magnum quiddam, & excellens; excelſa omnia, ampla, divina ſibi de te pollicentur; civitas omnis expectatione ſuſpenſa, in expectationem erecta eſt. 4. *Expectationem de te concitatam egregie ſuſtinuiſti,* du haſt der von dir geſchöpften Hoffnung ein Genügen gethan. Expectationem de te factam tuitus es præclare; expleviſti, quin viciſti, ſuperaſti deſiderii noſtri expectationem; conceptæ de te opinioni egregie reſpondiſti. 5. *Expectationi non reſpondiſti,* du haſt unſerer Meynung kein Genügen geleiſtet. Fefelliſti, decepiſti expectationem noſtram; id, quod a te præſtitum, longe infra expectationem eſt; non æquaſti ſpem de te conceptam; longe abſunt a præclara expectatione ſtudiorum tuorum fructus. V. *Opinio, Spes.*

Expecto, as, avi, atum, are. erwarten. *Syn.* Præſtolor, ſpero. *Adv.* Acriter, acerrime, admodum, amanter, amplius, avide, avidiſſime, commodiſſime, jam diu, maxime, melius, mirifice, omnino, privatim, prorſus, publice, quotidie, ſumme, valde, vehementer, recte, foris. *Phraſ.* 1. *Diu te jam expecto,* ich erwarte dich ſchon lange. Diu te operior; in diuturna expectatione eſt adventus tuus; acerrime, valde ſuſpenſo animo te præſtolor; magna tui eſt expectatio; vix fero jam deſiderium tui; animus jam præſtolantem deficit; angor ſingularum horarum expectatione. 2. *Omnes expectabant exitum rei,* es erwarteten alle den Ausgang der Sache. Omnes erecti expectatione ſtabant; in expectatione civitas erat univerſa; civitas in rei expectationem erecta erat; tot mortalium animi ſpe, metuque pendebant; expectationes ea res non exiguas commovebat; angebantur, cruciabantur, torquebantur omnes expectatione rei. Civitas omnis cæca expectatione ſuſpenſa tenebatur; in eventum ſortis intenta erat; multiplici expectatione commota erat. 3. *Cum omnes expectarent,* da alle wartetten. In tanta expectatione rerum? tot mortalium

Digitized by Google

lium animis ſpe, metuque pendentibus; intentis in rei eventum omnium animis oculisque. *Uſus.* Reditum tuum ſpe expecto, abſentem memoria colo. Omnia, volo, a me poſtules & expectes. Diem ex die expectare. Carus omnibus & expectatus venies. Expectatus ad ſummam dignitatem. V. *Expectatio.*

Expectoro, as, avi, atum, are. aus dem Herze treiben. *Syn.* Pectore ejicio, expello. *Uſus.* Pavor mihi omnem ex animo ſapientiam expectoravit. V. *Apertus.*

Expedio, is, ivi, itum, ire. entledigen. *Syn.* Libero, explico, extrico. ✕ *Impedio, induo me in laqueos. Adv.* Brevi, breviter, elegantiſſime, facile, perſpicue, plane, vehementer, celeriter. *Phraſ. Expediendum tibi ſine cunctatione id negotium eſt*, du mußt dieſes Geſchäfft geſchwind verrichten. Cunctandum non eſt in eo negotio; producenda, differenda, proferenda, proroganda, protrahenda, longius ducenda res non eſt; immorandum non eſt; facienda mora non eſt; omnis in ea re abjicienda mora eſt; languor omnis abjiciendus eſt; ſine mora tentanda res eſt, ſine cunctatione, ſine ullo temporis intervallo, aggredienda res eſt; immorari, cunctari, lente agere, indormire huic negotio non oportet. *Uſus*, 1. Se omni moleſtia, occupatione, cura, ſuſpicione expedire. Animum metu, moerore expedire, ſich frey machen. 2. *Abſolvo*, volvendo, auflöſen. Negotia, rei inſtitutæ exitum expedire. Nodum implicatum expediré. 3. *Promptum facio, impedimenta abjicio*, beſchleunigen, alle Hinderniſſe wegräumen. Peto a te, ut eam expedias, Me aliud ex alio impedit, ſed ſi me expediero &c. Expedire ſe & evolvere negotiis. V. *Explico.*

Expedit, es nützet, iſt zuträglich. *Syn.* Utile eſt, conducit. *Uſus.* Cæſaris id conſilium ad diuturnitatem dominationis non expedit. Dubitet, quid ſibi expediat. V. *Emolumentum, commodum, utilis.*

Expedite, leicht, fertig. *Syn.* Plane, prompte. *Uſus.* Expedite explicat quæſtionem.

Expeditio, onis, f. Ausfertigung. *Syn.* Abſolutio. *Uſus.* 1. Habes hic breviter comprehenſam multarum rerum expeditionem. 2. Kriegs unternehmung. Educere exercitum in expeditionem.

Expeditus, a, um. fertig, rüſtig. *Syn.* Promptus, paratus, facilis; nulla re implicatus. *Uſus.* Aditus ad cœlum bonis expeditiſſimus eſt. Expedito & prompto homine nobis opus eſt. A natura ſatis aptus & expeditus ad dicendum. Credebat ille viam ſibi ex editiorem ad honorem. Expedita oratio. Clodius obviam ſe expeditus in equo. Provinciam quam expeditiſſimam tradere, die Verwaltung alſo übergeben, daß nichts mehr von den vorigen Streitſachen zu ſchlichten übrig iſt. V. *Paratus, promptus.*

Expello, is, puli, pulſum, ere. austreiben. *Syn.* Ejicio, exigo, detrudo, exturbo, amoveo, ſubmoveo, loco moveo. *Phraſ. Parentem nefarium cum liberis improbis expulit*, er hat den gottloſen Vater ſammt ſeinen Kindern vertrieben. Parentem nefarium cum ſcelerata ſtirpe omni executus eſt; evomuit peſtilentem eam familiam e foro; ſceleratam eam ſtirpem foro ſubmovit; foro exeſſe juſſit. V. *Pello. Uſus.* Ejici, exterminari, expelli ab urbe, prædiis.

Expendo, is, pendi, penſum, ere. überlegen. *Syn.* Perpendo, exquiro, examino. *Adv.* Diligenter. *Phraſ. Expendendum eſt ſedulo*, die Sache muß wohl überleget werden. Verſanda res in animis; ſermonibus agitanda; ad calculos vocanda, reducenda; cum animo, in corde agitanda eſt; calculus ponendus; ſubducendi ſunt calculi; ejus rei conſilia animo probe circumſpicienda ſunt; penſanda ſunt iſta, tac mente agitanda crebrius; res eſt animo volvenda, volutanda diligenter; res ejusmodi eſt, in qua animus ſe ad omnes cogitationes verſet; quam animus ſecreta æſtimatione penſet. V. *Examino, cogito. Uſus* 1. Omnia diligenter expendere, ſeligere, æſtimare, 2. *Do, pendo.* Pœnas alicui expendere, Straf von einem ausſtehen. 3. *Pondero, metior*, wägen. Aurum expendere.

Ex-

Digitized by Google

Expenſus, a, um. **ausgelegt, überleat.** *Syn.* Datus.)(*Acceptus. Uſus.* Expenſum ferre: *ſcribere, ſe alicui pecuniam dediſſe.* Quis tibi mille nummum ferret expenſum? Cur iis, quibus credebas, expenſum non ferebas?

Expergefacio, is, feci, factum, ere. **aufwecken.** *Syn.* Somno excito. *Uſus.* Hic Italiam tumultus terrore ſubito expergefecit. V. *Excito, evigilo.*

Expergiſcor, eris, perrectus ſum, giſci. **erwachen.** *Syn.* A ſomno, de ſomno excitor, ſomno ſolvor.)(*Dormio. Phraſ. Ad gallorum cantum expergiſceris,* **du erwacheſt, wann der Hahn krähet.** Gallorum cantus te ſuſcitat; tibi ſoporem dicutit; ſomno te excire ſolet; ſomno te ſolvit. V. *Evigilo.*

Experiens, entis, *g. o.* **erfahren.** *Syn.* Expertus. *Uſus.* Homo navus, experientiſſimus, ac diligentiſſimus.

Experientia, æ, f. **Erfahrung.** *Syn.* Periclitatio, uſus, exemplum. *Phraſ. Eſt homo magnæ experientiæ, vulg.* **es iſt ein Mann von groſſer Erfahrung.** Vir quem longa vita uſusque rerum maximarum plurimum docuit; quem uſus in plurimis rebus erudivit; magna prudentia, magno uſu eſt atque experientia præditus; quem uſus reapſe experiendo docuit; multum imbutus uſu; ætate & uſu doctus. Non promptus ingenio tantum, ſed uſu etiam exercitatus; magnæ ſolertiæ & uſus; in rebus admodum verſatus & experiens; magnum habet uſum in rebus; longo uſu edoctus; qui multa uſu ac tractatione cognovit; magno rerum uſu in rebus agendis exercitatus. V. *Diſco. Uſus.* Experientia patrimonii amplificandi. V. *Uſus, peritus, diſcipulus.*

Experimentum, i, n. **eine Probe, Verſuch.** *Syn.* Argumentum. *Uſus.* Sed hoc experimentum eſt maximum, [illegible] &c. V. *Experior.*

Experior, iris, pertus ſum, iri. **erfahren.** *Syn.* Periclitor, periculum facio, uſu tractando cognoſco, tento. *Adv.* [illegible], pauliſper. *Phraſ. Omnia [illegible] ich werde alles [illegible] vias perſequar, [illegible] ad id, quod volo, pervenire poſſe.* Uſu, tractando cognoſcam; guſtabo omnia; nihil non tentabo; nihil inexpertum & intentatum relinquam. Periclitabor omnia; periculum faciam; experimentum capiam rerum omnium, quibus optata conſequi poſſim; ultima experiar; nullum non movebo lapidem. V. *Tento. Uſus.* Experiri noli, quod aſſequi te poſſe diffidas. Vim veneni in cane experiri. Par eſt eum multa experiri, qui res magnas animo volvit. Ultima experiri malo, quam &c. V. *Experientia.*

Expers, tis, *g. o.* **der keinen Theil hat.** *Syn.* Non particeps, vacuus, immunis,)(*Particeps. Uſus.* Conſilii, ingenii, eruditionis expers. Nulla pars vitæ ſummæ turpitudinis expers.

Expertus, a, um. **erfahren.** *Syn.* Qui habet uſum multarum rerum, multarum rerum peritus, experiens.)(*Rudis. Uſus.* Hoc experti ſcimus. Nec hoc conjectura, ſed expertus dico. In aliqua re expertus; virtus præſens, experta perſpectaque.

Expeto, is, ivi, itum, ere. **begehren, anbitten.** *Syn.* Opto, cupio, peto, adſciſco.)(*Vito. Uſus.* Expetere pœnas ab aliquo, **einen zur Strafe ziehen.** Vitam alicujus expetere, appetere. Probat Epicurus, voluptatem natura expeti. V. *Peto, cupio, deſidero.*

Expiabilis, e, **verſöhnlich.**

Expiatio, onis, f. **Verſöhnung.** *Syn.* Procuratio. *Uſus.* Diis violatis expiatio debetur. Scelerum & impietatis quæ tandem erit expiatio?

Expilatio, onis, f. **Plünderung.** *Syn.* Direptio. *Epi.* Tanta. *Uſus.* Expilationes & direptiones ſociorum. V. *Furtum.*

Expilo, as, avi, atum, are. **plündern.** *Syn.* Diripio, exinanio, exhaurio; ago feroque res. *Uſus.* Expilare ſocios, diripere provincias. V. *Fur.*

Expingo, is, pinxi, pictum, ere. **abmalen, beſchreiben.** *Syn.* Pingo. *Uſus.* Motus hominum & ferarum expingere. V. *Deſcribo.*

Expio, as, avi, atum. are. **verſöhnen, abbüſſen.** *Syn.* Procuro. *Phraſ. Sua ſcelera expiare,* **ſeine Sünden abbüſſen.** Debitam Deo expiationem facere; placamina cœleſtis iræ

Digitized by Google

& piacula conquirere; ipsum se cruciatibus offerre, piaculaque dare; abolere superioris vitæ maculas; piaculo diluere contractas in vita sordes. V. *Pœnitentia. Usus.* Expiare religiones; forum a vestigiis sceleris. Hoc scelus explari, nisi supplicio tuo, nequit. Tua scelera Dii in nobis explarunt. Expiare Deum, *f. placare*, versöhnen.

Expiratio, onis, f. **Ausdünstung.** *Syn.* Exhalatio. *Usus.* Terræ expirationibus aër alitur.

Expiro, f. exspiro; as, avi, atum, are. **ausdauchen, ausathmen.** *Syn.* Spiritum emitto. *Usus.* Animam exprirare. Inter primam curationem expiravit, **sterben, den Geist aufgeben.** V. *Morior.*

Expiscor, aris, atus sum, ari. **ausfragen, ausforschen.** *Syn.* Indago, inquiro. *Usus.* Omnia ab illo expiscatus sum.

Explanate, **deutlich.** *Usus.* Definire aliquid explanatius & uberius.

Explanatio, onis, f. **Erläuterung, Erklärung.** *Syn.* Explicatio, enodatio, interpretatio. *Epi.* Illustris. *Usus.* Dii nobis objiciunt, quorum neque scientiam, neque explanationem habemus. Explanatio, quæ reddit apertam, planamque orationem. Ad obscura & ambigua explanatio adhibetur.

Explanator, oris, m. **Ausleger.** *Syn.* Interpres, explicator. *Usus.* Grammatici Poetarum explanatores.

Explano, as, avi, atum, are. **auslegen, erklären, erläutern.** *Syn.* Interpretor, interpretationem, *vel* explanationem facio; interpretatione explico, illustro, *aut* expono, planum & perspicuum facio, explico, aperio, patefacio. *Usus.* Diligentius, apertius aliquid explanare. V. *Explico.*

Explebilis, e. **erfüllich.** *Usus.* Libido non explebilis.

Expleo, es, evi, etum, ere. **erfüllen, ersättigen.** *Syn.* Impleo, compleo, saturo, satio, absolvo.)(*Exhaurio, exinanio. Adv.* Aptius, nihilo, cumulate, insaturabiliter. *Usus.* Avaritiam suam pecunia, libidinem voluptatibus explere. Inimicitias, odium, diuturnam sitim satiare & explere. Mortalitatem, supremum diem explere. Legiones supplementis explere. Se explevit, quod utrique defuit. Res perfecta expletaque omnibus numeris suis & partibus. Vita virtutibus expleta.

Explicabilis, e. **leicht zu erklären.** *Usus.* Difficilis res est, & vix explicabilis.

Explicate, **deutlich.** *Syn.* Enodate, explanate.)(*Implicite, abscondite. Usus.* Explicate & distincte dicere.

Explicatio, onis, f. **Erklärung, Auslegung.** *Epi.* Brevis quædam & circumscripta, facilis, facilior, illustris perpolitaque, mira, suspiciosa. *Usus.* Explicatio illustris ac perpolita. Explicatio fabularum. V. *Explico.*

Explicator, oris, m. **Ausleger.** *Epi.* Gravior, commodior. *Usus.* Prudens, severus, gravis explicator.

Explicatrix, icis, f. **Auslegerinn.** *Usus.* Oratoria, explicatrix perpetuæ orationis.

Explicatus, a, um. **erkläret, deutlich gemacht.** *Syn.* Apertus, definitus. *Usus.* Veterum rerum non satis explicata recordatio. Litteræ tuæ, quibus nihil explicatius, illustrius. Explicata salutis ratio.

Explicatus, us, m. **Erklärung.** *Usus.* Natura Deorum obscura est, & difficiles explicatus habet.

Explico, as, avi, & cui, atum, are. **auswickeln, auswirren, erklären.** *Syn.* Expono, explano, in medio pono, enodo, evolvo, aperio, extrico, interpretor, verbis rem complector, exitum reperio. *Adv.* Accurate, accuratius, acute, apertissime, brevi, breviter, commodius, copiose, diligenter, diligentissime, dilucide, eleganter, enodatius, expedite, facete, facile, facilius, graviter, uberius, plane, planius, planissime, præclare, ridicule, similiter, figillatim, subtilius, valde, varie, vere, facile, omnino, prope, sane, non satis. *Prov.* 1. *Ille locus difficulter explicatur*, **diese Stelle wird nicht leicht erläutert.** Difficilis explicationis locus est; res est obscura, & difficiles explicatus habet; locus est inenodabilis, vix explicabilis; verba desunt, quibus loci hujus explicatam notionem exequar, evolvam, vix satis enucleate, aperte, ac plane exponi, exprimi potest;

ex-

Digitized by Google

explanatione opus est subtili. Loci hujus non est satis explicata ratio. V. *Obscurus.* 2. *Nondum me explicare & expedire ex his negotiis potui*, ich habe mich von diesen Geschäften noch nicht losmachen können. Nondum mihi explicata & expedita est ejus negotii ratio; nondum evolvere me iis ex negotiis potui; nondum explicare id negotium. Hæret adhuc, pendet negotii imperfecti moles; affectum, non confectum id negotium est. V. *Eximo. Usus.* 1. Explicare se dicendo; mentem suam & cogitationem litteris. Factum, sententiam suam explicare. 2. *Absolvo, libero, expedio*, losmachen. Urbem hostibus cinctam explicavit. Negotia, quæso, mea explica. Explica te, ut ad nos quamprimum venias. Se laqueis, insidiis, periculis explicare. Provinciam alicui explicatam tradere. 3. *Executio, enarro*, beybringen. Vitam alterius totam explicare, & sub conspectum ponere. 4. *Produco*, ausbreiten. Ædificium ad aliquem locum usque explicare. Aciem, ordines explicare

Explodo, is, plosi, plosum, ere. höhnisch verlachen, spöttisch abfertigen. *Syn.* Ejecio, exsibilo. *Adv.* Jam pridem. *Phras. Explodunt hominem merito clamoribus ac manuum collisione*, man hat ihn billig verlachet und ausgezischet. Convitiis, sibilis, strepitu, fremitu consectantur; sibilis excipiunt, conscindunt; haud intactus a sibilo abibat; explodebatur non modo sibilis, sed etiam convitio. refrigeratus sibilis, convitiis exanimatus, communi explosione ejectus, expulsus, extrusus, exturbatus est. *Usus.* Crates comœdus non modo sibilis, sed etiam convitio e scena explodebatur. Tam explosam & ejectam sententiam sequeris.

Explorate, ungezweifelt. *Syn.* Certe, plane. *Usus.* Explorate percepta res est & cognita. Explorate navigare.

Explorator, oris, m. Kundschafter. *Usus.* Missi exploratores, qui observarent.

Exploratus, a, um versichert, gewiß, kundbar. *Syn.* Certus, explicatus. *Dubius. Usus.* Exploratum, perspectum, cognitum habere aliquid. Cui exploratum est, se ad vesperum victurum? Explorata nobis est victoria. Magna spe, & prope explorata. Cum mihi erit exploratum, scribam. Exploratus illi, & velut domi conditus videbatur consulatus.

Exploro, as, avi, atum, are. erkundigen, ausforschen, kundschaften. *Syn.* Indago, exquiro, observo, omni cura investigo. *Adv.* Diligenter, maxime, plane. *Usus.* Explora rem totam. Africam exploravit. V. *Observo, indago.*

Explosio, onis, f. Verhönung, Verspottung. *Usus.* Ludorum explosiones.

Expolio, is, ivi. itum, ire. polieren, glätten. *Syn.* Excolo, exorno, perpolio. *Usus.* Doctrinis omnibus vix expolitus. Nihil omni ex parte perfectum natura expolivit. Expolire partitiones, carmen, & castigare.

Expolitio, onis, f. das Glätten, Auszierung. *Syn.* Exornatio, explicatio. *Epi.* Artificiosa alicujus inventi, urbana. *Usus.* Argumentatio, & inventi artificiosa expolitio. Numerorum expolitio.

Expono, is, posui, positum, ere. auslegen. *Syn.* Edissero, exprimo. *Adv.* Absolute, aperte, breviter, apte, brevissime, diligenter, diligentissime, dilucide, humanissime, indiligenter, memoriter, ornate, perbreviter, planius, planissime, probabiliter, prudenter, simpliciter, summatim, vere. *Phras. Omnibus periculis se exposuit*, er hat sich allen Gefahren ausgesetzt. Ad omnes casus subitorum periculorum objecit; invidiæ malevolorum se dedidit; pro republica se in plurimas dimicationes, ac profligatorum hominum quotidianos impetus objecit; vitam suam hostium telis objecit; periculis se omnibus opposuit, exposuit; nudus ac expositus ad omnes ictus stetit; caput imperterritus discrimini obtulit; in omnem casum se demisit; in omne discrimen se obtulit. V. *Periculum, fortis. Usus.* 1. Rem, ut gesta est, exponam. Artem Rhetoricam exponere. Eam sententiam Cato in suis originibus exponit. 2. *Narro*, erzählen. Summam cognitionum suarum; mandata alicujus alteri exponere. Quod

Digitized by Google

ut planius exponam, paullo altius repetam Reddere & exponere rationem facti. 3. *Propono, exhibeo, palam pono, in conspectu pono,* **ausliegen.** Frumentum, merces. vasa Samia exponere, in conspectu ponere, numerare, vendere. Copias in terram exponere. Infantem exponere, **aussetzen.** V. *Explico, exprimo.*

Exporrigo, is, rexi, rectum, ere. **ausstrecken.** *Syn.* Extendo. *Usus.* Munitiones exporrigere, extendere. Frontem exporrigere, **guter Dinge** seyn, fröhlich **aussehen.**

Exportatio, onis, f. **Ausführung.**)(*Invectio. Usus.* Earum rerum, quibus abundamus, exportatio, & quibus egemus, invectio.

Exporto, as, avi, atum, are. **austragen, ausführen.**)(*Invebo. Usus.* Frumentum in fame exportare ausus est.

Exposco, is, popoſci, ere. **fodern.** *Syn.* Posco, flagito. V. *Peto.*

Expositio, onis, f. **Auslegung.** *Usus.* Perspicua & dilucida expositio sententiæ.

Expositus, a, um. **ausgelegt, ausgesetzt.** *Syn.* Explicatus, declaratus. *Usus.* 1. Capita multa exposita, nec explicata. 2. Obnoxius, objectus, ausgesetzt. Domus patens, & adeo cupiditatibus exposita.

Expostulatio, onis, f. **Wortwechsel.** *Syn.* Criminatio, quædam accusatio.)(*Purgatio. Usus.* Flagitatur bonorum expostulatione. Cum esset expostulatio facta. V. *Accusatio.*

Expostulo, as, avi, atum, are, **fodern.** *Syn.* Expostulationem facio, queror, expostco. *Adv.* Iracundius, vehementius. *Usus.* De injuriis expostulare iracunde & vehementer. Expostulare cum aliquo injuriam. Auxilium expostulare. V. *Queror.*

Expreſſe, **ausdrücklich.** *Syn.* Plane, aperte, diserte, dilucide, sine circuitione. *Usus.* Expresse conscripta ponere licebat exempla.

Expressus, a, um. **ausgedrückt.** *Syn.* Firmus, confirmatus, apertus. *Usus.* Expressa sceleris vestigia extant. Expressa signa virtutis. Imago nostræ vitæ in alienis moribus expressa. Bellum Mithridaticum totum ab Archia expressum est.

Exprimo, is, pressi, pressum, ere. **ausdrücken.** *Syn.* Expono, eloquor, oratione complector, declaro, imitor, effingo.)(*Obscuro. Adv.* Amplius, breviter, diligenter, late, necessario, subtiliter, planius, præclare, putidius, facilius. *Phras. Exprimere non possum, quæ sentio,* **ich kann meine Meynung nicht genugsam erklären.** Mentis cogitata, animi sensa, sensus animi explicare; sermone depromere; oratione concipere, exequi, efferre non possum. Exprimendis animi sensibus omnis impar est oratio; oratio non sufficit; verba desunt; non suppetunt; evolvere mentis cogitata non satis possum. Oratione mentem assequi, æquare, exprimere nequeo. Verbo satis digno, ut velim maxime, appellari ea res non potest. *Usus.* 1. Exprimere similitudinem, mores, vultum alicujus dictione. Aliquem imitando effingere & exprimere. Expressa & polita effigies. Expressum & illustre exemplum. Sonus nec expressus, nec oppressus. 2. *Aufero, extorqueo, cum labore obtineo,* **erpressen, abzwingen.** Nummulos aliquot, vide, ut ab illis exprimas. Risum alicui, *vel* gemitum exprimere. Vitam exprimere tormentis. V. *Extorqueo, aufero.*

Exprobratio, onis, f. **Vorrückung.** *Usus.* Hæc commemoratio quasi exprobratio est immemoris beneficii.

Exprobro, as, avi, atum, are. **vorwerfen.** *Syn.* Objicio, probro, vitio, culpæ do, verto. *Phras. Nihil tibi unquam exprobravi,* **ich habe dir niemals etwas verwiesen, oder vorgeworfen.** Nullum tibi probrum objectavi, objeci; non in calamitate insultavi, nec adversam fortunam objeci. Nullum tibi probrum intuli, impegi, inuffi. Nunquam vecordiam tuam culpavi, vitio & culpæ dedi. Nullum in te exprobrationis telum ejeci; nihil in te criminis congessi. Non vecordiam probris increpui. Nihil in te criminis, nec mea in te merita commemoravi; nullum in te probrum jeci. V. *Objicio, culpo. Usus.* Exprobrare languorem alicui;

Digitized by Google

cui; odiosum hominum genus officia exprobrantium.

Expromo, is, prompsi, promptum, ere. **hervorziehen**. *Syn.* Profero, expono.)(*Occulto. Adv.* Audacius. *Usus.* Odium, crudelitatem suam expromere. Leges, sententiam suam expromere. Causa hæc est, in qua omnis vis eloquentiæ possit expromi. V. *Profero.*

Expugnator, oris, m. **Eroberer**. *Usus.* Urbis expugnator. Pudicitiæ expugnator.

Expugnatio, onis, f. **Eroberung**. *Epi.* Luctuosa sani alicujus & acerba, clara apud omnes, hostilis. *Usus.* Nocturnæ expugnationes.

Expugno, as, avi, atum, are. **erobern**. *Syn.* Vi capio. *Usus.* Sperabat, se ejus adolescentiam & fortunas expugnare posse. Sapientis animus nunquam vincitur, aut expugnatur. V. *Urbem capio.*

Expulsio, onis, f. **Vertreibung**. *Usus.* Expulsiones vicinorum.

Expulsor, oris, m **Austreiber**. *Usus.* Jure bonorum possessor, expulsor, direptor.

Expultrix, icis, f. **Austreiberinn**. *Usus.* Philosophia expultrix scelerum.

Expungo, is, punxi, punctum, ere. **ausstreichen**. *Usus.* Expungere nomen debitoris. V. *Debitum.*

Expurgo, as, cvi, atum, are. **säubern**. *Syn.* Expio, quasi purgo. *Usus.* Expurgare suspicionem, dimovere crimen. V. *Purgo, excuso, causor.*

Exputo, as, avi, atum, are. **ausfinnen**. *Syn.* Excogito, reputo. *Usus.* Quid illi in mentem venerit, exputare non possum. V. *Puto.*

Exquiro, is, quisivi, quisitum, ere. **ausforschen**. *Syn.* Quæro, inquiro, requiro, perquiro, investigo, perscrutor. *Adv.* Accuratius, diligenter, diligentissime, magnopere, quam diligentissime, studiose, undique. *Usus.* Omissis auctoritatibus in ipsa re & ratione exquirere veritatem. Exquirere de aliquo causam facti. V. *Inquiro.*

Exquisite, **auserlesen**. *Syn.* Accurate, diligenter. *Usus.* Accurate & exquisite aliquid facere. Rationes exquisitas colligere.

Exquisitus, a, um. **auserlesen**. *Syn.* Accuratus, lectus, excellens. *Usus.* Tua exquisita & singularis doctrina. Verba exquisita. Dicendi genus exquisitum. Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum. Reconditæ & exquisitæ sententiæ. Munditia odiosa & exquisita nimis. Exquisita supplicia. V. *Diligens, accuratus.*

Exsanguis, e **verbleicht, blutlos**. *Syn.* Pallidus, decolor. *Usus.* Aliquis supremo spiritu exsanguis, enervatus, confectus. Aridum & exsangue genus dicendi.

Exsatio, as, avi, atum, are. **ersättigen**. *Syn.* Satio, exsaturo. *Usus.* Ne morte quidem Scipionis exsatiantur. V. *Satio.*

Exsaturo, as, avi, atum, are. **ersättigen**. *Syn.* Exsatio. *Usus.* Pascere oculos, exsaturare animum cruciatu alicujus. V. *Satio.*

Exscendo, is, di, sum, ere. **ausstei-gen**. *Syn.* Exscensionem facio. *Usus.* Navi in terram exscendo.

Exscindo, is, scidi, scissum, ere. **ausschneiden, verwüsten**. *Syn.* Ad internecionem redigo, ad internecionem funditus deleo. *Usus.* Scipio Numantiam exscidit. Urbs exscindi se potius pateretur, quam &c. V. *Everto, vasto, destruo.*

Exscribo, is, scripsi, scriptum, ere. **ausschreiben**. *Usus.* Tabulas exscripsit. V. *Describo.*

Exseco, f. Execq, as, cui, sectum, are. **benehmen, ausschneiden**. *Syn.* Seco, reseco. *Usus.* Qui exsecant pestem aliquam tamquam strumam civitatis. Medicina vitiosas partes exsecat.

Exsectio, onis, f. **Ausschneidung**. *Syn.* Excisio. *Usus.* Exsectio linguæ.

Exsibilo, as, avi, atum, are. **auszischen**. *Syn.* Explodo. *Usus.* Histrio infacetus explauditur, exsibilatur, ejicitur. V. *Explodo, irrideo.*

Exsicco, as, avi, atum, are. **austrocknen**. *Adv.* Furtim. *Usus.* Lagenas furtim exsiccare. Exsiccatum genus dicendi.

Exsilio, f. exilio, is, silii, & silivi, sultum, ire, **aufspringen**. *Syn.* Prosilio, evado, me projicio, me proripio. *Usus.* Perlectis tuis litteris gaudio exsilii. Exsiliit conscientia sceleris excitatus. Repente exsiliit & in pu-

Digitized by Google

publicum se proripit; in forum se projicit.

Exsolvo, f. exolvo, is, vi, utum, ere **losmachen**. *Syn.* Solvo, dissolvo, libero, absolvo. *Adv.* Plane. *Usus.* Nomina mea exsolvi, expedivi, **abzahlen**. Aliquem religione, religionum nodis, metu, poena, **befreyen**. Se suspicione, pudore aliquem liberare & exsolvere; fidem votaque exsolvere, **sein Versprechen erfüllen**. V. *Solvo.*

Exsorbeo, es, ui, orptum, ere. **ausschlurfen, aussaugen**. *Syn.* Haurio, helluor. *Usus.* Civilem sanguinem exsorbueras. Quæ unquam Charybdis tantos gurgites haurire posset, quantas ille prædas exsorbuit? Multas difficultates exsorbere.

Exsors, ortis, *p. o.* **nicht theilhaftig**. *Syn.* Non particeps. *Usus.* Amicitiæ, culpa exsors.

Exspolio, as, avi, atum, are. **ausrauben**. *Syn.* Exhaurio. *Phras. Exspoliavit provinciam*, **er hat das ganze Land geplündert**. Provinciam eam frumento, &c. exinanivit; prædas ex omnibus locis egit; prædæ loco eam provinciam habuit; quidquid ferri agique potuit avertit. V. *Spolio, diripio. Usus.* Exspoliare Pompejum exercitu & provincia.

Exspuo, is, ui, utum, ere. **ausspeyen**. *Syn.* Cum fastidio rejicio, expello.

Exstinctio, onis, f. **das Auslöschen**. *Syn.* Interitus. *Usus.* Supremus ille dies nos exstinctionem, sed loci commutationem affert.

Exstinctor, oris, m. **Löscher**. *Usus.* Non exstinctor, sed auctor incendii, belli, seditionis. Exstinctor patriæ & proditor.

Exstinguo, f. extinguo, is, stinxi, stinctum, ere. **auslöschen**. *Syn.* Restinguo, opprimo.)(*incendo. Adv.* Omnino, animum plane, maturius, simul, funditus, jam pridem. *Usus.* 1. Vir egregius mature exstinctus. Belli reliquias exstinguere. Memoria tanti sceleris non exstincta quidem, sed repressa vetustate. 2. *Deleo, interitum affero*, **aufheben, vertilgen**. Exstinguere senatum, leges, rempublicam, imperium, judicia, Alicujus salutem exstinguere, gloriam infringere. Furorem alicujus & audaciam opprimere, exstinguere. V. *Deleo.*

Exstirpo, f. extirpo, as, avi, atum, are. **ausrotten**. *Syn.* Extraho, evello; stirpem tollo, interficio, funditus deleo. *Usus. Transl.* Nisi omnem humanitatem ex ejus animo exstirpatam credimus. Vitia funditus exstirpari non possunt.

Exstructio, onis, f. **Aufführung**. *Usus.* Exstructiones testorum.

Exstruo, f. extruo, is, xi, ctum, ere. **aufbauen**. *Syn.* Ædifico. *Adv.* Accurate, vere. *Usus.* 1. Immortale monumentum exstruere. Ad cœlum exstruxit villam. 2. *Cogito*, **gedenken**. Age, exstrue animo altitudinem & excellentiam virtutis. 3. *Onero*, **besetzen**. Mensam exquisitis epulis exstruere. V. *Ædifico.*

Exsudo, as, avi, atum, are. **ausschwitzen**. *Usus.* Laborem exsudare.

Exsugo, is, suxi, suctum, ere. **aussaugen**. *Usus.* Sanguinem, fortunasque omnium exsugere.

Exsuperantia, æ, f. **Vortrefflichkeit**. *Usus.* Populus omnem exsuperantiam virtutis odit.

Exsupero, as, avi, atum, are. **übertreffen**. *Syn.* Supero. *Usus.* Dum anima exsuperabo mea. V. *Supero, excello.*

Exsurgo, f. exurgo, is, surrexi, surrectum, ere. **aufstehen**. *Syn.* Surgo, erigo. *Adv.* Honestissime, paullisper. *Usus.* Exsurge & erige te. Recreatus morbo, ut exsurgere & erigere se posset. V. *Surgo.*

Exsuscito, as, avi, atum, are. **aufwecken**. *Syn.* Expergefacio. *Usus.* Hæc cura animos exsuscitat. Memoriam, se exsuscitat.

Exsuscitatio, onis, f. **Erweckung**. *Syn.* Commotio.

Exta, orum, n. **Eingeweide**. *Syn.* Præcordia. *Epi.* Argutissima, bona, prima, secunda, tristissima. *Usus.* Præsensio per exta. Exta pecudum interpretari.

Extabesco, is tabui, ere. **mager werden, schmachten**. *Syn.* Contabesco, lenta tabe conficior. *Usus.* Corpus maciæ, sententia illa diuturnitate extabuit. V. *Tabes.*

Ex-

Digitized by Google

Extemplo, alsbald. *Syn.* Illico. V. *Statim.*

Extemporalis, e. eilfertig.

Extendo, is, tendi, tenſum, ere. ausſtrecken. *Syn.* Projicio. *Phraſ.* 1. *Late ſe extendit tua induſtria ad alienas utilitates*, dein Fleiß erſtrecket ſich weit zum Nutzen der andern. Late ſe porrigit & explicat; late patet, fluit, manat; urbem totam complectitur tua induſtria; ad exteros etiam porrigis, profers tuam induſtriam; non conſtringi, contineri ſe patitur tua induſtria; certis finibus includi, circumſcribi ſe non ſinit, egreditur extra fines, quos muneris tui ratio conſtitutos habet. 2. *Peninſula late extenditur in mare*, die Halbinſel erſtrecket ſich weit in das Meer. Excurrit late in mare; porrecta eſt in mare multis paſſuum millibus, peninſula late in mare projecta. 3. *Arbor ramos late extendit*, der Baum breitet ſeine Aeſte weit aus. Diffunditur vaſtis ramis arbor; in omnes partes ſunditur; late ramos promittit, paſſis late ramis; projectis brachiis procera arbor. *Uſus.* Extenſis brachiis aliquid de geſtu addidit. V. *Dilato, explico.*

Extenuatio, onis, f. Verkleinerung. *Epi.* Conciſa. *Uſus.* Diſtincte conciſa brevitas extenuatioque.

Extenuo, as, avi, atum, are. verkleinern. *Syn.* Minuo, attenuo, deprimo, elevo,)(*augeo, exaggero, amplifico. Adv.* Sigillatim voluptates. *Uſus.* Amor omnes moleſtias extenuat. Munus ſuum & beneficium verbis extenuare. Extenuatur ſpes noſtra & evanescit. Extenuare atrocitatem facti, levare, elevare. Extenuabant anguſtiæ gradientium agmen. Extenuare ſuſpicionem, offenſionem, ignominiam & elevare. V. *Minuo.*

Exterebro, as, avi, atum, are. durchbohren. *Syn.* Perterebro, exterebrando extraho. *Uſus.* Nummulos, aurum exterebrare ex aliquo.

Extergeo, es, *vel* Extergo, is, terſi, terſum, ere. auswiſchen. *Syn.* Tergendo purgo, ac mundum facio. V. *Purgo.*

Exterminator, oris, m. Vertreiber. *Syn.* Expulſor.

Extermino, as, avi, atum, are. vertreiben. *Syn.* Expello, ejicio. *Adv.* Contra. *Uſus.* Exterminare ab urbe. Reipublicæ auctoritatem. Rempublicam exterminare. Peregrinos urbibus exterminare. V. *Pello, ejicio.*

Externus, a, um. äußerlich. *Syn.* Extrarius, extraneus, exterus, alienigena, extrinſecus accedens, adventitius, peregrinus, advena.)(*Domeſticus. Uſus.* Externa commoda, & ad corpus pertinentia. Canum amor in domínos, odium in externos. Animos externa & adventitia viſione pulſare. Adjumenta externa & adventitia.

Extero, is, trivi, tritum, ere. ausreiben. *Syn.* Comminuo, digero, conficio. *Uſus.* Calor ſtomachi ad exterendum cibum.

Exterreo, es, ui, itum, ere. erſchrecken. *Syn.* Perterreo. *Adv.* Præter modum. *Uſus,* Admotis dolorum ſacibus exterrentur plerique. V. *Terreo.*

Exterus, a, um, auswärtig. *Syn.* Externus,)(*Domeſticus. Uſus.* Externæ nationes. V. *Peregrinus.*

Extimeſco, is, ui, ere. fürchten. *Syn.* Pertimeſco *Uſus.* Unum extimeſcendum eſt, nequid turpiter faciamus. V. *Timeo.*

Extimus, a, um. äußerſt. *Syn.* Extremus. *Uſus.* Orbis cœleſtis extimus.

Extiſpex, icis, m. Wahrſager aus dem Eingeweide der Thiere. *Syn.* Aruſpex. *Uſus.* Ars extiſpicum.

Exto, as, titi, titum, are. vor Handen ſeyn. *Syn.* Appareo, conſto, ſum. *Adv.* Aliunde, nusquam, repente, ſubito, divinitus. *Uſus.* 1. Extant multa fortitudinis exempla. Multa tua in me merita extant. 2. *Eminco*, hervorſtehen. Navis ab aquis extat. Quod eſt illuminatum magis, extare & eminere videretur. V. *Exiſto.*

Extollo, is, tuli, elatum, ere. erheben. *Syn.* Effero, erigo, animos tollo, inſolentem facio.)(*deprimo. Uſus.* Aliquem laudibus in cœlum; rerum verbis in majus extollere. Extollere preſſa jacentem & erigere. Libertas preſſa tandem caput extollere, erigere, ſe recipere incipit. Opes illum admodum extol-

Digitized by Google

tollunt. *Cave addas*: fuos oculos &c. V. *Laudo, illuſtro.*

Extorqueo, es, torſi, tortum. **abdringen.** *Syn.* Exprimo, aufero, eripio. *Adv.* Ingratiis, ſero. *Phraſ. Nummos aliquot extorſit*, er hat ihm etwas Geld abgedrungen, abgeſchwätzt. Vi pecuniam ex me expreſſit; invito, atque ingratiis nummos aliquot extorſit; peculii ſibi aliquid expugnavit; nummorum aliquid a me exterebravit, exſculpſit; argento me emunxit. *Uſus.* Vi ferrum, arma de manibus alicui extorquere. Sententiam alicui extorquere. Hic mihi error, dum vivo, non extorquebitur. V. *Eripio.*

Extorris, i. **Vertriebener.** *Syn.* Exul. V. *Exul, Exilium.*

Extra, **auswärts, außer.** *Syn.* Extrinſecus, foris. *Vim exprimit remotioris loci.*)(*intra. Uſus.* 1. Extra urbem; oſtium eminere foras. Ea, quæ extra ſunt, contemplari. In corpore, & extra, quædam bona ſunt. 2 *Præter*, **über.** Extra tumultum Gallicum multis armorum vacatio eſt. Sunt hæc extra modum abſona. Extra culpam ſe ponere. Extra hanc cauſam, nemo arma ferat.

Extraho, is, traxi, tractum, ere. **herausziehen.** *Syn.* Extirpo, evello; produco, differo. *Adv.* Penitus, radicitus, ſtirpitus. *Phraſ. Res variis modis extrahitur*, die Sache wird auf verſchiedene Weiſe verzögert, verlängert. Res trahitur; dies producitur; res protrahitur, ducitur, differtur; mora rebus alia & alia injicitur, interjicitur; dies unus, alter, tertius agendæ rei eximitur. V. *Differo. Uſus.* 1. Epicurus ex hominum animis radicitus extrahit religionem. Extrahere ex animo ſententiam alteri. 2. *Libero, eripio*, **losmachen.** Extrahere ſe negotio. Rempublicam periculis extrahere. 3. *Produco, differo*, **aufſchieben.** Res variis calumniis extracta eſt. Diem, ſenatum, judicium extrahere. Certamen in noctem extrahere, **verlängern, in die Nacht hinausziehen.**

Extraneus, a, um. **ausländiſch.** *Syn.* Extrarius. *Uſus.* Res, bona extranea. V. *Externus, peregrinus.*

Extraordinarius, a, um. **außerordentlich.** *Syn.* Extra ordinem.)(*Legitimus. Uſus.* Extraordinarios honores accipere. Pecunia extraordinaria. Cupiditatibus extraordinariis adeo non indulgeo, ut vix quotidianis ſatisfaciam.

Extrarius, a, um. **fremd.** *Syn.* Externus.)(*interior. Uſus.* Extraria defenſio.

Extremitas, -atis, f. **das äußerſte.** *Syn.* Ora. *Uſus.* Cœli nulla ora, nulla extremitas Omnem infinitatem peragrabat, in nulla extremitate conſiſtens.

Extremo, **letztlich.** *Syn.* Ad extremum, poſtremo.

Extremum, **zum letzten.** *Syn.* Ultimum, finis. *Uſus.* 1. Quod non habet extremum, infinitum eſt. 2. *Adv.* Tandem, *cum* ad, **bis zuletzt.** *Uſus.* Non illi animus, non fides ad extremum defuit.

Extremus, a, um. **letzte.** *Syn.* Poſtremus, ultimus, noviſſimus.)(*infimus, primus. Phraſ. Res ad extremum venit*, es iſt auf das äußerſte gekommen. Ad ultimum dimicationis ventum eſt. Ad ultimum laboris ac periculi ventum eſt. Res eſt in extremum deducta caſum. Ad ultima propellimur; omnia extrema, ultima tentanda nunc ſunt, & audenda. V. *Finis, periculum, deſpero. Uſus.* Cœlum extremum atque ultimum mundi. Extremum discrimen; in extremo libro. Extrema in oratione. In extremis litteris erat.

Extrico, as, avi, atum, are. **auswirren.** *Syn.* Explico, expedio, evolvo. *Uſus.* De negotio tuo nihil adhuc extrico. V. *Expedio, explico.*

Extrinſecus, **auswendig.** *Syn.* Extra, foris. *Uſus.* Pulmones adducunt ſpiritum extrinſecus. Extrinſecus inaurata columna. Re extrinſecus terribili objecta. V. *Extra.*

Extrudo, is, truſi, truſum, ere. **hinausſtoßen.** *Syn.* Ejicio, exturbo.)(*retineo. Adv.* Quamprimum. *Uſus.* Domo aliquem, quin amicitia extrudere. V. *Ejicio.*

Extundo, is, tudi, tuſum, ere. **herausbringen.** *Uſus.* Labor extundit artes; extundit faſtidium. V. *Exprimo.*

Exturbo, as, avi, atum, are. **vertreiben.** *Syn.* Per vim ejicio, expel-

Digitized by Google

pello, dejicio, everto *Adv.* Nominatim. *Usus.* 1. Exturbari domo, fortunis, numero vivorum 2. *Transl.* Ægritudinem ex animo, lassitudinem ex membris exturbare. V. *Pello, ejicio.*

Exuberantia, æ, f. Ueberfluß.

Exubèro, as, avi, atum, are. Ueberfluß haben. *Syn.* Abundo. *Usus.* Annus pomis exuberat. V. *Copia.*

Exul, is, m. Verwiesener, Landflüchtiger. *Syn.* Extorris, ejectus, relegatus.)(*civis. Phras. Multi egregii viri exules facti sunt*, viele wackere Männer sind aus dem Vaterlande vertrieben worden. Complures viri insignes inique relegati; è patria amandati, expulsi, ejecti, ablegati sunt; exulaverunt; exilio multati, damnati sunt; patrium solum vertere compulsi, coacti sunt; patriam exules reliquerunt; urbe, domo, penatibus, foro congressu civium extorres fuerunt; patria cedere coacti sunt; in exilium projecti sunt; patriæ finibus prohibiti; in ultimas terras deportati, in ultimum pene rerum humanarum terminum relegati, amandati sunt. *Usus.* Vagus exul errabat undique. Reducere, restituere exules. V. *Exilium, exulo.*

Exulcero, as, avi, atum, are. wund machen. *Syn.* Ulcus facio, corrumpo.)(*Concilio. Adv.* Clam. *Usus.* Animus suspicionibus exulceratus. Non modo non exulceraſti ejus gratiam, sed conciliasti.

Exulo, as, avi, atum, are. im Elende seyn. *Syn.* Exul sum; exilii causa solum verto, *vel* muto; in exilio sum. *Phras.* 1. *Sponte sua exulat*, er ist freywillig in das Elend gegangen. Voluntarium conscivit exilium; sponte urbe cessit, migravit, excessit; exulatum iit, abiit; in exilium profectus est; patriam reliquit; solum vertit, mutavit; exilio patriam sedem mutavit. 2. *Tarquinii meritò Roma exularunt*, die Tarquinier sind billig in das Elend geschicket worden. Merito urbe pulsi; Roma exacti, extrusi, ejecti, exterminati sunt. Roma abire, egredi, cedere, migrare. recedere, exire; in exilium ire; exulatum abire jussi sunt. Romam relinquere coacti sunt. V. *Exul, Exilium.*

Exultatio, onis, f. das Frohlocken. *Usus.* Illa exultatio Athamantis.

Exulto, f. exsulto, as, avi, atum, are. frohlocken. *Syn.* Efferor gaudio; gaudio triumpho; voluptate, *vel* lætitia nimia gestio.)(*Lamentor. Adv.* Audacius, effuse, immoderate, maniter, palam lætitia, palam luctu, juveniliter. *Usus.* Alacris exultat improbitas in victoria. Otio, rebus secundis, gaudio exultare, & triumphare. Exultaret & triumpharet oratio. Elatus gaudio, animi lætitia exultans. Temere gestiens, furens, & exultans. Furor exultans. V. *Gaudium, lætor.*

Exuo, is, ui, utum, ere. ausziehen. *Syn.* Spolio corpus, corpus nudo, vestem detraho, ornatu denudo.)(*induo. Usus.* 1. Omnem humanitatem, fidem, obsequium, jus fasque exuere. Arrogantiam exuere; hominem exuere, den Hochmuth, alle menschliche Sitten ablegen. 2. *Extrico*, herauswickeln. Laqueis se exuere. 3. *Vestem pono, depono*, Kleider ablegen. Vestem, se veste exuere.

Exuro, is, ussi, ustum, ere. ausbrennen. *Usus.* Mihi ex animo exuri non potest, esse Deum. V. *Comburo, concremo, ignis.*

Exustio, onis, f. Verbrennung. *Usus.* Exustiones, eluviones terrarum.

Exuviæ, arum, f. Kleider, Beute vom Feinde. *Syn.* Spolia. *Usus.* Locus exuviis nauticis, & classium spoliis ornatus. Exuviæ leonis, asini, serpentis; bubulæ exuviæ. Exuvias defuncti terræ demandare, den todten Leichnam beerdigen.

Digitized by Google

F.

Faba, æ, f. eine Bohne. *Syn.* Legumen maximum. *Uſus.* Faba abstinuere Pythagorici, quaſi, eorum cibo mens, non venter inflatur. Faba inflationem magnam habet.

Fabella, æ, f. Mährlein. *Syn.* Fabula. *Epi.* Tota, vetus, anilis, commentitia. Latina. *Uſus.* Vetus fabella narratur. V. *Fabula.*

Faber, i, m. Handwerksmann. *Syn.* Opifex, artifex. *Epi.* Lignarius & optimus. *Phraſ. Faber eſt admodum peritus*, er iſt ein wohlerfahrner Handwerksmann. Inventor & machinator bellicorum operum; qui miri artificii machinationes ſumma celeritate promoveat; fabrilium operum magiſter excellens eſt. *Uſus.* Adhibere non modo ut architectos, ſed ut fabros ad ædificandam rempublicam.

Fabre, künſtlich. *Syn.* Affabre, artificioſe, ſcite, miro opere, ſummo artificio. *Uſus.* Argentum fabrefactum.

Fabrefacio, is, feci, factum, ere. künſtlich ausarbeiten. *Syn.* Artificioſe compono, ædifico. *Uſus.* Aſtutiam fabrefacere. Vaſa fabrefacta.

Fabrica, æ, f. Werkſtatt, Einrichtung. *Syn.* Fabricatio, ars fabrilis. *Epi.* Admirabilis, crudelis, diligens, divina, incredibilis. *Uſus.* Incredibilis illa naturæ fabrica, Quam ſolers ſubtilisque deſcriptio quamque admirabilis fabrica membrorum. Vulcanus Lemni fabricæ præeſt.

Fabricatio, onis, f. Bildung. *Syn.* Fabrica. *Uſus.* Si erit tota hominis fabricatio perſpecta.

Fabricator, oris, m. ein Künſtler. *Syn.* Architectus, artifex, ædificator. *Uſus.* Minutorum, opuſculorum fabricator. Ille fabricator tanti operis Deus.

Fabrico, as, avi, atum, are. verfertigen, zimmern, bauen. *Syn.* Fabricator, architector. *Adv.* Incredibiliter. *Uſus.* Fabricemus verba. Vim eſſe aliquam cum prudentia & conſilio, quæ finxerit, & fabricata ſit hominem. V. *Aedificio.*

Fabrilis, e, zur Handarbeit gehörig. *Uſus.* Erratum fabrile.

Fabula, æ, f. Fabel, Mährlein. *Syn.* Res commentitia, apologus, ſcenæ argumentum. *Epi.* Decantata, falſa, ficta, commentitia, incredibilis, nova, obſcœniſſima. *Uſus.* 1. Lupus in fabula. Decantata fabula. Num fabulis credam? 2. *Comœdia, Tragœdia*, Schauſpiel. Feſtive fabulam egiſti. Fabulam ætatis peregit. Fabulam dare, exigere, conficere. 3. *Deridiculo ſum*, ich bin zum Geſpötte der Leute geworden. Fabula ſto. Vulgi fabulam fieri.

Fabuloſus, a, um. fabelhaft. *Syn.* Fabulis poëticis decorus; de quo multa finguntur. *Uſus.* Fabuloſæ antiquitas.

Faceſſo, is, ivi, itum, ere. ſich weg packen. *Syn.* Abeo. *Adv.* Pauliſper. *Uſus.* 1. Faceſſant homines importuni. 2. *Creo; exhibeo*, verurſachen. Periculum alicui, moleſtiam, negotium faceſſere, in Gefahr ſetzen, viel zu thun geben. V. *Abeo.*

Facete, artig, kurzweilig. *Syn.* Concinne, venuſte, ridicule, ſalſe. *Uſus.* Facete, venuſte, breviter, acute dicere.

Facetiæ, arum, f. Kurzweile. *Syn.* Jocus, ſales, lepor, argutiæ, ſuavitas, urbanitas, feſtivitas; cavillatio, dicacitas. *Epi.* Aſperiores, multæ, perpetuæ, politiſſimæ. *Phraſ. Facetiis ſuis multos oblectat*, er iſt wegen ſeiner Scherzreden bey vielen gar wohl daran. Ita belle, ſcite, venuſte; ita argute, ingenioſe, feſtive, lepide jocatur, ut audientes mira voluptate perfundat; facetiis ita valet, ut ſingulis pene verbis riſum commoveat, excitet; ejus facetiis & jocationibus mire capiuntur multorum animi; multæ politiſſimæque ſunt in eo facetiæ. Nihil illo eſt feſtivius, lepidius; lepore feſtivitate, elegantia morum conferendus cum illo nemo eſt. Lepores tot habet, ac loquendi ſuavitates, multorum ut amo-

Digitized by Google

amorem sibi conciliet; V. *Jocus. Usus.* Libandus est ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepor. Sale conditus & facetiis Cæsar. Sale tuo & lepore & politissimis facetiis multos erexisti.

Facetosus, a, um. scherzhaft. *Syn.* Jucundus.

Facetus, a, um. kurzweilig. *Syn.* Festivus, argutus, concinnus, scitus, urbanus, venustus, elegans, salsus, acutus, dicax. *Antiquis. Phras. Homo est mire facetus.* er ist ein überaus kurzweiliger Mensch. Quo nemo lepore & festivitate conditior; qui nusquam non urbanum & venustum sermonem inducat; qui perfalse una & perhumaniter jocatur; longe a scurrili dicacitate remotus; cujus joci nihil de gravitate decerpant. Homo est, jocosa dicta scite admodum in quoslibet jactare gnarus; ingenio nec rustico, nec absurdo; minime omnium severo & tetrico; qui jocum movere, sermone uti vel molli, vel pervicaci queat; cui leporis plurimum ineat; cujus facetiæ prorsus venustæ; qui ridiculus omnino ac festivus, vultu adjuvante & voce, & ipso genere sermonis; homo sale conditus & facetiis. Homo dulcis, festivique sermonis, ac perfacetus; in quo multus lepos, multæque facetiæ; qui dicendi sale, & acute facetæque dictis plurimum valet; ex quo rusticum nihil exeat, sed venusta multa, & perfaceta multa; natura dicax & festivitate conditus, ac ne inter seria quidem risu satis temperans. V. *Jocor. Usus.* Ante facete dictum emissum hærere debet, quam cogitari potuisse videatur. Faceti narratores quidam, vultu adjuvante, & voce, & ipso genere sermonis. Cavillator facetus & ridiculus.

Facies, ei, f. das Angesicht. R. a Φάσις. *Syn.* Species oris, vultus. *Epi.* Clara, crebra, egregia, eximia, illustris, nova, pulchrior, formidolosa. *Usus.* 1. Quæ nobis fingere non possumus, facies, vultus, sonus. 2. *Forma, status, species, conditio*, Gestalt und Beschaffenheit. Formam & tanquam faciem honestis viden. Faciem præsentis reipublicæ describere. V. *Vultus.*

Facile, leichtlich. *Syn.* Libenter, nullo negotio, nullo labore, cito.)(*ægre, tristius, difficulter, vix. Phras. Sapiens facile fortunæ resistit*, ein Weiser schickt sich leicht in sein Glück oder Unglück. Non difficulter; haud gravatim; non laborioſe; parvo negotio; nullo negotio fortunæ resistit. Sapienti difficile non est; laborioſum non est; nihil negotii est impetum fortunæ sustinere. Difficultatis non est; laboris non est, siquis sapientia valet, tueri se ab injuriis fortunæ. Difficilis operæ non est, siquis mente ac consilio præstet, secundam æque, ac adversam fortunam ferre. *Usus.* Homo facile deterrimus; ordinis hujus facile princeps. Qui sperant, facilius ad laudem nobilitatis pervéniunt. V. *Facilis.*

Facilis, e. leicht. *Syn.* Proclivis, expeditus, explicatus, promptus.)(*difficilis. Phras.* 1. *Facilis est causa & explicata*, dieß ist ein leichter Handel. Quid negotii est hic vincere? Facillime, nullo negotio, nutu impelles judices; ludus erit judices flectere. Facilis est & pervulgata causa, non laborabis admodum; perlevi momento rem efficies; nutu, quod velis, consequere; omnia ludibundus, dormiens etiam; per ludum perficies; si vel digitis concrepueris, rem perficies; non posset esse facilior & solutior causæ ratio. Omnia tibi in hac causa æqua erunt & plana, proclivia, prona, in prolivi erunt omnia; omnia in expedito; non ægerrime, non maxima contentione rem perficies, ad exitum perduces. Causæ exitus in facili erit; in promptu erit; dormienti id beneficium deferetur, ut a te sient judices; ex facili victoria tibi continget. 2. *Facile tibi erit, res meas curare*, es wird dir nicht hart fallen, meine Sache zu besorgen. Negotium tibi res meæ aut nullum, aut minimum exhibebunt, facessent; labori, aut molestiæ haud quaquam erunt; rei meas optime constitutas, satis aptas, explicatas, expeditas, nullis difficultatibus implicatas offendes; haud ægre res meas

meas curabis; facilem & solutam deprehendes rerum mearum rationem. V. *Facile. Usus* 1. Mihi in causa facili & explicata perdifficilis & lubrica defensionis ratio est. Facilis & expeditus ad dicendum. Materia facilis ad exardescendum. 2. *Lenis, comis, indulgens, exorabilis*, sanft, fügsam, gütig.)(*fastidiosus*. Facilem se omnibus præbere. Comes, benigni, faciles homines. Facilis parens & indulgens.

Facilitas, tis, f. Leichte, Gutwilligkeit. *Syn.* Lenitas, humanitas, comitas, indulgentia.)(*difficultas. Epi.* Admirabilis, mimia. *Usus.* Qui dignitate principibus antecellit, facilitate par infimis videtur. Exercenda est facilitas & altitudo animi. Quis congressum ejus, quis facilitatem sermonis & humanitatis desideravit?

Facinorosus, a, um. lasterhaft. *Syn.* Sceleftus, flagitiosus. *Usus.* Cum facinorosis, audacibus, injuriosis hominibus versari. V. *Malus, sceleftus.*

Facinus, oris, n. eine gute oder böse That. *Syn.* Factum: scelus, flagitium, nefas. *Epi.* Civile, commune, crudelissimum, teterrimum, dignum, ferum ac immane, improbum, inauditum, indignissimum, indignum, magnum, malum, manifestum, maximum, miserum, nefarium, nobile, multis sæpe locis commemoratum, tetrum, turpissimum, voluntarium. *Phras. Facinus atrocissimum admisit*, er hat eine grauliche Uebelthat begangen. Indignum, nefarium facinus fecit, commisit; tetrum ac turpissimum facinus patravit, facinus in suos foedum ac immane conscivit. Facinus flagitii plenum ac dedecoris ab illo admissum est. V. *Scelus, flagitium. Usus.* 1. Ad sceleftum ac nefarium facinus aliquem adducere, impellere, incendere zur Lasterthat antreiben. 2. *Egregium factum*, lobwürdige That. Facinus præclarissimum, pulcherrimum, rectissimum suscipere, obire, conficere, efficere. V. *Factum.*

Facio, is, feci, factum, ere. thun, machen. *Syn.* Ago, efficio, conficio, perficio, præsto, creo, transigo, confio. *Adv.* Abjecte, absurde, accurate, ambitiose, amice mentionem alicujus, amplius, animose, aperte, arrogantius, aspere, astute, atrocius, audacter, belle, bene, benigne, breviter, callide, caute, celeriter, clementer, commode, communiter, considerate, constanter, consulto, copiose, coram, crebrius, cumulate, cupide, curiosius, decore, de integro, difficilius, diligenter, dissimulanter, diu quid, dolenter, effeminate, egregie, eleganter, enucleate, etiam atque etiam, facile, facilius, fallacius, familiarius, feliciter, fortiter, fraterne, furiose, furtim, grate, graviter, hostiliter, honeste, honorifice, humane, jam dudum, ignave, immoderate, impensius, impie, improbe, improbius, imprudenter, impune, incontinenter, incaute, indecore, indocte, inepte, indulgenter, inhumane, inimice, inique, injuste, inscienter, infidiose, intemperanter, iracunde, justissime, libenter, prolixe, celeriter, liberaliter, libere, libidinose, liquidius, longe, magnifice, magnopere, male, malitiose, maturius, maxime, melius, modice, moderate, moleste, muliebriter, mutuo, necessario, omnino, optime, ornate, palam, parce, perbelle, perite, perperam, perpetuo, petulanter, plane, libenter, postremo, præclare, presse, pridem, probe, prolixe, prudenter, publice, puerliter, pulcherrime, quam diligentissime, rabiose, recte, ridicule, rustice, sapienter, scelerate, scite, sedulo, serviliter, similiter, simulate, sortito, splendide, statim, studiose, stulte, subarroganter, tarde, temere, teterrime, timide, turbulenter, turpiter, vafre, vehementer, vere, vitiose, vulgo, sero. *Phras.* 1. *Fac diligenter quod imperatum est*, thu fleißig, was dir bey befohlen ist. Rem age, pro virili parte confice; quas tibi imposui partes sustine; mandata nostra exhauri; noli committere, ut honoris nostri causa non libenter, & celeriter efficias; quod suscepisti onus officii sustinendum est; postquam subisti hanc conditionem, promissa tibi implenda sunt; standum pactis ac promissis. 2. *Hanc rem optime*

Digitized by Google

me facies, du wirst diese Sache am besten verrichten. Rem optime tuo ductu geres; in negotii tractatione, gestione solertiam unus adhibebis maximam; prolixe, reor, cumulateque facies; rem pro dignitate administrabis, curabis, effectam dabis. A te res ista optime proficiscetur, & ad exitum perducetur. 3. *Omnia quae vis, faciam*, ich werde alles thun, was du verlangest. Omnia cupio, quae tu imperas; obsequar voluntati tuae; omnibus in rebus fore me in potestate tua scito; vincam meis officiis cogitationes tuas; mandata exhauriam; quae vis, quaeque imperas, prolixe, cumulateque faciam, perficiam; exequar; postulata peragam; quod mandas, factum & curatum dabo. 4. *Rerum gestarum gloria odiosum me fecit*, meine herrliche Thaten haben mich bey vielen verhaßt gemacht. Invidiam mihi fecit, confecit, conflavit, peperit, concitavit, attulit; in invidiam me adduxit. V. *Odium, odiosus*. 5. *Quis hoc fecit?* wer hat das gethan? Ad quem id maleficium pertinet? Quis auctor delicti? Quis facinus istud conscivit, patravit? Quis dux, princeps, caput scelesti consilii? Quae fax nefarii hujus incendii, belli, seditionis? Quo fonte profluxit, profectum est immane hoc facinus? V. *Causa*. 6. *Ille est fac totum*, *vulg.* er ist und vermag bey ihm alles. Omnium rerum actor & administer est; idem omnia est, per quem, quae volumus, omnia auferemus; princeps est in amicitia & gratia Regis; heri sui dextella est. 7. *Omnia facit arbitratu suo*, er macht alles nach Belieben. Suo utitur consilio; sibi uni obtemperat; praeter se audit neminem; se unum adhibet in consilium & ad arbitrium libidinemque agit omnia; ut libido fert; ut quaeque in mentem, *aut* libidinem venerunt, ita exequitur. *Usus.* 1. Facere aliquid humaniter, turpiter, studiose, libenter, consulto, contra leges. Sanctus, coenam, impetum, sui copiam, injuriam, poema, versus facere. 2. *Aestimo, judico*, dafür halten, schätzen. Parvi, magni aliquem facere. 3. *Fingo*, in *Wagnere*

duco, einführen. Plato facit Socratem disputantem. 4. *Colligo, cogo*, versammeln, zusammen bringen. Pecuniam facere; manum facere, copias facere. 5. *Affero, infero*, anthun, erweisen. Convitium, plagam, caedem, favorem, honorem, timorem, vim facere. 6. *Exerceo*, treiben. Piraticam, argentariam, mercaturam, praeconium, quaestum facere. Seeräuberey, Wechsel, &c treiben. 7. *Sacrificio*, opfern. Junoni consules facere debent. Rem divinam ad aras facere. 8. *Patior*, leiden. Detrimentum, naufragium, jacturam gloriae, rei facere. 9 *Procuro*, verschaffen. Facere judicium, funus, justa. 10. *Finga, simulo*, sich auf den Schein stellen. Facio me dormire. 11. *Convenio. partes alicujus sequor*, es mit einem halten. Mecum facit; a me facit. 12. *Promiscue*, zu verschiedenen Bedeutungen. Compendium, conjecturam, conjurationem, contumeliam, convitium, discessionem, executionem, fallaciam, fidem, foedus, frugem, fugam, gratiam, indicium, metum, medicinam, operae pretium, obnoxium sibi aliquem, factionem, pacem, periculum, verba, vim facere.

Factio, onis, *f.* Rotte, Anhang. *Syn.* Partes, secta. *Epi.* Contraria. *Phras.* 1. *Civitas divisa est in duas factiones*, die ganze Stadt ist in zwo Partheyen getheilt. In duas partes discessit, scissa est; dissociati civium animi sunt, aliis has aliis illas partes foventibus. 2. *Factioni se adjunxit*, er hat sich zu dieser Parthey geschlagen. Illarum partium est; partibus infectus est; partibus illis studet, favet; sectam illorum secutus est; illorum partes fovet; illorum partibus addictus, deditus est. *Usus.* Provinciam per vim & factionem obtinuisti. Respublica coitionibus factionibusque oppressa est. Adversariae factionis duces. V. *Pars.*

Factiosus, a, um. aufrührisch. *Syn.* Seditiosus. *Usus.* Siquis potens & factiosus. V. *Seditiosus.*

Factito, as, avi, atum, are. thun, treiben. *Syn.* Exerceo, usurpo.

Digitized by Google

Adv. Vafre omnia. *Uſus.* Accuſationem, verſus factitare.

Factum, i, n. **eine That.** *Syn.* Facinus. *Epi.* Ambitioſum, avarum, audacius, commune, crudele, turbulentum, tranquillum, clementiſſimum, egregium, extremum, glorioſiſſimum, gratum, honeſtum, illuſtre, improbiſſimum, laudabile, luculentum, obſcurum, plenum flagitii atque dedecoris, præclarum, neceſſarium, protervum, rectum, ſimile, ſingulare, tetrum, crudele, nefarium & tyrannicum, tantum, tamque præclarum, turpe, utile, honeſtum, verſatum & callidum. *Phraſ.* 1. *Factum ſane egregium ediditi*, **du haſt eine herrliche That gethan.** Gloriæ plenum & fortitudinis facinus patraſti; facinus nobile & commemorandum conſciviſti; facinus ediditi, feciſti luculentum plane ac divinum. 2. *Multa extant & egregia hominis facta*, **es ſind noch viel herrliche Thaten von ihm vorhanden.** Vigent etiamnum multa ſtrenue fortiterque facta; ex immortalibus tot editis operibus; ex clariſſimis & ampliſſimis rebus; ex maximis rebus geſtis; ex ingentium rerum monumentis, quibus magnam orbis partem complevit, multa adhuc in memoria hærent hominum. Ex tantis rebus geſtis, quantas audere vix hominis, perficere pene nullius ſit, non pauca etiamnum in ore ac ſermone hominum ſunt. Extant hominis non pauca fortitudinis exempla; monumenta virtutis; partarum, geſtarum rerum; maximorum in rempublicam meritorum; editorum bello paceque operum æquatus cœlo cumulus. *Uſus.* Factum illud per ſe præclarum eſt & divinum. Illud pulcherrimum factum, quod ex auctoritate ſenatus geſſit. V. *Facinus.*

Facultas, tis, f. **Vermögen, Kraft, Kunſt.** *Syn.* Commoditas, facilitas, occaſio, anſa. *Epi.* Abſoluta & perfecta, agraria, aliena, bona, communis, grata & ornata, gravis dicendi & plena dignitatis, jejuna atque nuda, incredibilis, levior, magna, major ac maturior dicendi, maxima, oblata, optabilis, oratoria, perpetua, poëtica, popularis, propria, non communis, quantulacunque, ſingularis dicendi. *Uſus.* 1. Facultatem lædendi expetere, comparare, largiri, ſuppeditare Opes ſuperbiæ materiem dant & facultatem. 2. *Facultatem adipiſci*, **Gewalt, Vermögen überkommen.** Magnam in re difficillimâ facultatem conſecutus, aſſecutus. Erit tibi, non deeſt facultas benefaciendi. Habes facultatem maximam. Eſt in te facultas maxima ad rem perficiendam. 3. Facultatem alicui adimere, eripere, **einem die Macht benehmen.** 4. Prætermittere ſcribendi facultatem, **Gelegenheit unterlaſſen.** 5. *Ars, ſcientia*, **Kunſt, Wiſſenſchaft.** Facultas diſſerendi; excellere in arte aliqua & facultate. 6. *Divitiæ*, **Reichthum.** Facultates magnas corradere, habere, augere. Tantæ facultates, ingenii, gratiæ, conſilii.

Facunde, **beredt.** *Syn.* Diſerte. *Uſus.* Hoſtem ſibi facunde eloquendo conciliare.

Facundia, æ, f. **Beredtſamkeit.** *Syn.* Facultas diſſerendi cum gratia. V. *Eloquentia.*

Facundus, a, um. **beredtſam.** *Syn.* Diſertus, qui ea, quæ prudente conceperit, facile atque ornate profert. V. *Eloquens.*

Falcarius, ii, m. **Schuſter, Soldaten mit kleinem Gewehre gleich einer Senſe bewaffnet.** *Syn.* Milites falcibus armati.

Fallacia, æ, f. **Betrug, Falſchheit.** *Syn.* Fraus, præſtigiæ, dolus, ſimulatio, machinæ, verbi laqueus. *Uſus.* Ex fraude, fallaciis, mendaciis totus conſtare videtur. Fallaciam intendere in aliquem. Fallaciis circumvenire. V. *Decipio, fallo, dolus.*

Fallaciter, **betrüglich.** *Syn.* Doloſe, malitioſe, ficte, inſidioſe, ſimulate. *Uſus.* Fallaciſſime ſe alicui venditare.

Fallax, acis, *g. o.* **falſch, betrüglich.** *Syn.* Doloſus, fraudulentus, ſimulator.)(*Verax.* *Uſus.* Viciniam cupio non fucatam, non fallacem, non eruditam artificio ſimulationis. Malitia eſt verſuta & fallax nocendi ratio. Aſtrologi vani, fallaces. Spes falſa & fallax. V. *Aſtutus, decipio, fraus.*

Fal-

Digitized by Google

Fallo, is, fefelli, falſum, ere. betrügen. *Syn.* Decipio, induco, fraudo. *Adv.* Dulciter homines, longe, opinione, multum opinionem occulte, omnino, plane, vehementer. *Phraſ.* 1. *Ubi falli ſe ſenſit, manus ſibi afferre conatus eſt*, als er vermerkte, daß er betrogen iſt, hat er ſich ſelbſt umbringen wollen. Ubi ſe fraudatum, in fraudem inductum, fraude irretitum; circumventum, captum, deceptum; fictis verbis inductum; fallaciis a veritate abductum ſenſit, vidit, cognovit, intellexit, voluntariam ſibi mortem afferre conatus eſt; ubi fraus illi patuit; ubi manifeſtæ fallaciæ fuerunt; ubi dolus illi patefactus eſt, voluntariam mortem ſibi conſciſcere, voluntaria morte vitam abrumpere conatus eſt. 2. *Fallere non ſoleo*, ich pflege nicht zu betrügen. Nihil in me odioſum ac fallax; abſum ab omni dolo animique fraude; nectendis fraudibus, parandis dolis, ſtruendis inſidiis aſſuetus non ſum; alienus ſum ab arte ſimulandi; non ſum is, qui fraudulenter agam; in fraudem impellam; fucum faciam; in fraudes illiciam; verba dem; dolis circumveniam. V. *Decipio*, *fraus*, *expectatio*. *Uſus.* Tempus, curas, litteris, luſu fallere. Spem de te meam, fidem feſellisti. Opinione falleris. Niſi me fallunt omnia. Roſcius ſocios induxit, decepit, deſtituit, adverſariis tradidit, omni fraude & fallacia feſellit. Fallit me amor ſuſcepti operis. Fallunt me oculi ac fruſtrantur.

Falſe, falſchlich. *Syn.* Falſo. *Uſus.* Falſe alicui aſſentiri.

Falſitas, tis, f. Falſchheit. *Syn.* Vanitas.)(*Veritas*, *Uſus.* Falſitas nihil virium habet.

Falſo, unwahrhaft, falſch. *Syn.* Falſe, fallaciter. *Uſus.* Hoc falſo memoria proditum eſt.

Falſus, a, um, betrüglich, falſch. *Syn.* Adulterinus, vanus, inanis, mendax.)(*Verus.* *Adv.* Aperte, perſpicue, *Phraſ.* *Vana, falſa, fallentia natura odimus*, was eitel, falſch und betrüglich iſt, das haſſen wir von Natur. Falſam, fucatam, adulterinam virtutem quis amet? Vana, ſuppoſita, ſuppoſititia virtutis ſpecies quem caperet? Quod procul a vero, quod a veritate remotum, quis æſtimet? V. *Vanus*, *mendax*. *Uſus.* In quo nihil eſt, niſi falſum & imitatione ſimulatum, betrüglich, und auf den Schein gethan. Complexus falſæ benevolentiæ extiterunt in amore ſimulato. Falſus rumor. Spes falſa. Falſis & mendacibus viſis homines conciliare. Quæ ratione vacant, & mentita & falſa & erroris plena ſunt.

Falx, cis, f. Senſe, Sichel. *Uſus.* Ille arma miſit, cornua, tubas, falces.

Fama, æ, f. Ruf, Gerücht. R. *a Φημι*. *Syn.* Opinio, exiſtimatio, nomen, ſermo, prædicatio, commemoratio, nominis celebritas, ſermonis celebritas, rumor, ventus quidam popularis. *Epi.* Admirabilis, antiquior, bona, calamitoſa, communis, conſtans, falſa, forenſis, frequens, grata, gravis, illuſtris, incoluuis, integra, perennis, popularis, temeraria atque inconſiderata, præclara, ſumma, triſtis. *Phraſ.* 1) *Fama eſt*, es gebt die Rede, ein Geſchrey. Emanat fama; in vulgus exit; emanat rumor; in omnium ore ac ſermone eſt; rumoris aliquid ad nos affluit; ſerpit latius etſi perobſcura fama; differtur, diſſipatur, convaleſcit rumor; audimus ſed adhuc ſine capite, ſine auctore, rumore nuntio; multus eſt ſermo. Res ſermonibus celebratur. 2) *Fama de re vulgata eſt*, man hat von der Sache ein Gerücht ausgeſprengt. Conſtante fama omniumque ſermone celebratum eſt; multa pertulit ad nos rumor; fama ea, neſcio, unde nata, mox totum imperium pervaſit, peragravit; fama de re percrebuit; communi fama atque ſermone accepimus; fama erat; rumoris neſcio quid nos afflavit; calent etiamnum ſerventque crebri de re rumores, qui ad nos emanarunt; diſſipatus late ſermo, diſſeminatus, diſperſus ea de re eſt; ea fama ante aliquando in urbem penetraverat; ad nos pervenerat, venerat, manaverat; incerta, multa vulgo jactabantur; nuntii varios ſermones excitarunt; res ea dudum eſt agitata ſermonibus; diſſipatus tota urbe rumor eſt, diſcurrit tota urbe ru-

Digitized by Google

rumor; fama ea diu tenuit; vulgatus late rumor est. V. *Rumor.* 3) *Famam eam puto non fore diuturnam*, **ich glaube, dieses Geschrey wird bald aufhören.** Refrigescet opinor, brevi ea fama; evanescet; famam eam spero, propediem reprimendam, sedandam, restinguendam; morituram brevi eam famam existimo, nec ævum laturam; exstinguetur, spero, rumor iste brevi; certe raucus fiet. 2. Fama *pro* Existimatione, **Ansehen, Namen.** 1) *Famam captare*, **nach Ruhm und Ehre trachten.** Famam aucupari; inanem aucupari rumorem, & umbras omnes, etiam falsæ gloriæ consectari; nomen captare; famam expetere; colligere ventos omnes rumorum; avidum esse præter modum gloriæ; ferri incredibili cupiditate gloriæ. V. *Ambio, ambitio, capto.* 2) *Famae suae curam gerere*, **Ehre und guten Namen in Acht nehmen.** Famæ ac dignitati servire; famæ suæ parcere, consulere; famam non abjicere; famam tueri, conservare, tenere; famæ rationem antiquissimam ducere. V. *Curo.* 3) *Famam consecutus est nonnullam*, **er hat sich einigen Namen gemacht.** Paucorum dierum studio consecutus est, ut aliquo apud homines loco esset, ut memoriæ ac nomini ejus honos haberetur; ut famam nomenque colligeret, sibi conficeret; ut aliquo numero esset; ut aliquid existimationis haberet apud homines; ut aliquem inter homines locum obtineret; ut aliquam sibi adsciscеret existimationem; ne prorsus jaceret; ne prorsus ignobilis, vilis, abjectus, nullius honoris ac nominis esset; ne nullo plane loco esset; ne ejus esset inter homines obscura aut infima conditio. Parumper illum honestavit; aliquo in numero constituit; aliquem illi locum tribuit, comparavit, peperit paucorum dierum studium. 4) *Fama honesta cuivis exoptanda est*, **es ist einem jeden ein guter Name zu wünschen.** Id est cuique optandum, ut bene audiat; ut honestam famam, ut egregium nomen, ut bonam apud homines opinionem consequatur; ut ejus nomen fama divulget, circumferat, circumgestet, per orbem terrarum dissipet; ad ultimas terras provehat; ut nominis ejus fama celebretur; sit in ore omnium; ad exteras terras perveniat, pervadat. 5.) *Dux erat fama inclitus*, **er war ein allenthalben berühmter Feldherr.** Terras ac mare fama nominis sui implebat; vagabatur nomen ejus longe lateque per omnes gentes; illustris erat & pervagata nominis ejus fama; in ore atque sermone omnium præclara ejus virtus versabatur; per omnes gentes fama virtutis ejus volitabat; in ingenti gloria apud omnes gentes erat. V. *Celebris.* 6) *Si tuis scriptis ultimam manum impones, famam immortalem habebis*, **wenn du deine Schriften wirst zu Ende bringen, so wirst du dir dadurch einen unsterblichen Namen machen.** Si tua scripta ad exitum perduces, immortalis erit fama tua; perpetua, æterna erit; nunquam deficiet; nunquam consenescet, nunquam peribit; nunquam obscurabitur; nullo tempore exstinguetur; nulla temporis diuturnitate obscurabitur; nulla dies famam tuam terminabit; nullum temporis spatium circumscribet, nulla temporis vetustas corrumpet. Vigebit in omnium temporum memoria nominis tui fama; omnis te posteritas agnoscet; tuas laudes excipiet ac tuebitur omnis posteritas; de te posteritas omnis audiet & loquetur; immortalitatis præmia consequeris; non simul cum corpore nomen tuum mors exstinguet, delebit, auferet; nomen tuum immortalitati commendabis; immortalitati donabis; ab interitu vindicabis, in hominum memoria retinebis; æterna laude illustrabis; nomen tuum nulla delebit oblivio; nulla ætas, nulla posteritas de tuis laudibus conticescet. V. *Gloria.* 7) *Multum de boni viri fama amisit*, **er hat viel von seinem guten Namen verlohren.** Hæret ad metas fama boni viri; non parum de fama illi est detractum; non defuere, qui famam ejus detererent, attererent, depecularentur, læderent; qui fama eum spoliarent; qui inconstantiæ famam ei notamque inurerent; qui nomini ejus officerent; labem inferrent, aspergerent; dedecus inurerent; existima-

mationem ejus deformarent. V. *Detrabo*, *Calumnia*. 8) *Famam restituere*, den ehrlichen Namen wieder geben. Inuſtam famæ maculam detergere; inſontis famam vindicare; violatæ exiſtimationi ſatis facere; violatæ famæ injuriam ſarcire, reſarcire. *Uſus.* Conficienda eſt fama bonorum, quæ vere ſola gloria nominari poteſt. Hominis inconſtantis ſamam ſubire. Fama illius agitur, es betrifft ſeine Ehre. Omnis ingenii fama mihi abjicienda eſt, ich muß den Ruhm eines ſinnreichen Mannes fahren laſſen. V. *Opinio*, *exiſtimatio*.

Famelicus, i, m, * hungrig. *Syn.* Qui edendi cupiditate agitur.

Fames, is, f. Hunger, Hungersnoth. *Syn.* Appetitus cibi, eſuries: *item*: annonæ caritas. *Epi.* Integra, vetus. *Phraſ* 1. *Fames me vexat*, der Hunger plagt mich. Fame premor, conficior, ſuffocor; feſſus inedia ſum; inediam vix jam fero; fames me urget; fame maceror; vacuus mihi venter crepitat; medullam ventris perrepſit fames; ſtomachus exinanitus turbas dat; præ fame vix ſpiritum traho; exinanitum ventrem, ſed famem integerrimam affero, apporto; demenſum ſuum venter flagitat; extremam ſuſtento famem. 2. *Fame mortui ſunt*, ſie ſind vor Hunger geſtorben. E vita per inediam diſceſſere; confecti fame necatique ſunt; enecti fame ſunt, jugulati, ſuffocati; fame abſumpti, conſumpti periere; fame exſtincti ſunt, extabuere. 3. *Famem ſedacimus*, wir werden uns den Hunger ſtillen Famem lacte tolerabimus, depellemus; famem lacte propulſabimus, famem cibo explebimus, ſaturabimus; deſideria naturæ explebimus. 4. *Longa ſiccitas famem invexit*, die langwierige Dürre hat die Hungersnoth verurſachet. Arctiorem civibus annonam fecit; cœleſtium aquarum inopia laboratum eſt annona. Per longam ſiccitatem frumenti erat cum ſumma caritate inopia. Longa ſiccitate factum eſt, ut laxior annona necdum rediret; ut annona premente in urbe trepidatum ſit. V. *Annona*, *Uſus*. 1. Cibi condimentum fames. Obſonare famem, Luſt zum Eſſen erwecken. 2. *Caritas annonæ*, Hungersnoth. Qui in fame frumentum exportare auſus eſt.

Familia, æ, f. Hausgeſind, Hausweſen, Stamm. *Syn.* Agnatio, cognatio, ſtirps, domus. *Epi.* Abjecta & obſcura, acerrima, equeſtris, ſeveriſſima ad judicandum, ægra, ampliſſima, clariſſima, conſularis, diverſa, florentiſſima, funeſta, gladiatoria, ſpecioſa, nobilis, glorioſa, honeſta, magna, maxima, nobiliſſima, patricia, prætoria, pura, ſumma, tanta, tota, vera, vetus, univerſa, urbana. *Uſus*. 1. Unus homo familia non eſt. Familiæ conſtans & gravis diſciplina. In Lælios, *ſeu* Læliorum familiam inſitus. Vetus, illuſtris, ampla familia. In familiam alicujus ſe conjicere; in familiam venire, adoptari, recipi, inſeri, einem andern Geſchlechte und Stamme einverleibt werden. Naſci familia antiquiſſima. 2. *Secta*, Sekte, Parthey. Peripatetici in plures quaſi familias diviſi ſunt. 3. *Servorum numerus*, Hausgeſind. Homines conjugum, liberorum & familiarum ſuarum cauſa frumentum condunt. Arbiter familiæ. Familiam ducere, vorangehen. Pater, mater, filius familias, Hausvater, ꝛc.

Familiaris, e. vertraut. *Syn.* Familiaritate conjunctus, neceſſarius, intimus, domeſticus, qui in intima alicujus familiaritate verſatur, uſu conjunctus. *Epi.* Familiares domeſtici, intimi. *Adv.* Maxime, valde, omnino. *Phraſ. Familiaris mihi eſt*, ich gehe mit ihm vertraulich um. Multos annos utor eo familiariter, isque me viciſſim. Valde familiariter eo utor, ut nec familiarius ullo, nec libentius. Nihil eſt noſtra familiaritate conjunctius. Quotidiana mihi cum eo conjunctio eſt & conſuetudo; arctiſſima neceſſitudine, vinculis arctiſſimæ familiaritatis conjuncti ſumus; alter alteri familiares admodum ſumus; mutua eſt inter nos, eaque ſumma familiaritas. Multos annos magna mihi cum eo familiaritas, ſummus mihi cum eo uſus, ſummæ mihi cum eo familiaritatis conſuetudo interceſſit; multis abhinc annis amicitia noſtra ſummam ad familiaritatem pervenit. V. *Amicus*, *amicitia*, con-

Digitized by Google

conſuetudo, uſus, intimus, neceſſitudo Uſus. Homo familiariſſimus, & mihi omnibus rebus conjunctus. Familiares cum altero conferre ſermones Res familiaris & domeſtica bene ſtatuta. Fieri familiarem alicui.

Familiaritas, tis, f. **Vertraulichkeit.** *Syn.* Uſus, conſuetudo, neceſſitudo, conjunctio. *Epi.* Egregia, eximia, intima, magna, alicujus cum aliquo, maxima, memorabilis, nimia, notiſſima, pervetus, ſumma, tanta. *Phraſ.* 1. *Familiaritatem cum illo feci, vulg.* **ich habe eine vertrauliche Gemeinſchaft mit ihm gemacht.** Familiaritatem cum illo contraxi, conflavi; magna familiaritate me cum illo conjunxi. V. *Amicitiam contrahere.* 2. *In familiaritatem alicujus venire,* **in vertraute Freundſchaft kommen.** In familiaritatem penitus intrare; ad alicujus familiaritatem ſe applicare; ſe dare, ſe inſinuare; ſe immergere in conſuetudinem. V. *In amicitiam venire.* 3. *In familiaritate alicujus verſari,* **mit einem in Vertraulichkeit leben.** Eſt mihi intima cum eo familiaritas; familiaritatem cum illo habeo; familiaritas mihi cum illo, cum officiis ejus multis, tum conſuetudine quotidiana ſic aucta, ut nihil ſit hac noſtra familiaritate conjunctius. Recepi hominem in familiaritatem; familiaritate devinxi Familiaritate conjunctus ſum illi; cum eo familiariter vivo; familiaritate implicitus ſum tanta, ut revocare me non poſſim; intime illo utor, nec ab illo unquam recedam; nemo mihi carior; nemini magis ſtudeo; cum omnibus in familiaritate antepono; dudum ab eo in amicitiæ familiaris jura adductus ſum; dudum familiaris haberi, & in arcanos ſermones trahi coptus ſum. V. *Amicitiam habere cum altero Uſus.* Conſuetudo familiaritatem inducit, conflat, affert. V. *Neceſſitudo, uſus, conjunctio.*

Familiariter, vertraut. *Syn.* Libere, amice. *Uſus.* Cum aliquo licentius, liberius, familiarius, amiciſſime, ſolutiore animo vivere.

***Famoſus, a, um.* berüchtigt.** *Syn.* Infamis. *Uſus.* Mulier famoſa; libelli famoſi. Sparſa epigrammata, in aliquem vulgata, famoſa, probroſa, contumelioſa. V. *Infamis. Ad laudem perperam adhibetur.*

Famula, æ, f. **Magd, Aufwärterinn.** *Syn.* Ancilla. *Uſus.* Virtus famula fortunæ.

Famularis, e. **zum Dienſte gehörig.** *Syn.* Servilis. *Uſus.* Famularis veſtis.

Famulatus, us, m. **Dienſt.** *Syn.* Servitus. *Uſus.* In famulatu alicujus eſſe. Miſer virtutis famulatus, ſervientis voluptati.

Famulor, aris, atus ſum, ari. **dienen.** *Syn.* Servio. *Uſus.* Qui præeſſe deberent, famulantur. V. *Servio.*

Famulus, i, m. **Diener, Bedienter, Aufwärter.** *Syn.* Pediſſequus. *Uſus.* Adhibeant heri ſævitiam in famulos, ſi aliter teneri non poſſunt. V. *Servus.*

Fanaticus, a, um. **unſinnig.** *Syn.* Delirus, furens. *Uſus.* Homo ſuperſtitioſus & fanaticus. V. *Inſanus.*

Fanum, i, n. **Tempel.** *Syn.* Templum, locus religioſus. *Epi.* Antiquum, antiquiſſimumque; religioſum. *Uſus.* Pro fanis & delubris pugnare. Athenienſes fanum contumeliæ & impudentiæ fecere. V. *Templum.*

Far, farris, n. **Korn, Dinkel.** *Syn.* Quidquid frugum terra fert. *Uſus.* Farris ſeges.

Farcio, is, farſi, fartum, ire, **füllen.** *Syn.* Impleo. *Uſus.* Pulvillus roſis fartus. V. *Impleo.*

Faris, fatur, fatus ſum, fari. **reden, ſprechen.** *Syn.* Loquor. *Ado.* Probe. *Uſus.* Ajunt ex oraculo ita fatam Pythiam. Tum ad Deos ita fatur.

Fartor, oris, m. **Wurſtmacher, Füller.** *Syn.* Qui lucanicas facit & farcit, *ſive* qui aves farcit & ſaginat. *Uſus.* Cellarii, lanii, coci, fartores. Fartor ſcelerum.

Fas, Recht, Billigkeit. *Syn.* Jus, quod licet. *Uſus.* Jus & fas omne delere. Si hoc dictu fas eſt. Clodium nihil delectat, quod faut per naturam fas ſit, aut per leges liceat. Quoad fas eſt, quoad liceat. Per fas & nefas, ſeu jure ſeu injuria; per æqua, per iniqua. V. *Honeſtum.*

Faſcia, æ, f. **eine Binde.** *Syn.* Faſciæ. *Uſus.* Pedes vincire faſciis.

Fa-

Digitized by Google

Faſciculus, i, m. **Bündel.** *Uſus.* Faſciculus litterarum. Aliquid in faſciculum addere.

Faſcino, as, avi, atum, are. * **bezaubern.** *Uſus.* Oculis, lingua faſcinare aliquem.

Faſciolæ, arum, f. **kleine Binden.** *Syn.* Faſciæ, crurum integumenta. *Epi.* Purpuratæ. *Uſus.* Purpureæ faſciolæ, muliebres ſoleæ.

Faſcis, is, m **Büſchel, Bündel.** *Epi.* Faſces cruenti, ordinarii, formidoloſi, laureati. *Uſus.* Faſces prætoribus præferebantur.

Faſti, orum, m. **Kalender, Tagbuch.** *Syn.* Libri, in quibus diei cujusque & anni res geſtæ continentur. *Vulg. Calendaria, Diaria. Uſus.* In faſtis Bruti nomen adſcribendum curavi. Gratiſſimæ victoriæ memoria in faſtis ut eſſet nota, feci. Conſules non modo ex memoria, ſed & faſtis eximendi.

Faſtidio, is, ivi, itum, ire. **Eckel haben, verſchmähen.** *Syn.* Faſtidio afficior, faſtidium ad rem habeo.)(*Delector. Phraſ. Faſtidio aſſentatorum officia*, **ich kann die verſtellte Höflichkeit der Heuchler nicht vertragen.** Moleſtiam capio; moleſtia afficior ex aſſentatorum officiis; moleſtiam mihi exhibent; ſatietatem pariunt, dant, faciunt, afferunt repetita aſſentatorum officia; oneri ſunt ac tædio; faſtidium, tædium pariunt, afferunt; ſtomachum, faſtidium movent inania verborum officia; moleſtiam aſpergunt, creant, faceſſunt tot aſſentatorum officia; tædium me capit tot inanium officiorum. V. *Tædium, odioſus. Uſus.* Non ſolum improbitati iraſci, ſed & in recte factis faſtidire. V. *Satietas.*

Faſtidioſe, **mit Verdruß.** *Syn.* Ambitioſe, lente.)(*cupide, libenter. Uſus.* Prudentius, vel invitius, vel etiam faſtidioſius facere aliquid. Tum ego ſtomachans faſtidioſe. Diligenter, ac prope faſtidioſe judicare aliquid.

Faſtidioſus, a, um. **verdroſſen.** *Syn.* Difficilis.)(*appetens, cupidus. Adv.* Sane. *Uſus.* 1. Craſſus in incipiendis cauſis faſtidioſior. 2. *Abhorrens*, **der einen Abſcheu hat.** Homo litterarum faſtidioſus. 3. *Inſolens*, **ſtolz und übermüthig.** In æquos & pares faſtidioſus. V. *Arrogans.*

Faſtidium, ii, n. **Verdruß, Eckel.** R. ex Fauſtus & Tædium. *Syn.* Offenſio, tædium.)(*appetentia, cupiditas. Epi.* Delicatiſſimum, ingenuum liberumque, inſolens, minimum. *Uſus.* Magna inſolentia hominis, magnum faſtidium. Magnum horum, ſi arrogantes eſſent, non poſſem ferre faſtidium. Ab aliquo celeriter & ſatietate, & faſtidio abalienari. Cibi ſatietas & faſtidium. Depellere, *ſeu* levare faſtidium. V. *Faſtidio, tædium, ſattetas.*

Faſtigio, as, avi, atum, are. * **oben zuſpitzen.** *Syn.* In faſtigium erigo. *Uſus.* Collis in modum metæ in acutum cacumen faſtigiatus.

Faſtigium, ii, n. **Gipfel, Spitze.** *Syn.* Conus, culmen. *Phraſ. Ad faſtigium domus evaſit*, **er iſt zu höchſt auf das Haus hinauf geſtiegen.** Fuga ſe abripuit ad ſummas ædes; abdidit ſe in ſummas ædes; fuga ſe contulit in ſummas ædes; fuga evaſit ad ſuperiores ædium partes. *Uſus.* 1. Capitolii faſtigium. Tectum multorum faſtigiorum. 2. *Finis*, **Ende.** Imponere faſtigium operi inchoato.

Fatalis, e. **unumgänglich.** *Syn.* Ex omni æternitate definitus & conſtitutus.)(*voluntarius. Uſus.* Cauſæ fatales, fatalis neceſſitas, vis, caſus, eventus. Hic annus fatalis videtur ad interitum reipublicæ. Clodius fatale portentum reipublicæ. V. *Neceſſitas.*

Fataliter, **unumgänglich.** *Syn.* Neceſſario. *Uſus.* Omnia, quæ fiunt, ea ab omni æternitate definita fataliter exiſtimant.

Fateor, eris, faſſus ſum, eri. **bekennen, geſtehen.** *Syn.* Confiteor.)(*nego, inficior. Adv.* Acute, ſatis aperte, plane. *Phraſ. Tandem faſſus eſt delictum*, **endlich hat er ſeine Miſſethat bekennet.** Expreſſa tandem ex eo ſceleris confeſſio; adductus eſt ad facti confeſſionem; faſſus eſt de ſuo crimine; patefactum indiciis, ipſiusque confeſſione crimen eſt; tandem ſeſe ipſe indicavit; patefactus eſt indiciis & confeſſionibus ſuis; illud jam non obſcure præ ſe tulit, admiſſum a ſe facinus. *Uſus.* Non ſolum fateri,

Digitized by Google

ſed profiteri aliquid, & præ ſe ferre.

Fatidicus, a, um. Weiſſagend. *Uſus.* Anus fatidica: Fatidicorum & vatum effata incognita.

Fatigo, as, avi, atum, are. müde machen. *Syn.* Defatigo. *Phraſ. Fatigatus oppido miles eſt,* der Soldat iſt ſehr abgemattet worden. Vires militem laſſitudine defecerunt; feſſum curſu corpus trahit miles; de via feſſus procubuit; effluxere jam laſſitudine vires; curſu exanimatus & laſſitudine confectus; longa via laſſum reddidit militem; longa defatigatione militi genua ſuccidere; laſſitudo militem tenet, militi longa laſſitudine membra fluunt; arma labant; itineris longitudo militem in languorem dedit; miles in opere longinquo, & itinere ſeſe trivit; miles viribus exhauſtus eſt; quidquid virium erat militi, in longitudine itineris proſtratum eſt; defatigatione continuati itineris miles graviter affectus eſt; itineris labore fractus eſt miles. *Uſus.* Igne fatigatus.

Fatiſco, is, ere. * erliegen. *Syn.* Deficio, vitium facio, labem facio. *Uſus.* Natura ætate fatiſcit. Murus fatiſcit, labem facit, vitium facit. V. *Fatigo.*

Fatuitas, tis, f. Narrheit, Thorheit. *Syn.* Stultitia. *Uſus.* Oſtendit, non hanc imprudentiam, aut caſum, ſed inſcitiam, negligentiam, fatuitatem nominari debere.

Fatum, i, n. Verhängniß, Schickſal *Syn.* Vis fatalis, fortuna, fatalis neceſſitas; ſeries cauſarum ſempiterna; cauſæ æternæ rerum futurarum; cauſæ immutabiles & æternæ; cauſæ incluſæ in rerum natura. Fati vis inexſuperabilis, cujus lege immobilis rerum ordo ſeritur. Æterna conſtitutio.)(*Conſilium. Epi.* Extremum reip. grave, miſerum, funeſtum, pernicioſum, publicum, ſingulare, ſupremum, totum *Uſus.* 1. Fati neceſſitas, quod a Deo deſignatum & conſtitutum eſt, ut eveniat. Fato ajunt fieri omnia. Fati vis inexſuperabilis. Fuit hoc fatum meum. Hoc ſum fato natus, ich bin ſchon in einem ſolchen Zeichen gebohren. Illud fati eſt, hoc conſilii. Fatum illius fuit demergi. Di omni ratione fata flexiſſent, mutaſſent. 2. *Infortunium,* Unglück. Jam fatum reipublicæ extremum impendet. Meo fato omnes corruiſtis. 2. *Fatidicum,* Weiſſagung. Fata Sibyllina. V. *Neceſſitas.*

Fatuus, a, um. närriſch. *Syn.* Stultus. *Adv.* Diutius, cum periculo, plane. *Uſus.* Non modo nequam & improbus, ſed fatuus & amens. Puer fatuus, & non gravis, nec continens. V. *Stultus.*

Fauces, ium, f. Schlund. *Syn.* Anguſtiæ gutturis. *Epi.* Impuriſſimæ. *Uſus.* 1. Prædam lupo ex faucibus eripere. 2. *Locus anguſtus,* enger Ort, Paß Corinthus poſita in anguſtiis atque in faucibus Græciæ. 3. *Periculum,* Gefahr. Urbem ex hoſtium impetu, ac totius belli ore ac faucibus ereptam reſtituit. 4. *Aditus,* Zugang. Sedent in faucibus macelli. Pateſactis ora, terræ faucibus. V. *Anguſtiæ.*

Faveo, es, favi, fautum, ere. gönnen, gewogen oder geneigt ſeyn *Syn.* ſtudeo, amo, complector; æquus ſum alicui, æquum me præbeo.)(*invideo, odi. Adv.* Aperte, mirabiliter dignitati, mire, validiſſime alicui, vere. *Phraſ.* 1. *Favet tibi tota civitas,* die ganze Stadt iſt dir ſehr geneigt. Mirabilis te bonorum virorum benevolentia comitatur; ardent omnes ſtudio tui & amore; tua cauſa volunt cupiuntque omnes; uteris populo plane tuo; exiſtimationis tuæ cupidiſſimum ſtudioſiſſimumque habes populum totum; honori tuo omnes velificantur; divino omnes ſtudio, conſtanti benevolentia exiſtunt; tui honoris fautores habes plurimos; honeſtiſſime tibi cupiunt; tuorum ſtudia ardentia habes; gratioſus es omnibus; animo in te ſunt ſingulari; benevolentia te ſumma complectantur, inclinatione voluntatis in te propendent; omnium animi ad dignitatem tuam ſunt propenſi; plebs omni te favore complectitur; tui ſunt omnes, tibi gratificari cupiunt; in te civitas verſa eſt tota; ita effuſi ſunt in te omnes, tanta & tam ſecunda in te voluntate, ut ſtudia omnium in te unum inclinent, reſpiciant; firmiſſima hominum benevolentia minitus

Digitized by Google

nitus es; cives omnes unice tibi sunt dediti. 2 *Plebs tibi favebit*, das gemeine Volk wird dir günstig seyn. Plebis gratiam unus maxime feres; civitas omnis in tua dignitate studia sua fige omnia; ejus studium honori tuo nullo loco deerit, omnem illa industriam, curam, operam, diligentiam ad honorem ac dignitatem tuam conferet; nullum in te ornando, honestando, colendo locum, aut tempus; nullum studii, officii, observantiæ genus prætermittet; præsens tibi ubique auctoritate, studio, gratia aderit. V. *Gratiosus*, *favor*, *gratia*, *acceptus*. *Usus*. Saluti, dignitati, honori, laudi, industriæ & gloriæ tuæ mirabiliter faveo. Favete linguis. Favere alicujus voluntati, & adjutorem esse.

Favilla, æ, f. *Funke. *Usus*. Contectus ignis e se favillam discutit.

Favonius, ii, m. Westwind. *Syn*. Zephyrus, ventus ab occasu flans.

Favor, oris, m. Gunst, Gewogenheit. *Syn*. Gratia, studium, aura cursusque popularis, prosper flatus fortunæ, benevolentia.)(*Invidia*. *Phras*. 1. *Est in maximo favore apud Principem*, er ist ein Günstling des Hofes, er gilt alles bey seinem Fürsten. Summa apud Principem gratia valet; floret præ aliis gratia Principis; in amore & deliciis est Principi; primum in gratia Principis locum obtinet; in magna apud Principem caritate est. V. *Gratiosus*. 2. *Ille hoc pro favore habet*, *vulg*. er hält dieses für eine besondere Gunst und Gnade. In summi beneficii loco ponit; inter maxima beneficia refert, numerat; ea res apud illum non vulgaris gratiæ locum obtinet. 3. *Populi favorem captat*, er strebt nach der Gunst des Volkes. Aucupatur gratiam populi; ventum popularem quærit, ubique colligit; captat auram popularem; in gratiam populi se ponere; vulgi gratiam inire, quærere; benevolentiam colligere studet. V. *Gratia*, *faveo*, *benevolentia*. *Usus*. Eum amorem, & ut hoc verbo utar, favorem ad consilia advocabo.

Favorabilis, e. *günstig. *Usus*. Auram favorabilis populi ex Dictatoris invidia petiit.

Fauste, glücklich. *Syn*. Fortunate. *Usus*. Fauste, feliciter, prospere.

Faustus, a, um. glücklich, beglückt. *Syn*. Fortunatus. *Usus*. O nox fausta orbi! Quod bonum, felix, faustum, fortunatumque sit, veteres præfabantur. V. *Felix*, *fortuna prospera*.

Fautor, oris, m. Gönner. *Syn*. Studiosus, patronus. *Epi*. Improbissimus. *Usus*. Multi sunt cupidi tui, multi fautores laudis tuæ. Ei semper fautor & adjutor extiti. Ego consiliorum tuorum auctor, dignitatis fautor, & amplificator. V. *Patronus*, *benevolus*.

Fautrix, icis, f. Gönnerinn. *Usus*. Amicitiæ fautrices fideliſſimæ voluptatum.

Favus, i, m. Honigseim. *Usus*. Apes favos fingunt.

Faux, cis, f. Rachen, Schlund. V. *Fauces*.

Fax, cis, f. Fackel. *Syn*. Tæda, funale. *Usus*. Ardentes faces ad reipublicæ incendium furiis Clodianis ministrabat, in vicinorum tecta jactabat. Malleolos ad incendendam urbem, facesque comparabat. Non sunt parvis in rebus adhibendæ hæ dicendi faces. Dolorum faces admovere. Ad libidinem facem præferre. Antonius omnium Clodii incendiorum fax.

Febricito, as, avi, atum, are. *das Fieber haben. *Syn*. Febri corripior, *vel* tentor. *Usus*. Febricitavit aliquis, *vel* inhorruit. V. *Febris*.

Febricula, æ, f. Fieberlein. *Syn*. Commotiuncula. *Epi*. Assidua & satis molesta. *Usus*. In febriculam incidi satis molestam.

Febris, is, f. Fieber. *Syn*. Febricula tertiana, quartana. *Phras*. *Febri laborat*, er hat das Fieber. Febri jactatur, afflictatur; in febriculam incidit, lentis febribus detinetur; febribus corripitur, tentatur; febrim habet; febrim nactus est; quartanam patitur. *Usus*. Incommoda valetudine emersit febris; in quartanam conversa est vis morbi, es ist ein viertägiges Fieber daraus geworden. Cum febri domum redii. In tertium diem febris

Digitized by Google

bris incurrit, alle dritte Tage kömmt das Fieber zurück, Febris accedit, definit, pares acceſſiones habet, levatur, continuat, per acceſſiones increſcit, per diſceſſiones mollitur, circuitum habere ſolita finitur. Febris aſſidue inhæret; ſe inclinat, & jam ſine horrore eſt, das Fieber nimmt ab. Febris deceſſit, das Fieber iſt ausgeblieben. Febri caruit. A febre relictus, liberatus eſt.

Februarius, ii, m. der Hornung. *Syn.* Menſis intercalaris. *Epi.* Sterilis. *Uſus.* Februarius menſis extremus anni *olim apud Romanos.*

Fecialis, is, m. Herold, Friedensgeſandter. *Uſus.* Fœderum, pacis, belli, induciarum feciales judices ſunto.

Fecialis, e. was dem Herolde zuſteht. *Syn.* A feciali factum, conſtitutumque. *Uſus.* Belli æquitas jure feciali ſanctiſſime perſcripta eſt.

Fecunditas, f. fœcunditas, atis, f. Fruchtbarkeit. *Syn.* Ubertas, fertilitas.)(*Sterilitas. Epi.* Calamitoſa. *Uſus.* Cœli temperatio, fecunditas terrarum, agri uberrimi maximeque fertiles, in quibus multa propter fecunditatem fingi gignique poſſunt. O miſeram mulieris fecunditatem! V. *Fertilis.*

Fecundo, as, avi, atum, are. fruchtbar machen. *Syn.* Fructiferum facio, fecunditatem do. *Uſus.* Nilus Ægyptum fecundat.

Fel, lis, n. Galle. *Syn.* Flava bilis.

Felis, is, f. eine Katze. *Syn.* Domeſtica beſtia muribus infeſta. *Uſus.* Qui canem & felem ut Deos colunt. Felis quo ſilentio, quam levibus veſtigiis avibus obrepit?

Felicitas, tis, f. Glückſeligkeit. *Syn.* Beatitudo, proſperitas, res ſecundæ.)(*Afflicta fortuna. Epi.* Incredibilis, par, perpetua, ſumma. *Phraſ.* 2. *Nemo perpetuam hic felicitatem habet*, hier hat niemand eine beſtändige Glückſeligkeit. Nemo fortuna utitur perpetuo bona; nemo eſt, cui proſpere omnia ſuccedant, cui voluntatem fluant omnia; cui nihil contra voluntatem eveniat; cui nullum accidat infortunium; cui ſecunda ſint omnia; cui optata omnia contingant. Quis eſt, qui nihil unquam mali in vita videat? qui nihil ſuſtineat incommodi? qui nullam ferat calamitatem? cujus felicitas ſit perpetua, & nullis interrupta malis? V. *Fortuna.* 2. *Felicitate omnibus es ſuperior*, du haſt unter allen das gröſte Glück. Tuas fortunas nemo ſuperat; ea uteris fortuna, quæ poteſt eſſe maxima; tam beatus es, quam qui maxime; ita beatus es, ut nemo magis; iis vel ornamentis, vel præſidiis redundas, quibus majora nulla eſſe poſſunt. Nihil ad felicitatem tibi deeſt; nemo te potior iis rebus, in quibus ſita eſt felicitas; ita proſpere tecum agitur, ut invidere poſſis nemini; felicitate tecum conferri poſſunt aliqui, præferri, anteferri, præponi, anteponi tibi certe nemo poteſt. Æquas omnium fortunas; rebus omnibus affluis; non eſt, quod quidquam deſideres; nihil non optabile conſecutus es; ea poſſides, quæ, qui poſſidet, fortunam accuſare nullo pacto poſſit, nullius fortunam ſibi exoptare debeat; ea poſſides ac tenes, quæ vitam beatam efficiant; quæ ſunt in vita expetenda. Optimus eſt rerum tuarum ſtatus; animi & fortunæ bona ſic in te ſunt, ut in nullo magis; tibi ſatis eſt vel ingenii, vel fortunæ ad bene beateque vivendum. V. *Fortuna proſpera, eventus, ſucceſſus bonus, felix.*

Feliciter, glücklich. *Syn.* Proſpere, fortunate, fauſte; bonis avibus, ſecundis avibus, ſecundo omine; non invita Minerva; ſecunda fortuna, dextro Marte. *Phraſ. Res feliciter ſucceſſit*, die Sache iſt glücklich von ſtatten gegangen. Res ſecundiſſime proceſſit; res plane ex ſententia geſta eſt; res ſupra votum fluxit; rerum initia ſatis proſpera fuere; non ancipiti fortuna res geſta eſt; ſecunda omnia cadebant; ſecunda admodum fortuna rerum fuit. V. *Cedo, ſuccedo, evenio, bene, fortuna. Uſus.* Respublica bene & feliciter geſta.

Felix, icis, g. o. glückſelig. *Syn.* Beatus, fortunatus, florens, cui bene eſt. *Phraſ.* 1. *Te amico felix ſum & beatus*, ich bin glückſelig, indem ich dich zum Freunde habe. Digito cœlum attingo; in cœlo ſum; ſecundum mihi vitæ fine ulla offenſione curſum polliceor; tran-

Digitized by Google

tranquilla & pacata habeo omnia; fortunam ipſam anteibo fortunis meis; rebus utar ſecundiſſimis, rebus omnibus florebo; nemo hominum me vivet fortunatior. 2. *Felix ad id tempus erat*, bis dahin war er glücklich. Ad eam diem fortuna ei nihil non tribuit; fortuna indulgendo illi nunquam fatigata erat; fortunam in poteſtate habuit; ſecunda fortuna; magna felicitate uſus erat; fortuna illi ubique præſto erat; nusquam illi aberat; perpetua felicitate florebat; ad eum diem felicitatis nihil illi defuit; proſpera fungebatur fortuna; ſecundæ illi res erant; vitam vivebant omni felicitatis genere cumulatam; ab omni moleſtia remotam, ſejunctam; merſus erat felicitate; merſus ſecundis rebus; luxuriari felicitate atque indulgentia fortunæ videbatur; Divorum vitam adeptus videbatur. V. *Beatus. Uſus.* Felix ad caſum fortunamque.

Femen, inis, n. die Hüfte, das dicke Bein. *Syn.* Coxendicis pars interior. *Uſus.* Redundas pedibus, feminibus, cruribus.

Femina, f. fœmina, æ, f. Weibsbild. *Syn.* Mulier.)(*Mas. Epi.* Bona, & locuples, ſanctiſſima, optima, præſtantiſſima, primaria, probatiſſima & ſummo loco nata. *Uſus.* Prudentiſſima, diligentiſſima, eximia forma, & ſummo loco nata femina. V. *Mulier.*

Femineus, a, um. weibiſch. *Uſus.* femineus plangor.

Femur, oris, n. die äußere Dicke am Schenkel, Hüfte. *Syn.* Coxendicis pars exterior.

Feneſtra, æ, f. Fenſter. *Syn.* Locus apertus ad lumen accipiendum, ad admittendum ſolem, diem. *Uſus.* Feneſtrarum anguſtias reprehendis. Latis luminibus feneſtræ. Oculi quaſi feneſtræ animi.

Fenebris, f. fœnebris, e. * wucheriſch. *Syn.* Ad fenus pertinens.

Feneratio, onis, f. das Wuchern. *Syn.* Fenoris exercitatio, pecuniæ nundinatio. *Uſus.* Non hoc beneficium habendum eſt, ſed feneratio. Feneratio pecuniæ publicæ.

Fenerato, * wucherhaft. *Uſus.* Pallam fenerato abſtulit.

Fenerator, oris, m. Wucherer. *Syn.* Qui fenus exercet. *Uſus.* Feneratorum quæſtus odia hominum incurrit.

Feneror, aris, atus ſum, ari. wuchern. *Syn.* Fenori do, fenori loco. *Uſus.* Non feneramur beneficium. Pecuniam centeſimis fenerari.

Fenus, f. fœnus, oris, n. Wucher, Zins. *Syn.* Uſura. *Epi.* Grave, grande, iniquiſſimum, perpetuum, renovatum, tolerabile. *Uſus.* Fenori dare, locare argentum, Geld auf Zinſe geben. Pecuniam graviſſimo fenore ſumere; fenori accipere, Geld auf Zinſe nehmen. Fenore iniquiſſimo trucidare cives, großen Wucher treiben. V. *Uſura.*

Fera, æ, f. wildes Thier. R. *ab Aeol.* Φήρ. *Syn.* Beſtia. *Uſus.* Feræ rationis & orationis expertes.

Feralia, orum, n. Feſt für die Verſtorbenen. *Dies erunt Diis manibus conſecrati, quod ad tumulos epulas ferrent, ibique coenas agitarent. Uſus.* Feralibus præfecta eſt.

Ferax, acis, g. *o.* fruchtbar. *Syn.* Uber, fecundus, fertilis, frugifer. *Uſus.* Nihil feracius ingeniis. V. *Fertilis.*

Ferculum, i, n. Tracht, Gericht. *Uſus.* Pomparum ferculis ſimilis, ita lento greſſu ingreditur.

Fere, ſchier, faſt. *Syn.* Ferme, propemodum, prope. *Phraſ.* 1. *Similitudo fere me fefellit*, die Gleichheit hat mich faſt betrogen. Propius factum eſt nihil, ac ut alterum pro altero compellarem. Prope erat; non multum aberat; parum aberat, ut me ſimilitudo veſtra falleret; haud procul; minimum abfuit, quin ſimilitudine veſtra fallerer; pene, proxime me ſimilitudo veſtra fefelliſſet. 2. *Seditio fere orta eſſet*, es wär ſchier eine Aufruhr entſtanden. Prope ſeditionem res erat; quid propius fuit, quam ut omnia discordiis miſcerentur? res ad ſeditionem ſpectabat. Jam in eo res erat, ut ſeditionibus omnia arderent. 3. *Quingenti quatuor fere ſaucii fuere*, es ſind bey 504. verwundet worden. Ad quatuor & quingenti ſaucii fuere. *Uſus.* 1. Probabile eſt, quod fere fieri ſolet. Nihil ætate, aut fere nihil differunt. 3. *Tantum*, affeiu

Digitized by Google

allein. Hæc fere dicenda habui, 3. *Profecto*, fürwahr. E victoria non fere, quam invidia eum secuta est. 4. *Potissimum*, *maxime*, sonderbar. Ad hunc fere modum; ad hunc maxime modum locutus est. V. *Quasi*.

Feriæ, arum, f. Feyertag. *Syn.* Dies festi cœlestium, dies quietis. *Epi.* Forenses, novendiales, publicæ. *Usus.* Feriarum festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium & jurgiorum; in servis operum & laborum. Imperare ferias forenses. Feriæ quantum mihi temporis indulserint.

Feriatus, a, um. müßig, gefeyert. *Syn.* Otiosus, vacans. *Usus.* Epicurei Deum feriatum volunt otio torpere. Non putes me feriatum a studiis futurum. V. *Otiosus*.

Ferinus, a, um, wild. *Syn.* Feris communis. *Usus.* Ferinus victus.

Ferio, is, ire. schlagen. *Syn.* Percutio. *Phras. Securi feritur*, er wird enthauptet. Securi percutitur; securis in caput dejicitur; ferro caput demetitur; caput cervicibus abscinditur; jugulum ferro resolvitur; cervix abscinditur, præciditur, inciditur; caput a cervicibus avellitur, amputatur; caput ense aufertur; collum secatur, obtruncatur. *Usus.* 1. Feriunt hæc aures hominum. Oculi spectris feriuntur. Hostem ferire, nieder-hauen. 2. Ferire fœdus cum aliquo, ein Bündniß machen.

Feritas, atis, f. wilde Art, Grausamkeit. *Syn.* Immanitas. ✕ *Mansuetudo animi*. *Epi.* Humana. *Usus.* Pars animi, in qua feritas sit, & agrestis immanitas. Ex feritate aliquem ad humanitatem & mansuetudinem transferre. V. *Crudelitas*.

Ferme, fast. *Syn.* Fere. *Usus.* Mihi ferme acta est ætas. V. *Fere*.

Fermentum, i, n. Sauerteig. *Syn.* Portio farinæ subactæ acida. *Usus.* Uxor tua in fermento jacet, *vehementer irata est*, ist sehr zornig.

Fero, fers, tuli, latum, ferre. tragen. R. a Φέρω. *Syn.* Porto, gero. *Adv.* Abjecte, acerbe, acerbissime, diffidium, ægre, æque adversam fortunam, aperte, ame, atrociter, clam, clementer, constanter, continenter, de integro, difficilius, diutius, egregie, facile, familiariter, fortiter, graviter, humane, humaniter, jam dudum, immoderate, indigne, insolenter, læte, lente, levius, leviter, libenter, mediocriter, mirabiliter, moderate, modice, molestè, molliter, negligenter, nominatim, obscure, obviam sese, omnino, pariter, patienter, placate, placide, plane, pulcherrime, quam humanissime, quam lenissime, quiete, recte, remissius, sane, sapienter, sedate, stulte, submolestè, tacite, toleranter, tranquille, valde, graviter, vere, vitiose. *Phras. Ferre non possum hanc injuriam*, ich kann diese Beleidigung nicht ertragen. Concouere hanc injuriam non possum; grave est, hominis tot ineptias ac injurias devorare; acerbe me accipere hanc injuriam quid mirum? cujus indignitatem nullius nec oculi, nec aures ferebant. V. *Patior*, *sustineo*. *Usus.* 1. Terra fert fruges. 2. *Opinor*, *conjicio*, *spero*, vermuthen, muthmassen. Ut mea fert opinio; ut conjectura fert. 3. *Constituo*, *nuntio*, *decerno*, ankünden. Ferre ad populum de re aliqua. Ferre legem. 4. *Patior*, *tolero*, *perfero*, ertragen. Æquo, *vel* iniquo animo; modestè, *vel* parum modestè; leviter, graviter; molliter, indigne; fortiter, sapienter, quieto animo; immoderate, adversos casus ferre. 5. *Requiro*, *postulo*, *volo*, *jubeo*, erfodern. Ut natura, consuetudo tulerit. Si tuum commodum ita fert. Ita credebam, reipublicæ tempora ferre. Ut amor tuus fert, perscribe. 6. *Reporto*, *percipio*, davon tragen, überkommen. Palmam, primas, prædæ partem tulit; responsum tulit; fructum ex ea re maximum tulit. 7. *Affero*, *do*, bevbringen, geben. Opem, auxilia, præsidium suffragium ferre. Hæc ætas primum oratorem tulit. 8. *Obtineo*, *consequor*, erhalten. Quot suffragia tulisti? 9. *Amo*, lieben. In oculis aliquem fero. 10. *Celebro*, *laudo*, erhöhen. In cœlum te omnes laudibus ferunt. 11. *Dico*, *prædico*, sagen, vorgeben. Homo, ut ferunt, ut fertur, acerrimus. 12. *Attribuo*, *adscribo*, anschreiben. Ferre alicui expensum.

Fe-

Digitized by Google

Ferocia; æ, f. **Frechheit, Unbändigkeit.** *Syn.* Ferocitas. *Epi.* Effrenata, intoleranda, tanta. *Usus.* Quos illorum animos, quos impetus, quam ferociam, quam intoletandam arrogantiam fuisse putatis? V. *Insolentia.*

Ferocitas, atis, f. **Hochmuth, Frechheit.** *Syn.* Ferocia. *Usus.* Ferocitatem illius & audaciam frangere, reprimere.

Ferociter, **frech, übermüthig.** *Usus.* Maledicta in aliquem aspere, ferociter & libere dicta.

Ferox, ocis, g. o. **frech, keck.** *Syn.* Vehemens.)(*Humanus. Phras. Homo viribus ferox, & efferatis longe militia animis*, **ein frecher, übermüthiger Mensch.** Atrox ingenium, & accendi facile; homo truci ingenio; præferocis animi; iracundo, & animorum plenus, indomitus, implacabilis; homo ingenio niger; vultu truci, voce acuta, stolida audacia ferox, homo, vehemens feroxque natura; ferox & indomitum ingenium; ingenio violentus & inexorabilis; torvus & minax, voce, vultu, oculis ardescens. V. *Audax, insolens, agrestis. Usus.* Victoria reddidit hominem ferociorem ac impotentem.

Ferramenta, orum, n. **Eisenwerk.** *Syn.* Ferrea instrumenta. *Epi.* Bona. *Usus.* Dicebat se bonorum ferramentorum studiosum. Quæ ferramenta, qui vectes?

Ferraria, æ, f. * **Eisengrube.** *Syn.* Montis caverna, ex qua ferrum extrahitur. *Usus.* Apud eos magnæ sunt ferrariæ.

Ferratus, a, um. **mit Eisen beschlagen.** *Syn.* Ferro devinctus. *Usus.* Hastæ ferratæ.

Ferreus, a, um. **eisern.** *Syn.* Durus. *Usus*, 1. O durum te, ferreum, ac inhumanum, qui ejus periculis non moveris! 2. *Impudens*, **unverschämt.** Os tuum ferreum.

Ferrum, i, n. **Eisen.** *Metallis genus durissimum. Epi.* Civile, impium. *Usus.* 1. E terræ cavernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam. 2. *Arma, gladius*, **Waffen, Schwert.** Patriæ igni ferroque minatur. Homines certis locis cum ferro collocati.

Fertilis, e. **fruchtbar.** *Syn.* Ferax, fecundus, uber, frugifer, fructuosus, opimus. *Adv.* Maxime. *Phras. Terra fertilis*, **eine fruchtbare Erde.** Tam uber & pingue solum est, ut repelli a pastu pecora dicantur, ne satietas perimat; solum pinguissimum, & pabuli fertile, idemque crebris fontibus rigatum. Uberrimum gignendis uvis solum; copiosus ager & opimus, quique & ubertate & varietate frugum facile omnibus terris antecellat; ager frugum fertilis, quem cum obsitum videas, annonæ caritatem non vereare; ager nobilissimæ fertilitatis; abundans omnium copia rerum regio. *Usus.* Agri opimi, maximeque fertiles. Asia tam fertilis est, ut ubertate agrorum, varietate fructuum, magnitudine pastionis, multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat.

Fertilitas, atis, f. **Fruchtbarkeit.** *Syn.* Ubertas agrorum, rerumque abundantia omnium, bonitas agrorum & fecunditas.)(*Sterilitas agrorum. Epi.* Barbara. *Usus.* Quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas. V. *Ager.*

Ferventer, **eifrig.** *Syn.* Vehementer. *Usus.* De damnatione ferventer agi cœptum.

Ferveo, es, bui, ere. **sieden, brausen.** R. a φέρβω, *pasco, nutrio. Syn.* Ebullio, caleo.)(*Frigeo. Usus.* Fervet æstu pelagus. Usque eo fervet, & fertur, & exæstuat avaritia. Lites fervent, calent judicia.

Fervide, **hitzig.** *Syn.* Ferventer.

Fervidus, a, um. **heftig hitzig.** *Syn.* Ardens.)(*Frigidus. Phras. Juvenis est natura fervidus*, **er ist von Natur ein hitziger Jüngling.** Magnum ardorem vultu præ se ferens; animo ferventior; fervore quodam ætatis incitatior; efferveſcens sæpius; in verba efferveſcentia facilis; animo ardenti; ardore quodam & impetu ferox; præproperum & fervidum est ingenium. V. *Præceps, vehemens, ferox. Usus.* Oratio seria, fervida. Fervida ingenia prudenti & moderato viro adjuncto temperanda sunt.

Fervor, oris, m. **Hitze, Eifer.** *Syn.* Ardor, calor.)(*Frigus. Epi.* Pu-

Digitized by Google

rior, perlucidior nobiliorque, multo ob eas causas aptior ad sensus commovendos. *Usus.* Iracundia est fervor mentis. Fervor ætatis, maris, pelagi. V. *Impetus, Zelus.*

Ferus, a, um. **wild, grausam, unbändig.** *Syn.* Barbarus, immansuetus, immanis.)(*Mitis, mansuetus, cicur. Usus.* Homo ferus & agrestis; ferus ac ferreus. Gentes feræ, & omni divitate atque immanitate teterrimæ. Mores feri, immanis natura Scytharum. V. *Crudelis, barbarus.*

Fessus, a, um. **müde, matt.** *Syn.* Defessus, sanguens, de via lassus, defatigatus. *Usus.* Fessus plorando, de via; fessus inedia. V. *Fatigo.*

Festinanter, **geschwind, eilends.** *Syn.* Omni festinatione; equis, velisque; equis & quadrigis. *Usus.* Nimium festinanter facere aliquid, proficisci, abire. V. *Celeriter.*

Festinatio, onis, f. **das Eilen.** *Syn.* Properatio. *Usus.* In festinationibus ne suscipiamus nimias celeritates. Habes epistolam plenam festinationis & pulveris.

Festino, as, avi, atum, are. **eilen.** *Syn.* Propero, maturo.)(*Moror, commoror. Adv.* Valde. *Phras. Festinandum est,* **man muß eilen.** Maturato opus est; res non recipit cunctationem; abjicienda omnis cunctatio est; summa celeritas adhibenda, suscipienda est; acriter instandum & urgendum; mora nulla interponenda est. V. *Accelero, celeritas, propero. Usus.* Jam ad reliqua festinat animus, oratio. Plura scripsissem, ni festinarent nuntii.

Festinus, a, um. **behend, schnell.** *Syn.* Properans. *Usus.* Festino simillimus decurro.

Festive, **zierlich, fein.** *Syn.* Belle, apte. *Usus.* 1. At quam festive crimen contexitur! 2. *Accurate,* **genau.** Belle & festive dicere. Dialectica festive tradit elementa loquendi.

Festivitas, atis, f. **Holdseligkeit, Artigkeit.** *Syn.* Lepor, jucunditas. *Usus.* Festivitas, splendor, concinnitudo, lepos hominis, orationis. *Usus.* Habet ea res festivitatem. V. *Jucunditas, lepor. Pro* Die festo, **Fevertag,** *vulg. est.*

Festivus, a, um. **zierlich, holdselig.** *Syn.* Lepidus, facetus, venustus, omni lepore & venustate affluens, omni urbanitate, lepore, suavitate conditus. *Usus.* 1. Festivus materculæ suæ filius. Puer festivus. 2. *Egregius, eximius, magnus,* **herrlich, ansehnlich.** Habeo festivam librorum copiam. Festivum acroama. V. *Facetus, lepidus. Festivus concionator,* *vulg.* **ein Fevertagsprediger.** Qui festis diebus pro concione dicit.

Festus, a, um. **feyerlich.** *Syn.* Sacer, religiosus, dies festus, feriæ. *Phras.* 1. *Festum est, vulg.* **es ist ein Fevertag.** Festus dies est; dies religiosus, & a laboribus feriatus. Dies festa, quæque summa religione ac cerimonia celebratur; dies sancti N. aut sanctæ N. memoria sacer; dies sanctorum NN. honoribus consecratus, dicatus. Feriæ Natales Servatoris nostri Jesu Christi, **Weyhnachtsfeyertage.** Feriæ redivivi a morte Servatoris nostri memoria solemnes, **Osterfeyertage.** Feriæ divini Spiritus adventu nobis celebres, **Pfingstfeyertage.** Dies Virgineæ Matris ortu; in cœlum tranfitu nobis religiosus, **Geburts- Himmelfahrtstag der seligsten Mutter Gottes.** 2. *Festum instituere,* **ein Fest einsetzen.** Ferias imperare; diem festum instituere, constituere; solemne instituere; diem festum indicere; solemnem esse velle; festa religione ac cerimonia observandum præcipere; ferias indicere. 3. *Festum celebrare,* **ein Fest begehen.** Ferias agere, celebrare; festum diem anniversarium agere, agitare; celebrem omni ceremoniarum genere diem esse populo; diem religioni consecrare. 4. *Festum observare,* **den Fevertag halten.** Feriatum ab opere, dies festos agere, peragere, celebrare; ferias agere; per otium, sacro in otio agitare; vacuum ab opere diem religioni consecrare; rebus divinis tribuere; stata religione, & solemni ab opere vacatione diem festum celebrare. 5. *Festum violare,* **den Fevertag nicht halten.** Festæ diei sanctitatem violare; diem festum Christiano ritu religiosum ac sanctum non habere; diei religione non impediri, quo minus servili in opere tempus omne exigatur, indictam ab opere vacationem pensi nihil habere. Manus

nus ab opere solemni die non abstinere; diem servili opere ex sacro profanum facere; diem festum profestumque promiscuum habere.

Fetura, æ, f. **Trächtigkeit.** *Usus.* Libertas lactis & feturæ.

Fetus, a, um. **trächtig.** *Syn.* Gravidus. *Usus.* Terra feta frugibus.

Fetus, s. foetus, us, m. **Leibesfrucht.** *Syn.* Partus, proles, soboles, fructus. *Epi.* Majores, multiplices, uberiores & grandiores. *Usus.* Fetum procreare, fundere, edere, **erzeugen, gebähren.** Nulla ætate Poëtarum uberior fetus est. Edit meliores fetus ager aratus, innovatus.

Fex, ecis, f. **Hefen.** *Syn.* Subsidens purgamentum. *Transl.* Sentina, sordes, eluvies, labes. *Usus.* Ferditissima, infima fex populi. Sordes urbis & fex. Fex vulgi ac urbium purgamenta. V. *Vilis.*

Fiber, bri, m. **Biber.** *Syn.* Castor. *Usus.* Fibri redimunt se ea corporis parte, propter quam maxime appetuntur.

Fibra, æ, f. **Fäserlein.** *Fibræ sunt veluti capilli in extis animalium, radicibus stirpium, & aliis rebus. Usus.* Non ramos solum amputare, sed & radicum fibras evellere.

Fibula, æ, f. **Spange, Schnalle.** *Ornamentum cinguli ad vestem subligandam. Usus* Prætor fibulis aureis donavit milites.

Ficte, **erdichtet.** *Syn.* Simulate.)(*Vere. Usus.* Ficte, fallaciter conciliata gratia.

Fictilis, e, **aus Erde, irden.** *Syn.* Quod ex terra, aut alia materia fictum est. *Usus.* Vasa fictilia. Urna fictilis.

Fictor, oris, m. **Bildmacher, Töpfer.** *Syn.* Qui ex ære, vel alia materia fabricat. *Usus.* Pictores, fictores ex cera.

Fictrix, icis, f. **Bildnerinn.** *Usus,* Divina providentia, fictrix & moderatrix naturæ.

Fictus, a, um. **erdichtet, falsch.** *Syn.* Commentitius, simulatus, adumbratus. *Phras. Ficti homines non diu placent,* **Leute, die sich nur stellen, gefallen nicht lang.** Homines ficte & fallaciter virtutem professi; **fictæ & adumbratæ** virtutes hominum non diu in pretio sunt; ficta illa virtutis species ut flosculus decidit, virtutis ille color facile desinit; virtutis illa simulacra, vana utique, & ostentationi parata, ætatem non ferunt; personatam illam virtutis speciem dies delet; quorum in vita nihil nisi fictum, compositum, coloratum, eorum fama & gratia facile exstinguitur. *Usus.* Ficti & commentitii Dii. Hæc causa a te per summam malitiam & fraudem ficta est. Res fictæ, & fabularum commenta. V. *Vanus, simulatio.*

Ficulneus, a, um. **vom Feigenbaume.** *Usus.* Ficulneum lignum.

Ficus, i, f. **Feige.** *Syn.* Pomum fici.

Ficus, us, f. **Feigenbaum** *Syn.* Arbor fici. *Usus.* Suspendit se de ficu.

Fide, **treulich.** *Usus.* Fidissime & amantissime te horum admonitum volui.

Fidelia, æ, f. **irdenes Gefäß.** *Syn.* Vas Samium ad plurimos usus. *Usus.* Duos parietes de eadem fidelia dealbare.

Fidelis, e. **treu.** *Syn.* Fidus, qui fidem suam præstat, fide præditus. *Adv.* Egregie, maxime. *Phras. Famulus fidelis esse debet,* **ein Bedienter muß treu seyn.** Fide officioque singulari esse debet; oportet, ut famulus non sit ambigua fide, non fluxa, non levi, sed nota & explorata; sed optima & præstantissima; ut fidem colat; ut is sit, cui omnia credi possint. In famulo probo, ac frugi fides potissimum requiritur; in famulo fidelitas præcipue spectatur; is sit famulus, in quo fidelitatem nemo desideret. Famulus ea fide sit, cui permittere se herus tuto possit; fidem colere vel cum periculo capitis famulum decet; famuli cavere debent, ne fluxam fidem gerant. Famulus frugi, studio ac fide erga dominum cedat nemini, oportet. Famulus in fide stet, oportet; fidem ad ultimum conservet; inviolatam fidem præstet; fide ad ultimum invicta sit; ultima pro fide experiatur. Famulus magna, eximia, præcipua in horum fide sit, oportet; famulus ejusmodi sit, in quo fides sita sit egregia. V. *Fidem servare. Usus.* 1. Firmus & fidelis amicus. 2. *Transl.* Ager, domus, doctrina, ars fidelis. *Pro* Christi legem ac disciplinam profesto, **Gläubiger,** *fidelis vulg. est.*

Fi-

Digitized by Google

Fidelitas, ātis, f. Treue. *Syn.* Fidei sanctior observatio.)(*Perfidia*, *infidelitas*. *Epi.* Perutilis, summa. *Usus.* Amicorum me fidelitas & benevolentia custodit. Nunquam iis fidelitas erga me defuit. Quantum studio ac fidelitate consequi possunt, nutui præsto sunt. Nunquam eorum operam & fidelitatem requisivi, desideravi. V. *Fides*, *fidelis*.

Fideliter, treulich. *Syn.* Summa, constanti, integra, integerrima fide. *Usus.* Prædia tua fideliter curabuntur.

Fidens, tis, *g. o.* keck, kühn. *Syn.* Audens.)(*Dubius*, *timidus*. *Usus.* Animus prudentia & consilio fidens. Fidenti animo ad mortem gradi. Dubitas magis de suis rebus, quam iis fidens.

Fidenter, sicher, beherzt. *Syn.* Audacter.)(*Timide*, *dubitanter*. *Usus*, Fidenter respondere; fidenter agere, aggredi, colloqui.

Fidentia, æ, f. Zuversicht. *Syn.* Securitas, fiducia, confisio.)(*Diffidentia*. *Usus.* Fidentia est firma animi confisio. Fidentia est scientia quædam & opinio gravis non temere assentiens, per quam magnis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ certa cum spe reponit. V. *Securitas*.

Fides, ei, f. Treue, Glaube. *Syn.* Constantia, promissum.)(*Perfidia*, *fraudatio*. *Epi.* Alma, apta, bona, clara, communis, consularis, egregia, singularis, incredibilis, infirmior, insignis, jucunda auditu, magna, mala, melior, mira, optima & speratissima, præstans ac singularis, prompta, publica, sancta. *Phras.* 1. *Fidem dedi nemini*, ich habe mich mit keinem verbunden, Treue und Glauben nicht zugesaget. Fidem nemini obstrinxi, obligavi; in eam pactionem fidem meam non interposui; nemini fidem dedi; vadem me nemo habuit. 2. *Fidem, quam dedi servabo*, ich werde Treue und Glauben halten. Fidem, quam dedi, præstabo; bona fide agam; stabo, perstabo in fide; tenebo, retinebo fidem; fidem meam liberabo, solvam; fidem, quam dedi, colam integerrime; salvam præstabo; fides, quam dedi, constabit mihi; fidem integre exsolvam, exonerabo; promissis stabo. 3. *Qui fidem publicam violat*, *humanam societatem convelit*, wer die öffentliche Treue und Glauben bricht, der stößt alle menschliche Gemeinschaft um. Qui fidem publicam frangit, prodit, violat, mutat, per scelus abrumpit; is, per quem stat, ut fides civitatis concidat; labefactetur; fluxa ac vana sit; ut fides publica labet, fluctuet, fluiter, infirmetur, concutiatur, angustior sit; commercium generis humani tollit, omnium commune præsidium oppugnat. 4. *Fidem alicujus minuere*, eines Kredit vermindern. Fidem infirmare, elevare; vanam facere alicujus fidem; fidem alicui abrogare, imminuere, labefactare, derogare, concutere. 5. *Fidem non habet*, man glaubt ihm nicht. Fundata leviter ejus fides est; fidem non facit; fides illi non habetur; fluxa fide est; testis est haud sane locuples, haud fide dignus; non is est, quo satis certo auctore stetur; fluxa & vana hominis fides est; angustior illi fides est; fabulosa fide est. 6. *In fidem alicujus se dare*, sich unter eines Schutz begeben. In alicujus se fidem conferre, tradere, permittere; alicujus se fidei mandare; in tutelam se tradere; tutelæ se commendare, se subjicere. V. *Commendo*, *cliens*. 7. *Fidem Christianam negare*, den christlichen Glauben verläugnen. A Christo desciscere; religionem omnem ejurare; Christo fidem cultumque renuntiare. V. *Apostata*. *Usus.* 1. Fides, dictorum conventorumque constantia & veritas. Fidem dare, Versicherung geben. Fidem servare, præstare, die Treue halten. Fidem violare, frangere, Treue und Glauben brechen. 2. *Auctoritas*, *firma opinio*, *persuasio*, *confirmatio*, Ansehen, feste Meynung, Bestättigung. Fidem facere, bekräftigen. Fidem alicui habere, Glauben beymessen. Fidem & auctoritatem asserre; fidem infirmare, etwas bekräftigen. Fidem affirmare, abrogare, den Glauben und Kredit schmälern, benehmen. 3. *Tutela*, *patrocinium*, *clientela*, *defensio*, Schutz, Schirm. In alicujus fidem se tradere, sich unter eines Schutz be-

Digitized by Google

begeben In fidem accipere, recipere, in seinen Schutz nehmen. In fide & clientela alicujus esse, unter eines Schutz stehen. V. *Fido, fidelis.*

Fides, ium, f. Saitenspiel. *Syn.* Lyra. *Epi.* contentæ, plurinæ. *Usus.* Dicere, canere fidibus, fidibus scire; fides pulsare.

Fidicen, inis, m. Saitenspieler *Syn.* Qui fidibus, lyra canit, lyricus. *Epi.* Nobilissimus. *Usus.* Nobilissimus fidicen.

Fidicula, æ, f. kleines Saitenspiel. *Syn.* Lyra parva. *Usus.* Fidiculæ numerose sonantes, & tibiæ modulate canentes.

Fiducia, æ, f Vertrauen, Zuversicht, *Syn.* Spes certa. *Epi.* Stabilis. *Phras. In te fiduciam habeo*, auf dich setze ich all mein Vertrauen. Quidquid est fiduciæ, in te uno certa cum spe repono; spes mea, quantacunque est, in te recumbit; in te sita est; fiduciam omnem in te locatam habeo; spem omnem in te collocatam habeo; præcipuam spem, ac propemodum unicam in te habeo. V. *Spes. Usus.* 1. Artis suæ fiducia insolescit. Hominis prepotentis fiducia; tua fiducia ita se effert. 2. *Pactum cum conditione redimendi, redhibendique, quod venditum est, vulgo obligatio*, ein Vertrag mit der Bedingung, das Verkaufte wieder auszulösen. Qui fiduciam accepit, debet præstare fidem. Commissam fiduciam tenere & posfidere.

Fido, is, fisus sum, ere. trauen, glauben. *Syn.* Credo, confido. *Phras. Fortunæ ne nimium fidas*, traue dem Glücke nicht zu viel. Spem certam in fortuna ne reponas; fortunæ ne nimium credas, confidas; fidem ne habeas; ne te fortunæ credas, committas; ne multum in fortuna ponas; a fortuna expectes; ut caute agas cum fortuna; minimum tibi de fortuna pollicearis; spem nullam in fortuna constituas, ne fidam, stabilem, firmam, constantem, certam fortunam ducas; auctor tibi sum, ut fortunæ instabilitatem, levitatem, inconstantiam, varietatem, mutationem, varios casus, vicissitudinem pertimescas, extimescas; fortunæ fidem ne habeas; salutem resque tuas non credas. V. *Credo, confido. Usus.* Somniis, amicorum præsidiis fidere.)(*Diffido, dubito.*

Fidus, a, um. aufrichtig, treu. *Syn.* Fidelis. *Epi. Fidissimus amicorum est*, er ist ein besonders treuer Freund. Rara inter paucissimos est fidelitate; is est, quem secundæ adversæque res mecum copularint, cujus fidelitas nunquam erga me defecit; qui datam fidem & colere norit, & tueri; cujus fidei subnixus tutus mihi esse videar. V. *Fidelis. Usus.* Fidæ familiaritates amantium.

Figo, is, fixi, fixum, ere. fest machen, anheften *Syn.* Affigo. *Adv.* Omnimodo. *Usus.* Beneficium trabali clava figere. 2. *Pono*, versetzen, setzen. Mentem totam, cogitationem omnem, operam, industriam, studia in consulatu tuo fixi & locavi. Garrulitati, cupiditati modum figere. 3. *Configo*, verwunden. Maledictis aliquem figere, vulnerare, perfodere.

Figura, æ, f. Figur, Gestalt, Bild. *Syn.* Forma, species. *Epi.* Apta, conglobata, dissimilis, divina, habilis, humana, miranda, muliebris, mira, optima, pulchra, reliqua, tacita, tota, vastior. *Usus.* Delectabant illum figura & lineamenta hospitæ. Tacita corporis figura conjecturam affert. Conformatio quædam & figura totius oris ac corporis. Corporis partes, forma, statura, figura. In hominis figura belluæ feritas. Formæ figura.

Figuro, as, avi, atum, are. gestalten, bilden. *Syn.* Formo, effingo. *Usus.* Terga boum non sunt ad onus ferendum figurata. Ita figuratum est hoc corpus, ut aliis excellat. Deus mundum hac forma figuravit. V. *Fingo.*

Filia, æ, f. Tochter. *Epi.* Carissima, grandis, nubilis, major, optima, singularis, vetula, multarum nuptiarum unica. *Usus.* Filiam suscipere, erzeugen. Filiam habere. Filiam spondere alicui, pacisci, collocare; viro dare, mandare, committere, versprechen, verehlichen.

Filicatus, a, um. dem Farnkraute ähnlich. *Syn.* Quod filicis, herbæ, speciem refert. *Usus.* Paterææ filicatæ.

Digitized by Google

Filiola, æ, f. Töchterlein. *Epi.* Amabilis, cariſſima, dulcior noſtra vita, parva, jucunda, triſticula.

Filiolus, i, m. Söhnlein.

Filius, i, m. Sohn. *Syn.* Stirps virilis, natus, gnatus; liberi, ſoboles virilis. *Epi.* Aſſiduus, belliſſimus, blandus & gratioſus, carus, conſularis, delicatior, dignus tanto patre, diſertus, diſſolutus, feſtivus, gnavus, rudens, probus, grandis, honeſtiſſimus, imago animi & corporis paterni, imbecillus, immanis; impurus, innocens, avarus, non amans ſuorum, præditus patria virtute, probus, pupillus, ruſticus, ſimillimus patris, ſtudioſus, eruditus, modeſtus, ſuaviſſimus, venuſtiſſimus, unicus. *Uſus.* Filius effigies probitatis paternæ, imago animi & corporis. Eſt is in me pietate filius, conſiliis parens, amore frater. Filium gignere, ſuscipere, procreare, erzeugen. Filium adoptare, an Kindesſtatt annehmen. Filium ſupponere, ein fremdes Kind unterſchieben. Filium exponere, ausſetzen. Filium efferre, zur Grabſtatt bringen. Filii caritate aliquem diligere, lieben wie ſein Kind.

Filum, i, n. ein Faden. *Syn.* Linum. *Tranſl.* Orationis contextus. *Uſus.* Munuſculum levidenſe craſſo filo. Argumentandi tenue filum; filum orationis.

Fimbriæ, arum, f. Borde, Gebräme. *Syn.* Veſtium, aut aliarum rerum extremitas. *Epi.* Madentes. *Uſus.* Cincinnorum fimbriæ.

Findo, is, fidi, fiſſum, ere. ſpalten. *Syn.* Diffindo, aperio, divido. *Uſus.* Hoc quaſi roſtro finditur flumen. Paries finditur, & rimas agit.

Fingo, is, finxi, fictum, ere. bilden, erdichten. *Syn.* Formo, informo, creo. *Adv.* Omnimodo, commode, extemplo, præclare, *Phraſ.* 1. *Alium ſe fingit*, er verſtellet ſich, und giebt ſich für einen anderu aus Alium ſe, quam ſit, ementitur, venditat, alium ſe gerit, alius eſt; novum ſibi ingenium induit; nobilem ſe fert claro loco natum. V. *Simulo.* 3. *Multa finxerunt*, ſie haben vieles erdichtet. Rem multis mendaciunculis adſperſere; multa veris falſa affinxerunt; res magnam partem commentitiæ ſunt; multa in his, fabulis ſimilia & compoſita videntur; fabulam dedere, qui iſta commenti ſunt. V. *Fictus*, *Affingo.* *Uſus.* 1. E cera, e materia, e marmore ſuos avos fingere. Natura te ad honeſtatem finxit. Se totum ad nutum, arbitrium, voluntatem alicujus fingere. 2. *Simulo*, *imitor*, verſtellen. Fingere ſibi vultum & inceſſum. Fingere, diſſimulare, obtegere. 3. *Comminiſcor*, erdichten. Fingere crimen. 4. *Aeſtimo*, ſchätzen. Alios ex ſua natura fingere. 5. *Concipio animo*, ſich etwas vorbilden. Fingere animo ac cogitatione aliquid.

Finio, is, ivi, itum, ire. zu Ende bringen. *Syn.* Perficio, conficio, abſolvo, finem facio, claudo, concludo, termino, modum ſtatuo, finem affero, compleo, faſtigium impono, perfungor, extrema perſequor, modum facio, modum *vel* finem conſtituo, ad exitum perduco.)(*Exordior*, *fundamenta jacio.* *Phraſ.* 1. *Bellum pace finiit*, er hat den Krieg geendet. Ad belli exitum pervenit; bello defunctus eſt; bellum delevit; exitum bello impoſuit; bellum reſtinxit; victoria ac pace terminavit; belli reliquias confecit, ſuſtulit, delevit; belli ne ſcintillam quidem reliquit; bellum pace concluſit; belli reliquias perſecutus eſt ac confecit; a diurnis belli contentionibus conquievit. V. *Abſolvo*, *Bellum.* 2. *Negotium brevi finiam*, ich werde dieſes Geſchäft bald endigen. Negotio propediem ſupremam manum imponam; negotium propediem ad finem deducam; operi finem ſtatuam; res propediem confecta erit; ad exitum perveniet, provehetur; negotio brevi finem afferam; negotium optato exitu concludam, terminabo. 3. *Finitæ jam erant induciæ*, der Waffenſtillſtand war ſchon zu Ende gegangen. Exierant, abierant jam induciæ. V. *Abſolvo*, *perficio*, *finis.* *Uſus.* Omnia utilitate finire, *definire*, abmeſſen.

Finis, is, m. Ende, Schluß. *Syn.* Modus, terminus, exitus, ultimum, extremum.)(*Initium*, *principium.* *Epi.* Similis, optimus, ſim-

Digitized by Google

simplex, teterrimus, vetus. *Phraſ.* 1. *Non multum deeſt ad finem, vulg.* es gehet nicht viel ab, bis zum Ende. Parum abeſt a fine; parum abeſt, quin ad exitum res perveniat; res ab exitu non longe abeſt; in exitu res eſt; ſummam manum exſpectat; aſſecta, nondum perfecta, confecta, abſoluta res eſt. *V. Abſolvo.* 2. *Sub autumni finem,* zu Ende des Herbſts. Extremo jam autumno; autumno vertente, præcipitante, exeunte; prope exacto, circumacto. Cum in exitu jam autumnus eſſet; in extrema parte, ac concluſione autumni; autumno jam ſenescente; deſinente in hiemem autumno; inclinante jam autumno. 3. *A principio uſque ad finem,* vom Anfange, bis zum Ende. A capite ad calcem; a carceribus ad metam. 4. *A fine ad principium redire,* vom Ende bis zum Anfange zurück gehen. A calce ad carceres revocari; a meta ad carceres revocari; redire ad fontem: iter remetiri ad caput rei. 5. *Finis principio non reſpondet,* das Ende kommt mit dem Anfange nicht überein. Extrema primis non reſpondent; extrema primis non congruunt; res exitum habet principio diſſimilem; abludit a principio exitus. *Iſaï.* 1. Non faciam finem rogandi. Illa victoria finem bello attulit, præſcripſit. Finem ſtatuere, conſtituere, reperire, habere. 2. *Cauſa, cujus gratia,* Ziel und Abſehen. Cur? quem ad finem? Finis cauſa aliquid facimus. Finis bonorum, quo referuntur & referenda ſunt omnia. 3. *Locorum provinciarum extrema,* unde *finitimi,* die Gränzen. Lingua Latina finibus ſane exiguis continetur. Imperii fines proferre, die Gränzen erweitern. Fines tueri, defendere ab incurſionibus. V. *Extremus.*

Finite, mit Maaß. *Syn.* Definite. *Uſus.* Avarus erit, ſed finite; adulter, ſed habebit modum.

Finitimus, a, um. angränzend. *Syn.* Vicinus, propinquus, confinis, proximus. *Uſus.* Finitimus oratori poëta eſt. Falſa veris, ægritudini finitimus eſt metus. Vitæ propinqua inter ſe & finitima. Regnum, gens finitima. V. *Vicinus.*

Finitor, oris, m. Feldmeſſer. *Syn.* Decempedator, metator, qui agrorum terminos conſtituit. *Uſus.* Delecta finitorum juventus.

Fio, fis, factus ſum, fieri, werden. *Syn.* Evenio, accido, evado, confio, conflor. *Adv.* Acriter, acrius, acerrime, amantiſſime, animoſe, apte, arrogantius, atrociter, belliſſime, benigne, benevole, caſu, caute, clarius, cogitato, commode, conſideranter, conſtanter, conſulto, crebro, cumulatius, cupide, difficile, diligenter, divinitus, diutius, dupliciter, faciliter, forte, fortuito, frequentius, honorifice, honeſte, humane, improbe, improviſo, inepte, injuſte, inſulſe, iracunde, lepide, limatius, longius, mature, melius, modeſtiſſime, neceſſario, obſcure, occultus, omnino, petulantiſſime, pie, privatim, publice, rite, ſedulo, ſeverius, ſimulate, ſuaviter, tardius, temere, turpiter, varie, vehementer, vere, viriliter, vitioſe, utiliter. *Phraſ.* 1. *Vide, ne inde ſeditio fiat,* ſchaue, daß daraus keine Aufruhr entſtehe. Ne ſeditio exiſtat, conſletur; ne tumultus aliquis enaſcatur; contentiones gignantur, conſequantur; ne in ſeditionem res vertatur; ne tumultus hic in ſeditionem evadat, degeneret, delabatur. V. *Facio.* 2. *Si fieri poteſt,* wenn es ſeyn kann. Si fortuna daret; ſi res & locus permittit; ſi confieri res poteſt; ſi integrum tibi eſt; ſi facultatem cauſa dat, præbet; ſi res facultatem habitura tibi videtur; ſi videris id, quod peto, poſſe conſequi; ſi rem confici, effici, ad exitum deduci poſſe putas; ſi eventum ſperas cum animo meo congruentem; non alienum, non abhorrentem a voluntate mea. 3. *Tribunus factus eſt,* er iſt ein Oberſter geworden. Creatus, renuntiatus eſt tribunus; ordines ducere juſſus eſt; tribunitia dignitate auctus; tribunis adſcriptus; in tribunorum ordinem adlectus eſt. *Uſus.* Sæpe fit, ut, &c. Fato fiunt omnia. Si ita factum eſſet, ut ſenatus haberetur, nobis magno uſui fuiſſet. V. *Facio.*

Firmamentum, i, n. Stärke, Feſte. *Syn.* Robur, vires. *Epi.* Contrarium,

Digitized by Google

rium, graviſſimum. *Uſus.* Hic ordo eſt firmamentum cæterorum. Flos Italiæ, firmamentum imperii, ornamentum civitatis. Eſt hoc firmamentum diſciplinæ. Firmamentum & robur accuſationis.

Firme, feſt. *Syn.* Firmiter. *Uſus.* Habere aliquid bene cognitum, & firme conceptum animo. Graviter, firmiſſime aliquid aſſeverare.

Firmitas, tis, f, Beſtändigkeit.)(*infirmitas. Uſus.* Conſtantia & firmitas animi.

Firmiter, feſt. *Syn.* Firme.

Firmitudo, inis, f. Stärke, Standhaftigkeit. *Syn.* Firmitas. *Epi.* Gladiatoria. *Uſus.* Firmitudo gravitasque animi. V. *Conſtantia.*

Firmo, as, avi, atum, are. befeſtigen. *Syn.* Stabilio, firmum facio. *Uſus.* Firmare imperium & augere. Nondum pro firmato jus ſtetit, dieſes Recht war noch nicht feſt geſtellt. Aliquid rationibus firmare. Corpora juvenum labore firmantur; V. *Confirmo.*

Firmus, a, um. feſt, beſtändig. *Syn.* Stabilis, ratus, fixus, conſtans, immortalis, quod multum firmamenti & virium habet; quod nulla vi labefactari, nunquam dimoveri loco poteſt. *Adv.* Bene. *Phraſ. Id quidem firmum teneo*, ich glaube es feſtiglich. Mihi id confirmatiſſimum eſt; hoc penitus mihi perſuaſum, ut adeo animum inſitum innatumque videatur, nec convelli poſſit. Ab illa opinione nulla unquam conditione discedam; nemo me deducere, amovere poterit. Firmo concepta eſt animo ea opinio, quam nulla dies evellet, convellet, extrahet, excutiet. *Uſus.* Firma, ſtabilis, perpetua amicitia. Senatus tua auctoritate firmior. Tenere aliquid firmum. Firmus ab equitatu. Civitas firma & valens. Jam ſum paullo firmior. Firmiore corpore eſſe. V. *Certus, fixus.*

Fiſcina, æ, f. Korb. *Syn.* Caniſtrum.

Fiſcus, i, m, Geldkorb. *Syn.* Sacculus ad majoris pecuniæ ſummam capiendam, & pecuniam publicam *Phraſ. Bona fiſco addicta ſunt, ſeu confiſcata, vulg.* die Güter ſind verfallen, und eingezogen worden. Bona in publicum redacta ſunt, publicata ſunt; haſtæ, præconis voci ſubjecta ſunt; pecunia in ærarium relata. *Uſus.* Reperi fiſcos complures cum pecunia Sicilienſi.

Fiſſio, onis, f. Spaltung. *Uſus.* Terræ ſubiguntur fiſſione glebarum.

Fiſſum, i, n. Spalt, Ritz. *Syn.* Fiſſio. *Epi.* Familiare & vitale. *Uſus.* Fiſſum jecoris,; quid fiſſum in extis, quid fibra valeat.

Fiſtuca, æ, f. Schlägel. *Syn.* Machina, qua trabes in terram, *vel* fluminis alveum panguntur.

Fiſtula, æ, f. eine Flöte. *Muſicum inſtrumentum diverſum a tibia*; item: *Tubus. Epi.* Eburnea, paſtoritia. *Uſus.* Fiſtula canere, modulari, *fiſtulare, vulg.* pfeifen.

Fiſtulator, oris, m. Pfeifer. *Uſus.* Fiſtulatorem domi relinque.

Fixus, a, um. feſt. *Syn.* Decretus, ſtatutus, ſtabilis, firmus, ratus. *Uſus.* Illud maneat ac fixum ſit. Fixum in animo ſuo tenere. V. *Firmus, decretum.*

Flabellum, i, n. Fächer, Wedel. *Inſtrumentum, quo æſtate ventum excitamus refrigerandi cauſa. Uſus.* Cujus lingua quaſi flabello ſeditionis eſt concio ventilata.

Flabilis, e. luftig. *Syn.* Spirabilis, aërius. *Uſus.* Nihil eſt in animis flabile, humidum, igneum.

Flacceſco, is, ere. welk, ſchlaff werden. *Syn.* Languidus fio *Uſus.* Cum eum motus omnis animi, tanquam ventus deficeret, flacceſcebat oratio. V. *Langueo.*

Flaccus, a, um. hangohrig. *Syn.* Qui aures habent magnas & languidas. *Uſus* Sili, flacci, frontones, capitones.

Flagellum, i, n. Geißel, Peitſche. *Syn.* Lorum, flagrum. *Phraſ.* 1. *Flagellis hominem atrociter cædi juſſit*, er hat den Menſchen grauſam geißeln laſſen. Flagellis conſcindi, lacerari hominem juſſit; deprimi ad flagra hominem; lora in alterum expediri; flagris hominem excipi, multari, violari, juſſit. V. *Diſciplina.* 2. *Si falſa dixeris, flagella ſenties*, wenn du die Wahrheit nicht geſtehen willſt, ſo wirſt du gepeitſchet werden. Si me celaveris, ferventem te flagris faciam; loris te flagrisque depexum dabo; loris excruciabere; dorſum liberaliter flagrorum vibicibus conſcribetur, exarabitur; pro commerita

noxa

Digitized by Google

noxa flagris castigabere; loris vapulabis; verberatio te manet. *Usus.* Flagellis, loris aliquem cædere.

Flagitator, oris, m. der da fodert. *Syn.* Qui assidue flagitat. *Usus.* Video flagitatorem fore, non quidem molestum, sed assiduum & acrem.

Flagitiose, lasterhaft. *Usus.* Flagitiose ac turpiter.

Flagitiosus a, um. lasterhaft. *Syn.* Flagitiis contaminatus, fœdus ac turpis. *Usus.* Homo flagitiosissimus, libidinosissimus, nequissimus. V. *Turpis*, *scelestus*, *sceleratus*, *flagitium*.

Flagitium, ii, n. Schandthat. *Syn.* Crimen cum dedecore ac turpitudine conjunctum. *Epi.* Incestum, turpe, alienum, domesticum, fraternum, inauditum, manifestum; occultum. *Phras.* *Multa flagitia commisit*, er hat viele Schandthaten begangen. Flagitia multa fecit, admisit, commisit, suscepit; diu multumque in flagitiis versatus, volutatus est; plurimis flagitiis contaminatus, inquinatus, coopertus est; flagitiis tantum nobilitatus est; multa in flagitia se ingurgitavit; nulla prope pars vitæ turpitudinis expers est. Quæ libido ab oculis, quod facinus a manibus ejus, quod flagitium a toto corpore abfuit? V. *Crimen*, *scelus*, *facinus*, *sceleratus*. *Usus.* Flagitium facere, suscipere, admittere, committere.

Flagito, as, avi, atum, are. heftig fodern. *Syn.* Ardenter peto. *Adv.* Admodum, privatim. *Usus.* Vide, quid acta vita, quid studia tua a te flagitent? Postulatur a te dudum, vel potius flagitatur historia. Postulo, non flagito. V. *Peto*.

Flagrantia, æ, f. das Brennen, Feuer. *Syn.* Ardor, *Usus.* Flagrantia oculorum.

Flagro, as, avi, atum, are. brennen. *Syn* Conflagro, ardeo. *Usus.* Flagrare odio, amentia; infamia & odio publico, verhaßt seyn. Flagrare studio dicendi, desiderio. Convivium stupris flagrans. Flagrant in illo libidines. V. *Ardeo*.

Flagrum, i, Peitsche. *Syn.* Flagellum. *Usus.* Vestalis flagro cæsa, V. *Flagellum*.

Flamen, inis, m. Götzenpriester. *Neutr.* Wind. *Syn.* Flatus, spiritus. *Usus.* Flamen Quirinalis. Flaminem prodere, *creare*, einen Götzendiener erwählen. Ad flamen austri inclinatior.

Flamma, æ, f. Flamme. *Syn.* Mobilior & splendentior pars ignis. *Epi.* Fœdissima, perniciosissima, pestifera, nefaria, recens, tanta, inveterata, tremula, vehemens. Flammæ innumerabiles. *Usus.* *Transl.* Sulpitius in eadem vitæ flamma. V. *Ignis*.

Flammeus, a, um. flammend, feuerroth. *Usus.* Stellæ natura flammeæ.

Flammula, æ, f. Flämmlein. *Usus.* Duæ e lucerna flammulæ visæ sunt.

Flatus, us, m. das Blasen, Wehen. *Syn.* Spiritus, flamen. *Epi.* Prosper. *Usus.* Eo vela do, unde aliquis flatus ostenditur. Cum prospero flatu fortunæ utimur.

Flaveo, es, ere. gelb seyn. *Syn.* Auri colorem refero, fulgeo.

Flavus, a, um. gelb. *Syn.* Color fulvo clarior & albior. *Usus.* Flavi capilli.

Flebilis, e. weinenswerth. *Usus.* O flebilem speciem & miseram!

Flebiliter, kläglich. *Syn.* Miserabiliter. *Usus.* Flebiliter lamentatur. V. *Lacrimæ*.

Flecto, is, xi, xum, ere biegen, bewegen. *Syn.* Inflecto, torqueo, detorqueo, intorqueo *Usus.* 1. Membra, quo vult, flectit, contorquet, porrigit, contrahit. Genu, caput leviter flectere, inflectere. Versare suam naturam, & ad tempus regere, atque huc illuc torquere & flectere. Flectere aliquem oratione, precibus. Flectere animum a virtute ad vitium, in ambitionem; mentem suam ad alicujus dignitatem. Flectebar animo, & frangebar. 2. *Vito*, *caveo*, *muto*, verändern. Iter, consilium, sententiam flectere. V. *Inclino*, *moveo*, *genu*.

Fleo, es, vi, tum, ere. weinen. *Syn.* Lacrimor, lacrimas effundo, profundo; lacrimis me dedo, trado; in muliebres me fletus projicio. *Adv.* Uberius, misere. *Usus.* Omnes de morte filii flebant, lamentabantur. V. *Lacrimor*, *lugeo*, *fletus*.

Fletus, us, m. das Weinen. *Syn.* Ejulatus, ploratus, planctus, lacrimæ, lamentatio. *Phras.* 1. *Ea res me ad fletum impulit*, diese Sa-

Digitized by Google

che hat mich weinend gemacht Fletum movit; lacrimas commovit; lacrimas mihi expressit, vultum lacrimis implevit. 2. *Hæc inter fletus dixit*. dieses hat er mit mit weinenden Augen gesagt. Manantibus lacrimis; obortis, profusis lacrimis hæc profatus est. Hæc inter gemitus & ploratus dixit; loquenti ista os lacrimæ sinumque implevere; hæc dicenti gemitus & lacrimæ vocem inclusere. V. *Luctus*, *lacrimæ*. *Usus*. Fletus tota urbe gemitusque fit. Non possum præ fletu scribere, loqui.

Flexanimus, a, um. Herzbewegend. *Syn*. Suadens. *Usus*. Flexanima, atque omnium regina oratio.

Flexibilis, e. biegsam. *Syn*. Tener, mobilis. *Usus*. Materia omnium rerum flexibilis, commutabilis. Tenerum, flexibile, quod facile sequatur, quocunque ducas. quod tuo arbitrio fingas. Mollis, tenera, flexibilis oratio.

Flexiloquus, a, um. zweifelhaft im Reden. *Usus*. Oracula flexiloqua, & ambigua.

Flexio, onis, f. Biegung. *Syn*. Flexus, anfractus, conversio. *Epi*. Virilis. *Usus*. Flexio vocis, laterum. Quos tu mæandros, dum omnes solitudines persequeris, qui diverticula flexionesque quæsisti?

Flexuosus, a, um. krumm. *Syn*. Tortuosus.)(*rectus*. *Usus*. Flexuosus introitus aurium.

Flexus, us, m. Krümme. *Syn*. Anfractus. *Epi*. Multus. *Usus*. In hoc quasi flexu ætatis. Flexus viæ, fluminis.

Flo, as, avi, atum, are. blasen, wehen. *Adv*. Belle. *Usus*. Suavissimus Auster nobis ab Epiro flavit.

Floccifacio, is, feci, factum, ere. verachten. *Syn*. Contemno, nihili facio.)(*Magnifacio*. *Usus*. Neque tamen floccifacio.

Floreo, es, ui, ere. blühen. *Syn*. Vigeo, floresco, eniteo, emineo, excellens sum. *Adv*. Honestissime. *Phras*. *Arbores florens*, die Bäume blühen. Arbores frondent, frondes induunt; in florem se induunt; folia, gemmas agunt, gemmant, fruticantur, luxuriant. *Usus*. 1. Hæc arbor floret. 2. *Transl*. Florere omni genere virtutis. Ingenii laude, acumine ingenii, lepore, honoribus, rerum gestarum gloria, existimatione innocentiæ, laudibus, amicitiis, gratia, auctoritate. Tu beatum te, & florentem, & potentem existimas. Fortuna utor florentissima. V. *Egregius*, *vigor*, *fama*.

Floresco, is, ui, ere. anfangen zu blühen. *Syn*. Floreo. *Adv*. Quotidie magis, nunc primum. *Usus*. Sulpitius ad summam gloriam eloquentiæ florescens moritur. V. *Floreo*.

Floreus, a, um. von Blumen. *Usus*. Corona florea.

Floridus, a, um. blühend. *Usus*. Floridior Cicerone, at minus gravis.

Flos, oris, m. Blume, Blüthe. *Syn*. *Transl*. Lux, decus, honor, ornamentum. *Epi*. Flores lectissimi. *Usus*. 1. Flores carpere. Blumen pflücken. Legere, decerpere. Florum omnium varietas. Suavitates odorum, quæ afflantur e floribus. 2. *Transl*. Gratia non virtutis specie, sed ætatis flore conciliata. Flos nobilitatis & juventutis. Flos equitum, senatus, hostiæ.

Flosculus, i, m. Blümlein. *Usus*. Ficta omnia celeriter ut flosculi decidunt. Flosculos in oratione aucupari.

Fluctuatio, onis, f. das Wanken. *Usus*. Fluctuatio animorum.

Fluctuo, as, avi, atum, are. Wellen werfen, wanken. *Syn*. Fluctibus jactor, vacillo, fluito. *Usus*. Tota res etiamnum fluctuat, im Zweifel stehen. In decreto non decet fluctuare. Oratio fluctuans ac dissoluta, eo quod sine nervis & articulis fluctuet huc illuc.

Fluctus, us, m. Wellen, Fluth. *Syn*. Unda, procella. *Epi*. Fluctus cani, magni, maximi, præsentes, sedati. *Usus*. Jactari, allui fluctibus. Fortunam tanquam fluctus a saxo frangi oportet. Sedatis reipublicæ fluctibus, & tempestate, communita. Omnes tempestates & procellas in illo concionum fluctu subire. Motus, agitatio, fremitus fluctuum, & undarum sævientium fragor.

Fluito, as, avi, atum, are. hin und her schwimmen. *Syn*. Fluctuo. *Adv*. Immoderate. *Usus*. Reipublicæ navis ereptis senatui gubernaculis flui-

Digitized by Google

fluitans in alto tempestatibusque seditionum.

Flumen, inis, n. **ein Fluß.** *Syn.* Fluvius, amnis, profluens. *Epi.* Aureum, frigidius, illustre, magnum, maximum, publicum, universum. *Brev.* 1. *Flumen profundum est*, **es ist ein tiefer Fluß.** Fluvius est profundo alveo; agit undas magna vi ac mole; prealto alveo defluit; vasta altitudine fluvius, ac navium patiens. 2. *Flumen non profundum*, **ein seichter Fluß.** Vadosum. Flumen tenui fluens aqua; fluvius, qui vado nonnullis locis transitur; qui pedibus transiri, transmitti potest; haud difficili transitu flumen. Tenue flumen, nedum navium capax, aut ad comportanda, quæ necessaria sunt, opportunum. 5. *Flumen rapax est*, **ein reißender Fluß.** Citatum fertur flumen; violentus invehitur fluvius, & magna celeritate defluit. Undas agit magna vi & mole; rapide fluit, delabitur; cursu in mare profluit; vires suas concitat; rapido impetu decurrit. 4. *Flumen in monte oritur*, **dieser Fluß entspringt auf dem Berge.** Ex ipsis montis radicibus effunditur; ex monte decurrit, editur; devolvitur; prealto & monte defluit; fluvius oritur fonte ad radices montis conspicuo; visendis ad montis pedem fontibus profluit, erumpit; originem in monte habet; excurrit ex summo montis; fontes vastissimi fluminis in montis jugo sunt; mons ille flumen non uno ore emittit; flumini duobus fontibus iter aperit. 5. *Flumen in mare fluit*, **der Fluß fließt ins Meer.** In mare præcipitat; mari miscetur; lapsu suo & cursu in mare profluit, infertur; multis capitibus in Oceanum influit; se exonerat; se evolvit; aquas in mare defert; mare præceps subit; in mare cadit; in mare decidit; mari excipitur, accipitur, mergitur; Oceano exsorbetur & non uno ostio in mare devolvitur. 6. *Flumen agros præterfluit*, **der Fluß fließt neben den Aeckern vorbey.** Propter agros fluit; agros secat, alluit; agros præfluit, subluit; agros dispescit; agros pervagatur, prælabitur, interfluit; circumjectos agros rigat; agros dividit, dirimit, distinguit, oberrat. 7. *Flumen altissimas habet ripas*, **der Fluß hat ein hohes Gestad.** Fluvium prealtæ coercent ripæ; præruptis undique ripis clauditur, cingitur fluvius; inter prealtas utrinque ripas decurrit. 8 *Flumen inundat*, **der Fluß ist ausgetreten, überschwemmt alles** Magnis commotus tempestatibus fluvius, ita magnus & vehemens factus est, nullis ut ripis coërceri posset; fluvius super ripas effusus, sine ullis cœlestibus aquis in altitudinem insolitam crevit; fluvius agros inundavit cum magna strage tectorum, pecorumque & hominum pernicie; amnis late restagnavit; amnis continuis auctus imbribus, extra ripas diffluxit, excurrit; alveum excessit; ripis se superfudit; superfusus ripis torrens aggeres subruit, armenta, tecta, arborum truncos impulit, & se super ruinas evexit atque extulit. 9. *Flumen transire*, **über den Fluß setzen.** Superare, trajicere, transire flumen; in adversam ripam transmittere; flumen transgredi; milites fluvium traducere. *Usus.* 1. Flumine secundo, **mit dem Fluße.** Flumine adverso, **wider den Fluß.** Flumen gravissimas naves perferens. Propter latitudinem, rapiditatem, altitudinem fluminis hausti pene aquis. Per tortuosi fluminis sinus flexusque devolvebantur. Urbem a castris flumen dirimit, **der Fluß fließet zwischen der Stadt und dem Lager.** Flumen urbem mediam interfluit, **fließet mitten durch die Stadt.** 2. *Transl.* Flumen ingenii; flumen orationis.

Fluo, is, fluxi, fluxum, ere. **fließen.** *Syn.* Labor, mano, excurro, defluo. *Adv.* Incitatius, libere, longe lateque, longius orationem, tardius numerum, æqualiter. *Usus.* 1. Quæ natura fluunt atque manant, ut aqua. 2. *Diffluo*, *dilabor*, **vergehen, zerfließen.** Fluit voluptas corporis. Fluunt omnia, nec diutius uno eodemque statu perdurant. Mollitia fluere. Quæ delapsa fluxerunt, severis legibus sunt vincienda. 3. *Orior*, **herkommen.** Inde malum omne fluxit. Hæc ex eodem fonte fluunt. 4. Fracta quædam & fluens oratio. V. *Flumen.*

Digitized by Google

Fluviatilis, e. vom Fluß. *Usus.* Bestiæ aquatiles, ut fluviatiles testudines.

Fluvius, ii, m. ein Fluß. *Syn.* Flumen, amnis, profluens. *Epi.* Atratus, magnus, jucundus. *Usus.* Fluvius sanguine fluxisse dicitur. V. *Flumen.*

Fluxio, onis, f. das Fließen. *Syn.* Cursus. *Usus.* Fluxiones aquarum.

Fluxus, a, um. unbeständig. *Syn.* Incertus, inconstans. *Usus.* Res nostræ ut in secundis fluxæ, ita in adversis bonæ.

Foculus, i, m. kleiner Heerd, Feuerpfanne. *Usus.* Posito in rostris foculo.

Focus, i, m. Heerd. *Syn.* Locus, ubi ignis fovetur. *Epi.* Foci adyti, penetrales, patrii, privati, publici. *Usus.* Pro aris & focis pugnare. Ejicere aliquem domo nudum ac focis patriis, Diisque penatibus, sedibus, aris exturbare. V. *Ignis.*

Fodico, as, avi, atum, are. graben, stechen. *Usus.* Res fodicantes, quas malas arbitramur.

Fodio, is, fodi, fossum, ere. graben. *Syn.* Effodio, perfodio. *Phras. Fodere terram*, die Erde umgraben. Humum moliri; humum alte egerere; vertere terram. *Usus.* Fodit, invenit auri aliquantum. Pungit dolor, immo fodit. Vin'te stimulis fodiam? Altius fodienti filex ferro impenetrabilis occurrit. V. *Cuniculus*

Fœderatus, a, um. verbunden. *Syn.* Fœdere, & amicitia conjunctus; armorum socii, fœdere illigati. *Usus.* Fœderati populi, civitates. V. *Socius foedus.*

Fœdissime, häßlich. *Syn.* Turpissime.

Fœdifragus, a, um bundbrüchig. *Syn.* Qui fœdus frangit. *Usus.* Pœni fœdifragi.

Fœditas, atis, f. Häßlichkeit. *Syn.* Turpitudo, macula. *Epi.* Flagitiosa, intolerabilis. *Usus.* Depravatio & fœditas turpificati animi. V. *Turpis.*

Fœdo, as, avi, atum, are. verunreinigen. *Syn.* Maculo. *Usus.* Romam fœdavit adventus tuus. Templa omni turpitudine; aliquem nefario scelere fœdare. V. *Maculo, commaculo.*

Fœdus, a, um. garstig, schändlich. *Syn.* Turpis, flagitiosus.)(*Purus. Usus.* Luxuria omni ætati turpis; tum senectuti fœdissima est. V. *Turpis.*

Fœdus, eris, n. Bündniß. *Syn.* Pactio, fides, amicitia regum & populorum lege & religione sancita. *Phras.* 1. *Fœdus cum aliquo facere*, ein Bündniß machen. Fœdus ferire, icere, percutere, peragere; societate ac fœdere se illigare; aliquem sibi adjungere; fœdus cum aliquo jungere; fœdus sancire, pacisci cum aliquo; fœderibus cum hoste devincire fidem; fœdus agere; fœdus conflare armorumque societatem cum altero; fœdus ac societatem inire; armorum societatem data atque accepta fide confirmare; fœdere conjungi. 2. *Ad fœdus accedere*, dem Bündnisse beytreten. Societatem cum aliquo coire; in fœdus transire; in amicitiam & societatem venire; societatem facere; fœdus pangere cum aliquo; accipi in jus æquum, inter socios amicosque pacto fœderis adscribi. 3. *Fœdus servare*, das Bündniß halten. Fœdere stare, in fide perstare; ultima pro fide experiri. V. *Fidelis, fidem servo.* 4. *Fœdus frangere*, den Bund brechen. Fœdus infirmare, negligere, violare, frangere, rumpere; contra fœdus facere; fidem prodere; conventiones pactionesque perturbare; pacta ac conventa convellere, rescindere, irrita ac vana facere; pactis, conventis non stare. 5. *Fœdus renovare*, confirmare; publicas fœderum religiones instaurare, das Bündniß erneuern. V. *Amicitiam renovare. Usus.* Adversus fœdus stare. Fœdus scribere, tabulis incidere. V. *Societas.*

Fœneus, a, um. aus Heu gemacht. *Usus.* Fœnea hominum simulacra.

Fœnum s. fenum, i, n. Heu. *Usus.* Fœnum secare, demetere; furcillis versare, colligere, construere, in striam coarctare, in manipulos colligere, in metas exstruere, sub tectum congerere, in tabulata componere.

Fœ-

Digitized by Google

Fœteo, es, ui, ere. stinken. *Syn.* Male oleo. *Phraſ. Foetet ex ore, vulg.* es ſtinkt aus dem Munde. Anima illi fœtet; fœtente eſt ſpiritu; ne quidem animam conſervare puram potuit; ore fœtido teterrimam nobis peſtem inhalat; homo contaminato ſpiritu, qui omnes ab ſe odoris gravitate ac fœditate depellat; qui aliorum naribus maximam exhibeat moleſtiam; anima fœtida ſenex. *Uſus.* Anima illi fœtet. V. *Fœtor.*

Fœtidus, a, um. ſtinkend. *Uſus.* Os fœtidum.

Fœtor, oris. m. Geſtank. *Syn.* Putidus & malus odor. *Uſus.* Jacebat in ſuo fœtore & ſimo.

Folium, ii, n. ein Blat. *Epi.* Aridum. *Phraſ. Folia decidunt*, die Blätter fallen ab. Folia defluunt; arbor folia dimittit; foliis exuuntur, nudantur arbores. *Uſus.* In arboribus truncus, rami, folia.

Follicolus, i, m. ein ledernes Säckchen. *Saccus, quo parricidarum caput involvebatur. Epi.* Lupinus. *Uſus.* Os folliculo obvolutum.

Follis, is, m. Blasbalg. Inſtrumentum ad ignem excitandum. *Uſus.* Id ſine follibus & incudibus effici non poteſt. Admotis follibus, flatu ignem accendere.

Fomentum, i, n. warmer Umſchlag. *Syn.* Delinitio. *Uſus.* Hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta humanorum malorum. Fortitudinis fomento mitigatur dolor. V. *Remedium.*

Fons, tis, m. Brunn. *Epi.* Dulcis atque pleniſſimus piſcium; perennis, ſanctus auguſtusque, fontes recentes, reconditi. *Uſus.* 1. Fons ex ſummo montis excurrit, & magno aquarum ſtrepitu cadit, entſpringen. Lucum fons perenni rigabat aqua, befeuchten. Fontis venas intercidere; venas avertere, abgraben. Fontem exhaurire, er ſchöpfen. Fons aquæ dulcis. Fontium gelidæ perennitates. Summa loci ſalubritas & copia, pluribus circumjectis fontibus perennium aquarum. 2. *Principium, origo, caput*, Urſprung, Haupturſache. E fontibus potius hauriant, quam rivulos doctrinæ conſectentur. Philoſophiæ fontes aperire. Conſiliorum, calamitatum omnium fontes.

Foramen, inis, n. Loch. *Phraſ. Foramen in muro facere*, ein Loch in die Mauer machen. Parietem perfodere, perforare, perrumpere; murum terebrare, transverberare, pertundere. *Uſus.* Foramina illa, quæ patent ad animum a corpore. V. *Senſus*

Foras, hinaus. *Syn.* Extra. *Uſus.* Foras projicere, extrudere. Scripta foras dare. Acceſſio ædium foras projecta, foras eminens.

Forenſis, e. gerichtlich. *Syn.* Judicialis, publicus. *Uſus.* Oratio judicialis, forenſis, concertatoria. Negotia forenſia, & extranea.

Fores, ium, f. eine Thür. *Syn.* Janua, oſtium, aditus. *Uſus.* 1. Fores aperire, claudere, effringere, pulſare. 2. *Ingreſſus, initium*, Eingang, Anfang. Amicitiæ & familiaritatis fores alicui aperire, pateſacere.

Fori, orum, m. Gänge im Schiffe. *Syn.* Tabulata navium a puppi ad proram per mediam navim. *Uſus.* Alii malum ſcandunt, alii per foros currunt.

Foris, draußen. *Syn.* Extra, extrinſecus, in luce atque oculis civium.)(*Domi, intus Uſus.* Conſilium domi, arma foris. Foris delatæ merces.

Forma, æ, f. Geſtalt. *Syn.* Figura, ſpecies. *Epi.* Certa, magna, maxime ſibi cognata, duplex, egregia, eximia, formoſior, generoſa, magnifica, globoſa, humana, ignea, impolitæ, rudis, inſita in mentibus noſtris, muliebris, mutabilis, nova, perfecta, rotunda, ſimilis, tota, virilis, ultima, una & conſentiens Philoſophiæ. *Phraſ.* 1. *Forma eſt non admodum venuſta*, es iſt nicht gar ſchön von Geſtalt. Figura & lineamentis non eſt admodum pulchris; habitu formaque corporis non optima; corporis & lineamentorum conformatio, membrorum compoſitio in eo non eſt venuſtiſſima; aſpectu ac ſpecie paullum horridiore eſt; multum abeſt ab elegantia formæque dignitate; nihil in illo eſt ad aſpectum venuſti ac præclari; honeſta magis, quam liberali atque egregia forma

Digitized by Google

est; nulla in eo oris dignitas, ac ne honestas quidem. V. *Deformis.* 2. *Forma est plena dignitatis ac majestatis*, er ist von einer ansehnlichen Gestalt. Habitus formaque viri aliquantulum amplior augustiorque humana. Habitudo corporis ea est, quæ facile indicaret, quantus animus lateret; mira in eo oris dignitas, ac forma plane regia. Vir est specie ac pulchritudine insignis; eximia homini corporis species est. V. *Pulcher. Usus.* 1. Omnium animantium formam vincit figura hominum. Imago, forma, nota, simulacrum. Liberali forma adolescens. 2. *Character, notio*, Beschaffenheit. Exprimere formam reipublicæ horum temporum. Forma ædificii. Forma & figura dicendi; officii honesti forma.

Formica, æ, f. eine Ameise. *Usus.* In formica non modo sensus, sed etiam mens, ratio, memoria videri possit.

Formido, inis, f. Furcht. *Syn.* Timor, pavor. *Epi.* Horribilis, subita, improvisa, summa, tanta. *Usus.* Minas jactare, formidines, fugas, terrores. Formidinem injicere, imponere. V. *Metus.*

Formido, as, avi, atum, are. fürchten. *Syn.* Metuo, paveo. *Usus.* Formidare omnia. Unus ausus est, quod omnium fugisset formidassetque audacia. V. *Timeo.*

Formidolose, furchtsam. *Syn.* Timide. V. *Timide.*

Formidolosus, a, um. fürchterlich. *Syn.* Horribilis. *Usus.* Dubium & formidolosissimum bellum. V. *Terribilis.*

Formo, as, avi, atum, are. bilden. *Syn.* Figuro, fingo, effingo.)(*Deformo. Adv.* Decore. *Usus.* Formare orationem, eamque variare ac distinguere. Nos verba, ut ceram fingimus & formamus. Ut temperatus est aer, ita pueri animantur & formantur. Juventutem præceptis; consuetudinem, mores formare, conformare. Se ad alterius mores fingere, formare. V. *Fingo.*

Formositas, atis, f. Schönheit. *Syn.* Pulchritudo, forma. *Usus.* Decorum positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto. V. *Pulchritudo, Forma.*

Formosus, a, um. schön, wohlgestalt. *Syn.* Pulcher, qui eximia facie est, ad aspectum venustus.)(*Deformis. Usus.* Formosissimæ virgines. V. *Pulcher.*

Formula, æ, f. Muster. *Syn.* Præscriptum, norma. *Epi.* Augustissima, antiquissima, certa, plena, consentanea rationi. *Usus.* 1. Testamentorum, sponsionum, postulationum, judiciorum, jurisconsultorum formulæ. 2. *Norma, regula*, Weise, Regel. Formula quædam constituenda, quam sequentes, ab officio nunquam aberremus. Erit hæc formula Stoicorum disciplinæ maxime consentanea.

Fornax, acis, f. ein Ofen. *Usus.* Ardentes fornaces.

Fornicatus, a, um. gewölbt. *Syn.* Qui fornicem habet. *Usus.* Paries fornicatus. *Fornicor, fornicatio*, Unzucht treiben, *vulg. sunt.* V. *Scortor.*

Fornix, icis, m. Schwibbogen, Gewölb. *Syn.* Testudo, camera, arcus. *Usus.* Fornix vitium fecit, das Gewölbe hat Schaden gelitten.

Fors, f. Glück. *Syn.* Fortuna. *Usus.* Fors domina campi. Ut fors tulerit, wie es sich schicken wird.

Forsitan, vielleicht. *Syn.* Fortassis, fortasse. *Usus.* Forsitan quæratis, quid sit?

Fortasse, vielleicht. *Syn.* Forsitan. *Usus.* Puer fortasse fatuus.

Fortassis, vielleicht. *Syn.* Fortasse.

Forte, ungefähr. *Syn.* Casu, fortuna, fortasse, forsan. *Usus.* Forte evenit, ut Puteolos venirem. V. *Casus.*

Fortificó, as, avi, atum, are. stärken. *Usus.* Animum fortificare.

Fortis, e. stark, tapfer. *Syn.* Magnanimus, acer, strenuus, constans, potens, robustus, valens, invictus, animosus, multum roboris habens, in quo multum est roboris & virtutis, maximi animi, qui omnia in se esse posita ducit, & humanos casus virtute inferiores putat.)(*Ignavus. Adv.* Egregie, maxime, sane, vere. *Phras.* 1. *Est vir fortis*, er ist ein tapferer Mann. Vir est singulari animi magnitudine, qui humana omnia premat,

Digitized by Google

mat; casus contemnat humanos; omnia, quæ in hominem cadere possunt, subter se habeat, & despiciat. Est celsus & erectus, quique ea, quæ homini accidere possunt, omnia parva ducat; est stabili, firmo & magno animo; animo præditus firmo ac constanti. Vir altus & excellens, vere fortis, infra se omnia humana ducens; robur animo, & invicta constantia; cui suppetunt animi ad invidiam fortunæ; quam nullus terror unquam dejicit; cui magnitudo animi, ne fortuna quidem imminuta; cui tantum roboris animo; tanta animi præsentia, nihil ut eum frangere, debilitare unquam possit. 2. *Fortis animo est quoque*, er war in allen fällen groß und ein starker thätiger geist. Fortis animus virtusque; prævalidus pari viribus animo; virtus integra, bellatorque animus; virtus animo connexa, vix ut robur ejus virosque ingentes vis ulla perfregerit. V. *Animus, robustus, expletus. Usus.* Viri fortes, quorum opera eximia in rebus periculis exstitit. Vir fortis, acris animi magnique. Animi impetu fortissimus. V. *Fortitudo, assimilo animi.*

Fortiter, männlich. *Syn.* Animose, virilitter, constanter, nervose, acriter, strenue, magno animo fortique; magno præsentique animo. *Phras. Fortiter tulit injurias*, er hat die Beleidigung großmüthig vertragen. In atroci calumnia virtus ejus nihil contremuit; magno elatoque animo; nullo trepidationis signo; animo strenuo ac impavido casum acerbissimum excepit. V. *Animus.*

Fortitudo, inis, f. Tapferkeit, Stärke. *Syn.* Magnitudo animi, & robur; animi excelsi, atque invicti magnitudo; animi excellentia; elatio magnitudoque animi; animi excellentis præstantia; animi præsentia, robur, vis, excellitas & magnitudo; acer animus & præsens, magna vi & incredibili animus.)(*Ignavia, inertia, timiditas. Epi.* Custos dignitatis, incredibilis, jucunda auditu, præsens, princeps, propria viri, rabiosa, robusta & stabilis. *Phras. Ad omnes casus, quibus humana vita supposita est, animi fortitudine me defendo*, ich bin in allen widrigen Begebenheiten dieses Lebens starkmüthig. Ad humana omnia, quibus vita humana subjecta est, fortis sum; contra fortunam firmus parasque, armatus, validus, firmissimis animi præsidiis munitus sum; minimum laboro ne humanis casibus; fusque deque res humanas facio; contemno, neglego, despicio, alpernor; humanis casibus animi præstantia, virtute, fortitudine resisto. Fortunæ conatibus obviam eo, occurro; objicio me, opponoque me fortiter atque acriter. Summo fortunam fretus conscientia. Adversa, infesta, infensa, iniqua mihi est fortuna, valet tamen; fespio nititur, sua in seipso præsidia ponit; a se ipso præsidium omne petit animus meus adversus fortunæ vim, impetum, conatus, injurias, tela omnia. Mea me contra fortunam confidentia firmavit, confirmat, auget vires, validiorem reddit; mihi animus, virtutem, vires, fortitudinem, firmitatem addit. Avide me exagitat fortuna, tamen hominum res me humanæ commovent, afficiunt, perturbant. *Usus.* Fortitudo est confidentia periculorum susceptio, laborum perpessio, dolorumque contemptio. Fortitudinis præpotens est nihil extimescere; omnia humana despicere nihil, quod homini accidere possit, mirabilandum putare. Fortitudo præcipue in mortis ac doloris contemptione spectatur. Fortitudo est scientia perferendarum rerum, vel affectio animi in patiendo, humanæ legi parens fortisque ratio. Ejus comites magnitudo animi, gravitas, patientia, rerum humanarum despicientia. Vehementibus malis obstat. Fortitudo est rerum magnarum appetitio, rerum humilium contemptio, laboris cum utilitatis ratione perpessio.

Fortuito, zufälliger Weise. *Syn.* Fortuitu, casu, temere, forte.)(*Consulto. Usus.* Casu & fortuito factum est. Repentina aliqua voluntate, & fortuito incidere in aliquid agendum. V. *Casus.*

Fortuitu, ungefähr. *Syn.* Fortuito. *Usus.* Id tibi non excidit fortuitu, sed

Digitized by Google

ſed ſcriptum, meditatum, cogitatum attuliſti. Temere, ac fortuitu, inconſiderate, negligenter aliquid facere. Caſu & fortuitu navis in portum delata eſt

Fortuitus, a, um, **zufällig, unvermuthet.** *Syn.* In fortuna poſitus, non proviſus. *Uſus.* Fortuita bona. Fortuita atomorum concurſio; fortuita & ſubita oratio.

Fortuna, æ, f. **Glück, Fügung.** *Syn.* Sors, fors, caſus, temeritas, eventus, mora, conditio.)(*Conſilium, ratio. Epi.* Adverſa, averſa, afflicta, perdita, aliena, ampliſſima, anceps, cæca, communis, dispar, diſſimilis, diuturna, domina rerum humanarum, dubia, dura, crudelis, egregia, excellens, exigua, eximia, externa, extrema, falſa & volucris, fatalis, florentiſſima, fluxa, fortunatior, fragilis, gravis acerbaque, inclinata & prope jacens, incolumis, incredibilis, inferior, infeſta, infima, inſana, integra, levis, magna, mala, mortalis, multa, optabilis, optima, particeps, perdita, popularis, præcipua, præſtans florensque, priſtina, propitia, proſpera, æquabilis, perpetuaque, ſingularis, ſpoliata, ſtabilis, ſumma, tanta, tuta tranquillaque, turpis, vaga, volubilisque, vetus, volucris. *Phraſ.* 1. *Fortunam ſuam ſibi quisque ipſe parat,* **ſein Glück verſchafft ſich ein jeder ſelbſt.** Fortunæ quisque ſuæ faber eſt; mores cuique ſui fortunam fingunt, conciliant; fortunam ſibi quisque facit; ſibi quisque, non fortunæ, incrementa ſua debet. 2. *Quæcunque fortuna fuerit, tentabo rem,* **ich werde es wagen, wie es immer ausſchlage.** Fortunæ periculum faciam; fortunam tentabo; fortunæ me committam; ſorti rem committam; in aleam quamvis dubiam ibo; rem in caſum eventus, quamvis ancipitis, committam; fortunam, quæcunque oblata mihi fuerit, complectar; quemcunque curſum fortuna dederit; utcunque res cadet; quodcunque fors obtulerit; quemcunque fors caſum tulerit; quocunque fortuna rem dederit; quicunque caſus negotium gubernarit. *In hoc bello partes ſequar, quibus fortuna favebit,* **in dieſem Kriege werde ich mich zu denen ſchlagen, die das beſte Glück haben werden.** Ad fortunam inclinabo; fortunæ mea conſilia applicabo. Quo fortuna rem dederit, inclinarit; quibus partibus ſe fors dederit, quibus affulſerit fortuna; quibus aſpirarit; cum quibus ratio ac fortuna ſteterit, ad eas me aggregabo. 4. *Fortuna in bello multum poteſt,* **das Glück vermag viel zu Kriegszeiten.** Fortuna rerum quidem humanarum, ſed maxime campi domina. Magna eſt vis fortunæ in utramque partem, ſeu ad res ſecundas, ſeu adverſas. Bellicis in rebus ſæpe fortuna plus, quam ratio poteſt. 5. *Fortuna modo proſpera, modo adverſa utimur,* **wir haben bald Glück, bald Unglück.** Fere conjunctio eſt ſecundæ, dubiæque fortunæ. Ab excitata fortuna ad inclinatam fere deſciſcimus; jam florentiſſima utimur, jam durjore conflictamur. Varietate fortunæ jactamur, proſperis nunc rebus, nunc ambiguis. 6. *Fortuna proſpera moderate utitur,* **er gebraucht ſich ſeines Glücks ſehr mäßig; er übernimmt ſich nicht in ſeinem Glücke** In rebus ſecundis, & ad voluntatem fluentibus minime elatus eſt; in ſecundiſſimis rebus, etiam res maximas fortuna ſuffragante conſecutus, minime inſolescit; modum etiam ſecundis rebus novit imponere, nec nimis credere ſerenitati præſentis fortunæ. Prudens homo, & merito felix, qui cum præſto habeat ubique fortunam, eandem tamen veretur, qua aſpirante res maximas geſſit. Quanquam omnia illi a fortuna data, tributa ſint, nunquam tamen ſuperbum ſe præbet in tanta fortuna; fortunam etiam ſecundam pulcherrime ferre novit; ejus animum non magis proſpera effert fortuna, quam adverſa dejicit. Virtute fortunam adæquat, nec ſecunda inſolens, nec adverſa dejectus. 7. *Fortuna utor adverſa,* **ich habe kein Glück.** Fortuna mihi undique adverſatur; nihil usquam ſecundi eſt; tempeſtates procellæque aliæ ex aliis mihi ſubeundæ ſunt. Fortunæ fulminibus unus peter; undique me infeſtat, oppugnat, exagitat, vexat, premit; con-

Digitized by Google

consilia mea evertit, discutit, profligat adversa fortuna. Pertinax me fortuna urgere; se mihi objicere non desinit. Inimicam ubique experior fortunam; male mihi cum fortuna convenit; percussus fortunæ vi jaceo; jacent res meæ ac fortunæ; alius ex alio casus rerum mearum tranquillitatem perturbat; fortuna utor infesta, infensa, iniqua, dura, acerba, aspera, difficili; novis semper fortunæ telis ac ictibus expositus, subjectus sum; alius ex alio casus me affligit, pessumdat; novum identidem vulnus a fortuna accipio; fortuna afflicta opprimor; in novas semper difficultates, calamitates incurro; novis calamitatibus involvor, implicor; in maximas me difficultates fortuna conjicit; sempiterna nox fortunis meis offunditur; omnium, qui vivunt usquam, gentium sum miserrimus. Quis me homo est miserior? Omnes felicitates mihi adversantur; ærumnas omnes omnium supero ærumnis meis. V. *Miser.* 8. *Vita humana multis est exposita fortunæ injuriis*, das menschliche Leben ist vielen Unglücksfällen unterworfen. Innumeris fortunæ telis patet hominum vita; innumera fortunæ tela impendent, imminent vitæ nostræ; casus plurimi, eventus rerum varii singulis prope horis extimescendi. Quisquis vitam ingreditur, quisquis in hanc lucem prodit, quisquis spiritum e cœlo ducit, quisquis hujus lucis usura fruitur, eum casus innumerabiles manent; ei, & quæ velit, & quæ nolit, expectanda multa sunt; ejus animus ex vario rerum eventu perpetuo fluctuet, necesse est. Omnium rerum humanarum vicissitudo est, nulla nobis non timenda, non excitanda. Dum in terris sumus, degimus, ætatem exigimus; dum inter vivos agimus, est vicissitudo, est fortunæ inclementia, est fortunæ vis in utramque partem. Quam vaga volubilisque fortuna, tam varia commutabilisque vitæ nostræ ratio est; in casu atque fortuna bona corporis, & quæ extra corpus sita sunt & collocata. 9. *Fortuna est inconstans*, das Glück ist veränderlich. Varietas est propria fortunæ; volubilis ejus rota versatur semper; varii sunt incertique casus; usque variat fortuna; momento temporis vertitur; lubrica est & versatilis, nec invita teneri potest, Crebra fortunæ est varietas; jactamur invicem per ludibria fortunæ; nihil tam contrarium constantiæ, quam fortuna; fortuna amica varietati constantiam respuit; fortuna ab inconstantia sejungi non potest; vaga est volubilisque fortuna; nunquam eodem diu vestigio stat fortuna. 10. *Fortuna se vertit*, das Glück wendet sich. Fortuna retro volvitur; hic casus vertenti nos præbet fortunæ; fortuna se inclinat; consiliis obstat & adversatur; a fortuna derelicti sumus; fortuna vertitur; variat nunc, dilabitur fortuna, fortuna nos destituit. *Usus.* 1. Fortuna prospera, æquabilis perpetuaque, beständiges Glück. Fortuna inclinata, & prope jacens, schlechtes Glück. Fortuna adversa, aversa, afflicta, perdita, acerba, Unglück. Fortuna varia, commutabilis, vaga, volubilis, fluxa, anceps, dubia, ein unbeständiges, zweifelhaftes Glück. Fortuna utraque, Glück und Unglück. Fortunam belli tentare, periclitari, das Glück wagen. Ferre, subire pulcherrime secundam & adversam fortunam, sich in Glück und Unglück schicken. Fortunæ obsequi, cedere, dem Glück weichen, nachgeben. Omnis spes, ratio & cogitatio illi ex fortuna pendet, er verläßt sich einzig und allein auf das Glück. Fortunæ consilia sua applicare, sich nach dem Glücke richten. Cum virtute fortunam adæquare, nicht weniger glücklich, als tugendhaft seyn. 2. *Conditio*, Stand, Beschaffenheit. Homines infima fortuna, schlechte, gemeine Leute. Num versor tecum in eadem fortuna? V. *Felix, felicitas, calamitas, miser, miseria.*

Fortunæ, arum, f. Reichthum. *Syn.* Bona, copiæ, opes, divitiæ, bona fortunæ; res, quas fortuna tribuit; bona, quæ alicui a fortuna data sunt, res familiaris. *Phras. Fortunis aliquem privare*, einen seiner Güter berauben. Fortunas alicujus prodere; in fortunas invadere; fortunis aliquem exuere, orbare, spo-

Digitized by Google

spoliare, evertere; deturbare aliquem de fortunis. *Usus.* Aliquem fortunis augere, cumulare, bereichern. Alicujus fortunis imminere, nach eines Reichthümern trachten Fortunas dissipare, verschwenden Fortunas amittere, verlieren. Fortunas cum morte dimittere, verlassen müssen Fortunas suas ac dignitatem obtinere Fortunis frui. Per fortunas! *formula obtestantis*. V. *Divitiae*, *opes*, *bona*.

Fortunate, glücklich. *Syn.* Feliciter. *Usus.* Fortunate beateque vivere. V. *Feliciter*.

Fortunatus, a, um. beglückt. *Syn.* Felix, cui venti valde secundi, cui fortuna ubique pratio est; incredibili fortuna cumulatus, cui ad felicitatem nihil deest; cui recte res omnes sub manus succedunt.)(*Infelix*, *miser*. *Adv.* Vere. *Usus.* Nobilis, fortunatus homo. V. *Felix*.

Fortuno, as, avi, atum, are. segnen. *Syn.* Servo, augeo. *Phras.* *Deus te fortunet*, GOtt gebe dir Glück und Segen. Tu quod agis, id velim, Deus approbet; Deus inceptis tuis successus det prosperos; Deus tibi optata ferat omnia; Deus faxit, ut felicia faustaque sint, quæ suscipis faveat aspiretque consilio tuo; felix adsit inceptis tuis; bene vertat Deus. quod agis; Deus votis tuis optatisque cumulate respondeat; faveant Superi tuis conatibus; fortunet Deus, quod tibi in manibus est; Divi te omnes adjuvent, ut bonis avibus cœpta res melioribus exeat; ut, quod Superis fortunantibus instituisti, id propitio Numine absolvas; ut, quod aggressus, quod auspicatus es, id succedat optime, id fauste ac feliciter eveniat, cadat; prosperum eventum sortiatur; ad felicem exitum perducatur; Deum tibi hæc consilia fortunare cupio. V. *Precandi formulae* *Usus.* Tibi patrimonium Dii fortunent! Honorem tibi Deos fortunare volo.

Forum, i, n. Markt. *Epi.* Celeberrimum, commune, iniquum, maximum, medium, molestum, mutum, plenum, refertum militibus, totum, transversum, non modo vacuum a bonis, sed etiam a liberis inane. *Usus.* 1. Forum boarium, olitorium, piscarium. 2. *Judicia publica*, öffentliche Gerichte. Forum egit in provincia Postquam forum attigisti, nihil fecisti, nisi plenum dignitatis. Forum colere. Forum refrixit.

Fossa, æ, f. ein Graben. *Epi.* Abundans gurgitibus, lata. *Phras.* 1. *Fossam facere*, einen Graben machen. Fossam deprimere; fossam obducere, ducere. 2. *Fossa munire oppidum*, mit einem Graben umfangen. Oppidum fossa ac vallo circumdare, munire, circummunire, sepire. *Usus.* Fossæ pluribus locis objectæ iter abruperant. Rheni fossa gurgitibus abundans.

Fossio, onis, f. das Graben. *Epi.* Recens. *Usus.* Agri fossiones & repastinationes. Terra recenti fossione fumans.

Fassor, oris, m. * Gräber. *Syn.* Qui fodit.

Fovea, æ, f. eine Grube. *Syn.* Fossa, scrobs. *Usus.* In foveam incidit.

Foveo, es, vi, fotum, ere. warm halten, schützen. *Syn.* Tego, alo, tueor, retineo. *Usus* Inimicum meum ita fovebant, ita in manibus habebant, ita osculabantur. Fove amorem & auge, quo in me ferebaris. Semper te fovebo, & quibuscunque rebus potero, augebo. Omnibus me rebus semper fovit & ornavit. Hoc enimvero est alere vitium & fovere. V. *Alo*, *tueor*, *faveo*.

Fractus, a, um. zerbrochen. *Syn.* Infractus, debilitatus, afflictus. *Usus.* Qui me animo nimis fracto esse, atque afflicto, loquebantur.

Fragilis, e. zerbrechlich. *Syn.* Caducus.)(*Firmus*, *stabilis*. *Usus.* Corpus fragile, caducum, animus sempiternus. Quis stabile futurum & firmum confidat, quod fragile & caducum sit? V. *Infirmus*, *humanus*, *debilis*.

Fragilitas, tis, f. Vergänglichkeit. *Usus.* Fragilitatem naturæ communis & imbecillitatem, & casus humanos & incertos eventus valetudinis pertimesco.

Fragmentum, i, n. ein abgebrochenes Stück. *Syn.* Rei fractæ pars, frustum. *Usus.* Fragmenta lapidum, lignorum.

Fra-

Digitized by Google

Fragor, oris, m. das Krachen, Knall. *Syn.* Rei fractæ ſonitus, ſtrepitus.

Fragro, as, avi, atum, are. ſtark riechen. *Syn.* Odorem reddo, odorem affio.

Frango, is, fregi, fractum, ere. brechen. R. a φράγνυμι. *Syn.* Infringo, confringo, perrumpo, comminuo, infirmo, contundo. *Adv.* Facile, vehementius. *Phraſ. Frangere munimenta oppidi*, die Feſtungswerke einreiſſen. Convellere, laxare, comminuere muros; compages operum interſcindere; mœnia lacerare, pinnas detergere; repagula, valvas demoliri; valla quaſſare, vellere; clauſtra infringere; decutere portas, exſcindere. *Uſus.* 1. Fores frangere. Remos frangere & detergere. 2. *Cohibeo, coerceo*, einhalten, zähmen. Animos alicujus, ſpiritus, impetum, audaciam, furorem, cupiditates, libidines frangere, contundere. Pertinaciam frangere & expugnare. 3. *Debilito, infirmo*, ſchwächen. Metu, dolore, morbo, animo frangi; malorum diuturnitate frangi, & dolori ſuccumbere. 4. *Violo*, brechen, nicht halten. Fidem, fœdus frangere. 5. *Remitto*, nachlaſſen. Frangit ſe calor. V. *Defruo.*

Frater, tris, m. Bruder. *Syn.* Germanus. *Epi.* Amantiſſimus, cariſſimus, impius, levis, major, minimus, miſer, optatiſſimus, optimus, ornatiſſimus, præditus pari pietate & induſtria, ſuaviſſimus. Fratres amantiſſimi & conjunctiſſimi. *Uſus.* Volo, mi frater, fraterculo tuo credas. Concordiſſimi fratres.

Fraterculus, i, m. Brüderlein. *Syn.* Frater.

Fraterne, brüderlich. *Syn.* Germane. *Uſus.* Epiſtolæ non fraterne ſcriptæ. Fraterne debes ignoſcere.

Fraternus, a, um. brüderlich. *Uſus.* Fraterna neceſſitudo. Fraternum amorem demonſtrare in aliquem.

Fratricida, æ, m. Brudermörder. *Uſus.* Parricida, fratricida.

Fraudatio, onis, f. Betrügerey. *Syn.* ✕ *Fides. Uſus.* Inter bonos bene agere oportet, & ſine fraudatione.

Fraudator, oris, m. Betrüger. *Syn.* Inficiator. *Uſus.* Fraudator creditorum.

Fraudo, as, avi, atum, are betrügen. *Syn.* Fraudem facio, fallo, deſtituo, ludifico. *Adv.* Improbiſſime, palam. *Uſus.* Fraudare creditores. Qui ſocium pecunia fraudaverit. V. *Decipio.*

Fraudulentus, a, um. falſch, betrüglich. *Syn.* Fallax, doloſus, mendax, malitioſus. *Phraſ. Fraudulentus homo eſt*, er iſt voll Betrugs. Ad fraudem acutus; fallaciis totus conſtat; fallaciis totus, ac fraudibus conſutus eſt. V. *Aſtutus, fallax, fallo.*

Fraus, dis, f. Betrug, Liſt. *Syn.* Dolus, malitia, fallacia, machina, inſidiæ, error, præſtigiæ, circumſcriptio. *Epi.* Capitalis, familiaris, impia, minima, præſens, ſcelerata & nefaria, ſumma, valentior. *Phraſ.* 1. *In fraudem hominis impellere*, betrügen, hinter das Licht führen. In fraudem deducere, agere, conjicere; fucum, fallaciam facere; ludificare homines; tenebras iis offundere; dolis eos circumvenire, circumducere. V. *Decipio, fullo.* 2. *In fraudem inductus eſt*, er iſt betrogen worden. In fraudem delatus, delapſus eſt; in fraudem incidit; fraude irretitus, captus, circumventus eſt. V. *Fallo. Uſus.* 1. Filio pietas erga patrem fraudi eſſe non debet. Hoc mihi ne fraudi ſit, aut noxæ, zum Nachtheile ſeyn. 2. *Fraudem admitto*, einen Betrug begehen. Fraudem ſuscipere, concipere, facere. Fraudem capitalem auſus. Fraudem creare alicui. V. *Decipio.*

Fremebundus, a, um. zornig. *Syn.* Furens, indignatione plenus.

Fremitus, us, m. Getöſe. *Syn.* Strepitus horribilis. *Uſus.* Fremitus armorum.

Fremo, is, ui, itum, ere. brummen, murren. *Syn.* Perſtrepo. *Uſus.* Fremuit ereptum ſibi conſulatum. Fremunt gaudio erecti. Fremant omnes, dicam, quod ſentio. V. *Rabies.*

Frendeo, es, ui, ere. knirſchen. *Syn.* Fremo, ſœvio. *Uſus.* Leo frendens.

Freno, as, avi, atum, are. zäumen. *Syn.* Reprimo, domo, cohibeo. *Uſus.* Furores alicujus frenare; voluptates frenare. V. *Cohibeo, coerceo, comprimo, domo.*

Fre-

Digitized by Google

Frenum, i, n. Zaun. *Syn.* Instrumentum, quo equum moderamur. *Epi.* Novum. *Usus.* Alteri calcaria adhibenda, alteri freni; frenos furenti injicere. Frenum recipere, mordere, sich in Dienstbarkeit einlassen. Frena ubi equus receperit.

Frequens, tis, g. o. häufig, oftmalig. *Syn.* Multus.)(*Infrequens, rarus.* *Usus.* 1 Frequentes fuimus ad ducentos. 2. *Numerosus*, zahlreich. Frequens regio, municipium. Frequens senatus. Frequentissimum theatrum. 3. *Creber*, & *crebro*, oft. Frequens in senatum venio. V. *Copia*, *saepe*.

Frequentatio, onis, f. Häufung. *Syn.* Crebritas, multitudo, coacervatio. *Epi.* Densa & continens, universa. *Usus.* Densa & continens verborum frequentatio.

Frequenter, oft. *Syn.* Frequens crebro. *Usus.* Frequenter & assiduo. V. *Saepe.*

Frequentia, æ, f. Menge. *Syn.* Crebritas, multitudo.)(*Paucitas, solitudo.* *Epi* Gravis & plena rerum, incredibilis, magna, similis, solida, tanta, usitata. *Usus* Maxima frequentia domum deducebar. Summa hominum, assidua amicorum frequentia me celebrat & ornat. V. *Celebritas*, *multi.*

Frequento, as, avi, atum are. oft besuchen. *Syn.* Celebro; sæpe adeo.)(*Desero.* *Adv.* Acervatim, summe. *Phras.* 1. *Maritima loca libenter frequento*, ich halte mich gerne nahe an der See auf. Utor frequenter, nec sine voluptate maritima regione; maritimæ regionis aspectu libenter ac frequenter pascor; frequens ad maritimas regiones venio, accedo, quod eorum locorum aspectus mirifice me capiat, teneat, oblectet; frequenter & jucunde versor in locis maritimis; ut nihil jucundius est oculis meis maritimæ regionis aspectu, ita nusquam frequentior sum, quam in locis maritimis. Frequens sum in ora maritima, quod ex ejus aspectu miram hauriam voluptatem. V. *Adeo.* 2. *Jam in tertium annum frequentat scholam*, er geht schon in das dritte Jahr in die Schule. Jam in tertium annum magistro operam dat; in scholam ltat; scholam terit; ea in schola versatur; in ludum commeat; scholam obit; magistrum audit. *Usus.* Maritima loca cum voluptate frequento, oft besuchen. Vocem aliquam frequentare, wiederholen, im Munde führen, *in ore habere.* Regionem aliquam coloniis, populis frequentare, bevölkern.

Fretum, i, n. Meerenge. *Syn.* Locus angustus in mari, maris æstus. *Epi.* Horrisonum, medium. *Usus.* Freto ad Messanam transit. Quid de fretis, aut maritimis æstibus plura dicam?

Fretus, a, um. sich verlassend. *Syn.* Confisus, nixus, fultus. *Usus.* Partim innocentia fretus, partim gratia potentum nixus, partim amicitiis fultus.

Frico, as, cui, ctum, are, reiben, kratzen. *Usus.* Dentes fricare.

Frigeo, es frixi, ere Frost leiden. *Syn.* Algeo, conglacio.)(*Caleo.* *Adv.* Plane, valde. *Usus.* *Transl.* Sine Baccho & Cerere Venus friget. Studia populi, judicia frigent. V. *Frigus.*

Frigesco, is, ere. * kalt werden. *Usus.* Nos hic frigore frigescimus.

Frigidus, a, um kalt. *Syn.* Gelidus, algidus. *Usus.* Acumen frigidum; jejuna & frigida calumnia; lentus in dicendo ac prope frigidus orator. V. *Languidus.*

Frigus, oris, n. Frost, Kälte. R. a ῥῖγος, *vel* Φρίκη. *rigor.* *Syn.* Vis frigorum.)(*Calor.* *Epi.* Gelidum, intolerabile, maximum, tantum, tremulum. *Phras.* *Ingens est regionis ejus frigus*, dieses ist ein sehr kaltes Land. Regio est propinquitate Alpium prægelida; infames frigoribus Alpes; incolarum corpora rigentia gelu torpent; torpentibus frigore nervis vix artus possunt flectere. Nunquam non humus illic gelu riget. Frigoris vis imbres concreto gelu adstringit; acrior ubique vis frigoris afflat e montibus; acrior ibi vis est frigoris; magnitudo frigorum tanta, ut corpora incolarum quamvis patientia algoris, obrigescant; artus sæpe vi frigoris amburantur. *Usus.* Frigus impendebat intolerabile. Vix in tectis ipsis frigus declinatur. Frigore obrigui-

guimus. Vis frigoris depellitur, pellitur. Frigus se remittit.

Frivolus, a, um. unnütz. *Syn.* Nugatorius. *Usus.* Frivolus sermo, & illiberalis. V. *Ineptus.*

Frondes, ium, f. Laub, Zweige. *Syn.* Arborum folia. *Usus.* Via deserta, & frondibus & virgultis interclusa.

Frondesco, is, ere. grün werden. *Syn.* Frondes emitto. *Usus.* Arbores verno tempore tepefactæ frondescunt.

Frondosus, a, um. laubicht. *Syn.* Frondibus abundans. *Usus.* Montes frondosi.

Frons, tis, f. Stirn. *Syn.* Pars illa vultus ab oculis ad capillos. *Epi.* Bella, familiaris, pristina, verissima. *Usus.* Frons est animi janua. Frontis contractio gravitatis indicium. Tune ausus es, ista fronte te ostendere? Fronte & oratione magis, qaam ipso beneficio capiuntur homines. Frontem contrahere, die Stirne runzeln, rümpfen, sich zornig erzeigen. Frontem corrugare, caperare, obducere. Frontem ferire, vor Zorn sich auf die Stirn schlagen. Frontem explicare, porrigere, exporrigere, ein heiteres Gesicht machen, freundlich aussehen. V *Vultus.*

Fronto, onis, m. der eine große Stirn hat. *Syn.* Tumida magnaque fronte præditus.

Fructuarius, a, um. zur Frucht oder Nutzen gehörig. *Usus.* Agri fructuarii, vectigales. Zinsäcker.

Fructuosus, a, um. fruchtbar. *Syn.* Frugifer, utilis. *Usus.* Ager fertilis natura, cultu fructuosus. Res rustica bene culta & fructuosa. Beneficia iis, a quibus proficiscuntur, fructuosa V. *Fertilis*, *utilis.*

Fructus, us, m. Obst, Frucht *Syn.* Fruges, fetus, partus; utilitas, commodum; voluptas, delectatio. [illegible] [illegible]mi, annui, desperati, extremi, integri, læti, uberes, mirifici, novi, præsentes. *Phras.* [illegible] *fructum habui*, ich [illegible] eine große Frucht ge[illegible] & uberes consilii, [illegible] & vigiliarum mearum fru[illegible] cepi, [illegible] messui, fructus [illegible] id consilium tu[illegible] [illegible]. Hoc consi[illegible] [illegible] fructus [illegible]

consilii fructus nec unus, nec vulgaris erat. Consilii ac laboris hoc præmium, hunc fructum abstuli, qui longe omnium pulcherrimus. Usus ex consilio nihilo minor, quam ex labore capiebatur. V. *Utilitas.* *Usus* Liberalitas pecuniæ fructus est pulcherrimus. Arbor fructus reddit annuos. Magnum gloriæ fructum e rebus gestis percepi. Honestissimæ voluptatis fructus in virtute inest.

Frugalis, e, sparsam, mäßig. *Syn.* Frugi)(*nequam.* *Poras.* *Frugalis sum*, ich nehme mit Hausmannskost vorlieb. Ventrem affero parabili victu contentum; exquisitas delicias non appetentem; inimicus sum luxuriosis epulis; vini cibique parcissimus; singulari sum frugalitate; cibo utor, victuque honesto magis, quam splendido. *Usus.* Optimus colonus, parcissimus, frugalissimus. Frugalis homo & moderatus. V. *Parcus*, *abstineo.*

Frugalitas, tis, f. Mäßigkeit)(*nequitia*, *intemperantia.* *Epi.* Singularis & admiranda. *Usus.* Singulari vir, & admiranda frugalitate. Frugalitas, ut opinor, a fruge. V. *Abstinentia.*

Frugaliter, mäßiglich. *Syn.* Modeste, moderate.)(*nequiter.*

Fruges, um, f. Feldfrüchte. *Syn.* Fructus terræ. *Epi.* Certæ, inimicissimæ, minutæ, uberiores. *Phras.* *Magna fuit frugum ubertas*, es war eine große Menge an Erdfrüchten. Expedita fuit res frumentaria; egregia frumentatio fuit. Ingentes frumenti acervos sustulerant coloni. Demessis segetibus summa annonæ vilitas exstitit. V. *Annona.* *Usus.* 1. Terra feta frugibus. Frugum ubertas, copia, perceptio, conservatio. Fruges & alimenta custodienda sunt claustris Terra fruges fundit; natura fruges ad spicam producit. 2. *Melior vitae ratio*, besserer Lebenswandel. Ad bonam frugem se recipere. V. *Fructus.*

Frugi, gut, nützlich, sparsam. *Syn.* Moderatus, modestus, temperans, abstinens, innocens,) *Nequam.* *Usus.* Frugi homo. Vita frugi, honesta, sobria, serena. V. *Probus*, *bonus.*

Fru-

Frugifer, a, um. fruchtbar. *Ufus.* Tota Philoſophia frugifera & fructuoſa eſt. V. *Fertilis.*

Frumentarius, ii, m. Kornhändler. *Ufus.* Mercatores frumentarii.

Frumentarius, a, um. zum Korn gehörig. *Ufus.* Lex frumentaria. Lucrum frumentarium. Res frumentaria.

Frumentatio, nis, f. Kornſammlung. *Syn.* Frumenti collectio. *Ufus.* Omnes noſtras pabulationes frumentationesque obſervabat.

Frumentator, oris, m. Furagierer, Proviantmeiſter. *Ufus* Improviſo impetu cum frumentatoribus eſt circumventus.

Frumentor, aris, atus ſum, ari. Getreid ſammeln. *Syn.* Frumentum colligo. *Ufus.* Milites frumentatum miſſi.

Frumentum, i, n. allerley Korn. *Syn.* Triticum. *Epi.* Copioſum, decumanum, multum, privatum & publicum, unum & idem. *Ufus.* 1. Frumentum ſerere, metere. Frumentum pulcherrime provenit, maturat. Frumentum ſupportare, importare, in loca tuta comportare, convehere, Getreid einbringen, eine Vorſehung von Getreid machen. Frumentum imperare deditiis, auferlegen, gewiſſes Getreid zu liefern. Frumentum condere, comprimere, das Getreid vertuſchen. Frumentum corrumpere, hoſti intercludere.

Fruor, eris, itus ſum, frui. genieſſen *Syn.* Potior; fructum voluptatemque percipio. *Phraſ. Fruere rebus meis*, bedine dich meiner Sachen. Utere rebus meis; quos ex me capere potes fructus, tibi patent; mea omnia utenda tibi & poſſidenda dedi. Rebus meis ut tuis lætare & perfruere. Qui fructus, quæque utilitates e rebus meis percipiuntur, tuas exiſtima. Quem ex rebus meis uſum habere potes, fidenter decerpe. Patent tibi fontes mei, unde hauvias pro arbitratu. *Ufus.* Tuo beneficio incredibili fruor lætitiæ voluptate. Summo bono, pace, gratia, opibus, libertate frui. Utatur ſuis bonis & fruatur oportet, qui beatus eſt. V. *Uter*, *poſſideo.*

Fruſtra, vergebens. *Syn.* Sine cauſa, necquidquam. *Phraſ.* 1. *Fruſtra tantos labores ſuſcepi*, ich habe ſo große Arbeiten umſonſt auf mich genommen Tantam operam profudi plane ac perdidi; omnia agendo, nihil demum egi, nihil profeci; oleum & opera perdita eſt; quam navavi operam, plane periit; actum egi; necquidquam, incaſſum tantum tempus contrivi. Irritus vanusque eſt omnis labor meus; fruſtra operam contrivi; nugas egi; operam luſi; omnis labor incaſſum occidit; opera abuſus ſum. Fruſtra operam inſumpſi; inanem ſumpſi operam; operam male poſui, locavi; tanta cura ac labore momenti nec. quidquam factum eſt; tanto labore nullum operæ pretium factum eſt; actum & laboratum ſtrenue, ſed deſtituta expectatio eſt. 2. *Fruſtra rogavi*, ich habe ihn umſonſt gebeten, bin nicht erhöret worden. Incaſſum miſſæ preces; ſurdas aures pulſavi; mortuo verba facta ſunt; ſurdo fabulam cecini. In dolium pertuſum dicta ingeſſimus; e pumice aquam poſtulavimus. 3. *Vide, ne fruſtra tantum geſtias*, ſieh zu, daß du dich nicht vergeblich freueſt. Vide ne lætitia hæc luxuriet tibi, ac vana evadat; ne ſpem tuam fractam abjectamque ſero lugeas; ne fortuna ſpes tam lætas deſtituat. V. *Labor inanis*, *irritus.* *Ufus.* Fruſtra & ſine cauſa Deus nihil agit.

Fruſtratio, onis, f. das Fehlſchlagen. *Syn.* Vanus conatus, labor inanis, error. *Ufus* Fruſtratio mihi majorem dolorem intulit.

Fruſtror, aris, atus ſum, ari. betrügen. *Ufus.* Provinciæ & honoris ſpes eum fruſtrata eſt. Amicus, vide, ne fruſtretur. V. *Labor inanis*, *irritus*, *fruſtra.*

Fruſtum, i, n. ein Stück. *Syn.* Fragmentum. *Ufus.* Fruſta eſculenta.

Fruticor, aris, atus ſum, ari. ausſproſſen *Syn.* Surculos emitto, revireſco. *Ufus.* Exciſa eſt arbor, non evulſa, quam fruticari vides.

Fucatus, a, um. geſchminkt, falſch. *Syn.* Fallax, fucoſus, eruditus artificio ſimulationis.)(*Naturalis.* *Ufus.* Naturalis nitor inerat, non fucatus. V. *Fictus.*

Fuco, as, avi, atum, are. färben, ſchminken. *Syn.* Coloro. *Ufus.* Formare,

Digitized by Google

mare, fucare, colorare, animare non possunt.

Fucosus, a, um. verfälscht. *Syn.* Fucatus. *Usus.* Amicitiæ ambitiosæ & fucosæ. Merces fallaces, fucosæ.

Fucus, i, m. Schminke, Falschheit. R. a Φῦκος. *Syn.* Pigmentum, ornatus peregrinus & arcessitus; fallacia, fraus, simulatio. *Epi* Puerilis. *Usus.* In his inest quidam sine fuco veritatis color. Fucum facere alicui, fraudemque comparare. Sine pigmentis fucoque puerili. Color sanguine diffusus, non fuco illitus. Vitia corporis fuco occulere. V. *Fallacia*, *simulatio*.

Fuga, æ, f. Flucht. R. a Φυγὴ *Syn.* Aversio, omissio. *Epi.* Acerbissima, communis, desperata, flagitiosa, calamitosa, nobis gloriosa, patriæ calamitosa, incerta & periculosa, misera, mœsta, nefaria, miserabilis, miserrima, molesta, nefaria, remotissima, repentina, scelerata, tota, turpissima. *Usus.* Fuga litterarum. laboris, doloris. *Fugam parare*, mit der Flucht umgehen. Fugam adornare, ornare, quærere, consciscere, moliri, comparare. *In fugam se conferre*, die Flucht nehmen. In fugam se dare, se conjicere; fugæ se mandare, dare, committere; fugam petere, capessere. *Hostem in fugam dare*, in die Flucht treiben. In fugam vertere, fugam facere hostium. *Fugam reprimere*, von der Flucht aufhalten. Suos a fuga revocare, reducere. Ex fuga aliquo se recipere, sich wohin flüchten. *Ex fuga ad conflictum redire*, von der Flucht abstehen, und aufs neue streiten. Fugam in impressionem acerrimam mutare; e fuga pugnam redintegrare, instaurare. *Hostibus fugam intercludere*, intercipere, excipere ex fuga hostem. eines Flucht verhindern. V. *Fugio*, *fugo*.

Fugax, acis, g. o. flüchtig. *Syn.* Fluxus, ignavus, timidus, qui libenter fugit. *Usus.* Pedes fugaces. [illegible] fugacia, caduca. V. [illegible].

Fugio, [illegible], itum, ere. fliehen. meiden. *Syn.* Vito, declino, abhorreo, [illegible]. X *sequor*. *Adv.* Consulto [illegible]inem, libentissime, magnopere conspectum, superbiam; dicacitatem, perverse, valde urbem, maxime, vehementer. *Poras.* 1. *Mala natura fugimus*, wir fliehen von Natur, was übel ist. Temporum & fortunæ procellas summa cautione devitamus, declinamus. Naturalis nobis est declinatio & vitatio malorum. Natura defugimus res adversas. 2. *Miles noster foede fugit*, unsere Soldaten sind schändlich geflohen. Miles noster terga vertit. effuse loca tuta petiit; fugam capessivit, quæ sisti non poterat; militem fuga abstulit; qua cuique proximum fuit, in fugam effundebantur milites nostri, velut apium agmina ad primum missilium crepitum avolavere. Effuse ac sine respectu fugæ se dedere; fuga salutem petiere; in fuga sibi præsidium posuere. Metu præcipites qua cuique via patebat, erupere; in pedes se conjecere; in fugam conversi sunt; in fugam se dederunt, conjecerunt; fugam arripuere; fuga salutem petiere; fuga sibi consuluere; fugæ se mandarunt, commiserunt. Fuga distracti, dispersi, disjecti, dissipati sunt; in fugam declinarunt, se contulerunt; fuga se eripuere; terga hostibus dedere; clam se subduxere ex acie; a signis discessere; præsidium sibi fuga cepere; in fuga sibi subsidium posuere; in fuga spem salutis collocavere; fugæ se commendavere; terga hosti præbuere; fugam effusis habenis capessivere; ne conspectum quidem hostis sustinuere. 3. *Hostes quaquaversus fugerunt*, die Feinde sind auf allen Seiten davon geflohen. Distraxit hostes fuga, dissipavit, disjecit; diversi dissipatique in omnes partes fugerunt; perterriti huc illuc feruntur; dispersi ac dissipati discesserunt; spatium ingens fuga emensi sunt; dilapsi, quocunque aut error, aut fortuitus animi impetus tulit; per vias inviaque, qua quemque aut consilium, aut terror tulit; quacunque via ad fugam patebat, dissipato cursu erupere, se effudere; fuga se abripuere; ubi fuga, aut turba fugientium acti ac ablati sunt; retrocedere in montes; petere rupes saltusque montium occultos, proxima, quæque perfugia occupare consilio

filium fuit. 4. *Fugientes sistere*, die Flüchtigen zwingen Stand zu halten, die Flucht einstellen. Fugam reprimere, receſſum fugientibus non dare; cedentibus circumfundi; ſpem omnem fugæ tollere; fugam impedire, intercludere. 5. *Fugientibus institit*, er hat den Flüchtigen nachgeſetzt. Averſos protrivit; fugientes concidit; in tergis fugientium hæſit; imminebat fugientium tergis; fugientes perſecutus eſt; averſis inſtitit; terga cecidit; quantum vires ad perſequendum, dexteræque ad cædendum valuere, tantum cædis fuit; fuſis fugatisque nulla a victore requies fuit; fugientes periculum mutarunt, non evitarunt, victoria veſtigia premente. Fuga explicari ſine magna cæde non potuit. 6. *Fugit clam ex urbe*, er iſt heimlich aus der Stadt geflohen. Dilapſus per intermiſſa munimenta neglectasque cuſtodias ex urbe eſt; fugam ex urbe conſcivit, comparavit; foras ſe ejecit; fugam ex urbe molitus eſt; clam ſe ex urbe ejecit, ſubduxit; ex urbe clam ſe proripuit; fuga ex urbe elapſus eſt. *Uſus.* 1. Vitium longæ animi proviſione fugiendum eſt. Inertia vituperationem fugere. 2. *Lateo*, verborgen ſeyn. Nulla res eſt, quæ hujus viri ſcientiam fugiat. Non fugit Catonem. Niſi forte illa me fugiunt. 3. Vinum fugiens. Wein der abſteht. V. *Vito*, *declino*, *fuga*.

Fugitivus, a, um. flüchtig. *Syn.* Servus, qui a domino fugit. *Uſus.* Athenio princeps fugitivorum.

Fugito, as, avi, atum, are. ſehr fliehen. *Uſus.* Qui quæſtionem fugitant.

Fugo, as, avi, atum, are. verjagen, in die Flucht jagen. *Syn.* Fugam facio, pello, repello. *Phraſ. Fugavit hoſtes*, er hat den Feind in die Flucht geſchlagen. Hoſtium fugam fecit; hoſtes in fugam vertit; hoſtibus fugam ac terrorem injecit, in fugam hoſtes conjecit, dedit, avertit; in fugam compulit; terrorem fugamque fecit hoſtium; in fugam hoſtes impulit; in fugam egit; fudit hoſtes, profligavit, in fugam dedit. *Uſus.* Armis, lapidibus & ferro fugare hoſtem. Fuſi fugatique hoſtes, die Feinde ſind geſchlagen und in die Flucht getrieben worden.

Fulcio, is, fulſi, fultum, ire. unterſtützen. *Syn.* Sustineo, ſuſtento. *Adv.* Undique *Uſus.* Rempublicam conſiliis; amicos litteris fulcire. Labentem & cadentem corruere non ſinit, fulcit, ſuſtinet re, fortuna, fide. Labefactam rempublicam, conſulum ruinas humeris fulcio. V. *Tueor*, *ſuſtineo*, *faveo*.

Fulcrum, i, n. eine Stütze. *Uſus.* Lecti fulcrum aureum.

Fulgeo, es, fulſi, ere. ſchimmern. *Syn.* Splendeo, fulguro. *Adv.* Late. *Uſus.* Si fulſerit, ſi tonuerit, ſi factum fuerit de cœlo. Jupiter tonans & fulgens. Tecta auro & ebore fulgentia.

Fulgor, oris, m. Schein, Glanz. *Syn.* Splendor. *Epi.* Eximius, micans, proſper & ſalutaris generi hominum, rutilus horribilisque, dexter. *Uſus.* Auri fulgore facile oculi perſtringuntur.

Fulgur, uris, n. Blitz, Wetterleuchten. *Syn.* Fulgor. *Uſus.* Fulgura interpretari.

Fulguralis, e. vom Blitze handelnd. *Uſus.* Hetruſcorum fulgurales libri.

Fulgurator, oris, m. Ausleger, Deuter der Blitze. *Syn.* Fulgurum interpres.

Fulguritus, a, um. * von Blitze getroffen. *Syn.* Fulmine, aut peſtifero ſidere icti.

Fulguro, as, avi, atum, are. blitzen. *Syn.* Corruſco. *Phraſ. Fulgurat*, es blitzt. Cœlum discedit; fulgura ab omni parte emicant. *Uſus.* Jove tonante & fulgurante.

Fuligo, inis, f. Ruß. *Syn.* Fumi nigra materies. *Uſus.* Fuligine os alicui ſublinere.

Fulix, icis, f. Taucherl, Waſſerhuhn. *Avis aquatilis.*

Fulmen, inis, n. Donnerſtrahl. *Syn.* Aëris ardor, fulgur. *Epi.* Igneum, ſiniſtrum, terribile, criſpiſulcans. *Phraſ.* 1. *Fulmine periit*, er iſt vom Donner erſchlagen worden. Fulmine ictus concidit; tactus de cœlo eſt; afflatus fulmine eſt, nubium conflictu expreſſus ardor hominem exanimavit; cœleſti igne exanima-

tus

tus est; de coelo percussus; ex coelo ictus est; ictu fulminis deflagravit. 2. *Fulmina aliquot ceciderunt*, es hat etlichemal eingeschlagen. Domos aliquot fulminibus tempestas deformavit; ædes aliquot de coelo tactæ sunt; fulmine ictæ, discussæ sunt; cœlesti igne deflagrarunt; fulmine ictæ conflagrarunt. *Usus.* Ictu fulminis deflagrare. Jupiter fulmen jacit, emittit; fulmine icit, percutit. Scipiones belli fulmina. Dolores & fortunæ fulmina contemnere.

Fulmino, as, avi atum, are. * donnern, einschlagen. *Syn.* Fulmen emitto, fulmine percutio, fulmine afflo.

Fulvus, a, um. dunkelroth. *Syn.* Aureus.

Fumo, as, avi, atum, are. rauchen. *Syn.* Fumum emitto, ardeo. *Usus.* Ita domus fumabat, ut multa ejus sermonis indicia redolerent.

Fumosus, a, um. rauchig. *Usus.* Fumosæ imagines.

Fumus, i, m. Rauch. R. a τύφομαι, *fumo*. *Usus.* Fumo aliquem excruciare. In illo granearum nidore & fumo. Fumus ingens velut quadam nube coelum absconderat, es war ein großer Rauch.

Funale, is, n. Fackel, Windlicht. *Syn.* Fax.

Functio, onis, f. Amt. *Syn.* Actio. *Epi.* Jucundior. *Usus.* Labor est functio quædam vel animi, vel corporis. Gravioris operis & muneris functio.

Funda, æ, f. Schleuder. *Usus.* Balearica funda.

Fundamentum, i, n. Grundfeste. *Syn.* Solum, sedes, gradus, aditus.)(*perfectio*. *Usus.* Tantum abes a perfectione magnorum operum, ut ne fundamenta quidem jeceris. [illegible] fundamenta firmissima pacis & [illegible], quibus nititur respublica. Fundamenta & robur quæstionis, defensionis, Aream occupare fundamentis.

Funditor, oris, m. Schleuderer. *Usus.* Expedita funditorum & sagittariorum manus.

Funditus, [illegible] *Syn.* Prorsus. *Usus.* [illegible] evertere, per[illegible] amicitiam, religionem. V. *Penitus*.

Fundo, as, avi, atum, are. gründen. *Syn.* Stabilio, constituo; fundamentum jacio, pono, ago. *Adv.* Accurate, vere, præclare. *Usus.* Magnis laboribus fundatum imperium, multa virtute stabilita libertas. Illud maxime vestrum fundavit imperium. Status reipublicæ fixus & fundatus. Fundatæ opes, atque optime constitutæ. *Fundare ordinem*, *Fundatorem esse*, einen Orden stiften, *vulg. Latine*: Condere familiam sacram; auctorem, parentem, conditorem esse sacri alicujus instituti. V. *Servo*, *conservo*.

Fundo, is, fudi, fusum, ere. gießen. *Syn.* Emitto, edo. *Adv.* Æqualiter, late, incondite, latius, latissime, numerose, volubiliter orationem. *Usus.* 1. Quæ te belluam, non hominem ex utero fudit? 2. *Profero*, *cano*, *enuntio*, vorbringen, singen, aussprechen. Fundere verba, versus, vocem. 3. *Gigno*, hervorbringen. Terra flores, fruges, baccas fundit. 4. *Dissipo*, *dispergo*, zerstreuen. Magnas hostium copias, exercitum fundere. 5. *Diffundo*, sich ausbreiten. Funditur malum latissime. Vitis funditur in omnes partes.

Fundus, i, m. Grund, Boden. R. a βόθυνος. *Syn.* Possessio, prædium. *Epi.* Antiquus, communis, extremus, fructuosissimus, incertus; maritimus, melior, ornatissimus, paternus avitusque, privatus, proximus, publicus, pulcherrimus, suburbanus, venalis. Fundi alieni, nobilissimi, privati, optimi, fructuosissimi. *Usus.* Fundos suos, aut res rusticas obire vel fructus causa, vel delectationis. His fere rebus fundi fructus, & cultura continetur. V. *Bona*.

Funebris, e. zur Leiche gehörig, traurig. *Syn.* Lugubris. *Usus.* Laudatio ad funebrem concionem. Epulum, vestimentum funebre. V. *Funus*.

Funero, as, avi, atum, are. begraben. *Syn.* Sepelio. *Usus.* Ictu arboris funeratus. V. *Sepelio*.

Funesto, as, avi, atum, are. verunreinigen. *Syn.* Quasi funere inquino, fœdo. *Usus.* Humanis hostiis

Digitized by Google

Deorum aras funeſtare. Curiam inflammari, incendi, funeſtari.

Funeſtus, a, um. **tödtlich, unglücklich.** *Syn.* Inquinatus, perniciosus. *Uſus* Peſtifer & funeſtus magiſtratus. Funeſta reipublicæ peſtis. Dies non funeſta.

Fungor, eris, functus ſum, fungi. **verwalten** *Syn.* Præſto, exerceo, facio, efficio, colo. *Uſus.* Fungar officio quo tu functus es in meo luctu. Munere, omni fortuna proſpere fungi V. *Facio.*

Fungus, i, m. **Erdſchwamm, Bälz.**

Funiculus, i, m. **ein kleines Seil.** *Uſus.* Funiculus e puppi religatus

Funis, is, m. **ein Strick.** *Uſus.* Convellere, religare, incidere funes.

Funus, eris, n. **Begräbniß.** R. a Φόνος. *Jon.* Φθῖνος, *cædes. Syn.* Exequiæ, ſupremæ diei celebritas, exequiæ funeris. *Epi.* Acerbiſſimum, amplum, aptum, familiare, funeſtum, juſtum & indictum, miſerum atque acerbum, paternum, perluctuoſum. Funera acerba, magna, ſumptuoſa & lamentabilia. *Phraſ.* 1. *Funus, ſi ſatis amplum faciendum curavi*, **ich habe ihn herrlich zur Erde beſtatten laſſen.** Funere ut honeſtiſſimo efferretur, curavi; juſta illi facta, perſoluta ſunt pompa maxima; parentatum eſt illi honeſtiſſime; ſupremo die quam ampliſſime ut efferretur, operam dedi. 2. *Funus comitati ſunt plurimi*, **die Leiche haben ſehr viele begleitet.** Exequias funeris proſecuti ſunt plurimi; exequias ejus plurimi cohoneſtarunt; funus ejus ducebant, deducebant plurimi; funeri ejus operam dedere plurimi; ſupremum mortuo honorem perſolvere; ad ejus funus curandum, efferendum, ad ejus exequias celebrandas; ad juſta ei ſolvenda, faciendа, peragenda convenere plurimi; in funus ejus venere plurimi, acceſſere; exequias funeris, pompam duxere ad tumulum proſecuti ſunt plurimi. V. *Effero, exequiæ, ſepelio. Uſus.* Funus curare, ducere, efferre; funus facere; funeri operam dare; in funus venire, accedere. Funere efferri. Funeris pompa privare, orbare, ſpoliare, **unbegraben hinwerfen.**

Fur, ris, m. **ein Dieb.** *R. a.* Dor. Φώρ, *a* Φέρω, *fero. Syn.* Homo furax. *Epi.* Nocturnus. *Phraſ. Fur eſt*, **er iſt ein Dieb.** Rapinis, furtis vivit; furari, rapere, compilare aliena ſolet; trium litterarum homo eſt, quem ſi ſemel ad capſas admiſeris, multis cuſtodibus opus ſit; cui non plus auri, quam monedulæ committas; qui omnium domos furaciſſime ſcrutetur. Nullum hujusmodi tota provincia eſt everriculum. *Uſus.* Fures earum rerum, quas ceperint, ſigna commutant.

Furaciter, **diebiſcher Weiſe.** *Uſus.* Domos ſcrutatur furaciſſime.

Furax, acis, *g. o.* **diebiſch.** *Syn.* Qui facile furatur; qui furtis faciendis animum applicat. V. *Fur.*

Furca æ, f. **Gabel, Galgen.** *Uſus.* Hunc ſub furca vinctum inter verbera & & cruciatus videre poteſtis? Furcam ferens.

Furcifer, ri, m. **ein Schelm.** *Syn.* Sceleſtus. *Uſus.* Id tu furcifer tibi ſumes?

Furens, tis, *g. o.* **wüthend, tobend.** *Syn.* Furibundus, maximo furore inflammatus, concitus, inſanus, veſanus, effrenatus, præceps, mente motus, violentus, qui mentis compos non eſt; cui mens e ſede ſua & ſtatione demota eſt; præcipite amentia homo, qui de poteſtate, de mente, de conſilio exiit. *Uſus.* Furentis & violenti impetus. Furens audacia, ſcelus anhelans. Furentem & exultantem comprimere. V. *Inſanus, mente motus.*

Furenter, **unſinnig.** *Syn.* Furioſe. *Uſus.* Furenter iraſci.

Furia, æ, f. **Plagteufel, Furie.** *Epi.* Teterrima, aſſiduæ domeſticæque. *Uſus.* Illa furia & peſtis patriæ. Furiæ ſpeculatrices, & vindices facinorum. Furiæ agitant & infeſtantur impios, non ardentibus tædis, ſed angore conſcientiæ, & fraudis cruciatu. V. *Conſcientia mala.*

Furialis e. **toll, raſend.** *Syn.* Furens. *Uſus.* Furialis illa vox.

Furibundus, a, um. **wüthig, raſend.** *Syn* Mens alicujus furibunda. Crudeles & furibundos impetus patronis retardavit. V. *Furioſus.*

Fu-

Digitized by Google

Furioſe, unſinnig. *Syn.* Furenter.

Furioſus, a, um. wütig, raſend. *Syn.* Furens, furibundus, veſanus, mente incitatus. *Phraſ. Homo furioſus*, ein raſender Menſch. Furore captus, repentino ictus furore; amens agitantibus furiis; cui furoris neſcio quid objectum; qui furiis agitatur, perterretur, vexatur, torquetur, rapitur, præceps fertur, incitatur. *Uſus.* Furioſa vis cupiditatis quo te rapuit? Mulier non jam morbo, ſed ſcelere furioſa. Fervidum, petulans, furioſum dictum. V. *Inſanus*, *furens*, *furo*.

Furo, is, ere. raſen, wüten, toben. *Syn.* Inſanio, bacchor, furore inflammor; abstrahor a ſenſu mentis; a me ipſo discedo. *Adv.* Acerrime. *Phraſ.* 1. *Quid ita furis?* was wüteſt und tobeſt du ſo ſehr? Quæ te tanta pravitas mentis tenet, quis furor? Homo amentiſſime, & in omnibus conſiliis præceps, & devie, quæ tibi res, quæ cauſa iſtam rabiem, nec enim audaciam appellare velim, accendit? Quis te furor, quæ mentis ad omnia cæcitas exagitat? Quo inflammato iſto furore præceps raperis? Quo effrenatus ac prope amens furore ruis? Cujus feræ rabies occupavit animum tuum? Nullumne furori & effrenatæ violentiæ modum impones? 2. *En! ut furit*, ſehet nur, wie er wüte und tobe. En! ut, velut lymphatus, aut Bacchi ſacris commotus, ardentibus oculis rabiem oſtendat! ut incitata & vecorde mente, ut inuſitata rabie in omnes invadat promiſcue! ut agitantibus furiis velut lymphatus & attonitus; ira in rabiem verſa, rabie accenſus, fanatico furore percitus, in rabiem efferatus omnia conturbat? En! ut acriter exardeſcit! ut furore ardet & ſcelere! ut eum agitant furiæ, neque conſiſtere uſquam patiuntur! En! ut nefario furore inſtinctus rapide omnia appetat, nec ruere demens, nec furere deſinat! En! ut in rabiem furoremque converſus, nec jam mentis potens diſcurrat improbus! V. *Furioſus*, *furor*. *Uſus.* Qui valetudinis vitio furunt, melancholici dicuntur. Luctu furere & dolore injuriæ.

Furor, oris, m. Raſerey. *Syn.* Inſania, rabies.)(*Sanitas*. *Epi.* Comes ſceleris & audaciæ, conſceleratus, conſularis, credibilis, divinus, effrenatus, exultans, incredibilis, inflammatus, infractus, libidinoſus, magnus, maximus, mirus, nefarius, notiſſimus, perniciosus, præceps, ſimilis, ſummus, tantus, totus, tribunitius, vetus, vinolentus. *Phraſ. Quia litem perdidit*, *furere cœpit*, weil er ſeinen Handel verlohren, iſt er ganz raſend geworden. Quia cauſa cecidit, ad inſaniam, dementiam, amentiam, furorem redactus eſt; mente captus eſt; mentem amiſit; mens eum defecit, deſtituit; incidit in inſaniæ morbum, in furorem prolapſus eſt; a mente, a ſeipſo diſceſſit; de poteſtate mentis exlit. V. *Furens*. *Uſus.* Furorem eſſe ajunt mentis ad omnia cæcitatem. Furore occæcari. Furor hominem invadit. Furorem improborum comprimere, ſedare, mitigare, ſtillen. Furor conſedit, remiſit, detonuit, conſenuit, ſich legen, aufhören.

Furor, aris, atus ſum, ari. ſtehlen. *Syn.* Furtum facio, compilo, expilo, ſurripio, averto, interverto, bonis alienis manus affero, aliena in rem meam converto, clam eripio. *Phraſ.* 1. *Niſi attenderis*, *furabitur*, wenn du nicht acht giebſt, wird er ſtehlen. Niſi attentus ad rem eris, furtum faciet; pecuniam avertet; domum compilabit; prædam faciet; quidlibet, nunc hoc, nunc illud ſubducet; furti ſe adſtringet; furti ſe alligabit; viſcatis manibus quidquid obvium fuerit, leget; manus ærario afferet; a rebus tuis manum haud abſtinebit; qui manus ſteriles ad te attulerit, gravidas foras reportabit; pecuniam fraude ſubtrahet. 2. *Ex illo libro multa furatus eſt*, er hat aus dieſem Buche ſehr vieles geſtohlen. Ab eo auctore multa furatus eſt, ex illo libro multa ſumpſit, quos non ille rivos ex aliorum fluminibus, ex illo fonte in ſuum agellum deduxit, duxit, derivavit? Hos ille ingenii partus in ſuam rem convertit. *Uſus.* Furatur aliquid, aut clam eripit, emiſſe ſe dicit.

Digitized by Google

dicit. Si ego tuum ante legissem, furatum me abs te esse diceres.

Furtim, heimlich, verstohlner Weise. *Syn.* Clam.)(*Palam* \ *libere.* *Usus.* Furtim facere aliquid.

Furtive, heimlich, diebisch. *Syn.* Furtim.

Furtivus, a, um. heimlich. *Syn.* Occultus. *Usus.* Furtivum iter facere.

Furtum, i, n. Diebstahl. *Syn.* Compilatio, rei alienæ fraudulenta tractatio. *Epi.* Apertum, improbissimum, impudens, impudentissimum, manifestum, maximum. Furta minora, magis occulta, illustriora, mira, multo plura & majora, notissima, sordidissima, tanta, tam aperta. *Usus.* Furtum facere. Furti le alligare; furti damnari. V. *Furor.*

Furunculus, i, m. kleiner Dieb. *Usus.* Olim furunculus, nunc vero etiam rapax.

Fuscina, æ, f. Gabel. *Syn.* Tridens.

Fuscus, a, um. braun. *Usus.* Purpura plebeja, & pene fusca.

Fuse, weitläuftig. *Syn.* Diffuse, disperse.)(*articulate, distincte.* *Usus.* Fuse lateque disputare & dicere.

Fusio, onis, f. Guß. *Epi.* Universa, *Usus.* Fusiones autem deorum.

Fustis, is, m. ein Prügel. *Phras.* *Fustibus vapulavit*, er ist geprügelt worden. Fuste male mulctatus, male acceptus, percussus est; impactus non levi manu ac repetitis ictibus illi fustis est; fustis vim pondusque sustinere, ferre. patì cogebatur; fustuario male acceptus, multatus est; fustibus male contusus est ac dedolatus; onustus fustibus pene exanimis concidit. *Usus.* Fustem alicui impingere; fustibus implere caput; fuste aliquem coercere.

Fustuarium, ii, n. das Prügeln. *Syn.* Fustium castigatio, verberatio. *Usus.* Fustuarium meritus.

Fusus, a, um. gegossen. *Syn.* Dispersus. *Usus.* Genus sermonis fusum ac profluens. Aer fusus & extenuatus.

Futilis, e. liederlich, eitel. *Syn.* Vanus, levis.)(*gravis.* *Usus.* Quis non odit vanos, sutiles, sordidos, leves? Futilis lætitia. V. *Vanus*, *levis*, *ineptus.*

Futilitas, atis, f. Leichtsinnigkeit. *Syn.* Vanitas. *Usus.* Hæc sunt plena futilitatis & summæ levitatis. V. *Vanus*, *levis*, *inepta.*

Futurus, a, um. künftig. *Syn.* Consequens, posterior, reliquus, impendens, eventurus, venturus. *Phras.* *Quid futurum sit*, *nemo scit*, was ins künftige geschehen wird, weiß niemand. Futura quis divinet? Reliqui temporis eventus in incerto est; consequentis, posterioris temporis ratio incerta est; quid dies ferat, plane latet; quid vesper ferat, incertum est. *Usus.* Prospicere, providere, quod futurum sit.

G.

Galea, f. Helm. *Syn.* Capitis armatura. *Epi.* Ænea. *Usus.* Loricæ galeæque æneæ. Alii galeas bucculasque tergere.

Galeatus, a, um. gehelmet. *Usus.* Minerva galeata.

Gallina, æ, f. eine Henne, Huhn. *Usus.* Anatum ova gallinis supponimus.

Gallinaceus, a, um. von Hühnern. *Usus.* Galli gallinacei.

Gallinarius, ii, m. Hühnerwärter. *Syn.* Qui gallinas curat.

Gallus, i, m. ein Hahn. *Epi.* Gallinaceus *Usus.* 1. Galli victi flere solent, canere victores. Te gallorum, illum buccinarum cantus excitat. 2. *Oriundus e Gallia*, ein Franzos. Galli robore, Pœni calliditate, Græci artibus valent.

Gapeæ, arum, f. ein Sauf- und Hurenhaus. *Syn.* Loca libidini & bellationibus apta, lustra. *Usus.* Ganearum fumus & nidor.

Ganeo, onis, m. Hurenwirth. *Syn.* Heluo. *Epi.* Facinorosissimus, egentissimus, cincinnatus. *Usus.* Quis ganeo, quis nepos. V. *Nepos.*

Gan-

Digitized by Google

Gannio, is, ivi, & ii, ire. bellen, wie ein Fuchs. *Usus.* Quid ille gannit, quem vult?

Garrio. is, ivi, itum, ire. schwätzen. R. a γηρύω. *Syn.* Loquor sine delectu, garrulus, loquax sum. *Phras.* 1. *Libenter garrit*, er schwätzt gern. Homo loquax est & odiosus; garrit, quidquid in buccam venit; totis diebus tinnit; linguæ immodicæ est & garrulus; futili & importuna loquacitate omnibus obstrepit; linguam gerit impense liberam & expeditam. 2. *Inepte garrit*, er redet, was ihm ins Maul kömmt. Quidquid in buccam venit, deblaterat, effutit; garrit, quo neque pes, neque caput compareat; rimarum plenus est, hac, illac perfluit. V. *Loquor. Usus.* Garrimus, quidquid in buccam venerit.

Garrulus, a, um. geschwätzig. *Syn.* Loquax. *Usus.* Garrulus, ventosæ & immodicæ loquacitatis. V. *Garrio.*

Gaudeo, es, gavisus sum, ere. sich erfreuen. *Syn.* Lætor, exulto, triumpho; lætitia, gaudio exulto; gaudio triumpho; lætitia afficior. *Phras.* 1. *De prospero rerum tuarum successu immortaliter gaudeo*, über den glücklichen Fortgang deiner Sachen habe ich eine recht herzliche Freude. Lætitia exulto; gaudio efferor & exsilio. Res tuæ secundæ mihi summæ jucunditati sunt; capio ex illis voluptatem non mediocrem; res tuas eo esse loco cum intueor, summa lætitia perfundor; omnibus lætitiis incedo; nimio gaudio pene desipio. Vix capio eam voluptatem, quæ ex rerum tuarum prospero successu enata mihi est. Ex florentissimo rerum tuarum statu lætitiam capio, voluptatem haurio incredibilem. Res tuas tam florentes cum aspicio, cumulor gaudio ingenti; lætitia efferor & triumpho. 2. *Mire gavisus sum*, ich habe mich über die massen erfreuet. Tanta lætitia auctus sum, pene ut non constarem mihi; incredibili gaudio sum elatus; manus sustuli ego & amici, tuumque gaudium gaudebamus. Etsi turpis est effusio animi, & lætitia exultans; gestiens, immoderata, comprimere tamen vim gaudii non potui; vix præ gaudio mei compos fui; superfundenti se lætitiæ non temperavi; lacrimæ mihi gaudio manarunt; tanta mihi lætitia oborta est, ut in vultum erumperet; ut voce manibusque lætitiam animi significarem. V. *Lætus, lætor, jucundus, gaudium.*

Gaudium, ii, n. Freude. *Syn.* Lætitia, voluptas. *Epi.* Commune, exile, falsum, incredibile, insatiabile, maximum, nimium, summum. Gaudia perpetua, plena, vera. *Phras. Novus is honor magnum mihi gaudium attulit*, diese neue Würde hat mir eine große Freude gebracht. Ingenti me gaudio complevit, implevit; lætitia me extulit; animum gaudio explevit; in lætitiam insolitam me conjecit; delibutum gaudio me reddidit; lætitiam incredibilem mihi objecit; voluptate liquidissima me perfudit; lætitiam mihi præbuit; liberalissima me voluptate cumulavit; suavissimæ mihi voluptati fuit. V. *Delecto. Usus.* Gaudio affici, compleri, perfundi, cumulari, sich erfreuen. Gaudio efferri, exsilire, exultare, triumphare, sich unmäßig freuen. Gaudium erupit. Infausto nuntio publica gaudia contaminare. V. *Lætitia.*

Gaza. æ, f. Schatz, Reichthum. *Vox Persica. Syn.* Ærarium, pecunia, thesaurus, regiæ opes, bona fortunæque. *Epi.* Maxima, regia, Gazæ pacatissimæ atque opulentissimæ. *Usus.* Ab auro gazaque regia manus abstinuit. Omnium locupletum fortunæ; omnium provinciarum fructus; omnium regum bona, vectigalia, divitiæ, Persicam gazam non adæquant. V. *Divitiæ, copia.*

Gelide, kalt. *Usus.* Res omnes gelide timideque ministrare.

Gelidus, a, um. eißkalt. *Syn.* Frigidus. *Usus.* Gelidæ fontium perennitates.

Gelu. u, n. Eiß. *Syn.* Glacies. *Usus.* Hiems rura gelu claudit. Perpetuo gelu locus riget. V. *Frigus, hiems.*

Geminatio, onis, f. Verdoppelung. *Figura*, seu *Exornatio verborum.*

Gemino, as, avi, atum, are verdoppeln. *Syn.* Duplico.

Digitized by Google

Geminus, a, um. zwenfach. *Syn.* Similis. *Uſus.* 1. Par eſt avaritia, ſimilis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. 2. *Duplex*, zwey. Vos geminæ voragines reipublicæ. Gemini fratres, Zwillinge.

Gemitus, us, m. das Seufzen. *Syn.* Suſpirium, vox dolore expreſſa. *Epi.* Lamentabilis, imbecillus, adjectus, flebilis, liber, magnus, maximus, tantus. Gemitus acerbi, miſeri. *Uſus.* Tota urbe gemitus factus & fletus; lamentatio, ejulatio toto foro.

Gemma, æ. f. Edelgeſtein. *Syn.* Lapillus pretioſus. *Epi.* Prægrandis, gemmæ clariſſimæ, duriſſimæ, fulgentes, magnæ; multæ, plurimæ. *Phraſ. Veſtis ornata gemmis*, ein mit koſtbaren Steinen beſetztes Kleid. Veſtis diſtincta gemmis; fulgentibus gemmis illuminata; quam internitentes gemmæ diſtinguunt; veſtis incluſis auro gemmis ornata. *Uſus.* 1. Poculum ex auro gemmis diſtinctum clariſſimis. 2. *Oculus in ſtirpibus*, Rebaug, Knoſpe. Gemma in viribus ineunte vere.

Gemmo, as, avi, atum, are. ausſchlagen, Knoſpen bekommen. *Uſus.* Gemmare vites ruſtici dicunt, ſitire agros, lætas eſſe ſegetes, luxuriem eſſe in herbis.

Gemo, is, ui, itum, ere. ſeufzen *Syn.* Gemitum facio, ingemo, ingemiſco.)(*lator. Phraſ. Turpe eſt viro forti gemere*, es ſtehet nicht wohl auf einen Mann über ſein Elend ſeufzen. Malis ſuis ingemere; ejulatus, complorationes, voces indecoras edere; miſerum ſe & infelicem lamentari, appellare. Turpe eſt miſeros, crebros edere gemitus; lamentis & ſuſpiriis ſe conficere. V. *Lugeo*, *luctus*. *Uſus.* Gemere tuam fortunam non deſinam & lugere.

Genæ, arum, f. Wangen. *Syn.* Malæ. *Epi.* Exſangues, ſubjectæ, leviterque eminentes, piloſæ. *Uſus.* Piloſæ genæ. Muliebres lacerationes genarum.

Genealogi, orum, m. Geſchlechtbeſchreiber. *Syn.* Qui de originibus ſcribunt. Huc pertinet. 1. *Arbor genealogica*, Stammbaum. Gentis in ſtirpes & capita deſcriptio, tributio. Cognationum ſingularum ab uno ſtipite, ducta deſignatio. Cognationis univerſæ in ſingula familiæ capita facta partitio. 2. *Genealogiam facere*, Stammregiſter machen. Generis ſeriem deſcribere, explicare; generis ſeriem a capite arceſſere ac perſequi. Generis ſtirpes & capita a primo ſtipite deducere, recenſere, percenſere. Ab ultimis majoribus generis gradus ſingulos ducere, deducere, evolvere, explicare.

Gener, eri, m. Tochtermann. *Syn.* Maritus filiæ.

Generalis, e. allgemein. *Syn* Communis, univerſus, confuſus, late manans, ad multa pertinens, late patens. *Phraſ.* 1) *Generaliſſimus*, *vulg.* der oberſte Feldherr, *Exercitus imperator ſummus.* Cui ſumma belli adminiſtrandi permiſſa eſt; penes quem in gerendo bello ſumma imperii eſt; bello gerendo cum ſumma poteſtate præfectus. Princeps ducum militarium; dux delectus ad bellum gerendum; cui ſumma imperii bellici delata, mandata eſt; ad quem ſumma imperii bellici redit, translata eſt. 2) *Generalis Mareſcallus*, *vulg.* Feldmarſchall. Supremus eſtrorum præfectus. 3) *Generalis armorum præfectus*, Feldzeugmeiſter. Rei tormentariæ cum imperio præfectus. 4) *Generalis vigiliarum magiſter*, *vulg.* Feldwachtmeiſter. Supremus vigiliarum præfectus; vigiliis cum ſumma poteſtate præfectus; aciei ſtructor. 5) *Generalis Auditor*, *vulg.* Generalauditeur, Feldſchultheiß. Prætor, judex cauſarum militarium ſupremus. 6) *Generalatus*, *vulg.* das Generalat. Imperium armorum. Imperii ſumma bellique adminiſtrandi; *aut*: Præfectura ſuprema legionis. 7) *Generalitas*, *vulg.* die Generalität. Delecti ordinum militarium præfecti. Ordinum militarium duces, principes. 8) *Generalis ordinis*, *vulg.* ein Ordensgeneral. Summus religioſæ familiæ præfectus, moderator. Religioſæ familiæ ſummo cum imperio præfectus. Penes quem religioſi imperii ſumma eſt. *Uſus.* Generale quoddam decorum eſt, quod in omni honeſtate verſatur.

Gene-

Digitized by Google

Generaliter, insgemein. *Syn.* Communiter, una comprehensione. *Usus* Generaliter aliquid definire, *vulg. Universaliter.*

Generatim, überhaupt. *Syn.* Generaliter, universe. *Usus.* Non nominatim, sed generatim instituta proscriptio. Quid singillatim potius, quam generatim loquar? sed generatim quæritur, an?

Generator, oris, m. Erzeuger. *Syn.* Genitor.

Genero, as, avi, atum, are. zeugen, gebähren. R. *a* γείνω, *quod de* maribus *solum dicitur*; *abusive* de feminis. *Syn.* Gigno, creo, procreo. *Usus.* Hominem generavit & ornavit DEus. An mundus nullo sit generatus ortu. Unde fit generatus, ortus, concretus. Liberos generare; procreare, gignere.

Generosus, a, um. edel, tapfer, großmüthig. *Syn* Qui altiore animo est; magnanimus, præstans, magnificus, clarus. *Phras. Qui generosa stirpe natus est, is magis bonis artibus ac virtuti studere debet.* der vom Adel ist, soll mehr nach Tugend und Wissenschaft streben. Quicunque loco honesto natus, ei major, quam cæteris colendi præclara studia necessitas imponitur. Quicunque claro, non obscuro, summo loco natus est; quicunque claris parentibus natus est; qui ex nobili familia, clara stirpe ortus est; qui præcipuæ inter cives conditionis est; qui egregia, nobili, illustri domo natus est, majori, quam quivis alius, urgetur virtutis exercendæ necessitate. Ad honestissimos quoque, ad honoratos, primarios in primis pertinent bonarum artium ac virtutis studia. Quem familiæ nobilitas, natalium splendor commendat, eum ad liberalium doctrinarum studia, ad studium summæ laudis, ad omnem laudem & decus eo studiosius incumbere; ad excellentem omnium rerum cupiditatem eo vehementius incitari oportet. Habet hoc nobilitas, familiæ splendor, ut vitæ laudabiliter & cum virtute traducendæ, non modo occasionem, verum etiam causam; neque causam tantum, sed etiam necessitatem afferat. V. *Nobilis. Usus.* Civili & generosa stirpe profectus. Forma magnifica & generosa. Generosus equus umbra quoque virgæ regitur, ignavus ne calcari quidem concitatur. V. *Animus magnus, expositus, fortis.*

Genialis e der Wollust ergeben. *Syn.* Voluptuarius, nuptialis. *Usus.* Lectus genialis.

Geniculatus, a, um. voller Knoten. *Syn.* Geniculis distinctus. *Usus.* Culmus geniculatus.

Genitalis, e. zum Gebähren, dienlich. *Syn.* Gentilitius.

Genitor, oris, m. Vater, Urheber. *Syn.* Generator. *Epi.* Optimus & præstantissimus. *Usus.* Imitari genitorem & effectorem suum.

Genitrix, icis, f. Mutter. *Syn.* Mater, procreatrix.

Genius, ii, m. angebohrne Neigung. *Usus.* Curare genium, indulgere genio, sich wohl seyn lassen. Defraudare genium, seinem Maul abbrechen.

Gens, tis, f. ein Volk. *Syn.* Natio. *Epi.* Acuta & controversa, barbara aut immanis, fallacissima, vera, fortis, humana, docta, mansueta, fera, sæva: Gentes antiquæ, multitudine innumerabiles, locis infinitæ, omni copiarum genere abundantes, bellicosæ, efforatæ, extremæ atque ultimæ, armatæ, finitimæ, immanissimæ, inimicæ, infidæ, incognitæ, integræ, integerrimæ, pacatissimæ, majores, maximæ, minores, multæ, plurimæ, tantæ, ultimæ, universæ. *Usus.* 1. Gentes, immanitate barbaræ, multitudine innumerabiles, locis infinitæ. Cæteræ nationes & gentes. Propior est ejusdem gentis, nationis, linguæ. Ubi gentium sumus? 2. *Genus, familia,* Geschlecht, Stamm. Gens Valeria, Cornelia. Majorum, *vel* minorum gentium Patritii. Dii minorum gentium.

Gentilis, e. von einerley Geschlecht oder Herkunft. *Usus.* Gentiles sunt, qui inter se eodem sunt nomine ab ingenuis oriundi. Homines Deorum quasi gentiles sunt. Degere in gentilium & agnatorum potestate.

Gentilitas, tis, f. Geschlecht, Landsmannschaft. *Syn.* Gentilium jus, conditio, ratio, habitudo, nexus. *Usus.*

Digitized by Google

Uſus. De toto gentilitatis jure diſputandum fuit.

Gentilitius, a, um. **das zu einem Stamme gehöret.** *Syn.* Genti & generi communis. *Uſus.* Gentilitia ſacra.

Genu, u, n **Knie.** *Syn.* Nodus, in quo femora deſinunt, cujus pars poſterior poples. *Epi.* Dextrum, flexum, inflexum, ſiniſtrum. *Phraſ.* 1. *Ad genua advolvi*, einem zu Füſſen fallen. Se ad pedes alicujus projicere; ad pedes accidere; genibus alicujus advolvi; ad genua alicujus jacere, volutari, ad pedes alterius ſe provolvere, proſternere, abjicere; ad alicujus pedes procumbere; ad genua ſe ſubmittere. 2. *Genua flectere*, die Knie biegen. In genua ſubſidere, procumbere; genua ponere, ſubmittere; in genua provolvi. V. *Flecto. Uſus.* A genibus ſupplicem repellere. Genu flexo, poſitis in terra genibus, mit gebogenen Knien. Genu innixus.

Genuinus, a, um. **eigentlich.** *Syn.* Proprius. *Uſus.* Dentes genuini dicti.

Genus, eris, n. **Art, Geſchlecht.** *Syn.* Familia, ſtirps. *Phraſ.* 1. *Utriquæ illuſtre genus eſt*, ſie ſind beyde von gutem Adel. Ambo ſummo loco nati, proſapia ſunt illuſtri; genere inter ſuos clariſſimo orti; ad illuſtriſſimos majores genus ſuum & originem referunt; familiam ſuam a prima ſtirpe ad hanc ætatem ordine enumerare poſſunt; ambo ſunt vetuſtæ proſapiæ & multarum imaginum; ſummo, honoratiſſimoque genere nati; claritudine generis præcellunt; claritate natalium ſunt inſigni. V. *Nobilis, generoſus.* 2. *Genere humili & obſcuro natus eſt*, er iſt von geringem Herkommen. Ipſe ſui generis eſt initium; videtur ex ſe natus; eſt unus de multis; terræ filius. V. *Ignobilis. Uſus.* 1. Genus eſt notio ad plures differentias pertinens. Genus humanum. 2. *Ratio, modus, diſcrimen, res, ordo*, Weiſe, Unterſchied, Ordnung. Tuum conſilium de toto genere belli. Prudentia tua in omni genere ſingularis. Varia furandi genera. In omni genere & varietate artium excellere. 3. *Familia, ſtirps*, Geſchlecht, Stamm. Genus ab aliquo ducere, ementiri. Nobili genere ortus, natus.

Geographia, æ, f. **Erdbeſchreibung.**

Geometra, *vel* Geometres, æ, m. **Erdmeſſer.** *Uſus.* Geometræ, Muſici, Grammatici.

Geometria, æ, f. **Erdmeßkunſt.** *Uſus.* In Geometria lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines. Geometriam diſcere, tractare, in ſummo honore habere.

Geometricus, a, um. **feldmeſſeriſch.** *Uſus.* Geometricum quid explicare.

Germane, **brüderlich.** *Syn.* Fraterne.

Germanitas, tis, f. **Brüderſchaft.** *Syn.* Communio ſanguinis, *vulg. Fraternitas. Uſus.* Moveat te horum pietas, moveat germanitas.

Germanus, a, um. **eines Stammes.** *Syn.* Ex eadem ſtirpe & genere orti præſertim fratres & ſorores. *Uſus.* 1. Hic cum mutilum neſcio quid locutus eſt, germanum ſe Thucydidem arbitrabatur. Frater germanus, ſoror germana. 2. *Verus, ſincerus*, aufrichtig, wahrhaft. Num hoc germanum eſſet? Vetores illi & germani Latini. Veræ & germanæ juſtitiæ effigies. 3. *Similis*, ähnlich. Homo Stoicis germaniſſimus.

Germen, inis, n. **Sproſſe, Stamm.** *Uſus.* Alieno ex ſanguine germen.

Gero, is, geſſi, geſtum, ere. **tragen.** *Syn.* Facio, adminiſtro, ſervo. *Adv.* Abſtinenter ſe, acerbe bellum, apte, auſpicato, bene negotium, conſtanter ſe, excellentius, felicius, feliciſſime, fortiter, fortuito, graviter conſulatum, honeſte, juſte bellum, libenter negotium, libere ſe, magnificentiſſime conſulatum, male negotium, maliciofius rem mandatam, modeſte, ſe negligentius, omnino nihil jure. Optime rempublicam, otioſe negotium ſuum, palam rem, perdite ſe, pie bellum, præclare negotium, privatim, publice, ſanctiſſime ſe, ſevere conſulatum, ſubmiſſius ſe, teterrime ſe in provincia, truculentius ſe, turpiſſime ſe, tuto magiſtratum, valde bene, valde honeſte. Geri bene, obſcure quid, pulcherrime. *Phraſ.* 1. *Bene ſe gerit*, er hält ſich wohl. Eximia ejus in rebus gerendis opera

exi-

Digitized by Google

exiſtit. Ejus labor in reipublicæ negotiis caſte integreque verſatur. Egregia ejus in tota vitæ ratione virtus enitet; excellenter, ſanctiſſime & prudenter ſe gerit. In rebus tractandis præcipua eſt ejus gloria, virtus eximia; operam dat, nequis civium virtute præſtet. Exemplo ac ſpectaculo eſt omnibus. In eo munere ita ſe tractat, ut venire in contentionem cum laudatiſſimis poſſit. 2. *Male ſe gerit*, er verhält ſich übel. Turpiſſime, flagitioſiſſime ſe gerit; res libidine gerit, non ratione; admodum degeneravit; veteres ſuas laudes imminuit; nihil fortiter, nihil moderate gerit; ejus opera non ſat caſte in eo munere verſatur; multa ſuperbe, multa libidinoſe facit. 3. *Munus ſuum bene gerit*, er verrichtet ſein Amt recht gut und wohl. Munus ſuum, provinciam cum laude ſuſtinet; partes officii omnes egregie tuetur, colit; muneri ſuo ſatisfacit; nihil in eo officii ad exequendum munus ſuum deſideres, expectes; nihil in muneris functione curæ aut diligentiæ prætermittit; muneris ſui partes non languide aut indiligenter præſtat. 4. *Pro rege ſe gerit*, er nimmt königliches Anſehen an. Partes ſibi regis ſumit; perſonam regis in republica tuetur. *Uſus.* 1. Susceptum negotium pro tua fide & diligentia ex voluntate Cæſaris gerito. Bene ſapienterque rempublicam gerere. Inimicitias, bellum, perſonam, rem alicujus gerere. Ingenium muliebre, animum laude dignum gerere. 2. *Vivo, me exhibeo*, cum vocibus: *me, te*, ſich verhalten. Turpiſſime, male; prudenter ſe gerere. Gerere ſe pro cive, ſich aufführen, als wie ein Bürger. 3. *Morem gerere, obtemperare*, gehorſamen.

Geſtio, is, ivi, & ii, ire. frohlocken. *Syn.* Geſtu corporis deſiderium rei oſtendo, prægeſtio; ſtudio, lætitia efferor; tanta lætitia affectus ſum, ut mihi vix conſtem.)(*Mœreo, afflictus ſum. Adv.* Temere. *Phraſ. Nimia voluptate geſtio*, ich weis vor Freuden nicht, was ich thue. Exulto gaudio; onuſtum lætitiâ pectus apporto; vix apud me ſum, ita gaudio animus colliqueſcit; gaudio pene deſipio. V. *Gaudeo. Uſus.* Geſtio ſcire omnia. Lætitia geſtire.

Geſtio, onis, f. Verrichtung. *Syn.* Actio, tractatio. *Uſus.* Geſtio negotii.

Geſto, as, avi, atum, are. tragen. *Syn.* Fero, porto, ſuſtineo. *Uſus.* Male ſuſtinenti arma ſcutum quoque, quod geſtarat, excidit.

Geſtus, us, m. Gebärde. *Syn.* Actio, motus corporis. *Epi.* Imminens, ſcenicus, venuſtus. *Uſus.* Geſtum agere; géſtu decenti moveri; geſtum elegantem habere. In geſtu nimium eſſe. Nimio geſtu uti. Hiſtrionum aliqui geſtus ineptiis non vacant.

Gigas, antis, m. ein Rieſe. *Uſus.* Gigantum more pugnare cum Diis. V. *Magnus.*

Gigno, is, genui, genitum, ere. zeugen, verurſachen. R. *a.* γίγνομαι. *Syn.* Genero, creo, procreo, ſuscipio: *Transl.* Pario. *Adv.* Aliunde. *Uſus.* Ad majora quædam nos natura genuit. Inde pax extraneis gignetur. Liberos genuit, ſuſtulit.

Glacies, ei, f. Eis. *Epi.* Liqueſacta, dilapſa. *Phraſ.* 1. *Glacies fit*, es friert Eis. Aquæ gelu durantur, conſtringuntur; aquilonibus durefcit humor. Aquæ gelu clauduntur, adſtringuntur. Aqua nivibus & pruina concreſcit. 2. *Per glaciem ingredi*, auf dem Eiſe daher gehen. Per nudam glaciem fluentemque labem liqueſcentis nivis ingredi. 3. Lubrico veſtigio per glaciem decurrere, ſeſe agere, ſe invehere, auf dem Eiſe ſchleifen. Per glaciem labi; fluente veſtigio ferri, deferri; glaciem fluente veſtigio decurrere, emetiri. 4. *In glacie prolabi*, auf dem Eiſe fallen. Labi, prolabi in lubrico: fallente veſtigio cadere; fallente pede prolabi. 5. *In glacie pedem figere non poſſum*, ich kann auf dem Eiſe keinen Fuß ſicher ſetzen. Gradienti planta nusquam conſiſtit, conſtat; fugiente, fluxo, inſtabili greſſu inceditur; pedes inſiſtere nusquam poſſunt; via lubrica pedes fluunt. *Uſus.* Glacies calore liqueſacta & dilapſa, diffunditur. Glacies tepefacta tabeſcit. Indurata glacies. V. *Hiems, frigus, gelu.*

Gla-

Digitized by Google

Gladiator, oris, m. Fechter. *Syn.* Laniſta, mirmillo. *Epi.* Amens, bonus, rudis buſtuarius, certiſſimus, confectus, faucius, crudeliſſimus, dictatorius, furioſus, importuniſſimus, mediocris, neſarius, nequiſſimus, nobilis, ſceleratus, ſceleratiſſimus, timidus, vetus, vetulus. Gladiatores nobiles, nobiliſſimi, theatrales. *Uſus.* Ex mirmillone dux, e gladiatore imperator, plurimarum palmarum vetus & nobilis gladiator.

Gladiatorius, a, um. fechterifch *Uſus.* Certamen gladiatorium. Gladiatoria corporis firmitas.

Gladius, ii, m. Schwert, Degen. *Syn.* Sica, pugio, enſis. *Epi.* Cruentus, fulgens, plumbeus, reconditus in vagina, ſtrictus, vacuus vagina. *Phraſ.* 1. *Gladium evaginare*, das Schwert ausziehen. Gladium nudare, ſtringere, diſtringere. e vagina educere; gladium educere. 2. *Gladium in vaginam recondere*, den Degen einſtecken Vaginæ reddere; gladium condere. *Uſus.* Gladio plumbeo jugulare aliquem, *levi, futilique argumento oppugnare*, mit ſchlechten Beweisthümern wider einen aufſtehen. Suo gladio ſe jugulat, er ſchlägt ſich ſelbſt. *Suo dicto ſe capiendum praebet.* Gladiis rem gerere, die Sache mit dem Degen ausmachen. In gladium incumbere, ſich ſelbſt erſtechen. Gladio confici, erſtochen werden.

Glandifer, a, um. Eicheln tragend. *Uſus.* Glandifera quercus.

Glans, dis, f. eine Eichel. *Syn.* Nux e quercu. *Uſus.* Sues glande paſcuntur.

Glarea, æ, f. grober Sand. *Syn.* Arena, *vel* lapides minutiſſimi cum arena.

Gleba, æ, f. Erdenkloß. *Uſus.* Injecta gleba tumulis.

Gliſco, is, ere. wachſen, zunehmen. *Syn.* Creſco. *Uſus.* Ad juvenilem libidinem copia voluptatum gliſcit, ut ignis, oleo.

Globoſus, a, um. rund, kuglicht. *Syn.* Rotundus. *Uſus.* Stellæ globoſæ. Globoſus mundus.

Globus, i, m. Kugel. *Epi.* Cœleſtis, eminens, extimus, habitabilis, cultus, medius. *Uſus.* Terræ globus, ſtellarum globi.

Glomero, as, avi, atum, are. über einander wickeln. *Uſus.* Glomerare clades. Venæ inter ſe glomerantur.

Gloria, æ, f. Lob, Ehre. *Syn* Claritas, ſplendor, lux, amplitudo.)(*Turpitudo, probrum. Epi.* Abjecta, admirabilis facti, æterna, non æterna, ſed ne diuturna quidem aliena, ampliſſima, antiqua, antiquior, bellica, pura, comes mortis, comes rectæ factorum, communis cum aliquo, continuata, divina, dulcior, dulcis, eximia atque immortalis, falſa, fixa, frequens de aliquo, illuſtris & pervagata, illuſtrior, immenſa, intemperans, non inſolita adoleſcentibus, juſta, merita, magna, major, maxima, militaris, minor, muliebris, navalis, neceſſaria, ſalutaris alicui, nota, nova, par, paterna, avita, popularis, præſtantior omni patrimonio, virtutis præſtantiſſima, priſtina, propria ingenii, ſempiterna, ſingularis, ſolida veraque, ſtabilis, ſumma, perfecta, tanta bonorum, ſibi neceſſaria, ſalutaris, gravis, ſolida; veriſſima, univerſa. *Phraſ.* 1. *Gloriæ appetens eſt admodum*, er ſtrebt gar ſehr nach Lob und Ehre. Fertur ille vir gloria; flagrat, volitat, ardet cupiditate laudis; ſummus ardor mentis ad gloriam eum rapit; in concupiſcenda gloria modum non novit; gloriæ ſtimulis æſtu ingenti agitur. Mirum in modum dulcedine gloriæ tangitur, capitur, excitatur. 2. *Gloriam etiam inanem cupide quæſierit*, er trachtet auch ſogar nach eitler Ehre. Inanem etiam venatur, aucupatur gloriam; popularis auræ captator eſt; umbras etiam falſæ gloriæ conſectatur; adumbratam etiam gloriæ imaginem conſectatur; laborem nullum refugit, ut aliquod falſæ choragium gloriæ comparet. 3. *Quam ſis gloriæ cupidus, non ignoro*, ich weiß es wohl, wie ehrgeitig du ſeyſt Omnes tues ad laudem impetus novi Quam ſis ad laudem propenſus, inclinatus; quanti ſit apud te laus; quantum labores de laude; quam vehementer in laudem incumbas; quam laudi ſervias, ſtudeas; quo ſtudio laudem ſequaris; quæ tua ſit laudis

Digitized by Google

dis cupiditas, præclare novi, habeo cognitum. 4. *A puero gloriæ cupidus eras*, du warest von Jugend auf ehrgeitig. Jam inde a pueritia gloriæ ſtudio atque amore flagrabas; inflammatus ad gloriam a puero fuiſti. Spectaſti gloriam ante omnes res a primis annis; ab ineunte ætate erat tibi gloria omnium rerum antiquiſſima, tibi gloria in animo erat; tibi gloria in oculis erat; in amoribus erat; in deſideriis erat. A puero laudis cupiditate, ſtudio gloriæ ferebare; gloria ducebaris; laudis ſtudio trahebaris, ad gloriam ferebaris; laudis amore tenebaris, capiebaris; ex laude pendebas, æſtu gloriæ percitus eras; gloriæ ſtimulis agitabaris. 5. *Ex laboribus tuis gloriam immortalem conſequeris*, du wirſt durch deine Thaten ein unſterbliches Lob erhalten. Quos nunc ſuscipis labores, ii te apud poſteros æterna gloria donabunt, afficient, illuſtrabunt, ornabunt, decorabunt; tuum nomen immortalitati commendabunt; ab hominum oblivione, & interitu vindicabunt; tui nominis famam in omnes temporum ætates diſſipabunt; tuum nomen poſteritati tradent omnium ſermonibus & ſcriptis exornandum, extollendum, celebrandum, honeſtandum, tuendum. Editis tot immortalibus operibus id conſecutus es, ne dies tui nominis famam delere poſſit, ut omnis de te poſteritas loquatur, ut tuas laudes litteræ ac monumenta loquantur; nullæ ut litteræ de tuis laudibus conticeſcant; nulla erit tam ſurda poſteritas, nulla tam ingrata fama, quæ non in cœlum ſuſceptos labores tuos debitis laudibus ferat. 6. *Nihil aliud, quam divinam gloriam intendo*, ich habe kein anders Abſehen, als die Ehre GOttes. Ad DEI gloriam omnia refero; divinam unice gloriam in omnibus ſpecto; nihil ago, quod non ſit cum divina gloria conjunctum. Prima mihi, præcipua, antiquiſſima eſt divinæ gloriæ propagandæ cura. Meorum conſiliorum, actionum mearum finis eſt major DEI gloria. Omnibus in rebus divinus mihi honor propoſitus eſt. Ante omnia mihi divinus honor eſt; ſummo apud me loco divinus honor eſt; is primum apud me locum obtinet; actionum mearum norma quædam, & regula eſt; ſemper eſt ante oculos. Huc mentem intendo; huc animum refero; huc ſpecto; ad hunc finem conſilia, cogitationes, mentis aciem intendo. V. *Fama. Uſus.* Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude; illuſtris & pervagata multorum & magnorum in ſuos, patriam, humanum genus fama meritorum; conſentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellente virtute, cujus gradibus videntur homines in cœlum aſcendere. Ex omnibus virtutibus præmiis ampliſſimum eſt gloria. 1. *Gloriam appetere*, nach Ehre trachten. Quærere, aucupari, venari, captare, conſectari; gloriæ ſervire; ad gloriam virtutis via graſſari. 2. *Gloriam acquirere*, Ehre erlangen. Parere ſibi ampliſſimam gloriam, capere, conſequi, adipiſci; in gloriam venire, gloriam ſibi comparare. 3. *Gloriam augere*, die Ehre vermehren. Alere, multiplicare, duplicare, amplificare. 4. *Gloriam minuere*, die Ehre vermindern. Imminuere, infringere. 5. *A gloriæ ſtudio aliquem revocare*, refrenare, einen von der Ehrſucht abhalten. 6. Gloriam abjicere, die Ehre fahren laſſen. 7. *Gloria florere*, circumfluere, in Ehre ſtehen. 8. Gloriam in ſe transmovere, die Ehre ſich zuſchreiben, zueignen. V. *Fama, honor, laus, amplitudo, exiſtimatio, arrogans, ambitioſus, ſuperbus.*

Gloriatio, onis, f. das Rühmen. *Uſus.* Gloriatione digna eſt beata vita.

Gloriola, æ, f. kleiner Ruhm. *Uſus.* Etiam hiſce cum gloriolæ inſignibus ornemus.

Glorior, aris, atus ſum, ari. ſich rühmen. *Syn.* Prædico, gloria me & prædicatione effero. *Adv.* Honeſte, bene, inſolenter, intoleratiſſime de divitiis, quodammodo, recte. *Phraſ. De ſua nobilitate valde gloriatur*, er rühmet ſich ſehr ſeines adelichen Herkommens. De majoribus ſe jactat inſolentius; venditat genus ſuum; ſublatius de ſe, deque natalium ſplendore aſciſcendæ laudis cauſa prædicat, dicit, lo-

Digitized by Google

loquitur, est in hoc homine summa venditatio generis atque ostentatio. Martem ipsum sui generis conditorem fert immodicus sui æstimator, præ se ignobiles omnes & plebejos prædicat; laudat venditatque genus suum homo inepte gloriosus; jactatio generis ac venditatio confessa in hoc homine vitia sunt. V. *Jacto*, *ostentatio*. *Usus*. De divitiis, de rebus gestis insolenter gloriaris.

Gloriose, rühmlich. *Syn*. Magnifice, elate. *Usus*. De seipso gloriosius prædicare.

Gloriosus, a, um. ruhmredig. *Syn*. Ostentator: clarus, amplissimi nominis. *Phras*. *Gloriosum id ducebat*, er hielt sichs für eine Ehre. In gloria id ponebat; amplum, & ad memoriam insigne id putabat; pulcherrimum id sibi forte ratus; decus id suum arbitratus est. *Usus*. 1. Militem gloriosum imitaris. 2. *Praeclarus*, *qui in maxima gloria est*, & *gratia*, glorwürdig. Mihi exilium ad reipublicæ rationes gloriosum fuit. Facta illustria & gloriosa. Magnifica & gloriosa ostentatio civitatis. V. *Clarus*, *Gloria*, *Ostentator*, *Fama*.

Glutinator, oris, m. Leimer. *Usus*. Librorum glutinatores, Buchbinder.

Gnarus, a, um. erfahren. R. a γνώριμος. *Syn*. Peritus, sciens. *Usus*. Gnarus reipublicæ Gnarus malorum impendentium. Gnari, prudentes locorum. V *Peritus*.

Gnatus, i, m. Sohn. *Syn*. Filius.

Gnaviter, fleißig. *Syn*. Diligenter. *Usus*. Gnaviter pugnare, agere.

Gnavus, a, um. fleißig *Syn*. Strenuus, celer. V. *Diligens*.

Grabatus, i, m. Faulbett. *Syn*. Lectulus.

Gracilis, e. mager, schlank. *Syn*. Tenuis corpore, macilentus. *Usus*. Virgo gracilis.

Gracilitas, tis, f. Ranigkeit. *Syn*. Corporis habitudo tenuior, subtilitas. ✕ *Grassitudo*. *Epi*. Summa. *Usus*. Est in illo summa gracilitas & infirmitas corporis.

Gradatim, stuffenweise. *Syn*. Gradibus, per gradus. *Usus*. Ab humilibus ad superiora, ad honores gradatim ascendere. Minutim & gradatim interrogare.

Gradatio, onis, f. das Aufsteigen. *Figura Rhetorica*.

Gradior, eris, gressus sum, gradi. gehen. Ambulo, eo, ingredior. ✕ *Serpo*. *Usus*. Fidenti animo gradi ad mortem. V. *Eo*.

Gradus, us, m. Staffel, Stuffe. *Syn*. *Transl*. Locus, dignitas, momentum, progressus, ordo, aditus. *Epi*. Altus dignitatis, altior, altissimus amplissimusque dignitatis, facilis, inferior, facilior, infimus, plenus, primus, senatorius, stabilis, non expers dignitatis. Gradus beati, male hærentes, multi, novi, pares honorum, dispares gloriæ, plures, reliqui. *Phras*. 1. *Ad eum*, *quem volebas*, *gradum evectus fuisti*, du bist so hoch gestiegen, als du verlangt hast. Ad eum, quem volebas, gradum ascendisti, evolasti, pervenisti, pervasisti, elatus fuisti; eum gradum, ad quem aspirabas, attigisti, adeptus, assecutus es; in eo, ad quem tendebas, gradu positus, locatus, collocatus es; gradum eum obtines, quem optabas. *Usus*. 1. Sunt certi gradus officiorum, ut prima caritas Diis, secunda parentibus, tertia patriæ debeatur. 2. Assequi gradum altissimum civitatis, die höchste Ehrenstaffel erhalten. Consequi, ascendere, obtinere, pervenire ad summum honoris gradum; poni, locari, collocari in altissimo gradu. 3. De gradu dejici, dimoveri, von seiner Ehrenstelle abgesetzt werden. V. *Promoveo*.

Græce, griechisch. *Usus*. M. Cicero senex dicebat, ut quisque optime græce sciret, ita esse nequissimum.

Græcia, æ, f. Griechenland. *Epi*. Magna, princeps eloquentiæ, vera, integra, vetus. *Usus*. Interdum verborum inops Græcia.

Græculus, a, um. etwas griechisch. *Usus*. Græculus assentator; græculi contentionis cupidiores, quam veritatis. Quid mihi tanquam græculo otioso & loquaci quæstionem ponis?

Græcus, a, um. griechisch. *Epi*. Græci leves, immanes atque barbari; sacrilegi, & jam pridem improbi. *Usus*. Homo levitate Græcus, crudelitate barbarus. Eruditissima Græcorum natio. Græcæ litteræ.

La-

Digitized by Google

Latina lingua tam copiosa est, quam Græca. Libri Græco sermone confecti.

Gramen, inis, n. Gras. *Syn.* Herba.

Gramineus, a, um. grasig. *Usus.* Etiamne gramineas hastas?

Grammatica, æ, f. Sprachkunst. *Syn.* Grammaticorum institutio.

Grammaticus, a, um. zur Sprachkunst gehörig. *Usus.* Ars Grammatica.

Grammaticus, i, m. Sprachlehrer *Usus.* Grammatici est Poëtarum tractatio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus.

Granarium, ii, n. Kornhaus. *Usus.* Adstringere & laxare granaria.

Grandævus, a, um. uralt. *Usus.* Grandis ævi, provectioris ætatis. V. *Senex.*

Grandesco, is, ere. groß werden. *Syn.* Cresco. V. *Cresco.*

Grandiloquus, a, um. großsprecherisch. *Syn.* In oratione grandis, gravis, plenus, copiosus, amplus. *Usus.* Nam & grandiloqui fuerunt ampla sententiarum gravitate. & majestate verborum V. *Thraso.*

Grandis, e, groß, wichtig. *Syn.* Magnus, ingens, immanis. *Usus.* Jam grandis puer. Grandis & tragicus orator. Perspicuum & grande vitium. Ætate provectus, non tamen grandis natu.

Granditas, tis, f. die Größe. *Usus.* Id apparet ex genere & granditate verborum.

Grando, inis, f. Hagel, Schlossen. R. *a granis*: pluvia congelata in granorum forma decidens. *Epi.* Minuta, subita, præcipitans. *Phras.* *Grando cecidit*, es sind Schlossen gefallen. Concreta in nubibus aqua, magnam vim nivosæ grandinis dejecit; grandinem venti glomeratam in terras egerunt; procella cœli fragore ingenti effusa est; imber grandinem incutiens torrentis modo effusus est. Excussa e nubibus grandinis procella. *Usus.* Grando mista imbri cadit.

Granum, i, n. Korn. *Usus.* Tritici grana.

Graphice, meisterlich, zierlich. *Syn.* Eleganter, scite. *Usus.* Graphice ornatus, graphice facetus.

Grassator, oris, m. Straßenräuber. *Syn.* Latro. V. *Latro.*

Grassor, aris, atus sum, ari. schwärmen. *Syn.* Sævio. *Usus.* Grassari in possessionem agri publici. Jure grassari, non vi. Grassari ad gloriam virtutis via.

Grate, dankbarlich. *Syn.* Animo grato. *Usus.* Quid pie, quid grate, quid humaniter ab illo factum unquam?

Grates, um, f. Danksagung. *Syn.* Gratiæ. *Usus.* Grates tibi ago. V. *Gratia.*

Gratia, æ, f. Dank, Gunst, Gnade, *Syn.* Grates, favor popularis, beneficium. *Epi.* Æquabilis, bona, excellens, fidelissima, illustris, non invidiosa, justa & debita, magna, major, mala, maxima, merita Diis immortalibus, muliebris, mutua, nimia, par, permagna, popularis, præclara, præsens, reconciliata, subita, summa, tanta, vetus, equestris. Gratiæ bonæ, multæ, excellentes, immortales, incredibiles, justissimæ, magnæ, majores, maximæ, meritæ, miræ, mirificæ, plurimæ, reliquæ, singulares. *Phras.* 1. *Gratias tibi ago*, ich sage dir Dank. Si non parem tuis meritis, at pro nostro tamen studio meritam debitamque gratiam refero, reddo, habeo, persolvo, tribuo; etsi tanta, quantam debeo, referri gratia non potest; habeo tamen, quantam maximam capere animus meus potest; pro tuo isto in me studio gratiam & habeo, & habiturus sum immortalem; gratias tibi ago maximas, quandoquidem pares referre non possum. 2. *Gratiam alicujus quærere*, eines Gunst suchen. Gratiam alicujus aucupari; locum gratiæ quærere apud aliquem; gratiam sibi conciliare; benevolentiam alicujus captare; in gratiam & amicitiam sese insinuare; inire gratiam ab aliquo velle; admitti in gratiam alicujus cupere. 3. *Est in gratia apud illum*, er steht bey ihm in Gnaden. Principem apud illum gratiæ locum tenet, obtinet; amplissimam sibi apud illum collegit, peperit gratiam; magna apud illum positus est in gratia; floret principis sui gratia; excellit, magnam iniit apud illum, ab illo gratiam. V. *Favor.* 4. *Non tua, sed aliorum culpa excidisti e populi*

Wagner.

Digitized by Google

gratia, du haſt aus fremder Schuld die Gunſt des Volks verlohren. Non tua, ſed aliorum culpa, vitio, injuria ſtudium populi amiſiſti; populi gratiam & benevolentiam perdidiſti; e ſtudio & benevolentia excidiſti; aliena culpa factum eſt, non tua, ut populus non amplius tibi faveat, ſuffragetur; ut populus nec tam bene in te animatus ſit, nec tam tui honoris ſtudioſus; ut, qua florebas hominum gratia, eam amitteres; ut ea gratia hominum, qua fruebaris antea, prorſus excideres; ut amitteres hominum ſtudia; ut ex animis atque favore hominum excideres; ut gratioſus apud populum minime ſis; ut carus populo non amplius ſis; ut nullum populi ſtudium teneas; nullam ut populi gratiam obtineas; ut populum tui ſtudioſum, bene in te animatum, tibi amicum non habeas; ut favente, benigno, tibi æquo, amico populo non utaris; ut ex amore populi efluxeris; ut perierit, quod habebas gratiæ. Studium populi, gratiam populi non tua, ſed aliorum culpa exſtinxit, perdidit, afflixit; non tua, ſed aliorum culpa veterem gratiam exulceravit; benevolentiam populi non tua, ſed aliorum culpa delevit, tibi eripuit, abſtulit, ademit. Non tuum aliquod factum gratiam apud populum exſtinxit, effudit, ſed aliorum invidentia. 5. *In gratiam cum adverſario redii*, ich bin mit meinem Widerſacher wieder gut Freund geworden. Ego & adverſarius meus voluntates rurſum copulavimus; reconciliata inter nos ex inimicitiis gratia eſt; ſimultatem humaniſſime depoſuimus; placatæ inter nos ſunt iræ diſcordiæque noſtræ; oblivione præteritorum diſcordias finivimus; ad amicitiam conſuetudinemque priſtinam nos traduximus. Gravi odio & ſimultate, qua diu conflictati ſumus, depoſita, complexi ſumus inter nos; conjunctisque jam voluntatibus amiciſſime vivimus. V. *Reconcilio.* *Uſus.* 1. Gratia, in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, alterius remunerandi voluntas continetur. Maximam tibi gratiam debeo. Maximam tibi gratiam habere & agere debeo. Gratiam memori mente perſolvere, gratiæ aliquid apponere, für eine Gnade halten. Gratiam repetere, eine Dankbarkeit fodern. 2. *Favor, amicitia, amor*, Gunſt, Freundſchaft, Liebe. Gratiam alicujus ſequi, aucupari, aſſequi, conſequi. Aliquem in magna gratia apud alterum ponere. Gratiam inire ab aliquo, cum aliquo, apud aliquem. Aliquo facto veterem gratiam exulcerare; effundere collectam gratiam, die Gunſt und Gnade verlieren. In gratiam redire. In gratiam admittere, recipere aliquem. Aliquem in gratiam reducere, reſtituere; gratiam componere inter aliquos & reconciliare. 3. *Auctoritas, plauſus, favor popularis*, Anſehen, Gunſt bey dem gemeinen Manne. Gratiam aucupari, quærere; gratiam colligere, acquirere, conſequi; gratia florere. Gratiam debilitare, exſtinguere. 4. *Cauſa, wegen.* Prolis, quæſtus, oblectationis gratia aliquid facere.

Gratificatio, onis, f. Dienſtfertigkeit. *Syn.* Gratia, beneficium. *Inſuria. Epi.* Imprudens. *Uſus.* Gratificationem & benevolentiam ponere. V. *Favor.*

Gratificor, aris, atus ſum, ari. willfahren. *Syn.* Beneficium, gratiam facio. *Adv.* Honeſto. *Phraſ.* 1. *Gratificare mihi in ea re*, thu mir dieſes zu Gefallen. Obſequere voluntati meæ; ſtudiis noſtris ſervias velim; da hoc mihi, da amicitiæ noſtræ; non eſt, cur non velificeris nobis; obſequere amico; in juſtam hanc meam cupiditatem incumbe, quæſo; da hoc generi, da nomini noſtro; pro tuo in me officio, pro meo in te ſtudio, largire hoc voluntati meæ. 2. *Volo tibi amicisque tuis gratificari*, ich will dir und deinen Freunden gern willfahren. Volo non ſolum tua, verum etiam tuorum amicorum cauſa veſtris commodis ſervire; cupio, ſtudeo agere, quod tibi amicisque tuis gratum ſit; quod tibi, tuisque gratum ac jucundum accidat; quod tibi tuisque placeat, lætitiam ac voluptatem afferat; inire gratiam officiis meis non a te modo, verum etiam ab amicis tuis velim. Opto rem gratam tibi

tuis-

Digitized by Google

turbique facere. Opto aliquid præstare, navare tua tuorumque causa. Ad id unum mea studia converto ut aliquid efficiam, ex quo tu & amici tui voluptatem capiant. Servire non solum tibi, sed etiam amicis tuis cupio. Servire voluptati & commodo non solum tuo, verum etiam amicorum tuorum volo; tuam amicorumque tuorum gratiam officiis meis quærere studeo. V. *Faveo. Usus.* Gratificari cuiquam aliquid; quod ei obsit. Cur tibi de ea re non gratificer, nescio.

Gratiosus, a, um. **angenehm.** *Syn.* Qui gratia multum potest apud alios. *Phras.* 1. *Illi gratiosi nunc solum sunt, qui opibus valent*, **itzt sind nur die Reichen beliebt.** Qui magis ab opibus firmi, parati sunt; qui magis instructi sunt copiis, illi gratia excellunt; gratia florent; gratiam ineunt apud populum; in eos sua studia liberalius homines conferunt; iis favent, suffragantur, student, præsto sunt. V. *Gratia.* 2. *Assentatores gratiosi sunt apud illum*, **die Schmeichler gelten viel bey ihm.** Qui ad voluntatem ejus loquuntur, hi gratia valent, possuntque plurimum; hi summos quosque gratia adæquant apud illum; hi pollent plurimum, hi largiter possunt apud illum; horum nomen apud illum est in gratia; in his omnia apud illum sunt ad gratiam. *Usus.* Homo potens, gratiosus, differtus. Homines in civitatibus suis apud omnes ordines gratiosi V. *Carus, acceptus.*

Gratis, **umsonst.** *Syn.* Gratuito, sine mercede, sine præmio, pecunia. *Phras.* *Gratis omnibus servit*, **er [illegible] umsonst.** Sine ullo mu[illegible] operam præstat omnibus; [illegible] officia minime sunt [illegible] gratuita est ejus comitas, non præmiorum mercedibus evocata; gratis, non pretio officiosus est; gratuito servit; non exigit gratiam, nec beneficium fenerator. *Usus.* Habitare gratis in alieno. Gratis mihi res constat.

Gratuito, **ohne Entgeld.** *Syn.* Gratis.

Gratuitus, a, um. **freywillig.** *Syn.* Sine præmio & mercede.)(*Mercenarius, conductus. Usus.* Innata **est homini probitas gratuita**, non præmiorum mercedibus evocata; liberalitas gratuita, non mercenaria.

Gratulatio, onis, f. **Glückwünschung.** *Syn.* Communis gaudii demonstratio, lætitia publica.)(*Lamentatio. Epi.* Celeberrima, exigua, exoptatissima, jucunda, maxima, multa civium, nova, præpostera, probatissima, recens, sera, summa. Gratulationes gratæ, maximæ, innumerabiles, tantæ. *Usus.* 1. Nos in hominum cœtibus gratiis agendis & gratulationibus habendis & omni sermone celebramur. Maxima illi gratulatio facta est. Diana summa civium lætitia & gratulatione reducta. 2. *Supplicatio ad fana*, **ein Freudenfest in den Tempeln.** Decernere, facere alicui servatæ reipublicæ gratulationem.

Gratulator, oris, m. **Glückwünscher.** *Usus.* Sæpe gratulator lætior est, quam is, cui gratulatur.

Gratulor, aris, atus sum, ari. **glückwünschen.** *Syn.* Congratulor, gratulationem facio, gratulatione utor. *Adv.* Publice, serius, tardius, valde, vehementer, vere, verecunde, nimis. *Phras.* *Summa Ciceroni reditum omnes gratulabantur*, **dem Cicero hatten alle wegen seiner Zurückkunft Glück gewünschet.** Ejus ad urbem accessus incredibili hominum multitudine & gratulatione florebat; ominibus optimis eundem omnes prosequebantur; Cicero non sine magnis gratulantium clamoribus Romam repetit; Ciceronem Romani ovantes ac gratulantes accepere; festis vocibus exsepere. Non fere quisquam fuit, qui non complecteretur, exoscularetur, laudibus ejus reditum cumularet; Ciceroni in urbem reduci auditi omnes uno ore omnia bona dicere & laudare fortunam reipublicæ, quæ talem virum recepisset. *Usus.* Quod mihi de filia gratularis, agnosco humanitatem tuam. Gratulor reipublicæ recuperatam libertatem, & gaudeo. Alacres & læti inter se gratulantur.

Gratus, a, um, **dankbar, angenehm.** R. *ex χαρις.* *Syn.* Officii memor, non ingratus, qui meritam alicui gratiam memori mente persolvit, qui beneficii accepti meminit. *Item*: acceptus, jucundus,

Digitized by Google

carus. *Phras.* 1. *Gratum te esse decet erga patronum*, es gezienet sich, daß du dich gegen deinen Gutthäter dankbar erweisest. Memorem te animum præstare decet; decet, ut spectata tua sit in referenda gratia pietas; ut perpetua tibi sit referendæ gratiæ voluntas; ut viro optime de te merito referas, quod debes; ut meritam gratiam memori mente persolvas; ut gratus in te sit animus, & beneficii memor; ut grati animi fidelis memoria plurimum apud te valeat; ut parem & cumulatissimam gratiam referas patrono tuo. 2. *Tuis beneficiis semper gratum me exhibebo*, ich werde mich allezeit für die mir erwiesenen Gutthaten dankbar bezeigen. Tua in me beneficia nunquam obliviscar; tua erga me merita, magnitudinem tuorum erga me meritorum semper meminero; memoria tenebo; perpetua memoria tuebor, custodiam, conservabo. Nulla dies, nulla temporis vetustas, non casus ullus, non fortuna magnitudinem tuorum erga me meritorum imminuet; ex animo delebit, tollet, auferet; oblivione delebit, obruet, obscurabit, exstinguet. Vigebit in me tuorum beneficiorum æterna, perpetua, nunquam interitura memoria. Nunquam apud me tuum beneficium intermoriturum existima. Tuam in me singularem benignitatem, tuam in me incredibilem liberalitatem semper in animo, semper in oculis habebo; perire apud me, evanescere non patiar. Hærebunt mihi in animo, mente, memoria tua beneficia. Fixa permanebunt, impressa in animo ac mente extabunt tua beneficia. Vitæ par & æqualis erit recordatio meritorum tuorum. Dies nonnisi ille, qui vitam mihi adimet, tuorum officiorum memoriam terminabit; finis mihi ac terminus & vitæ & memoriæ benignitatis in me tuæ idem erit, futurus idem est. Semper memoria tenebo; tuebor mente atque animo; nunquam obliviscar, nunquam apud me delebit oblivio beneficia, officia, merita erga me tua; memorem me tibi, quæcunque se occasio dederit, obtulerit, probabo. Gratum me tibi memoremque præstabo; præstabo tibi eam, quam debeo, memoriam meritorum tuorum. Gratum me nullo non loco, nullo non tempore memorem, nunquam non gratiæ referendæ memorem & studiosum senties, experieris, cognosces. Grati animi laudem in me non requires, non desiderabis. Non committam, ut ingratum me appellare possis; ut in illo officio, quod bene merentibus debetur, jure me, ac merito quisquam reprehendat. Enitar, ut in ingrati animi vitium, crimen non incidam; ne quis mihi turpem ingrati animi notam possit inurere; nequis mihi ingrati animi culpam objicere possit. Enitar, ut ab ingrati animi vitio, crimine, culpa, turpi infamia longissime sejungar, discedam, absim; ut ea culpa vacem, vacuus sim, caream; ejus culpæ sim expers, quam committunt, qui nullam referendæ gratiæ curam suscipiunt; qui de referenda gratia minimum laborant; enitar, &, ut spero, consequar, ut de me optime esse meritum lætaris, ut officia erga me tua voluptati ac lætitiæ tibi sint; ut ex tuis in me officiis voluptatem capias; ut officiorum tuorum fructum feras, percipias, colligas; ut gratiæ tuæ gratiam a me feras; ut parem tibi referam gratiam; ut par pari referam; ut officia tua omnibus officiis æquem, compensem, remunerer. Quam amanter me tractaveris, quam benigne mihi feceris, quam studiose in omni re me commendaveris, quam humaniter ac benefice, quibus officiis amicitiam nostram coleueris, prosecutus sis, quibus me rebus auxeris, ornaveris, honestaveris, ipse mihi atque etiam aliis commemorabo; ita diu recordabor, ut vita me prius defectura sit, quam tuorum in me beneficiorum recordatio. Beneficia tua, dum vivam, grata memoria prosequar; quoad vixero, dabo operam diligenter, id agam omni studio, id curabo, contendam; in eam curam, in id studium incumbam; id mihi propositum erit in omni vita; eo spectabit animus, eo curæ cogitationesque meæ referentur; eo consilia mea

Digitized by Google

mea referentur, dirigentur, ut me gratum tibi esse sentias. 3. *Gratum me non verbis modo, sed rebus ipsis experiere*, du wirst es erfahren, daß ich mich nicht allein mit Worten, sondern auch in der That werde dankbar erzeigen. Feneratum hoc beneficium tibi pulchre dices; efficiam, ut ad te non sine fenore redeat id beneficium; pro isto tuo in me officio omnia vicissim a me officia expecta; in omni vitæ meæ cursu nihil mihi prius, nihil antiquius erit, quam ut officia tua paribus a me officiis compensentur; commoda vicissim tua meis quantiscunque occupationibus anteponam; meus animus vicissim erga te is erit, quem tu jure postulaveris; qui tibi ex me debentur fructus, eos uberrimos capies, colliges, metes, feres; paribus officiis tuis in me meritis cumulate satisfaciam, quibuscunque officiis potero, tuam erga me humanitatem exæquabo. V. *Compenso*. 4. *Non possum tibi satis gratus esse pro beneficiis tuis*, ich kann dir für deine Wohlthaten nicht genug dankbar seyn. Quibus verbis tibi gratias agam, non reperio. Qui respondebo tuæ tam liberali in me voluntati? Utinam tua in me merita referenda gratia consequi aliquo modo possim! Vellem, officium istud officiis meis exæquare liceret, sed quis tandem est, qui non intelligat, tuis me muneribus in omne consequentis ævi spatium teneri obstrictum? Arctiore me tibi vinculo obstrinxisti, quam ut exsolvere beneficiorum tuorum partem ullam possim; vivendum mihi, ac moriendum erit ingrato. Studium tibi quidem meum vel agnoscendo, vel prædicando beneficio [illegible] declarabo, sed eo me [illegible] plus tibi debere sentio, quam ut solvendo unquam esse possim. Mea quidem in te omnia vel studii, vel observantiæ officia constabunt integra, sed tuorum in me [illegible] partem in referendo [illegible] nullam assequar. Incredibile tuum in me studium studio [illegible] solam sempiterno, sed [illegible] meritorum tanta est [illegible], exæquari ut nulla grati animi significatione possit.

Usus. 1. Bene de me meritis gratum me præbeo reipsa atque animo gratissimum. Nomen alicujus & beneficia grata memoria prosequi. Erga salutis suæ auctores gratus. Gratus est, qui in referenda gratia non commodum, sed eum ipsum, cui refert gratiam, cernit. 2. *Acceptus*, *jucundus*, *optatus*, angenehm. Officium tuum, judicium, mihi pergratum fuit. Rebus grata, gratiora verbis facere. Officium mire gratum. V. *Jucundus*, *carus*.

Gravate, ungern. *Syn*. Difficulter, ægre.)(*benigne*, *comiter*. *Usus*. Benigne, non gravate.

Gravedinosus, a, um. schnuppicht. *Syn*. Ad gravedinem proclivis. *Usus*. Gravedinosos quosdam dicimus, quosdam herniosos, non quia jam sint, sed quia sæpe sint.

Gravedo, inis, f. Schnuppe, Hauptfluß. *Syn*. Destillatio capitis nares claudens, vocem obtundens, siccam tussim movens. *Epi*. Molesta. *Usus*. Gravedine tentari, laborare. Gravedini subvenire, occurrere, obsistere. Gravedinem removere, abigere, repellere.

Graviditas, tis, f. Schwangerschaft. *Usus*. Graviditates & partus affert luna a sole illuminata.

Gravido, as, avi, atum, are. schwängern. *Syn*. Gravidam facio. *Usus*. Terra seminibus gravidata.

Gravidus, a, um. schwanger, voll. *Syn*. Prægnans, fetus, plenus. *Phras*. *Gravida est*, sie ist schwanger. Fert uterum; gestat uterum; fert ventrem, partum. *Usus*. Ubera gravida vitali rore.

Gravis, e. schwer. *Syn*. Ponderosus.)(*levis*. *Usus*. 1. Gravia omnia suo pondere in terram feruntur. 2. *Arduus*, *difficilis*, *molestus*, hart, schwer. Vereor, ne tibi gravis sim. Eum ne graviore quidem verbulo compellavi, ich habe ihm kein schlimmes Wort gegeben. Tempus reipublicæ, anni gravissimum. 3. *Magnæ auctoritatis*, *ponderis*, *dignitatis*, ansehnlich, wichtig. Vir prudens & auctoritate gravis. Nomen vestrum mihi grave & sanctum est. 4. *Severus*, ernsthaft. Gravis sine arrogantia. Cato omnium gravissimus & severissimus.

Digitized by Google

5. *Depressus*, tief. Vox gravis.)(*acuta.*

Gravitas, tis, f. die Schwere, Ernsthaftigkeit. *Syn.* Pondus; auctoritas.)(*levitas. Epi.* Acrior verborum, admirabilis, ampla sententiarum, censoria; digna expectatione, divina orationis, plena antiquitatis, incredibilis & inaudita, major, naturalis ac necessaria, paterna, perpetua orationis, singularis ac pene divina, summa, tanta, vetus judiciorum. *Phras. Cato vir erat maximæ gravitatis.* Cato war ein sehr ansehnlicher und ernsthafter Mann. Vir erat divina quadam gravitate, morum majestate incredibili; nihil unquam nisi severissime & gravissime fecit. Erat in illo gravitas condita comitate; in ejus non sententia solum, sed nutu residebat auctoritas; erat in eo viro summa auctoritas & amplitudo; Cato prisci moris vir, & sanctus, in quo nihil solutum, leve, inconsideratum. Catoni incredibilem natura tribuit gravitatem; Cato admirabili vitæ gravitate præstabat; in Catonis vultu inerat prisca severitas, in verbis fides. V. *Auctoritas. Usus.* 1. In omnibus rebus adhibere, tenere, servare, tueri gravitatem. 2. Cœli gravitas tanta est, quantam vix sustinebo, *vulg. Non est bonus aër*, es ist keine gute Luft.

Graviter, beschwerlich, hart. *Syn.* Ægre, molestè. *Usus.* 1. Graviter aliquid ferre, accipere. Graviter queri, ægrotare. 2. *Severe*, ernsthaft. Graviter narrare, dicere, se gerere.

Gravor, aris, atus sum, ari, sich beschwert finden. *Syn.* Gravate aliquid facio, grave mihi duco, pigror. *Usus.* Non gravabor dicere, quod sentio. Non sum tam inhumanus, ut eo gravet, quod vobis expedit.

Gregalis, e. zur Heerde gehörig. *Syn.* Sodalis ex eodem grege. *Usus.* Gregales Catilinæ & consiliarii.

Gregarius, a, um. gemein. *Syn.* Collectitius, vulgaris. *Usus.* Gregarii milites.

Gregatim, haufenweise. *Syn.* Per greges. *Usus.* Gregatim in supplicium rapti cives.

Gremium, ii, n. die Schooß. *Synon.* Sinus, complexus. *Usus.* E sinu gremioque patriæ abstractus Cicero. Filius in gremio matris educatus.

Gressus, us, m. Gang, Schritt. *Syn.* Incessus, ingressus.

Grex, gis, m. Schaar, Heerde. R. a ἀγείρω, *congrego. Syn.* Congregatio, cœtus, turba. *Epi.* Impurissimus prædonum, medius, totus, vetus. Greges flagitiosi hominum, magni amicorum, mercenarii, fordidissimi. *Usus.* Greges armentorum, equorum, amicorum, Philosophorum. Unus e grege. In grege patronorum annumerer?

Grunitus, us, m. das Grunzen der Schweine. *Syn.* Vox porcorum.

Grus, uis, f. Kranich. *Usus.* Grues in tergo prævolantium capita reponunt.

Gubernaculum, i, m. Steuerruder. *Syn.* Clavus. *Transl.* Administratio, procuratio, gubernatio. *Usus.* 1. Reipublicæ, imperii gubernacula prendere, tractare; ad gubernacula admoveri, sedere. 2. A gubernaculis aliquem repellere, dejicere. Recedere a reipublicæ gubernaculis.

Gubernatio, onis, f. Beherrschung. *Syn.* Administratio, procuratio. *Epi.* Facilis, magna. *Usus.* Cupiditas consilii gubernatione regitur. Gubernationi præficitur. A gubernatione removere quempiam. V. *Potestas, administratio.*

Gubernator, oris, m. Regierer, Vorsteher. *Syn.* Rector. *Epi.* Bonus, scientissimus. *Phras. Est gubernator provinciæ*, er ist Landpfleger über diese Provinz. Provinciæ præest; provinciæ procurationem gerit; ad provinciæ clavum, gubernaculum sedet; provinciæ procuratio, administratio penes illum est; provinciam obtinet cum imperio. V. *Guberno, præsum. Usus.* Custos & gubernator reipublicæ. Probo navigio, gubernatore perito, summa tranquillitate navigare.

Gubernatrix, icis, f. Regentinn. *Epi.* Præclara. *Usus.* Eloquentia gubernatrix civitatum.

Guberno, as, avi, atum, are. regieren. R. a κυβερνάω, *navim*

Digitized by Google

rego. Syn. Adminiſtro, procuro, rego, gero, moderor, clavum teneo, gubernaculum teneo, ad clavum, ad gubernacula ſedeo.)(*Everto. Adv.* Bene, directius, pulchertime. *Proſ.* 1. *Ad gubernandam rempublicam admotus eſt*, **er hat die Regierung des gemeinen Weſens auf ſich nehmen müßen.** Ad gubernacula reipublicæ admotus eſt, reipublicæ gubernacula prendere, tractare juſſus eſt; delata ad illum rerum ſumma eſt; ejus fidei, poteſtati reipublicæ procuratio commiſſa, commendata, demandata eſt; ad lucem reipublicæ evocatus eſt; præeſſe reipublicæ cum imperio, cum poteſtate juſſus eſt; ad capeſſendam rempublicam evocatus eſt; reipublicæ operam dare; reipublicæ gubernaculis manum admovere; rempublicam attingere, ſuscipere; ad rempublicam accedere, ſe conferre juſſus eſt. 2. *Rempublicam optime gubernavit*, **er hat das gemeine Weſen ſtattlich verwaltet.** Rempublicam cum laude geſſit; præclare rexit; vigilanter ac ſapienter adminiſtravit; magna virtute & innocentiæ fama reipublicæ præfuit; in adminiſtratione reipublicæ virtus enituit; in gerenda provincia laudes eorum æquavit, quorum nomina vivunt, vigentque rerum geſtarum fama in animis hominum; quorum memoria viget multis teſtata expreſſaque recte factorum monumentis; quorum memoriam æternitas alit ac intuetur. V. *Imperium.* 3. *Gubernandi tempus annuum abſolvit*, **er hat die Zeit ſeiner obrigkeitlichen Gewalt vollendet.** Annuum munus decurrit, confecit, abſolvit; annuo munere perfunctus eſt; annui imperii tempus explevit; annui imperii finem attigit; ad finem annuæ adminiſtrationis pervenit; annuum munus in exitu eſt; emeritæ ſunt illi annuæ operæ. Annum ipſum in republica verſatus eſt. V. *Abdico, honor, magiſtratus, imperium. Uſus.* Sed hæc Deus aliquis gubernabit. Fortunæ motum, dolorem ratione gubernare. Rem totam ita gubernes, ut nemo queri poſſit. V. *Rego, moderor.*

Gula, æ, f. **der Schlund, Kehle.** R. ἀ γύαλον, *cavum. Syn.* Collum, guttur: *item*: edacitas. Vitium ventris & gutturis. *Epi.* Immenſa, inſulſa, obtorta *Phraſ.* 1. *Non facile convaleſcunt, qui gulæ indulgent*, **die dem Freße ergeben ſind, geneſen nicht leicht.** Quibus nec quid comedant, nec quantum comedant, curæ eſt; qui, quod comedunt, neque quantum, neque quale ſit, animadvertunt; quibus omnem in cibis modum, omne judicium, omnem prope rationem gula eripuit, quibus neque modus edendi, neque ulla deligendi cibi ratio eſt; qui & plus appetunt in menſa, quam ſatis ſit, & ex eo genere, quod obſit. 2. *Multos gula occidit*, **viele bringt ihre Gefräßigkeit um.** Multos perdidit immoderata victus ratio; multos conficit, immatura morte afficit cruditas, crapula, diſſoluta victus ratio; multis gulæ deditis immaturæ mortis cauſam affert, quod largiore, uberiore cibo utantur, quam ut ſtomachus digerere, ferre, ſuſtinere poſſit. V. *Vorax. Uſus.* 1. Gulam alicui elidere, ſtringere, frangere, erwürgen. Obtorta gula aliquem in vincula rapere, mit **Gewalt hinreißen.** 2. Gulam irritare, **einen Appetit zum Eſſen machen.** Gulæ indulgere, deditum eſſe, **gefräßig ſeyn.**

Gurges, itis, m. **Waſſerwirbel.** R. *quaſi in gyrum agens. Syn.* Vorago. *Epi.* Helluatus, immenſus, profundiſſimus, rapidus. *Uſus.* Gurges & vorago patrimonii & libidinum, **ein Schlemmer.** Immenſa vitiorum vorago, turpitudinum omnium gurges. Gurges eſt natus abdomini ſuo. V. *Gula.*

Gurguſtium, ii, n. **ſchlechter Winkel.** *Syn.* Locus *ſeu* taberna obſcura & angusta. *Uſus.* Neſcio, e quo gurguſtio prodiit.

Guſtatus, us, m. **der Geſchmack, Koſtung.** *Syn.* Guſtus. *Epi.* Jucundus. *Uſus.* Guſtatus eſt ſenſus ex omnibus maxime voluptarius, qui dulcedine præter cæteros ſenſus commovetur. Pomorum jucundus non guſtatus ſolum, ſed odoratus & conſpectus.

Digitized by Google

Guſto, as, avi, atum, are. koſten, ſchmecken, verſuchen. E. *a* γευστός, *guſtabilis*. *Syn.* Deguſto, guſtatu exploro, libo, cibos attingo, delibo. *Adv.* Paullum, perpaullulum, ſummatim cauſas & genera. *Uſus.* Primoribus labris vix guſtavit Philoſophiam. Aliquam partem voluptatis guſtare.

Guſtus, us, m. der Geſchmack. *Syn.* Guſtatus. *Uſus.* Uva guſtui peracerba. Libidinoſi veræ guſtum laudis non habent.

Gutta, æ, f. Tropf. *Epi.* Guttæ cadentes, cruentæ, liquatæ. *Uſus.* Guttæ imbrium quaſi cruentæ.

Guttur, uris, n. Gurgel, Kehle. *Syn.* Gula. *Epi.* Tremulum. *Uſus.* Vitium ventris & gutturis.

Gymnaſiarchus, i, m. Vorſteher der Schule. *Syn.* Gymnaſio præfectus.

Gymnaſium, ii, n. Schule. *Syn.* Locus ad exercendum, ut palæſtra, ſchola. *Epi.* Ampliſſimum, nobiliſſimum, ſuburbanum, ſuperius, totum. *Uſus.* Seculis multis ante gymnaſia inventa ſunt, quam in his Philoſophi garrire cœperant, qui nunc omnia gymnaſia tenent. V. *Schola.*

Gymnicus, a, um. zu gewiſſen Schauſpielen gehörig. *Uſus.* Ludi gymnici.

Gynæceum, i, n. Frauenzimmer. *Syn.* Locus ædium ſepoſitus, ubi ſolæ mulieres verſantur.

Gypſátus, a, um. gegypſet, betrüglich. *Syn.* Candidus, tenax, *quale gypſum eſt.* *Uſus.* Medea manibus gypſatiſſimis.

Gyrus, i, m. ein Ring, Kreis. *Syn.* Circulus, ambitus. *Epi.* Exiguus. *Phraſ. Aliquid in gyrum agere*, im Kreiſe herumführen. In gyrum ducere, in orbem agere, verſare, circumagere, flectere. *Uſus.* Homines ſecundis rebus effrenatos in gyrum rationis duci oportet.

H.

Habena, æ, f. Zügel, Zaum. *Syn.* Lora, quæ frenо utrinque alligantur ad equum regendum. *Epi.* Laxiſſimæ. *Uſus.* Commodiſſimum eſt, quam laxiſſimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas, cum velis, vel remittas. Moderandi ſui habenas ac poteſtatem alicui tradere.

Habeo, es, ui, itum, ere. haben, beſitzen. *Syn.* Poſſideo, utor, eſt mihi, mihi non deeſt, penes me eſt.)(*careo.* *Adv.* Accurate orationem, acerrime delectum, amplius centum cives, anguſtius, belle, belle ſe, bene, commodius ſe, rem, copioſe & diligenter conſtitutam diſciplinam, diutius ſollicitos, deterius ſe, diligenter rationem, diligentius prædam notatam, deſcriptam, diligentiſſime delectam, extrinſecus rationes ſuſpenſas vivendi, generatim honores, graviter ſe; jam pridem multa, aliquem in promptu, liberius mulierem, melius ſe, memoriter orationem, nauci, non neceſſario, omnino non locum, optime ſe, palam decretum in aliquem, plane inimicum, plane nihil, quod ſcribas, præcipue hoc juris, præclare ſe, publice honores, quam plurimum ſecum aliquem, quaquaverſus pedes quinque, recte, ſatis ſuperque tuto, libere ſenatum, vere quod narres, vitioſe ſe, ultro citroque verba. Haberi commodiſſime, de integro quæſtionem, quam liberaliſſime victu, prudentiſſimum ſapientiſſimumque. *Phraſ.* 1. *Amicos multos & opes habet*, er hat viele Freunde und groſſen Reichthum. Beatiſſimus eſt ab opibus; nummorum plurimum poſſidet; copioſus eſt ab opibus; ſumma rerum abundantia potitur; amicis & fortunis floret, præditus eſt; amicis utitur potentiſſimis; plurimorum amicitias tenet, obtinet; & opibus ornatus eſt & amicis; facultas nummorum ingens illi eſt, ſuppetit, nec amicitiæ pauciores. V. *Dives, amicus.* 2. *Habemus totam Italiam*, wir haben ganz Wälſchland. Tota Italia in poteſtate noſtra eſt; Italia

Digitized by Google

ra noſtra eſt; omnes Italiæ fines, ora atque littora clauſtris imperii noſtri continentur; Italiam tenemus totam; Italia potimur. Italiam totam obtinemus; Italia imperio noſtro paret. 3. *Habeo bo vinis chirographum*, ich habe ſeine eigene Handſchrift. Ad manum eſt, in manibus eſt hominis chirographum. 4. *Habebatur pro pigro, vulg.* man hat ihn für einen faulen Menſchen gehalten. In ejus nomine inſedit penitus atque inveteravit pigritiæ macula; in deſidum numero ducebatur; pigritiæ nota illi inurebatur alias; haud intactus erat pigritiæ vitio; pigritia ejus nomini labem nonnullam aſperſerat. V. *Infamia. Uſus.* 1. Habere animum magnum; habere aliquem *vel* aliquid in poteſtate ſua; habere cum aliquo commercium, inimicitias. 2. *Scio, poſſum*, können, wiſſen. Nihil habeo ſcribere; tantum habeo polliceri; ſic habeto, quod. 3. *Tracto, facio*, halten. Habere verba, ſermonem. 4. *Judico*, dafür halten, verurtheilen. Aliquid in bonis, in perditis, in deſperatis habere. Aliquid in beneficio, pro dereliſto; aliquem in loco aliquo & numero habere. 5. *Tracto arcte, duriter*, ſcharf halten. Parce aliquem, arcte contenteque habere. Habere aliquem in deliciis. 6. *Notat ſtatum rei*, anzeigen, wie es ſtehe. Præclare ſe res habet. Ego me bene habeo, *vulg. res bene ſtat*, es ſtehet gut um mich. 7. *Cum participiis paſſivis.* Ita perſuaſum, perſpectum, exploratum habeo, für gewiß halten. 8. *Promiſcue.* Habere in votis, etwas wünſchen. Religioni habere, ſich ein Gewiſſen machen. Honorem alicui, gratias habere, Ehre, Dank bezeigen. Rationem alicujus habere, auf den Abweſenden bedacht ſeyn.

Habilis, e, geſchickt. *Syn.* Aptus, accommodatus. *Ant. ineptus. Uſus.* Res habiles, accommodatæ ad naturam. Habilis ad pedes calceus. V. *Aptus.*

Habilitas, atis f. Geſchicklichkeit. *Syn. Agilitas. Uſus.* Omitto habilitates, oppoſitatesque reliqui corporis.

Habitabilis, e, wohnbar. *Uſus.* Regio habitabilis.

Habitatio, onis, f. Wohnung. *Syn.* Uſus domicilii. *Uſus.* De habitatione alicui accommodare. V. *Domus.*

Habitator, oris, m. Einwohner. *Syn.* Incola.

Habito, as, avi, atum, are. wohnen. *Syn.* Colo, domicilium habeo, incolo, habeo, ſum. *Adv.* Frequentiſſime. *Phraſ. Romæ habitare conſtituit*, er will hinfüro zu Rom wohnen. Domum Romæ conduxit, comparavit; ſedem Romæ & domicilium comparavit, collocavit; ſedem omnium rerum ac fortunarum ſuarum Romæ collocavit; Romam incolere, colere ſtatuit; Romæ ſedem perpetuam ſtatuere, figere decrevit. *Uſus.* 1. Laxe & magnifice habitare. 2. *Moror, oſcitans ſum*, ſich aufhalten. Habitare in foro, in libris. In vultu illius mei oculi habitant.

Habitudo, inis, f. Beſchaffenheit. *Syn.* Habitus *Epi.* Bona. *Uſus.* Corporis habitudo.

Habitus, us, m. Beſchaffenheit, Bewandniß. *Syn.* Affectio manens, conſuetudo, exercitatio, confirmatio. *Epi.* Conſentaneus naturæ, moderati æquabilesque opimi corporis, præclarus, ſolidus. *Uſus.* 1. Habitus eſt animi, aut corporis conſtans & abſoluta in re aliqua perfectio, ut virtutis, *vel* artis. Juſtitia eſt habitus animi. Quiquam fine doctrina, naturæ ipſius habitu prope divino moderati extitere & graves. 2. *Forma, figura, habitudo, ratio corporis*, Beſchaffenheit, Geſtalt. Metellus integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus corporis. Oris & vultus habitus. Orationis ejus habitus non erat inurbanus. 3. *Pro habitu pravo*, üble Gewohnheit, der Sitten, *rectius dicetur*: Corroborata jam ſtudio & conſuetudine, *vel* uſu ac vetuſtate malitia.

Haſtenus, bis hieher. *Syn.* Hucusque, ad hunc locum. *Servit* loco *rectius, quam* tempori. *Phraſ. Haſtenus nihil de his auditum eſt*, von dieſer Sache hat man bisher nichts gehört. Ante hoc tempus, ad hunc diem, usque ad hoc tempus, ad id locorum; adhuc locorum inaudita hæc ſunt & peregrina: adhuc iſta nos fugerant. *Uſus.* Hoc haſte-

Digitized by Google

nus; redeo ad urbana. Hæc artem duntaxat hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur. V. *Eatenus.*

Hædus, i, m. **Bock.** *Syn.* Capræ fetus.

Hædinus, a, um. **von Böcken, oder Ziegen.** *Usus.* Hædinæ pelliculæ.

Hæreo, es, hæsi, hæsum, ere. **haften, kleben, anhangen.** R. *ab* αἱρέω. *Syn.* Adhæreo, adhæresco, defixus sum, habito. *Adv.* Communiter, male. *Phras. Hæret animo ea opinio*, **ich lasse mir diese Meynung nicht nehmen.** In animis omnium insedit; insitum est in natura & ingenitum, ut ita sentiamus; ingenerata est omnibus ea sententia; in ipsa natura posita est & infixa; omnibus innata est, & in animis quasi insculpta ea opinio. V. *Adhæreo. Usus.* 2. In medullis, in visceribus, in æterna memoria hærent beneficia mihi tua. Memoria tuorum factorum hærebit in omnium gentium sermonibus ac mentibus. 2. *Dubito*, **zweifeln.** Hærere in aliqua re. Aqua illi hæret, hæret in salebris, **er weiß nicht, was er sagen oder thun soll.** Cavendum est, ne implicatus hæream. V. *Dubito.*

Hæresis, is, f. **Meynung, Ketzerey.** *Syn.* Secta, opinio a vera doctrina aberrans, prava de religionibus opinio; impium dogma. *Phras.* 1. *Hæreses suas spargit*, **er hat aller Orten Ketzereyen ausgesprengt.** Late in populos pravæ doctrinæ suæ virus disseminavit; Christianæ reipublicæ partes præcipuas pravis religionibus turbavit; hæresis venenum ad populorum perniciem evomuit; dissidentium opinionum procellis Ecclesiæ navem jactavit; hæresium pestem variam ac luem in populos diffundere; perniciosis erroribus animos hominum implicare cœpit. 2. *Hæresis in dies latius propagatur*, **die Ketzerey nimmt täglich mehr und mehr zu.** Serpit in dies latius hæreticæ pravitatis lues; quotidie magis novis terrorum maculis veræ religionis doctrina polluitur; novæ sectæ scelere quotidie magis vera religio premitur & affligitur; impii errores latius in dies disseminantur, diffunduntur; errorum contagiones pestiferæ in dies latius serpunt, & jam sinceras etiam Ecclesiæ partes inficiunt. 3. *Magno animo hæresi resistit*, **er setzt sich herzhaft wider die Ketzerey.** Id agit strenue, ut quæ pestilentes hæresis magistri edocuere, dedoceantur populi, ut hæresium errores ex animis evellantur; ut, quæ in populo hæresium contagione contracta sunt, summa ope amputentur; ut errores impii religionum, rudium populorum e mentibus exturbentur; ut exscindantur deliræ religiones atque sacrilegæ; ut iis doctoribus resistatur, a quibus regno universo pestem & exitium comparatum videmus. Egregio est animo ad propulsandos religionis errores, ad exscindendas pravas de religionibus opiniones; ad expurgandas noxiis erroribus provincias; ad præcidendas errorum omnium fibras; ad infelices errorum propagines amputandas, resecandas. 4. *In hæresim prolapsus est*, **er ist in eine Ketzerey gefallen.** Ad pravas in fide opiniones desciscit, deflexit; sinceræ religionis castra deseruit; a veteri avitaque majorum religione ad sectam novitiam transfugit ac dovolavit; novitiæ sectæ erroribus implicari se passus est; novarum opinionum fluctibus involutus, abreptus est; pravarum opinionum commentis in errorem inductus est; ab avita religione ad sectam novitiam infelix transfuga desciscit; pestiferum pravarum opinionum virus hausit. 5. *Hæresim palam ejuravit*, **er hat die Ketzerey öffentlich abgeschworen.** In æde sacra, maximaque hominum frequentia hæresim abjuravit; impios religionum errores execratus, detestatus, cum Ecclesia in gratiam rediit; hæresium erroribus palam nuntium remisit, ejuratis hæresis erroribus piorum communioni se reddidit. V. *Conversio hæretici. Usus.* Cato est in ea hæresi, **Cato ist der sonderbaren Meynung.**

Hæreticus, i. m. **Ketzer.** *Phras.* 1. Homo pestiferis opinionibus corruptus, contaminatus, infectus, pollutus; alienus a sincera religionis doctrina; depravatæ religionis erroribus imbutus. 2. *Hæreticorum antesignanus, hæresiarcha*, **Erz-**

ketzer.

Digitized by Google

Lehrer. Impii dogmatis architectus. Novæ fabricator hæresis; falsæ impiæque opinionis auctor ac propagator. Erroris impii procreator.

Hæsitantia, æ, f. das Stammeln. *Syn.* Hæsitatio, titubatio. *Usus.* Hæsitantia linguæ.

Hæsitatio, onis, f. Zweifel, das Anstoßen. *Syn.* Dubitatio. *Usus.* Quæ hæsitatio, quæ dubitatio tractusque verborum? V. *Dubitatio.*

Hæsito, as, avi, atum, are. zweifeln, hangen. *Syn.* Dubito, titubo; timeo. *Phras. Ad testis conspectum hæsitavit*, beym Anblicke der Zeugen wußte er nicht, was er sagen sollte. Ad testis conspectum consilia torpuere; titubatum est aliquantulum; titubanter locutus est; subita titubatione ac offensione impediri visus est. *Usus.* Dubitant, hæsitant, revocant se interdum. Cum hæsitaret, cum teneretur, quæsivi, an? V. *Dubito*, *fluctuo.*

Halitus, us, m. Hauch, Athem. *Syn.* Spiritus, anima. *Epi.* Extremus. *Usus.* Extremum halitum efflare.

Hallucinor, aris, atus sum, ari. fehlen, irren. *Syn.* Aberro. *Usus.* Epistola hallucinatur. V. *Aberro.*

Hamatus, a, um. krumm, hackelicht. *Syn* Aduncus.

Hamus, i, m. ein Angel. *Usus.* Plato escam malorum voluptatem appellat, quod ea capiantur homines, ut hamo pisces.

Hara, æ, f. Schweinstall. *Syn.* Stabulum porcorum. *Usus.* Epicurus ex hara productus, non schola.

Harmonia, æ, f. Zusammenlaut. *Syn.* Concentus. *Usus.* Harmoniam ex intervallis sonorum nosceré.

Hasta, æ, f. Spieß. *Syn.* Telum, hastile. *Usus.* 1. Hastam torquere, jactare; hastis ora hostium fodere. Hastam abjicere, verzweifeln. 2. *Venditio*, *publicatio*, Verganthung. Hastam venditionis in foro posuit, fixit. Hastæ subjicere bona alicujus.

Hastatus, a, um. der eine Lanze führt. *Syn.* Hasta armatus.

Hastile, is, n. Schaft am Spieße. *Usus.* Hastili niti.

Haud, nicht. *Syn.* Non. *Usus.* Quem haud scio, an recte compellarim.

Haudquaquam, gar nicht. *Syn.* Nequaquam. *Usus.* Haudquaquam id est difficile.

Haurio, is, hausi, haustum, ire. schöpfen. *Syn.* Traho. *Usus.* E re aliqua magnam voluptatem, dolorem, calamitatem haurire. E fontibus Stoicorum abditis & reconditis, quoquo modo videbitur, hauries potius, quam consectaris rivulos. Artes & scientias ab Græcis hausimus. Animi nostri e divinitate hausti, accepti, libati. V. *Trahe.*

Haustus, us, m. das Schöpfen. *Usus.* Purioris cœli haustus, eine frische Luft.

Hebdomas, adis, f. eine Woche. *Syn.* Septem dies, *Phras. Hebdomas sancta*, *seu major*, die heilige Woche, Charwoche. Hebdomas Christi patientis cruciatibus recolendis sacra; solemnes feriæ, quibus cœlestes iras in omne genus humanum olim intentas Christus suo potissimum capite excepit; sanctior annis hebdomas. *Usus.* Vide, ne in quartam hebdomadem incidas.

Hebes, etis, *g. o.* stumpf, tumm. *Syn.* Tardus, pinguis, obtusus, retusus, natura tardior.)(*acutus*, *acer. Usus.* Hebes æque, ac pecus. Sensus hebetes, tardi & pingues. Erat aliquis dolor, sed hebes. Ingenio est hebetiore. V. *Stupor*, *stupidus*, *indoctus.*

Hebesco, is, ere. stumpf werden. *Syn.* Obtundor, retundor, hebetor. *Usus.* Hebescere & languere in otio. An patiemur hebescere aciem auctoritatis nostræ?

Hebetò, as, avi, atum, are. stumpf machen. *Syn.* Obtundo, retundo. *Phras. Nimia lux hebetantur oculi*, das einfallende Licht schwächet die Augen. Præstringit oculorum aciem lux nimia; aciem oculorum obtundit lux velo non castigata. *Usus.* Gladii hebetati. Hebetare & obtundere ferri aciem.

Helluatio, onis, f. Schlemmerey. *Usus.* In lustris & helluationibus vitam degere. V. *Convivium*, *vomx*, *bibo*, *comessor.*

Helluo, onis, m. ein Schlemmer. *Syn.* Gurges, comessator, natus abdomini suo, ventri deditus, decoctor. *Epi.* Concinnus, musicus, immanis, impurus, nequissimus, spurcissimus. *Usus.* Helluo patriæ

pa-

Digitized by Google

patrimonii. Helluo librorum Cato. V. *Nepos*, *vorax*, *comeſſor*.

Helluor, aris, atus ſum, ari. ſchlemmen, praſſen. *Syn.* Comeſſor, pergræcor, epulis & potationibus inſervio; crapulæ, gulæ, comeſſationibus indulgeo, rem intempeſtivis conviviis confringo; devoro, abſorbeo, abligurio. *Uſus.* Ille gurges helluatus eſt ſimul tecum reipublicæ ſanguinem. V. *Conſumo*, *prodigo*, *comeſſor*.

Hem! ach, ſieh da! *Vox indignantis. Uſus.* Hem! nos homuli indignamur!

Hera, æ, f. Hausfrau. *Syn.* Domina, materfamilias.

Herba, æ, f. Gras, Kraut. *Uſus.* Quarundam herbarum utilitates longinqui temporis uſu & periclitatione percepimus. Herbas areſcere & interfici videmus.

Herbeſco, is, ere. grün werden. *Uſus.* Herbeſcens viriditas.

Herbeus, a, um. grasgrün. *Uſus.* Color herbeus.

Herciſco, is, ere. theilen. *Syn.* Partior, divido. *Uſus.* Neſcit, quibus verbis herciſci oporteat. Arbiter familiæ herciſcundæ.

Hercle, beym Herkules, fürwahr. *Uſus.* Bene hercle faciunt. Mehercle.

Hercule, beym Herkules. *Syn.* Hercle. *Uſus.* Nam hercule, inquit. *Vox juranti per Herculem.*

Hereditarius, a, um. erblich. *Uſus.* Controverſia hereditaria. Jure hereditario.

Hereditas, tis, f. Erbſchaft, Verlaſſenſchaft. *Syn.* Bona hereditaria, patrimonium. *Epi.* Communis, falſa, fraterna, magna, major, optima, paterna, permagna, moleſta, reliqua, tanta, hereditates caducæ, non honeſtæ, privatæ. *Phraſ.* 1. *Hereditatem obtinere*, eine Erbſchaft erhalten. Hereditatem adire, cernere, capere, tenere; heredem in alicujus bona ſuccedere; in rei poſſeſſionem per hereditatem venire; hereditatem obtinere, adipiſci. 2. *Hereditatem alicui adimere*, einem die Erbſchaft nehmen. Hereditatem alio avertere; detorquere, hereditatem eripere alicui, hereditate aliquem excludere; ab hereditate ſubmovere; paternis bonis ex hereditate obvenientibus aliquem orbare, ſpoliare, evertere. 3. *Hereditatem meam ſedulo conſervabo*, ich werde Sorge tragen, daß ich von meiner Erbſchaft nichts vergebe. Rem a parente traditam cuſtodire, ſervare, tueri mihi curæ erit; de patrimonio nihil patiar mihi detrahi, minui, imminui; quæ ex paternorum bonorum hereditate ad me jure devenere, ea ut integra conſervem, ea ut conſtent; ne quâ pars inde detrahatur, minuatur, providebo ſedulo. Hereditatem a parente mihi relictam ſartam tectam tuebor ſemper, & conſervabo. V. *Heres*, *exheredo*. *Uſus.* Hereditas eſt pecunia, aut res quælibet, quæ morte alicujus ad quempiam jure devenit. In partem hereditatis vocare aliquem, einen zum Miterben machen. Hereditatem paternorum bonorum tradere. Hereditatis particulam homini aſperſit, er hat ihm gar wenig von der Erbſchaft gegeben.

Heres, edis, c. ein Erbe. *Syn.* Bonorum dominus ab alicujus morte. *Epi.* Extraordinarius, proximus, repentinus, ſecundus, verus. *Phraſ.* 1. *Heredem fecit nepotem*, er hat den Enkel zum Erben eingeſetzt. Heredem inſtituit, ſcripſit, reliquit nepotem. Hereditatem teſtamento nepoti tradidit; nepotem ad hereditatem vocavit; bonis ſuis heredem fecit; in bona avita ire juſſit. 2. *Cicero fuit plurium amicorum heres*, Cicero war ein Erbe vieler verſtorbenen Freunde. Multorum factus, relictus eſt heres; multorum bonorum ſucceſſor ex teſtamento fuit; multorum bona ex hereditate adeptus eſt. Ciceroni contigerunt, venerunt, obvenerunt, obtigerunt multorum bona; Ciceroni teſtamento relictæ ſunt fortunæ multorum. Multorum res, hereditatem adiit, cepit, tenuit, obtinuit Cicero; multorum bona ad Ciceronem hereditate venerunt, pervenerunt; multis amicis heres ſucceſſit Cicero; multorum hereditate auctus eſt Cicero. V. *Hereditas*. *Uſus.* Aliquem heredem facere, ſcribere, inſtituere, zum Erben machen. Heredem alicui eſſe, ſuccedere, erben. Heres ex aſſe, ex parte dimidia.

Hæri

Digitized by Google

Heri, gestern. *Syn.* Hesterno die.

Heroicus, a, um. heldenmäßig. *Syn.* Herous. *Usus.* Heroicis temporibus, ætatibus, seculis.

Heros, ois, m. ein Held. *Syn.* Princeps. *Usus.* Ignari, quantum in illo heroë esset animi. Heroum veteres casus fictique.

Herous, a, um. heroisch. *Syn.* Heroicus.

Herus, i, m. Hausherr. *Syn.* Dominus, paterfamilias.

Hesternus, a, um. gestrig. *Usus.* Hesternus dies.

Heu! Ey! ach! *Syn.* Eheu! *Usus.* Heu me!

Heus! Holla, hör! *Vox vocantis, & attentionem postulantis. Usus.* Heus tu!

Hiatus, us, m. Spalt, Kluft. *Syn.* Labes, eluvio. *Phras.* 1. *Terræ hiatus ex pluvia factus est*, die Erde ist von vielen Regen eingegangen. Terra imbribus discessit; in ingentem sinum, hiatum desedit; in immensam altitudinem collapsa est; in ingentem hiatum consedit; labes facta est multis locis, terraque ad infinitam altitudinem desedit. 2. *Murus hiatum habet*, die Mauer ist zerspalten. Paries labem *aut* vitium fecit; labem duxit; rimas agit. V. *Labes. Usus.* Repentini terrarum hiatus. Cœlum findi visum velut magno hiatu. Patentes murorum hiatus, qui expleri non possent. V. *Debisco.*

Hiberna, orum, n. Winterlager. *Syn.* Loca, in quibus milites hiemant. *Usus.* In hiberna ducere, dimittere; ex hibernis educere exercitum. In hiberna deducere; in hibernis collocare milites.

Hibernaculum, i, ne. Winterquartier *Usus.* Communia hibernacula.

Hiberno, as, avi, atum, are. überwintern. *Syn.* Hiemo.

Hibernus, a, um. winterhaft. *Syn.* Hiemalis.)(*æstivus. Usus.* Hiberni menses.

Hic, hæc, hoc, der, die, das. *Usus.* Hunc pacis hostem.

Hic, *Adv.* da, hier. *Usus.* Hic tu miraris.

Hiemalis, e. winterisch. *Syn.* Hibernus. *Usus.* Nudi hiemalem vim perferunt.

Hiemo, as, avi, atum, are. überwintern. *Syn.* Hiberno. *Adv.* Jucunde. *Usus.* Ubi hiemabis?

Hiems, is, f. Winter. R. *ab* ὕω, *pluo*. *Syn.* Hibernum tempus, hiemale tempus, durum anni tempus.)(*æstas. Epi.* Extrema, maxima, summa, teterrima. *Phras. Asperæ hoc anno hiems fuit*, es ist dieses Jahr ein rauher Winter gewesen. Hiems hoc anno nive sæva, & omni tempestatum genere fuit insignis, erat hic annus hieme gelida & nivosa adeo, ut viæ clausæ, flumina innavigabilia fierent; tempus brumæ erat asperrimum, prægelidum, nivale; hiems erat teterrima & fœdissima. Hieme usi sumus injucunda, tristi & odiosa; hieme hujus anni nihil fœdius erat; nihil horribilius, arbores quæ frigoribus obnoxiæ erant, deussit omnes; nivis altitudo inexsuperabiles montes fecit, vimque frigorum vix urbis tectis sustinere, defendere potuimus. V. *Frigus. Usus.* Hiems præcipitat, senescit, conficitur, abit, geht zu Ende. Hiemem tolerare. Hanc vim frigorum hiememque vix urbis hujus tectis sustinemus. Propter hiemis magnitudinem navigare non potui.

Hilare, fröhlich, lustig. *Syn.* Hilariter.

Hilaris, e. fröhlich, muthig. *Syn.* Hilarus, promptus.)(*tristis, mœstus. Phras. Hilaris est*, er ist fröhlich. Hilaritas in eo multa est; plenus est hilaritatis; frontem hilariter explicat, porrigit, exporrigit; fronte est læta, hilari, exporrecta; vultu oculisque animi alacritatem prodit; animo est erecto, pleno lætitiæ & alacritatis; omnium mœrorem ac tristitiam abstergere, condire hilaritate sua possit; mirifica semper hilaritate redundat. V. *Jucundus, lætus, jocus. Usus.* Vultu, animo hilari ad jocandum.

Hilaritas, tis, f. Fröhlichkeit. *Syn.* Festivitas, jucunditas.)(*mœstitia, tristitia. Epi.* Multa, perpetua, profusa, summa. *Usus.* Hilaritate condiamus temporum tristitiam. Erepta est mihi omnis illa hilaritas & suavitas, quæ te adeo oblectabat. Est in illo multa hilaritas, lepor, gratia. V. *Jucunditas, & festivitas.*

Hi-

Digitized by Google

Hilariter, frendig *Syn.* Hilare.

Hilaro, as, avi, atum, are. luſtig machen. *Syn.* Exhilaro. *Uſus.* Acceſſus ſolis lætificat terram, ut cum cœlo hilarata videatur. V. *Recreo.*

Hilarus, a, um. fröhlich. *Syn.* Hilaris. *Uſus.* Vita hilara.

Hilum, i, n. ein nichtswürdiges Ding. *Syn.* Res minimi pretii.

Hinc, von hinnen. *Syn.* Ex hoc loco. *Uſus.* 1. Via, quæ hinc eſt in Indiam. Hinc in cœlum profectus. 2. *Transl.* Hinc odium, hinc offenſio, hinc ſicæ, hinc venena naſcuntur. 3. Hinc & illinc exhibent mihi negotium, bald da, bald dort. *Hinc inde vulg.*

Hinnio, is, ivi, itum, ire. wiehern.

Hinnitus, us, m. das Wiehern, Pferdegeſchrey. *Syn.* Vox equi.

Hio, as, avi, atum, are, klaffen. *Syn.* Apertum eſſe, disjunctum eſſe, male hærere, laxatis operum compagibus. *Uſus.* Verſus hiantes. Aſpero vocalium concurſu hians oratio.

Hircus, i, m. ein Bock. *Syn.* Caper. *Uſus.* Hircum olet.

Hirſutus, a, um. haaricht. *Syn.* Aſper, horridus.)(*glaber.* *Uſus.* Animalia ſpinis hirſuta.

Hirudo, inis, ein Egel. *Uſus.* Hirudo ærarii, *vulg. ſanguiſuga.*

Hirundo, inis, f. eine Schwalbe. *Uſus.* Hirundines æſtivo tempore præſto ſunt, frigore pulſæ recedunt.

Hiſco, is, ere. das Maul aufthun. *Uſus.* Reſpondebisne ad hæc, aut hiſcere audebis?

Hiſpidus, a, um. rauch, härtig. *Syn.* Setoſus, horridus.

Hiſtoria, æ, f. Geſchichte. R. *ab* ἱστορία. *Syn.* Rerum geſtarum expoſitio, annales, memoria publica, memoria rerum veterum; monumenta temporum, locorum, hominum, rerum geſtarum; omnium ſeculorum memoria; monumenta rerum geſtarum & vetuſtatis exempla; res veterum geſtæ, & litteris conſignatæ. Publica famæ monumenta litteris tradita, prodita; monumenta rerum, quæ in litteris extant; antiquitatis memoria. *Epi.* Finitima, mendacior, inculta, plena exemplorum, teſtis temporis, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuntia veritatis, perpetua, pura & illuſtris. *Phraſ.* 1. *Hiſtoria diligenter legenda eſt*, man muß fleißig die Geſchichte leſen. Veterum monumenta volutanda ſunt identidem; annales rerum geſtarum verſandi ſunt continenti opera; adeunda ſunt frequenter antiquitatis monumenta; evolvenda identidem ſunt publicæ famæ monumenta; tenenda eſt omnis antiquitas, & exemplorum vis. Res geſtæ ſuperiorum temporum legendæ identidem, & in memoriam revocandæ; animus crebro ad vetera eſt referendus; excitandâ, renovanda eſt identidem ex annalium fide antiquitatis memoria; antiquitatis ſpecies ex priſcis monumentis animo eſt repræſentanda. V. *Memoria.* 2. *Hiſtoriam ſcripſit*, er hat eine Geſchichte verfaſſet. Res geſtas ad memoriam perſcripſit; monumentis conſignavit; litteris complexus eſt; memoriæ ac litteris mandavit; litteris proſecutus eſt; hiſtoriam condidit; annalium monumentis res geſtas commendavit; res geſtas litteris prodidit; memoriæ prodidit. 3. *In Hiſtoria legitur*, man lieſt in den Geſchichten. Annales memorant, perhibent, loquuntur; memoriæ proditum eſt; annalium monumentis celebratur; litteris conſignatum novimus; ex annalium fide conſtat. *Uſus.* Hiſtoriam ſcribere, tenere, legere; aliquid hiſtoriæ mandare. Hiſtoria teſtis temporum, vita memoriæ.

Hiſtoricus, i, m. Geſchichtſchreiber. *Syn.* Rerum geſtarum & memorabilium ſcriptor. Rerum Rom. florentiſſimus auctor.

Hiſtrio, onis, m. Schauſpieler. *Syn.* Actor ſcenicus, comœdus, tragœdus. *Epi.* Exterior, peſſimus, facetus, hiſtriones exercitati, noviſſimi. *Uſus.* Hiſtrionum levis ars. Roſcius & Æſopus hiſtriones clari. Hiſtrio motu corporis amorem ſibi ab omnibus conciliat, qui omnem perſonam in ſcenam tractat.

Hiulce, geborſten. *Uſus.* Aſpere, vaſte, hiulce, ruſtice loqui.

Hiulcus, a, um. aufgeſpalten. *Syn.* Hians.)(*Concinnus.* *Uſus.* Hiulcus & aſper verborum concurſus.

Hoc, deſto. *Syn.* Eo. *Uſus.* Conſilio tuo tanto hoc libentius, quod. Hoc ſcribe parcius, quo.

Ho-

Digitized by Google

Hodie, heute. *Syn.* Hoc die, hodierno die, nunc, hoc tempore.

Hodiernus, a, um. heutig. *Usus.* Disputatio hodierni & hesterni diei.

Homicida, æ, m. Todtschläger. *Syn.* Sicarius.

Homicidium, ii, n. Todtschlag. *Syn.* Cædes. *Usus.* Homicidii reus.

Homo, inis, m. Mensch. *Syn.* Mortalis; vir; caput. *Phras.* 1. *Homines fugit*, er fliehet die Leute. Odit celebritatem, fugit homines, lucem aspicere vix potest; celebritas illi odio est, qui lucem ipsam, si possit, fugiat; nunquam ille inter homines est, nunquam cum homine colloquitur, nunquam in oppido consistit, sed solitudines captat & secessus. 2. *Homo est raræ & insolitæ virtutis*, er ist ein Mann von ungemeiner Tugend. Divina hominis virtus est auctoritas; tanquam de cœlo lapsus, delapsus homo est. 3. *Homo vilissimus*, ein gar verächtlicher Mensch. Ignotum ac vile caput; terræ filius; emptus de lapide; unus de multis; homulus ex argilla & luto factus. *Usus.* Homo, animal providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilii; ad cœli, quasi domicilii sui conspectum excitatum. Homo ortus ad mundum contemplandum, ad imitandum DEum. Homo Deorum immortalium quasi gentilis, omnium animantium principatum tenens, ad intelligendum & agendum ortus.

Homulus, i, m. kleiner Mensch. *Syn.* Homuncio.

Homuncio, onis, m. Männlein. *Syn.* Homulus.

Homunculus, i, m. Männlein. *Syn.* Homuncio.

Honestas, atis, f. Zucht, Ehrbarkeit. *Syn.* Honestum, dignitas, decus, laus.)(*turpitudo.* *Usus.* In officio colendo pulchrum atque decorum, atque adeo tota honestas vitæ sita est. Ubi dignitas, nisi ubi honestas? Virtus, honestas, pudor me in Pompeji partes traxere. Una honestate continetur vita beata. Honestatem cum voluptate, ut hominem cum bellua copulare; honestate omni privatus, spoliatus. V. *Virtus*, *pudor*.

Honeste, ehrbarlich. *Syn.* Decore, laudate, recte, laudabiliter, graviter. *Phras.* *Honeste vixit*, er hat gar ehrlich gelebet. Vitam egit cum summa integritate & elegantia morum; vitam vixit integerrimam; vita illi cum laude acta est; vitam degebat cum virtute honestissimam; vitæ curriculum fama integerrima decurrit; nihil ejus vitæ, nihil moribus labis adhæsit. V. *Probus.* *Usus.* Honeste se gerere. Honeste acta vita.

Honesto, as, avi, atum, are. zieren, ehren. *Syn.* Orno, decoro, honoro.)(*contamino.* *Usus.* Laude, decretis honorificis aliquem honestare. Beneficium honestare, augere. Commendat faciem pudor, & honestat. V. *Orno*, *honoro*

Honestus, a, um. ehrlich, zierlich. *Syn.* Decorus, honoratus.)(*inhonestus*, *turpis.* *Usus.* 1. Cæsarem honestum, honoratum cupio. Ampla honesta civitas. Is mihi dies honestissimus fuit. Nihil, nisi quod honestum decorumque sit, expetere. Homo honestus, ingenuus, liberaliterque educatus. 2. *Modestus*, *moderatus*, mäßig. Convivium honestum ac moderatum. V. *Honoratus*, *probus*, *moderatus*.

Honestum, i, n. Ehrbarkeit. *Syn.* Decens, fas, æquum, rectum, decorum. *Adv.* Mirifice, vere. *Usus.* Nihil utile, nisi quod rectum honestumque. Tanta vis est honesti, ut utilitatis speciem obscuret. Honestum etiam detracta omni utilitate, sine ullis præmii fructibus, per se potest laudari. Illud honestum, quod ex animo celso magnificoque quærimus.

Honor, oris, m. Ehre, Ruhm. *Syn.* Ornamentum, laus, gloria, decus, amplitudo, dignitas, honestas.)(*Ignominia.* *Epi.* Ambitiosus, amplior, communis, contumeliosus, debitus, diuturnus, extraordinarius, falsus, honestissimus, incredibilis, infimus, jucundus alicui, justus, magnus, paternus, popularis, pristinus, senatorius, singularis, summus, tantus, utilior, usitatus pervulgatusque. Honores amplissimi, divini immortalesque, eximii, leves, meriti & debiti, necessarii, tanti, viles, vulgares. *Phras.* 1. *Majoribus honorem*

Digitized by Google

norem tribuere decet, man muß Leuten von hohem Range Ehre erweiſen. Decet majores colere; honore, obſervantia, ſtudio proſequi; convenit, ut majores honore afficias; obſervantia colas; ut iis honorem habeas, præſtes, exhibeas; ut obſervantiam iis ac ſtudium præſtes. Majores reveteri, obſervare, honorare neceſſe eſt; oportet unumquemque erga majores eſſe reverentem; ſe gerere cum majoribus reverenter; reverenter cum iis agere. Debet quisque majoribus pie reverentiam, quam merentur, atque obſervantiam præſtare, exhibere, deferre. Majoribus debetur honos, obſervantia, reverentia, veneratio; majores in honore ſint, neceſſe eſt; æquum eſt, ut majores omni officii genere proſequamur; decet nos majoribus reverenter aſſurgere; majorum rationem ſummam dare; eos in parentum loco habere; præcipuo in honore habere; omni genere honoris pro merito proſequi, producere; multum deferendum eſt majoribus; ſumma erga majores obſervantia eſſe te velim; majores ſumma obſervantia complecti convenit; honorificos nos eſſe in majores decet. 2. *Honorem ampliſſimum conſequeris*, du wirſt zu hohen Ehren gelangen. Si curſum inſtitutum tenebis, omnia, quæ ſunt in republica ampliſſima, conſequeris; præmium ſeres tuæ virtutis, eximios honores; ad ſummos honores viam tibi aperies, pateſacies, ſtrues, munies; honorem in republica nullum fruſtra petes, multi etiam non petenti deferentur; optima conſequetur fama, hominum exiſtimatio; ad ea, quæ ſumma ſunt in republica, tua te virtus efferet; merces tuorum meritorum erit ampliſſima dignitas; in magno apud omnes honore eris; ſummum dignitatis gradum tenebis, obtinebis; gloria circumflues; ad ſummum gloriæ faſtigium eveherjs; ampla honorum acceſſione augebere; locaberis, collocaberis in ampliſſimo dignitatis gradu; ampliſſimi honores in te conferentur, effundentur; honoribus procedes in dies amplioribus; honores omnes in te confluent; plus in dies honoris ad dignitatem tuam accedet; auctam dignitatem tuam amplificatamque intuebere; cumulaberis gloria, & ad altiſſimos honorum gradus provehere; omnes honorum gradus aſſequere; ad ampliſſimum honoris gradum aſcendes, evolabis; ſummus honoris & amplitudinis culmen conſcendes. V. *Dignitas, altus.* 3. *Honori tuo favebo*, ich werde deine Ehre auf alle Weiſe befördern. Omnia in te ornamenta a me proficiſcentur; nullum in te ornando, honeſtando, colendo locum, aut tempus prætermittam; favebo tuæ dignitati; exiſtimationi, honori nullo non loco, nullo non tempore, quibuscunque rebus potero; conferam, referam, intendam ad honorem ac dignitatem tuam omnia mea ſtudia, officia; omnem meam induſtriam, curam, operam, diligentiam configam in amplificanda dignitate tua; omnia mea ſtudia in tua dignitate figam & locabo; augebitur meo ſtudio dignitas tua, tuæ dignitatis acceſſiones meo ſtudio conſequeris; meum ſtudium tuo honori nullo loco deerit; ſerviam, ubicunque res feret, dignitati & exiſtimationi tuæ; rationibus tuis, nominisque amplitudini pro virili parte conſulam; omnia in te ornamenta congeram; ampliabo honorem, amplificabo auctoritatem tuam, quibuscunque rebus potero; ſiquid gratia, *vel* auctoritate poſſum, ut ad ſummam dignitatem pervenias, perducaris, ſatagam; nervos omnes ac vires contendam, dabo operam diligenter, enitar omni ſtudio ac induſtria, nequis in republ. honoris gradus ſit, ad quem aditus tibi non pateſcat. 4. *Hæc lædunt honorem tuum*, dieſes ſchadet deiner Ehre. Hæc honori tuo adverſantur; dignitati tuæ adverſa ſunt; hæc tuis laudibus nocent, officiunt; labem inferunt; maculam aſpergunt; hæc ſplendori nominis tui tenebras offundunt; damno ſunt; jacturam afferunt; notam inurunt; hæc lædunt, imminuunt, turpi labe inficiunt, obſcurant honorem tuum; tua dignitas hæc non patitur. 5. *Nihil poteſt nocere honori tuo*, es kann deiner Ehre nichts ſchaden. Nihil poteſt nominis ſplendori officere.

Digitized by Google

cere; nihil poterit nominis tui splendorem perstringere, tui nominis lumini officere, nomen tuum obscurum reddere, tui nominis splendori tenebras obducere, offundere, tuo nomini lucem eripere; tuo nomini obscuritatem afferre. *6. Hoc unum cura, ut honori tuo ipse officias.* Sieh wohl acht, daß du deiner Ehre nicht selbst schadest. Incumbe toto pectore, tuasque huc vires omnes confer, nequid adversi tua dignitas patiatur; ne de tua dignitate detrahatur; nequod in tua dignitate damnum facias; nequid in honore tuo feras detrimenti; ne jacturam facias dignitatis tuæ; ne qua labe aspergatur, inficiatur; ne quam labem suscipiat, contrahat honor tuus; ne splendor dignitatis tuæ obscuretur; nequid agas unquam, quod contra tuam existimationem esse queat. *7. Aggreditur honorem meum*, es greift hierinnen meine Ehre an. Existimationem oppugnat meam; impugnat dignitatem meam; venit contra existimationem meam; existimationem meam violat, imminuit. V. *Detraho.* *8. Honor meus periclitatur*, meine Ehre stehet in Gefahr. In discrimen existimationis venio; agitur existimatio mea; in eo fama atque existimatio mea vertitur; ad famam nominis mei hoc pertinet, ne &c. V. *Periclitor.* *9. Paupertas aditum multis ad honores intercludit*, die Armuth verhindert manchen an Beförderungen. Inopia sæpe in causa est, ut honoribus procedere non liceat; ut sursum tenere in honorum via, ut honores consequi, ut emergere atque ad altiorem honoris gradum progedi, ascendere non possint. Prohibet, submovet, arcet ab honoribus rei familiaris inopia. Impedimento egestas est, quo minus ad ea, quæ sunt in republ. amplissima liceat pervenire; aditum ad honores intercludit rei domesticæ difficultas. Euntibus ad honores magnas difficultates objicit, magna impedimenta opponit, viam obstruit inopia. Imparatis a re domestica honores obtinere non facile est, multi negotii, magni operis est. Egestatem ut plurimum pauperes ferunt, aceipiunt in petitione honorum; non patent honores inopiæ. *10. Honoribus spoliatus est*, er ist von seinen Ehren entsetzet worden. Honore dejectus; honoris insignibus, ornamentis, titulis spoliatus est; sublata eidem sunt omnia dignitatis ornamenta, vel certe minuta; honoribus privatus est, & in ordinem redactus. V. *Dignitas*, *depono*, *abdico.* *Usus.* 1. Honoris mei causa id feci. Honoris causa illum nomino. 2. *Honores defero*, eine Ehrenstelle antragen. Viris fortibus merito honores decernuntur, deferuntur, tribuuntur, mandantur. In viros fortes merito honores amplissimi conferuntur, effunduntur. 3. Honores petere, affectare, nach Ehren trachten. 4. *Honores consequi*, zu einer Ehrenstelle gelangen. Ad honores ascendere; ad honores obrepere, durch unzulässige Wege zu Ehren gelangen. Honorem consequi, recipere. 5. *Honores administrare*, eine Ehrenstelle bekleiden. Honoribus fungi, uti, florere. 6. Honoribus augert, abundare; procedere, zu größern Ehrenstellen gelangen. 7. Honores missos facere, seine Ehrenstelle fahren lassen. 8. Honore dejici, abgesetzt werden. 9. Honorem alicujus imminuere, depeculari, honore privare, einem seine Ehre benehmen. 10 Honorem præfari, *cum aliquid objecturi dicendum est.* V. *Dignitas*, *magistratus*, *ornamentum*, *existimatio*, *fama.*

Honorabilis, e. ehrwürdig. *Usus.* Hæc ipsa sunt honorabilia.

Honorarium, ii, n. Ehrengeschenk. *Syn.* Munus honoris causa datum. *Usus.* Vi extortum non potest dici honorarium.

Honorarius, a, um, was einem zu Ehren geschieht. *Usus.* Honorarius arbiter. Honorariam operam alicui accommodare.

Honorate, ehrlich. *Syn.* Honorifice. *Usus.* Honorate de aliquo loqui.

Honoratus, a, um, geehrt, ehrsam. *Syn.* Qui in honore & pretio est. *Inglorius.* *Adv.* Valde. *Phrif.* *Vir honoratus*, ein ansehnlicher Mann. Vir honestus & honoratus amplissima dignitate, semper in laude versatus, insolens infamiæ, circumfluens gloria; omnibus præsi-

Wagner.

Digitized by Google

diis orſatus, florens in urbe, cui omnes exhibeant levia quidem illa, ſed honorabilia; ſalutare, appetere, aſſurgere, deducere, reducere, conſulere; de quo omnes mirabiliter loquuntur & ſentiunt. Vir communi omnium laude, magnificentiſſimis ſæpe decretis honeſtatus. Vir in maximis muneribus ſpectatus, cui præcipuus honor habetur; qui magna cum dignitate vivit; qui ſplendore vitæ, ac dignitate plerosque ſuperat; ſummis functus honoribus; cui nullus honor defuit; quem pauci honore antecedunt. *Uſus.* Clarus & honoratus vir. V. *Clarus.*

Honorifice, mit Ehren. *Syn.* Honorate. *Phraſ. Honorifice de te fum locutus*, ich habe gar rühmlich von dir geredet. Mea in te honorifica fuit oratio; verbum nullum ex ore meo exiit, niſi tua cum laude conjunctum; laudavi, extuli, orniavi te; laudes haud parce in te contuli; iis verbis uſus ſum, quæ ad te honeſtandum valerent plurimum; honorificis te verbis proſecutus ſum abſentem. V. *Laudo. Uſus.* Liberaliter aliquem & honorifice tractare. Ornate & honorifice de aliquo prædicare.

Honorificus, a, um. rühmlich. *Syn.* Decorus, dignus. *Uſus.* Honorificus in aliquem. Vera honorifica.

Honoro, as, avi, atum, are. ehren, Ehre erweiſen. *Syn.* Honorem habeo, adhibeo, honeſto, honorificis verbis proſequor, honorem debitum præſto, honore augeo, orno. *Uſus.* Nunquam non virtus honoratur. V. *Honor.*

Hora, æ, f. Stunde. *Epi.* Antecedens, conſequens, calamitoſior, vacua periculis. *Uſus.* Horam conſumere, terere. Hora abit. In horam vivere. Hora amplius ludunt. Suis horis uti. Horæ ſubſecivæ, & quod a negotiis neceſſariis ſubtrahitur tempus, Nebenſtunden. Horæ dimidium, eine halbe Stunde. Horæ dodrans, drey Viertel Stunde.

Hora Canonica, Brevier, Tagzeit. *Syn.* Preces horariæ, horarium ſacerdotis penſum, divini officii penſum certas in horas diſtributum, ſtatæ certis horarum intervallis ſacerdotum precationes ex Eccleſiæ ritu præſcriptæ. *Phraſ. Orare ex Breviario horas Canonicas*, das Brevier bethen. Ex libro precum horarium ſacerdotale penſum perſolvere; imperatum ſacerdotibus precum diurnarum penſum conficere, abſolvere; preces, quæ ſtato horarum intervallo diſtinguuntur, fundere; peragere; divini officii penſum exſolvere. V. *Oro.*

Horizon, ontis, m. Geſichtskreis. *Syn.* Finiens. *Uſus.* Illi orbes, qui cœlum quaſi medium dividunt, & aſpectum noſtrum definiunt, quos Græci ὁριζοντας nominant, a nobis finientes recte nominari poſſunt.

Hornotinus, a, um. heurig. *Syn.* Hujus anni, hornus. *Uſus.* Frumentum, vinum hornotinum.

Hornus, a, um. heurig. *Syn.* Hornotinus, hujus anni. *Uſus.* Vinum hornum.

Horologium, ii, n. Uhr. *Syn.* Solarium.

Horrendus, a, um. gräulich. *Syn.* Horrificus, horribilis, formidoloſus, metuendus, pertimeſcendus, res multæ trepidationis. V. *Horribilis.*

Horreo, es, ui, — für ſich ſchauren, erzittern. *Syn.* Metuo, cohorreo, formido, timeo. *Ant.* Imbecillius. *Phraſ.* 1. *Naturaliter horremus & formidamus dolorem*, mit ſcheuet uns von Natur vor dem Schmerzen. Horrore nos dolor perfundit; nomen ipſum doloris horrori eſt; abhorrent omnes, & ut immanem quandam ac perniciſoſam beſtiam peſtemque refugiunt dolorem; mortis inſtar putant dolorem; ut ab inimico hoſte refugiunt plerique a dolore. 2. *Horruerunt omnes ad impii hominis conſpectum*, es haben ſich alle über ihn entſetzt. Horror omnes perſtrinxit ingens; jamque decedere ab eo, aditumque ac ſermonem ejus defugere, nequid ex ejus contagione incommodi acciperent, velle videbantur. 3. *Horreo ad tam atrox ſpectaculum*, dieſe Sache macht mich ſchaudern. Horreſco totus; tremo totus; totis artibus contremiſco; capilli horrent; horror me perſtringit; refugit animus ac reformidat. V. *Timeo, torreo. Uſus.* Horrere minas alicujus.

Digitized by Google

cujus. Horreo, quorsum id evadat. Horret corpus frigore.

Horresco, is, ere. **erschrecken.** *Syn.* Perhorresco. *Usus.* Injecto terrore mortis horrescunt. V. *Horreo.*

Horreum, i, n. **Scheuer.** *Syn.* Cella. *Usus.* Neque in segetibus, neque in areis, neque in horreis.

Horribilis, e. **schrecklich.** *Syn.* Horrendus, horrificus, formidabilis. *Usus.* Hanc tam tetram, tam horribilem, tam infestam ac pertimescendam reipublicæ pestem effugimus. Horribiles & miseri casus aliorum. V. *Horreo.*

Horride, **unlieblich.** *Syn.* Aspere, duriter. *Usus.* Inculte, horride dicere, vivere.

Horridulus, a, um. **etwas unlieblich.** *Usus.* Orationes horridulæ.

Horridus, a, um. **gräßlich, rauh.** *Syn.* Incultus, asper, durus.)(*Nitens, nitidus.* *Adv.* Omnino, semper, plane. *Phras. Quam teter incedebat, quam truculentus, quam terribilis aspectu!* **wie grausam hat er ausgesehen!** Quam agrestis homo & inurbanus! Natura asper & iniquus omnibus, doctrina asperior & durior. V. *Efferare, agrestis.* *Usus.* Cum eum incultum, horridum mœstumque vidissem. Horridioribus verbis uti.

Horrifer, a, um. **das zittern macht.** *Syn.* Horrificus. *Usus.* Horrifera portentum.

Horrificus, a, um. **entsetzlich.** *Usus.* Horrificum bellum. V. *Horridus.*

Horrisonus, a, um. **das ein gräuliches Getöse macht.** *Usus.* Horrisonum fretum.

Horror, oris, m. **Schrecken, Schauder.** R. ἔρομαι, *excito.* *Usus.* qui me horror perfudit? V. *Metus, timor, terror.*

Hortatio, onis, f. **Ermahnung.** *Syn.* Cohortatio. *Epi.* Grata, maxima, necessaria. *Usus.* Non hortatione, neque præceptis, sed precibus tecum fraternis ago. V. *Monitio.*

Hortator, oris, m. **Vermahner.** *Syn.* Suasor, consuasor, auctor. *Epi.* Assiduus. *Usus.* Auctor, adjutor, hortator ad agendum aliquid. Hortatore non eges, sponte enim exardescis ad litterarum studia. V. *Auctor.*

Hortatus, us, m. **Ermahnung.** *Syn.* Hortatio. *Usus.* Id feci aliorum consilio, auctoritate, hortatu. V. *Monitum.*

Hortor, aris, atus sum, ari. **vermahnen.** *Syn.* Adhortor, suadeo, auctor sum, cohortor, excito, impello, acuo. (*Dehortor, deterreo.* *Adv.* Aliquando, amice, etiam atque etiam, jam dudum, magnopere, separatim, vehementer. *Phras.* 1. *Non opus est, te hortari,* **es ist nicht vonnöthen, daß ich dich vermahne.** Hortatione mea non indiges; currentem quid incitem? Hoc non eo dico, ut te oratio mea dormientem excitet, sed, potius currentem incitet, atque ad majorum tuorum imitationem cohortetur; cum ad omnem laudem tua sponte properes, non impulsu meo, non est, quod te exhorter ad virtutis studium; quod adhortatione animum firmem, quod ad virtutem arrigam; frustra fim, si longa cohortatione utar, si cohortationem suscipiam, si acri cohortatione ad virtutis studium incitare te velim; si pluribus rationibus ad virtutis studium te impellam; hortatore non eget virtus tua. 2. *Parentes filios hortari ad bonas artes debent,* **die Aeltern müssen die Kinder zur Erlernung der Künste antreiben.** Impellere filios parentes debent ad eas artes, quarum est æterna possessio; debent incitare, consilio, rationibus, argumentis adducere ad eas artes, ostendere filiis parentes debent bonarum artium fructum; debent hortatores esse filiis, laudare eas artes; id consilii dare, ita consulere, ut eas artes complectantur; auctores filiis parentes esse debent, ut ad eas artes, ut ad earum artium studia sese conferant, applicent, animum adjungant, toto animo incumbant, quarum possessio vitam æquat, quarum nobis fructum una mors adimit. Ea demum est ad filios egregia parentum cohortatio, qua impelluntur ad eas disciplinas quarum usus interitu tantum vitæ, nulla re præterea terminetur. Decet parentes illos, qui liberis consultum volunt, non eos ad rem cohortari, quam facile, nullo negotio, arbitratu suo tum largitur, tum eripit fortuna, verum ad eas artes, quarum vitæ par usus &

Digitized by Google

possessio est. V. *Excito*, *moneo*, *stimulo*. *Formulae hortantis*, Weise einen Muth zuzusprechen. Age, age vero, agedum; studia, amabo, prosequere. Macte virtute; persequere coepta, si vir es; sodes, *si audes*, age, siquid agis.

Hortulus, i, m. Gärtlein. *Epi.* Jucundior, hortuli propinqui. *Usus.* Democriti fontibus Demetrius hortulos suos irrigavit.

Hortus, i, m. ein Garten. *Epi.* Apricus, horti paterni, pretiosi, venales. *Usus.* Deliciarum causa & voluptatis quosdam in hortis suburbanis suis cum Mitrella saepe videmus.

Hospes, itis, g. c. Gast, Gasthalter, Wirth. *Syn.* Qui divertit, *aut* apud quem aliquis divertit. D. Hospes, Wirth, *qui gratis & amicitiae causa alium domo recipit.* Caupo; *qui pretio, aut lucri causa.* *Epi.* Antiquus, edax, minime edax, tam inimicus coenae, & sumptuosus, gravis, nobilis, nobilissimus, sanctissimus, splendidissimus, ornatissimus; vetus & amicus. *Phras.* 1. *Hospitem me in aedibus suis habuit*, er hat mich als einen Gast in sein Haus aufgenommen. Hospitii jus, & amicitiae officium praestitit; commodo hospitio, hospitali mensa blande & benigne me accepit; domus ejus mihi sociisque hospitibus patuit; hospitem me admisit; suis me aedibus hospitem excepit; hospitio me humanissime excepit; hospitium lautissimum mihi praebuit; hospite usus sum perhumano. 2. *Hospes meus, cum Viennae essem, affinis tuus fuit*, so lang ich zu Wien war, habe ich bey deinem Schwager eingekehrt. Hospite usus sum affini tuo; ad affinem tuum summa illius voluntate diverti; apud affinem tuum laute admodum diversatus sum; deductus sum ad affinem hospitem; apud affinem tuum collocatus sum; cum affine tuo hospitium jungebam, faciebam. V. *Excipio*. *Usus.* 1. Ad hospitem divertere. 2. Hospites admittere, accipere, recipere. 3. Orator nulla in re rudis aut tiro, nec hospes, aut peregrinus esse debet. Adeone tu hospes hac in urbe?

Hospita, ae, f. Wirthinn. *Epi.* Vetus. *Usus.* Ego ipsa sum, inquit, hospita.

Hospitalis, e. gastfrey. *Syn.* Qui libenter recipit. *Usus.* Domus omnibus apertissima, & hospitalis. *Hospitale*, Spital, *vulg. est*; *rectius dicetur*: diversorium publicum peregrinorum, *aut graeco vocabulo* Xenodochium; *aut si aegrotis is locus destinatus sit*, valetudinarium publicum, *graece* Nosocomium, *aut* Nosodochium, Krankenspital.

Hospitalitas, atis, f. Gastfreyheit. *Usus.* Valde a Theophrasto laudatur hospitalitas. V. *Excipio*.

Hospitaliter, gastfrey. *Usus.* Invitari hospitaliter per domos.

Hospitium, ii, n. Gasthof, Herberge. *Syn.* Diversorium, domus, quae gratis amicis patet, sedes hospitalis; *item*: familiaritas, amicitia. *Epi.* Agreste, avitum, liberale, magnificentissimum, publicum, vetus, vetustum. *Usus.* Hospitium facere cum aliquo. Hospitio jungi. Hospitio accipere, recipere quempiam. Est mihi vetus cum illo hospitium. Hospitio renuntiare. V. *Hospes*.

Hostia, ae, f. Schlachtopfer. *Syn.* Victima. *Epi.* Maxima, proxima, hostiae balantes, decorae grataeque, humanae, majores. *Usus.* Diis hostias immolare; humanis hostiis DEUM placare. Praebere hostias ad sacrificandum; hostias adducere, ducere; caedere. V. *Consecro*, *Eucharistia*.

Hosticus, a, um. dem Feinde gehörig. *Syn.* Hostilis. *Usus.* Vagi milites in hostico errabant. Ensis hosticus.

Hostilis, e, feindlich. *Syn.* Inimicus, infestus, hosticus. *Usus.* Hostilem in modum vexare quempiam. Hostili in rempublicam animo.

Hostiliter, feindseliger Weise. *Syn.* Inimice, hostilem in modum, infeste, iniquo animo. *Phras.* *Hostiliter agere*, Feindseligkeit verüben. Hostiliter facere; hostilem in modum vexare; hostiles spiritus gerere, & nullum non genus calamitatis contumeliaeque in aliquos edere.

Hostis, is, c. Feind. R. ab ὅστις, *quicunque peregrinus est, cujus nomen*

sibi ignoratur. Syn. Inimicus, perduellis, qui contra rempublicam arma fert, qui patriæ bellum indicit, qui adversus, qui contra arma fert. *Epi.* Acerbissimus, acerrimus, atque infestissimus, amentissimus, profligatissimus, antiquus, antiquissimus, armatus, capitalis, certus, crudelis, domesticus, externus, ferus & immanis, fœdissimus, importunissimus, impurus, impius, justus & legitimus, nefarius, perditus, perpetuus, potens, præsens, sceleratus, teter, teterrimus, togatus. *Usus.* 1. *Ad hostes desicere*, zum Feinde übergehen. Transire, se conferre, confugere, transfugere. 2. *Hostem arcere*, den Feind abtreiben. Hostem submovere, prohibere vim hostium, bellumque defendere, hostes rejicere. 3. *Hostes dissipare*, zerstreuen. Fundere, obterere, prosternere, occidere, delere, schlagen V. *Inimicus, adversarius, infestus.*

Huc, hieher. *Syn.* Ad hoc, ad hanc rem. *Usus.* 1. Huc te pares, hæc cogites. 2. *Horsum*, dahin. Huc hominem & illuc rapere. Rem huc adduxi.

Hui, ey! *Admirationis & optationis vox. Usus.* Hui, quam hoc velim scire!

Hujusmodi, dergleichen. *Syn.* Id genus hujus exempli.

Humane, leutselig. *Syn.* Humaniter, benigne. *Usus.* Fecisti humane, quod.

Humanitas, tis, f. Höflichkeit. *Syn.* Lenitas, facilitas, comitas, urbanitas, suavitas morum, morum atque sermonum lepos, benignitas, placabilitas, mansuetudo; *item*: eruditio, doctrina; *item*: natura humana, indoles, ingenium humanum. *Epi.* Communis, digna scientia, in aliquem excellentior, mira, multa, politior, singularis, summa, tanta. *Phras. Cæsar rara erat e ga omnes humanitate*, Cäsar war gegen alle von einer seltnen Höflichkeit. Cæsar præter multas virtutes, quibus floruit, ea fuit humanitate, ut nihil supra posset; ejus humanitatis fuit, ut nemo cum illo conferendus, comparandus, æquandus esset; ea præditus fuit humanitate, ut nemo par illi fuisse videatur. Humanitate Cæsar excelluit, omnibus antecelluit, præstitit; omnes vicit, superavit. Nihil Cæsare humanius. Humanitatem Cæsar ita coluit, ut nemo magis. Cæsare nemo fuit ad humanitatem propensior. Cæsar proprio quodam naturæ munere factus ad benignitatem videbatur. Singularem in comitate morum, ac præcipua quadam laude dignum jure Cæsarem duxeris. Laudem suavissimæ comitatis præter cæteros Cæsar tulit. Laus humanitatis & comitatis uni maxime Cæsari debetur. Qui sit Cæsari humanitate præferendus; qui plus habeat, ostendat humanitatis; in quo plus, quam in Cæsare humanitatis sit, respondeat; Cæsare qui magis ad humanitatem propendeat; qui humanitatis laude sit Cæsare præstantior; qui præstaret, antecelleret humanitati Cæsaris, neminem reperiri posse puto, neminem adhuc novimus. Nemo Cæsarem humanitate vincere potuit. Nemo unquam Cæsare humanitate magis abundavit. Nemo fuit Cæsare humaniore sensu. V. *Humani mores. Usus.* 1. Nemo Catone commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis & morum suavitatem; humanitatem alicui tribuere, habere. Difficillima est illa societas gravitatis cum humanitate. 2. *Natura humana, ingenium, indoles humana*, Menschlichkeit, menschliche Sitten. Humanitatem omnem exuere, abjicere, extirpare. Petere veniam errato ex humanitatis communis jure & misericordia. Omnem humanitatis sensum amittere. 3. *Eruditio, doctrina, artes politiores*, die freyen Künste. Artes, quibus ætas puerilis ad humanitatem erudiri solet. Homo humanitate politus, neque communium litterarum & politioris doctrinæ expers. V. *Humaniores litteræ. Pro* humanitatem assumere, die Menschheit annehmen, *rectius dices*: humanam induere naturam; hominum se natura formaque induere. V. *Humanus.*

Humaniter, höflich. *Syn.* Humane, benigne, vultu benigno, omni genere humanitatis, quod vultu ac verbis exprimi potest, quam dicet humanissime; eo vultu, qui facile

Digitized by Google

gratiam ineat, benevolentiam conciliet; hominum animos amore devinciat, ad amandum alliciat. *Uſus.* 1. Humaniter fecit, quod ad me venit. 2. *Ut hominum conſuetudo poſcit*, wie es ſich auf einen Menſchen geziemet, beſcheidentlich. Sin aliter acciderit, humaniter feremus.

Humanitas; menſchlich. *Syn.* Humano more, ut ſolet, ut fere fit. *Uſus.* Siquid humanitus acciderit.

Humanus, a, um. menſchlich, höflich, leutſelig. *Syn.* Ad hominem pertinens.)(*Inhumanus.* Affabilis, benignus, comis; blandus, facilis, commodus, urbanus. *Phraſ.* 1. *Humanæ res omnes fragiles caducæque ſunt*, die menſchlichen Dinge ſind vergänglich und hinfällig. Humanarum rerum imbecillitatem fragilitatemque quis non extimeſcat? Summa eſt humanarum rerum infirmitas; incerta omnia & mobilia, & caduca. Caſus humanos & eventus incertos valetudinis, & naturæ communis fragilitatem quis non extimeſcat? Incerta ſunt omnia, poſita non tam in noſtris conſiliis, quam in fortunæ temeritate. Nihil humanis in rebus certi eſt. Vice fortunarum humanarum quis non commoveatur? humanæ ſorti quis non illacrimetur? Humanæ res omnes fluxæ ſunt ac mobiles; mortalia omnia fortuita ſunt & peritura. 2. *Moribus eſt perhumanis*, er hat höfliche Sitten an ſich. Nihil illo amantius, ſuavius, comius, jucundius; in omni ſermone eſt affabilis; benigno alloquio, comitate invitando, beneficiis, quos poteſt, conciliando, vultu ac ſermone in omnes placato, omnium ſibi amores colligit; ſumma omnes comitate complectitur; facillimum ſe præbet omnibus, eosque familiariter ac hilariter amplexatur; mira in eo ſuavitas, mira comitas, affabilitasque ſermonis. Moribus eſt ſuaviſſimis, cultiſſimisque. Morum elegantia ac ſuavitate eſt mirabili; mira facilitate, ac venuſtate morum eſt præditus, conſpicuus. V. *Humanitas.* 3. *Hoc ex humanitate feciſti*, das haſt du aus Höflichkeit gethan. Exiſti hoc humanitate adductus, impulſus, incitatus; dediſti hoc humanitati tuæ; debet hoc humanitati tuæ; adhuc te incitavit naturæ tuæ ad humanitatem propenſio; agnoſco in hoc humanitatem tuam; fructus hic eſt humanitatis tuæ. Mirifica in hoc elucelcit urbanitas tua. 4. *Humanioribus litteris a puerilia eruditus es*, du biſt von Kindheit an zu freyen Künſten unterwieſen worden. A teneris annis humaniores diſciplinas ſtudioſe amplexus es; a puero floruiſti artibus iis, quæ ab humanitate nomen acceperunt; jam inde ab ineunte ætate diſciplinas eas coluiſti, quæ humaniores nuncupantur; ab ætatis initio humanitatis ſtudia complexus es. A teneris ad eas artes animum adjunxiſti, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet; quæ repertæ ſunt, ut puerorum mentes ad humanitatem fingerentur; quæ ad humanitatem pertinent; a puero in doctrinarum ac humanitatis ſtudio verſatus; humanitate perpolitus es; commercium litterarum & politioris doctrinæ ſtudiis excultus es. V. *Litteræ. Uſus.* 5. Aliquem a fera & agreſti vita ad humanum cultum civilemque traducere. 2. *Elegans morbus, comis, urbanus*, höflich. Vir humaniſſimus, & facillimus. V. *Officium.*

Humatio, onis, f. Beerdigung. *Syn.* Sepultura.

Humecto, as, avi, atum, are. befeuchten. *Syn.* Humidum facio, humore aſpergo. *Uſus.* Vultum lacrimis humectare.

Humerus, i, m. Schulter, Achſel. *Syn.* Suprema pars brachii. *Epi.* Lævus, levis, ſiniſter. *Uſus.* Italia Ciceronem ſuis humeris reportavit. Totum negotium unus ille gubernat, & humeris ſuis ſuſtinet; in humeros aliquem efferre.

Humeſco, is, ere. feucht werden. *Syn.* Madeo, madidus, humidus fio. *Adv.* Modice. *Uſus.* Terra humeſcens.

Humidus, a, um. feucht, naß. *Syn.* Humorem habens. *Uſus.* Ligna viridia & humida.

Humilis, e. niedrig. *Syn.* Demiſſus, jacens, abjectus.)(*Altus; alacer, clarus, præſtans. Phraſ.* "Homo eſt animo humili & abjecto, er iſt ein Menſch von einem ungemein niederträchtigen Gemüthe. Summam in

eo

Digitized by Google

eo homine animi humilitatem; summam animi abjectionem, infirmitatem, imbecillitatem, tenuitatem deprehendas; summas animi angustias in eo expertus sum. Hominem esse video exigui admodum animi, nihil spectantem in laude positum, nullius laudis cupiditate flagrantem, adversum ab omni gloriæ studio; in humiles, ac plane sordidas cogitationes dejectum, tanquam humi serpentem. V. *Abjectus*, *vilis*. *Usus*. 1. *Ratione loci*, niedrig dem Orte nach. Vites, & quæ humiliora sunt, se attollere a terra non possunt. 2. *Transl. Conditione*, *statu*, *fortuna demissus*, *moerens*, *afflictus*, schlecht dem Stande nach, verächtlich. Humilis, imbecillis, infirmus, minime generosus animus. Qui altiore animo sunt, nihil humile, nihil abjectum captant, cogitant. 3. *Judicio*, *voluntate*, *artificio*, *consilio abjectus*, gering an Verstand, Kunst ꝛc. Fracto atque humili animo supplicare. Mens angusta & humilis. *Humilis*, demüthig. *vulg. est*; *Latine*: modestus homo, animi submissi. V. *Demissus*. *Pro* Humiliare se, *quod est vulg.* sich demüthigen, *Latine*: submittere se, submisse se gerere, submittere animos. V. *Demitto*.

Humilitas, atis, f. Niedrigkeit. *Syn. Transl.* Abjectio, ignobilitas, obscuritas, vilitas. *Phras. Humilitas ista nimia est & abjectio*, deine Aufführung ist zu sehr niederträchtig, und verächtlich. Animos nimium submittis; infractos animos geris; fractos esse video spiritus tuos; ea humilitate dignitati tuæ haud consulis; præter modum te humilem præbes, & abjectum reddis. V. *Demitto*, *abjectus*, *vilis*, *animus abjectus & imbecillis*. *Usus*. 1. *Ratione loci*, dem Orte nach. Sidera inter se altitudine & humilitate distantia. 2. *Abjectio*, *ignobilitas*, Verächtlichkeit. Despicere humilitatem alicujus. Propter humilitatem & obscuritatem generis in ignoratione hominum versatur. *Humilitas*, christliche Demuth. *vulg. Latine*: Modestia animi, submissio animi, demissio animi, sui despicientia, sui contemptio; moderatio animi modeste de se existimantis. V. *Molestia*.

Humiliter, niederträchtig. *Syn.* Submisse, demisse, animo humili & imbecillo. *Cum de virtute sermo est*, demüthig. Magna animi modestia, submissione, demissione.

Humo, as, avi, atum, are. begraben. *Syn.* Sepelio. *Usus*. Humare corpora. V. *Sepelio*, *funus*, *effero*.

Humor, oris, m. Feuchtigkeit. *Syn.* Aqua, liquor. *Epi.* Non inutilis ad aliquid depellendum, mollis. *Usus*. Frigoribus durescit humor. Humor infusus in corpore.

Humus, i, f. Erdboden. *Syn.* Tellus, gleba, terra. *Usus*. Humus subacta.

Hydra, æ, f. Wasserschlange. *Syn.* Excetra, anguis.

Hydria, æ, f. Wasserkrug. *Syn.* Urna.

Hydrops, opis, m. Wassersucht. *Syn.* Aqua intercus.

I.

Jaceo, es, ui, ere. liegen. R. *ab* ἵκ κέω, *vel positus sum*. *Syn.* Prostratus sum, procumbo.)(*Vigeo*, *floreo*. *Adv.* In perpetuum, longe, obscure, sæpe & diu stratum ad pedes, sigillatim, tam diu, turpiter, valde. *Phras. Vix erat, ubi jacerent*, es war kaum ein Ort, wo sie liegen konnten. Vix erat, ubi sternerent corpora; quo se conjicerent; cui incubarent, ubi acquiescerent; vix erat, ut fusi in herba recubarent. *Usus*. 1. Mater diu ad pedes misere strata jacuit; moerens jacebat in loco. 2. *Negligor*, verlassen, verachtet seyn. Ja-

cent litteræ, ingenia, religiones, leges, ſtudia. Abſens. in tenebris, in oblivione diu jacuit, dum in lucem reipublicæ extraheretur. In ſordibus & luſtu jacere.

Jacio, is, jeci, jactum, ere. **werfen, legen** R. *ab ἰα σείω, vi quatio.* *Syn* Immitto, objicio, conjicio. *Phraſ. Tela jacere*, **mit Pfeilen ſchießen.** Emittere, conjicere in hoſtem; tela effundere, intorquere, ingerere in ſubeuntes; miſſilibus inceſſere hoſtem; quidquid ſors in manus dedit, jaculari, mittere in hoſtem. *Uſus.* Saxa, tela jacere, ja cere contumeliam, probrum, injurias; terrores, minas, periculum in aliquem jacere, *denuntiare*, **anbroben** Is caſus me in mediam contentionem jecit. Jacere fundamenta, ſuſpicionem, gradum, aditum ad gloriam. V. *Conjicio.*

Jactatio, onis, f. **Ruhmredigkeit** *Syn.* Favor, aura popularis, oſtentatio, concitatio. *Epi.* Magna, inanis, modica, multa. *Uſus.* 1. Non jactatione populari, ſed dignitate & innocentia ſe tuetur. 2 *Oſtentatio*, **Prahlerey**, oder **Bedrohung.** Jactatione verborum & periculorum terrere aliquem. 3. *Concitatio*, **Bewegung.** Jactatione maris feſſus. Jactatio corporis exigua. V. *Glorior*, *oſtentatio*

Jacto, as, avi, atum, are. **rühmen, prahlen.** *Syn* Magnifice loquor, glorior, verbis me magnum facio, gloria me & prædicatione effero, me oſtento, de me prædico *Adv.* Dupliciter ſe, graviſſime, inconſtanter, inſolentius, intolerantius, leniter primas haſtas. magnificentiſſime, non ita diu, fumtuoſus, turbide, valde, vehementius, vehementiſſime. Jactari facetius, gravius, immoderate, petulantius, vulgo, inique. *Phraſ. Solet ſe inſolenter jactare*, **er pflegt ſich recht unverſchämt zu prahlen.** Inſolenter gloriari de rebus ſuis, res ſuas inflatius commemorare, de ſuis laudibus verboſus prædicare, plenas oſtentationis voces mittere; facta ſua prædicando extollere; ſeſe verbis inſolenter efferre, magnificis verbis de ſe ſuiſque rebus loqui; agere ſuarum rerum ambitioſum oſtentatorem; laudis ſuæ buccinatorem; ſui ſuarumque rerum odioſum prædicatorem; agere ubique militem glorioſum, & inſolentius de ſe prædicare; oſtentare ac venditare res ſuas putide; nullum ſui oſtentandi finem facere; omnia naturæ ingeniique inſtrumenta ad laudis jactationem convertere; gloriæ ac exiſtimationi ſuæ falſa etiam laudis commemoratione ſervire. V. *Glorior*, *ſuperbus. Uſus.* 1. Magnifice ſe & inſolenter de re aliqua jactare. 2. *Jacto*, *agito*, *commoveo*, **bewegen, ſchütteln.** Oculos, caput, cerviculam jactare. 3. *Injicio*, *infero*, **androhen.** Terrorem, minas, pericula jactare. 4. *Exagito*, **durchziehen.** Convitiis, clamore aliquem; æquitatem multis modis jactare. Æſtu, febribus, labore forenſi, tempeſtate populi jactari. 5. *Huc illuc impelli*, **hin und her geworfen werden.** Turbato mari jactatur navis, ventoque rapitur.

Jactura, æ, f. **Verluſt.** *Syn.* Damnum. *Epi.* Immanis, magna, mediocris, minima, tanta, tolerabilis, turpis. *Uſus.* Rei familiaris jacturam facere. Magna jactura pecuniæ, *vel* in pecunia eſt facta. V. *Damnum*, *detrimentum.*

Jactus, us. m. **Wurf.** *Syn.* Conjectus. *Uſus.* Fulminum jactus.

Jaculator, oris, m. **ein Schütz.** *Syn* Qui jaculum emittit, telum mittit. *Uſus*, Sæpe optimi jaculatores errant.

Jaculor, aris, atus ſum, ari, **ſchießen, werfen.** *Syn.* Torqueo, conjicio, jacio. *Phraſ. Jaculari*, ſchießen. Jaculo petere, ferire; jacula in hoſtem ingerere; telorum ingentem vim effundere, hoſtibus injicere. *Uſus.* Jaculari ad metam. V. *Jacio.*

Jaculum, i, n. **Wurfſpieß.** *Syn.* Telum. *Uſus.* Murum jaculo trajicere.

Jam, jetzund, ſchon. *Uſus.* Jam hic tempore, cum; jam a principio belli; jam inde ab adoleſcentia; jam, a Socrate; jam usque ab heroicis temporibus; jam, jamque pluit; jam delector. Jam vero.

Jam diu, ſchon längſt. *Syn.* Jam pridem, jam dudum, aliquot jam per annos, multorum jam dierum intervallo. *Uſus.* Res jam diu geſtæ.

Jam

Jsm pridem, ſchon längſt. *Syn.* Jam dii. *Uſus.* Jam ſum pridem tuus

Jambicus, a, um. Jambiſch. *Uſus.* Jambicus verſus orationi ſimillimus.

Jambus, i m. Jambe, Fuß von einer kurzen und langen Sylbe. *Pes carminis Epi* Duplex, extremus, frequentiſſimus. *Uſus.* Jambus in oratione vitioſus, ſi extremus ponatur

Janitor, oris, m. Thürhüter. *Syn.* Januæ cuſtos, *ſeu* præfectus.

Janua, æ, f. die Thüre. *Syn.* Oſtium, aditus. *Epi.* Conſularis, effracta & evulſa *Phraſ.* 1. *Januam claudere*, die Thüre zuſperren. Fores adducere, obſerare, occludere; foribus peſſulum obdere; fores firmare peſſulis. 2. *Januam effringere*, die Thüre aufbrechen. Fores arietare; poſtes, limina ſecuribus comminuere; molliri fores; foribus proterve injuriam facere, exitium ferre; impetum facere in januam; januam refringere. 3. *Ad januam multi expectant*, viele warten vor der Thüre. Multi aſſiſtunt ad fores; obverſantur veſtibulo; ejus janua & veſtibulum magna hominum frequentia celebratur.

Januarius, a, um zum Jänner gehörig *Uſus.* Calendæ Januariæ.

Januarius, ii, m. der Jänner. *Uſus.* Menſis primus Januarius.

Ibi, daſelbſt. *Syn.* In eo loco, eo loci, inibi, in illisce ædibus. *Uſus.* 1 Nemo eſt, qui non ubivis, quam ibi, ubi eſt, eſſe malit. 2. *Ea occaſione*, bey dieſer Gelegenheit. Ibi Cæcinna poſtulare cœpit.

Ibidem, eben da. *Syn.* In eodem loco. *Uſus* Ibidem, in quo læſi, ſolabor. Ibidem te operiar.

Ico, is, ici, ictum, ere. ſchlagen. *Syn.* Ferio, ictum do. *Uſus.* In pactione fœdus icere.

Ictus, us, m. Schlag, Streich. *Syn* Percuſſio, petitio. *Epi.* Contrarius, flammatus, levis, non tribunitius, ſed conſularis, validus. *Phraſ. Multis & gravibus ictibus concidit*, er iſt nach vielen Streichen zu Boden gefallen. Pugnis calcibusque fœde conſciſſus, multis plagis confectus interiit; inter dolorem crepitumque plagarum; multis ictibus acceptis datisque corruit; acceptis graviſſimis plagis, corpore recentibus verberum veſtigiis livido, ſemianimis procubuit. *Uſus.* Ictu fulminis deflagravit. Ictu & conjectione telorum cominus magnæ ſæpe copiæ pulſæ ſunt. Eodem tecum ictu concidi.

Id das, dieſes. *Syn.* Hoc, iſtud. *Uſus.* Venit ad me & quidem id temporis. Id ætatis vir.

Idcirco, darum, derohalben. *Syn.* Ideo, ob eam rem, ea re.

Idea, æ, f. Geſtalt, Muſter. *Syn.* Forma, ſpecies, ſpecies rerum, prima & inchoata intelligentia. *Phraſ. Concepit animo eloquentiæ quandam ideam*, er hat ſich in ſeinen Gedanken ein Muſter der Wohlredenheit vorgebildet. Inſidebat in ejus mente ſpecies eloquentiæ; habebat comprehenſam animo quandam formam eloquentiæ; ſimulacrum quoddam & exemplar eloquentiæ apud ſe informarat. V. *Imago. Uſus.* Has rerum formas Plato appellat ideas.

Idem, eadem, idem. eben derſelbe. *Syn.* Hic ipſe, is ipſe, unus, par, perpetuus, geminus.)(*Alius. Phraſ.* 1. *Idem fere dicebat, quod alter*, er ſagte faſt eben das, was der andre Rebus congruentes, nominibus differebant; nulla in re discrepabant; non abhorret, non abludit ab ejus dictis hujus ſententia. V. *Congruo, convenio.* 2. *Eadem utriusque eſt cauſa*, beyde haben einerley Handel. Hujus cauſa & illius ſejungi non poteſt; eodem revolvitur; eandem cum illo incudem tundit. V. *Similis. Uſus.* Amicus tanquam alter idem. Hoc unum & idem videtur eſſe. Fuere, qui idem ornate, idem graviter dixere. Cauſæ inter ſe ſimillimæ, vel potius eædem. Vir bonus, idemque eruditus.

Identidem, immerfort. *Syn.* Frequenter. *Uſus.* Hoc identidem dicitis.

Ideo, derohalben. *Syn.* Idcirco, eo quod, ea re, quod, digna cauſa, cur, ob haſce res, ea gratia, quod; ei rei, id quod; hoc, quod, ea de cauſa, ejus rei gratia, ob id, eam ob cauſam. *Uſus.* Hæc ideo diligentius pertracto. V. *Ex eo.*

Idiota, æ, m. ein Ungelehrter. *Syn.* Rudis, imperitus, illitteratus. *Uſus* Illi idiotæ, ut tu appellas. V. *Rudis.*

Idolum, i, n. Bild, Götz. *Syn.* Simulacrum, imago. *Uſus.* Imagi-

Digitized by Google

nes, quæ idola nuncupantur, Götzenbild. *Rectius*: simulacrum ficti ac commentitii numinis *appellatur*.

Idolat a, æ, m. Götzendiener. Cultor falsorum numinum; inanium deorum cultor; qui inanibus & commentitiis diis divinum cultum tribuit; divinos honores adhibet, impertit; qui cultum uni debitum DEO simulacris impiorum hominum, lapidibusque exhibet; inanes & commentitios deos adorat; religioso cultu veneratur; qui deorum inanium simulacra impio & sacrilego cultu veneratur; qui superstitionum deterrima caligine mersus; qui superstitionum tenebris altissimis obsessus & sepultus cultum uni DEO debitum in plures impia & sacrilega partitione distribuit. Huc spectat *Idololatria, æ, f.* Götzendienst. Cultus falsorum numinum.

Idonee, bequemlich. *Syn.* Apte, commode. *Usus.* Exordio idonee comparatur auditor ad reliquam orationem.

Idoneus, a, um. tauglich. *Syn.* Aptus, commodus, tempestivus, dignus. *Usus.* Non est idoneus auctor. In deligendis idoneis hominibus judicium & delectum adhibere. Idoneum tempus, locus opportunus. Idonea verba. Imagines ad monendum idoneæ. V. *Accommodatus, aptus.*

Idus, uum, f. der 13. oder 14. Tag eines Monats. *Syn.* Dies, qui singulis mensibus nonas sequuntur. *Usus.* Idibus Martiis, den 15. März

Jecur, oris, n. die Leber. *Syn.* Hepar. *Epi.* Nitidum, plenum, horridum & exile, optimum. *Usus.* Cerebrum, cor, pulmones, jecur.

Jecusculum, i, n. ein Leberlein.

Jejune, schlecht. *Syn.* Tenuiter, exiliter. *Usus.* Jejune dicere, agere.

Jejunitas, atis, f. Mangel, Abgang. *Syn.* Tenuitas.)(*Ubertas, copia. Usus.* Cavenda oratori jejunitas, siccitas, inopia. Verborum jejunitatem ac famem, quam ubertatem nimiam malo.

Jejunium, ii, n. Fasten. *Syn.* Inedia, indicta, stata a certo ciborum usu abstinentia. *Phraf.* 1. *Jejunium quadragesimale, vulg.* die 40 tägige Fasten. Feriæ esuriales; verni jejunii quadraginta dies; jejunium quadragenum dierum; hebdomades, quæ anniversariam Christi morientis revivisentisque memoriam præcurrunt; solemnis jejunii quadraginta dies; jejunium maximum, quadragenarium. 2. *Jejunium servare*, fasten, die Fasten halten. Abstinere se certo ciborum usu, parciusque ac frugalius vivere; esuriales ferias agere; quadraginta continenter dies vescendi voluptatem reprimere, coërcere; cibis contentum inanimis; interposito quadraginta dierum jejunio corpus exhaurire; jejunium servare; inedia voluntaria se macerare; inedia, jejunio corpus affligere; gulæ ventrique bellum indicere; jejunium sancte colere; adhibere inediam; certo ciborum usu sibi interdicere; parco inopique victu corpus domare, frangere; avidum ventrem jejuniis domare, corpori cibos lautiores subtrahere; voluntariam inediam in plures dies tolerare, sustinere, proferre; corpus arctius contentiusque certorum obsoniorum abstinentia habere. V. *Abstineo.*

Jejunus, a, um. nüchtern. *Syn.* Qui nihil edit, aridus, siccus, tenuis. *Phraf. Biduo jejunus sum*, ich habe schon 2 Tage nichts gegessen. Biduo nihil cibi cepi; jejunum, sessumque mihi corpus est bidui inedia; biduum sine alimento traho; bidui abstinentia siccus & languens; biduo impransus, incœnatus perstо; esuriales ferias ago biduum. V. *Jejunium, tenuis.*

Jentaculum, i, n. Frühstück. *Syn.* Cibus, qui ante prandium sumitur.

Igitur, nun, demnach. *Syn.* Ergo. *Usus.* Jejunas igitur aures affers.

Ignarus, a, um. unwissend. *Syn.* Imprudens, inscius, rudis, imperitus, indoctus, nec opinans, in re peregrinus, & hospes; in re aliqua tiro. *Usus.* Quid agatur, ignarus sum. Ignarus rerum mearum. Facundæ orationis ignarus. V. *Rudis, ignorans.*

Ignavia, æ, i. Faulheit. *Syn.* Inertia.)(*Fortitudo. Epi.* Moderata, summa. *Phraf. Causam injusce rei in ignaviam conferebant*, dieses hat man seiner Faulheit zuzuschreiben.

Ad

Ad ignaviam, inertiam, desidiam, languorem referebant; hoc ignavi esse hominis ajebant; in hoc omnibus negligentiæ nomine suspectus erat; hoc ignaviæ adscribebant, assignabant; hic vero ejus diligentia desiderabatur. V. *Animus imbecillus, negligentia. Usus.* Fortitudini contraria est ignavia. Ignaviam suam, inertiam, desidiam parietum custodiis tegere. Ignaviæ se dedere. Ignavia oblanguere. V. *Ignavus.*

Ignave, faul, trág. *Syn.* Per summam inertiam, desidiam.)(*Contente. Usus.* Vide, nequid ignave, muliebriter, abjecte, serviliter facias. V. *Negligenter.*

Ignaviter, * faul, trág. *Syn.* Ignave.

Ignavus, a, um. trág. verzagt. *Syn.* Iners.)(*Fortis, audax. Phras. Hic omnes ignavi sunt*, da ſind alle trág. Hic omnes pigritiæ morbo laborant, omnes languent; omnes torpent, omnes frigent; hic omnia jacent; hic veternus omnes occupat; hic ignavia oblanguent omnes; hic nemo est, in quo diligentiam non requiras; cui satis sit animorum. V. *Piger, negligens. Usus.* Ignava, iners, somniculosa senectus.

Ignesco, is, ere, feurig werden. *Syn.* Ardeo, candeo, conflagro. *Usus.* Ad extremum omnis mundus ignescat.

Igneus, a, um. feurig. *Usus.* Ignea dixit sidera Cleanthes. Igneo motu arteriæ micant.

Igniculus, i, m. kleines Feuer, Funke. *Syn.* Parvus ignis. *Transl.* Facilitas ingenita. *Epi.* Matutini igniculi, parvuli, viriles. *Usus.* Virtutum igniculi & semina. Igniculos viriles jacere.

Ignis, is, m. Feuer. *Syn.* Flamma, incendium. *Epi.* Æthereus, æternus, artificiosus, clarus, confector & consumptor omnium, exiguus, hibernus, novus, perpetuus & sempiternus, vitalis, salutaris. *Phras.* 1. *ignem excitare*, Feuer ſchlagen. Ignem lapidum conflictu atque tritu elicere; ignem conflictu lapidum excutere, elidere; flammam ciere, suscitare; ignem e silice elicere. 2. *Ignes injicere tectis*, Feuer einwerfen. Ignes jacere; ignes tectis inferre, admovere. *Usus.* Ignem extinguere, aresacta materia ignem concipere facile solet. Ignis omnibus rebus vitalem impertit calorem. Hic noster ignis, quem usus vitæ requirit, confector est, & consumptor omnium. Vicina domus nihil ab igne passa est.

Ignitus, a, um. feurig. *Usus.* Inflammatus atque ignitus furor.

Ignobilis, e. ſchlecht, unedel. *Syn.* Humilis, ignobili loco natus, infimo loco natus, obscuris ortus parentibus, unus de multis, unus e populo, humili & obscuro loco natus, inferiore genere ortus, ex infimo genere, & fortunæ gradu; homo tenuis, cujus vis, & fortunæ conditio infima est; cujus stirps & genus ignoratur, qui natus parentibus est humilibus; homo ignotus, & sordidus, obscurus, abjecta & obscura familia; nulla commendatione majorum; homo per se cognitus; humilis sane & minime generosus; terræ filius, minorum gentium; homo tenui loco, obscuris majoribus, ortus; nulla sanguinis claritate commendatus, honestatus, nobilitatus. *Phras. Virtus multos etiam ignobiles evexit altius*, die Tugend hat viele, auch Unedle, zu Ehren gebracht. Multos infimæ conditionis extulit atque illustravit virtus; multos humillimæ sortis, obscuri loci, nulla parentum aut majorum laude commendatos, obscuro loco natos; ignobili, obscuro, infimo genere editos nobilitavit; multos generis humilitate jacentes virtus erexit; multi genere ignobiles & obscuri virtute honestantur, ac nobilitantur. V. *Vilis, humilis, abjectus.*)(*Nobilis, clarus.*

Ignobilitas, atis, f. ſchlechtes Herkommen. *Syn.* Humilitas generis, obscuritas, conditio, atque fortuna hominum infimi generis.)(*Nobilitas. Usus.* Aderit paupertas, ignobilitas, humilitas. V. *Humilitas.*

Ignominia, æ, f. Schande, Schmach. *Syn.* Infamia, dedecus, contumelia, macula, nota, probrum, labes. *Phras. Ignominia me affecit*, er hat mir eine Schmach angethan. Ignominia me appetiit, notavit, deformavit; ignominiam mihi inussit, imposuit; ignominiam ab re

Digitized by Google

gravem accepi. V. *Decus*, *contumelia*, *probrum*. *Usus*. Ignominia aliquem afficere, anthun. Ignominiam accipere, leiden. Ignominiam graviter ferre, ſtark empfinden. Ignominiam alicui & flagitium demere, von einer Schande befreyen.

Ignominioſus, a, um. ſchimpflich. *Usus*. Dominatio ignominioſa.

Ignorabilis, e. unbekannt. *Syn*. Quod ignorari poteſt. *Usus*. Quod non ignorabile, non fortuitum.

Ignorans, tis, *g. o.* unwiſſend. *Syn*. Ignarus. *Phraſ*. *Turpe eſt, in patria rebus eſſe ignorantem*, es iſt ſchändlich, dieſes nicht wiſſen, was ſein Vaterland betrifft. Turpe in primis hoſpitem eſſe in iis rebus, quæ ad patriam pertinent; in patria peregrinari, dedecus eſt; ea non tenere, ea ſcientia non comprehendere, ea uſu doctrinaque non percipere, in quibus res patriæ agitur; turpe inprimis eſt, in ea re rudem ac tironem, hoſpitem ac peregrinum eſſe; in ejus rei ignoratione verſari; ejus rei inſcitia laborare, quæ cum patriæ rebus eſt conjunctiſſima. V. *Rudis*, *imperitus*. *Usus*. Ignorantem ſuperbire, flagitioſum eſt. V. *Ignorantia*.

Ignorantia, æ, f. Unwiſſenheit. *Syn*. Ignoratio, inſcitia, inſcientia. *Phraſ*. *Non eſt mirum, errare eum, cujus tanta eſt ignorantia*, was Wunder iſt es, daß jener ſo oft fehle, deſſen Unwiſſenheit ſo groß iſt? Non eſt, cur miremur, ſi ſæpe labitur is, qui eſt omnium imperitiſſimus; cujus ignorantia, inſcitia ſumma eſt, qui omnes inſcitia vincit; cui neminem inſcitia parem invenias; quem omnia latent; qui nihil prorſus novit, qui nullam partem doctrinæ tenet; qui doctrinæ expers, in maxima rerum omnium ignoratione verſatur. V. *Ignorans*. *Usus*. Ignorantia litterarum.

Ignoratio, onis, f. Unwiſſenheit. *Syn*. Ignorantia.)(*Scientia*. *Usus*. Verſari in ſumma rerum ignoratione. Neſcio, quis nos teneat error, & miſera veri ignoratio.

Ignoro, as, avi, atum, are. nicht wiſſen. *Syn*. Sum ignarus, ſum neſcius, nec uſu, nec ratione cognitum habeo. *Adv*. Diutius, impune, omnino, ne quid, turpiter, aliquid, vehementer cauſam. *Phraſ*. *Quid eventurum ſit, ignoro*, was geſchehen wird, das weiß ich nicht. Quo res caſura ſit, quid conſequi poſſit, neſcio; non diſpicio, quid allatura ſit dies; explorata non habeo, latent me, quæ inde naſci poſſunt incommoda; quid futurum ſit, me fugit; non aſſequor; conjectura aſſequi non poſſum; divinare non poſſum, quæ dies ipſa ferat, pateſaciet; mente percipere non poſſum, quo res, quem in locum res evaſura ſit; futuri caſus mihi non patent, non aperti ſunt. V. *Neſcio*. *Usus*. Ignoro plane de filio.

Ignoſco, is, novi, noſcere. verzeihen. *Syn*. Parco, veniam do, remitto. *Phraſ*. *Ignoſco tibi*. ich verzeihe dirs. Omnium, quæ alia ſuper alia auſus es, veniam facio; voluntaria oblivione injurias contero; gratiam injuriarum omnium facio; condono præterita; condono amici precibus vitam tuam; dolorem meum amici voluntati ac precibus condono; iracundiam meam amicorum caritati dimitto, impunitatem injuriæ do, concedo; remitto culpam, ejusque memoriam abjicio. V. *Furco*, *venia*, *condono*. *Usus*. Sceleris pœnam prætermittere, ignoſcere vocatur. Præteritis ignoſcere. Hoc mihi, quæſo, ignoſce.

Ignotus, a, um. unbekannt. *Syn*. Obſcurus, qui in hominum ignoratione verſatur. *Phraſ*. *Homo eſt ignotus*, es iſt ein unbekannter Menſch. Omnibus incognitus; quem nemo viderit unquam; nemo, qui mortalis eſſet, audiverit. Albus, aterve homo ſit, ignoramus, cujus omnis ætas propter humilitatem in hominum ignoratione verſatur; cujus nomen, fama que in obſcuro eſt; quem generis humilitas arbitrantium judicio ſubduxit. V. *Neſcio*. *Usus*. Homo ignotus. Res in vulgus ignota.

Ilia, orum, n. das Gedärm. *Syn*. Moles & cavæ ad latera partes, & ad lumbos. *Usus*. Inflata dolore ilia rumpere.

Illabor, eris, lapſus ſum, labi. hineinfallen. *Syn*. Influo. *Usus*. Senſim

Digitized by Google

sim pernicies illapsa in civium animos, sensim avaritia immigravit. Voluptas ad sensus affluit, & illabitur.

Illacrimor, aris, atus sum, ari. **beweinen.** *Usus.* Socratis morti semper illacrimor. V. *Lacrimor.*

Illaqueo, as, avi, atum, are. **bestricken.** *Syn.* Irretio, implico, capio. *Usus.* Illaqueatus legum periculis. V. *Implico.*

Ille, a, ud. **der, die, das.** *Usus* Ipsum quidem illud. Ego ille ipse sum. Illa ista virtus. Homines minime mali illi quidem.

Illecebra, æ, f. **Anreizung.** *Syn.* Incitamentum, invitamentum, lenocinium, stimulus, blandimentum, blanditia, illicium. *Epi.* Maxima, tanta. *Usus.* Vitiorum, corruptelarum & libidinum illecebris juvenum animos invitare, delinire, irretire, capere, excitare, trahere. Illecebris se dedere. V. *Blanditiæ, voluptas.*

Illepide, **unfreundlich.** *Syn.* Injucunde, infacete. *Usus.* Crasse & illepide conquisitum aliquid.

Illepidus, a, um. **unhöflich.** *Syn.* Infacetus, putidus.)(*Lepidus.* *Usus.* Parens avarus, illepidus, in liberos difficilis. V. *Ineptus.*

Illibatus, a, um. **unberührt** *Syn.* Intactus, purus, integer, intaminatus, intemeratus, inviolatus, incorruptus. *Usus.* Flos illibatus populi. Veteres & illibatas majorum divitias profundere. V. *Purus.*

Illiberalis, e. **unanständig.** *Syn.* Ignobilis, sordidus, avarus.)(*Liberalis.* *Phras.* *Illiberaliorem hoc homine vidi neminem*, **ich habe keinen so unhöflichen Menschen jemals gesehen.** Neminem, qui tam esset alienus ab humanitate, qui ita expers esset humanitatis, vidi unquam. Humanitatem liberalitatemque ignorare videtur; ita nihil agit liberaliter, ut illiberalitatem esse virtutem existimare videatur. Ille, si quisquam alius, inofficiosus est maxime; de humanitate minime laborat; officii tam negligens est, ut nemo magis. *Usus.* Genus jocandi illiberale; quæstus illiberalis. V. *Parcus, sordidus, illiberalitas.*

Illiberalitas, atis, f. **Kargheit, Unhöflichkeit.** *Syn.* Sordes, avaritia.)(*Liberalitas, humanitas.* V. *Agrestis, inhumanus.*

Illiberaliter, **karg, unhöflich.** *Syn.* Sordide, avare, ingrate. *Usus.* Neque indiligenter, neque illiberaliter.

Illic, **dort.** *Usus.* Illic fum.

Illicet, *vel* ilicet, **alsbald, von Stund an.**

Illicio, is, lexi, lectum, ere. **anreizen.** *Syn.* Allicio, induco, alleco. *Usus.* Similitudo illicit ad amicitiam. V. *Allicio.*

Illicitus, a, um. **verboten, unziemend.** *Syn.* Nefas, non licitum.

Illicium, ii, n. **Anreizung.** *Syn.* Invitamentum, incitamentum. *Usus.* Profectionis meæ frater illicium fuit. V. *Illecebra.*

Illico, **alsbald.** *Syn.* Continuo. *Usus.* Simul atque bellum cœpit, artes nostræ illico conticescunt. V. *Statim.*

Illido, is, lisi, lisum, ere. **anstossen.** *Syn.* Contundo, confringo. *Usus.* Serpens illisus & compressus morietur.

Illigo, as, avi, atum, are. **anbinden, einmengen.** *Syn.* Implico, irretio. *Adv.* Scite, commodissime. *Usus.* In oratione aliqua omnes illigare dicendi lepores. Bello aliquem, sermoni illigare.

Illinc, **von dannen.** *Syn.* Inde, *loci et personæ ratione.*)(*Hinc.* *Usus.* Omnem amorem ejecit illinc, atque in hanc transfudit.

Illino, is, levi, litum, ere. **anstreichen.** *Syn.* Induco, inungo, inficio. *Usus.* Color fuco illitus. Sordes illinere.

Illitteratus, a, um. **ungelehrt.** *Syn.* Idiota, litteratum ac doctrinæ expers.)(*Litteratus.* *Usus.* Incidunt in sermone varia, nec illitterata, nec insulsa. V. *Rudis, imperitus.*

Illo, **dahin.** *Usus.* Illo facile veniens.

Illotus, a, um. **ungewaschen.** *Syn.* Sordidus. *Usus.* Sermone illoto uti & inhonesto.

Illuc, **dorthin.** *Usus.* Huc atque illuc intueri, *vulg. hinc inde*, **hin und her.**

Illuceo, es, luxi, ere. **erscheinen.** *Syn.* Eluceo, appareo.

Illucesco, is, luxi, ere. **Tag werden, erscheinen.** *Syn.* Illuceo, exorior, appareo. *Adv.* Aliquando, repente. *Usus.* Hic lætus tibi dies illucescit. Tantæ perturbationi repen-

Digitized by Google

pente vox & auctoritas consulum illuxit. Ut dies illuxit.

Illudo, is, lusi, lusum, ere. **verspotten.** *Syn.* Ludo, ludificor. *Adv.* Diutius, vicissim, merito, plane, ultro. *Usus.* Carneades Rhetorum præcepta & nimium acumen illudere solebat. Miseriis alicujus, auctoritati senatus illudere. Dialecticam totam illudere. In aliquem illudere. V. *Irrideo.*

Illuminate, **heiter, hell.** *Syn.* Ornate.

Illumino, as, avi, atum, are. **erleuchten, auszieren.** *Syn.* Lucem *vel* lumen affero, lumen præfero, collustro, illustro: orno: colorum varietate distinguo.)(*obscuro. Usus.* Quod tanquam stellis quibusdam notat & illuminat orationem. V. *Orno, illustro.*

Illusio, onis, f. **Verspottung.** *Syn.* Irrisio.

Illustratio, onis, f. **Erleuchtung.** *Syn.* Fulgor, splendor. *Usus.* Solis illustratio.

Illustris, e, **edel, berühmt.** *Syn.* Nobilis, clarus.)(*obscurus. Usus.* Homo illustris honore & nomine. Illustris ac nobilis domus. Testatum & gloriosum & illustre factum. Hoc erit tibi ad laudem illustre. Erunt hæc tanto expressiora & illustriora. V. *Clarus, nobilis, summus.*

Illustro, as, avi, atum, are. **erklären.** *Syn.* Illumino, collustro, orno.)(*obscuro. Adv.* Breviter, maxime, valde. *Phras.* 1. *Illustrabit tuam amplitudinem inimicorum injuria*, **die feindlichen Drangsalen werden dein Ansehen scheinbar machen.** Quo magis obscurare atque exstinguere tuam dignitatem inimici conabuntur, eo plus ad eam splendoris accedet; eo clarius elucebit, eo apparebit illustrius, eo fiet clarior & illustrior. 2. *Oratoris est obscura illustrare*, **ein Redner muß dunkle Dinge zu erklären wissen.** Obscuris dare lucem; lumen afferre; splendorem afferre; in bono lumine collocare obscura. *Usus.* Fatetacere & illustrare veritatem, obscura. Illustrare laudibus aliquem.

Illuvies, ei, f. **Unflath.** *Syn.* Sordes. *Usus.* Pectus illuvie scabrum. V. *Sordes.*

Imaginor, aris, ari. *vulg.* **einbilden.** *Phras.* 1. Vos ante oculos animosque vestros proponite; vultu ejus & incessum animis intuemini; id animo contemplemini, quod oculis non potestis; cogitatione vobis hominis mores depingite, constituite; cogitatione, animo fingite, exstruite animo altitudinem præstantiamque virtutum quamlibet; sumatur vobis vir præstans, & ante oculos ponatur; concipite, comprehendite animo quantamlibet virtutis magnitudinem; reputate apud vos, atque animis repræsentate; obversetur ante oculos animosque divina vir virtute; speciem tantæ virtutis animo informate, adumbrate; virtutis tantæ imaginem, si potestis, animo fingite, comprehendite, describite; mente concipite. 2. *Imaginor mihi facile vulg.* **ich bilde mirs wohl ein.** Persuasum habeo; animo mihi repræsento; facile animum induco, in animum induco; in eam opinionem facile adducor; in ea opinione sum; facile mente concipio. V. *Opinio, cogito.*

Imago, inis, f. **Bildniß.** *Syn.* Simulacrum, species, exemplar. *Epi.* Larvata, expressa, multa. *Phras. Juvat, præstantiorum virorum imagines intueri*, **es nützet nicht wenig, wenn man die Bildnisse großer Männer ansieht.** Simulacra magnorum virorum; monumenta formæ ac nominis; effigiem clarorum hominum identidem respicere; picturæ, tabulæ, imagines ex ære, *vel* marmore præclare factæ ad virtutem adhortantur. V. *Idea.*

Imbecillis, e, *vel* Imbecillus, a, um. **schwach.** *Syn.* Infirmus, debilis, enervatus, exsanguis: parum firmamenti, ac virium habens, fracta & tenui valetudine.)(*Valens. Usus.* Homo a valetudine & natura infirmior. Omnis superstitio animi imbecillis & anilis est. Imbecilla ad pugnandum respublica. V. *Infirmus, debilis.*

Imbecillitas, tis, f. **Schwachheit.** *Syn.* Infirmitas, debilitas, defatigatio, fragilitas. *Epi.* Humana, maxima. *Usus.* Nosti imbecillitatem hominis, luxum, mollitiem. Susceptum onus propter animi imbecillitatem deponere. Ætatis & virium imbecillitas illum moratur. V. *Debilitas, infirmitas.*

Im-

Digitized by Google

Imbecillitet, fraftlos. *Syn.* Languide.
Imbellis, e, nicht kriegerisch, zaghaft. Ignavus. *Usus.* Nunquam periculi fuga faciendum est, ut imbelles & ignavi videamur. V. *Timidus.*
Imber, bris, m. Platzregen. R. *ab ὄμβρος, imber. Epi.* Lapideus, sanguineus, maximus, assiduus, magnus. *Usus.* Magnos & assiduos imbres habuimus. Maximo imbre ad locum pervenimus. Ingentibus procellis fusus imber. V. *Tempestas, pluvia.*
Imberbis, e, ohne Bart. *Usus.* Imberbis adolescentulus.
Imbibo, is, bibi, itum, ere. einsaugen. *Syn.* Haurio, concipio. *Usus.* Malum animo opinionem de aliquo imbibere.
Imbrex, icis, m. Hohlziegel. *Syn.* Tegula curta & obtorta, quæ tectis applicari solet.
Imbuo, is, ui, utum, ere. einflößen, unterweisen. *Syn.* Inficio, tingo: instituo. *Usus.* Tela veneno, lanam colore imbuere. Pueri animum bonis opinionibus, ingenium artibus, pectus pietate imbuere. Bellum odio, gladium scelere imbuere. Errorum pravitate imbui. V. *Docco.*
Imitabilis, e, leicht nachzumachen. *Syn.* Quod immitatione aliquis assequi potest. *Usus.* Imitabilis orationis sublimitas.
Imitatio, onis, f. Nachahmung. *Syn.* Æmulatio. *Epi.* Depravata, fallax, facilis, periculosa. *Usus.* Excellentium hominum virtus est imitatione digna. Periculosam exemplo imitationem posteris prodere. Imitatione consequi virtutem alicujus. Comœdia est imitatio vitæ.
Imitator, oris, m. Nachfolger, Nachahmer, Æmulator, æmulus. *Epi.* Imitatores faceti, multi, permulti. *Usus.* Æmulus & imitator studiorum meorum. Majorum suorum, veterum facinorum imitator.
Imitatrix, icis, f. Nachfolgerinn, *Epi.* Parva, temeraria & inconsiderata. *Usus.* Gloriæ imitatrix facta singularis.
Imitor, aris, atus sum, ari, nachahmen. R. *a μιμητής. Syn.* Adumbro, expremo, imitatione exprimo; exemplum ab aliquo transfero, sequor, exequor; Simulo, fingo. *Phras.* 1. *Decet te majores imitari,* es gebührt sich, daß du deinen Vorältern nachahmest. Majorum laudem cupidissime persequi; vitam avorum & consuetudinem exprimere; imitando consequi; a majoribus similitudinem ducere; majorum vestigia persequi, ad majorum facta se exercere; in majorum, velut unici exempli, mores & instituta abire; pedem in majorum vestigiis ponere; per calcatam a majoribus semitam incedere; rationes tuas ad majorum rationes adjungere, ad æmulandum patrum decus accendi te convenit; majorum insistere, ingredi vestigia; facta eorum & consulta sectari, adumbrare. 2. *Non deest ex majoribus tuis, quem imitere,* du hast noch einen aus deinen Vorältern, dem du nachfolgen kannst. Non deest ex majoribus, unde tibi, quod imitere, capias; quem sequare; cujus teras vestigia; cujus vestigia sequaris; cujus vestigiis inhæreas, insistas; a quo tibi exemplum capias, sumas, habeas; quem tibi exemplar proponas; cujus exemplo vivas; cujus exemplum sequere; qui tibi exemplo sit; cujus ad imitationem vivas; cujus sis immitator, discipulus; quem autorem habeas; cujus exempla intueare; a quo vivendi normam & exempla petas; in cujus vestigia incurras; cujus imaginem morum vitæque imitatione referas. V. *Exemplum, conforme, sequor. Usus.* Heroum veteres casus imitari & exprimere.
Immanis, e, grausam. *Syn.* Ferus, importunus.)(*mitis, mansuetus. Phras. Homo immanis,* ein Unmensch. Homo, in quo nec hominis quidquam est præter figuram & speciem, neque Romani, præter habitum & sonum linguæ, pestis ac belua immanis; homo omni diritate & agresti immanitate teterrimus. V. *Barbarus. Usus.* Immanis & fera natura; audacia; immane facinus. V. *Crudelis.*
Immanitas, tis, f. Grausamkeit. *Syn.* Feritas, diritas. *Epi.* Silvestris, barbara, detestabilis, nefaria, nova, singularis, tanta, vetus. *Usus.* Omni diritate, & im-

Digitized by Google

manitate teterrimus, efferatus. V. *Barbaries.*

Immanſuetus, a. um. **unbändig.** *Syn.* Ferus, barbarus.)(*Manſuetus*, V. *Atrox.*

Immaturitas, tis, f. **Unzeitigkeit.** *Syn.* Nimia celeritas, acerbitas, importunitas. *Epi.* Tanta. *Uſus.* Quid hæc feſtinatio, hæc tanta immaturitas.

Immaturus, a, um. **unzeitig.** *Syn.* Crudus, acerbus, acerbitate permiſtus, intempeſtivus, præpoſterus, qui a maturitate longe abeſt.)(*maturus.* *Uſus.* Mors immatura, & alieniſſimo tempore nuntiata.

Immedicabilis, e. **unheilbar.** *Uſus.* Malum immedicabile. V. *Deſpero.*

Immemor, oris, g o. **vergeſſen.** *Syn.* Oblitus. *Uſus.* Mandati immemor. V. *Obliviſcor.*

Immenſitas, atis, **Unermeßlichkeit.** *Syn.* Infinitas. *Uſus.* Immenſitates camporum.

Immenſus, a, um. **ſehr groß, unermeßlich.** *Syn.* Infinitus, profundus.)(*Finitus, dimenſus.* *Uſus.* Ingens, immoderata, infinita, immenſa cupiditas, vitiorum vorago.

Immerens, tis, g. o. **unverdient.** *Uſus.* Innocentem, & immerentem premis.

Immergo, is, merſi, merſum, ere **eintunken.** *Syn.* Ingurgito. *Adv.* Penitus. *Uſus.* In alicujus ſe conſuetudinem immergere. V. *Mergo.*

Immerito, **unbillig.** *Syn.* Injuria, de nihilo. *Uſus.* Immerito & de nihilo iraſceris. V. *Injuria.*

Immigro, as, avi, atum, are **einzichen.** *Syn.* Migro, commigro, ſolum colonis occupo. *Uſus.* Immigrare in aliam domum; in mores alienos. Avaritia & luxuria pedetentim in rempublicam immigrat. V. *Migro.*

Immineo, es, ui, ere. **nahe ſeyn** *Syn.* Impendeo. *Phraſ.* 1. *Hoſtis nobis imminet*, **der Feind iſt ſchon nahe.** Bellum non in animis modo, ſed prope in oculis eſt; bellum nos, *vel* nobis manet, & jam impendet; hoſtes in capite ac cervicibus noſtris hærent; in tergis noſtris hærent hoſtes; ſupra caput eſt hoſtis. 2. *Infortunium nobis imminet*, **wir haben ein Unglück zu fürchten.** Fatum nobis aliquid impendet, aut inſtat jam plane, aut certe approprinquat; eadem in nos fortuna ingruit, quæ alios afflixit; in propinquo eſt malum. Faba aliqua in nos cuditur; haud longe aberit infortunium. *Uſus.* Carthago diu Romæ imminebat. Cupiditate imminere in alienam hereditatem, **nachſtellen.** Animis in ſpem propinquam, in occaſionem hoſtis evertendi imminere. V. *Inſidiae, prope.*

Imminuo, is, ui, utum, ere. **mindern** *Syn.* Diminuo, attenuo. *Uſus.* Imminuere de voluptate alicujus; opes acciſæ & imminutæ. V. *Minuo, detrubo.*

Imminutio, onis, f. **Verminderung.** *Syn.* Diminutio. *Uſus.* Sine imminutione dignitatis tuæ id fiet.

Immiſericors, dis, g. o. **unbarmherzig.** *Syn.* Immanſuetus, ſuperbus, infeſtus. V. *Durus, ſuperbus.*

Immiſſio, onis, f **Einpflanzung** *Uſus.* Sarmentorum aliorum amputatio, aliorum immiſſio.

Immitis, e. **unbarmherzig.** *Syn.* Aſper, ſævus, crudelis, immanſuetus. *Uſus.* Princeps immitis ac ſævus Uva immitis, cruda ac immatura. V. *Aſper, crudelis.*

Immitto, is, miſi, miſſum, ere. **hineinſchicken.** *Syn.* Mitto, facio, impello.)(*emitto.* *Uſus.* Facere & immittere injuriam in aliquem. Immittere ſe in armatos hoſtes, in voluptates.

Immo, **ja, ja vielmehr.** *Syn.* Etiam atque etiam, jam vero etiam, citius dixerim; quin etiam; haud ſcio, an non etiam. *Uſus.* Cauſa igitur non bona eſt? immo optima.

Immobilis, e. **unbeweglich.** *Syn.* Torpens. *Uſus.* Terra immobilis, manens, ima ſede ſemper hærens.

Immoderate, **unmäßig.** *Syn.* Immodice, immodeſte, extra modum, non moderate.)(*Moderate.* *Uſus.* Adverſas res ut ſecundas immoderate ferre, levitatis eſt.

Immoderatio, onis, f. **Unmäßigkeit.** *Syn.* Procacitas, petulantia. *Uſus.* Efferri immoderatione verborum.

Immoderatus, a um. **übermäßig.** *Syn.* Immodeſtus, intemperans, nimius, modum egreſſus. *Uſus.* Alexander ſuperbus, immoderatus, crudelis. Immenſa, infinita, immode-

Digitized by Google

derata cupiditas; lætitia immoderata & nimis luxuriosa. V. *Immodestus.*

Immodeste, unbescheiden. *Syn.* Immoderate.

Immodestia, æ, f. Unbescheidenheit *Syn.* Immoderatio, intemperantia, *Usus.* Incogitantia excors, immodestia summa.

Immodestus, a, um. unbescheiden. *Syn.* Immoderatus.)(*modestus Phras. Immodestus est*, er ist gar aufgelassen. Parum modestus est; non satis modeste vivit; ratione non utitur; modestiam ignorat; longe abest a modestia; parum modestis est moribus; de modestia nihil laborat; nullum illi modestiæ studium est; expers est modestiæ, judicii, prudentiæ, rationis; temere, imprudenter, sine ratione, sine modo agit; immoderate, immodice, inconsiderate, inconsulte agit; inconsultus est, imprudens, temerarius, inconsideratus, immoderatus.

Immodice, über die Maßen. *Syn.* Immoderate.

Immodicus, a, um. unmäßig. *Syn.* Immoderatus. V. *Immodestus.*

Immolator, oris, m. Opferschlachter.

Immolo, as, avi, atum, are, opfern. *Syn.* Sacrifico. *Adv.* Studiosius, crebrius. *Usus.* Hostias immolare. V. *Sacrum, sacro.*

Immorior, eris, mortuus sum, mori. über etwas sterben. *Usus.* Conjurationi immortuus est.

Immortalis, e. unsterblich. *Syn.* Indissolubilis, sempiternus.)(*mortalis. Usus.* Quorum vivit immortalis gloria & fama. Immortalem fructum ex re aliqua capere.

Immortalitas, tis, f. Unsterblichkeit. *Syn.* Immortalis memoria nominis; sempiterna, immortalis gloria; perpetuitas, immortalis vitæ conditio, memoria hominum sempiterna; æternitatis memoria.)(*mortalis. Phras. & Usus.* 1. *Fictu alicujus & famam immortalitati tradere*, einen Namen verewigen. Nominis memoriam sempiternæ gloriæ ac immortalitati commendare; fata nomenque immortalitati mandare, donare; ad immortalitatem consecrare, immortalitatem alicui donare. 2. *Res immortalitatem nominis tibi pariet*, dieſe Sache wird dir einen unſterblichen Namen machen. Te ad posteros sempiterna gloria donabit, afficiet, illustrabit; laudem nominis ad sempiternam memoriam temporis propagabit; nomen tuum posteritati tradet, omnium scriptis & sermonibus exornandum, extollendum, celebrandum; nominis tu gloriam cum omni posteritate adæquabit; ab hominum oblivione, ab interitu vindicabit; memoriam tui reddet immortalem; ea re id consequeris, nequa res tui nominis famam delere possit; ut omnis de te posteritas loquatur; ut fama tua nunquam conseneſcat; nunquam obscuretur; nullo unquam tempore exstinguatur; nulla temporis diuturnitate deleatur; ut nomen tuum vigeat memoria seculorum omnium; ut de te posteritas omnis audiat & loquatur; ut memoriam tui excipiat, alat & tueatur æternitas. V. *Fama, posteritas.*

Immortaliter, unsterblich, sehr. *Syn.* Incredibiliter, maximopere. *Usus.* Immortaliter gaudere.

Immotus, a, um. standhaft, steif. *Usus.* Firmum immotumque animo sedet.

Immundus, a, um. unrein. *Syn.* Impurus, illotus, sordidus, contaminatus. *Usus.* Humus immunda.

Immunis, e. dienſtfrey. *Syn.* Vacuus a munere, qui munere vacat. *Phras. Immunis est a tributis & publicis oneribus*, er ist frey von Steuer und Anlagen. Virtute id consecutus est, nihil ut publice penderet; ut vectigalis non esset; ut ex eorum numero, qui publice aliquid pendunt, eximeretur; ut esset expers eorum onerum, quæ publice imponuntur; ut nullam pecuniam in communem conferret; ut publicis oneribus vacaret; tributarius ne esset; tributum ut nullum conferret. *Usus.* Agri, civitates immunes. V. *Privilegium.*

Immunitas, atis, f. Freyheit *Syn.* Vacatio, libertas. *Epi.* Infinita. *Usus.* Dare alicui immunitatem munerum

Immunitus, a, um. unbewahrt. *Syn.* Apertus, non septus.)(*Munitus, septus.*

Immutabilis, e. unveränderlich. *Syn.* Immobilis, perennis.)(*Mutabilis.*

Digitized by Google

Usus. Res ſtabilis & immutabilis. Æternum & immutabile fatum.

Immutabilitas, tis, f. **Unveränderlichkeit.** *Syn.* Neceſſitas.)(*mutabilitas.*

Immutatio, ónis, f. **Aenderung.** *Epi.* Crebra, parva.

Immuto, as, avi, atum, are. **ändern.** *Syn.* Muto. *Usus.* Nequid move, & immuta. Quibusdam in rebus me immutavi. Ille te mihi immutavit. Cave, nequid de prioribus inſtitutis immutes. V. *Muto, vario.*

Impar, aris, g. o. **ungleich.** *Syn.* Dispar *i*)(*Par. Usus.* Ab hoc impari certamine, atque injuſta contentione avocabat. Numerus par, impar.

Imparatus, a, um. **unbereitet.** *Syn.* Non paratus, incautus, immunitus. *Usus.* A militibus, & pecunia imparatus. Imparatus in paratos inciderat. Inermem, & imparatum aggredi, adoriri.

Impartio, is, ivi, itum, ire. **mittheilen.** *Syn.* Impertio, impertior, do, tribuo. *Usus.* Sua impartire civibus, communicare cum proximis. V. *Largior, participo.*

Impatibilis, e. **unleidlich.** *Syn.* Quod ferri non poteſt.)(*Patibilis, tolerabilis. Usus.* Dolor impatibilis malis, bonis tolerabilis.

Impavide, **unerſchrocken, herzhaft.** *Syn.* Audacter. *Usus.* Nullo trepidationis ſigno dato impavide poculum hauſit. V. *Intrepide.*

Impavidus, a, um. **unerſchrocken.** *Syn.* Qui nihil timet, audax, intrepidus. V. *Audax.*

Impepimentum, i, n **Hinderniß.** *Syn.* Impeditio, mora. *Phraſ.* 1. *Timeo, ne tibi impedimento fuerim ad res tuas,* **ich fürchte, daß ich dir nicht in deinen Geſchäften eine Hinderniß verurſacht habe.** Timeo, ne tua negotia disturbaverim, interruperim, impediverim, interturbaverim; ne tuis rebus aliquid moræ, aliquid impedimenti attulerim; ne tibi rebusque tuis moleſtus fuerim; ne tibi moleſtiam exhibuerim; ne me tibi intempeſtive obtulerim. 2. *Nolo tibi impedimento eſſe,* **ich will dich nicht verhindern.** Nolo tuas occupationes interpellare; nolo jam tibi occupato moleſtus eſſe; moleſtiam adhibere: nolo obſtrepere; nolo tuorum negotiorum curſum impedire; nolo avocare te a tuis negotiis, curis, occupationibus. V. *Impedio. Usus.* 1. Inferre moram alicui & impedimentum. 2. *In re bellica,* **Bagage.** Impedimenta abdere, in tuto collocare. Impedimenta diripere. Impedimentis hoſtem exuere; hoſtium impedimentis potiri.

Impedio, is, ivi, itum, ire. **verhindern.** *Syn.* Impedimento ſum, impedimentum affero, infero; interpello, intercedo, obſto, excludo, me interpono)(*Permitto. Adv.* Foris, præclare. *Phraſ.* 1. *Ego nolui hominem impedire,* **ich habe ihn nicht verhindern wollen.** Rem prope explicatam perturbare, disturbare nolui; ego reprimendum hominem; cœpta ejus perimenda non putavi; ego cœpta pertexendi facultatem illi eripere; a cœptis eum prohibere, obſtare illi & officere; rationes ejus conturbare; ejus cœpta præcidere, disjicere nolui; ejus commoda labefactanda, aut jura oppugnanda non cenſui; ejus conſilia discutere, comprimere, retardare; ejus rebus obſtrepere, intercedere nolui. 2. *Crebræ amicorum ſalutationes me a ſtudiis impediunt,* **die öftern Beſuche meiner Freunde verhindern mich ſehr in meinem Studiren.** Crebræ amicorum ſalutationes ita me interpellant, ut prorſus me a ſtudiis avocent, abstrahant, abripiant; avellant, amoveant; omnem prorſus colendi ſtudii facultatem eripiunt; nullam mihi ſtudiorum copiam; nullam ad colenda ſtudia, ad tractandas litteras horam vacuam; nullum ad colendas artes noſtras liberum tempus relinquunt. Fit ſalutationibus amicorum adeuntium ad me; ad me ventitantium; fit amicorum officio, ut ſpatii nihil habeam ad animum litteris excolendum, ad ingenium ſtudiis exercendum. Ita ſum occupatus, occupationes habeo tantum in excipiendis iis, qui ad me officii cauſa adeunt; ut otii nihil ſuperſit ad ſtudia litterarum tractanda; ut nullam diei partem arbitratu meo in ſtudiis ponere, ad ſtudia conferre liceat. 3. *Ego pro-*

Digitized by Google

progreſſus tuos non impedio, ich verhindere dich in deinem Glücke nicht. Ego luminibus tuis non obſtruo, non officio; viam tibi ad honorem non præcludo; non remoror commoda tua, & progreſſus; ego honorum curſus non moror; aditum tibi ad honores non includo; per me non ſtat, quo minus expeditus tibi honorum curſus ſit; quo minus curſum tuum teneas, non intercedo; ad honores viam tibi non obſtruo; iter tibi ad honores per me interſeptum non erit; non eſt, quod viam tibi ad honores per me obſeptam querare. 4. *Caſu impedita res eſt*, die Sache iſt unverſehens verhindert worden. Cœptis caſus intervenit; turbatum eſt rei initium, neſcio, quo caſu; ejus rei perſequendæ facultatem caſus eripuit; caſum rem interpellavit, disturbavit; res improviſa tempora rei gerendæ exemit; morem cœptis attulit; rei conſilium caſus conturbavit, discuſſit, compreſſit; caſus, qui forte tum incidit, rebus moram invexit. 5. *Prava hominis conſilia amicus impedivit*, einer ſeiner Freunde hat ſeine böſe Anſchläge hintertrieben. Pravis ejus conſiliis amicus interceſſit, ſe interpoſuit; ejus cupiditatibus amicus ſe objecit, oppoſuit; improba conſilia & conatus amicus infregit; pravis conſiliis amicus obviam iit, & facultatem una voluntatemque homini eripuit; interceſſor rei malæ, amicus fuit; materiem furori amicus ſubtraxit; prava hominis conſilia amicus discuſſit, depulit, repreſſit; ne inique cogitata perficeret; ne improba conſilia ad exitum perduceret; ne pravo cupiditatum impetu longius auferretur, amicus præpedivit. *Uſus.* Ea mentio mentem dolore impedivit. Curis ſe & negotiis impedire. Me quotidie aliud ex alio impedit. Impedire ſe in plagas. V. *Impedimentum.*

Impeditio, onis, f. Verhinderung. *Syn.* Occupatio. *Uſus.* Animus ab omni impeditione curarum liber.

Impello, is, puli, pulſum, ere. antreiben. *Syn.* Urgeo, adduco, induco, incito.)(*revoco*, *retardo*. *Adv.* Graviſſime, leviter, minime. *Phraſ.* 1. *Ad gloriæ ſtudium te impellere non deſinam*, ich werde nicht nachlaſſen, dich zur Ehrbegierde anzutreiben. Incitare, incendere animum; ad gloriam ſectandam ſolicitare, inſtigare te non deſiſtam; animum tuum gloriæ ſtimulis concitare atque admonere non deſinam. 2. *Muliebres blanditiæ virum ad id facinus impulerunt*, das Liebkoſen ſeiner Ehefrau hat ihn zu dieſer That verleitet. Maxima illecebra ad audendum facinus muliebres erant blanditiæ; prima invitamenta ad audendum facinus in uxorio homine conjugis erant lacrimæ ac blanditiæ; ſtimulatrix improbi facinoris uxor erat; conjugis lacrimæ ingens ad audendum incitamentum, non mediocre telum, haud parvum irritamentum ad rem tentandam muliebres lacrimæ erant ac preces; quod ſuscepit facinus, muliebribus inſtinctus illecebris, an furiis ſuscepit; muliebres illecebræ hominem ad id facinus egerunt, perpulerunt; uxor hominem ad id audendum ſuis illecebris compulit & perpulit; uxor virum implevit temeritatis ſuæ. V. *Excito*. *Uſus.* In ſcelus, ſpem, maleficium, metum, fraudem impellere aliquem. Ratio me & auctoritas impulit, ut crederem. Impellere præcipitantem, perditum proſternere. V. *Allicio*, *ſtimulo*, *incito*.

Impendeo, es, di. ſum, ere. vorhanden ſeyn. *Syn.* Immineo, jamjam adſum, appropinquo, inſto, maneo. *Uſus.* Magnæ reipublicæ formidines, procellæ, calamitates, terrores ab improbis civibus impendent. V. *Immineo*, *prope*.

Impendio, ſehr. *Syn.* Multo. *Uſus.* Nunc impendio magis odit ſenatum.

Impendium, ii, n. Unkoſten. *Syn.* Impenſa. *Uſus.* 1. Quæſtum ſibi inſtituit ſine impendio. 2. *Uſura*, Wucher. Fenus & impendium recuſare.

Impendo, is di, ſum, ere. anwenden. *Syn.* Inſumo, impenſam ago, facio; pecuniam in rem aliquam conjicio, conſumo. *Phraſ.* 1. *Totum ſe eloquentiæ impendit*, er wendet alle Mühe auf die Erlernung der Wohlredenheit an. Totum ſe dat elo-

Digitized by Google

eloquentiæ; tempus dat omne eloquentiæ; plurimum ſtudii in eloquentia comparanda conſumit; nihil non temporis eloquentiæ ſtudiis tribuit; animum, mentem, cogitationem, curas omnes in eloquentiæ ſtudiis defigit; operam, induſtriam, mentemque denique omnem in paranda eloquentia figit, locat, collocat, ad eloquentiam curas omnes ac cogitationes refert; eloquentiæ tempus omne ac ſtudium impertitur; huic uni operam, ſtudiumque navat; in hoc uno curam omnem ac operam conterit & conſumit. 2. *Beneficium bene impenſum eſt*, dieſe Gutthat iſt wohl angelegt geweſen. Bene utiliterque locata eſt opera; bene collocatum beneficium eſt; operam hic locaſſe, fenerari beneficium fuit. *Uſus.* Poſtquam aliquid impendit, mediocri quæſtu contentus non erat. Laborem & ſumtum impendere in rem aliquam. V. *Sumtus.*

Impenetrabilis, e. undurchdringlich. *Uſus* Stagnum impenetrabile.

Impenſa, æ, f. Unkoſten. *Syn.* Sumtus. *Uſus.* Ne moleſtiam tibi cum impenſa exhibeam. Impenſas facere, agere in rem aliquam. V. *Sumtus.*

Impenſe, ſehr, überaus. *Syn.* Vehementer, valde. *Uſus.* Impenſe rogare. Id eo facio impenſius. Eo impenſius accendor. V. *Valde.*

Imperator, oris, m. oberſter Feldher. *Syn.* Dux, qui exercitui præpoſitus eſt; quem penes ſumma imperii eſt; princeps ducum; bello præfectus; omnibus copiis præfectus. *Epi.* Acutus, ambitioſus, invidus, bonus, fortis, certus, clariſſimus, dignus aliquo nomine, egregie fortis & bonus, gravis, ignavior, infeliciſſimus, invictiſſimus, liberaliſſimus, magnus, melior, nobilis, novus, optimus, præclarus, præpoſterus, rudis, ſeverus, ſingularis, ſummus atque perfectus, vetus. *Uſus.* Imperatorem exercitui præficere ducem veteranum, bello fortiſſimum. In ſummo imperatore quatuor has res ineſſe oportet: ſcientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Imperatorem ac belli gerendi adminiſtratorem eum eſſe oportebat, qui patriæ conſuleret, vitæ non parceret. Univerſi exercitus acclamatione imperator ſalutatur. Omnem cogitationem, omnia conſilia, mentem prorſus a bellis abduxit, avocavit imperator. V. *Imperium*, *Generalis.*

Imperatorius, a, um, feldherrlich. *Uſus.* Imperatorius ardor oculorum. Laus imperatoria.

Imperatrix, icis, f. Regentinn, Herrſcherinn.

Imperfectus, a, um. unvollkommen. *Syn.* Inchoatus, pendens, non abſolutus, præciſus, impolitus, adumbratus, affectus. *Proſ. Opus eſt imperfectum*, das Werk iſt noch nicht in vollkommenem Stande. Multum abeſt ab operis perfectione: operis fundamenta jacta ſunt, ſed a faſtigio longe abeſt; rem inſtitutam quidem, ſed necdum perpolitam habemus. V. *Abſolvo. Uſus.* Imperfectum, & rude, nec abſolutum.

Imperioſus, a, um. gebieteriſch. *Syn.* Superbus, imperii nimius. *Uſus.* Cupiditas honoris, quam dura, quam imperioſa! imperioſi populi & illuſtres. V. *Superbus*, *inſolens.*

Imperite, unerfahren. *Syn.* Inſcite, indocte, imprudenter.

Imperitus, a, um unerfahren. *Syn.* Inſcius, rudis, ignarus, indoctus,)(*peritus. Proſ. Homo omnium rerum imperitus rempublicam audet attingere?* ein Menſch, der in allen Sachen unerfahren iſt, getrauet ſich um Staatsſachen anzunehmen? Homo non ætate modo, ſed & uſu rerum tiro ad rempublicam veniat nudus & inermis: nulla cognitione rerum, nulla ſcientia ornatus? Rerum indoctus & ignarus; qui inſcite faciat omnia, dicatque; omnis eruditionis expers, hebes, inexercitatus, impolitus; litterarum ac humanitatis expers; rabula indoctus, inurbanus; dicendi arte rudis, moribus agreſtis; in quo litterarum nihil; homo remotus a dialecticis, ſine ulla bona arte, ſine humanitate, ſine ingenio, ſine litteris ad rempublicam ſe conferre audet? V. *Rudis. Uſus.* Homo dicendi, juris, rerum omnium imperitus & rudis.

Imperium, ii, n. Gewalt, Herrſchaft. *Syn.* Poteſtas, ditio; dignitas, magiſtratus, provincia, dominatio: man-

Digitized by Google

mandatum. *Epi.* Annuum, clariſſimum, commune, conſulare, cruentum atque funeſtum, diligens, moderatum, divinum, domeſticum, extraordinarium, honorificum, illuſtre, infinitum, juſtum, legitimum, magnum, majus, maritimum, maximum, militare, moleſtum, neceſſarium, novum, populare, præclarum, prætorium, regium, ſeverum, ſummum, vetus. *Phraſ.* 1. *Imperium alicui decernere*, einem die höchſte Gewalt übergeben. Imperium alicui deferre; imperii ſummam tradere alicui & committere; imperium mandare; imperio præficere; ſummam imperii ad aliquem transferre, deferre; ſummam rerum alicui dare; ſummam poteſtatem alicui permittere; imperatorem ac rectorem generis humani ſalutare aliquem. 2. *Imperium capere*, accipere, obtinere, die oberſte Gewalt auf ſich nehmen. 3. *Imperium adminiſtrare*, die oberſte Gewalt haben. Imperii ſummam in ſuos tenere, gerere, habere; cum imperio eſſe. 4. *Pompejus imperium ampliavit*, Pompejus hat das römiſche Reich ſehr erweitert. Romanum imperium victoriis fundavit, dilatavit, propagavit; multa regna ad imperium adjunxit; fines imperii latiſſime protulit; Pompejo duce multi populi ſub imperium & ditionem Romanæ gentis venere. V. *Amplifico.* 5. *Optabile eſt, imperium in multos habere*, es iſt doch eine erwünſchte Sache, mehreren zu befehlen haben. Habere multos, qui pareant imperanti; quorum opera jure tuo, pro tuo jure, pro poteſtate, tuo arbitratu uti poſſis; multis dominari, multis præeſſe; paratos ad voluntatem, ad imperium, ad nutum habere multos. 6. *Geſſi maxima imperia*, ich habe öfters die Oberherrſchaft gehabt. Summis rebus cum poteſtate præfui; ſumma mihi commiſſa, credita, mandata, tradita ſunt imperia; mea cura ac vigilantia maximis ſæpe in rebus imperii eſt ſpectata. *Uſus.* 1. Imperium alicui mandare. Imperium gerere. Ab imperio removere; imperium alicui abrogare, adimere. 2. *Mandatum, juſſum*, Befehl. Imperium obſervare, revereri, exequi, perſequi; imperio parere.

Impero, as, avi, atum, are. gebieten, befehlen. *Syn.* Leges alicui impono, præſcribo.) (*Pareo. Phraſ. Audio, provinciæ te imperare*, ich höre, du herrſcheſt über das ganze Land. Audio, provinciam te ſummo cum imperio obtinere; tuam eſſe ſummam ea in provincia poteſtatem; tuam eſſe ſummam in adminiſtrandis provinciæ rebus poteſtatem; præeſſe te provinciæ eo jure, quod ampliſſimum eſſe poteſt; præeſſe te provinciæ ea poteſtate, quæ poteſt eſſe maxima; regere te provinciam, ſic ut ſummo utaris imperio. V. *Rego, poteſtas, Dominus. Uſus.* Cupiditatibus ſuis imperare. Imperare frumentum, ſtipendium.

Imperterritus, a, um. unerſchrocken. *Syn.* Qui nulla re terretur. V. *Audax.*

Impertio, is, ivi, itum, ire. mittheilen. *Syn.* Impartio, impertior, do, tribuo. *Adv.* Gratuito. *Uſus.* Studium ſuum, laborem ſuum hominum periculis ſublevandis impertire; alicui ſuum dolorem, multam ſalutem, laudem & miſericordiam impertire. V. *Do, largior, communico, particeps, dono.*

Impertior, iris, itus ſum, iri. theilen. *Syn.* Impertio.

Impeto, is, ivi, itum, ere. anfallen. *Syn.* Invado. V. *Impetus, invado.*

Impetrabilis, e. leicht zu erlangen. *Syn.* Quod facile impetrari & obtineri poteſt. *Uſus.* Votum impetrabile. Omnia impetrabilia & tuta.

Impetratio, onis, f. Erlangung. *Uſus.* Impetrationes noſtræ nihil valent.

Impetro, as, avi, atum, are. auswirken, erhalten. *Syn.* Exoro, exigo, aufero, induco, ut fiat aliquid; invenio, fero, voti compos fio, voti damnor. *Adv.* Libenter. *Uſus.* Impetrare vitam, ſalutem alicui. Omnia in hac gratia ac potentia tua me impetraturum confido. Nec fas eſſe arbitror, quidquam me rogantem abs te non impetrare. V. *Acquiro.*

Impetus, us, m. Anlauf. Anfall. *Syn.* Impreſſio, vis, violentia, in-

Digitized by Google

cursio, incursus, ferocia, conatus. *Epi* Acerrimus, cæcus, crudelis, furibundus, fortissimus, hostilis, immanis, inconsideratus, justus, magnus, nocturnus, par, perceler, rectus, regius, repentinus, sceleratus, similis, singularis, subitus, tantus, totus, tribunitius. *Phras.* 1. *Impetum in ejus fortunas facere hostes*, die Feinde haben auf seine Güter einen Anfall gethan. In fortunas ejus invaserunt; agros incursavere; opes ejus vexarunt; infestis prope signis in eum inferebantur; incursio atque impetus armatorum in eum factus est; in eum homines concitati irruere; eum impetu perculere; in ejus domum irrupere; impressionem gravem dedere, in eum ivere; in ejus fortunas impetum dedere; in ejus fortunas magna violentia incurrere; cæco impetu grassati sunt. 2. *Impetum in hostes facere*, sie haben den Feind angegriffen. Magnum in hostes impetum dedere; in hostem se concitavere; illati primo impetu signa hostium turbavere; adversus hostiles cuneos equestrem procellam effudere. Subito incursu fudere hostem; ferociter citato agmine invecti, infestis hastis provolarunt; summa vi se in medios hostes intulere; omnibus repente copiis provolarunt; consertissimo agmine incurrere, incursum fecere. 3. *Adversarii tui sæpius impetum in te facient*, deine Gegner werden dich öfters anfallen. Multum studii ad te oppugnandum conferent, evertere te ac tua commoda conabuntur; frequentius in te incurrent, irruent, impressionem facient; mucrones in te exacuent; jugulum ferro vitamque petent. V. *Adorior*, *aggredior*. 4. *Impetus hostis aut frangere*, *aut retardare*, den Anfall des Feindes unkräftig machen, oder hemmen. Impetus hominis aut comprimere, cohibere, propulsare; aut impetum excipere, ferre, perferre, tardare, sustinere, petitiones ejus eludere, vitare, effugere, declinare. *Usus.* Impetus quidam & commotio animi. Multi multa faciunt temeritate quadam, sine judicio, *vel* modo; impetu quodam mentis & voluntatis. Impetu ferri in aliquem. Impetum dare, facere in hostes. Impetum perferre, reflectere. Impetum frangere, comprimere. Impetum capere. Impetum effundere.

Impexus, a, um. ungekämmt. *Usus.* Barba impexa.

Impie, gottlos. *Syn.* Barbare, nefarie, scelerate.

Impietas, tis, f. Gottlosigkeit, *Syn.* Impia fraus. *Usus.* Nihil tam miseros facit, quam impietas & fraus.

Impiger, ra, um. fleißig, unverdrossen. *Syn.* Diligens.)(*Piger. Usus.* Impiger ad labores belli. Patientem & impigrum se præbere. V. *Diligens.*

Impigre, hurtig. *Syn.* Alacriter, diligenter.

Impigritas, tis, f. Emsigkeit. *Syn.* Diligentia.

Impingo, is, pegi, pactum, ere. anstoßen. *Syn.* Jacio, impello, objicio, allido, obtrudo. *Phrases Improvidi in multos scopulos impingunt*, die Unvorsichtigen kommen oft sehr übel an. In multis periculis offendunt; in multa pericula incurrunt, inferuntur. Quis est, ex imprudentum horum genere hominum, qui nihil offendat, nusquam incurrat? V. *Labor*, *teris. Usus.* Fustem alicui, culpam in aliquem impingere.

Impius, a, um. gottlos. *Syn.* A pietate remotus, alienus; sceleratus.)(*Pius. Adv.* Admodum. *Phras. Est homo impius*, es ist ein gottloser Mensch. Impurus homo est, religionumque omnium ac sacrorum hostis; in hoc homine perfidia est plus quam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus Deum metus, nullum jusjurandum, nulla religio; homo est, qui unus omnium impurissime teterrimeque religionem violet. V. *Sceleratus*, *malus*, *nequam*, *mores mali. Usus.* Sunt suæ impiis assiduæ furiæ. In sceleratos & impios certæ a Diis immortalibus pœnæ sunt constitutæ.

Implacabilis, e, unversöhnlich. *Syn.* Inexorabilis. *Usus.* Durum se & implacabilem alicui præbere. V. *Durus.*

Impleo, es, evi, etum, ere, erfüllen. *Syn.* Compleo, expleo, augeo.)(

Digitized by Google

Exhaurio. Ufus. Demoſthenes non ſemper implet aures meas. Profiteri, quod non poſſis implere, imprudentiæ eſt. Numeros omnes boni Principis; officia & munia conſulatus implere. Aliquem ſpei, formidinis implere. V. *Plenus.*

Implicatio, onis, f. **Verwickelung.** *Ufus.* Nervorum, implicatio, in toto corpore.

Implicite, **verſteckt, verdeckt.** *Syn.* Abſcondite.)(*explicate.*

Implico, as, avi, *vel* ui, atum *vel* itum, are. **verwickeln.** *Syn.* Iretio, illaqueo.)(*explico. Adv.* Penitus. *Phraſ. Multis periculis, implicatus tenetur*, er ſtecket in großen Gefahren. In multos ſe laqueos induit, quorum ex nullo ſe explicare poſſit; imprudens eo, quo minime vellet, revolvitur; nihil expedit; ita res contractas habet & inexplicabiles, tot controverſiis implicatas, ut exitum non videat; irretitus eſt multis periculis & litibus. *Ufus.* Homo multis familiaritatibus, officiis, occupationibus implicatus. Aliquem reſponſis incertis, moleſtiis, religionibus, implicare. Reipublicæ procuratione implicari & adſtringi. Maleficio aliquo, ſeveritate judiciorum, morbo implicari.

Imploratio, onis, f. **klägliches Bitten.** *Ufus.* Si te illius acerba imploratio & vox miſerabilis non inhibebat, ne civium quidem fletu commoveberis?

Imploro, as, avi, atum, are. **anflehen, anruffen.** *Syn.* Invoco, expoſco, flagito, poſco, appello, obteſtor, voce miſerabili opem peto, ad aliquem confugio, ad alicujus opem confugio. *Adv.* Etiam atque etiam. *Ufus.* Deum hominumque fidem, auxilium, jura civitatis implorare. V. *Peto, preces, auxilium.*

Implumis, e. **federlos.** *Ufus.* Implumes pulli.

Impluvium, ii, n. **ein Hof ohne Dach, wo es frey einregnet.** *Syn.* Locus ſine teſto in ædibus, quo deſcendere imber poſſit.

Impolite, **gröblich.** *Syn.* Inornate, inculte.

Impolitus, a, um. **unhöflich.** *Syn.* Rudis. *Adv.* Admodum. *Ufus.* Genus hominum rude ac impolitum; forma dicendi impolita. V. *Rudis, agreſtis.*

Impono, is, poſui, poſitum, ere. **auflegen.** *Syn.* Pono ſuper aliquid. *Ufus.* 1. Diadema alicui; victori coronam imponere. Leges alicui per vim imponere. 2. *Injungo*, **auflegen, auftragen.** Magnum onus alicui, multos labores, negotia imponere, injungere. Has mihi partes, hanc perſonam, hanc neceſſitatem Cæſar impoſuit. 3. *Mundo, impero*, **anſchaffen.** Frumentum, pecuniam in remiges imponere. 4. *Præficio*, **vorſetzen.** Villicum pecori, agro imponere. 5. *Infero*, **anthun.** Vulnera alicui, plagam mortiferam reipublicæ, injurias & contumelias imponere. 6. *Decipio*, **betrügen.** Imponere alicui.

Importo, as, avi, atum, are. **einbringen, verurſachen.** *Syn.* Infero, affero, præbeo, exhibeo.)(*Exporto. Ufus.* Ea res magnam nobis calamitatem, multa odia, ſuſpiciones, pericula importavit. V. *Affero.*

Importune, **ungelegen.** *Syn.* Moleſte, minus indoneo tempore.

Importunitas, tis, f. **Ungeſtümigkeit.** *Syn.* Immanitas, violentia. *Epi.* Incredibilis, moleſta, tanta. *Ufus.* Quem propter audaciam & importunitatem animi nemo teſto vellet recipere. Animal ex omni ſcelerum importunitate concretum.

Importunus, a, um. **ungeſtüm.** *Syn.* Immanis, infeſtus.)(*opportunus. Ufus.* Immanis & importuna natura. Incommoda & importuna clades civitatis. V. *Odioſus, moleſtus.*

Impos, tis, *g. o.* **unvermögend.** *Ufus.* Adoleſcens animi impos, *animi parum ſani.*

Impotens, tis, *g. o.* **unvermögend, machtlos.** *Syn.* Effrenatus, qui in ſua poteſtate non eſt, qui dolori, *vel* iracundiæ paret, obſequitur, qui iracundia &c. effertur. *Ufus.* 1. Victoria feroces reddit & impotentes. Effrenatio impotentis animi. Iratus fecit, & impotenti animo. Lætitia impotenti efferri. 2. *Invalidus, infirmus*, **ſchwach, kraftlos.** Valeant hæc ad ſalutem impotentium. V. *Ferocia, præceps, immoderatus.*

Digitized by Google

Impotenter, übermüthig. *Usus.* Impotenter se gerere. Impotentius regi.

Impotentia, æ, f. Unvermöglichkeit, Hochmuth. *Syn.* Animi effrenatio. *Usus.* Dictorum atque factorum impotentia. V. *Insolentia.*

Imprecor, aris, atus sum, ari. anwünschen. *Syn.* Precor. *In malam fere partem accipitur.* V. *Maledicum.*

Impressio, onis, f. Eindruck. *Syn.* Efficientia, effectio, vis, violentia, incursio, impetus. *Epi* Explanata. *Usus.* Impressionem in hostes facere, dare; impressione aciem hostilem fundere, evertere. V. *Impetus.*

Imprimo, is, pressi, pressum, ere. einprägen *Syn.* Signo, inscribo, quasi informo in animo, *vel* in animum altè defigo. *Adv.* Similiter, subtiliter. *Usus.* In omnium animis Deorum notitiam impressit natura. Aliquid alte in mente & animo imprimere. Dedecus reipublicæ, vestigia flagitiorum omnibus provinciis imprimere. Hæc cum viderem tot vestigiis impressa.

Improbabilis, e. unbeweißlich, unwahrscheinlich *Syn.* Non probabilis. *Usus.* Nos alia improbabilia, alia probabilia dicimus.

Improbatio, onis, f. Verwerfung.)(*approbatio. Usus.* Hæc ad improbationem testium pertinent.

Improbe, unrecht, übel, boßhafter Weise. *Syn.* Injuste, inique, perverse, nequiter. *Usus.* Præda improbe parta.

Improbitas, tis, f. Boßheit. *Syn.* Perversitas. *Epi.* Alacris, aperta, insignis, mirifica, perspicua, robustior, similis, singularis, summa, varia. V. *Malitia.*

Improbo, as, avi, atum, are. mißbilligen, nicht gut heißen. *Syn.* Vitupero, rejicio, damno)(*approbo. Usus.* Ego ista studia non improbo. V. *Dissentio.*

Improbus, a, um. boßhaft. *Syn.* Impius, sceleratus)(*Probus. Phras.* 1. *Est homo improbus*, er ist ein boßhafter Mensch. Homo est perditis, profligatis, impuris, turpissimis moribus; scelere corruptus, & omni impuritatis genere contaminatissimus; homo ex ingenio malo pravoque; omnibus vitiis & flagitiis coopertus. V. *Malus, nequam, sceleratus. Usus.* Homo post natos homines improbissimus. V. *Impius, gerere se male, conscientia mala.*

Impropero, as, avi, atum, are. vorwerfen. *Syn.* Crimen objicio.

Improvide, unvorsichtig. *Syn.* Incaute. *Usus.* Non pro veteri prudentia se & rempubl. improvide in præceps dederat.

Improvidus, a, um. unvorsichtig. *Syn.* Incautus.)(*Providus, pendens. Usus.* Improvidus & credulus senex. Ætas improvida. V. *Imprudens.*

Improviso, unversehens. *Syn.* Ex improviso, ex inopinato, de improviso, derepente, subito, repente, repentino, insperato. *Phras. Improviso hoc mihi accidit*, dieses ist mir unversehens widerfahren. Præter opinionem, insperanti mihi accidit; fuit hæc vis sane inexpectata, inopinata; inscio, ignaro, nec opinanti oblata. Imprudenti, ex insperato id mihi evenit.

Improvisus, a, um. unversehens. *Syn.* Inopinatus, novus, repentinus, nec opinatus, fortuitus, subito & improviso natus.)(*Provisus. Usus.* Malum improvisum gravius. Fortuna efficit multa improvisa nobis.

Imprudens, tis, *g. o.* unweise, unverständig. *Syn.* Insciens, inscius, ignarus, errore lapsus, lapsus per imprudentiam.)(*sciens Adv.* Bene, infigniter, naviter. *Phras. Nimium te imprudentem cognovi*, ich weiß es, daß du gar zu unbehutsam bist. Nimium te inconsideratum, expertem consilii, rationis, inopem consilii, rationis; a ratione aversum; præcipitis consilii; nimis in agendo præcipitem cognovi; scio, quam facile a ratione discedas, decedas, deducare; quam multa temere, imprudenter, inconsulte, sine ratione, sine consilio agas; scio, tibi deesse rationem ac consilium; consilium ac prudentiam dudum in te desidero; scio, quam longe absis a prudentiæ maturitate; quoties per imprudentiam incurras aliquo ac offendas; quanta judicii inopia labores; quam infirma tibi sit a prudentia ætas; quam parum videas, disjicias ac intelligas. V.

Te-

Digitized by Google

Temere. Ufus. 1. Id imprudenti mihi ac invito excidit. Imprudens feci, quod maxime nolebam. 2. *Ignarus*, unwiſſend. Imprudentes legis vitulum immolarunt nautæ.

Imprudenter, ohne Bedacht, unverſtändig. *Syn.* Per imprudentiam, per ignorantiam, inſcienter.)(*ſcienter, prudenter.* V. *Temere.*

Imprudentia, æ, f. Unvorſichtigkeit. *Syn.* Inſcitia, inſcientia.)(*ſcientia, prudentia. Ufus.* 1. Id non imprudentiæ, ſed perfidiæ aſſignandum. 2. *Error*, Fehler. Imprudentia in purgationem confertur, cujus partes ſunt inſcitia, caſus, neceſſitas. Emiſſi teli imprudentia. V. *Error, temere, aberro.*

Impuber, eris, m. nicht mannbar. *Syn.* Adoleſcentulus.

Impudens, tis, *g. o.* unverſchämt. *Syn.* Inverecundus.)(*Pudens. Phraſ.* 1. *Homo eſt plane impudens*, er iſt ein recht ſchamloſer Menſch. Homo eſt, qui audacter, impudenter, dicat faciatque omnia; dudum os perfricuit; pudorem dimiſit; homo eſt præmortui jam pudoris; præfrictæ frontis; ingenio, inverecundo, incredibili importunitate & audacia; inſigniter impudens; qui verecundiæ fines omnes tranſilierit; os hominis inſignemque impudentiam quis ignoret? Ore eſt duriſſimo, ac plane ferreo; homo eſt, qui verecundiam dudum abjecerit; pudorem exuerit; frontem perfricuerit; exhauſti pudoris homo eſt; homo eſt pudoris expers ac modeſtiæ; qui verecundiæ repagula refregerit omnia; qui omnem a ſe verecundiam removit, longiſſimeque projecit; qui pudorem omnem absterſit; qui pudorem omnem dedidicit, proſcripſit; qui verecundiæ ſepta finesque tranſilivit. 2. *Impudens es in petendo*, du biſt recht unverſchämt im Begehren. Quæ, malum! iſta tua eſt in petendo confidentia? quam inverecundum animi ingenium? Nihil te pudet, non vereris, non erubeſcis, res tantas toties a me petere? Petitiones tuæ omni rubore carent; oris impudentis es, atque averſi a pudore animi in petendo; tanta cum petas, pudore nullo ſuffunderis. *Ufus.* Qui verecundiæ fines ſemel tranſierit, eum naviter oportet eſſe impudentem.

Impudenter, unverſchämter Weiſe. *Syn.* Confidenter, audacter.

Impudentia, æ, f. Unverſchämtheit. *Syn.* Confidentia, os impudens, durum, ferreum.)(*Verecundia. Epi.* Admirabilis, impudica, incredibilis, inſignis, non minor, mira, perſpicua, ſimilis, ſingularis, ſumma, tanta, tam varia. *Ufus.* Os hominis inſignemque impudentiam agnoſcite. Audacia fretus & impudentia in omnem licentiam effunditur. V. *Impudens.*

Impudicitia, æ, f. Unkeuſchheit. *Ufus.* Impudicitiæ ſe dedere. V. *Luxuria.*

Impudicus, a, um. unzüchtig. *Syn.* Laſcivus, libidinoſus, luxurioſus.)(*Pudicus. Phraſ. Homo impudicus*, ein unzüchtiger Menſch. Homo petulans ac protervus, qui eo ſemper trahitur, quo libido rapit; plenus ſtupri, ſceleris, flagitii, quem non modo nequitia, ſed vel ipſum nequitiæ nomen oblectet. Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta vitæ eſt? Quod privatarum rerum dedecus non hæret infamiæ? Quæ libido oculis, quod facinus a manibus, quod flagitium a toto corpore abfuit? Homo omnis turpitudinis exemplum, probrum juventutis, ſenectutis ludibrium. Homo perdita nequitia, libidine, intemperantia; quem nec pudor ab infamia, nec generis macula a turpitudine avocare poſſit; qui omnia pudoris ac honeſtatis repagula perfregerit. V. *Luxuria, libidinoſus. Ufus.* Impudica loqui. Mulier impudica.

Impugnatio, onis, f. Anfall, Anfechtung. *Syn.* Oppugnatio.

Impugno, as, avi, atum, are. bekämpfen. *Syn.* Oppugno. V. *Oppugno.*

Impulſio, onis, f. Antrieb. *Syn.* Impulſus, commotio. *Epi.* Vehemens. *Ufus.* Impulſio eſt, quæ ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia.

Impulſor, oris, m. Anhetzer. *Syn.* Suaſor, auctor.)(*Dehortator.*

Impulſus, us, m. Antrieb. *Syn.* Impulſio, inductus. *Epi.* Alienus, externus, primus, ſimilis; ſum-

Digitized by Google

mus. *Usus.* 1. Non alieno impulsu; sed sua sponte moveri. 2. *Impetus.* Sonus impulsu & motu efficitur.

Impune, ungeſtraft. *Syn.* Sine pœna, *vel* periculo, tuto, tranquille. *Phraſ. Hoc factum impune non feres*, dieſe Unthat wird nicht ungeſtraft bleiben. Impune tibi non abibit; non dimittam inultam impunitamque hanc injuriam; non tibi impune dilabetur atrox hæc injuria; nondum affecutus es ſceleris hujus impunitatem. V. *Impunitas*, *impunitus.*

Impunitas, tis, f. Straffreyheit. *Syn.* Licentia, venia. *Epi.* Diuturna, juvenilis, ſempiterna, ſumma, tanta. *Phraſ. Impunitatem conſecutus eſt*, er iſt ungeſtraft davon gekommen. Pœnam effugit, elapſus eſt; impune fecit; evaſit ex judicio; abſolutus eſt, impunitas ſceleri data eſt. V. *Impune*, *impunitus. Uſus* Errorem ſuum deponentibus veniam & impunitatem dandam exiſtimo. Juvenilis impunitas, & licentia dicendi. Impunitatis ſpes maxima eſt illecebra peccandi. Garriendi tanta eſt impunitas.

Impunitus, a, um. ſtraffrey. *Syn.* Inultus.)(*Punitus*, *multatus. Phraſ. Noxæ ſæpe impuniti manent*, die am meiſten ſchuldig ſind, bleiben oft ungeſtraft. Supplicium de nocentibus ſæpe nullum ſumitur; ſæpe non animadvertitur in homines nocentes; ſæpe homines improbi judicio liberantur judicum ſententiis; pœna eximuntur, pœnas vitant; evadunt ex judicio; merita pœna non coërcentur; pœnas non dant; pœnas non luunt; pœnas non pendunt; debitas pœnas non perſolvunt; debito ſupplicio non multantur; debita pœna non afficiuntur; ſupplicio vindicantur; pœnam effugiunt; debita improbitati pœna non plectuntur; pœnas factis moribusque dignas non ferunt, non ſuſtinent, non patiuntur, non ſentiunt. V. *Impune*, *impunitas. Uſus.* Poſſumusne hanc injuriam inultam permittere? Num hæc tanta injuria impunita discedet? Num impunitam feremus tantam audaciam?

Impure, unſauber. *Syn.* Spurce, ſœde, obſcœne, turpiter. *Uſus.* Impure, flagitioſe, intemperanter multa facere.

Impuritas, tis, f. Unlauterkeit. *Syn.* Flagitia, turpitudines. *Uſus.* Cum omnes impuritates tua in domo ſusciperes. V. *Luxuria.*

Impurus, a, um. unrein, garſtig. *Syn.* Contaminatus, lutulentus, ſpurcus, improbus, ſceleratus.)(*Purus. Uſus.* Omnium non modo bipedum, ſed quadripedum impuriſſimus. V. *Luxuria*, *impudicus.*

Imus, a, um. der unterſte. *Syn.* Infimus.)(*Summus. Uſus.* A ſummo, a medio, ab imo. Ab imis unguibus ad ſummum verticem.

In, an, in, auf. *Præpoſitio. Uſus.* 1. Actio conſtituta in diem poſterum; in annos multos ſolis defectiones prædicuntur. 2. *In dies*, von Tage zu Tag. In ſingulos dies vitium creſcit. In dies opinio magis invaleſcit. 3. *In diem*, vivere barbari ſolent, für heute allein. 4. *In poſterum*, *in perpetuum*, ins künftige, auf ewig. Aliquem a ſe in perpetuum alienare. 5. *Diſtributioni ſervit*, in Austheilung der Dinge. Pretium in capita ſtatuere; ſingulas in militem tunicas imperare. 6. *Ad pretium rei ſtatuendum*, den Werth der Sache anzuſetzen. Quaternos denarios in ſingulas vini amphoras exegit. 7. *In modum*, auf die Art, Weiſe, Manier. Ornatus peregrinum in modum; ſervilem in modum; miſerandum in modum; mirandum, mirabilem in modum. 8. *In hanc ſententiam*, dieſes Inhalts. In eandem ſententiam cum multa dixiſſent. 9. *In ſpeciem*, dem Scheine nach. In ſpeciem validus exercitus, re vera infirmus & inops. 10. *In manibus eſſe*, gewiß ſeyn, in Händen haben. Victoria eſt in manibus. 11. *In manibus habere*, unter der Hand haben Omiſi ea, quæ in manibus habebam. 12. *In orbem*, wechſelweiſe. Senæ horæ in orbem operi attributa, pro *per vices*. 13. *Contra*, wider. In aliquem peccare. 14. *Secundum*, nach. In hanc formulam omnia judicia concluſa ſunt. 15. *Supra*, über. In humeros puerum extulit. 16.

Digitized by Google

Ante. vor. Cædes facta in oculis hominum. 17. *Inter*, unter. In magnis viris non est habendus. 18. *Pro*, für. Pecunia decreta in rem frumentariam. 19. *Per*, durch Sanguis a corde in totum corpus effunditur. 20. *Erga*, gegen. Amor in patriam, religio in Deum. 21. *In*, *ante* diem XV. Calendas *vel* Calendarum distuli, auf den 18 des Monats, z. e. g. Jenner.

Inacceſſus, a, um unzugänglich. *Syn.* Ex omni parte clauſus, obſtructus, præcluſus, qui adiri non poteſt, qui aditus habet difficiles. *Uſus.* Aditus inacceſſi. V. *Anguſtus.*

Inædifico, as, avi, atum, are. bauen. *Uſus.* In domo tua eſt inædificatum facellum.

Inæquabilis, e. uneben, ungleich. *Uſus.* Inæquabilis varietas.

Inæqualis, e. ungleich. *Uſus.* Annus inæqualis.

Inæqualiter, ungleich. *Uſus.* Inæqualiter eminentes rupes ſcandere.

Inæquo, as, avi, atum, are. eben machen. *Syn.* Complano.

Inæſtimabilis, e. unſchätzbar.)(*Æſtimabilis.* V. *Pretium.*

Inambulatio, onis, f. das Spatieren. *Syn.* Ambulatio.

Inambulo, as, avi, atum, are. ſpatieren. *Syn.* Deambulo. V. *Ambulo.*

Inanimatus, a, um. unbelebt. *Syn.* inanimis, expers vitæ.

Inanimus, a, um. leblos. *Syn.* Inanimatus. *Uſus.* Inanimum eſt omne, quod pulſu agitatur exteriore.

Inanis, e. leer, unnütz. *Syn.* Vacuus, ſupervacuus, levis, caſſus, vanus, ſine cauſa.)(*Plenus. Phraſ. Inania ſectaris*, du legſt dich nur auf eitle Sachen. Levioribus rebus tuum ſtudium dicas; amas, colis, ſequeris ea, quæ non conſiſtunt; quæ nihil habent firmitatis, nihil gravitatis, nihil ponderis; quæ levia, nullius ponderis, infirma, minime ſolida ſunt. V. *Levis*, *vanus.* *Uſus.* Inaniſſimarum cupiditatum nullus modus. Conſilium prudentiæ inaniſſimum. Inanis elocutio & puerilis.

Inanitas, tis, f. Nichtigkeit, Eitelkeit. *Syn.* Vanitas, inane. *Epi.* Summa. *Uſus.* In ſumma inanitate verſamur. V. *Levitas.*

Inaniter, eitel, ohne Urſache. *Syn.* Falſo, fruſtra, ſine cauſa. *Uſus.* Inaniter ſæpe animus exultat.

Inapparatio, onis, f. Unfleiß. *Syn.* Nullus apparatus.

Inaudibilis, e. nicht zu hören. *Syn.* Qui non eſt audiendus, qui audiri non meretur. *Uſus.* Fidem infirmare alicui inaudibili.

Inaudio, is, ivi, itum, ire. hören. *Syn.* Audio, exaudio, *de rebus fere occultis. Uſus* Erupit tandem vox illa, de qua ego aliquid inaudieram. V. *Audio.*

Inauditus, a, um. unerhört. *Syn.* Inuſitatus. *Adv.* Omnino, ante hoc tempus. *Uſus.* Nihil dicam inauditum, novum, inſolens. Res in omni memoria inaudita. V. *Novus*, *rarus.*

Inauguro, as, avi, atum, are. einweihen. *Syn.* Initior, conſecro, dedico. *Uſus.* Templum inaugurare. V. *Dedico.*

Inauris, is, f. Ohrengehäng. *Syn.* Ornamentum aurium, quo mulieres utuntur.

Inauro, as, avi, atum, are. vergolden. *Syn.* Auro tego, illino, obduce; aurum rei induco. *Adv.* Extrinſecus. *Uſus.* Palla inaurata indutus. Malo conſuli a Cæſare quam inaurari.

Inauſpicato, unglücklich. *Syn.* Vitio, auſpicio non capto, malis ominibus.

Incaleſco, is, calui, ere. hitzig werden. *Uſus.* Vino incaleſcere.

Incallide, einfältig. *Syn.* Incaute. *Uſus.* Non incallide tergiverſari.

Incallidus, a, um. einfältig, albern. *Syn.* Simplex, incautus, antiquus, credulus. *Uſus.* Servus non incallidus, ſed frugi & integer. V. *Simplex*, *apertus.*

Incandeſco, is, dui, ere. glühend werden. *Uſus.* Æſtu, ira, furore incandeſcere.

Incaneſco, is, nui, ere. grauen. *Syn.* Canus fio.

Incanto, as, avi, atum, are. bezaubern. *Syn.* Carmine magico veneficium affero. Animum magicis illecebris pellicio, faſcino; magicis ſacris utor; neſaria myſteria nuncupo.

Incaſſum, vergebens. *Syn.* Fruſtra. *Uſus.* Incaſſum tela jactantur. V. *Fruſtra.*

In-

Digitized by Google

Incaute, aus Unbedacht. *Syn.* Incallide, imprudenter, temere. V. *Temere.*

Incautus, a, um. unbehutſam. *Syn.* Improvidus. V. *Imprudens, ſimplex.*

Incedo, is, ceſſi, ceſſum, ere. gehen, daher treten. *Syn.* Ingredior, ambulo. *Adv.* Senſim. *Phraſ. Modeſte incedendum*, man muß züchtig daher gehen. Non utamur aut tarditatibus in greſſu mollioribus, ne pomparum ferculis ſimiles videamur; nec in feſtinationibus nimias ſuſcipiamus celeritates. Pleno modeſtoque gradu ingrediamur; alacriter, ſed modeſte ſe inferat, oportet, qui decorum amat. *Uſus.* Quam teter incedebat! inceſſi repente omnibus lætitiis.

Incendium, ii. n. Brunſt. *Syn.* Ardor, flamma. *Epi.* Acerrimum, commune, domeſticum; fortiſſimum, impium, malum, præſens, tantum, univerſum. *Phraſ. Ortum eſt ingens incendium*, es iſt eine groſſe Brunſt entſtanden. Incendium deflagrationem toti urbi minatur; exuruntur tecta, templa incendio fumant; latius uſque funditur incendium; prope abeſt, ut urbs tota incendio hauriatur, deleatur. Non fortuito, ſed oblato incendio tecta conflagrant; urbs tota conjectis ignibus inflammata ardet; concepto igne urbs tota continenti incendio collucet. Urbs tota ignibus ac ruinis miſcetur. V. *Ardeo, comburo, flamma. Uſus.* Incendium facere, excitare, erwecken. Incendio conflagrare, verbrennen. Incendium ruinis exſtinguere, löſchen. Ab incendio eripere, liberare, befreyen.

Incendo, is, di, ſum, ere. anzünden. *Syn.* Inflammo, incendium facio; ignem *vel* faces infero, admoveo, ſubjicio, concremo, uro, exuro, ignem injicio, conjicio. V. *Accendo, comburo. Adv.* Vehementius. *Uſus.* 1. Naves incendi juſſit. 2. *Transl. Hortor, incito, excito*, antreiben, erwecken. Aliorum in ſe odia; cupiditatem, deſideria alicujus incendere. Gloriæ ſtudio incendi. V. *Excito, impello.*

Incenſio, onis, f. Anzündung. *Syn.* Incendium. *Uſus.* Incenſione urbem, interdecione cives, vaſtitate Italiam, liberavi.

Incenſus, a, um. angeflammet. *Uſus.* Mulier incenſa odio. Imperator incenſus ad rempublicam bene gerendam. V. *Fervidus.*

Incertus, a, um. ungewiß. *Syn.* Obſcurus, fallax, dubius, in dubia opinione, in caſu poſitus, non conſtans. *Phraſ.* 1. *Incerta res eſt*, es iſt eine ungewiſſe Sache. Res eſt in incerto poſita, in incerto relicta; in caſu res eſt; res etiamnum fluctuat; quid nox diesque ferat, incertum eſt; ejus rei ratio explicata, explorata, expedita nondum eſt. 2. *Quid me futurum ſit, incertum eſt*, was mit mir geſchehen wird, iſt noch ungewiß. Suſpenſas habeo vivendi rationes; ſuſpenſo animo ſum; metu, exſpectatione ſuſpenſus hæreo; fluctuat animus, pendet, jactatur; ancipiti cura distrahor. V. *Dubito, dubius.* 3. *Quod vitæ genus amplectar, incertus ſum*, ich weiß nicht, was ich für eine Lebensart ergreifen ſoll. Nulli fortunæ adhæret animus per omnia vitæ genera erraus; jam dudum inquiro, ſiqua ad portum via fluctuantem ferat; nondum ſtat ſententia, quam in partem ſuſpenſæ vitæ rationes inclinaturæ ſint; conſiliis distrahor magis, quam feror. *Uſus.* Incerti animi hominum, & exitus præliorum. Ætas puerilis maxime lubrica & incerta. Suſpenſus & incertus obſcura ſpe pendeo, omnia in dubium incertumque revoco. V. *Dubius, dubito, inconſtans.*

Inceſſo, is, ceſſi, ere. * anfallen. *Syn.* Invado, adorior. *Uſus.* Jaculis hoſtes inceſſere. Inceſſit omnes admiratio, cura, cupido, religio. V. *Invado, impetus.*

Inceſſus, us, m. der Gang. *Syn.* Ingreſſus, groſſus. *Epi.* Equeſtris, gravis, acutus, rarus, nec ita longus. *Uſus.* Fingere ſibi vultum & inceſſum. Muliebris ornatus & inceſſus.

Inceſte, Blutſchänderiſch. *Syn.* Foede, nefarie, turpiter.

Inceſtum, i, n. & Inceſtus, us, m. Blutſchande. *Uſus* Facere inceſtum; inceſto aliquem liberare.

Inchoo, as, avi, atum, are. anfangen. *Syn.* Incipio, exordior, at-

tin-

Digitized by Google

tingo, informo.)(*Pertexo, finio, perficio. Phraſ. Inchoatum potius, quam perfectum opus eſt*, das Werk iſt vielmehr erſt angefangen, als zu Ende gebracht. Tantum abeſt, ut opus ad finem perduxeris, ut minimum ultra principium proceſſeris; ut in ipſis pene principiis conſiſtat, hæreat. Tantum abes a perfectione operis, ut principia vix apparearent, vix opus inſtituiſti, vix operis initium feciſti; rem tu quidem habes inſtitutam, informatam, ſed perfectam, perpolitamque non habes. Operis tu quidem fundamenta jeciſti, faſtigium adhuc nullum habemus. V. *Incipio. Uſus.* Si idem extrema perſequitur, qui inchoavit, jam perfecta omnia videbimus. Inchoare, & informare oratorem perfectum. Natura hominem inchoat, ſapientia perficit.

Incido, is, cidi, ere. hineinfallen. *Syn.* Accido, contingo, evenio, incurro. *Phraſ.* 1. *Incidit in hoſtes*, er iſt unter die Feinde gerathen. In hoſtem imprudens præcipitavit; in manus hoſtium delatus eſt; in hoſtes incurrit; medios in hoſtes delapſus eſt. 2. *Incidit mihi ea cogitatio*, mir iſt eingefallen. Subiit animum ea cogitatio; occurrit animo; incidit in mentem illud; ſuccurrit mihi; in mentem venit. *Uſus.* 1. Si caſus inciderit, nec mori recuſabo. Tales caſus ſæpe fortiſſimis viris incidunt. Incidit ætas mea in illa tempora. Nihil mali incidit civitati. Quocunque mens & oculi inciderint. 2. *Incurro*, in Krankheit ꝛc. fallen. In morbum, in febriculam, in inſaniam, furorem, peccatum incidere. In manus hoſtium, in ſcopulos vitæ incidere. 3. *Venio*, kommen, gerathen. In æs alienum, in amorem, contentionem, in mentionem alicujus rei, in ſermonem incidere, ac velut improviſo venire. Homini ſane præter opinionem incidi. V. *Accidit.*

Incido, is, cidi, ciſum, ere. einhauen. *Syn.* Cædo, reſeco, præcido, amputo, ſecurim injicio. *Adv.* Æqualiter, conſulto, crudeliſſime, de improviſo, de integro, divinitus, fœdiſſime, fortuito, improviſo, plane, retro. *Uſus.* Alicui nervos, pennas incidere. Deliberationem omnem ac ſpem incidere. V. *Abrumpo.*

Incipio, is, cepi, ceptum, ere. anfangen. *Syn.* Cœpi, inſtituo, ingredior, initium facio, duco, ſumo, do, affero, introduco, principium do, capio, duco, habeo; primordium, exordium capio, exordior, ordior, inchoo, informo, fundamenta jacio, rudimentum pono, tirocinium pono. *Phraſ.* 1. *Nunc demum ſpirare incipio*, itzt fange ich erſt an zu hoffen. Nuno demum ingredior in ſpem, in ſpem indu or, nunc demum ſpes aliqua mihi naſcitur, affulget; nunc demum in ſpem venio. 2. *Unde dicere incipiam*, wo werde ich den Anfang meiner Rede machen? Unde mihi naſcetur exordium orationis? Unde ingrediar in orationem? Unde proficiſcetur oratio? Unde exordium ducam, capiam? Unde initium ducetur? 3. *Respublica bellum incipiet*, der Staat wird Krieg anfangen. Initium bello e Republica dabitur; quod conceptum Republica bellum parturit, propediem naſcetur; respublica bellum ſuſcipiet; naſcentis belli primordia a republica capientur; bellum grande propediem exſurget a republica commovendum. 4. *Inceptum bellum brevi ſopietur*, der angefangene Krieg wird bald beygelegt werden. Vim naſcentis, orientis, exſurgentis belli noſtri facile conſilio discutient, & compriment. Quanquam qua noluimus janua, ingreſſi ſumus in bellum, facile tamen exitum reperiemus. V. *Bellum. Uſus.* Bellum gerere noſtri duces incipiunt. V. *Inchoo.*

Inciſe, inciſim, abſchnittsweiſe. *Syn.* Cæſim. *Uſus.* Inciſe membratimque dicere.

Inciſio, onis, f. Einſchnitt. *Uſus.* De membris & inciſis, *vel* inciſionibus.

Inciſum, i, n. Einſchnitt, Abſchnitt in der Rede. *Syn.* Inciſio.

Incita, æ, f. höchſte Armuth. *Syn.* Paupertas, indigentia. *Uſus.* Ad incitas redactus. V. *Paupertas.*

Incitamentum, i, n. Anreizung. *Syn.* Invitamentum, illecebra. *Epi.* Summum. *Uſus.* Hoc hominibus maximorum laborum & periculo-

rum

rum incitamentum eſt. V. *Excito, animo.*

Incitate, ſchnell, friſch. *Syn.* Incitatius ferri.

Incitatio, onis, f. Antrieb, Anregung. *Epi.* Acris, vehemens, divina. *Uſus.* Acri & vehementi incitatione inflammare animum. Incitatio languentis, moderatio effrenati populi.

Incitatus, a, um. angetrieben, ſchnell. *Adv.* Plane, vehementius. *Uſus.* Totius mundi incitatiſſima converſio.

Incito, as, avi, atum, are. reizen. Impello, exacuo, excito, ſuſcito, incendo, irrito, ſtimulos admoveo, cohortor. *Adv.* Effrenate, temere. *Phraſ. Ad praeclarum facinus incitare*, zu einer lobwürdigen That aufmuntern. Ad audendum animos addere, augere; alacritatem addere, afferre; animos dare, erigere, excitare, afferre; ſpei ac fiduciæ implere; incitamento eſſe; deſiderium rasi decoris admovere. V. *Excito, impello, hortor, animo. Uſus.* Incitare aliquem ſpe laudis ad aliquid agendum. Mentem alicujus incitare. Incitata odia, ira; ſtudium ad inveſtigandum incitatum. Incitat ſe vis aquæ. Naves ſe incitant.

Inclamo, as, avi, atum, are. zuſchreyen. *Syn.* Voco, altiore voce clamo. *Uſus.* Expeditus, facito, ut ſis, ut, cum inclamavero, advoles. V. *Voco.*

Inclemens, tis, g. o. unguädig. *Syn.* Aſper. V. *Durus.*

Inclementer, unguädig. *Uſus.* Inclementer in aliquem dicere.

Inclementia, æ, f. Ungnade. *Syn.* Duritas. V. *Inhumanitas.*

Inclinatio, onis, f. Neigung. *Syn.* Converſio, ſtatus, mutatio, conatus, flexio, inflexio. *Epi.* Divina, magna, repentina, tanta maxima, parva. *Uſus.* Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. Inclinatio quædam ad meliorem ſpem viſa eſt fieri. Inclinatione voluntatis propendere in aliquem. Converſio ſtatus, inclinatio reipublicæ.

Inclino, as, avi, atum, are. neigen. *Syn.* Vergo, propendeo.)(*Sto, erectus ſum. Phraſ.* 1. *Inclinat ad lenitatem*, er iſt zur Sanftmuth geneigt. Ad lenitatem ſe dat; proclivior eſt ad lenitatem; ad lenitatem ſua ſponte propendet; ſumma propenſione in leniora fertur; inclinatiſſimo eſt ad lenitatem animo. 2. *Inclinat ex natura ad avaritiam*, er iſt von Natur zum Geize geneigt. Natura propenſus eſt ad execrabile vitium avaritiæ; ad avaritiam natura propendet; ad avaritiam natura illum ſua ducit; natura hortante, naturali quodam ſtudio ad avaritiam fertur, rapitur; naturali quadam inductione animi avaritiam ſequitur; ſuopte ingenio, impetu quodam naturæ, naturali quadam voluntatis inclinatione ad avaritiam, incitatur. *Uſus.* 1. Sententia ſenatus inclinat ad pacem. In vitium, in fugam inclinare. 2. *Deficio*, abnehmen. Eloquentia, opes, forma reipublicæ inclinat. Inclinat acies, animi militum. 3. *Flecto*, ſich wohin neigen. Inclinat ſe ad Stoicos. Inclinare omnia ad ſuum commodum

Inclitus, a, um. berühmt. *Syn.* Clarus, nobilis, inſignis. V. *Clarus, nobilis.*

Includo, is, ſi, ſum, ere. einſperren. *Syn.* Claudo, comprehendo.)(*Excludo. Adv.* Apte, intus, argute, divinitus, diutius. *Phraſ. Certis finibus orationem includere*, ich werde meiner Rede gewiſſe Schranken ſetzen. Certis finibus circumſcribam. cancellos, quibus me ipſum circumſcripſi, non egrediar. Certos mihi fines terminosque conſtituam, extra quos egredi non poſſim, ſi maxime velim. V. *Terminimp. Uſus.* Imaginem alicujus in clypeo aureo includere. Orationem in epiſtolam incluſi. Dolor mihi & admiratio vocem incluſit. V. *Carcer, claudo.*

Incluſio, onis, f. Verſperrung. *Uſus.* Incluſione contentus non eras, interficere volueras.

Incœptio, *rectius* f Inceptio, onis, f. Anfang. *Syn.* Initium, principium.

Incognitus, a, um. unbekannt. *Syn.* Ignotus.)(*Notus. Uſus.* Condemnare aliquem cauſa incognita. V. *Ignotus.*

In-

Digitized by Google

Incogitans, tis, g. o. unbedachtſam. *Uſus.* Incogitantem, imprudentem oppreſſit.

Incogitantia, æ, f. Unbedachtſamkeit. *Syn.* Imprudentia. V. *Imprudentia.*

Incola, æ, m. Einwohner. *Syn.* Habitator. *Uſus.* Socrates totius mundi civis & incola.

Incolo, is, ui, cultum, ere. bewohnen. *Syn.* Habito, incola ſum. *Uſus.* Qui earum civitatum fines incolunt. V. *Habito, domus.*

Incolumis, e. geſund, friſch. *Syn.* Salvus, integer. *Adv.* Aliquamdiu. *Phraſ. Incolumes tibi ſunt adhuc res tuae*, dein Hausweſen iſt noch unverlebt. Salva ſunt apud te omnia, nihildum perdidiſti; ſtatus idem eſt, qui antea rerum tuarum. Eodem loco ſunt, quo antea, fortunæ tuæ; nihil detractum eſt de fortunis tuis; nullam res *aut* fortunæ tuæ, jacturam fecere; nullum res tuæ damnum tulere, detrimentum cepere, accepere, paſſæ ſunt. Nihil adverſi res tuæ ſubierunt; nihil tibi eripuit, abſtulit, ademit, detraxit, avertit fortuna; incolumitatem obtinent res, rationes, fortunæ tuæ: nihil ſecus, nihil contra, quam velles, rebus tuis factum eſt. Nulla rerum tuarum facta eſt imminutio; ſarta tectaque tua ſunt omnia, & ab omni incommodo ſincera integraque ſunt conſervata. V. *Salvus, ſanus. Uſus.* Domum ſuam incolumem a calamitate ſervare non potuit Cives integros & incolumes ſervavi.

Incolumitas, tis, f. Wohlſtand. *Syn.* Salus. *Epi.* Explorata. *Phraſ. Quamdiu reipublicae ſua conſtabat incolumitas*, ſo lange das gemeine Weſen aufrecht ſtund. Dum reipublicæ ſalus erat integra; ſalvis rebus; rebus nondum perditis; ante reipublicæ inclinationem; ſtante, vigente, incolumi republica; cum respublica ſuum jus obtineret; cum ſuo jure uteretur; cum ſalvus eſſet reipublicæ ſtatus; ante caſum reipublicæ; antequam respublica concideret, occideret, periret. V. *Salus, ſtatus bonus, Uſus.* Incolumitas eſt ſalutis tuta atque integra conſervatio. Alicujus ſalutem & incolumitatem deſerere.

Incomitatus, a, um. ohne Gefährten. *Syn.* Sine comite, ſolus. *Uſus.* Ars indotata, incompta, incomitata. V. *Solus.*

Incommodatio, onis, f. Ungelegenheit. *Syn.* Incommodum.

Incommode, unbequem. *Syn.* Moleſte. *Uſus.* Cum illo actum optime, mecum autem incommode.

Incommoditas, tis, f. Unbequemlichkeit. *Syn.* Incommodum. *Uſus.* in hac incommoditate illud ineſt commodi. V. *Incommodum.*

Incommodo, as, avi, atum, are. hinderlich ſeyn. *Syn.* Officio, incommodum affero *Phraſ. Incommodare tibi nolo*, ich will dir keine Ungelegenheit machen. Nolo incommodo tibi eſſe; incommodo te afficere; incommodum tibi afferre, parere, præbere, nolo tibi moleſtiam exhibere; nolo commodis tuis officere; commoda tua oppugnare, labefactare; nolo tibi negotium faceſſere; nolo tibi gravis, moleſtus eſſe; nolo tibi importune obſtrepere; nolo tibi per me incommodi quidquam accidat. V. *Noceo, moleſtia, moleſtus. Uſus.* Qui alteri nihil ſcientes incommodant, nihil ipſis jure incommodi accidere poteſt.

Incommodum, i, n. Schade, Nachtheil. *Syn.* Damnum, detrimentum.)(*Commodum. Epi.* Alienum, commune, domeſticum, inſperatum, magnum, parvum, præcipuum. *Phraſ.* 1. *Id ego concedam, modo ſine tuo incommodo fiat*, ich will es gern zulaſſen, wenn es nur ohne deinen Nachtheil geſchehen kann. Facile id patiar, modo ne tibi incommodes; modo ne contra tuum commodum ſit; modo ne tuis commodis adverſetur; modo ne commodis tuis officiat. Dabo id perlibenter, quod ſine incommodo tuo facere poſſis; quod commode, quod ſine moleſtia tua fiat. 2. *Multa patior incommoda*, ich muß viel Verdruß ausſtehen. Multa me incommoda circumveniunt; undique oppugnantur, labefactantur commoda mea; incommoda non pauca capio, accipio; multis incommodis & difficultatibus angor, premor; quotidie novis incommodis afficior; quotidie nova mihi incommoda dan-

Digitized by Google

dantur, invehuntur, importantur; alia ex aliis accedunt incommoda; nova quotidie incommoda mihi nascuntur. V. *Damnum*, *molestia*. *Usus*. 1. Incommodum invehere, ferre, dare; afficere incommodis, Schaden bringen. 2. Incommodum capere, accipere, Schaden leiden. 3. Incommodum propulsare, rejicere, refutare, den Schaden abwenden. 4. Incommodum levare, diminuere, incommodis mederi, dem Schaden abhelfen. 5. Incommodum sarcire, ersetzen. 6. Incommodum devitare, entgehen. 7. Incommodi expers, ab incommodo integer, sincerus, schadlos. Illud etiam in incommodis est; illud quoque accessit incommodum, unter andern ist auch dieser Schaden. V. *Detrimentum*.

Incommodus, a, um. ungelegen, schädlich. *Syn.* Adversus, alienus, molestus, iniquus. *Usus*. Valetudine uti incommoda. Pater alioquin facilis, sed filio incommodus. In rebus incommodis sublevare aliquem. V. *Alienus*.

Incompertus, a, um. unbekannt. *Usus*. Res vetustate incomperta. Quid rei fuerit, incompertum est. V. *Ignotus*.

Incomposite, unordentlich. *Usus*. In hostem negligenter & incomposite occurrunt.

Incompositus, a, um. unordentlich. *Usus*. Agmen incompositum. V. *Dissolutus*.

Incomprehensus, a, um. unbegriffen. *Syn.* Non perceptus, incognitus.)(*Comprehensus*.

Incomptus, a, um. ungeziert. *Syn.* Inornatus, incultus.)(*Concinnus*. *Usus*. Oratio incompta & horridula.

Inconcinnus, a, um unfüglich. *Syn.* Molestus, inurbanus, præposterus, absurdus, ineptus. V. *Ineptus*.

Incondite, ungeschickt, plump. *Syn.* Insulse. *Usus*. Nihil tam incondite, tam præpostere, tam monstrose dici potest, quod non possimus somniare.

Inconditus, a, um. ungereimt. *Syn.* Inconcinnus, insulsus, non compositus. *Usus*. Inconditum jus, orator, oratio. V. *Odiosus*.

Inconsiderans, tis, *g. o.* unbedachtsam. *Syn.* Inconsideratus.

Inconsiderantia, æ, f. Unbesonnenheit. *Syn.* Inconsulta ratio, temeritas. V. *Temere*.

Inconsiderate, unüberlegt. *Syn.* Inconsulte, temere, leviter, negligenter dicere, *aut* facere aliquid.

Inconsideratus, a, um. unbesonnen. *Syn.* Inconsideratus, inconsultus, amentissimus, temerarius.)(*Consideratus*. *Usus*. Inconsideratissima & dementissima temeritas. V. *Incautus*, *imprudens*.

Inconstans, tis, *g. o.* wankelmüthig. *Syn* Mobilis, levis, volaticus, qui a seipso desciscit, levissimus transfuga, qui sibi non constat, neque in hac, neque illa parte fidem habet.)(*Constans*. *Phras*. *Inconstantes sunt hominum voluntates*, der menschliche Wille ist unbeständig. Homines mobili sunt in omnem partem animo & fluctuante; mobilia sunt hominum ingenia; pluma *aut* folio facilius moventur; vaga & mutabili ratione, summa levitate & inconstantia huc illuc feruntur; parum constanter in cœpto permanent. Nihil tam flexibile, lubricum, devium, quam hominum consilia. V. *Levis*, *mutabilis*. *Usus*. Ridicule mihi visus es inconstans.

Inconstanter, unbeständig. *Syn.* Leviter. *Usus*. Inconstanter & turbide jactari.

Inconstantia, æ, f. Wankelmüthigkeit. *Syn.* Levitas, mutabilitas, mobilitas, varietas.)(*Constantia*. *Epi*. Maxima, tanta. *Phras*. 1. *Non puto meam inconstantiam reprehendendam*, ich hoffe, es werde mich niemand einer Wankelmüthigkeit beschuldigen. Non puto mihi famam inconstantiæ pertimescendam; non vereor, ne quis inconstantiæ, levitati tribuat, adscribat, assignet, si &c.; ne quis in me inconstantis, levis, mobilis, instabilis, parum firmi in officio animi, vitium conferat; ne quis mihi notam inconstantiæ inurat; inconstantiæ maculam aspergat nomini meo; ne inconstantiæ nomine male audiam, suspectus sim; ne quis me accuset, quasi discesserim a pristina consuetudine, a me ipso. 2. *Tantam in te inconstantiam non expectassem*, ich hätte nicht geglaubt, daß du so wankelmü-

Digitized by Google

mäßig bist. Tam mobili in me animo te esse non putabam; tanta levitate & inconstantia, tanta mutabilitate mentis te esse non putabam. Tam fluxa fide; tam mobili ingenio te esse quis putasset? *Ufus.* Fortuna ab inconstantia & temeritate sejungi non potest. Nemo doctus unquam mutationem consilii inconstantiam dixit.

Inconsulte unbedachtsam *Syn.* Inconsiderate, impudenter ac imprudenter, temere dicere aliquid, *aut* facere.

Inconsultus, a, um. unbesonnen. *Syn* Inconsideratus, temerarius. V. *Imprudens.*

Incontaminatus, a, um. unbefleckt. *Ufus.* Nequid finceri, nequid incontaminati sit. V. *Integer, purus.*

Incontentus, a, um. nicht gespannet. *Syn.* Remissus.)(*Contentus. Ufus.* Fides omnes æque incontentæ.

Incontinens, tis, *g. o.* unmäßig. *Syn.* Libidinosus.

Incontinenter, unmäßiglich. *Syn.* Intemperanter, dissolute, libidinose.

Incontinentia, æ, f. Unmäßigkeit. *Syn.* Intemperantia.)(*Continentia.* V. *Luxuria.*

Inconveniens, tis, *g. o.* ungereimt.)(*Conveniens. Phraf. Nihil inconveniens egit*, er hat nichts ungereimtes gethan. Nihil odiosum, aut a moribus suis alienum; quod a moribus ejus adhorreret; quod non reliquæ ætati ejus responderet; quod absonum, quod indecorum suo generi, admisit. V. *Absurdus. Ufus.* Hæc nostra facta sunt nec subita, nec inconvenientia.

Incoquo, is, coxi, coctum, ere. einkochen. *Ufus.* Radices vino incoquere.

Incorporeus, a, um. leiblos. *Syn.* Quod corpore caret. *Ufus.* Rerum incorporearum æstimatio.

Incorrupte, unverfehrt. *Syn.* Caste.

Incorruptus, a, um. unverletzt. *Syn.* Integer, purus, inviolatus, sanus, sincerus, castus, naturalis, non fucatus, religiosus.)(*Vitiosus, corruptus, fucatus. Ufus.* Sanitas, latinitas, vestis incorrupta. Sanguis, testis incorruptus. V. *Integer, sanctus.*

Increbesco, is, bui, ere. zunehmen. *Syn.* Percrebesco, pervagor. *Ufus.* Hæc consuetudo dudum jam increbuit. Numerus oratorum; sermo fama, rumor, increbescit.

Incredibilis, e, unglaublich. *Syn.* Inauditus, monstro *vel* portento fimilis, singularis, humanam fidem excedens, ultra fidem.)(*Credibilis. Adv.* Prorsus. *Phraf. Incredibile est*, es ist unglaublich. Non est, ut credi possit; non est ut habeatur fides; fidem superat; abhorret a fide; verisimile non est; ejusmodi est, ut fide careat, ut adjungi fides nulla possit; mendacii speciem habet; mendacium præfert; veritatis imaginem nullam ostendit; fidem excedit; alienum est a ratione; vero, rationi consentaneum non est; supra, quam credi possit. *Ufus.* Singularis & incredibilis virtus, audacia; agere alicui gratias incredibiles.

Incredibiliter, unglaublich. *Syn.* Immortaliter.)(*credibiliter. Ufus.* Incredibiliter gavisus sum.

Incredulus, a, um. ungläubig.

Incrementum, i, n. Zunehmen, Aufnahm. *Syn.* Accessio. *Ufus.* Incrementum afferre. Maximis incrementis augetur hostium potentia. V. *Accessio, augeo.*

Increpo, as, ui, itum, are. ausschelten. *Syn.* Redarguo, accuso. *Ufus.* Alicujus ignorantiam increpare. Quidquid increpuerit, jam ille pertimescit. V. *Reprehendo.*

Increfco, is, crevi, ere. wachsen. *Ufus.* Increscit audacia; increscente certamine. V. *Crefco.*

Incruentus, a, um. unblutig. *Ufus.* Victoriam incruentam referre.

Incrufto, as, avi, atum, are überkünchen, austäfeln. *Syn.* Crustam duco, crusta obduco, applico crustam.

Incubo, as, ui, itum, are. auf etwas liegen. *Syn. Transl.* Inhio. *Ufus.* Spe atque animis thesauro incubare. Litteris incubare.

Inculco, as, avi, atum, are. einprägen. *Syn.* Ingero, infercio. *Ufus.* Animis aliquid, auribus inculcare. Versus leviores inculcat identidem.

Inculte, ohne Zierde. *Syn.* Inornate.)(*Concinne, nitide. Ufus.* Horride, inculte dicere.

Incultus, a, um. ungeziert, nicht gebaut. *Syn.* Horridus, incomptus, squalidus, inornatus.)(*Cultus. Ufus.* Inhabitabilis terræ regio,

Digitized by Google

& inculta, & derelicta; inculta & silvestris vita; homo durus, horridus, incultus.

Incumbo, is, cubui, itum, ere. **sich auf etwas legen.** *Syn.* Innitor; operam do, applico animum ad rem, curam, studium, confero, studia, curas in re figo, loco, consumo; animum adjicio, adjungo ad aliquid, operam dico, navo; confero operam ad rem; operam in re pono, figo, consumo; mente & animo totus in rem insisto. *Adv.* Acrius, eo maxime, gravius. *Usus.* 1. Murus in lævam incumbit. 2. *Transl.* In perniciem alicujus; in salutem reipubl. incumbere. Toto pectore, omni studio, omni cogitatione curaque, toto animo ad litteras incumbere. Voluntatum inclinatio in illum incubuit. V. *Inclino*, *impendo*.

Incunabula, orum, n. **Wiege, Ursprung.** *Syn.* Cunabula, cunæ; rudimenta. *Usus.* Ab incunabulis nostræ veteris doctrinæ.

Incuria, æ, f. **Sorgloſigkeit.** *Syn.* Negligentia. *Epi.* Tanta.)(*Cura.* V. *Negligentia.*

Incurro, is, curri, cursum, ere. **anlaufen, gerathen.** *Syn.* Incido. *Adv.* Necessario. *Usus.* In eadem vestigia incurris. In hastas incurrere, hastis se induere, **ſelbſt in die Lanze laufen.** Incurrere in apertam perniciem, in odia hominum, morbos, difficultates, varias reprehensiones. Quis est, qui nihil offendat, nusquam incurrat? In oculos aliorum & invidiam incurrere. V. *Impingo.*

Incursio, onis, f. **Einfall.** *Syn.* Excursio, incursus. *Epi.* Sempiterna. *Phraſ. Incurſiones facere*, **einen Einfall thun.** Incursare agros; vexare incursionibus; in agros hostiles impetum dare. V *Impetus. Usus.* Incursio atque impetus armorum? Incursio seditionis, vis multitudinis. In hostes incursionem facere; hostium incursionem sustinere.

Incurso, as, avi, atum, are. **einfallen.** *Syn* Incurro, excurro, infesto, invado. *Usus.* Incursare in fortunas omnium. Incursabit in te dolor meus. Agros incursare. V. *Impetus.*

Incurſus, us, m. **Einfall.** *Syn* Incursio.

Incurveſco, is, ere. **krumm werden.** *Usus.* Rami solent incurvescere.

Incurvo, as, avi, atum, are. **biegen.** *Usus.* Bacillus de inductria incurvatus.

Incurvus, a, um. **eingebogen, krumm.** *Syn.* Incurvatus.

Incus, udis, f. **Amboß.** *Usus.* Eandem incudem noctu diuque tundere.

Incuſo, as. avi, atum, are. **beſchuldigen.** *Syn.* Accuso, reprehendo, crimini do aliquid; aliquem in crimen voco; crimen in aliquem confero, conjicio; crimine accenso; crimen alicui infero. V *Accuso.*

Incuſatio, onis, f. **Beſchuldigung.** *Usus.* Loci communes incusationem habent, aut querelam.

Incutio, is, cussi, cussum, ere. **einſchlagen.** *Syn.* Defigo, injicio. *Usus.* Errorem, terrorem, metum, dolorem incutere alicui.

Indagatio, onis, f. **Erforſchung.** *Syn.* Investigatio, inquisitio.

Indagatrix, icis, f. **Nachforſcherinn.** *Usus.* Philosophia virtutis indagatrix, expultrix vitiorum.

Indago, as, avi, atum are. **nachforſchen.** *Syn* Vestigo, investigo, inquiro. *Adv.* Acutissime. *Phraſ.* 1. *Philoſophia veritatem indagat*, **die Weltweisheit forſchet nach der Wahrheit.** Omnibus vestigiis, diligentissimis disquisitionibus verum perscrutatur; pertentat, vestigat omnia, ut verum perspiciat; omni contentione verum invenire, summa cura studioque veritatem exquirere, protrahere in lucem adlaborat; rimatur omnia; velut odore verum, aut aliquo leviter presso vestigio persequitur; scrutatur omnia & excutit; odoratur omnia, & e tenebris eruere nititur. 2 *Hoſtem indagare*, **den Feind ausſuchen.** E tuto hostem speculari; discurrere circa vias, & oculis perlustrare omnia; conquisitores emittere. *Usus.* Initia exitii indagavi. Agitata occultis conjurationibus consilia necdum vulgata indagavi, patefeci. Acutissime indagare, odorari omnia, e tenebris eruere. V. *Inquiro*, *quæro.*

Indago, inis, f. **das Nachſpüren.** *Syn.* Investigatio, inquisitio. *Usus.* Saltum indagine cingere.

Inde, **von dannen.** *Syn.* Illinc. *Usus.*

Jam

Digitized by Google

Jam inde a principio, ab ortu hujus imperii. Inde has litteras dedi.

Indecenter, ungebührlich. *Usus.* Indecenter obstrepunt.

Indecore, unanständig. *Syn.* Præter decorum. *Usus.* Cave, nequid indecore, aut effeminate facias.

Indecorus, a, um. unanständig, ungebührlich. *Syn.* Turpis, inhonestus, pravus, quod non decet. *Usus.* Indecorum de rebus parvis amplissime dicere. V. *Turpis.*

Indefensus, a, um. Schutzlos. *Usus.* Indefensi, inulti peribitis?

Indemnatus, a, um. überzeugt. *Syn.* Non damnatus, judicio elapsus.)(*Condemnatus.* *Usus.* Indemnatum, innocentem civem occidere.

Index, icis, m. Zeiger, Angeber. *Syn.* Qui aliquid indicat. *Epi.* Neque obscurus, neque incertus, falsus, verus. *Usus.* Vox index stultitiæ. Animi indices oculi. Indices detulerunt, rei confessi sunt.

Indicium, ii, n. Anzeigung. *Syn.* Signum, argumentum, documentum, vestigium, nota, specimen, insigne. *Usus.* Certissima indicia & argumenta sceleris ostendere, afferre, deferre, patefacere, Anzeige, Anzeicht geben. Indicium, sceleris [illegible], accipere, Anzeigung haben. V. *Signum, indico.*

Indico, as, avi, atum, are. anzeigen. *Syn.* Indicium facio, do, affero, ostendo, defero: indicio sum, ostendo, monstro, coarguo, innuo, signa patefacio, loquor. *Adv.* Ridicule, aperte, aliquando, aliter. *Phras.* *Puer omnia dominae indicavit*, der Knab hat die ganze Sache der Frau angezeiget. Rem omnem ad dominam retulit, pertulit; heræ exposuit, proposuit; quid facere cogitares, demonstravit; rei indicium edidit; ad dominam rei indicium detulit; protulit omnia & detexit; enuntiavit, prodidit; dominam de re tota certiorem fecit: rem omnem dominæ aperuit, patefecit; indicium rei totius puer fecit; rem omnem ad dominam detulit, attulit. 2. *Caedis factae indicio [illegible]*, man hat große Anzeigungen von der verübten Mordthat. Locus ipse, impressa loco cruenta vestigia cædem loquuntur; peractæ cædis indicio sunt vestigia cruenta [illegible] impressa; cædem factam hæc testantur, ostendunt, coarguunt, cædis peractæ fidem faciunt, index cædis ipse locus est, & impressa solo cruenta vestigia. V. *Prodo, ostendo, defero.* *Usus.* Vultus indicat mores. Ut apertissimus est, indicavit, quæ alii celata volebant.

Indico, is, dixi, dictum, ere. ankünden. *Syn.* Denuntio, promulgo. *Adv.* Omnino. *Usus.* Bellum voluptatibus, justitiam foro, funus reipublicæ indicere. Cœnam, tributum, legem, mortem indicere.

Indictus, a, um. ohne daß man es anzeiget. *Syn.* Non indicatus. *Usus.* Indicta causa civem condemnare, nefas.

Indidem, eben daher. *Syn.* Inde, ex eodem loco.

Indifferens, tis, g. v. gleichgültig. *Phras.* *Plane indifferens sum*, mir gilt es gleich. Neutram in partem moveor inclino; suspensam teneo sententiam; neutris me partibus addico; neutram in partem propendeo; nec in bonis, nec in malis rem pono; in utrumque paratus sum. *Usus.* Quod Græci adiaphoron dicunt, id mihi occurrit, ut indifferens dicerem. V. *Neuter.*

Indigena, æ, m. Landskind. *Usus.* Majores eorum non indigenæ, sed advenæ fuerunt.

Indigentia, æ, f. Mangel, Dürftigkeit. *Syn.* Egestas. *Usus.* Indigentia est libido inexplebilis. V. *Paupertas.*

Indigeo, es, ui, ere. bedürfen. *Syn.* Egeo, indigus sum.)(*Habeo, abundo.* *Adv.* Separatim. *Usus.* Tu mei ad illud negotium non indiges. Consolatione mea indiget. V. *Egeo, opus est.*

Indignabundus, a, um. unwillig. *Syn.* Indignans, obiratus.

Indignatio, onis, f. Zorn, Unwille, *Syn.* Stomachus, ira. *Epi.* Mala. *Phras.* *Indignationem ex ea re concepi*, ich habe einen Unwillen gefaßt Stomachum movit ea res; stomachum mihi fecit; majori, quam credi potest, res ista mihi stomacho fuit. bilem mihi ea res concivit, commovit. V. *Ira.* *Usus.* In aliquem gravem offensionem & indignationem concitare, concipere.

Digitized by Google

Indigne, unbillig. *Syn.* Miserabiliter, inique; moleste. *Usus.* 1. Indignissime necari. 2. *Aegre, moleste,* beschwerlich. Indigne pati.

Indignitas, tis, f. Unbilligkeit. *Syn.* Turpitudo, atrocitas. *Epi.* Summa. *Usus.* Nequeo verbis consequi indignitatem rei. Non satis severe pro indignitate rei decretum est.

Indignor, aris, atus sum, ari. sich zürnen. *Syn.* Graviter fero, stomachor, mihi indignum videtur, pro indignissimo habeo. *Usus.* Eum periisse sane indignor. V. *Irascor.*

Indignus, a, um. unbillig, unwürdig. *Syn.* Turpis, iniquus: non dignus, alienus.)(*Dignus. Adv.* Valde. *Phras.* 1. *Res est plane indigna,* dieses ist fürwahr eine unbillige Sache. Quæ malum! ista est indignitas? Quod portentum? Quid hoc acerbius, quid iniquius proferri potest? Res enim vero ista indigna plana est & intolerabilis; res est ejusmodi, quæ indigna atque nefaria; quæ indigna atque intoleranda videatur omnibus; ut nihil indignius ferendum videatur; res est acerba, indigna, luctuosa; pro indignissimo haberi id potest; quis indignitates has diutius ferat? Facti atrocitate impensius rei indignitas crescit. 2. *Indignus est amore ac benevolentia filius tuus,* dein Sohn ist nicht werth, daß man ihn liebe. Indignus est, qui ametur; non est, qui ametur; nulla re præditus est, qua amorem conciliet; nihil non eorum animi bonorum & ornamentorum in filio tuo desideratur, quæ ad colligendam, comparandam benevolentiam faciunt, valent, spectant; idonea sunt & appositа; nihil est in filio tuo, quod homines ad se amandum alliciat; quod aliorum benevolentiam invitet; nulla re commendatur filius tuus, quæ inire gratiam ab hominibus queat; non ita natus, ita educatus est filius tuus, ut adjungere sibi homines aliqua benevolentia possit. 3. *Indignus es eo beneficio,* du bist dieser Gnade nicht werth. Non is es, in quem tanta gratia conferatur; non ita meritus, non ea merita sunt tua, ut hoc affici beneficio debeas; ut ferre tantum beneficium debeas. Non is est animus tuus; qui tantam gratiam capiat. Beneficii magnitudo tua merita vincit; impar est tanto beneficio. *Usus.* Hoc te indignum est. Indignum est a pari vinci, indignius ab inferiore.

Indigus, a, um. bedürftig. *Usus.* Opis indigus. V. *Egeo, pauper.*

Indiligens, tis, *g. o.* unfleißig. *Usus.* Homo nimium indiligens. V. *Piger.*

Indiligenter, unfleißig. *Syn.* Negligenter. *Usus.* Rem non indiligenter exposui.

Indiligentia, æ, f. Hinlässigkeit, Unfleiß. *Syn.* Negligentia.)(*Diligentia.*

Indiserte, unberedt. *Syn.* Inornate.

Indisertus, a, um. unberedt. *Syn.* Inornatus, parum eloquens, infans.)(*Disertus.*

Indissolubilis, e, unauflöslich. *Syn.* Qui dissolvi non potest.)(*Dissolubilis.*

Indissolutus, a, um. verknüpft. *Syn.* Non dissolutus.

Individuus, a, um. untheilbar. *Syn.* Simplex.)(*Dividuus. Usus.* 1. Atomi, corpuscula scilicet individua. 2. *Quod dirimi, distrahique non potest,* unzertrennlich. Individua comes corporis umbra.

Individuum, i, n. untheilbares Ding. *Usus.* Species ex individuis innumerabilibus existens.

Indo, is, didi, ditum, ere. beylegen, einstecken. *Syn.* Impono. *Usus.* Nomen, cognomen alicui indere. V. *Impono.*

Indocilis, e. ungelehrsam. *Syn.* Tardus, hebes; crassi, stolidi, plumbei ingenii.

Indocte, ungelehrt. *Syn.* Imperite.

Indoctus, a, um, ungelehrt. *Syn.* Rudis, ineruditus, imperitus.)(*Doctus. Adv.* Plane. *Phras. Valde indoctus est,* er versteht gar nichts. Expers eruditionis est; nullis bonis litteris excultus est; longe abest a doctrina; litteras vix attigit; vix primoribus labris degustavit; litteris aspersus potius, quam tinctus est; litteras vix a limine salutavit. V. *Doctus, imperitus, rudis. Usus.* Indoctus homo & agrestis; rudis & indocta oratio.

Indolentia, æ, f. Unempfindlichkeit. *Syn.* Vacuitas doloris. *Epi.* Major, maxima.)(*dolor. Usus.* Num voluptas idem est, quod indolentia?

In-

Digitized by Google

Indoleo, es, ui, ere. sich betrüben. *Syn.* Doleo. *Usus.* Quis non indoluit te tam fero cognitum? V. *Doleo.*

Indoles, is, f. Natur, angebohrne Art. *Syn.* Indicium animi, specimen futuræ virtutis, spes summæ virtutis. *Epi.* Bona, egregia, magna, mirifica, præclara, summa. *Phraſ. Præclaræ indolis puer*, ein Knab von einer trefflichen Gemüthsart. Puer ad decus natus; alta mente præditus; puer præcipuo quodam munere naturæ ad summa quæque natus; ad laudem & decus a natura factus; optima indole præditus puer. V. *Ingenium. Usus.* Bonæ spes, magna indoles in adoleſcente. Summa ingenii indoles summaque virtus. V. *Natura bona.*

Indomabilis, e, unbezwinglich.

Indomitus, a, um. unbändig. *Syn.* Qui imperium recuſat, effrenatus, intractatus, novus, ferocitate exultans, infociabilis.)(*Domitus.* V. *Ferocia.*

Indormio, is, ivi, itum, ire. einſchlafen. *Usus.* Malis ſuis, negotio, legationi, cauſæ indormire, *rem ſegniter tractare*, ſich die Sache wenig angelegen ſeyn laſſen. V. *Negligo, dormio.*

Indotatus, a, um. unbeſtattet. *Syn.* Sine dote, ſine ornatu.)(*Dotatus.*

Induciæ, arum, f. Stillſtand. *Syn.* Belli ad tempus ceſſatio. *Phraſ. Hoſtis inducias initi*, der Feind iſt den Waffenſtillſtand eingegangen. Hoſtis inducias fecit, pepigit, pactus eſt; quies aliquantum ab armis fuit; aliquantum in induciis res erat; induciæ petitæ dierum aliquot, datæque hoſti ſunt; pari conſilio in certas leges ad tempus ab armis diſceſſum eſt; agitari dies aliquot induciæ ſunt cœptæ; actæ per eos dies caſtrenſes quædam feriæ, & a belli injuriis temperatum. *Usus.* Inducias petere, dare, facere, paciſci.

Induco, is, xi, ctum, ere. bewegen. anreizen. *Syn.* Adigo, impello, adduco, introduco. *Adv.* Diligentius, pauliſper animum, porro, recte, ſubtiliter. *Usus.* 1. Jacentem amicum in ſpem meliorem inducere. Aliquem promiſſis, ſpe dotis, hereditatis ad aliquid inducere. 2. *Affero, introduco*, einführen. Novum morem, conſuetudinem, novas religiones, leges inducere. 3. *Obduco*, überziehen. Parietes marmore; ſcuta pellibus inducere. 4. *Deleo*, auslöſchen. Inducere nomina, imaginem, ſcripturam. 5. *Applico, vulg. me reſolvo*, ſich entſchlieſſen. Animum inducere non potui. Induxi animum, divitias contemnere. Nunquam in animum inducam. V. *Perſuadeo.*

Inductio, onis, f. Einleitung. *Syn.* Derivatio. *Epi.* Ficta. *Usus.* 1. Aquarum inductionibus terris ſecunditatem damus. 2. *Introductio*, Einführung. Perſonarum ficta inductio. 3. *Applicatio*, Entſchlieſſung. Tantum firma animi inductio valet.

Inductus, us, m. das Ueberreden. *Usus.* Alieno inductu feci.

Indulgenter, zärtlich, gütig. *Syn.* Leniter, molliter, familiariter. *Usus.* Ne nimis indulgenter, ſed potius cum gravitate aliqua loquare.

Indulgentia, æ, f. Zulaſſung, Nachſicht. *Syn.* Obſequium, patientia lenitas, *præſertim in filios. Epi.* Maxima, naturalis, nimia, patria, ſimilis. *Usus.* Homines naturali quadam inter ſe indulgentia & benevolentia continentur. Animo a corporis obſequio indulgentiaque diſcedendum eſt. Multi filii patrum indulgentia depravantur. *Indulgentia plenaria, vulg.* vollkommener Ablaß. *Rectius appellatur* plena noxarum pœnarumque condonatio; noxarum venia, expiatio.

Indulgeo, es, dulſi, dultum, ere. nachſehen. *Syn.* Obſequor, facilis ſum in aliquem. *Phraſ.* 1. *Nimium indulget filio*, er geſtattet dem Sohne allzuviel. Peccatis indulgens præcipitem filium ferri ſinit; nimia ejus in filium indulgentia ad perſpicienda pericula cum minus ſagacem fecit; male conſulit filio, qui ſolute & negligenter eum habet; qui laxiore imperio habet; qui ſolum lenitate utitur; omnibus in rebus connivet; illius libidini omnia malefacta condonat; ejus amoribus obſequitur; delicti cujusvis gratiam facit; animum explere ſinit; inepta lenitate, prava facilitate ad vitia invitat. 2. *Indulget genio ſuo*, er läßt ſich wohl

Digitized by Google

wohl ſeyn. Obſequitur animo ſuo; animo ſuo morem gerit; voluptatibus obſequitur; quæcunque animo libitum eſt, facit; animum explet ſuum; genium ſuum curat, genio indulget; nulla in re defraudat genium ſuum; molliter ſe & indulgenter habet. *Uſus.* Genio, animo, luſui, amori, dolori, iræ indulgere. Indulgere ſe alicui, ejusque voluntati & gratiæ deditum eſſe. Indulgens in aliquem. V. *Facilis, lenis, venia.*

Indumentum, i, n. Kleid *Syn.* Veſtimentum. V. *Veſtis.*

Induo, is, ui, utum, ere. anlegen, anziehen. R. *ab* ἐνδύω *Syn.* Veſtio, induco.)(*Exuo. Phraſ* 1. *Hiſpano more indutus erat*, er war auf ſpaniſche Art gekleidet. Speciem Hiſpani veſtitus referebat, præferebat; Hiſpanienſi ornatu viſendus erat; cultu corporis utebatur, ornabatur, quo Hiſpani ſolent: ut Hiſpaniæ mos fert & conſuetudo. 2 *Pallium induit*, er nimmt den Mantel um. Pallium humeris injicit; humerum pallio onerat; pallio ſe tegit, amicit. 3. *Calceos induit*, er legt die Schuhe an. Calceos pedibus induit; calceat ſeſe. *Uſus.* 1. Talaria ſibi induit. 2. *Transl. Aſſumo*, annehmen. Exuere amici perſonam, judicis induere. Mores pudicos, novum ingenium, Philoſophi perſonam, hoſtiles ſpiritus induere. 3. *Implico* verwickeln. Se in laqueos, magnas difficultates, fraudes, negotia induere. Sua ſe confeſſione induit & jugulavit.

Induperator, oris, m. Feldherr. *Syn.* Imperator.

Induro, as, avi, atum, are. verharten. *Uſus.* Indurata glacies.

Induſtria, æ, f. Fleiß *Syn* Solertia, diligentia ſedulitas, labor. *Epi.* Aliena, antelucana, aperta, forenſis, illuſtris, incredibilis, major, multa, par, probabilis, ſingularis, ſumma, tanta, *Phraſ.* 1. *De induſtria id fecit*, er hat es mit Fleiß gethan. Compacto rem geſſit; conſulto, compoſito, dedita opera. *Uſus.* Ingenium alitur induſtria, induſtriam in re aliqua ponere. Illius induſtria late manat. Langueſcit ejus induſtria. De induſtria aliquid facere. V. *Diligentia, cura, labor.*

Induſtrie, fleißig. *Syn.* Diligenter, artificioſe.

Induſtrius, a, um. emſig, fleißig. *Syn* Ingenioſus, laborioſus, ſolers, navus, vigilans, in rebus gerendis acer, diligentiſſimus, experientiſſimus. V. *Practicus, ſedulus.*

Inedia, æ, f. Hunger, Enthaltung vom Eſſen. *Syn.* Fames, eſuries. *Uſus.* E vita per inediam discedere; inedia necari, conſumi. V. *Fames.*

Inelegans, tis, *g. o.* unzierlich. *Syn.* Impolitus, inconcinnus.)(*Elegans.*

Ineleganter, bäßlich, ungeſchickt. *Syn.* Impolite, inconcinne.)(*Eleganter.*

Inenodabilis, e. unauflöslich, verwirrt. *Syn* Inexplicabilis.

Ineo, is, inivi, itum, ire. hineingehen. *Syn.* Adeo, ingredior.)(*Exeo. Uſus.* 1. Convivia inire. 2. *Initio*, anfangen. Prælium, magiſtratum inire. 3. *Invenio.* Inire gratiam ab aliquo, Gnade finden. 4. *Sus ipſe, aggredor*, annehmen, ergreifen. Societatem cum aliquo, connubium, rationem facinoris, vitæ ſocietatem, conſilia inire. Ineunda eſt ratio & via.

Inepte, ungeſchickt. *Syn.* Inſulſe.)(*bene, apte. Uſus.* Inepte, odioſe, putide dicere.

Ineptiæ, arum, f. Narrenpoſſen. *Syn.* Nugæ. *Epi.* Aniles, innumerabiles. *Phraſ.* 1. *Quæ iſtæ ſunt ineptiæ?* was ſind das für alberne Dinge? Ad quas ineptias abis? Quas tu hic nugas agis? Quam frigida, jejuna, levia, nugatoria ſunt, quæ deblateras? Quæ iſta deliramenta ſunt, quam puerilia, quæ effutis? O licentiam jocularem! quam plena futilitatis ſunt ſummæque levitatis, quæ a te dicuntur ſtultiſſime? 2. *Quis ineptias hominis toleret?* wer kann dieſe Poſſereyen vertragen? Hominis intemperiem, faſtidium, inſulſitatem quis ferat? Quis aniles inceptias ferat hominis portenta & miracula non differentis, ſed ſomniantis? Quis otio ita abutatur, operam ut det homini, qui puerilibus fabulis ſermonem implet? V. *Nugor. Uſus.* Summa ineptia de quacunque re, quocunque in loco argutiſſime disputare.

Digitized by Google

Ineptio, is, ivi, itum, ire. * **Poſſen treiben, thöricht ſeyn.** *Uſus.* Non deſines ineptire? V. *Nugor.*

Ineptus, a, um. **ungeſchickt.** *Syn.* Stolidus, inconcinnus, inſulſus; qui aut tempus quid poſtulet, non videt, aut plura loquitur, ut ſe oſtendat, aut eorum, quibuscum eſt, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere vel inconcinnus, vel multus eſt. *Phraſ.* 1. *Quem tu hominem hoc ineptiorem vidiſti?* **haſt du wohl einen größern Lappen geſehen?** Quem futiliorem, intolerabiliorem, ſtultiorem vidiſti unquam, qui ita pueriliter faciat; tantas turbas, cum tam nugax eſſet, commoverit? Dii quam ineptus, quam ſui amans eſt ſine rivali! Quem mihi dabis fatuum, ridiculum, inconditum, inſolentem, unum omnium loquaciſſimum, quem nugator iſte ſtolidus, ac inſcitus ſuis ineptiis non ſuperet? 2. *Oratio inepta*, **eine ungereimte Rede.** Oratio nec caput, nec pedes habens; oratio diffluens, diſſoluta, neque perfecta, neque concluſa; ab auribus vulgi abhorrens, & incondita; imperitiſſime elaborata. V. *Oratio. Uſus.* Ineptus ad ſummam impudentiam. Interdum inepte ſtultus es. V. *Inurbanus*, *ſtolidus.*

Inermis, e. **unbewaffnet.**)(*Armatus. Uſus.* Perterritos, inermes, ſaucios, nudos, armis exutos duces perſecuti non ſunt.

Inermus, a, um. **wehrlos.** *Syn.* Inermis.

Iners, tis, *g. o.* **faul, ungeſchickt.** *Syn.* Ignavus, piger, deſidioſus, ſomniculoſus, vecors, langnidus.)(*Operoſus*, *ſemper agens aliquid*, *& moliens.* *Uſus.* Artes, quibus qui carebant, inertes a majoribus dicebantur. Iners otium. V. *Piger.*

Inertia, æ, f. **Faulheit, Unverſtand**, *Syn.* Ignavia, deſidia, ſegnities, negligentia, pigritia, fuga laboris. *Epi.* Singularis, turpis. *Uſus.* Condemnare aliquem inertiæ. V. *Pigritia.*

Ineruditus, a, um. **ungelehrt.** *Syn.* Indoctus, rudis.)(*Eruditus.* V. *Rudis*, *imperitus.*

Ineſco, as, avi, atum, are. * **reizen, locken.** *Syn.* Illecebris quibusdam animos invito, irretio, traho; decipio. *Uſus.* Eo ſucceſſu ineſcata eſt conſulis temeritas. V. *Allicio.*

Inexercitatus, a, um. **ungeübt.** *Syn.* Rudis, tiro, qui uſum non habet. *Uſus.* Miles promptus, nec inexercitatus

Inexhauſtus, a, um. **unerſchöpflich.** *Uſus.* Aviditas immenſa, inexhauſta.

Inexorabilis, e. **unerbittlich** *Syn.* Implacabilis, inexpugnabilis, inexplebilis.)(*Exorabilis*, *placabilis. Uſus.* Vehemens, inexorabilis in alios. V. *Durus.*

Inexpectatus, a, um. **unerwartet, unverhofft.** *Syn.* Inſperatus, repentinus. V. *Improviſo.*

Inexpertus, a um. **unerfahren.** *Uſus.* Nihil inexpertum relinquere. Miles inexpertus.

Inexpiabilis, e. **unverſöhnlich.** *Syn.* Quod expiari purgarique non poteſt. *Uſus.* Fraus, ſcelus, bellum inexpiabile.

Inexplebilis, e. **unerſättlich.** *Syn.* Inſatiabilis, inſaturabilis. *Uſus.* Inexplebilis cupiditas.

Inexplicabilis, e. **unauflöslich, unbeſchreiblich.** *Syn.* Inenodabilis, difficilis.

Inexpugnabilis, e. **unüberwindlich.** *Syn.* Tutus, munitus, invictus.

Inexſuperabilis, e, **unüberwindlich.** *Uſus.* Vis fati, alpes inexſuperabiles.

Inextricabilis, e, **unauflöslich.** *Syn.* Inexplicabilis.

Infacetus, a, um. **unhöflich.** *Syn.* Inurbanus, inconcinnus. *Uſus.* Mendacium infacetum.

Infacundus, a, um. **unberedt.** *Uſus.* Vir acer, nec infacundus.

Infamia, æ, f. **Unehre, Schande.** *Syn.* Dedecus, nota, macula, probrum, labes, ignominia, nota turpitudinis. *Epi.* Communis, gravis, falſa, inſignis, magna, ſempiterna, ſumma, tanta, vera, vetus. *Phraſ.* 1. *Infamiam alicui creare*, **einen böſen Namen machen.** Conflare infamiam alicui; infamia aliquem aſpergere; notam infamiæ alicui inurere; labem inferre nomini; labem aſpergere; macnlam inurere; macula afficere; aſpergere aliquem; turpitudine nomen alicujus ſordare; ignominiæ labem inurere; notam inurere ad ignominiam ſempiternam; infamiæ nomen ſubjicere. V. *Labes*, *macula*, *fama*, *dedecus*, *infamo*. 2. *Infa-*

Digitized by Google

miam purgare, den guten Namen wiederum retten. Effugere, levare, sarcire infamiam; labem eluere; turpitudinem delere 3. *Infamium habere*, in übler Nachrede seyn. Laborare, flagrare infamia, in infamia esse. infamiam subire; venire in sermonem & vituperationem hominum; notam subire ac turpitudinem; in turpitudinem venire, turpitudine notari; traduci per ora hominum; infamia afficere. V. *Infamis*, *infamo*, *dedecus Usus*. Infamiam conflare. Infamia aspergere, inurere. Infamiam magnam concipere.

Infamis, e. ehrlos, berüchtigt. *Syn.* Turpis; omnium scelerum libidinumque maculis notissimus; sceleribus notatus, omni dedecore coopertus; tristi nota insignis; ignominia notatus; infignis omnibus notis turpitudinis; oppressus dedecore & infamia; infamia flagrans; omni dedecore infamis. *Usus.* Turpis adolescentia, vita infamis, omni dedecore cooperta. V. *Dedecus.*

Infamo, as, avi, atum, are. berüchtigen. *Syn.* Noto; ignominiam, notam, maculam inuro; ignominia noto; existimationem offendo, deformo; famæ detraho; infamiam affero; maledictorum notis inuro. *Phras.* 1. *Non leve crimen est, alios infamare*, es ist kein geringes Laster, andre in ein übels Geschrey bringen. Infamiam inferre; crimen in alicujus vitam moresque jacere, conjicere; sempiternam alicui ignominiam imponere; in alienam famam involare existimationem offendere; alicujus honori labem inferre. V. *Infamium creare*; *detrudo*. 2. *Infamatus est graviter*, er ist in eine sehr üble Nachrede gebracht worden. Infamiam magnam subiit; inussa illi nota est ad ignominiam sempiternam; dedecore & infamia pressus oppressus est; infamia gravi aspersus; gravi ignominia notatus V. *Infamiam habere*; *detrudo*, *labes*, *macula*. 3. *Illi magis, quam tu, infamabuntur*, sie werden mehr an ihrer Ehre leiden, als du. Plus illi subibunt dedecoris, quam tu: plus illis afferet ea res infamiæ, quam tibi; majori illi infamia, quam tu flagrabunt; gravior ad eos redundabit infamia, quam in te; *hoc* illis potius fraudi erit, quam tibi; plus illi ferent ignominiæ, quam tu. V. *Infamia*. *Usus*. Tua moderatio aliorum infamat injuriam.

Infandus, a, um. unsäglich, abscheulich. *Syn.* Nefandus, execrandus.

Infans, tis, m. Kind. *Syn.* Vagiens puer. *Usus.* Nutrices omnia mansa pueris infantibus in os inferunt. Infantum incunabula.

Infans, tior. tissimus, der nicht reden kann, unberedt. *Syn.* Indisertus.)(*Eloquens*, *disertus*. *Usus.* Dialectici infantissimi. Nihil illo accusatore infantius Oratio neque nimis infans neque perfecte disserta.

Infantia æ, f. Kindheit. *Syn.* Jejunitas orationis, orationis inopia.)(*Eloquentia*. *Epi.* Incredibilis, naturalis. *Usus.* Infantia ejus & inscitia causam perdidit.

Infatuo, as, avi, atum, are. bethören. *Syn.* Fatuum, stultumque reddo. *Adv.* Magis. *Usus.* Aliquem mercede infatuare.

Infector, oris, m. Färber. *Usus.* Infector me moratur.

Infectus, a, um. unverrichtet, gefärbt. *Usus.* 1. Habere aliquid factum pro infecto. Re infecta abire, irrita re abire, unverrichter Sachen. Irrita sunt infectaque, quæ augur nefasta dixerit & odiosa. 2. *Infectus*, gefärbt. Infectus: purpura. 3. *Vitiatus*, verderbt, angesteckt. Animi hominum infecti partibus.

Infecundus, a, um. unfruchtbar. *Syn.* Sterilis.

Infelicitas, tis, f. Unglück. *Syn.* Adversa *vel* incommoda fortuna; res siniſtræ, res incommoda, calamitas. *Usus.* Infelicitatem omnem in dolore ponunt. Sit hoc infelicitatis. V. *Miseria*, *adversus*, *fortuna*, *infortunium*.

Infelix, icis, g. o. unglückselig. *Syn.* Miser, calamitosus, dejectus ad calamitatem, dura & crudeli fortuna usus, infortunatus, funestus, inauspicatus. *Phras.* *Infelix sum*, ich bin unglückselig. Omnes felicitates mihi adversæ sunt; Homo sum duro fato, & in pœnam genitus; omnium, qui vivunt usquam gentium, sum miserrimus; quas in procellas fortuna me conjecit?

Sem-

Digitized by Google

Sempiterna nox meis fortunis offusa est; aliud ex alio vulnus a fortuna accipio; omnibus fortunæ telis sum expositus; quidquid usquam malorum est, in me incurrit; nihil ad voluntatem fluit; nihil ex sententia succedit; fortuna utor periniqua. V. *Miser. Usus.* Siquis reipublicæ est infelix, is felix esse non potest. V. *Fortuna adversa.*

Infense, feindſelig. *Usus.* Nemo mihi infensius est adversatus.

Infensus, a, um. gehäſſig, ungünſtig. *Syn.* Inimicus. *Adv.* Vehementer. *Usus.* In te concitati infensique sunt. Esse infensum fortunis alicujus. Civibus suspectus, graviterque infensus. V. *Inimicus, alienus.*

Infercio, is, si, tum, ire. einſtopfen, einfüllen. *Syn.* Infarcio, inculco. *Usus.* Ne inferciens verba, quasi rimas expleat.

Inferi, orum, m. die Hölle. *Syn.* Inferorum carcer; impiorum a morte sedes, locus pœnarum & cruciatuum æternorum, ubi impii seclusi a concilio cœlestium in perpetuis miseriis versabuntur: Dii manes. *Phras.* 1. *Ad inferos detrusus est*, er iſt in die Hölle gekommen. Eum inferi excepere æternis exurendum ignibus; ad cruciatus nullo ævo finiendos, ad sempiternos ignes deturbatus est; ad inferos migravit, descendit, expensurus supplicia sempiternis seculorum ætatibus luenda; ad inferos præceps actus, sceleratorum sedem ac regionem. 2. *Ad inferos pœnam luit sceleris*, er leidet in der Hölle. Pœnas dat apud inferos; supplicia luit in omne ævum duraturæ; nullius ævi longinquitate finienda; æternis apud inferos suppliciis mactatur. V. *Animæ damnatæ. Usus.* Ab inferis revocare, excitare, elicere testem veritatis. Apud inferos impiorum supplicia perferre. Ad inferos pœnas paricidii luere.

Inferiæ, arum, f. Todtenopfer. R. *ab inferis, quo mortui apud gentiles descendere credebantur. Syn.* Justa, feralia, mortuorum sacra. *Usus.* Inferias alicui dare, afferre.

Inferior, ius, g. c. niedriger. (Superior. *Usus* Prudentia & usu me non est inferior. Inferioris ordinis amici. In inferiores crudelis, in superiores contumax, in æquos & pares fastidiosus. Superior ordine, inferior fortuna,

Infernus, a. um. das unten iſt. *Usus.* Inferna sedes.

Infero, fers, tuli, illatum, ferre. hinein bringen. *Syn.* Inveho, importo, induco, intrudo.)(*Effero. Adv.* Mature, posterius, ultro. *Usus.* Terrorem, metum, cladem, calamitatem alicui inferre, Schrecken einjagen. Inferre sermonem de re aliqua, auf eine Rede von etwas kommen. Vim alicui, manus, periculum capitis inferre, Hand anlegen, ein gefährliches Spiel zurichten. Pedem inferre; inferre se in senatum, hineingehen. Inferre facinus in famam & fortunas alterius, einen ſchwerlich anklagen, oder verleumden.

Inferus, a, um. das unten iſt. R. *ab infra. Syn.* Infernus.)(*Superus.*

Infeste, feindſelig. *Syn.* Inimice, hostiliter, hostilem in modum.

Infestus, a, um. feindſelig, aufſäßig. *Syn.* Infensus, inimicus, adversus, molestus.)(*Propitius. Adv.* Maxime. *Usus.* 1. Fortuna mihi olim propitia, nunc infesta est. Omnia mihi summam per injuriam sunt infesta. Infestis omnium oculis conspicior. Fertur infestus in omnes. Iniquo infestoque animo intueri aliquem. 2. *Plenus discriminis*, voll Gefahr, unſicher. Vitæ excursionibus infestæ. Saltus latrociniis infestus. Agrum Rom. hostes infestum reddidere. V. *Alienus, inimicus, vexo.*

Inficiatio, onis, f. Verneinung. *Syn.* Negatio, depulsio. *Usus.* Crimina plerumque inficiatione defendimus.

Inficiator, oris, m. Läugner. *Usus.* Una eademque est fraudatoribus & inficiatoribus imprudentia.

Inficio, is, feci, fectum, ere. färben. *Syn.* Imbuo. *Adv.* Plane. *Usus.* 1. Teneros & rudes inficere & flectere. 2. *Corrumpo, vitio*, verderben. Opinionum pravitate, languore, otio, desidia infecimus & corrupimus. V. *Corrumpo.*

Inficior, aris, atus, sum, ari. läugnen. *Syn.* Nego.)(*Confiteor. Adv.* Vere. *Usus.* Cum posset inficiari crimen, cum in alios derivare, confessus est. V. *Nego.*

Digitized by Google

Infidelis, e. untreu, meineidig. *Syn.* Infidus.)(*bonus, fidelis. Phraſ. Sunt infideles*, ſie ſind treulos. Improbi ſunt & perfidioſi; eſt in iis perfidia plusquam Punica; omnia in iis infidioſa ſunt & fallacia; nihil in iis veri, nihil ſancti, nullus Deum metus, nullum jusjurandum, nulla religio; fidem non præſtant; in fide non manent; fluxa iis eſt fides. *Uſus.* Non do, non dedi cuiquam infideli fidem. V. *Perfidus, perjurus.* Infidelis, ein Ungläubiger, *vulg. eſt: rectius dicitur:* Religionum noſtrarum myſteriis non initiatus. *Idololatra.*

Infidelitas, tis, f. Untreue. *Syn.* Perfidia. *Phraſ. Suſpectus eris de infidelitate*, man wird dich einer Untreue halber in Verdacht haben. Erit, cur de fide tua non bene homines exiſtiment; venies in ſuſpicionem infidelitatis, parum bonæ, parum rectæ fidei; fides tua in ſuſpicionem adducetur, in dubium veniet, in dubium vocabitur; cauſam afferes de tua fide ſecus exiſtimandi. *Uſus.* Quantæ infidelitates in amicis!

Infideliter, treulos. *Syn.* Perfidioſe.

Infidus, a, um. treulos. *Syn.* Infidelis.)(*fidus. Uſus.* Nihil enim ſtabile, quod infidum eſt. V. *Infidelis.*

Infigo, is, fixi, fixum, ere. hineinſtoßen, einprägen. *Syn.* Impingo.)(*Evello. Adv.* Fidenter. *Uſus.* Hæc cura ſemper mihi erit animoque meo infixa. Infixus animo hæret dolor. Infixum in patriæ caritate animum gerit. V. *Imprimo.*

Infimus, a, um. der Unterſte, Geringſte.)(*Summus. Uſus.* Ex infimo genere & fortunæ gradu. Infima ſæx populi. Infimo cuique gratiſſima animadverſio. Infima conditio ſervorum.

Infinitas, atis, f. Unendlichkeit. *Syn.* Immenſitas, infinitio, innumerabilitas. *Uſus.* Infinitas locorum, rerum atque naturæ. Infinitatem omnem mente peragrare.

Infinite, unendlich. *Syn.* Sine modo & fine. *Uſus.* Divitias infinite concupiſcit. Materia infinite dividi & ſecari poteſt.

Infinitio, onis, f. Unendlichkeit. *Syn.* Infinitas.

Infinitus, a, um, unendlich. *Syn.* Immenſus, innumerabilis, inexhauſtus, indeterminatus, cujus nulla eſt ora, nulla extremitas.)(*definitus. Uſus.* Immenſa, infinita, immoderata cupiditas. Infinitam poteſtatem alicui permittere. Infinita poſteritas.

Infirmatio, onis, f. Schwächung. *Syn.* Debilitatio, confutatio, refutatio. *Epi.* Conjecturalis, comparativa. *Uſus.* Infirmatio rerum judicatarum.

Infirme, ſchwächlich. *Syn.* Parum. *Uſus.* Videbam infirme animatos.

Infirmitas, tis, f. Schwachheit. *Syn.* Imbecillitas, debilitas. *Uſus.* Me conficit ſolicitudo, ex qua etiam infirmitas corporis. Infirmitatem corporis animi virtute ſuperare. Infirmitas laterum, virium, animi, ætatis, valetudinis. V. *Debilitas.*

Infirmo, as, avi, atum, are. kraftlos machen. *Syn.* Infirmum facio, debilito, frango.)(*Confirmo. Uſus.* Infirmare fidem alicujus, & convellere. Pacta infirmare. Legem, ſenatum, veritatem infirmare. Infirmare objecta & diluere. V. *Debilito, frango.*

Infirmus, a, um. ſchwach, kraftlos. *Syn.* Imbecillis, debilis, enervatus, fractus, carens viribus.)(*Firmus. Adv.* Omnino. *Phraſ.* 1. *Corpore eſt admodum infirmo*, er iſt ſehr ſchwach und kraftlos. Corpore eſt effeto, fracto & debilitato; parum firmamenti, parum in eo virium eſt; qua imbecillitate, qua macie? Summa gracilitate atque infirmitate corporis. V. *Debilis, valetudo.* 2. *Animo adhuc eſt infirmo*, er beſitzt nicht genug Herz und Klugheit. Animo eſt nondum conſilio ac ratione firmato; pectoris ejus anguſtiæ nondum capiunt tantam conſilii firmitatem; non recipit levitas iſta, non egeſtas animi; non infirmitas ingenii ſuſtinet perſonam iam gravem, tam ſeveram. V. *Animus. Uſus.* Homo ætate affecta, infirmis viribus, afflictus, caducus.

Inflammatio, onis, f. Entzündung. *Syn.* Ardor. *Uſus.* Inflammatio animi, & quidam quaſi afflatus furoris.

In-

Digitized by Google

Inflammo, as, avi, atum, are. anzünden. *Syn.* Incendo, iguem infero, faces admoveo.)(*reſtinguo, extinguo. Adv.* Neceſſario. *Ujus.* 1. Templa inflammare. 2. *Hortor, incito, impello*, antreiben, anmahnen. Animos inflammare. Inflammare populum; inflammare motus animorum, *vel* exſtinguere. Inflammatus ira. V. *Impello, excito.* Inflammatur & exardeſcit in dicendo. V. *Hortor, excito, impello*: item. *Ignis, incendo, accendo, flamma.*

Inflatio, onis, f. Blähung. *Syn* Tumor. *Epi.* Magna. *Ujus.* Fabæ magnam inflationem habent.

Inflatus, a, um. aufgeblaſen, ſchwülſtig. *Syn.* Tumidus. *Adv.* Vehementius, gravius. *Ujus.* 1. Serpens inflato collo. 2. *Superbus, elatus*, übermüthig. Hoſtes ſpe animisque inflati. Lætitia inflatus & inſolens. Errore, opinionibus inflati. V. *Superbus, Arrogans.*

Inflatus, us, m. das Einblaſen, Eingebung *Syn.* Afflatus. *Epi.* Divinus, primus. *Ujus.* Primo tibicinis inflatu. Inſtinctu inflatuque divino.

Inflecto, is, flexi, flexum, ere. biegen *Adv.* Leviter, oblique. *Ujus.* Jus civile non gratia inflectitur, non potentia perfringitur. Ne injuria animi tui magnitudinem inflectat. Inflexa, mollis & tenera oratio.

Inflexio, onis, f. Biegung. *Syn.* Flexio. *Epi.* Fortis ac virilis. *Ujus.* Inflexio laterum.

Infligo, is, fluxi, flictum, ere. einſchlagen. *Syn.* Infero. *Ujus.* Mortiferam plagam reipublicæ infligere. Id tibi dedecus, turpitudinem ſempiternam infliget. V. *Impingo.*

Inflo, aris, atus ſum, ari. geſchwellen, ſich übernehmen. *Syn.* Efferor, intumeſco. *Phraſ.* 1. *Ex re tantilla inflaris?* wirſt du wegen einer ſo geringen Sache ſo ſehr aufgeblaſen ſeyn? *Res tantilla* tibi dat animos? *Res tam exigua* tibi animos facit? Res tantilla tibi eos affert ſpiritus? Ex re tantilla tollis animos? Res tantilla adeo effert animum? Ex re tantilla adeo te extollis? V. *Superbus. Ujus.* Inſolentia, timore, ſpe, lætitia inflari.

Influo, is, fluxi, fluxum, ere. einfließen. *Syn.* Illabor.)(*Effluo. Phraſ.* 2. *Savus in Danubium influit*, der Saufirom fließt in die Donau. Savus Danubio flumini miſcetur; in Danubium præcipitat; ſe evolvit; in Danubium devolvitur; Iſtro flumine excipitur; leni aquarum tractu Iſtro ſe inſinuat; Danubium auget. V. *Flumen. Ujus.* In animos, in aures concionis blanditiis orationis influere. Ex illa lenitate ad hanc vim influat aliquid, oportet. Influunt in urbem hoſtes.

Infodio, is, fodi, foſſum, ere. * eingraben. *Ujus.* Corpus terræ infodere.

Informatio, onis, f. Unterricht. *Syn.* Notio. *Epi.* Antecepta, inſita in animo. *Ujus.* Antecepta quædam animo rei informatio. Habemus in animo inſitam informationem quandam DEI. In unius verbi imagine ſæpe totius ſententiæ informatio eſt.

Informis, e. unförmlich, ungebildet. *Ujus.* Cum res muta & informis ſit eloquens & formata.

Informo, as, avi, atum, are. entwerfen. *Syn.* Adumbro, formo, inſtituo. *Ujus.* 1. Conſilium quoddam, cogitationem, judicium informare, *rudi modo adumbrare.* 2. *Imbuo*, unterrichten. Juventutem artibus informare. V. *Doceo.*

Infortunatus, a, um. unglücklich. *Syn.* Calamitoſus, ærumnoſus. V. *Miſer, infelix.*

Infortunium, ii, n. Unglück, Unfall. *Syn.* Calamitas, ærumna, adverſi caſus. *Phraſ.* 1. *Invidia in hoc infortunium me conjecit*, der Neid hat mich in dieſes Unglück gebracht. In eum me caſum demiſit; hoc me malo, hoc infortunio maſtavit; aliena me invidia, non culpa mea me perculit, afflixit; in eam me calamitatem traxit, hoc mihi vulnus inflixit; hanc mihi plagam impoſuit; hac me ruina involvit; tantum mihi malorum importavit; me in ruinam impulit. 2. *Duo infortunia mihi occidere*, zwey Unglücke haben mich betroffen. Duo fulmina per hos dies me perculere; calamitatem unam, quam caſus infeſtus tulit, altera crudelius aggravavit fortuna; cum vix primus turbo immani fragore dete-

Digitized by Google

detonuisset, secunda mox procella in me desæviit; vix ex ea fortunæ sævitia emersi, in novam calamitatem incidi; dedecoris acerbitatem casus haud paullo infestior cumulavit. V. *Calamitas, miseria, adversa res. Usus.* Magnum sibi infortunium invenit.

Infra, unter, unten. *Syn.* Sub.)(*Supra. Usus.* Non modo ex numero vivorum, sed infra mortuos amandandus. Humanas res infra se ducere.

Infractio, onis, f. Zaghaftigkeit, Blödigkeit. *Syn.* Abjectio. *Usus.* Infractio quædam animi & demissio.

Infractus, a, um. verzagt, kleinmüthig. *Syn.* Fractus, demissus. *Usus.* Non modo non infracto, sed etiam confirmato erat animo. V. *Animus, abjectus*

Infreno, as, avi, atum. are. * aufzäumen. *Syn.* Equis frenum impono.

Infrequens, tis, g. o. seltsam, nicht zahlreich. *Syn.* Parum frequens. *Usus.* Senatus infrequens, wobey nicht viele erscheinen. Et Romæ, & in prædiis sum infrequens. V. *Rarus.*

Infrequentia, æ, f. Seltenheit. *Syn.* Paucitas, solitudo.

Infringo, is, fregi, fractum, ere. zerbrechen. *Syn.* Frango, concido, debilito. *Usus.* Animos alicujus, spem, audaciam, vires, dignitatem, auctoritatem infringere. Elanguescit, debilitatur, infringitur tua industria. Palmam in manibus infringere, den Sieg wieder aus der Hand lassen. V. *Frango.*

Infucatus, a, um. geschminkt. *Syn.* Fucatus, coloratus. V. *Sincerus.*

Infugio, is, fugi, itum, ere. Zuflucht nehmen. *Syn.* Confugio. *Usus.* Ne in tribunatus portum infugeret.

Insula, æ, f. Insel. *Syn.* Mitra, diadema. *Usus.* Sacerdotes cum insulis & verbenis. Venditis imperii insulis.

Insumo, as, avi, atum, are. räuchern. *Usus.* Carnes insumatæ.

Infundo, is, fudi, fusum, ere. eingießen. *Syn.* Fundo, instillo.)(*effundo. Usus.* Luxum, vitia in civitatem infundere; se in stirpem, genus alienum infundere; in memoriam, ut in vas, ea, quæ discimus, infunduntur. Infusa in urbem barbaries, peregrinitas.

Infusco, as, avi, atum, are. schwärzen. *Syn.* Inficio. *Usus.* Quos aliqua barbaries domestica infuscat. Vicinitas non infuscata malevolentia. V. *Inficio.*

Ingemino, as, avi, atum, are. * verdoppeln. *Syn.* Gemino.

Ingemisco, is, gemui, ere. seufzen. *Syn.* Gemo. *Usus.* Pueri Spartani non ingemiscunt verberum dolore laniati. V. *Gemo.*

Ingenero, as, avi, atum, are. einpflanzen. *Syn.* Ingigno. *Usus.* Natura amorem in filios parentibus ingenerat; ei familiæ ingenerata frugalitas videtur.

Ingenioſe, artig, sinnreich, scharfsinnig. *Syn.* Solerter, acute, subtiliter.

Ingenioſus, a, um. sinnreich. *Syn.* Multum habens ingenii, acutus, solers, eximio, acerrimo ingenio.)(*Hebes, tardus. Phras. Vir ingenioſus est & peracutus*, er ist ein scharfsinniger Mann. Acer investigator rerum est, quæ a natura involutæ videntur; mira quædam, & nova excogitare solitus; vir est, quo nihil solertius; qui solertissime perspiciat omnia, sagax, providus ad futura prospicienda; mente acri & perspicaci prudentia præditus; egregia est ingenii acie; in quo multa docilitas & memoria quæ fere ingenii nomine appellantur; animi motibus celebribus, ad inveniendum acutis; ad memoriam firmis, ad explicandum ornandumque expeditis, quem summum excellensque ingenium armavit ad omnia; vir summa indole, abundantia quadam ingenii præstans; incredibili ingenii magnitudine; singulari ac prope divina quadam vi ingenii; indoles in illo magna, ingeniumque versatile sic pariter ad omnia, ut natum ad id unum diceres, quodcunque ageret; floret ingenii acumine; acri & perspicaci pollet ingenio; ea est homini ingenii acies, ea intelligendi acrimonia, is vigor, id acumen, ea mirifica vis ingenii, nihil ut non videat, nihil non scientia comprehendat; est in eo, non quale multis contingit, ingenium, sed egregium, exquisitum, singu-

Digitized by Google

ſingulare, ac prope divinum; dotibus ingenii inſtructus eſt eximiis. V. *Ingenium. Uſus.* Ariſtoteles docet, omnes ingenioſos melancholicos eſſe.

Ingenium, ii, n. **natürlicher Verſtand.** *Syn.* Vis ingenii, ingenii acies, acumen, perſpicacitas mentis, ſolertia, ingenii celeritas, indoles. *Epi.* Acre, acutum, bonum, dignum immortalitate, divinum, elegans, excellens, exiguum, eximium, fidum, hebes, humanum, illuſtre, immemor, inverecundum, lene, magnum, mediocre, mirum, miſerum, muliebre, multiplex, optimum, oratorium, par, parvum, peracre, præſtans, ſane probabile, probum, ſingulare, ſplendidiſſimum, ſummum, tantum, tardum. *Phraſ.* 1. *Ingenium ſentio in te eſſe ſummum*, **ich halte dafür, du habeſt einen trefflichen Verſtand und Fähigkeit.** Ingenium in te ſentio eſſe eximium, non mediocre, non vulgare; non quale multis contigit, ſed exquiſitum, rarum, ſingulare, præſtans, acutiſſimum & plane divinum; acutiſſimam eſſe aciem ingenii tui; egregio te a natura inſtructum eſſe ingenio; minimo te eſſe hebetem ad id, quod melius ſit intelligendum judico. Eam eſſe ingenii tui aciem judico, nihil, ut non videas, aſſequaris, facile intelligas, mente comprehendas. Ingenii tantum in te eſſe duco, quantum poteſt eſſe plurimum; de ingenii tui præſtantia, vi, acie ita ſtatuo, neminem anteferri tibi, paucos admodum conferri poſſe; præſtare, excellere, valere, florere te ingenio; ingenio te vel omnibus antecellere, vel certe nemini concedere judico; ingenii tui præſtantiæ tantum tribuo, ut paucos comparem, neminem tibi anteponam; omnibus te ingenii laudibus efflorescere; extra omnem ingenii aleam eſſe poſitum judico; mentem ſagacem, ingenium acerrimum in te eſſe ſentio. 2. *Hoc ingenium meum ſuperat*, **das iſt mir zu hoch.** Non hoc ingenii eſt mei; non capiunt rem tantam ingenii mei anguſtiæ; vires ingenii hoc ſuperat; hoc ingenii facultatem excedit; hæc illi disputent, quibus vires ingenii pares; modus ingenii contractior; haud adeo patent ingenii mei fines, ut iſta comprehendant. 3. *Totum ingenium ad cauſam cognoſcendam impendere*, **ſeinen Witz und Verſtand auf Erkänntniß eines Handels anwenden.** Nervos omnes ingenii contendere; ingenium exacuere; omnes ingenii vires ad cauſæ cognitionem conferre; toto pectore in cauſæ cognitionem incumbere; nihil ingenii, nihil induſtriæ prætermittere in cauſis cognoſcendis. 4. *Præſtanti eſt indole atque ingenio*, **er iſt von einer trefflichen Gemüthsart.** Rara hominis, ſummaque indoles; alta animi indoles, rectum ingenium, vis naturæ pulcherrima. V. *Indoles. Uſus.* 1. Induſtria alit, ſuppeditat, acuit ingenium. Abundat, valet, floret ingenio. Effulget, elucet in rebus omnibus ejus ingenium. Ingenii opinio. 2. *Natura, indoles*, **Gemüthsart.** Inverecundum animi ingenium; unius in bono conſtans, quam navum in malitia ingenium; ferox, mutabile, ſervile ingenium. Suo vivere ingenio. Ad ingenium redire, ſe recipere, **wiederum in die alte Gewohnheit fallen.** V. *Ingenioſus, natura.*

Ingens, tis, *g. o.* **ſehr groß.** *Syn.* Immanis, grandis, immenſus. *Uſus.* Ingens, immanis præda, pecunia. V. *Magnus.*

Ingenue, **aufrichtig.** *Syn.* Candide, libere, ſincere. *Uſus.* Cupere me laudari, aperte & ingenue fateor.

Ingenuitas, tis, f. **Aufrichtigkeit, Redlichkeit, Offenherzigkeit.** *Syn.* Liberalitas, honeſtas, probitas. *Uſus.* Præ ſe ferre probitatem quandam & ingenuitatem. Vitanda verborum turpitudine ingenuitatem ſuam & ruborem præſtare. V. *Honeſtas, decet.*

Ingenuus, a, um. **aufrichtig, redlich, ehrbar.** *Syn.* Liberalis, liber, honeſtus. *Adv.* Inprimis, maxime. *Uſus.* Nihil in eo apparet moderatum, pudens, pudicum, ingenuum. Homo ingenuus, liberaliter educatus. Vita, animus, artes ingenuæ & liberales. V. *Honeſtus.*

Ingero, is, geſſi, geſtum, ere. **hineinthun.** *Syn.* Infero, intrudo. *Uſus.* Sed quid ego ingero præterita?

In-

Digitized by Google

Ingigno, is, genui, genitum, ere, einpflanzen. *Syn.* Ingenero. *Usus.* Ingenita naturæ virtus. Veri inveniendi cupiditatem nobis natura ingenuit.

Inglorius, a, um. unberühmt. *Syn.* Inhonoratus.)(*Honoratus. Usus.* Vita inhonorata, ignobilis, inglo-ria. V. *Contemptus.*

Ingluvies, ei, f. Fraß. *Syn.* Voracitas. V. *Gula, vorax.*

Ingrate, undankbar. *Syn.* Animo ingrato, illiberaliter. *Usus.* Ingrate noſtra facilitate abuntuntur.

Ingratis, wider eines Willen, ohne Dank. *Usus.* Tuis ingratiis abibo. *Te invito ac repugnante. V. Invitus.*

Ingratis, ungern. *Syn.* Invito, cum mala gratia.)(*Cum bona gratia. Usus.* Extorquendum eſt invito & ingratis quod debet.

Ingratus, a, um. undankbar. *Syn* Immemor beneficii gratiæ.)(*Gratus. Adv.* Crudeliter, impie. *Phraſ.* 1. *Ingratus es*, du biſt undankbar. Ingratum te præbes; ingrate agis; gratiam non refers; gratiam non reddis; gratiam a te non fero; officium in te requiro, deſidero; officium non præſtas; meis in te meritis non reſpondes; mea in te officia non rependis; officia officiis non compenſas: memorem beneficii animum non præſtas; in vitium animi ingrati incidiſti; turpem ingrati animi culpam ſuſtines; de referenda gratia parum es ſolicitus, parum laboras, parum cogitas; referendæ gratiæ haud quaquam ſtudioſus es. 2. *Nihil pejus odi, quam animi ingrati vitium, vulg. ingratitudinem*, ich haſſe nichts mehr, als die Undankbarkeit. Nullum odioſius mihi crimen eſt ingrati animi culpa; nullam hominum genus acerbius odi, acerbiore inſector odio, quam qui gratiam bene meritis non referunt; qui de gratia referenda minimum cogitant, parum laborant; cum omne crimen, tum vero prætermiſſæ gratiæ, neglecti officii culpa gravis admodum, moleſta & odioſa mihi eſt; odi immemorem beneficii animum, & ingrati animi crimen deteſtor. *Usus.* 1. Nihil cognovi ingratius, in quo vitio nihil non mali ineſt. Ingrati animi crimen horreo. Ingratus animus. 2. *Moleſtus, odioſus*, uns angenehm. Si ingrata tibi ſunt officia mea, non committam, ut tibi inſanire videar. V. *Odioſus, moleſtus.*

Ingraveſco, is, ere. ſchwer werden. *Syn.* Gliſco, creſco, gravior fio. *Adv.* Vehementius. *Usus.* Ingraveſcit in dies malum. Annona ingraveſcit. Corpora defatigatione ingraveſcunt. V. *Augeo.*

Ingredior, eris, greſſus ſum, gredi. eingehen, hineingehen. *Syn.* Intro, introeo, me infero, ineo, pedem infero, pedem pono, adeo, accedo. *Adv.* Audacius, æqualiter, paullo ſecius, pedetentim, penitus, ſimiliter tarde, timide. *Usus.* 1. Iter, cauſam, vitam honeſtam ingredi. Hoc die rimam in ſpem libertatis ad dicendum ingreſſus ſum. Veſtigiis majorum ingredi. 2. *Aggredior, initio*, anfangen. Id nunc facere ingredimur. De iis dicere ingreſſus ſum. Conſilium, rationem vivendi, bellum ingredi. 3. *Gradior, eo*, gehen. Libere ingredi. Hanc viam vix ſine caſu aliquo, aut prolapſione ingrediere. V. *In edo, aditus.*

Ingreſſio, onis, f. Eingang. *Syn.* Introitus, aggreſſio, inceſſus. *Epi.* Obſcura, antiqua, moderata. *Usus.* Interdum orationis curſus eſt incitatior, interdum ingreſſio moderatior.

Ingreſſus, us, m. Gang, Eingang. *Syn.* Inceſſus. *Usus* Veſtigiis odorari ingreſſus cujuspiam. Orationis veſtigia ingreſſumque non vidi.

Ingruo, is, ui, ere, einbrechen. *Syn.* Impendeo. *Usus.* Periculum, metus, morbus ingruit. V. *Imminco.*

Ingurgito, as, avi, atum, are. einſchlucken. *Syn.* Infero, immitto. *Usus.* Se in copias alicujus, in multa flagitia ingurgitare. V. *Immergo.*

Inhabilis, e. ungeſchickt, unfähig. *Syn.* Ineptus.

Inhabitabilis, e. unwohnbar. *Syn.* Vaſtus, incultus, deſertus.)(*Habitabilis.*

Inhabito, as, avi, atum, are. wohnen, bewohnen. *Syn.* Habito.

Inhæreo, es, hæſi, ſum, ere. anhängen, kleben. *Syn.* Hæreo, inſideo. *Adv.* Penitus. *Usus.* Animi corporibus inhærentes. Inhæret viſce-

Digitized by Google

scribus dolor. Inhæret id in mentibus omnium. V. *Haereo*, *adhaereo*.

Inhalo, as, avi, atum, are. einhauchen. *Syn.* Exhalo, affio. *Usus.* Teterrimam nobis popinam inhalabas.

Inhibeo, es, ui, itum, ere. verwehren, Einhalt thun. *Syn.* Cohibeo, coërceo. *Usus.* Inhibere remos, remiges. An te non inhibet vox miserorum? V. *Cohibeo*, *comprimo*, *coërceo*.

Inhibitio, onis, f. Verboth, Abhaltung. *Usus.* Inhibitio remigum.

Inhio, as, avi, atum, are. heftig nach etwas trachten. *Usus.* Uteribus puer inhians. V. *Desidero*, *aspiro*, *capto*, *aucupor*.

Inhoneste, unanständig. *Syn.* Spurce.

Inhonestus, a, um. unehrbar. *Syn.* Turpis.)(*Honestus Phraſ. Patrem senio confectum deserere, inhonestum est*, es ist schändlich, den abgelebten Vater verlassen. Non decet, non convenit, haud æquum est; nefas est, iniquum est, flagitium est; minime honestum, minime rationi consentaneum est. V. *Decet*, *turpis*. *Usus.* Quæ honeste nominari non possunt, inhonestissima sunt.

Inhonoratas, a, um. unachtbar. *Syn.* Inglorius.)(*Honoratus.* V. *Vilis.*

Inhorresco, is, ui, ere. erschrecken, wüten *Usus.* Inhorrescit mare, tenebræ conduplicantur, V. *Horror.*

Inhospitalis, e, wüst, unbewohnt. *Syn.* Desertus, incultus, asper.

Inhospitalitas, tis, f. Unfreundlichkeit gegen Fremde. *Epi.* Domestica, molesta, impudens, crudelis, moderata. *Usus.* Inhospitalitas est opinio vehemens, fugiendum esse hospitem.

Inhumane, unmenschlich, grausam. *Syn.* Inhumaniter.

Inhumanitas, tis, f. Unmenschlichkeit. *Syn.* Immanitas, crudelitas. *Usus.* Mansuetudinem in inhumanitatem convertere. V. *Crudelitas.*

Inhumaniter, unmenschlich. *Syn.* Inhumane.

Inhumanus, a, um. unmenschlich, unbarmherzig. *Syn.* Crudelis, communi hominum sensu carens, asper, ferus, durus, difficilis, agrestis, morum insuavium, vitæ communis ignarus, humanitatis expers, immemor, nunquam particeps, inops humanitatis & inurbanus, ab humanitate derelictus. *Phraſ.* 1. *Homo ferus & inhumanus est*, er ist von einer rauhen, grausamen Gemüthsart. Nihil tam ferum ac inhumanum, quam hominis hujus indoles asperrima; humanitatem exuere videtur, ita difficilis aditus, gravis vultus, superba responsa, insolens est vita; summa morum acerbitate & immanitate natura omni humano generi insociabilis; ut feræ quædam nunquam mitescunt, sic immitis & implacabilis est ejus hominis animus, & a cultu ac humanitate longissime remotus. V. *Barbarus*, *durus*, *crudelis*. 2. *Brasiliae populi plane inhumani sunt*. die Brasilier sind gar unmenschlich. Brasiliæ gentes humanitatis immemores sunt; humanitatem omnem exuerunt, abjecerunt; omnem humanitatis sensum amisere; ab humanitate derelicti sunt; humanitatem a se omnem exstirparunt. *Usus.* In hoc animo nihil inhumanum, nihil agreste est. V. *Agrestis.*

Inhumatus, a, um. unbegraben. *Syn.* Insepultus. *Usus.* Diogenes se inhumatum projici jussit.

Inibi, eben daselbst. *Syn.* Ibidem.

Injicio, is, jeci, jectum, ere. hineinwerfen. *Syn.* Objicio, immitto. *Usus.* Dubitationem alicui & scrupulum injicere. Cogitationem alicui, ardorem, spem, metum, religionem, cupiditatem injicere. Frenos furori, alicui manus injicere. V. *Impono.*

Inimice, feindlich. *Syn.* Infeste, inimico animo.)(*Amice.* *Usus.* Infestissime, inimicissime agere, contendere cum aliquo, insectari aliquem.

Inimicitia, æ, f. Feindschaft. *Syn.* Simultas, alienatio, disjunctio. *Epi.* Aperta, summa. *Phraſ.* 1. *Graves inimicitias inde habebis*, du wirst davon große Feindschaft haben. Graves inimicitias suscipies, subibis, adibis; grandes tibi inimicitiæ erunt, nascentur; ad inimicitias graves venies, descendes; intercedent tibi cum aliis graves inimicitiæ; grave odium adversus te concitabis; odium subibis, incurres acerbissimum; habebis tibi infensos malos; gerendæ tibi erunt, ex-

Digitized by Google

exercendæ capitales inimicitiæ; ab inimicitia tua eam ob rem deficient plurimi, & societatem dissolvent; in simultate non cum paucis eris; plurimos a te avertes; alii ex aliis se a conjunctione tua avellent; non pauci alieno in te erunt animo, seseque a te disjungent; infestis deinceps animis diffidebitur; inimicitias graves contrahes; alia ex aliis simultas incidet, attrocioribus inimicitiæ certaminibus exercenda. V. *Amicitium dissolvo, odium.* 2. *Ponite tandem inimicitias*, laßt doch einmal die Feindschaft ab. Inimicitias tandem candide & simpliciter ponite, deponite; exstinguite veteres simultates; inimicitias diuturnas caritati patriæ condonate; dis edite tandem ab inimicitiis & odiis inveteratis, vosque ex inimicitia in gratiam revocate. V. *Amicitiam redintegro, concilio. Usus.* 1. *Inimicitias appetere*, gern Feindschaft machen. Indicere, concipere, denuntiare; ad inimicitias vocare. 2. *Inimicitias capere*, Feindschaft auf sich laden. Suscipere, adire, subire, habere, exercere, gerere, ad inimicitias venire, descendere; inimicitiæ mihi tecum sunt, intercedunt. 3. *Inimicitias deponere*, fahren lassen. Ponere, patriæ concedere inimicitias; ab inimicitiis discedere. V. *Odium.*

Inimicus, a, um. feindlich. *Item.* Inimicus, i, m. Feind. *Syn.* Hostis, infestus, infensus, adversarius, alienatus, non æquus, iniquus, invidus, obtrectator. *Epi.* Acer, acerbus, communis, gravis, incolumis, innocens, magnus, odiosus, paternus, pecuniosus, potentissimus, valens, verecundus, voluntarius. *Adv.* Acrius, aperte, crudeliter, graviter, valde, usque eo. *Phras. Inimicus est perpetuus*, er ist mein ewiger Feind. Alienissimo est a me animo; dudum se a me abalienavit; inimicissimum se mihi reddidit; animum ostendit mihi crudeliter inimicum; immortales in me gerit, exercet iras; infestissimus est meis fortunis, & laudibus; inimicitias jam diu susceptas, & ut videtur, posteris tradendas, pertinacissime persequitur; residont etiamnum in animo ejus graves atrocesque inimicitiæ: sunt mihi cum eo homine inimicitiæ & veteres, & atrocibus celebratæ certaminibus; odio me infestatur capitali; adversario illo utor gravi sane & infenso, qui, quidquid virium habet & acerbitatis, id totum in me confert ac effundit; qui adversatur mihi acerrime & gravissime; qui mihi pestem ac perniciem molitur; exitum machinatur; qui totus incumbit in meam perniciem; me ubique meaque commoda oppugnat; nullam adversus me injuriam prætermittit V. *Hostis, odium, injuria. Usus.* Aspicere te non potest, adeo inimico in te est animo.

Inique. unbillig. *Syn.* Injuste. *Usus.* Ita iniquissime comparatum est; iniquissime expulsus. Inique, contra jus fasque agere.

Iniquitas, tis, f. Unbilligkeit. *Syn.* Injuria. *Epi.* Tanta.)(*Æquitas. Usus.* Æquitas certat cum iniquitate. Habet ea res magnam iniquitatem. In tanta hominum perfidia & iniquitate vivimus. V. *Injuria.*

Iniquus, a, um. ungerecht. *Syn.* Injustus, injurius, inimicus, non habens æquitatem. *Adv.* Obscurius, valde.)(*Æquus. Usus.* Quæ res iniquissima & acerbissima est, nec ferenda. Homo natura aiper, & omnibus iniquus; iniquo infestoque animo intueri aliquem; iniquo loco ad hostes subire, durch üble, unebene Wege auf den Feind losgehen. V. *Injustus, inhonestus.*

Initia, orum, n. Fest der Göttinn Ceres. *Syn.* Sacra Cereris.

Initior, aris, atus sum, ari. einweihen. *Syn.* Inauguror, consecror, devoveor, sacris imbuor. *Usus.* Initiari sacris. Sacra initiata, & devota.

Initium, ii, n. Anfang. *Syn.* Principium, fundamentum, elementum. *Epi.* Accomodatum naturæ, falsum *Phras.* 1. *Hæc erant initia doctrinæ nostræ*, das war der Anfang unserer Lehre. Hæc erant incunabula doctrinæ nostræ; hæ primæ origines & elementa studiorum nostrorum; ab his profecta initiis est doctrina nostra; hæc principia erant, & quædam quasi semina doctrinæ nostræ; hæc doctri-

Digitized by Google

ctrinæ erant primordia; hæc rudimenta, hæc prima velut vestigia ac lineamenta erant doctrinæ nostræ. Hoc a fonte omnis nostra doctrina manavit. 2. *Adhuc inter initia hæremus operum*, wir ſind noch nicht weit gekommen. Adhuc in operum primordio ſtamus; non in exitu, ſed in limine operum noſtrorum ſtamus; veſtibulum magni operis ingreſſi ſumus; longe abſumus a metis, vix e carceribus digreſſi; informatam habemus operis totius molem, non perfectam. 3. *Ab initio mundi*, vom Anfange der Welt her. Ab orbe condito; ab ultima mundi origine; poſt hominum memoriam; poſt natos homines. 4. *Belli initium ſatis fortunatum fuit*, der Anfang des Krieges hat ſich ſehr wohl angelaſſen. Lætiſſima erant armorum principia; initia belli ſe dabant optime; primo belli progreſſu ſatis felices fuimus; belli primordium ſatis lætum erat; in limine, exordio, ingreſſu belli res noſtræ habebant ſatis belle; principio belli res ex ſententia geſta; ſub belli primordia optatis fortuna reſpondit. V. *Succeſſus. Uſus.* Belli initium ducere, capere, ſumere a levibus prælüis. Belli initium inde profectum eſt, quod; levi ex principio magnum bellum conflatum eſt, ſed ut initia inchoavimus, ita perſequenda ſunt cœpta. Bonis initiis orſus male finiit. Ut male poſuimus initia, ſic cætera ſequentur. Ut ſe dant initia, wie ſich die Sache anläßt. V. *Incipio*, *inchoo*, *exordium.*

Injucunditas, tis, f. **Unlieblichkeit.** *Syn.* Aſperitas.

Injucunde, **unangenehm.**)(*Jucunde.*

Injucundus, a, um. **unlieblich, unangenehm.** *Syn.* Inſuavis, acerbus. *Uſus.* Labor mihi minime injucundus. V. *Odioſus*, *moleſtus.*

Injungo, is, xi, ctum, ere. **auflegen.** *Syn.* Impono, affero, importo. *Uſus.* Aliquid damni reipublicæ; ſervitutem alicui, onus, neceſſitatem injungere.

Injuratus, a, um. **nicht beſchworen.** *Syn.* Qui non juravit, ſine jurejurando. *Uſus.* Tibi vel injurato credendum. Lingua juravi, mentem injuratam gero.

Wagner.

Injuria, æ, f. **Unrecht, Beleidigung.** *Syn.* Iniquitas.)(*Jus*, *beneficium.* *Phraſ.* 1. *Injuriam alicui facere*, einem Unrecht thun. Injuriam alicui inferre, afferre, imponere, conflare; injuria aliquem afficere, onerare, lacerare, laceſſere, vexare, exagitare, inſectari; injuriam jacere, mittere in aliquem; injurioſius tractare aliquem; patientiam alicujus tentare; ejus patientia abuti; injuriam alicui contexere; injuriis aliquem & maledictis proſcindere, lædere, configere; injuriis ac maledictis appetere aliquem, inceſſere, jactare, violare, provocare. 2. *Gravem a te paſſus ſum injuriam*, ich habe großes Unrecht von dir erlitten. Injuriam a te accepi graviſſimam; a te orta, nata eſt mihi illa injuria; gravi injuria a te afflictus ſum, hæc mihi a te oblata, impoſita eſt injuria; iniquius a te mecum eſt actum; injurioſus ſane in me fuiſti & iniquior; injurioſe me tractaſti; injurium, injurioſum, iniquum, gravem te ſenſi, expertus ſum; gravem abs te pertuli injuriam; graviter læſus, offenſus ſum; gravem a te moleſtiam accepit animus meus; gravi a te injuria affectus, laceratus, provocatus ſum; appetitus injuria ſum nullo meo merito, nulla mea culpa, nihil tale meritus; injurioſe, acerbe, inique, contra jus omne, contra, quam meritus ſum, immerentem, innocentem, nullius affinem culpæ, omnis culpæ expertem, ab omni vacuum culpa me tractaſti. 3. *Injuriam ulciſcar*, ich werde mich dieſes Unrechts halber rächen. Perſequar tot tuas in me injurias; parem brevi pro injuria gratiam referam; par pari referam; merita meritis compenſabo; erit propediem, cum idem tibi reponam; cum pari te munere remunerabor; is ſum, qui injuriam facile referre poſſim; feres a me, quod intuliſti; impune tibi non erit, non abibit fic, quod injuria me affeceris; impunita non erit, inulta non relinquetur injuria tua. Memorem me injuriæ ſenties, experieris. V. *Ulciſcor*, *impune.* 4. *Adverſus injuriam ſe defendit*, er hat ſich allem Unrechte tapfer entgegengeſetzt. In-

Digitized by Google

juriam magno animo propulsavit; ab injuria hominem deterruit; injuriis restitit animo præsenti; ea injuria ut se levaret, nihil non egit; eam ut a se injuriam prohiberet, depelleret; ab injuria hominem ut detraheret, ut illa is injuria abstineret, præsentia animi effecit. §. *Injuriam æquo animo pertulit*, er hat dieſes Unrecht ſtandhaftig ertragen. Plagam illam eo animo accepit, par ut injuriæ videretur; injuriam eo animo tulit, passus, perpessus est, tanquam ad se nihil ea pertineret. V. *Patior*, *fero*. 6. *Injuriam omnium obliviscor*, ich vergeſſe aller Beleidigungen. Injurias omnes oblivione contero, omnem acceptæ injuriæ memoriam ex animo deleo; animus ultionem non spectat; ultionis consilium omne libenter abjicio, omitto, depono; ab ulciscendi consilio animum abduco; non persequar injurias meas; injuriæ eæ omnes in amicitiæ gremio sunt sepultæ. V. *Obliviscor*. *Usus*. 1. Injuria est, quæ aut pulsatione corpus, aut convitio aures, aut aliqua turpitudine vitam alicujus violat. Injuria duobus modis fit, vi & fraude. 2. *Immerito*, unbillig. Non injuria suspectus es. V. *Convitium*, *contumelia*, *ignominia*.

Injuriose, ſchimpflich. *Syn.* Per contumeliam, contumelioſe.)(*Jure*. *Usus*. Temere atque injuriose de aliquo suspicari.

Injuriosus, a, um. läſterlich, ſchändlich. *Syn.* Injurius. *Usus*. Injuriosa & facinorosa vita. V. *Injuria*.

Injurius, a, um. unrecht, unbillig. *Syn.* Iniquus.

Injussus, us, m. ungeheißen, ohne Befehl. *Syn.* Sine jussu, auctoritate, concessu.)(*Jussus*. *Usus*. Injussu populi hoc feciſti.

Injuste, wider Recht, unbillig. *Syn.* Inique, injuriose, contra fas. *Usus*. Injuste in quemquam impetum facere.

Injustitia, æ, f. Ungerechtigkeit. *Syn.* Iniquitas. *Epi.* Capitalior, moderata)(*Justitia*. *Usus*. Injustitiæ duo sunt genera, alterum eorum, qui inferunt; alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, non propulsant injuriam.

Injustus, a, um. ungerecht. *Syn.* Iniquus, injurius, injuriosus, immeritus, non debitus.)(*Justus*. *Adv.* Dupliciter. *Usus*. Qui pernicioſa & injuſta populis justa describunt. Vir maleficus natura, & injustus. Ira non injusta, sed merita & debita. Injustum onus alicui imponere. V. *Injuria*.

Innascor, eris, natus sum, nasci. eingepflanzt werden. *Syn.* Ingignor. *Usus*. Quibus recta ratio constansque innascitur.

Innato, as, avi, atum, are. hinein, oben her ſchwimmen. *Usus*. Piscículi in concham innatant. V. *Nato*.

Innatus, a, um. angebohren. *Syn.* Insitus, ingenitus, ingeneratus.)(*Assumptus*, *adventitius*. *Usus*. Innata est homini probitas, vel potius insita.

Innavigabilis, e. unſchiffbar.

Innecto, is, nexui, nexum, ere. einflechten. *Syn.* Necto.

Innitor, eris, nisus, *vel* nixus sum, niti. ſich anlehnen. *Syn.* Inclinor, reclinor. *Phras*. *In te uno respublica innititur*, das gemeine Weſen ſteifet ſich allein auf dich. Unum est fulcire labefactam rempubliceam. In te uno nititur salus civitatis; in te uno, atque in spe consilii tui requiescit; fortunæ omnium nostrum tuæ fidei innituntur; respublica omnis in tuis humeris innititur. *Usus*. Fortuna hostium uni viro innititur. Respublica in tuis humeris innititur.

Inno, as, avi, atum, are. ſchwimmen über etwas. *Syn.* Innato.

Innocens, tis, g. o. unſchuldig. *Syn.* Qui nihil nocet, qui nulli injuriam facit, integer, culpa vacans, ad quem ne suspicio quidem criminis perveniat; ab omni culpæ suspicione remotissimus, nullius probri compertus, a culpa vacuus, crimine innoxius. *Phras*. 1. *Innocens sum in ea causa*, ich bin in dieſer Sache unſchuldig. Longe rei motus a culpa sum; procul absum ab ejus rei culpa; culpa careo; culpa vaco; culpam ejus rei non sustineo; expers culpæ sum; affinis culpæ non sum; purus a culpa sum; tam absum a culpa, quam qui maxime; culpæ ejus mihi non sum conscius; extra culpam sum; in culpa non sum; in me conferri

Digitized by Google

culpa non poteſt; culpa ea in me conferenda, mihi aſſignanda, adſcribenda, attribuenda non eſt; ejus rei culpa hærere in me non poteſt; abeſt a me ea culpa longiſſime, abhorret ab ea culpa vitæ meæ inſtitutique ratio; procul a me hæc culpa eſt; extra noxiam ſum; is ſum, quem nulla ejus culpæ ſuſpicio violarit. 2. *Innocentem accuſas*, du klageſt mich unſchuldiger Weiſe an. Inſontem, immerentem, nullo meo merito, injuria, injuſte, iniquе, contra jus & æquum in crimen vocas; nihil peccavi, nihil admiſi, nullo me ſcelere adſtrinxi, abs te tamen accuſor; expertem criminis, innoxium me exagitas; vacuum a culpa in judicium vocas, reum facis, perſequeris; tu me ſine cauſa, immerito in culpam vocas, in infamiam adducis. V. *Accuſo*. 3. *Multi innocentes condemnantur*, viele werden unſchuldig bey Gerichte verdammt. Sæpe, qui culpam non admiſerunt, judicio, judicum ſententiis damnantur; multi falſo ſcelere damnantur; multi oblato falſo crimine inſontes opprimuntur; multi nullius probri comperti, in quibus nullius ineſt peccati infamia, innoxii damnantur; multi immerita damnatione afficiuntur; iniquis judiciis circumveniuntur, opprimuntur; expertes culpæ criminis pœnas lunt. *Uſus.* Innocens dicitur, non qui leviter nocet, ſed qui nihil nocet. Vir innocens, integer, religioſus. V. *Integer*.

Innocenter, unſchuldig. *Uſus.* Vita innocenter acta.

Innocentia, æ, f. Unſchuld. *Syn.* Integritas vitæ & morum. *Epi.* Par, ſingularis, vetus, ſumma *Uſus.* Innocentia eſt talis affectio animi, quæ noceat nemini. Vir ſumma integritate & innocentia. V. *Integer*.

Innocuus, a, um. unſchädlich. *Syn.* Innocens.

Innovo, as, avi, atum, are. erneuern. *Syn.* Renovo, novum facio.

Innoxius, a, um, unſchuldig. *Syn.* Innocens. V. *Innocens*.

Innumerabilis, e. unzählbar. *Syn.* Innumerus, infinitus numero, quod omnem excedit numerum. *Uſus.* Infinita vis innumerabilium atomorum. V. *Multi*.

Innumerabilitas, tis, f. Unzählbarkeit. *Uſus.* Innumerabilitas atomorum.

Innumeri, æ, a, unzählbare, unzählige. *Syn.* Innumerabiles.

Innuo, is, ui, ere. winken. *Syn.* Nutu aliquid ſignifico, nutu capitis loquor. *Uſus.* Huic aditum modo patefacio & innuo.

Innuptus, a, um. unvermählt. *Syn.* Non nuptus.)(*Nuptus. Uſus.* Paris Helenam innuptis junxit nuptiis.

Inobſcuro, as, avi, atum, are. verfinſtern. *Syn.* Infuſco.)(*declaro, illuſtro.*

Innoffenſus, a, um. unverletzt, nicht anſtoßig. *Uſus.* Pedem inoffenſum refere.

Inofficioſus, a, um. unbiegſam. *Syn.* Inhumanus, illiberalis. V. *Illiberalis*.

Inopia, æ, f. Armuth, Mangel. *Syn.* Egeſtas, indigentia.)(*Copia. Epi.* Magna, ſumma, tanta. *Phraſ.* 1. *Cæſar Hiſpanienſi bello Pompeji copias ad ſummam inopiam redegit.* Cäſar hat im ſpaniſchen Kriege das Kriegsheer des Pompejus in die größte Noth gebracht. In ſummas anguſtias compulit; in maximas omnium rerum difficultates conjecit; copias eo redegit, ut omnium rerum penuria laborarent; ut inopia premerentur & conficerentur extrema; ut rerum omnium inopia peſſime acciperentur; ut in maximis anguſtiis ac difficultatibus verſarentur; ut nullis non incommodis afficerentur; ut plurima incommoda ſuſtinerent; ut ſummis cum incommodis conflictari cogerentur. Cæſar Pompeji copias ad rerum omnium egeſtatem adduxit; non ſolum ad ſummam rerum bellicarum indigentiam, ſed ad extremas quotidiani victus anguſtias redegit. Cæſar Hiſpanienſi bello id egit maxime, ut Pompeji copiis arctiora in dies fierent omnia. V. *Annona*. 2. *Inopiam ſublevare*, dem Mangel aller Sachen abhelfen. Mederi inopiam; rebus mature occurrere; tutari inopiam; incommodum novis commodis ſanare; inopia levare. *Uſus.* Aliquem ad inopiam redigere. Inopia conſilii laborare. Inopiam æquo animo ferre ac tolerare. Inopia oratoris & jejunitas. V. *Egeo, pauper*.

Inopinans, tis, g. o. nicht vermuthend. *Uſus* Multos in agris inopinantes deprehendit.

Digitized by Google

Inopinate, unvermuthet. *Usus.* Inopinate, præter spem accidit. V *Casu.*

Inopinatus, a, um. unvermuthet. *Syn.* Nec opinatus, improvisus. *Usus.* Omnia repentina & inopinata graviora. Dictu inopinatum atque mirabile. Ex inopinato observare aliquem. V. *Improviso.*

Inopportunus, a, um. ungelegen, ungelegt. *Syn.* Alienus, incommodus.)(*Opportunus. Usus.* Sedes eo in loco non inopportuna sermoni nostro.

Inops, is, g. o. arm, dürftig. *Syn* Pauper, nudus, impotens.)(*Abundans. Usus.* Inops rei alicujus, *vel* a re aliqua. Inops ærarium & exhaustum. Humanitatis inops & inurbanus homo. V. *Pauper, inopia.*

Inordinatus, a, um. unordentlich. *Syn.* Perturbatus, confusus.)(*Ordinatus Usus.* Ex inordinato in ordinem reducere.

Inornate, unzierlich. *Syn.* Inculte, ineleganter.

Inornatus, a, um. ungeziert. *Syn.* Inconditus, incomptus, agrestis, rudis, horridus, sine nitore & palæstra.)(*Ornatus. Usus.* Inornata mulier, oratio. Nuda & inornata inventio. V. *Incultus.*

In præsentia ist. *Syn.* In præsenti, in præsens tempus, in hoc tempore præsenti.)(*In posterum. Usus.* Periculum in præsentia atque ante oculos positum est. *Impræsentia*, in Gegenwart, *vox ex merito suspecta.*

Inprimis, vornehmlich. *Syn.* Cumprimis. *Usus.* Inprimis te amo. Argumentum inprimis firmum.

Inquam, ich sage. *Syn.* Dico, ut dixi, ut institui dicere. *Usus.* Hoc inquam, dico.

Inquies, tis, g. o. unruhig. *Syn.* Inquietus. *Usus.* Humanum genus inquies & indomitum. V. *Inquietus.*

Inquietatio, onis, f. Beunruhigung.

Inquieto, as, avi, atum, are. beunruhigen. *Syn.* Turbo. V. *Inquietus.*

Inquietus, a, um. unruhig. *Syn.* Turbulentus. *Phras.* 1. *Homo est inquieto plane ingenio*, er ist ein unruhiger Kopf. Sine furore ac amentia consistere ejus animus non potest; nec vigilans, nec in somnis mente consistit; acer; ad vim promptus, ad seditionem paratus; turbulenter & turpide facit omnia; vir moribus turbidus, & ingenio minime otium patiente; homo impiger, factiosus, & novarum rerum avidus; cui solenne nihil; cujus ea una agendi ratio, nihil neque intactum, neque quietum pati, omnia agitare; qui moveri omnia quam senescere malit. 2. *Curæ hominem inquietum reddunt*, die Sorgen lassen ihm keine Ruhe. Inopia rerum, & scelerum conscientia indies magis ejus animus agitatur; agitant hominem imminentium rerum tristes imagines; nec somnum capere, nec pati quietem potest. V. *Cura. Usus.* Ingenio inquieto, & ad novas res avido.

Inquilinus, i, m. Einwohner. *Syn.* Qui in ædibus alienis habitat, præsertim conductis. *Usus.* Non inquilini solum sed & mures ex ædibus migrarunt. Philosophia inquilina.

Inquinate, unflätig. *Syn.* Barbare, incompte, prave.

Inquino as, avi, atum, are beflecken, bemacken. *Syn.* Contamino, fœdo. *Usus.* Vitlis se flagitiis omnibus scelerum sordibus, libidinibus inquinat. Famam alicujus criminibus, humanitatem civitatis sævitia inquinare. Voluptatibus inquinari. V. *Maculo.*

Inquiro, is, quisivi, quisitum, quirere. nachforschen, sich erkundigen. *Syn.* Perquiro, indago. *Usus.* In se in civium mores, in reum inquirere. Inquirere in ea, quæ memoriæ sunt prodita. V *Indago.*

Inquisitio, onis, f. Nachfrage, das Nachforschen. *Syn.* Disquisitio, investigatio veri. *Epi.* Prænuntia, propria. *Usus.* Reus absens contra inquisitionem accusationis est defensus.

Inquisitor, oris, m. Nachforscher. *Syn.* Quæsitor. *Usus.* Reorum inquisitorem sapientem esse decet.

Insanabilis, e. unheilbar. *Syn.* Desperatus, quod curationem, medicinam non admittit. *Usus.* Morbus, plaga, contumelia insanabilis V. *Desperatus.*

Insane, gar sehr, heftig. *Syn.* Vehementer, cum impetu.

Insania, æ, f. Unsinnigkeit, Tollheit. *Syn.* Furor. *Epi.* Non mediocris, molesta, naturalis, præstans, ridicula, tolerabilis, utilis. *Phras.* 1. *Vi doloris in eam insaniam incidit, ut mentem inde nunquam receperit*, er ist vor Schmerzen so unsinnig geworden, daß er hievon nicht mehr zu sich selbst gekommen ist. Vi doloris ita a mente discessit; ita memoria perdidit; ita

Digitized by Google

ita ſibi excidit, inſaniæ morbo ita affectus eſt; ita de poteſtate mentis exiit; ita mente motus eſt; ita de mente deturbatus eſt; ita a mente deſertus eſt, ut rationem in perpetuum amiſerit; ut ad ſanitatem inde nunquam redierit; ut furorem deinceps nunquam depoſuerit; ut ad bonam mentem revo ari nunquam potuerit; ut a furore & dementia nunquam ſe ad ſanitatem retulerit; ut illum poſtea nemo ratione præditum viderit; ut nunquam poſtea convaluerit. 2. *Lis am ſſa eum ad inſaniam adegit*, der verlohrne Handel hat ihn unſinnig gemacht. Mentem illi exturbavit; de ſanitate illum ac mente deturbavit; in rabiem hominem egit; ad inſaniam impulit, adegit, redegit; mentem illi emovit omnem. *Uſus.* Inſania eſt mentis ægrotatio & morbus. In inſaniam incidere. Aliquem ad inſaniam adigere. Inſania & dementia deflagrare. V. *Furor, deliro, delirus, amens.*

Inſanio, is, ivi, itum, ire. **unſinnig ſeyn.** *Syn.* Deſipio, furo, mentem amitto, mente captus ſum, ſanus non ſum, deliro. *Adv.* Apertiſſime. *Uſus* Inter omnes, qui inſaniunt, inſaniſſimus. In alienos inſanus inſaniiſti. V. *Furor, deliro.*

Inſanus, a, um, **unſinnig, thöricht.** *Syn.* Non ſanus, amens, furens, fanaticus, veſanus, alienus a mente; a ſanitate, a ſe ipſo discedens; remotæ mentis; mentis impos. *Phraſ. Inſanus eſt*, er iſt unſinnig. Præceps amentia fertur; mente captus eſt; tragico Oreſte & Athamante dementior, & vinculis conſtringendus; a mente deſertus; lymphato ſimilis; a ratione averſus; mens eum reliquit; mens a ſua illi ſede locoque dejecta eſt; in poteſtate mentis non eſt; de poteſtate mentis, de conſilio, de ratione, de mente exiit; de ſanitate, de ſtatu mentis deturbatus eſt; a mente diceſſit; mens illi ſua a ſede dimota eſt. V. *Furioſus, delirus, deliro, inſania. Uſus.* Homo fraternis flagitiis, ſororis ſtupris inſanus.

Inſatiabilis, e. **unerſättlich, unvergnüglich.** *Syn.* Inſaturabilis. *Uſus.* Inſatiabilis gaudio completur. Inſatiabilis voluptas, cupiditas.

Inſaturabilis, e. **unerſättlich, ungenügſam.** *Syn.* Inſatiabilis. *Uſus.* Inſaturabile abdomen.

Inſaturabiliter, **unerſättlich.** *Syn.* Sine ſatietate.

Inſcendo, is, di, ſum, ere. **aufſteigen, einſteigen.** *Uſus.* Inſcendere in arborem.

Inſciens, tis, *g. e.* **unwiſſend.** *Syn.* Imprudens.)(*ſciens. Uſus.* Inſciens feciſti; an ſciens? V. *Imprudens.*

Inſcienter, **unwiſſentlich.** *Syn.* Imprudenter.

Inſcientia, æ, f. **Unwiſſenheit.** *Syn.* Inſcitia, ignorantia.)(*ſcientia. Epi.* Multa. *Uſus.* In maximis mihi erroris & inſcientiæ tenebris lumen prætuliſti. Inſcientia multa verſatur in vitio. V. *Ignorantia.*

Inſcite, **ungeſchicklich.** *Syn.* Imperite.)(*ſcite. Uſus.* Inſcite nugari.

Inſcitia, æ, f. **Unwiſſenheit, Unverſtand.** *Syn.* Inſcientia, imprudentia, ſtultitia. *Epi.* Miſerabilis, ſumma. *Uſus.* Ineuntis ætatis inſcitia ſenum prudentia eſt regenda. Magna eſt in illo inſcitia.

Inſcitus, a, um. **ungeſchickt.** *Syn.* Inelegans, male compoſitus, abſurdus. V. *Ineptus.*

Inſcius, a, um. **unwiſſend.** *Syn.* Inſciens, rudis, imperitus; imprudens. *Uſus.* Tu me ignaro, inſcio, nec opinante hoc auſus es? Non ſum inſcius, magnam eſſe hiſtoriæ utilitatem. V. *Ignarus.*

Inſcribo, is, pſi, ptum, ere. **einſchreiben, zuſchreiben.** *Syn.* Incido, imprimo, mando litteris, in codicem refero. *Uſus.* Veſtris monimentis, in veſtris monimentis nomen ſuum inſcripſit. Libellum meum Oratorem inſcripſi. Epiſtola patri inſcripta. Sibi aliquid in animo inſcribere. V. *Scribo.*

Inſcriptio, onis, f. **Ueberſchrift, Aufſchrift.** *Syn.* Titulus. *Epi.* Plenior, præclara, falſa. *Uſus.* Decernere alicui ſtatuam cum inſcriptione præclara.

Inſculpo, is, pſi, ptum, ere. **eingraben.** *Syn.* Incido, imprimo, inſcribo. *Uſus.* Res animo inſculptas habere. Omnibus inſita eſt & inſculpta Deorum notitia. Natura inſculpſit in mentibus noſtris. V. *Scalpo.*

Inſeco, as, ui, ctum, are. **einſchneiden.** *Syn.* Incido, ſeco. *Uſus.* Aliquem dentibus inſecare.

Digitized by Google

Inſectatio, onis, f. Verfolgung *Uſus.* Abstinere aliorum inſectatione.

Inſector, aris, atus ſum, ari. nachſetzen, verfolgen. *Syn.* Conſector, inſequor; peto, agito, exagito. *Adv.* Inimice, inſolenter, petulantiſſime, vehementer. *Uſus.* Clamore aliquem, contumeliis, minis, maledictis inſectari. Inſector ultro & inſto accuſatori & urgeo. Miſerorum fortunam inſectari. V. *Agito, vexo, inimicus.*

Inſedatus, a, um. ungeſtillet. *Syn.* Commotus.)(*ſedatus. Uſus.* Grave, turbulentum, inſedatum genus hominum.

Inſepultus, a, um. unbegraben *Syn.* Inhumatus.)(*ſepultus. Uſus.* Miſeri & inſepulti acervi civium.

Inſequor, eris, ſecutus ſum, ſequi. nachfolgen, nacheilen. *Syn.* Inſector, ſequor, perſequor, ſubſequor, excipio. *Adv.* Acriter, longius, undique, neceſſario. *Uſus.* Inſequor fugientem. Inſequi aliquem ſtricto gladio. Quæ non inſequens hora antecedente populo Romano illuxit? V. *Sequor.*

Inſero, is, ui. ſertum, ere. hinein thun. *Syn.* Impono, immitto. *Uſus.* 1. Pueris cibum in os inſerere. Collum in laqueum; manum in peram inſerere. 2. *Immiſceo*, einmiſchen. Deos minimis rebus; falſa veris; ſe negotiis inſerere.

Inſero, is, ſevi, ſitum, ere. einſäen, einpflanzen. *Uſus.* Inſerere oleam vitibus.

Inſervio, is, ivi, itum, ire. dienen, nützlich ſeyn. *Syn.* Servio, operam do, *vel* navo. *Adv.* Fideliter, ſtudioſe. *Uſus.* A quo plurimum ſperant, huic plurimum inſerviunt. Inſervire ſuis commodis, reipublicæ commodo, alterius honori, voluptati, auribus. V. *Servio.*

Inſideo, es, ſedi, ſeſſum, ere. auf etwas ſitzen. *Syn.* Hæreo, inhæreo. *Adv.* Penitus. *Uſus.* Macula in republica inſedit penitus & inveteravit. Ita tibi inſidet ſuſpicio, ut penitus eveſli non poſſit. Inſidet in animo dictum, opinio, dolor.

Inſidiæ, arum, f. Hinterliſt, Nachſtellung *Syn.* Fraus. *Epi.* Abſtruſæ, clariores luce, crudeles, domeſticæ, fictæ, manifeſtæ, mediæ, multæ, nefariæ, occultæ, præſentes, quotidianæ, tantæ ac tam abſconditæ, urbanæ. *Phraſ.* 1. *Inſidias illi ſtruxit*, er hat ihm heimlich nachgeſtellet. Inſidias fortunis ejus tetendit, molitus, machinatus eſt; laqueos ejus fortunis non paucos tetendit; dolum ejus capiti alium ex alio nexuit; inſidias in ejus caput ac fortunas non ſemel comparavit; caput ejus non ſemel clandeſtinis conſiliis petiit, appetiit; aditum neſariis ad ejus direptionem conſiliis præparavit; capiti ejus & fortunis imminuit. V. *Inſidior, obſervo.* 2. *Ejus inſidias vix effugit*, er iſt ſeinen Nachſtellungen kaum entkommen. Propeaberat, quin in ejus inſidias præcipitaret; ægre ejus tot petitiones ac laqueos declinavit; vix tot ejus ex inſidiis elapſus eſt; vix periculum, quod capiti impendebat, depulit; vix occultas, quibus petebatur, inſidias vitavit. *Uſus.* 1. Inſidias facere, eine Falle legen. Inſidias alicui tendere, ponere, inſtruere, parare, collocare. 2. In inſidias incidere, venire, intrare, in den Hinterhalt verfallen. 3. In inſidiis conſidere, ſubſidere, auf einen heimlich lauern. 4. In inſidiis ponere, locare, collocare milites, einen heimlichen Hinterhalt zurück laſſen. 5. Ex inſidiis conſurgere, aus dem Hinterhalte gählings hervorkommen. 6. Inſidias cavere, den Nachſtellungen entgehen. Inſidias antevenire, vitare, pateſacere, detegere.

Inſidiator, oris, m. Nachſteller, Lauerer. *Uſus.* Inſidiator honorum.

Inſidior, aris, atus ſum, ari. heimlich nachſtellen. *Syn.* Inſidias facio, pono, tendo; periculum intendo; inſideas adhibeo; molior, paro, comparo, inſtruo, machinor, loco, colloco, oppono; obſervo, vim *vel* arma intendo. *Phraſ. Quibus plurimum fidebam, ii mihi inſidiati ſunt*, denen ich am meiſten getrauet habe, die haben mir nachgeſtellet. Quorum ego fide nitebar plurimum, quorum eſſe minime dubiam & infirmam fidem exiſtimabam, quorum in fide ponebam plurimum, ii mihi inſidias fecerunt; ii me inſidioſe tractarunt; inſidiis me petiverunt, obſederunt, oppreſſerunt, prodiderunt; ii mihi inſidias collocarunt, compararunt; ex inſidiis ea-

Digitized by Google

caput meum petiverunt; insidiis jugulum meum petiverunt; ii mihi insidias, periculum, pestem, perniciem moliti sunt; ii in perniciem meam incubuere; il vitam ferro atque insidiis appetivere; illi nefarios in caput meum homines subornarunt; multis me insidiis captavere; fraude ac insidiis de vita nefarie cogitarunt, V. *Insidiæ. Usus.* Catilina insidiatus est.

Insidiose, hinterlistig. *Syn.* Fraudulenter, ex insidiis. *Usus.* Insidiosissime & perfidissime tractare aliquem; insidiose redire in gratiam.

Insidiosus, a, um. **hinterlistig** *Syn.* Fraudulentus, dolosus, perfidiosus, simulator, fallax. *Usus.* Apertis inimicis resistere; insidiosis amicis non credere. V. *Insidior.*

Insigne, is, n. Zeichen, Kennzeichen. *Syn.* Signum, indicium, nota, monimentum, ornamentum. *Epi.* Clarissimum, obscurum, oppressum, regium, singulare. *Usus.* Fasces & secures dignitatis insignia. Bulla ornamentum pueritiæ, insigne fortunæ. Omnia honoris, imperii insignia & ornamenta cecidere. Multi insignia virtutis sine virtute consequuntur. Toga pacis insigne & otii. Insignia & lumina orationis.

Insignio, is, ivi, itum, ire. **bemerken.** *Syn.* Signis noto, distinguo. *Usus.* Insignitæ notæ veritatis.

Insignis, e. **ausbündig, vortreflich, berühmt.** *Syn.* Manifestus, clarus, apertus; nobilis, nobilitatus, conspiciendus, egregius, præstans; notatus. *Usus.* Vir genere insignis. Res ad laudem & gloriam insignis. Vir notis turpitudinis insignis. Insigne indicium mei in te amoris habes. V. *Egregius.*

Insignite, überaus, **ausbündig.** *Syn.* Insigniter, aperte. *Usus.* Homo insignite improbus.

Insigniter, überaus, sonderbar. *Syn.* Insignite. *Usus.* Insigniter impudens. Insigniter aliquem diligere. V. *egregie.*

Insilio, is, lui & ii, sultum, ire. **aufspringen** *Usus.* Insilire in equum.

Insimulatio, onis, f. **Beschuldigung.** *Syn.* Accusatio.

Insimulo, as, avi, atum, are. **beschuldigen.** *Syn.* Accuso, criminor, arguo. *Adv.* Communiter, falso. *Usus.* Probri, flagitii insimulare aliquem. V. *Culpo, culpo.*

Insinuatio, onis, f. **das Einschleichen.** *Syn.* Circuitio. *Usus.* Insinuatio ejusmodi esse debet, ut occulte per dissimulationem benevolum faciat auditorem.

Insinuo, as, avi, atum, are. **sich einschleichen.** *Syn.* Influo, irrepo. *Adv.* Familiariter, penitus. *Usus.* Insinuare se & immergere in familiaritatem, consuetudinem aliorum. In sermonem, in causam se insinuare. Ut se insinuat improbus. Dolorem animis insinuare. Sol æstum per tecta insinuat.

Insipiens, tis, g. *o.* **thöricht, unweise.** *Syn.* Stultus, excors, vecors, sine corde & palato. *Usus.* Animus insipiens. Nihil insipiente fortunato intolerabilius. V. *Stultus.*

Insipienter, **thöricht.** *Syn.* Stulte.

Insipientia, æ, f. **Thorheit.** *Syn.* Stultitia. *Usus.* Nullum insipientia majus malum est. V. *Stultitia, ineptiæ.*

Insisto, is, stiti, stitum, ere. **auf etwas stehen.** *Syn.* Consisto. *Adv.* Importune. *Usus.* 1. Donec ad finem perveniat oratio, & insistat. Exercitus non referet pedem, sed insistet. Insistere singulis gradibus. 2. *Urgeo*, **fortsetzen, verharren.** Curæ, rebus magnis, vestigiis majorum insistere. Munus suum, negotia, iter insistere. 3. *Firmiter sto*, **fest stehen.** Via lubrica, in qua insistere vix possis.

Insitio, onis, f. **das Einlegen in die Erde, das Pfropfen.** *Syn.* Consitio.

Insitivus, a, um. **eingesetzet, gepfropfet.** *Syn.* Insitus, non nativus.

Insitus, a, um. **eingepflanzet.** *Syn.* Innatus, ingenitus, naturalis, ingeneratus; inhærens, inustus.)(*Assumptus, adventitius. Usus.* 1. Quod est penitus insitum in moribus. Quod in animo penitus insitum est, & infixum. Huic populo libertas est insita. Insitæ & cognatæ in animo notiones. 2. *Insertus.* **eingemischt.** In Læliorum gentem subito insitus. V. *Hæreo.*

Insociabilis, e. **nicht gesellig, unverträglich.** *Usus.* Homo omnibus insociabilis.

Insolens, tis, g. *o.* **stolz, frech, seltsam, ungewöhnlich.** *Syn.* Superbus, elatus, insolitus, imperitus. *Phraf.* 1. *Homo est ex honoribus admodum insolens*, **der Mensch ist wegen seiner**

Digitized by Google

Ehren sehr frech und stolz. Honores ei multam verborum jactationem exutiunt; insolentia dominatus animos ei extulit; nemo hominem exultantem honoribus, sibi præsidentem, insultantem in omnes, insolenter se efferentem satis contineat, aut legum laqueis constringat. Quanta insolentia hominis, quantum fastidium! Qui ejus animi, quis impetus, quæ ferocia, quæ intemperies? Non privati insaniam sed regis insolentiam diceres; unius animos ac spiritus vix urbs capit, adeo jam diu per summam licentiam leges eludens magistratibus insultat. Ferocem honores faciunt, quoque impunitiorem, eo effrenatiorem. Nimius animis omnes spernit, ingenio ferox, & amicis fretus, secundis rebus immodestus & intolerabilis tantam sibi arrogantiam, tantos spiritus sumit, ut ferendus non videatur. Incedit per ora vulgi magnifice; seseque circumspicit. Animos mirum quantum tollit ex perpetuis honorum insignibus; insolentia est incredibili, insolentia effertur tanta, neminem ut præ se hominem putet; non jam civiliter nimiis opibus ac continuatis magistratibus utitur; eo insolentiæ progreditur, quam diuturna impunitate munivit, nullæ ut legum habenæ reprimere exultantem possint; ut alacer lætusque per medium forum volitet; quanta hominem ex secundis rebus insolentia cepit? *Usus* 1. Honores insolentem te faciunt 2. *Insolitus*, ungewöhnlich. Nullum verbum insolens ponere audebat. 3. Imperitus, insuetus, unerfahren. Harum rerum plane sum insolens & ignarus. 4 *Cupidus*, begierig. Insolens in pecunia. 5. *Molestus*, überläſtig. In re pervulgata multus sum & insolens.

Insolenter, ungewöhnlich, ſtolz. *Syn.* Immoderate, arroganter, superbe. *Usus.* Efferre se, gloriari insolenter.

Insolentia, æ, f. Uebermuth, Stolz, Seltſamkeit. *Syn.* Intolerantia. *Epi.* Singularis. *Usus.* Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia Tanta insolentia, ut neminem liberum ducat. 2. Moveor loci insolentia, ich erſchrecke über die Ungewöhnlichkeit des Orts. V. *Arrogantia*, *superbia*.

Insolitus, a, um. ungewöhnlich, ſeltſam. *Syn.* Insolens, insuetus. novus, inusitatus, minime tritus, inexpertus. *Phraſ. Insolito more*, auf eine ungewöhnliche Weiſe. Præter morem; non ex more; non ad exemplum aliorum; non ut mos erat; non ut mos fert. *Usus.* Insolitam lucem aspicere. Insolita gloria mihi advenit. V. *Novus*.

Insomnium, ii n. Traum, im Traume. *Syn.* Somnium. *Usus.* Hæc metuo, ne insomnia sint.

Inspectio, onis, f. Beſichtigung. *Usus.* Nos nuntiationem solum habemus, consules etiam inspectionem.

Inspecto, as, avi, atum, are. beſichtigen. *Usus.* Me inspectante hoc fecisti.

Inſperans, tis, g. o. der nicht hoffet. *Usus.* Salutem inſperantibus reddidiſti.

Inſperatus, a, um. unverhofft. *Usus.* Inſperatum gaudium. Occaſio inſperata, nec opinata. V. *Improviſus*.

Inſpergo, is, ſi, ſum, ere. anſtreuen. *Syn.* Aſpergo, reſpergo. *Usus.* Inſpergere aliquem lingua. Molam ac vinum extis inſpergere.

Inſpicio, is, ſpexi, ſpectum, ere. anſehen, beſchauen. *Syn.* Aſpicio, conſpicio, inſpecto. *Usus.* Hortos, ædes, tabulam, agros inſpicere. Quid diſcat puer, inſpiciam ſæpiſſime. V. *Luſtro*.

Inſpiro, as, avi, atum, are. einhauchen, eingeben. *Usus.* Venenum inſpirare. V. *Inſtinctus*.

Inſtabilis, e. unbeſtändig. *Syn.* Mutabilis. V. *Inconſtans*.

Inſtans, tis, g. o. gegenwärtig, dieſmalig. *Syn.* Præſens tempus, punctum temporis, veſtigium temporis. *Usus.* 1. Fit ad punctum temporis, quod dicant, in inſtanti. 2. *Imminens*, annahend. Inſtans periculum.

Inſtar, gleich, als. *Syn.* Quaſi. *Phraſ.* 1. *Inſtar ſupplicis ad pedes ei accidit*, er iſt ihm zu Füſſen gefallen, gleichſam als wollte er ihn bitten. Fortuna & ſpecie ſupplicis; ſupplicis more ejus ſe pedibus advolvit; ſalutatio prima proxime formam ſupplicantis venerat. 2. *Patruus illi inſtar parentis fuit*, er hat den Vetter gleichwie ſeinen Vater geehret. Patruus illi in gradu, numero, loco, exiſtimatione parentum

Digitized by Google

rentis fuit; pro parente fuit. *Uſus.* Navis inſtar urbis. Tu mihi es inſtar omnium. Latere eſt mortis inſtar. V. *Quaſi.*

Inſtauratio, onis, f. **Erneuerung, Anrichtung.** *Syn.* Renovatio.

Inſtaurativus, a, um. **erneuert.** *Uſus.* Ludi inſtaurativi.

Inſtauro, as, avi, atum, are. **erneuern.** *Syn.* Renovo, redintegro, itero. *Phraſ. Ut animum inſtauravit*, **als er wiederum friſchen Muth gefaſſet.** Ut animum refecit, redintegravit; ut ſe collegit paullulum; ut animum paullisper revocavit. *Uſus.* Inſtaurare animum collapſum. Aciem, bellum, cædem inſtaurare.

Inſtigatio, onis, f. **das Anhalten, Anreizung.** *Syn.* Permotio, impulſio.

Inſtigo, as, avi, atum, are. **anreizen, anhetzen.** *Syn.* Solicito, impello, iucito, ſtimulo; ſtimulos animis ſubdo; ſtimulis concito; calcaria addo, admoveo; incendo; tanquam quibusdam verborum tædis ac facibus inflammo; laceſſo. V. *Impello, incito, concito, excito.*

Inſtinctus, a, um. **angereizt, angehetzet.** *Syn.* Inſtigatus, plenus adhortantium vocibus. *Uſus.* Homo neſario furore, ira, audacia inſtinctus.

Inſtinctus, us, m. **Antrieb, Anreizung.** *Syn.* Inſtigatio, afflatus, impulſus. *Phraſ. Id non ſine cœleſti afflatu atque inſtinctu divino factum eſt*, **dieſes iſt nicht ohne göttliche Eingebung geſchehen.** Non ſine cœleſti admonitu; non ſine arcana cœleſtique mentis incitatione; non ſine Numinis certo afflatu factum eſt. Divino tactus ſpiritu; divino inſtinctus Numine; divino afflatus ſpiritu id conſilium arripuit. DEus illi eam mentem objecit; DEus eum in eam mentem impulit; divini afflatus is ſpiritus fuit, qui ei hanc mentem dedit, qui ad id agendum hominem permovit. *Uſus.* Inſtinctu divino afflatuque.

Inſtitor, oris, m. **Krämer.** *Syn.* Negotiator. *Uſus.* Inſtitorum & opificum multitudo. V. *Mercator.*

Inſtituo, is, ui, utum, ere. vornehmen, unterweiſen. *Syn.* Decerno, conſtituo, incipio, erudio. *Adv.* Occulte, ſapienter, male, bene, **liberaliter, non ita**, optime, parum. *Uſus.* 1. Portorium, pœnam inſtituere. Inſtitueram ad te ſcribere. Iniquam legem & conditionem inſtituit. 2. *Incipio*, **anfangen.** Picturam, ſermonem inſtituere. Perge, ut inſtituiſti. Adhibe diligentiam, quam inſtituiſti. 3. *Compono, ordino, dispono*, **anſtellen, anordnen, aufrichten.** Actionem, rationem rei peragendæ, litem inſtituere; civitates, collegia opificum conflare & inſtituere. Officinam inſtituere 4 *Facio*, **machen, einſetzen** Inſtituere heredem, tutorem, teſtes, accuſatores. 5. *Erudio*, **unterweiſen.** Inſtituere filios ad majorum inſtituta. Vir litteris, omnibus diſciplinis inſtitutus. Vita inſtituta præceptis Philoſophorum. V. *Incipio, ordino, doceo, erudio, propono.*

Inſtitutio, onis, f. **Anſtalt, Anführung, Unterricht.** *Syn.* Inſtitutum, diſciplina, educatio. *Epi.* Antiqua, firma, præclara, puerilis. *Uſus.* Inſtitutio doctoris ad cujuscunque naturam accommodanda eſt. Iisdem præceptis, eadem inſtitutione formatur. Ratio & inſtitutio gubernandæ reipublicæ. Stoicorum ſectam & inſtitutionem perſequi. V. *Diſciplina.*

Inſtitutum, i, n. **Brauch, Satzung, Anſtalt, Verhalten.** *Syn.* Inſtituta ratio, mos, conſuetudo. *Epi.* Meretricium, nefandum atque inauditum, novum, nefarium, patrium, vetus. *Uſus.* Civitatis leges, juris publici inſtituta, mores, conſuetudinem noſſe. Tenere idem inſtitutum & ſervare. Non natura, ſed inſtituto moderatus. Suo inſtituto uti. Ab inſtituto aliquem abdutere. Ad inſtitutum redire, reverti. V. *Conſuetudo, mos.*

Inſto, as, ſtiti, ſtitum, are. **dringen, anhalten.** *Syn.* Urgeo, pertinaciter tendo. *Adv.* Cupidius, plane, remiſſius, vehementius. *Uſus.* Victis ferociter inſtare. Operi, veſtigiis majorum inſtare. Cupide inſtare alicui de re quapiam. 2. *Immineo, impendeo*, **annahen.** Fatum aliquod impendet, aut inſtat jam plane. Iter, bellum inſtat. V. *Immineo, inſiſto, urgeo.*

Inſtrenuus, a, um. **faumſelig, feig.** *Syn.* Indiligens ad res gerendas, minime promptus. *Uſus.* Eſt hoc

Digitized by Google

ſignum animi prudentis & non inſtrenui V. *Timidus.*

Inſtrepo, is, ui, itum, ere. * rauſchen. *Uſus.* Siquid terroris inſtrepat.

Inſtructio, onis, f. Ausrüſtung. *Syn.* Apparatio, diſpoſitio. *Uſus.* Inſtructio militum, rei bellicæ. *Inſtructio.* Lehre, Unterweiſung. *vulg. eſt.*

Inſtructor, oris, m. Verordner. *Syn.* Structor, qui convivii & menſæ inſtruendæ curam habet. *Uſus.* Inſtructores & conditores convivii. Inſtructores legionum.

Inſtructus, us, m. Zurüſtung. *Syn.* Apparatus. *Uſus.* Eodem inſtructu ornatuque comitatus.

Inſtrumentum, i, n. Werkzeug. *Syn.* Supellex, apparatus, ſubſidium ad aliquid agendum *Epi.* Forenſe, litigioſum, acre, fractum ex vulgi opinione, exiguum ſane atque modicum, magnum, præclarum, tantum, vulgare. *Uſus.* Homo multa inſtrumenta habet ad diſcendum. Æs & ferrum belli inſtrumenta. Orationes magna impenſa magnoque inſtrumento tueri. Eloquentiam graviorum diſciplinarum inſtrumento locupletare.

Inſtruo, is, xi, ctum, ere. zubereiten, anordnen, unterrichten. *Syn.* Paro, apparo, molior, orno, adorno, comparo, armo, inſtituo, ordino, compono. *Adv.* Diligenter, magnifice, ſcite, auguſtius, bene, mediocriter, ſeparatim. *Uſus.* Domum, hortos, convivium inſtruere & ornare. Naves, claſſem inſtruere, armare, adornare. Actionem, calumniam alicui, bellum, conſilia inſtruere & apparare. Aliquem ad omne officii munus, conſiliis ad negotium idoneis, cultioribus ad eloquentiam acuendam doctrinis inſtruere & comparare. Accuſator inſtructus & ſubornatus. Homo ab hiſtoria inſtructus. Provincia copiis & exercitu inſtructa. Exercitu ita ornato atque inſtructo. V. *Doceo.*

Inſuavis, e unlieblich. *Syn.* Injucundus, inſuſus.)(*ſuavis.* *Uſus.* Inſuavis ſine litteris vita. V. *Odioſus.*

Inſuefacio, is, feci, factum, ere. gewöhnen. *Syn.* Aſſuefacio. V. *Aſſuefacta.*

Inſuefco, is, ſevi, ſuetum, ere. gewohnen, *Syn.* Aſſuefco. V. *Aſſuefco.*

Inſuetus, a, um. ungewohnt, *Syn.* Inſolens, imperitus.)(*aſſuetus.* *Uſus.* Inſuetus belli, inſolens armorum. V. *Imperitus.*

Inſula, æ, f. eine Inſel, Eyland. *Syn.* Terra ubique aquis cincta. *Epi.* Extrema, inculta, magna, media, parva & referta divitiis, plena, atque ornata, ſacra, tenera, tota, venalis. Inſulæ fructuoſiſſimæ, multæ. *Uſus.* Fabulæ ferunt, in beatorum inſulis eos, qui caſte ætatem egerint ſuam, immortale avum degere.

Inſulſe, abgeſchmackt. *Uſus.* Inepte, frigide, inſulſe loqui.

Inſulſitas, tis, f. Ungeſchicklichkeit. *Syn.* Stultitia, ineptiæ. *Uſus.* Quis ejus inſulſitatem ferat? V. *Ineptia.*

Inſulſus, a, um, ungereimt, abgeſchmackt. *Syn.* Ineptus, frigidus, abſurdus. *Uſus.* Adoleſcens non inſulſus. Q gulam inſulſam! V. *Ineptus.*

Inſulto, as, avi, atum, auf etwas ſpringen, trotzen, pochen, ſpotten. *Syn.* Irrideo, illudo, irruo. *Adv.* Vehementius. *Uſus.* In miſerias alicujus, in omnes, in rempublicam inſultare. In calamitate inſultare. V. *Inſolens.*

Inſum, es, eſſe. darinnen ſeyn. *Syn.* Sum, inſideo. *Uſus.* Nullum dedecus reperiri poteſt, quod in hoc non inſit. Ineſt in oratore perfecto omnium ſcientiarum abſolutio. In hac vita nihil ineſt, niſi miſeria.

Inſumo, is, pſi, ptum, ere. annehmen, auflegen. *Syn.* Conſumo, impendo. *Uſus.* Inſumere laborem, aut ſumptum in rem aliquam. V. *Conſumo, impendo, ſumptus.*

Inſuo, is, ſui, ſutum, ere. einnähen. *Syn.* Includo. *Uſus.* Inſui in culeum.

Inſuper, überdieß, ferner. *Syn.* Præterea.

Inſuperabilis, e. unerſteiglich, unüberwindlich *Uſus.* Inſuperabilis Alpium tranſitus.

Inſurgo is, ſurrexi, ſurrectum, ere. aufſtehen, empor kommen. *Hebraiſ. vulg.* *Inſurgere in auctorem conſilii*, ſich auflehnen, zuſammenrotten wider einen. Contra auctorem nefarii conſilii auſi conſiſtere; coorti in auctorem conſilii; in auctorem conſilii eorum ſubito ingenia exarſere; in eum hominem conſurgere univerſi cœpere. V. *Adverſor, reſiſto.* *Uſus.* Inſurgere altius

Digitized by Google

altius, die Stimme mehr und mehr erheben.

Insusurro, as, avi, atum, are. in das Ohr blasen. *Syn.* In aurem loquor. *Adv* Familiariter, simulate. *Phras. Insusurrabo, si quod verbum memoriæ non occurrerit.* ich werde dir schon einsagen, wenn dir ein Wort nicht einfallen soll. Dissimulanter suggeram; in aurem dicam, subveniam depressa & submissa voce, ubi te memoria fugerit, ubi memoria vacillarit; suggerendo hærentem in salebris expediam. *Usus.* In aurem ejus quædam insusurravit. Insusurrare eandem cantilenam.

Intabesco, is, bui, ere. mager werden. *Syn.* Extabesco. *Usus.* Diuturno morbo intabescere.

Intactus, a, um. unberührt. *Syn.* Integer, inviolatus. *Usus.* Intactus a sibilo Hortensius pervenerat ad senectutem. Provinciæ bello intactæ. V. *Integer.*

Intaminatus, a, um. unbefleckt. *Syn.* Incontaminatus, intactus, integer.

Integer, a, um. unverletzt, ganz. *Syn.* Incorruptus, inviolatus, intactus, castus; solidus, plenus, incolumis.) *contaminatus, vitiosus Adv* Diutissime, plane. *Phras. Tibi omnia eo bello manebunt integra*, dir wird in diesem Kriege alles unverletzt bleiben. Salva ac integra tibi erunt omnia; sincera omnia sanctaque; integra inviolataque servabuntur; in vastatione omnium possessiones tuas sacrosanctas futuras tibi promitto; tuta tibi omnia sanctaque fore polliceor; incolumes manebunt fortunæ tuæ & illibatæ; intactæ a bello & quod ajunt, sarta tecta restabit fortuna domus tuæ. Integræ florentesque, nusquam libatis opibus, erunt fortunæ tuæ. *Usus.* 1. Quo nemo integrior, nemo sanctior. Exemplum innocentiæ, vitæque integerrimæ. Integerrimas gentes belloque intactas aggressus est. Dum valetudo, dum existimatio est integra. 2. *Liber*, frey, ganz. Omnem causam alicui integram reservare. Rem ad meum reditum integram esse jussi. Rem ad senatum integrum referre. Recipe me rudem & integrum discipulum. 3. *Quod licet*, erlaubt. Si mihi libera essent omnia ac integra. Mihi integrum est facere, vel non facere. Viderint, quibus integrum est. 4. In integro res est, die Sache steht noch gut. 5. De integro homini gratulare, wünsche ihm nochmals Glück. 6. In integrum restituere, wiederum in den vorigen Stand setzen. V. *Innocens, totus.*

Integre, rein, unsträflich. *Usus.* Vita integerrime acta. In amicorum periculis caste ac integre versari.

Integritas, tis, f. Aufrichtigkeit, Unsträflichkeit. *Syn.* Innocentia *Epi.* Cautior, & diligentior, gratissima, incorrupta, par, provincialis, singularis, spectata, summa, tanta. *Usus.* 1. Integritas corporis, valetudinis, Gesundheit und Wohlstand. 2. Singularis integritas & continentia, fidesque magnis in rebus spectata. Integritas incorrupta Latini sermonis. V. *Innocentia, virtus, honestus, probus.*

Integro, as, avi, atum, are. erneuern, ergänzen. *Syn.* Reficio, recreo. *Usus.* Animus defessus audiendo, risu vel admiratione integratur.

Integumentum, i, n. Decke. *Syn.* Involucrum. *Usus.* Frontis integumento uti ad occultanda vitia. Aliquando evolutus es integumentis dissimulationis tuæ. Per quædam involucra & integumenta perspicere aliquid.

Intellectio, onis, f. Verstand. *Usus.* Intellectio est, cum totum de parte, *vel* contra intelligitur.

Intelligens, tis, g. o. verständig, gelehrt. *Usus.* Teretes aures habet, & intelligens judicium. Existimatur doctus, & cujusvis generis intelligens.

Intelligenter, verständlich. *vulg. Intelligibiliter. Usus.* Intelligenter auditur.

Intelligentia, æ, f. Verständniß, Erkänntniß. *Syn.* Prudentia, scientia, notio, cognitio. *Epi.* Animalis, communis, difficilis, magna, mediocris, popularis, præstans, propria, vitiosa, vulgaris. *Usus* Homines principio rerum omnium adumbratas intelligentias animo ac mente concipiunt. Ratione aliquid ac intelligentia comprehendere. Honestum in nostram intelligentiam cadit. Intelligentiam suam intendere, infigere in aliquid. Intelligentia præstare, & aliis anteire. Pars animæ, intelligentiæ & ratio-

par-

Digitized by Google

particeps. Commune judicium & popularis intelligentia.

Intelligo, is, lexi, lectum, ere. verſtehen. *Syn.* Cognoſco, ſentio, capio, teneo, percipio; mente complector, perſpicio; cogitatione comprehendo. complector; animadverto, intelligentiam rei habeo, accipio, diſco, animo percipio, intelligentia & ratione comprehendo. *Adv.* Acriter, diligenter, haud, ſane, male, melius; non fere; non tam, optime, penitus, plane, præclare, prorſus, prudenter, pulchre, quamprimum, recte *Phraſ.* 1. *Omnia ſe intelligere arbitratur*, er meynet, er verſtehe alles. Præcipua ſe intelligentia eſſe; ſolertiſſime ſe perſpicere omnia; nihil ſuæ intelligentiæ vim & notionem fugere; omnia ſe videre, intelligere & ſapere plus, quam cæteros, arbitratur, omnia ſe comprehendere animo; omnia intelligentia complecti; unum ſe eruditos habere oculos, ſuperbe exiſtimat. 2. *Quantum e litteris intelligere potui*, ſo viel ich aus dem Brief habe abnehmen können. Quantum conjectura conſequi; quantum aſſequi, conjicere, ſentire; quantum ex litteris percipere, colligere, animadvertere potui; ut animo, mente, cogitatione comprehendere potui; quantum quidem e litteris interpretari potui. 3. *Dialecticam præclare intelligit*, die Diſputierkunſt verſteht er wohl. Dialecticam animo menteque comprehenſam habet; disceptandi artem tenet, callet penitiſſime; aeri mente cogitationeque complectitur in dialecticis; etiam quæ a vulgari intelligentia remotiora ſunt, ſolertiſſime perſpicit. V. *Calleo. Uſus.* Cernere & intelligere aliquid animo. Intellexi ex epiſtolis tuis.

Intemperans, tis, g. o. unmäßig. *Syn.* Immoderatus, libidinoſus, impurus, cupidus, in libidinem effuſus.)(*Temperans. Adv* Valde. *Uſus.* Intemperans in rei alicujus cupiditate Libidinoſa, intemperans adoleſcentia. V. *Immodeſtus*

Intemperanter, unmäßig. *Syn.* Intemperate, inſolenter, immoderate.

Intemperantia, æ, f. Unmäßigkeit. *Syn.* Intemperies, incontinentia, inſolentia.)(*Temperantia. Epi.* Immoderata, impudenter, impura, inimica, moderata, inulta, tanta, turpior *Phraſ. Quæ iſta hominis eſt intemperantia?* wie groß iſt die Unmäßigkeit dieſes Menſchen? Quæ eſt iſta immoderatæ vitæ ratio? Quæ iſta eſt vita, quam immoderate, iutemperanter, luxurioſe tradufta? Quis iſte luxus eſt, quam profuſæ libidines, quam intemperatæ perpotationes? Iſta hominis vita ſit, fortunis, opibus, flore ætatis tam intemperanter uti, abuti? modum cupiditatibus nullum ponere, nihil non libidinoſe, nihil non incontinenter audere? V. *Luxuria. Uſus* Intemperantia eſt a tota mente & recta ratione defectio, omnium eadem perturbationum mater. Expleri alicujus intemperantiam.

Intemperate, unmäßig. *Syn.* Intemperanter

Intemperatus, a, um. unmäßig. *Syn.* Intemperans. immoderatus. *Uſus.* Intemperatiſſimæ perpotationes. V. *Immodeſtus, immoderatus.*

Intemperiæ, arum, f. Furien, Unſinnigkeit. *Uſus.* Quæ te intemperiæ agitant? V. *Furiæ.*

Intemperies, ei, f. Unmäßigkeit, Ungeſtümigkeit. *Syn.* Immoderatio, procacitas. *Uſus.* Intemperiem hominis ferre non poſſum. V. *Immodeſtus.*

Intempeſtive, ungelegen. *Syn.* Præpoſtere.

Intempeſtivus, a, um. inbequem, ungelegen. *Syn.* Præpoſterus, perverſus. *Uſus.* Intempeſtivum convivium. Intempeſtiva loquacitas, epiſtola.

Intempeſtus, a, um. ſtürmiſch, ſpät. *Syn.* Concubius. *Uſus.* Nocte intempeſta adfuit.

Intendo, is, di, tentum, & tenſum, ere. anſpannen. *Syn.* Porrigo, extendo, intento.)(*Remitto. Adv.* Longius, malitioſe, quam maxime. *Uſus.* 1. Intendere oculos, mentem, cogitationem ad rem aliquam, ad negotia. 2. *Contendo*, anſpannen. Intendere arcum. Intendere, & remittere vocem. 3. *Cogito, enitor*, denken, im Sinne haben, verwenden. Quid intendit, quid cogitat! Aliquo ſuam cupiditatem intendere. Curam rei alicui intendere. Animos intendere aliquo ac defigere. 4. *Infero, pono, molior*, alia

Digitized by Google

anfünden, ſich hervorthun. Litem, crimen, actionem in aliquem intendere; ſe adverſarium in magiſtratum alicujus intendere. 5. *Conſtigo*, ſich zuſammenziehen. Intendunt ſe coelo nubes. V. *Cogito*, *conor*.

Intenſe, heftig. *Syn* Ardenter, vehementer, acriter, magno ſtudio, magna cupiditate. *Uſus* Illud longe intenſius concupiſcimus, quod &c.

Intentio, onis, f. Anſpannen, Abſicht, Meynung. *Syn.* Contentio, conſilium, finis, ſcopus, animus. *Phraſ. Hoc ea intentione feci*, *vulg.* das habe ich in dieſer Meynung gethan. Id ea mente, cogitatione, eo conſilio a me factum eſt; id tum contendebam, id volebam, ſpectabam, deſtinabam; eo conſilia noſtra ſpectabant; id animo deſignabam; huc ferebar cogitatione; propoſitum mihi id unum erat. Ea mens erat, id conſilium eo in facto. V. *Scopus*, *finis*, *propoſitum*. *Uſus* 1. Mentem a cogitationum intentione ad tranquillitatem revocare. Animi intentio. *ſeu* contentio. 2. *Mens*, *conſilium*, *ſcopus*, *animus*. Abſicht, Ziel. Facti vel intentionis adverſariorum cum ſcripto contentio.

Intento as, avi, atum, are, drohen *Syn.* Minor. *Uſus*. Arma, crimen, vim, faces, periculum capitis intentare alicui. V. *Minor*.

Intentus, us, m. das Ausſpannen. *Syn.* Porrectio, projectio.

Intentus, a, um. aufmerkſam. *Syn.* Attentus. *Phraſ.* 1. *Intenti erant omnes ad id ſpectaculum*, es waren aller Augen und Gedanken auf dieſe Sache gerichtet. Mentem omnes oculosque intentos defixosque habebant in id ſpectaculum; erecti ſuſpenſique in ſpectaculum animo intendebantur; deditæ eo mentes cum oculis erant; intenti in id unum toti ſe avertebant; intenti oculis acerrime rem omnem contemplabantur; ea res omnium oculos mentesque in ſe avertebat. V. *Attentus*. *Uſus*. 1. Animus intentus ad faciendum. Dux intentus recipiendo exercitui. 2. *Vehemens*, heftig. Sermo paullo intentior. 3. *Intentatus*, angedrohet. Tela jugulis civium in patriam intenta.

Inter, unter. *Phraſ. Inter doctos numerari poteſt*, er kann unter die Gelehrten gezählet werden. In numerum doctorum hominum referri, conferri; in doctis cenſeri; in doctorum hominum numero reponi; ad doctos aggregari poteſt. V. *Adnumero*. *Uſus*. 1. Galba inter tot æquales unus excellens. Inter me & te multa ſæpe diſceptatio. 2. *Vicifſim*, unter einander. Homines inter ſe amant; loquuntur inter ſe. Mirum, quod vos inter vos riſum tenere poſſitis.

Intercalaris, e. eingeſchalter, eingeſchoben. *Uſus*. Annus intercalaris, Schaltjahr. Menſis intercalaris, Schaltmonat. Februarius. Dies intercalaris, Schalttag.

Intercalarius, a, um. dazwiſchen kommend. *Syn.* Intercalaris.

Intercalo, as, avi, atum, are. einſchieben, einſchalten. *Syn.* Interpono, adjungo, prorogo. *Uſus*. Num Romæ intercalatum fit, ad me perſcribe. Cura, ut ſimus annui, ne intercaletur.

Intercapedo, inis, f. Zeitraum. *Syn.* Intervallum, intermiſſio. *Uſus*. Non pœnitet me, intercapedinem ſcribendi ſtudendique feciſſe.

Intercedo, is, ceſſi, ceſſum, ere. dazwiſchen ſeyn, dazwiſchen kommen. *Syn.* Intervenio. *Phraſ. Inter urbem colliculi aliquot intercedebant*, zwiſchen der Stadt waren etliche Hügel. Intercurrebant colliculi; urbi interjecti erant colliculi; inter urbem flumenque colliculi intererant, interjacebant. *Uſus*. 1. Gaudiis fere ægritudo, læta triſtibus intercedunt. Inter nos vetus uſus, conſuetudo, amicitia, magna officia, & pariæ intercedunt. Inimicitiæ mihi cum illo intercedunt. Nox una interceſſerat. 2. *Obſto*, *adverſor*, *refragor*, ſich widerſetzen, dawider ſeyn. Sententiæ, legi, auctoritati alicujus intercedere. Meæ rogationi nemo tribunorum interceſſit. 3. *Rogando impetro*, aut *fidem meam interpono*, bittweiſe etwas für einen andern erhalten, oder für einen Bürg ſeyn. Interceſſi pro eo magnam pecuniam. *Intercedo*, für ſprechen. *vulg. eſt pro quo dicendum*: ſupplico, deprecor pro &c.

Interceptio, onis, f. das Auffangen. *Uſus*. Interceptio poculi, prædæ, manubiarum.

Interceptor, oris, m. Auffänger. *Uſus*. Prædæ interceptor & fraudator.

In-

Digitized by Google

Intercessio, onis, f. Einspruch, Widerspruch. *Epi.* Pestifera. *Usus.* Intercessio stultitiam intercessoris arguebat. *Intercessio, fürbitte, vulg. est, pro quo dicendum:* deprecatio.

Intercessor, oris, m. Widersprecher, Verhinderer. *Epi.* Gravissimus, iniquissimus, *Usus.* Nullo intercessore legem pertuli. Intercessorem parare. *Intercessor, Fürbitter. Vulg. est, pro quo dicendum:* Deprecator.

Intercido, is, cidi, cisum, ere. entzweyschneiden. *Syn.* Interscindo. *Usus.* Meæ ædes intercisæ. V. *Caedo.*

Intercido, is, cidi, ere. verfallen. *Syn.* Cado. *Usus.* Pereant amici, dum una intercidunt inimici. V. *Cado.*

Intercipio, is, cepi, ceptum, ere. aufsangen. *Syn.* In itinere capio, aufero. *Usus.* Litteras intercipere & aperire.

Intercise, unterbrochen. *Usus.* Intercise dicere.

Intercludo, is, clusi, clusum, ere. verhindern, abschneiden, benehmen. *Syn.* Prohibeo, nego. *Usus.* Iter, fugam, commeatum, adversæ fortunæ perfugium, libertatem alicui intercludere. Adstus ad aliquem omnes intercludere. Locum præsidiis intercluſum tenere. Legio a reliquo exercitu intercluſa. Locus frondibus intercluſus. Animam alicui intercludere. V. *Impedio.*

Intercluſio, onis, f. Verhinderung. *Syn.* Impedimentum, occupatio. *Usus.* Animæ intercluſio, atque spiritus angustiæ.

Intercolumnium, ii, n. Raum zwischen zwo Säulen. *Syn.* Columnarum intervallum. *Usus.* Signa omnibus intercolumniis dispósita.

Intercurro, is, curri, cursum, ere. dazwischen laufen. *Syn.* Intercedo, intervenio. *Usus.* Pugnantibus intercurrere civitatis principes. V. *Intervenio.*

Intercursus, us, m. Vermittelung, Zwischenkunft. *Syn.* Interventus, interceſſio. *Usus.* Consulum intercursu rixa sedata est.

Intercus, tis, *g. o.* das zwischen Haut und Fleisch ist. *Usus.* Aqua intercus est morbus, quem Græci hydropem vocant, Wassersucht. Medicamentum dare ad aquam intercutem.

Interdico, is, dixi, dictum, ere. verbieten, untersagen. *Syn.* Prohibeo, véto, decretum interpono *Usus.* Aqua & igni interdictus. Prator de fossis minimisque rebus interdixit. Hanc fere vox interdicatur. V. *Prohibeo, interdictum, veto.*

Interdictio, onis, f. Verboth, Untersagung. *Syn.* Interdictum.

Interdictum, i, n. Verboth. *Syn.* Prætoris edictum, vetandi formula. *Epi.* Tyrannicum, quotidianum. *Phras. Tota urbs sub interdicto est,* der ganzen Stadt ist durch ein pabstliches Verboth die Haltung aller Gottesdienste untersagt worden. Urbs tota divinis interdicta est; cives omnes sacrorum adita arcentur, prohibentur. Interdictum est Pontificia auctoritate, nequa divina fierent in templis ejus urbis. Pontificium interdictum, Pontificia interdictio cives omnes ab officiis divinis arcet; civitas omnis Pontificio interdicto affecta, percussa, multata est; Pontificia auctoritate divinorum usu privata, sacris interdicta est. Pontificio edicto triste silentium aris, templisque indictum est; sacris, sacrorum usu, templorum adytis cives omnes Pontificio edicto excludantur. *Usus.* Cum aliquo interdicto contendere. Interdicta respuere.

Interdiu, des Tages über. *Usus.* Noctu, an interdiu?

Interductus, us, m. Zwischenzug. *Syn.* Distractio, *vel* nota. *Usus.* Oratio non spiritu pronuntiantis, nec interductu librarii, sed numero constare debet insistere.

Interdum, bisweilen. *Syn.* Est, olim, nonnunquam. *Usus.* Geminatio verborum interdum vim habet, alias leporem.

Interea, unterdessen. *Syn.* Interim, interim, interea, interim, interea, interim, interea

gehen. Ad occasum, exitium, interitum civitatis vergunt omnia; ad interitum ruunt omnia; pessum ire videntur omnia; prope absunt ab exitio res urbis; omnia nobiscum moritura videntur; omnia labi, fluere, occidere videntur. V. *Pereo. Usus.* Sine dolore interire. Tabulæ illæ incendio interiere.

Interequito, as, avi, atum, are. **darzwischen reiten.** *Usus.* Dux interequitans suos alloquebatur.

Interest, es liegt daran *Syn.* Refert. *Phras.* 1. *Hoc tua minimum interest.* **das geht dich nichts an.** Hoc tua nullam in partem interest; hoc ad te nihil; tua res in hoc nulla agitur; hoc ad res tuas parum pertinet; hoc tua nihil refert; hoc ad res tuas momenti nihil habet; vim nullam habet. 2. *Mea hoc multum interest*, **mir liegt viel daran.** Mea hoc multum refert; res in hoc agitur mea; hoc ac me valde pertinet; hoc ad res meas valet in omnem partem, in omnes partes plurimum; ad res meas multum interest, refert; permagni ponderis, maximi momenti ad res meas est; momenti, ponderis habet plurimum. Inest in ea re momenti plurimum ad causam meam. *Usus.* 1. Tuarum rerum multum interest. Omnium interest. Plus, multum, permagni interest, quibus modis res fiant. 2. *Differt, differentia est, discrimen est*, **es ist ein Unterscheid.** Inter doctum & rudem multum interest Inter Zenonem & Aristotelem præter verborum novitatem nihil interest. Hoc inter dignitatis fortunæque gradus interest, interlucet,

Interfari, darzwischen reden. *Usus.* Tum Appias interfatur.

Interfector, oris, m. **Mörder, Todtschläger.** *Syn.* Percussor, *Usus.* Hostes & interfectores reipublicæ.

Interficio, is, feci, fectum, ere. **tödten.** *Syn.* Neco, eneco, occido, ferro vitam eripio, morte multo, interimo, mortem affero. *Adv.* Impune, nefarie apertissime, publice. *Phras.* 1. *Multi sane interfecti sunt*, **es sind viele ums Leben gekommen.** Cædes maxima est facta; internecio civium est consecuta; cives occisione deleti; mors allata, oblata multis; acerbissima morte affecti; numero viventium exturbati; jugulati, trucidati, de medio sublati; interempti, perempti, luce privati plurimi; multi cervices jugulum ferro præbuere; ferrum corpore recepere; lux erepta multis; multi vita expulsi ferro concidere; obtruncati multi; magna cædes perpetrata; multi mortiferis vulneribus icti cecidere; multi spiculis perfossi, gladiis per advertum pectus transfixi; securi percussi procubuere; magna strages, magna cædes est edita; ingenti cæde prostrati sunt plurimi; internecioni dati; morti dediti; pecoris modo conscissi. 2. *Ipse se interfecit*, **er hat sich selbst umgebracht.** Mortem sibi ipse consciscit; vim, manus sibi attulit; sua sibi manu vitam exhausit; ipse sibi ferro pectus trajecit; suo sanguine manus ipse suas imbuit; liberum mortis arbitrium occupavit; voluntariam mortem occupavit, sibi consciscit; occupavit fati diem ipse adacto in pectus gladio, infelici dextera, suoque ictu mortem invenit; ferrum ipse sibi in pectus demisit; in ferrum pectore incubuit; sua manu cecidit; hausto veneno, interciis venis, abruptis venis, misso per venas sanguine longæ ætatis cruciatus antevertit, effugit; infamem vitam turpissimo exitu fœdavit; sibi mortis diem admovit; vitam sibi abrupit, extorsit; vitæ finem fecit; vim, manus sibi intulit. *Usus.* Per insidias eum interfecisti. V. *Cædes, interimo, occido.*

Interjaceo, es, cui, ere. **darzwischen liegen** *Usus.* Interjacebat campus, colles imminebant.

Interjectio, onis, f. **Einwurf.** *Syn.* Interpositio. *Usus.* Interjectio verborum.

Interjectus, us, m. **Zwischenkunft** *Syn.* Interjectio. *Usus.* Luna terræ interpositu interjectuque deficit

Interjicio, is, jeci, jectum, ere. **darzwischen werfen.** *Syn.* Intersono. *Usus.* Nasus quasi murus oculis interjicitur. Inter illorum ætates interjectus Cato. In voluptatibus nullo intervallo interjecto dies noctesque versari. Alii aliis interjecti.

Interim, unterdessen. *Syn.* Interea, tantisper, inter hæc. *Usus.* Interim Varus Uticam venit.

Interimo, is, emi, emptum, ere. **umbringen** *Syn.* Interficio, interitum affero. *Phras. A furioso homine inter-*

Digitized by Google

emptus est, er iſt von einem unſinnigen Menſchen getödtet worden Furioſi hominis manu percuſſus interiit, ſublatus eſt; lux, vita illi erepta eſt; furioſi hominis manu ictus occubuit, mortem oppetiit; eum homo furioſus ab jugulo, ita ut per coſtas ferrum emineret, terræ affixit; ſtricto gladio pectus transegit; cultrum illi in corde defixit; gladium ſuperne jugulo defixit; mortifero vulnere furioſi manu ictus præceps in vulnus obiit; prolapſus in vulnus cecidit exanimis; ejus latus homo furioſus gladio hauſit; ejus pectus ſtricto gladio homo furioſus ſemel iterumque percuſſit. V. *Interficio. Uſus.* Lucretia ſe ipſam interemit.

Interior, oris, *g. c.* innerer.)(*Exterior. Uſus.* Nihil mente interius. Interior ædium pars. Interiores litteræ, & reconditæ.

Interitus, us, m. Untergang, Verderben. *Syn.* Occaſus, obitus. *Epi.* Acerbus. crudelis, immaturus, juſtus, optatiſſimus, paternus, perceler, repentinus, ſimilis, univerſus, voluntarius. *Uſus.* Natura omnium rerum interitus atque obitus conficit. Nihil non aliquando ad interitum redigetur. Ea res interitum reipublicæ afferet. Interitus & diſſipatio. V. *Ruina, excidium.*

Interloquor, eris, locutus ſum, loqui. darzwiſchen reden. *Uſus.* Siccine mihi interloqueris?

Interluceo, es, luxi, ere. darzwiſchen ſcheinen. *Syn.* Eluceo, emineo. Inter dignitatis fortunæque gradus hoc interlucet, *hoc discrimen eſt*, iſt dieſer Unterſcheid.

Intermedius, a, um. mittelſter. *Syn.* Medius, interjectus, intermiſſus. *Uſus.* Planities intermiſſa collibus, urbemque inter & flumen intermedia. Eſt quidam interjectus, intermedius, & quaſi temperatus, in neutro excellens, utriusque particeps, vel utriusque potius expers. V. *Medius.*

Interminatus, a, um. ohne Ende. *Syn.* Infinitus, immenſus, æternus.)(*Terminatus.*

Interminor, aris, atus ſum, ari. drohen. unterſagen. *Syn.* Minor. V. *Minari.*

Intermiſſio, onis, f. Unterlaſſung, das Ausſetzen. *Syn.* Intervallum, intercapedo, relaxatio. *Uſus.* Nunc propter intermiſſionem forenſis operæ ſine ulla intermiſſione temporis dies noctesque litteris vaco.

Intermitto, is, miſſum, ere. unterlaſſen. *Syn.* Interdum conquieſco, intermiſſionem facio.)(*Retineo. Adv.* Jam diu. *Uſus.* 1. In maximis occupationibus non nunquam intermitto ſtudia doctrinæ, conſuetudinem priſtinam. 2. Planities intermiſſa collibus. Paucis diebus intermiſſis, entzwiſchen verſtreichen.

Intermorior, eris, mortuus ſum, mori. abſterben. *Syn.* Pereo, morior. *Uſus.* Nullum apud te officium intermoritur.

Intermundia, orum, n. Raum zwiſchen zwo Welten. *Syn.* Spatium inter mundos Epicuri interjectum. *Uſus.* Tanquam modo ex Epicuri intermundiis deſcendiſſet.

Internecinus, a, um, verderblich, höchſt ſchädlich. *Syn.* Crudelis, inexpiabilis, ubi neceſſe ſit omnes necari. *Uſus.* Bellum internecinum.

Internecio, onis, f. gänzliche Niederlage, Verderben, Untergang. *Syn.* Exitium, interitus, exſtinctio. *Epi.* Magna. *Uſus.* Internecionem facere. Internecione cives liberare. V. *Cædes.*

Interneco, as, cui, ctum, are alles niedermachen, ermorden. *Uſus.* Hoſtibus internectis. V. *Interficio.*

Internoſco, is, novi, ere. unterſcheiden, kennen. *Syn.* Secerno, diſcerno. *Adv.* Difficulter, perdifficiliter. *Uſus.* Verum a falſo, dignumque, an indignum ſit, internoſcere. V. *Diſcerno.*

Internuntius, ii, m. Unterhändler. *Syn.* Interpres. *Epi.* Aſſiduus. *Uſus.* Aſſiduis cum illo internuntiis egi.

Intero, is, trivi, tritum, ere. einbrocken. *Uſus.* Tui intriviſti, tibi exedendum eſt.

Interpellatio, onis, f. Einrede, Störung in der Rede. *Syn.* Interventus. *Uſus.* Interpellatione mei familiaris interrupta eſt mea epiſtola.

Interpellator, oris, m. Verhinderer, Störer. *Syn.* Interventor. *Epi.* Minus moleſtus. *Uſus.* In litteris ſine interpellatoribus moleſtis verſor.

Interpello, as, avi, atum, are, verhindern, einreden, die Rede unterbrechen. *Syn.* Interrumpo, impedimento ſum. *Adv.* Odioſe, paullum. *Uſus.* Tu vero me interpelles & appelles, ut obloquare & colloquare, velim. Ab aliquo interpellari. V. *Impedio.*

In-

Digitized by Google

Interpolo, as, avi, atum, are. verbessern, erneuern. R. ἀπόλεω, verto. Syn. Renovo. Usus. Togam prætextam quotannis interpolare. Ædes interpolare. Demendo, mutando, curando, ne littera appareat, interpolando.

Interpono, is, posui, positum, ere. dazwischen legen. Syn. Interjicio, in medio colloco. Adv. Facete. Phras. 1. *Medias orationi leviora argumenta interponimus*, die geringern Beweißthümer setzen wir in die Mitte der Rede. Leviora argumenta mediæ orationi inseximus, includimus, inferimus, interjicimus; in mediam orationem conjicimus, conferimus; levioribus argumentis in media oratione locum damus. 2. *His me causis non interponam*, ich werde mich in diese Händel nicht legen. In res tam ancipites & tumultuosas me non immittam; non inferam, non intrudam, non offeram, non implicabo, non miscebo; curando aliena non me eo sciens prudensque demittam, unde exitum videam nullum. V. Implico. Usus. Sæpe etiam versus interponitur. Se, suam fidem in aliquam rem interponere. Auctoritatem suam ac operam, studium, laborem pro aliquo interponere. Non interpono meum judicium. Audaciæ alicujus se, legem, religionem interponere.

Interpositio, onis, f. Unterhandlung. Epi. Difficilior. Usus. Cum personarum certarum interpositione.

Interpositus, us, m. Zwischenkunft. Syn. Interjectio. Usus. Interpositus terræ.

Interpres, etis, m. Dolmetscher, Ausleger. Syn. Explanator, internuntius, conjector. Epi. Præclarus, religiosus. vaferrimus. Interpretes exercitatissimi, fallaces, indiserti, molles, prudentissimi, publici, veteres. Usus. Interpretes Poëtarum Grammatici. Astrologus cœli interpres. Per interpretem agere, loqui. Per amicos, sequestres & interpretes judicium corrumpere.

Interpretatio, onis, f. Auslegung, Deutung. Syn. Notatio, Etymologia. Epi. Satis acuta, nimis callida, indigna, magna, malitiosa, mendax, non molesta. Usus. Juris, verbi, scripti vis & interpretatio. Somnia interpretatione explicare.

Interpretor, aris, atus sum, ari. auslegen. Syn. Interpretationem facio, expono, interpretatione explico, expono; rem obscuram declaro. Phras. 1. *Interpretari Græcos Platonis libros*, die griechischen Bücher des Plato übersetzen. Platonem de græcis convertere; Græca prope iisdem verbis Latine versa dicere. Quæ Plato Græco sermone tractavit, Latinis litteris mandare. Græca latine reddere; in Latinum convertere; de Græcis latine dicere; in Latinum transferre; Latine sermoni, Latinæ consuetudini tradere. 2. *Eam rem varie interpretabantur homines*, diese Sache hat man unterschiedlich aufgenommen, und ausgelegt. Eam rem alii alio trahebant; alii civile id rebantur, quidam ad savitiam trahebant; ea res non uno modo ab omnibus accepta est; alias in superbiam vertentibus, ac per ambitionem factam memorantibus; aliis benignius interpretantibus; res accepta aspere a plerisque omnia prave æstimantibus; in deterius referentibus; in deterius recta detorquentibus; mollius contra ab aliis, ex indole mitiore, facta æstimantibus. V. *Accipio in bonam vel malam partem*. Usus. Legum, verborum vim interpretari. Interpretari voluntatem alicujus ex facto. Dicta male, vel mitiorem in partem interpretari.

Interpunctio, onis, f. Unterscheidung. Syn. Interpunctum, interductus. Usus. Res parvæ prope in singulis litteris, atque interpunctionibus verborum occupatæ.

Interpunctum, i, n. Unterscheid. Syn. Interpunctio, distinctio. Usus. Interpuncta verborum.

Interpunctus, a, um. unterschieden. Syn. Distinctus. Usus. Interpuncta alias & distincta intervalla orationis delectant.

Interquiesco, is, quievi, etum, ere. dazwischen ruhen. Syn. Requiesco. Adv. Paulum.

Interregnum, i, n. Zwischenregierung bey erledigtem Throne. Syn. Tempus, quo rege vacat regnum, dum novus creetur. Usus. Res ad interregnum spectat, venit, deducta est.

Wagner.

Digitized by Google

Interrex, regis, m. Reichsverweſer, Statthalter. *Syn* Qui demortui regis locum tenet. *Uſus.* Interregem facere, creare, eligere, prodere

Interrogatio, onis, f. eine Frage *Epi.* Interrogationes captioſæ, fallaces, faciles, aptæ, pauciſſimæ, ſtultiſſimæ.

Interrogatiuncula, æ, f. kleine Frage. *Epi.* Interrogatiunculæ anguſtæ, minutæ, *Uſus.* Cato minutis interrogatiunculis, quaſi punctis, quod propoſuit, effecit.

Interrogo, as, avi, atum, are. fragen. *Syn.* Quæro, percunctor, rogo, requiro, ſciſcitor, rogito *Phraſ Multis eum interrogavi*, ich habe ihn öfters gefragt Interrogando urſi, quæſivi de eo, quid egiſſet; requirebam ex eo, ſciſcitabar; captioſo etiam interrogationis genere utebar; percontabar ſolicite, rogitabam, nihil tamen percontationibus ex eo exſculpere poteram. *Uſus.* Interrogari ab aliquo de aliqua re.

Interrumpo, is, rupi, ruptum, ere. unterbrechen. *Syn.* Interpello, dirimo. *Uſus.* Pontem interrumpere. Amicitiam interruptam inſtaurare. Interruptis ac morientibus vocibus.

Interrupte, unterbrochen.)(*Continenter. Syn.* Interciſe, inciſim.

Interſcindo, is, ſcidi, ſciſſum, ere. entzweyſchneiden, abbrechen. *Uſus.* Pontem ei a tergo interſcindi juſſit

Interſcribo, is, pſi, ptum, ere. darzwiſchen ſchreiben. *Uſus.* In litteris tuis aliquid interſcripſi.

Interſeco, as, cui, ctum, are. zerſpalten. *Syn.* Seco.

Interſepio, is, pſi, ptum, ire. unterzäunen. *Uſus.* Urbem vallo interſepire.

Interſeptus, a, um. verzäunet, verlegt, vermacht. *Syn.* Intercluſus, obſtructus, vallatus, munitus. *Uſus.* Iter ad gloriam nemini eſt interſeptum.

Interſpiratio, onis, f. das Athemholen zwiſchen dem Reden. *Syn.* Reſpiratio. *Uſus.* Æqualibus interſpirationibus uti.

Interſum, es, eſſe. dabey ſeyn. *Syn.* Adſum.)(*Abſum. Uſus.* 1. Conſiliis, in conſiliis aliorum intereſſe. Ipſe interfui, præſens vidi. 2. *Intercedo*, darzwiſchen ſeyn. Inter eos Tiberis & pons intereſt. V. *Præſens, coram.*

Intertrimentum, i, n. Verluſt, Schade. *Syn.* Detrimentum.

Interturbatio, onis, f Beunruhigung. *Uſus.* Animi interturbatio.

Interturbo, as, avi, atum, are. beunruhigen. *Syn.* Valde turbo.

Intervallum, i, n. Weite, Zwiſchenraum. *Syn.* Spatium, discrimen. *Epi.* Infinitum, longum, majus, minimum, perlongum, latum, tantum; intervalla æqualia, certa, diſtincta, interpuncta, dupla & tripla, imparia, modica, multa, reliqua, ſeſqui altera. *Uſus.* 1. Temporum locorumque intervallo longo disjuncti ſumus. Dolor ſi longus, eſt levior: dat enim intervalla & relaxat. Intervalla vocis, ſonorum in loquendo. 2. *Temporis ſpatium*, Zeit. Tanto intervallo ad te reviſi. Longo intervallo te non vidi. Atticiſmus mihi ex intervallo reguſtandus eſt. V. *Spatium.*

Intervenio, is, veni, ventum, ire. darzwiſchen kommen. *Syn.* De improviſo venio, incurro; intercedo, interſum. *Uſus.* Vereor, ne moleſti quidam loquentibus nobis interveniant. Caſu interventum eſt.

Interventor, oris, m. Verhinderer. *Uſus.* Vacuo ac ab interventoribus liberiore die.

Interventus, us m. Darzwiſchenkunft. *Syn.* Inopinatus adventus. *Uſus.* Interventu ejus & interpellatione jurgium diſcuſſum eſt.

Interverto, is, verti, verſum, ere. unterſchlagen, wegſtehlen. *Syn.* Præripio, intercipio. *Uſus.* Dona, pecunias ædilitatem intervertere alicui, atque ad ſe transferre

Inviſo, is, ſi, ſum, ere. heimſuchen. *Syn.* Inviſo. *Adv.* Crebro V. *Viſo.*

Inteſtabilis, e. untüchtig zum Zeugen. *Syn.* Qui nec teſtem agere, nec teſtimonium facere poteſt. *Uſus.* Homo ſacer, ſceleratus & inteſtabilis.

Inteſtato, ohne Teſtament. *Syn.* Nullo facto teſtamento. *Uſus.* Inteſtato mortuus eſt.

Inteſtatus, a, um. der kein Teſtament gemacht hat. *Syn.* Inteſtato mortuus.

Inteſtinum, i, n. Eingeweid, Darm. *Syn.* Ilia, viſcera. *Epi.* Medium. *Uſus.* Graviter ex inteſtinis laborare

rabem. Tum adstringentibus se intestinis, tum relaxantibus.

Intestinus, a, um. einheimisch. *Syn.* Domesticus, interior.)(*Extraneus.* *Usus.* Occultum, intestinum bellum. Intestinum, inclusum malum. Intestinus timor, dolor.

Intexo, is, xui, textum, ere. einweben. *Syn.* Contexo, interpono, implico. *Adv.* Prudenter. *Usus.* Aliquid in causa prudenter intexere. Vestis coloribus variis intexta.

Intime, inniglich. *Syn.* Enixe, ex animo. *Usus.* Intime aliquem commendare.

Intimus, a, um. der innerste. *Syn.* Reconditus, arcanus, familiaris. *Phras.* *Intima sua mihi concredit*, er vertraut mir alle Heimlichkeiten. Ad intima ejus consilia perveni; arcana omnia abditosque sensus speculor; arcana omnia vel ipso prodente cognosco; arcana ejus omnia elicio. Intimus sum ejus consiliis; nihil consiliorum ejus me latet. V. *Arcanus.* *Usus.* 1. Intimi sensus animi, consilia intima. Ex intima arte & Philosophia multa disputavi. 2. *Domesticus*, *familiaris*, Vertrauter. Antonius Clodio intimus. Est in meis intimis. Tectissimus ad alienos, intimis apertior sum.

Intingo, is, tinxi, tinctum, ere. eintunken. *Syn.* Madefacio, humecto.

Intolerabilis, e. unverträglich. *Syn.* Non ferendus, intolerandus.)(*Tolerabilis.* *Adv.* Admodum. *Phras.* *Intolerabilis est ejus arrogantia*, sein Hochmuth ist unleidlich. Res est indigna, acerba & omnibus intoleranda; immensa est ejus, nec ferenda insolentia. Quis hominem cum ea superbia & insolentia ferat? *Usus.* Dolor, foeditas intolerabilis.

[illegible], a, um. unerträglich. [illegible]rabilis. *Usus.* Intoleranda [illegible]

[illegible], g. o. unleidsam. *Syn.* [illegible] impotens. *Usus.* Cor[illegible] intolerantissima. V. [illegible]

[illegible] unleidlich. *Syn.* Insolen[illegible] [illegible]ranter dolere, se [illegible]

[illegible] f. Unerträglichkeit. [illegible] *Usus.* Hæc non [illegible] sed regis intoleran[illegible]

Intono, as, ui, itum, are. donnern, poltern. *Syn.* Tono, sono. *Usus.* Hesterna concione vox ejus intonuit.

Intonsus, a, um. ungeschoren.)(*Tonsus.* Coma intonsa.

Intorqueo, es, torsi, tortum, ere. umdrehen. *Syn.* Immitto, jacio, jaculor. *Usus.* Telum, calumniam intorquere in aliquem.

Intra, innerhalb. *Syn.* Inter, in interiore parte. *Usus.* 1. Intra muros. Hæc intra decem annos sunt gesta. 2. *Minus quam necesse sit*, weniger als vonnöthen wäre. Intra modum loqui. Epulamur non modo non contra legem, sed etiam intra legem.

Intractatus, a, um. nicht abgerichtet, wild. *Usus.* Equus intractatus, indomitus.

Intremo, is, ui, ere. erzittern. *Syn.* Tremo.

Intrepide, unerschrocken. *Syn.* Sine pavore, audacter, posito metu.

Intrepidus, a, um. unerschrocken. *Syn.* Impavidus, timore solutus. V. *Audax.*

Intricor, as, aris, atus sum, ari. verwirren.)(*Extrico.* V. *Implico.*

Intro, hinein. *Usus.* Ire, ferre intro.

Intro, as, avi, atum, are. hinein gehen. *Syn.* Introeo, ineo, subeo, ingredior, accedo.)(*Exeo.* *Adv.* Penitus. *Phras.* *Tu meam domum intrare ausus es?* du hast dich getrauet in mein Haus zu gehen? Tu meas ædes accedere; tu vestigium in ædes facere; tu intro te conjicere ausus es? Tu eo pedem inferre; tu vestigium ibi ponere; eo te inferre; pedem ibi ponere ausus es? V. *Ingredior.* *Usus.* Intrare limen, domum, regnum. In alicujus familiaritatem intrare. V. *Ineo.*

Introduco, is, xi, ctum, ere. hinein führen. *Syn.* Induco, facio, adduco, fingo. *Usus.* Consuetudinem, ambitionem in urbem introducere. Illum reprehende, qui initium introduxit. Introducere aliquem loquentem.

Introductio, onis, f. Einführung. *Usus.* Adolescentum nobilium introductiones judicibus pro præmio fuere.

Introeo, is, ivi, itum, ire. hinein gehen. *Syn.* Intro.)(*Exeo.* *Adv.* Honeste. *Usus.* In urbem, in vitam introire. V. *Intro*, *ingredior.*

Introfero, fers, ferre. hineintragen. *Usus.*

Digitized by Google

Usus. Noctu introferri solitus est ad mulierem.

Introitus, us, m. Eingang. *Syn.* Aditus. *Epi.* Apertus, clandestinus, desertus, nocturnus, primus. *Usus.* 1. Ad omnes portas & introitus armatos homines opponit. 2. *Ingressio, initium*, Anfang. Hic fit introitus defensionis.

Intromitto, is, misi, missum, ere. einlaſſen.)(*Emitto. Usus* Limen patefactum est, ut intromissus me in lecto trucidaret.

Introrsum, *vel* introrsus, einwärts. *Usus.* Introrsum turpis.

Introspicio, is, spexi, spectum, ere. hineinſchauen *Syn.* Inspicio. *Adv.* Penitus. *Usus.* Agite, inferte oculos in curiam, introspicite omnes reipublicæ partes, perspicite omnium mentes. V. *Considero.*

Introvoco, as, avi, atum, are. hineinrufen. *Syn.* Accerso, advoco.)(*Revoco.*

Intrudo, is, trusi, trusum, ere. eindringen. *Usus* Ipse se inferebat, intrudebat V. *Implico, interpono.*

Intueor, eris, tuitus sum, eri. anſehen. *Syn.* Video, contueor, contemplor, aspicio. *Adv* Acriter, bene, paullisper, studiose. *Phras. Hic mos est hominum, ut in repentinis adversisque casibus coelum intuentur*, die Leute pflegen in gähen und widerwärtigen Zufällen gen Himmel zu ſchauen. Ut siquid præter opinionem & contra voluntatem accidit, cœlum fuspiciant, aspectent; ad cœlum spectent, oculos tollant, aciem oculorum intendant. 2. *Immotis oculis me intuetur*, er ſchauet mich beſtändig an. Aciem in me intendit, exacuit, exercet; oculos in me defigit; hæret in vultu meo; oculos a vultu non movet. V. *Aspicio. Usus.* Intuebamur, nec tuendi satietas nos capere poterat. Intueri aliquid oculis, animo complecti. Animo aliquem infesto, iniquo, infenso intueri. Aliquid acriter intueri. V. *Video.*

Intumeo, *vel* Intumesco, is, tumui, ere. ſchwellen. *Syn.* Inflor, in tumorem convertor. V. *Tumeo.*

Intus, darinnen.)(*foris. Usus.* Intus inclusum periculum, intus equus Trojanus.

Invado, is, vasi, vasum, ere, anfreifen, anfallen. *Syn.* Adorior, impetum facio, involo, irruo, irrumpo, peto, vim facio, incurro in aliquem, incurso, invehor. *Phras. Invasit hominem terror*, den Menſchen hat ein Schrecken überfallen. Incidit terror animo hominis; incessit hominem terror; repentino terrore perculsus est. V. *Terror. Usus* Invadere aliquem, in alicujus nomen; in prædam. Mirus hominem furor, dolor, terror invasit. V. *Aggredior, Impetus. Adorior.*

Invalesco, is, valui, ere. überhand nehmen, ſtark werden. *Syn.* Novas vires sumo, corroboror, confirmor, firmior fio. *Usus.* Invaluit, potentius jam malum est quam ut sedari possit. Invaluit adeo ejus audacia, & vetustate corroborata est. V. *Crescо.*

Invaletudo, inis, f. Unpäßlichkeit. *Syn.* Valetudo infirma. *Usus.* Invaletudine tua valde commoveor & conturbor.

Invalidus, a, um. ſchwach, unkräftig. *Syn.* Infirmus. *Usus.* Invalidi milites. V. *Debilis, infirmus.*

Invectio, onis, f. Einführung.)(*Exportatio. Usus.* Rerum, quibus abundamus, exportatio; quibus egemus, invectio.

Invehо, is, xi, ctum, ere. einführen. *Syn.* Importo. *Adv.* Acerbius, aperte, asperius, contumeliosius, copiose, graviter, liberius, paratius, petulanter, rhetorice, vehementius. *Usus.* 1. Pecunia in ærarium invectæ. Quemcunque casum fortuna invexerit, feram. 2. *Insurgo in aliquem, objurgo*, einen anfahren mit Worten, auf einen los ziehen. Acerbe in aliquem invehi, maledicere, insectari. Vehementius in illum augatorem invehebat. Invehens in Catonem Cæsar. V. *Objurgo.*

Invenio, is, veni, ventum, ire. finden. *Syn.* Reperio, deprehendo, perveſtigo, nanciscor, excogito. *Adv.* Acute, plane, sapientius, subdole, versute. *Phras. Plerasque artes Græci invenere*, die meiſten Künſte ſind von den Griechen erfunden worden. Græcia inventrix doctrinarum, primi artes peperere, protulere Græci; artium plerarumque cognitionem Græcia aperuit;

ar-

Digitized by Google

[illegible] incunabula plurimarum in Græcia sunt. V. *Excogito*. *Usus*. Facinus, astutiam, crimen, remedium, rationem invenire & comminisci. Invenio, te in culpa esse.

Inventio, onis, f. Erfindung, Entdeckung. *Usus*. Illa quæ investigat occulta, inventio & excogitatio dicitur.

Inventor, oris, m. Urheber, Erfinder *Syn* Auctor. *Usus*. Cicero princeps & auctor copiæ verborum, inventor, compositor, architectus.

Inventrix, icis, f. Urheberinn, Erfinderinn. *Usus*. Inventrix & magistra legum Philosophia.

Inventum, i, n Erfindung. *Epi*. Probabile, necessarium, antiquis divinum. *Usus*. Tot artes, tot scientiæ, tot inventa. Eorum inventis & legibus omnem rempublicam constitutam habemus.

Invenustus, a, um. unartig, unlieblich. *Usus*. Quod proposuit, explicat expedite non invenustus auctor.

Inverecundus, a, um. unverschämt. *Syn*. Impudens, non verecundus.)(*Verecundus*. *Usus*. Inverecundum animi ingenium possidet. V. *Impudens*.

Inversio, onis, f. Verkehrung. *Syn*. Ironia. *Usus*. Inversio verborum.

Inverto, is, verti, versum, ere. verkehren. *Syn*. Immuto, verto, perverto. *Usus*. Pompejus totum nobis negotium invertit Quam cito se invertit! V. *Verto*.

Investigatio, onis, f. das Nachspüren, Erkundigung. *Syn*. Inquisitio, indagatio, conquisitio veri. *Epi*. Facilior, propria.

Investigator, oris, m. Nachforscher. *Epi*. Acer & diligens. *Usus*. Varro diligentissimus investigator antiquitatis.

Investigo, as, avi, atum, are. nach [illegible], nachforschen. *Syn*. Exquiro, [illegible], scrutor, perscrutor, perquiro, [illegible], vestigiis odoror. *Adv*. [illegible]. *Usus*. Perquirere, pa[illegible] investigare conjurationem. V. [illegible], *quæro*.

Inveterasco, is, f. invetero, as, avi, atum, [illegible] alt werden, einwurzeln. [illegible]. *Usus*. Nihil invete[illegible], nihil extingui, nihil cadere [illegible], in quibus beata vita [illegible] inveteravit jam ea opinio. [illegible] insedit, & inveteravit in nomine populi Romani. Inveterata nostra amicitia.

Inveteratio, onis, f. das Einwurzeln. *Usus* Ut in corporibus inveteratio ægre pellitur, sic in animis perturbatio.

Invicem, einander. *Syn*. Mutuo, vicissim. *Usus*. Totos dies eramus simul invicem.

Invictus, a, um. unüberwindlich. *Syn*. Qui vinci non potest, inexpugnabilis, insuperabilis)(*Devictus*. *Usus*. Quibus viris respublica invicta stat? nomen invictissimi Imperatoris consecutus. Animi excelsi atque invicti magnitudo. V. *Fortis*, *facta egregia*.

Invidentia, æ, f. das Beneiden.)(*Misericordia*. *Usus* Invidentia est ægritudo suscepta propter alterius res secundas, quæ nihil nocent invidenti. V. *Invidia*.

Invideo, es, di, sum, ere. neiden. *Syn*. Alienis bonis mœreo.)(*Faveo*. *Adv*. Aperte, maxime, obscure, occulte, paullulum, vehementer, valde, sane. *Phras*. *Multi mihi invident*, viele beneiden mich. Sunt, quos meus in hac republ. splendor offendat, lædat, pungat, angat, sollicitet, afficiat, urat, torqueat, excruciet, gravius afficiat. Non desunt, quos mea dignitas, mea amplitudo male habeat; quibus dolori sit meus honor. Florere me dignitate, existimatione, honore; tantum honoris mihi haberi nonnulli moleste, graviter, acerbe, ægre, iniquo animo, non satis æquo animo ferunt. Angit animos quorundam hic splendor meus; sollicitos habet quosdam hæc dignitas mea. Valde me multorum invidia exercet; multum est mihi cum invidis negotii; novi multorum animos in me malevolentia suffusos; invident multi mihi, mordent clanculum. V. *Invidus*. *Usus*. Alterius honori, virtuti, fortunis præstantibus & florentibus invidere.

Invidia, æ, f. Misgunst, Abgunst, Neid. *Syn*. Malevolentia, offensio. *Epi*. Aliena, communis, detestanda, falsa, imbecilla, iniquissima, inveterata, justissima, magna, par, popularis, recens, senatoria, singularis, summa, tribunitia, vehemens. *Phras*. 1. *Invidiam alicui conflare*, einen in Misgunst bringen, verhaßt machen. Invidiam alicui concitare, commovere, face-

facere, parare; in invidiam rapere, vocare, adducere; invidiam facti conferre in alterum; invidia gratiæ externæ onerare aliquem; lacerare invidia clarissimum quemque; invidiæ mactare. 2. *Invidiam incurri*, **ich bin in Mißgunst gekommen.** In invidiam veni; invidiam subii; in invidiam adductus sum; invidiam contraxi. 3. *In invidia sum apud omnes*, **ich bin bey allen verhaßt und in Mißgunst.** Invidiam omnem omnium habeo, sustineo; in invidia sum; ex invidia laboro; invidia premor, flagro, conflagro, ardeo aliena. Invidia sum præcipua inter omnes. V. *Odiosus*, *invidiosus*, *odium*. 4. *Modestia invidiam lenit*, **die Eingezogenheit pflegt Neid und Mißgunst zu lindern.** Invidiam modestia sedat, comprimit, restinguit, exstinguit; modesta vivendi ratio multum de invidia opum deonerat; invidia levat, liberat, efficit, ut invidia ponatur, deponatur, decedat; ut invidiæ quasi sanguis mittatur. *Usus.* Invidiam alicui conflare. Invidiam augere, inflammare, **die Mißgunst vermehren.** Invidiam a se transferre, **den Neid von sich auf einen andern schieben.** Aliena splendere invidia, **durch Verleumdung der andern sich in Gunst und Ansehen setzen.** Disrumpi, æstuare invidia, **vor Neid** berſten.

Invidiola, æ, f. **kleine Mißgunst, Neid.** *Usus.* Nescio, quid inter eos invidiolæ exortum est.

Invidiose, mißgünstig. *Syn.* Odiose. *Usus.* Invidiose aliquem criminari.

Invidiosus, a, um. **verhaßt.** *Syn.* Odiosus, invisus, invidiam habens. *Phras.* 1. *Invidiosa est ea dignitas*, **diese Würde ist sehr verhaßt.** Magnam habet ea dignitas invidiam; multorum luminibus officit; multorum luminibus obstruit ea fortunæ meæ amplitudo; invidiæ est; in invidia est ea dignitatis amplitudo; urit animos multorum dignitatis ista species. V. *Invideo.* 2. *Invidiosus est*, *multisque invisus*, **er ist bey vielen verhaßt.** In summam plurimorum invidiam incidit; nulla fruitur hominum benevolentia; premitur odio multorum; in odio, in invidia est apud multos; pauci sunt, qui illi faveant; qui bene sint in illum animati; qui bene de illo existiment. V. *Odiosus*, *invisus*. *Usus.* Invidiosæ possessiones. Erit hoc tibi invidiosum. Aliquis invidiosus, ac multis offensus.

Invidus, a, um. **neidisch.** *Syn.* Obtrectator, niger, malevolus, lividus, iniquus, maledicus, inimicus, alienis bonis mœrens. *Phras.* 1. *Multi sunt tibi invidi*, **du hast viele Neider.** Multi sunt tuæ laudis inimici; multos habes obtrectatores malevolentissimos; multorum de te minus commodi sermones a malevolentia profecti volitant, lacerant te, famamque tuam invidi non pauci; magna invidiæ pestis tibi imminet, in te conflata est. 2. *Nunquam desunt invidi*, **es fehlt niemals an Neidern.** Nunquam desunt pestes quædam hominum aliena laude dolentium, alienis bonis mœrentium; ubique incurras in homines malevolos, lividos, & ad criminationem expeditos. Quis est, quem nulla unquam attigit invidia? qui invidiam non experiatur? quem non mordeat aliorum invidentia? V. *Invideo*, *invidia*.

Invigilo, as, avi, atum, are. **fleißig wachen** *Syn.* Cum cura & sollicitudine vigilo *Phras.* *Scito*, *me quieti publicæ invigilare*, **du mußt wissen, daß ich auf die allgemeine Ruhe Acht habe.** Scito, me in speculis esse; in specula collocatum, constitutum; scito, mihi quietem publicam curæ esse; meæ curæ ac vigilantiæ esse demandatam; excubare me animo; curas meas omnes, consilia, cogitationes in tuenda quiete publica evigilare. V. *Solicitus.*

Inviolate, unversehrt. *Syn.* Integre, incorrupte.

Inviolatus, a, um. **unverletzt.** *Syn.* Integer, incorruptus.)(*Violatus.* *Usus.* Inviolata stabit vestra amicitia.

Inviso, is, visi, visum, ere. **heimsuchen.** *Syn.* Viso, visito. *Usus.* Sæpius domum nostram invisas, rogo. V. *Viso.*

Invisus, a, um. **verhaßt.** *Syn.* Odiosus, quem æquo animo videre, ferre, intueri non possumus; qui in odio est apud aliquem. *Usus.* Quo quis callidior & versutior, hoc invisior & suspectior est. V. *Odiosus.*

Invitamentum, i, n. **Einladung, Anlockung.** *Syn.* Invitatio, incitamentum. *Epi.* Multum. *Usus.* Multa ha-

Digitized by Google

habet invitamenta urbis & fori. Invitamentum afferre. V. *Illecebra.*

Invitatio, onis, f. Einladung *Epi.* Crebra, liberalis. *Usus.* Invitationes, adventusque nostrorum hominum.

Invitatus, us, m. das Einladen *Syn* Invitatio. *Usus.* Primo mea sponte, deinde invitatu tuo hoc egi.

Invite, ungern. *Syn.* Repugnanter, invito.

Invito, ungern. *Syn.* Invite.

Invito, as, avi, atum, are. einladen. *Syn.* Voco, allicio.)(*Deterreo, deborter. Adv.* Aliquoties, benigne, beneficentissime, liberaliter, magnifice, passim, publice, studiose, vulgo. *Phras. Ad coenam me invitavit*, er hat mich zum Abendessen gebeten. Ad coenam me devocavit; adhibuit ad convivium; convivam sibi esse me voluit; vocatu ejus coenandum mihi erat apud illum; ad coenam me vocavit; coenam dedit; coena me accepit. *Usus.* Tu invita mulieres, ego viros accivero. Quis est, qui eum tecto domoque non invitet? Invitare aliquem, & allicere praemiis ad agendum aliquid. Glocia invitari ad magna audenda. V. *Voco.*

Invitus, a, um. ungern. *Syn.* Non libenter, rogatus, recusans, tergiversatus, contra voluntatem, repugnans, repugnanter, coactus, dolens, perinvitus. *Phras.* 1. *Invitus illum adii*, wider meinen Willen bin ich endlich zu ihm gegangen. Cum magna mea molestia illum compellavi; adversante & repugnante natura; contra voluntatem meam; cunctabundus, diuque reluctans, ac tergiversatus; prope resistens ad eum pertractus fui; ingratiis & coactus ad illum attrahendus fui. 2. *Quanquam invitus, munus tamen in republica suscepi*, ich habe endlich dieses Amt, wiewohl ungern, angenommen. Quanquam gravatus, accessi tamen ad rempublicam; quanquam abhorrerem reipublicae tractationem; quanquam mihi nihil inimicius, nihil molestius forensi illo strepitu; tamen, ingratiis licet meis, in has quotidianas dimicationes me obtuli; non sine aliqua molestia & resistenti similis dignitatem eam admisi; commovebar equidem oblato eo honore, onusque impositum fremens moerensque accedi; extorquendum erat invito, atque ingratiis, ut honorem eum admitterem; prope restitanti munus id injunctum est; ad honoris ejus insignia frontem cum adducerem, vultum averterem, jugum tamen ad extremum, quanquam invitus recepi. V. *Abhorreo, Nolo. Usus.* Invitus, per vim & imperium feci Sapiens nihil facit invitus, dolens, coactus Eae molestiae, dudum enim circumrodo, invito devorandae sunt.

Invius, a, um. ungangbar.)(*Pervius. Usus.* Invii saltus.

Inultus, a, um. ungerochen. *Syn.* Impunitus. *Usus.* Inultum aliquid pati, relinquere. V. *Impunitus.*

Inundo, as, avi, atum, are. überschwemmen. *Syn.* Alluo, obruo. *Phras.* 1. *Aqua inundat late omnia*, das Wasser überschwemmet alles. Effert aqua se alveo; alveum exit; extra alveum effunditur; littora superat, transgreditur; diffunditur unda, camposque circumjectos rigat; fluctibus terram occupat; effusus super ripas amnis campos segetesque operit. *Usus.* Terram inundat aqua.

Invoco, as, avi, atum, are. anruffen. *Syn.* Imploro. *Usus.* Lucinam in pariendo invocant. Sociorum subsidium invocare. V. *Imploro.*

Involatus, us, m. das Fliegen. *Syn.* Volatus avium.

Involo, as, avi, atum, are. anfallen. *Syn.* Invado. *Usus.* Involare in aliena. V. *Impetus.*

Involucrum, i, n. Decke, Umschlag. *Syn.* Integumentum. *Epi.* Involucra multa. *Usus.* Multis simulationum involucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur hominis natura. Clypei involucrum.

Involvo, is, vi, utum, ere. einwickeln. *Syn.* Circumplico.)(*Evolvo. Usus.* Litteris me involvo. Virtute sua se involvere. Occulta, involuta, latentia aperire Videbam pacis nomine involutum fore bellum.

Inurbane, unhöflich *Syn.* Insulse, inconcinne.

Inurbanus, a, um unhöflich. *Syn.* Insulsus, infacetus, inhumanus, inops humanitatis, ineptus, odiosus, putidus.)(*Urbanus.* V. *Ineptus*

Inuro, is, ussi, ustum, ere. aufbrennen. *Syn.* Infligo, imprimo. *Usus.* Aeternas alicujus nomini maculas, famam superbiae alicui, dolorem ossibus

bus & cineri alicujus inurere. Censoriæ severitatis notam alicui inurere. Odium inustum penitus hominum mentibus.

Inusitate, **ungewöhnlich**. *Syn.* Insolenter.

Inusitatus, a, um. **ungebräuchlich**. *Syn.* Insolens, inauditus, præter consuetudinem, novus.)(*Usitatus. Usus.* Inusitata sunt, prisca fere & vetusta, ac ab usu quotidiani sermonis intermissa. Ecquid in rebus inusitatis Græcorum more verbis etiam utamur inauditis. V. *Insolitus*, *novus.*

Inutilis, e. **unnütz**. *Syn.* Ad nullam rem utilis, ad nullam partem utilis, qui nulli usui est.)(*Utilis. Adv.* Summe. *Usus.* Pernicioſus & inutilis civis.

Inutilitas, tis, f. **Schade**. *Syn.* Damnum.

Inutiliter, **unnützlich**. *Syn.* Fruſtra. *Usus.* Fruſtra aliquid proferre, & inutiliter. V *Fruſtro.*

Invulneratus, a, um. **unverletzt**. *Syn.* Integer, inviolatus)(*Vulneratus.*

Jocatio, onis, f. **das Scherzen**. *Syn.* Jocus, urbanitas, cavillatio. V. *Facetiæ*, *jocus.*

Jocor, aris, atus sum, ari. **ſcherzen**. *Syn.* Cavillor, ludo, joco aliquid dico, *vel* facio. *Adv.* Familiarius, humaniſſime, libere. *Phraſ. Jocatur interdum*, **er ſcherzet bisweilen**. Ludit interdum, ac familiariter per risum & jocum facete cavillatur; jocos interdum cum familiaribus miſcet; jocoſe ſatis ludit interdum; jocularia interdum fundit; multa ridicula dicit; ſalibus utitur interdum; facetiarum & urbanitatis leporibus amicos exhilarat; ſales nonnunquam orationi aſpergit. V. *Nugor. Usus.* Familiariter cum ipſo cavillor & jocor. Homo in jocando ſuavis.

Jocoſe, **ſcherzhaft**. *Syn.* Facete, urbane. *Usus.* Hominem luſi jocoſe ſatis,

Jocoſus, a, um. **ſcherzhaft**. *Syn.* Facetus, urbanus.)(*Serius.* V. *Facetus*, *jocus.*

Jocularis, e. **lächerlich**, **poſſierlich**. *Syn.* Ridiculus, ludicrus. *Usus.* O licentiam jocularem! V. *Ineptus.*

Joculator, oris, m. **Scherzer**, **Poſſenreißer**. *Syn.* Nugator, narrator facetus, ad jocandum aptus. V. *Facetus.*

Joculatorius, a, um. **ſcherzhaft**, **poſſierlich**. *Syn.* Jocoſus, feſtivus. *Usus.* Joculatoria disputatio.

Jocus, i, m. **Scherz**. *Syn.* Ludus, riſus, facetiæ, lepor, ſales, hilaritas, feſtivitas, cavillatio. *Epi.* Comis, dignus, familiaris, ingenuus, oratorius, ſcurrilis, ſuavis. *Phraſ.* 1. *Ex joco fecit*, **er hat es ſcherzweiſe gethan**. Per jocum; per ludum & jocum; per riſum ac jocum; **animi** cauſa; joci cauſa; **joci gratia**; *joco*; ridiculi cauſa hæc facta ſunt. 2. *Sine joco*, **ohne Scherz**. Extra jocum; remoto joco; auſer nugas, & rem ſerio edisſere. 3. *Jocum ex re facere*, *vulg.* **aus der Sache einen Scherz machen**. In jocum vertere, trahere, convertere; rem joco accipere; in riſum vertere. 4. *Nemo ad jocos faciendos illo eſt aptior*, **es iſt niemand tauglicher zum Scherzen, als er**. Gratiæ hominem finxerint, lepores Attici educarint, neceſſe eſt, adeo prompto eſt ac extemporali ad jocationes ingenio; a Gratiis videtur fictus, adeo multus eſt in eo lepos, adeo venuſtæ ſermonis facetiæ; ſale facetiſque omnibus anteſtat; oratio **omnibus** ſalibus facetiſque abundat; *nihil* eſt illo homine feſtivius, facetius; ſermonis feſtivitate ingenuisque ſalibus nemo cum illo eſt conferendus; ejus feſtive dictis ac facetiis mire capiuntur omnes; ita ſcite, ita venuſte, lepide, argute ſermonem condit, ut audientes mira voluptate perfundat; ita facetiis valet, ut verba prope ſingula audientium riſus conſequatur; **comis in** eo verborum urbanitas, jocaque facetiarum plena. 5. *Fugiendi obſcoeni verborum joci*, **man muß ſich von ſchändlichen Scherzreden enthalten**. Omnis verborum obſcœnitas vitanda; abstinendum prætextatis verbis; joca ne infra ſoccum libera ſint ac ſoluta; genus jocandi illiberale ac petulans; Atellanæ fabulæ, verſusque Feſcennini noſtro in ſermone locum ne habeant. Omnis verborum laſcivia procul a congreſſu noſtro arceatur. *Usus.* Dicere aliquid per jocum, extra jocum. Non hilaritate, non laſcivia, nec riſu, nec joco, qui levitatis comes, beati ſumus; nec enim ad ludum & jocum facti ſumus.

Ipſe, a, um. **er ſelbſt**.)(*Alter. Usus.* Illo ipſo tempore. Ille ipſe Cæſar. Decem ipſos dies ibi fui. Iſtud

ipſum

Digitized by Google

ipſum miſerrimum puto. Hoc quid ſit, per ſe ipſum non video, ſed ex ſequentibus.

Ira, æ, f. **Zorn**. *Syn.* Iracundia, indignatio, ſtomachus, excandeſcentia. *Epi.* Acerbior, inveterata, naturalis, recens. *Phraſ.* 1. *Atrox calumnia ad iram me concitavit*, dieſe Schmachrede hat mich in Harniſch gebracht, hat mich zum Zorne bewogen. Bilem mihi movit, commovit, concivit; ad iracundiam me adduxit; ſtomachum mihi movit; ſtomachum mihi fecit; ad iram me impulit, induxit, incitavit; calumniæ indignitas movit animum; iram mihi movit; animum vehementer ſolicitavit, accendit; animum exaſperavit, odium exacerbavit; irritavit; iram provocavit; animum indignatione accendit atrocis calumniæ injuria, ira me implevit; iram exacuit, ſtomacho fuit atrocis calumniæ indignitas. 1. *Gravem iram concepi*, ich habe großen Zorn gefaßt. Iram imbibi vehementem & acerbam; ira animum cepit; ingentem molem iarum alto ex animo ciebam; exarſi graviter iracundia; excandui; ſtomachabar, commovebar vehementius; exarſi iracundia & ſtomacho; ingentes jam dudum iras in pectore volvebam; ira repente eſſerbui. V. *Iraſcor*. 3. *Iram ſuam in aliquem effundere*, ſeinen Zorn wider einen auslaſſen. Vertere iram in aliquem, factis ſimul dictisque odium explere; iracundiæ in aliquem indulgere; iracundiam exercere; iracundiæ ſervire, obſequi, parere; iram odiumque profundere in aliquem; omne virus acerbitatis in aliquem evomere, effundere; ſtomachum in aliquem erumpere; fremere; ſævire, furere, nec iræ modum reperire. 4. *Ira jam deficit*, der Zorn läßt ſchon nach, vergeht. Deferveſcit ira, remittit, decedit, abscedit; mollitur ira; deflagrat paullatim; animorum ille ardor reſidet; ira cadit. 5. *Iram depoſuit*, er hat ſeinen Zorn fahren laſſen. Iracundiam omiſit, demiſit; iram repreſſit, ſedavit, coërcuit, continuit; iram expedivit; miſſam fecit; ex animo ejecit. 6. *Iram ſedavit*, er hat den Zorn geſtillet. Leniter permulſit iram; ejus lenivit; iracundiæ faces exſtinxit; impetum animi delinivit; ardorem animi compreſſit. *Uſus.* Ira eſt libido puniendi ejus, qui videtur læſiſſe injuria, cum qua nihil recte, aut conſiderate fieri poteſt. Facere aliquid per iram. Iram gerere, concire, evomere. Ira incendi, ardere. Orta eſt inter illos ira. Ira deceſſit.

Iracunde, **zornig**. *Syn.* Per iram, cum iracundia, cum ſtomacho.)(*leniter*, *quiete*. *Uſus.* Vehementer ago, non iracunde. Iracunde & intemperanter facere.

Iracundia, æ, f. **gäher Zorn**. *Syn.* Ira, acerbitas quædam naturæ & rabies.)(*Lenitas*. *Epi.* Bellatrix, efferveſcens, gladiatoria, gravior, inimica; injuſta, juſta, præſens, vehemens, utilis. *Uſus.* Aliquem ad iracundiam adducere, zornig machen. Iracundia & ſtomacho efferveſcere, efferri, inflammari, ardere, furere, zornig werden. Iracundiam exercere; iracundiæ ſervire, obſequi, parere, den Zorn auslaſſen. Iracundiæ reſiſtere, dem Zorne widerſtehen. Iracundiam continere, den Zorn zurückhalten. Iracundiam omittere, dimittere, den Zorn fahren laſſen, ablegen. Iracundiam ſedare, den Zorn ſtillen.

Iracundus, a, um. **zornig**, **zum Zorne geneigt**. *Syn.* Qui facile & cito iraſcitur, proclivis ad iram, irritabilis. *Phraſ.* 1. *Natura iracundus eſt*, er iſt gar leicht zu erzürnen. Animi quodam impetu dolori fere & iracundiæ paret; ſumma eſt naturæ acerbitate; nullum animo ſpatium dat, nec indignationem intra ſe premit, aut continet, ſed ira ac cupiditate, peſſimis conſultoribus, graſſatur; ingenio præceps in iram eſt; ægritudinem animi non facile diſſimulat; præcipitis in iram animi eſt; iræ potens non eſt; iram nec premere novit, nec tenere; iracundia illi præſervida; natura præceps in iram; iram in promptu gerit; natura ſtomachoſior eſt, & facile excandeſcit. V. *Ira*. 2. *Natura non adeo iracundus ſum*, ich bin nicht gar viel zum Zorne geneigt. Non adeo pronus, propenſus ad iram ſum; iræ non admodum deditus ſum; juris in me parum habet ira; non

Digitized by Google

admodum inclino, propendeo ad iram, ira mihi minime dominatur; alienus, remotus, intactus ab ira sum; animus is est meus, in quo nulla pars iracundiæ locum habeat, resideat. *Usus.* Morosi, anxii, iracundi & difficiles senes sunt. Iracundus est factus.

Irascor, eris, iratus sum, irasci, zornig seyn. *Syn.* Incendor; ira incendor, iratus fio; succenseo; animo incitor, excandesco; stomacho & iracundia excandesco, *vel* effervesco. *Adv.* Admodum, facile furenter, justius, occulte, omnino, temere. *Phras.* 1. *Non facile irascor amicis*, ich erzürne mich nicht leicht über meine Freunde. Non temere excandesco, commoveor, animo incitor, tametsi læsus ab amicis. Non facile indignatio oboritur; indignatione non facile accendor; non facile stomacho effervesco, iram gero in amicos; etiam in stomacho ridere soleo. 2. *Irascor etiamnum*, ich bin noch voller Zorn. Iracundias adhuc recentes habeo; ira etiamnum, & tacita indignatio animum stimulaut; necdum ira resedit; nondum ira mihi cecidit; nondum deflagrarunt conceptæ in hominem iræ; frustra indignationem premo; frustra animi ægritudinem dissimulo; clausæ etiamnum aures sunt obstrepente ira; nondum rabies consedit; suis adhuc ardet ignibus concepta indignatio. Ardet adhuc ira & dolore animus; erumpere adhuc ira gestit, & in nefarium hominis caput effundi; non mediocri etiamnum incedo iratus iracundia; adhuc totus in fermento sum. 3. *En, ut irascitur homo improbus*, schaue nur, wie sich dieser Mensch erzürne! En, ut ira implacabilis implicat animum; en, ut in rabiem ira degenerat; ut exardescit homo improbus iracundia! quam commotus, quam incensus est! ut ira inflammatus est, ut excandescit, ut furit, ut stomachatur! En, quis furor hominem invasit! qua ira, quo furore percitus, quam irato animo, quam percito agit omnia! En, quæ hominem intemperies agitat! Vide, ut stomacho esse rescat; ut iracundia efferatur, inflammetur, ardeat, excandescat! ut vultum adducat, supercilia contrahat, ut scintillet oculis, spumet ore, rabiem furoremque toto pectore anhelet! En quas animo iras ingentes concipiat! ut ira ac dolore confusus, præceps amentia feratur! ut bile turgeat ac intumescat! ut iram animo capere vix possit! *Usus.* Peripatetici virum negant esse, qui nesciat irasci.

Iratus, a, um. zornig. *Syn.* Incensus, ira incensus; iracundia percitus, incitatus, inflammatus; in aliquem infestus, infensus, qui animo alieno & averso est ab aliquo. *Propitius. Adv.* Dissimulanter, merito. *Phras. Illud iratus dixit*, das hat er im Zorne geredt. Ira incensus; animo irato & percito; incensus odio; iracundiæ permittens dominatum animi; ira flagrans, occæcatus, tumens; impotens iræ in eas contumelias erupit; irarum plenus; ira infensus; efferatus odio; ira motus, victus, percitus; ardens ira; furens, inflammatus ira; accensus ira tam inclementer locutus est; elatus iracundia sic stomachum erupit. *Usus.* Irati proprium est cupere, a quo læsus videatur, ei quam maximum dolorem inurere, Iratum proprie dicimus, exisse de potestate. V. *Ira, irascor.*

Ironia, æ, f. verstellte Rede, da man anders versteht als man redet. *Syn.* Inversio, dissimulatio, dissimulantia. *Usus.* Licenter usus est dissimulatione, quam ironiam Græci vocant.

Irrauceo, es, cui, ere. heiser werden. *Syn.* Raucus fio. *Usus.* Æsopus, si paullum irraucuerit, ridetur.

Irreparabilis, e. unersetzlich. *Usus.* Tempus irreparabile.

Irrepo, is, psi, ere. einschleichen. *Syn.* Adrepo, obrepo, influo, illabor. *Usus.* In gratiam familiaritatem, in sensus alterius, in testamenta irrepere. Credulitas in optimi cujusque mentem facile irrepit.

Irretio, is, ivi, itum, ire. in Netz bringen. *Syn.* Implico, illaqueo, impedio laqueis. *Usus.* His se erratis irretiit ætate improvida. Disputationum laqueis aliquem irretire. Irretitus odio bonorum omnium. Adolescentulus illecebris

Digitized by Google

corruptelarum irretire. V. *Implico.*

Irretortus, a, um. unverwendt. *Syn.* Rectus. *Usus.* Oculo irretorto aliquem spectare.

Irrevocabilis, e. unwiderruflich, unwiderbringlich. *Usus.* Ætas irrevocabilis.

Irrideo, es, risi, risum, ere. verlachen, verspotten. *Syn.* Derideo, rideo. *Adv.* Facete, turpiter, maxime. *Phras.* 1. *Hominem irridere omnes*, es verlachen ihn alle. Er ist ejusmodi, quem omnes per risum ac jocum contemnant; cujus levitati ac imprudentiæ illudant omnes; quem pueri sectentur, & derideant; qui irrisionibus omnium fit subjectus; qui ludibrium fit cæterorum; qui ludibrio fit omnibus; quem omnes eludant, ludificentur; qui in ora hominum pro ludibrio abeat; quem omnes ludibrio habeant; qui risui fit omnibus; qui omnibus civibus spectaculo sit; per ora hominum traducatur; cui convitium facere, quem ludibrio lædere, in quem ea dicere, quibus totus explodatur, impune quisque audeat; qui ostentui, deridiculo sit omnibus; quem pro ridiculo ac delectamento habeant cæteri; omnes illum idoneum arbitrantur, quem ludos faciant; quem albis dentibus derideant; quem deridendum propinent; quem deridiculi gratia indignis modis ludificent. 2. *Ille ipse præbet ansam irridendi sui*, er giebt selbst Gelegenheit zu seiner Verlachung. Sese ipse deridendum propinat; risui, ludibrio sibilisque aliorum os præbet, sese offert, objicit. *Usus.* Irridens insontes, olim viciſſim irridebitur. V. *Explodo.*

Irrigatio, onis, f. Wässerung. *Usus.* Agrorum irrigationes.

Irrigo, as, avi, atum, are. wässern, gießen. *Syn.* Rigo. *Usus.* Ægyptum Nilus irrigat.

Irriguus, a, um. feuchte. *Syn.* Quod facile irrigari potest. *Usus.* Hortus irriguus.

Irrisio, onis, f. Verlachung. *Syn.* Ludibrium. *Usus.* Cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.

Irrisor, oris, m. Spötter. *Usus.* Irrisores orationis.

Irritabilis, e. zornmüthig, empfindlich. *Syn.* Iracundus, qui facile irritatur, & accenditur.

Irritamentum, i, n. Reizung. *Usus.* Certaminum irritamentum.

Irritatio, onis, f. Reizung. *Usus.* Animorum irritatio.

Irrito, as, avi, atum, are. anreizen. *Usus.* Irritare & lacessere aliquem. V. *Excito.*

Irritus, a, um. nichtig, unkräftig, vergeblich. *Syn.* Vanus, inanis.)(*Ratus. Phras.* 1. *Irritus fuit omnis labor meus*, alle meine Mühe war vergeblich. Quæ gesseram, concidere omnia; ad nihilum recidere; ad irritum cecidere; vana atque irrita evasere. Labor meus omnis in irritum redactus est. 2. *Spes irrita fuit*, die Hoffnung war umsonst. Incisa spes erat; spes erat in irritum redacta, ad irritum spes cecidit; spes ea luxuriaverat, & vana evaserat; vana atque irrita ea spes fuit. 3. *Acta mea irrita declaravit senatus*, meine gerichtliche Abhandlungen hat der Rath ungültig erkläret. Acta mea senatus rescidit, irrita fecit; irrita esse jussit; sustulit; radicitus evellit; dissolvit, infirmavit, labefactavit, evertit, subvertit. V. *Frustra*, *labor inanis.* *Usus.* Irritum & infectum facere aliquid. Testamentum irritum.

Irrogatio, onis, f. das Anſiegen. *Usus.* Irrogatio multæ.

Irrogo, as, avi, atum, are. anſetzen legen. *Syn.* Legem fero, constituo. *Usus.* Irrogare leges, pœnas, mulctam.

Irrumpo, is, rupi, ruptum, ere. einbrechen. *Syn* Irruo, invado.)(*Erumpo. Adv.* Æquabiliter, temere, cursim; derepente, effrenatius, extrinsecus, improviso. *Phras. Irrumpere in latus hostium*, dem Feinde in die Flanke fallen. In cornua impressionem facere, irruptionem facere; impetum, vim facere; irrumpere cornua; permittere se in medios hostium cuneos; incursu petere; impetu oppugnare nuda peditatu cornua, incursionem in dextrum latus facere. V. *Impetus.* *Usus.* Hostis in castra ir-

Digitized by Google

irrupit. Invidi in meas fortunas irrupere. V. *Impressio.*

Irruo, is, ui, ere. **anfallen, eindringen.** *Syn.* Impetum in aliquem facio, invado, in aliquem me permitto, irrumpo. *Usus.* In alienas possessiones irruit. V. *Impetus, adorior, invado.*

Irruptio, onis, f. **Einfall.** *Syn.* Incursio.)(*Eruptio. Usus.* Irruptionem facere. V. *Irrumpo.*

Is, ea, id. **derselbe.** *Syn.* Ille, talis. *Usus.* Is tu vir es; neque enim is eras, qui &c.

Iste, a, ud. **derselbe, dieser.** *Usus.* Atque ego ex istis sæpe audivi.

Isthic, **da, daselbst** *Usus.* Ubi malis esse, quam isthic?

Isthinc, **dorther.** *Usus.* Qui isthinc veniunt.

Istiusmodi, **dergleichen.** *Usus.* Delectantur disputationibus istiusmodi.

Isthuc, daſſelbe, **dahin.** *Syn.* Istud. *Usus.* Idem isthuc dicunt, quod dictum a te est.

Ita, **also.** *Syn.* Sic, ita enimvero, præclare, certe, ficut dicis, dici aliter non potest, vero quidem, admodum, ut maxime, næ, profecto. *Usus.* 2. Ita est; ita censeo. 2. *Valde*, **sehr.** Simulacra quidem præclara, sed non ita antiqua. 3. *Adeo*, **so gar**, so sehr. O Dave, itane contemnor abs te!

Itaque, **derohalben.** *Syn.* Idcirco, quam ob rem. *Usus.* Itaque ex me quærunt.

Item, **ingleichen.** *Syn.* Similiter, etiam, quoque, non minus. *Usus.* 1. Solis defectiones, itemque lunæ. 2. *Ita*, *sic*, **also.** Feciſti item, uti prædones solent. Si e meo capite natus fis item, ut ajunt Minervam. 3. *Vicissim*, **hingegen.** Tu meas epistolas concerpito, ego item tuas.

Iter, itineris, n. **Weg, Reise.** *Epi.* Alienum, devium, difficillimum, festivum, flexuosum, glorioſum, ineptum, longum, medium, moleſtum, neceſſarium, nefarium, reliquum, ſimplex, ſolenne, ſubitum, totum, tritum, tutum, verum. *Phraſ.* 1. *Iter aliquo suscipere*, **eine Reise vor sich nehmen.** Iter aliquo apparare, ſuscipere, petere, habere, ingredi, facere, dirigere, convertere, maturare; lenori ſe committere; committere ſe viæ; in viam ſe dare; iter aggredi. V. *Proficiſcor.* 2. *Iter proſequi*, **ſeine Reiſe fortſetzen.** Pergere iter coeptum; iter inſiſtere; curſum perſeverare, *ſein* **exequi**; iter conficere. 3. *Iter ſuum ſuspendere*, **ſeine Reiſe wiederum einſtellen.** Iter ſupprimere; profectionis conſilium abjicere, omittere, dimittere; itinere deſiſtere. 4. *Iter moleſtum habui*, **ich habe eine ſchwere Reiſe gehabt.** Iter conficiebam æſtuoſa & pulverulenta via; profectio ea fuit, in qua & luctandum mihi cum tenaciſſimo ſabulo & veſtigiis cedente, & cum via inepta, qua ægre moliuntur pedes. Iter parum commode explicui, iniquitate locorum viæ errores ubique implicante. 5. *Romam iter mihi faciendum eſt*, **ich muß gar nach Rom reiſen.** Roma mihi terreſtri itinere petenda eſt; longum iter gravoque inſtat. Italia percurſanda, emetienda, peragranda. Romam terreſtri itinere contendendum eſt. Romam iter ſuſcipiendum, pedibusque conficiendum. V. *Proficiſcor. Uſus.* Iter gubernare, **anordnen.** Iter equo, pedibus conficere, **zu Pferde, zu Fuße reiſen.** Iter alio flectere, **die Reiſe anderswohin wenden.** Iter impedire, intercludere, **verhindern.** Iter **bello** proceſſit, **von ſtatten gehen.**

Iteratio, onis, f, **Wiederholung.** *Syn.* Geminatio, repetitio, redintegratio.

Itero, as, avi, atum, are. **wiederholen.** *Syn.* Gemino, repeto, duplico. *Uſus.* Verbum iterare.

Iterum, **wiederum.** *Syn.* Rurſum. *Phraſ. Dicta iterum dicenda fuere*, **ich habe es wiederholen müſſen, was ich geſagt hatte.** Locus ille de integro retractandus fuit; ad prius dicta redeundum mihi erat; eodem devolvi oratio debebat; ad priora reverti; priora recolere debebam; decurſo jam ſpatio, tanquam a meta ad carceres revocanda erat oratio; novus mihi renaſcebatur labor; novus erat de integro exſudandus labor, & quæ dixeram, repetenda. V. *Repeto. Uſus.* Iterum atque iterum te rogo. Iterum ac tertium conſuli.

Itidem, **gleichfalls.** *Syn.* Similiter, pariter, item *Uſus.* Vinctus itidem a Saturno filius. V. *Item.*

Itio,

Digitized by Google

Itio, onis, f. Gang, Reiſe. *Syn.* Iter, itus, inceſſus. *Uſus.* De obviam itione faciam, ut ſuades. Illi domum itio conceſſa eſt ac data.

Ito, as, avi, atum, are. oft gehen. *Syn.* Frequenter eo. *Uſus.* Ad cenas itare.

Itus, us, m. Gang, das Gehen. *Syn.* Itio. *Uſus.* Quis noſter itus, inceſſus, vultus?

Juba, æ, f. Mähne. *Syn.* Crines leonum aut equorum collo fluentes. *Uſus.* Equus jubam quatiens.

Jubatus, a, um. was Mähnen hat. *Syn.* Juba ornatus. *Uſus.* Jubatus draco.

Jubeo, es, juſſi, juſſum, ere. heißen, befehlen. *Syn.* Impero, mando, præcipio, edico, in mandatis do, mandata do, negotium do.)(*Veto.* *Adv.* Liberaliter, publice, valde, aperte. *Phraſ.* *Rem imperas difficilem*, du befiehlſt mir eine ſchwere Sache. Mandata das ardua, negotium das difficile; fieri, præſtari a me vis, quæ vires meas exſuperant; magni negotii eſt, ſummæ difficultatis, operæ non exiguæ eſt, quod mandas; rem in mandatis das, quam exequi, efficere, præſtare, ſuſtinere vix poſſum; jubes, ut mandata tua digeram, exequar, perſequar, conficiam, ad exitum perducam, ſed ea ejusmodi ſunt, quæ vires meas exſuperent; quæ in mandatis a te habeo, non ſtarum ſunt virium. V. *Impero*, *mando*, *præſcribo*. *Uſus.* Jubeo te bene ſperare, ſalvere. Populus hanc legem juſſit. Senatus decrevit, populus juſſit.

Jucunde, annuthig, lieblich, luſtig. *Syn.* Suaviter, dulciter. *Uſus.* In convivio comiter & jucunde ſuimus.

Jucunditas, atis, f. Ergötzung, Annehmlichkeit. *Syn.* Feſtivitas, lepor, hilaritas, fructus ſuaviſſima jucunditatis. X *Moleſtia.* *Epi.* Pri[illegible] multa, ſumma, tan[illegible] Relaxare animum, & [illegible]are ſe jucunditati. Ex re aliqua jucunditatem fructumque percipere. Delectatio, tranquillitas jucunditasque animi. Hoc conducit ad vitæ commoditatem jucunditatemque. Urbani agri jucunditas. V. *Amœnus.*

Jucundus, a, um. luſtig, lieblich. *Syn.* Amœnus, dulcis, ſuavis, gratus. *Adv.* Magnopere, maxime, ſumme, vehementer. *Phraſ.* *Jucundus eris mihi reditus tuus*, deine Zurückkunft wird mich ſehr erfreuen. Dulciſſima erit mihi reditus tuus; omnes amœnitates in te uno habeo; gratiæ omnes tecum remigrabunt; plurimum ſuavitatis habebit reditus tuus; optatiſſimus erit reditus tuus. Hilariora mihi tecum erunt omnia; adventu tuo læta mihi erunt omnia & candida. 2. *Te præſente convivium jucundius erit*, wenn du zugegen ſeyn wirſt, ſo wird das Gaſtmahl noch ſo luſtig ſeyn. Te præſente non magis epulis corpus, quam animus jucundiſſimæ conſuetudinis tuæ voluptate explebitur; tu ſi conviva acceſſeris, epulæ ipſæ plus ſuavitatis accipient, habebunt; quadam hilaritate conſperſa erunt omnia. Tali conviva, in quo tantum leporis eſt, luculente hunc habebimus diem. *Uſus.* Eſt mihi jucunda & grata in malis meis voluntas tua. Comes alicui carus & jucundus. Ager, conſpectus, odor jucundus. V. *Hilaris.*

Judex, icis, m. Richter. R. a Jus dico. *Syn.* Arbiter, disceptator, animadverſor, recuperator, cognitor, exiſtimator, æſtimator, cenſor, quæſitor. *Epi.* Acer, æquus, attentus, benevolus, bonus, cupidus, durus, erectus, fortis, gratiſſimus, ſatis idoneus, immanis, iniquus, integer, iratus, juratus, miſericors, nequam, obſcurus, ſapiens, ſeverus, triſtis, veriſſimus. *Uſus.* Judicem ſortiri, legere, accipere, ſibi ſumere, ſich einen Richter erwählen. Judicem alicui decernere, dare, conſtituere, ponere, einen Richter beſtellen. Is mihi obvenit judex. V. *Judico*, *Judicium.*

Judicatio, onis, f. Urtheilung. *Syn.* Disceptatio, quæſtio. *Epi.* Comparativa, dubia, ſimplex. *Uſus.* Quæſtio in conjecturali eadem, quæ judicatio.

Judicatum, i, n. Endurtheil, richterlicher Ausſpruch. *Syn.* Res judicata. *Epi.* Difficilius, majus, ſolitarium, rarius. *Uſus* Judicatum eſt, de quo jam ante ſententia conſtituta eſt. Judicatum facere, das Endurtheil erfüllen. Judicato ſtare mit dem Urtheile zufrieden ſeyn. Ju-

di-

Digitized by Google

dicatum ſolvere, reſcindere, infirmare, irritum facere, negare, das Endurtheil aufheben, oder entkräften

Judicialis, e. gerichtlich. *Syn.* Forenſis, pertinens ad judicium. *Uſus.* Judiciali jure, & conſuetudine. Judiciale dicendi genus.

Judiciarius, a, um. gerichtlich *Syn.* Judicialis. *Uſus.* Lex, quæſtio, controverſia judiciaria.

Judicium, ii, n. **Gericht, Urtheil.** *Syn.* Judicium deliberatio legitima, cognitio, controverſia cauſarum; *item*: Sententia, opinio, exiſtimatio. *Epi.* Acerbum, acre, admirabile, æquum, alienum, amplum, certum, civile, commune, corruptum, damnatorium, divinum, domeſticum, exquiſitum, gratum, grave, honeſtum, incertum, inclitum, infinitum, iniquum, inſolitum, integrum, invidioſum, leve, liberum, ſingulare, ſociale, ſtabile, uſitatum. *Phraſ.* 1. *In judicium vocare*, vor Gericht fodern. In judicium arceſſere, adducere, deducere; periculum judicii alicui intendere; in jus adducere; diem alicui dicere; cauſæ dictionem denuntiare; in jus rapere; obtorto collo ad prætorem rapere; in jus adducere; legibus experiri; lege cum aliquo agere; jure experiri, ex jure agere cum aliquo. 2. *In judicium venire*, vor Gericht erſcheinen. Judicio confligtari; judicio certare; jure, legibus experiri; in jus adire; vadimonium obire; deſcendere in ambiguam litem. 3. *Judiciis iniquis vexari*, bey Gericht mehr und mehr herum gezogen werden. Judiciis confligtari; judicii laqueis ſtringi, irretiri; in majores identidem plagas incidere. 4 *Judicio iniquo opprimi*, bey Gericht durch einen ungerechten Ausſpruch den Handel verlieren. Judicio iniquo jugulari, circumveniri; iniqui judicii procella everti; judiciis iniquiſſimis exſorberi ſanguinem; turpi judicio vinci, condemnari; litem amittere; cauſam perdere; cauſa cadere; iniquis judiciis interire. 5. *Judicium corrumpere*, die Richter mit Geld beſtechen. Judicium contaminare, conſtuprare. 6. *In judicio abſolvi*, dem Gericht entgehen. Judicio liberari, evadere, elabi. 7. *Judicia non exercentur*, bey Gericht geht es gar kaltſinnig her. Judicia frigent, ſilent, conglaciant, conticeſcunt. 8. *Judicia exercebat*, das Recht ſprechen. In ea cauſa judex ſedebat; judicium exercebat; ſella poſita jus dicebat; cognitionem cauſæ per ſe ſolus exercebat, ſumma æquitate res conſtituebat; jus petenti reddebat; arbitria de ſumma ei agebat, de ea controverſia conſtituebat; judicia reddebat; jura in quoslibet diſtribuebat; judicium de reo legibus faciebat; ſententiam ferebat. V. *Judico.* 9 *Judicio vir acerrimo*, er iſt ein Mann von reifem Verſtand und Urtheil. Judicio valet; utitur optimo; judicio præſtat, excellit, abundat inter omnes unus maxime. Eſt in eo viro mira quædam judicii præſtantia, excellentia, vis, ſubtilitas. Multum videt vir ille judicio, ſi quisquam alius, graviſſimo; ineſt in eo homine mira ingenii perſpicacia. V. *Ingenium. Uſus.* 1. Judicia domi conflare. Judicia calent Judicia tollere, diſſolvere, disturbare, das Gericht aufheben. Judicia extrahere, comperendinare, das Gericht auf die lange Bank ſchieben. Judicia ſiſtere. Judicia reſcindere. 2. *Opinio, ſententia*, Gutachten, Meynung. Tui judicii eſt, quid faciendum cenſeas. Alterius judicium exquirere. Suum judicium interponere, dicere, edere. Ferre judicium. Mutare, flectere judicium ſuum; alieno judicio, quam ſuo ſtare præſtat. Judicio meo, meiner Meynung nach. Quantum quidem judicio aſſequi meo poſſum. V. *Opinio, ſententia.* *Judicii extremi dies*, letztes Gericht, jüngſter Tag. *Phraſ.* Extremus ſeculorum dies; dies ille formidoloſus, quo univerſi mortales in judicium vocabuntur, totius vitæ rationem reddituri; dies ille, quo hominum corpora e ſomno mortis ad lucem alterius vitæ excitabuntur; dies quo ad Chriſti ſeverum judicium omnes ſiſtemur; quando ad vitam revocatis, quotquot unquam nati ſunt, DEI Filius e cœlo ad judicium exercendum, ſententiamque pronuntiandam deſcendet. Dies ab omni æternitate præſtitutus quo in vitam genus hu-

Digitized by Google

humanum revocabitur, & pro ſe quiſque apud divinum tribunal cauſam dicet. Dies ille noviſſimus, quo omnium ſeculorum mortui reviviſcent; dies ille de omnibus annis noſtris, & tranſacta vita ſententiam laturus. Extremus volventium ſeculorum dies, cum animæ vita functæ rurſum corpora induerint; cum DEus ipſe judex in celeberrimo ſuperum inferumque conventu ſententiam ferat; cum ſupremus dies volventibus annis advenerit.

Judico, as, avi, atum, are. urtheilen, richten. *Syn.* Judicium facio, cognoſco, diſcepto; litem decerno, ſtatuo, conſtituo; ſententiam dico, fero; jus dico, dijudico. *Adv.* Aperte, acrius, acutius, bene, corrupte, diligenter, diſſolute, explorate, fortiter, gratis, honeſte, incorrupte, libere, longe, male, optime, perperam, publice, recte, religioſe, ridicule, ſevere, temere, vere. *Phraſ.* 1. *Veſtrum eſt, de hac controverſia judicare*, euch ſtehet es zu, von dieſem Handel zu urtheilen. Veſtrum eſt, qui in hac controverſia judices conſidetis, de hac cauſa judicium pronuntiare; jus dicere; cauſam cognoſcere; controverſiam diſceptare; de controverſia conſtituere; judicio decernere; jus adminiſtrare; forum agere; judicium exercere. V. *Judicium.* 2. *Ex æquitate cauſæ judicandum eſt*, man muß das Urtheil nach Billigkeit der Sache ſprechen. Rectum animi ſenſum in judicio ſequi nos oportet; illud demum rectum judicium eſt, quod ratio dirigit ac moderatur; quod ratio præſcribit ac probat. Judicium cum ratione & æquitate congruat, neceſſe eſt; qui ſententiam fert de [illegible], in conſilio habeat neceſſe [illegible], æquitatem, fidem; qui [illegible]rcet, libidinem, odium, [illegible]metum, & quidquid [illegible]judicandi facultatem [illegible] habeat. In ſenten[illegible] ſumma habenda eſt æ[illegible]quitate; una ſpectanda eſt [illegible]; de una juſtitia la[illegible]. In cauſis forenſibus [illegible] conſilia omnia, actio[illegible] juſtitiam referenda ſunt. [illegible] ſerviendum; ne tantillum, ne latum quidem unguem ab æquitate deflectendum eſt. 3. *Non totam tibi judicandam relinquo*, ich laſſe dir das Urtheil von dieſer Sache ganz und gar über. Id omne arbitrium ad te juſtum æſtimatorem defero; rem omnem ad arbitrium tuum confero; rem tuo ingenio, & conjecturæ committo, tu velim, de re tota exiſtimes; tua erit de re tota æſtimatio, ejus rei arbitrium ad te rejicio; ejus cauſæ cognitio penes te erit; tua æſtimatione res metienda eſt; tu velim, cauſam hanc omnem arbitrere; propter infirmitatem mei conſilii tuo judicio ſtabo; malo tuæ prudentiæ confidere, quam meæ; e judicio tuo judicium pendebit meum; ad judicium tuum ſententiam aggregabo meam. *Uſus.* Judicare de re inter aliquos ex vero & bono. Serviendum eſt iis judicibus, qui multis poſt ſeculis de nobis judicabunt. Judica & perpende. Tu de re a certo ſenſu judicas.

Jugatus, a, um. zuſammen geſpannt, aneinander hengend. *Syn.* Junctus. *Uſus.* Omnes virtutes inter ſe jugatæ nexæque ſunt.

Jugerum, i, n. ein Jauchart, Acker von einem Tagwerke. *Syn.* Agri modus quantum uno boum jugo dies exarari poteſt. *Uſus.* Ut aratores jugera ſationum ſuarum profiterentur.

Jugis, e. ſtäts, immerwährend. *Syn.* Perennis. *Uſus.* Juges putei; aqua jugis.

Jugiter, ſtäts, ohne Unterlaß. *Syn.* Semper, continenter.

Juglans, dis, f. Nuß, Nußbaum *Syn.* Nux arbor & fructus.

Jugo, as, avi, atum, are. ins Joch ſpannen. *Uſus.* Virtutes inter ſe jugatæ.

Jugulatio, onis, f. das Würgen.

Jugulo, as, avi, atum, are. erwürgen. *Syn.* Jugulum ferio, neco. *Uſus.* Se ſuam cauſam, ſuo gladio, ſuo argumento & confeſſione jugulare. V. *Interficio.*

Jugulum, i, n. die Gurgel. *Pars colli anterior. Uſus.* Dare, oſtentare jugulum hoſti. A jugulo civitatis crudelitatem hoſtis avertere. Jugulum alicujus petere.

Ju-

Digitized by Google

Jugum, i, n. das Joch. R a junge, vel ζυγὸς. *Epi.* Crudeliſſimum ſervitutis, commune, grave, nefarium, ſervile. *Uſus.* 1. Boum cervices natæ ad jugum. Multis jugis arare. 2. *Dominatus*, Bothmäßigkeit. Hoſtes ſub jugum imponere. Jugum excutere, dejicere. 3. *Montis vertex*, Gipfel des Bergs. Conſtitit in ſummis jugis.

Jumentum, n, Zugvieh, Laſtthier. *at* Equus, mulus, bos. *Uſus.* Age jumentum, quo velis. Jumenta dorſo onera portantia.

Junctio, onis, f. das Fügen, Zuſammenfügen. *Syn.* Conjunctio. *Uſus.* Partes junctione aliqua tenentur.

Jungo, is, xi, ctum, ere. zuſammen fügen. *Syn.* Conjungo, copulo, committo, coagmento.)(*Disjungo. Phraſ.* 1. *Omnia membra apte inter ſe junguntur*, alle Glieder ſind wohl zuſammen gefügt. Inter ſe implicata & connexa ſunt; inter ſe cohærent, coaleſcunt; aptas commiſſuras habent; ipſa ſecura, & inter ſe ex commiſſuris junguntur; alia ex aliis nectuntur; arcteque inter ſe continentur. 2. *Libenter me tibi jungam*, ich werde mich gerne zu dir geſellen. Libenter ad tuas rationes me adjungam; acclinabo me libenter ad tuas partes; tuis tuorumque neceſſitudinibus miſceri me libenter feram; tecum me & voluntas congregat, & fortuna conjungit; res meas cum tuis libenter conſociabo; ad te unum omnia mea conferam; ſocietatem tecum & fœdus inibo; ſumma conjunctione tecum agam. V. *Amicus*, *conjungo. Uſus.* Prudentiam jungere cum eloquentia. Conſuetudinem cum aliquo & amicitiam jungere. Puellam matrimonio jungere. Dies noctesque fletibus jungere, Tag und Nacht weinen.

Junior, oris, g. o. jünger. *Syn.* Adoleſcentior, natu minor, ætate poſterior, aliquot annis minor.

Jure, mit Fug und Recht, rechtmäßig. *Syn.* Recte, non injuria, merito; ſuperis hominibusque approbantibus; jure optimo; merito & optimo jure; haud ſecus, ac par eſt; jure meritoque; jure ac merito meritiſſimo.)(*Immerito. Uſus.* Jure optimo ridemus. Jure occini potuit. Jure, an injuria; recte, an perperam.

Jurgium, ii, n. Zank, Haber. *Syn.* Contentio, rixa. *Uſus.* Exiſtet ex ea ingens jurgium. Jurgio contendo. Jurgiis & litibus abſtinere ſe. V. *Lis*, *contentio.*

Jurgo, as, avi, atum, are. zanken, haderu. *Syn* Jurgio contendo, rixor. *Uſus.* Vicini inter ſe jurgant, non litigant. V. *Contendo.*

Juridicialis, e. zum Recht gehörig. *Uſus.* Juridicialis conſtitutio vocetur, quamvis moleſtum hoc nomen ſit.

Jurisconſultus, i, m. ein Rechtsgelehrter. *Syn.* Jureconſultus, interpres legum, jurisperitus, legum peritus. *Phraſ. Jurisconſultus præſtans erat*, er war ein berühmter Rechtsgelehrter. Conſultiſſimus ea ætate omnis divini atque humani juris erat; vir erat juris ſcientiſſimus; divini humanique juris auctor celeberrimus; legum jurisque Romani apprime doctus; in diſciplina juris atque legibus interpretandis auctoritate illuſtri fuit; vir erat, qui ſimul ac toga forumque placere cœpit, oraculum civitatis habebatur. *Uſus.* Jurisconſulti domus eſt oraculum civitatis. Jureconſultorum ingeniis pleraque corrupta ſunt.

Jurisdictio, onis, f. Gebiet, Herrſchaft, Gerichtsbarkeit. *Syn.* Facultas & poteſtas juris dicendi. *Uſus.* Jurisdictionem abſolvere. Subigere gentem ſub jus, jurisdictionem ac poteſtatem ſuam. Venalem jurisdictionem habere. V. *Ditio*, *poteſtas.*

Jurisperitus, i, m. Rechtsgelehrter. *Syn.* Jurisconſultus, cauſidicus. *Uſus.* Jurisperitorum eloquentiſſimus, eloquentium jurisperitiſſimus.

Juro, as, avi, atum, are. ſchwören, einen Eid thun. *Syn.* Jure jurando me devincio, juratus teſtor, adjuro, jusjurandum do. *Phraſ.* 1. *Juravi, rem eſſe meam*, ich habe geſchworen, die Sache ſey mein. Sacramento contendi, rem eſſe meam; juratus teſtabor; jusjurandum interpoſui; DEum teſtem feci; DEum obteſtatus ſum, i. e. teſtatus

Digitized by Google

tus sum: conceptis verbis juravi; DEum testem laudavi, rem, uti dixeram, esse meam. 2. *Juravit, se in fide mansurum*, er hat geschworen, treu zu bleiben. Jurejurando se suamque fidem obstrinxit; jurejurando fidem firmavit; sacramentum dixit de perpetua sua in rempublicam fide. Per genium, per nomen Cæsaris dejeravit, perstiturum se in fide. DEum testem esse voluit perpetuæ suæ in rempublicam voluntatis. Testem DEum advocavit, appellavit integerrimæ suæ in rempublicam fidei; execratione se, caput suum devinxit, si datam unquam violaret fidem. De constanti in rempublicam fide jusjurandum dedit; fidem in rempublicam sacramento sanxit; sacramenti religione se adstrinxit ad præstandam reipublicæ fidem; jurejurando se alligavit ad servandam reipublicæ fidem. V. *Jusjurandum*. *Usus*. In certa verba, ex animi sententia, non lingua tantum jurare. Jurare conceptis verbis majorum more. Jurare Jovem lapidem. Magna voce pulcherrimum jusjurandum juravi.

Jurandi Formulae, verschiedene Eidesformeln. Ita me Deus amet! ita mihi propitius sit DEus! ita mihi benefaciat, faveat, adsit Deus! Ita me Deus adjuvet! ita propitium mihi Deum velim! ita me Deus respiciat, juvet, tueatur! ita mihi a Deo prospera contingant omnia! ita mihi optata contingant omnia! ita, quæ opto, feliciter eveniant! ita mihi bene sit! ita rebus meis feliciter eveniat! ita vivam! ita diu feliciterque vivam! ita ad voluntatem cuncta fluant! ita diuturna lucis usura fruar! ita mihi cum diuturnus vitæ cursus, tum facilis contingat! ita meis optatis fortuna respondeat! ita sim incolumis, felix, beatus, malorum expers, ignarus adversæ fortunæ! ita nihil adversi videam in vita! ita nunquam adversam fortunam experiar! ita fortuna utar perpetuo prospera! *Contra*: Ita male mihi faciat Deus! ita perdat me Deus! moriar, si; peream, si; ne vivam! ne sim salvus! dispeream! sentiam iratum Deum! malo mihi fit! nihil mihi ex animi sententia succedat! adversa mihi sint omnia! cadat infeliciter, quidquid ago! infensa, iniqua, adversa omnia experiar, si sciens fallo!

Jus, ris, n. das Recht. *Syn.* Æquum, æquitas, justitia.)(*Injuria*. *Epi.* Accusatorium, æquum, bellicum, callidum, civile, consulare, equestre, feciale, firmum, hereditarium, imperatorium, iniquum, patrium, pontificiale, prætorium, regium, tribunitium. *Usus*. Jus postulare, begehren, daß einem das Recht gesprochen werde. Jus dare, tribuere, das Recht widerfahren lassen. Jus dicere, das Recht sprechen. In jus vocare, adducere, vor Gericht fodern. In jus adire, vor Gericht erscheinen. Jus suum persequi, exequi, sein gerichtliches Begehren fortsetzen, weiter treiben. Jus suum obtinere, adipisci, tenere, retinere, das Recht erhalten. Jure agere, decertare cum aliquo, jure experiri, etwas vor Gericht abhandeln. De suo jure aliquid concedere, detrahi sinere, decedere, etwas von seinen gerechten Ansprüchen fahren lassen. A jure abire, von Rechten abstehen. Id jus ratumque est. Meo jure hoc dico facioque. Jus & æquitas vincula sunt civitatis. V. *Æquum*, *jure*.

Jusjurandum, jurisjurandi, n. Eidschwur. *Syn.* Sacramenti fides, sacramenti religio jurisjurandi religio, fides. *Phras.* *Jusjurandum a militibus exegit*, er hat sich die Treue schwören lassen. Milites ad jusjurandum adegit; milites sacramento rogavit; in sua verba adegit; jurejurando adstrinxit; sacramentum sibi dici a militibus jussit; sacramento teneri; religione constringi, adstringi milites voluit. V. *Juro*. *Usus*. Ad jusjurandum adigere, sich schwören lassen, auf einen Eid treiben. Jusjurandum dare, schwören. Jusjurandum neglegere, violare, den Eid brechen. Religio jurisjurandi est metus Deorum immortalium in testimonio dicendo. Jurejurando devincta auctoritas. Aliquid jurejurando firmare, affirmare Diis interpositis, jurejurando nullum vinculum ad stringendam fidem arctius esse, voluerunt majores.

Wagner.

Digitized by Google

Juſſum, i, n. Befehl.)(*Vetitum.* *Epi.* Ratum atque firmum *Uſus* Injuſta juſſa populis deſcribere. Juſſa noſtra comprobat populus.

Juſſus, us, m. Befehl. *Syn.* Imperium. *Uſus.* Meo juſſu. V. *Imperium.*

Juſta, orum, n. Leichbegängniß. *Syn.* Inferiæ, exequiæ. *Uſus.* Paterno funeri juſta ſolvere, peragere, facere.

Juſte, billig, mit Fug und Recht. *Syn.* Jure, recte, legitime.)(*Uſus.* Juſte & legitime imperare.

Juſtitia, æ, f. Gerechtigkeit. *Syn.* Æquitas, jus, fas, juſtum. *Epi.* Germana, jucunda, magna, neceſſaria, optabilis, ſumma, vera, utilis. *Phraſ. Juſtitia virtutes omnes complectitur*, die Gerechtigkeit begreift alle andere Tugenden in ſich. Virtutes omnes continet, comprehendit. Omnes inſunt in una juſtitia virtutes; omnes virtutes ab una juſtitia pendent; in una juſtitia includuntur. Nulla virtus abeſſe juſtitia poteſt; conjunctæ ſunt, colligatæ ſunt cum juſtitia virtutes omnes. *Uſus* Juſtitia, quæ ſuum cuique tribuit, ſocietatem humanæ conjunctionis magnifice tuetur. Fundamentum juſtitiæ eſt fides. In laude juſtitiæ ſunt fides & æqualitas.

Juſtitium, ii, n. Gerichtsaufſtand, Feyer. *Syn.* Jurisdictionis intermiſſio. *Uſus.* Juſtitium edici, jurisdictiones intermitti, claudi ærarium, judicia tolli oportet.

Juſtus, a, um. gerecht, billig. *Syn.* Æquus, verus, meritus, debitus, legitimus.)(*Iniquus. Atv.* Vere. *Phraſ. Juſtus eſt*, er iſt ein Gerechter Mann. Juſtitiæ laude floret; vir eſt, qui juris civilis rationem ab æquitate nunquam ſejunxerit; in teſtimonio religioſus, in judicando ſeverus; vir eſt, qui immortalem ſibi famam æquitate, fide, miſerorum defenſione comparavit; qui licere ſibi nihil putat, niſi quod cum æquitate conjunctum; qui in ferenda ſententia legem, æquitatem, fidem unice in conſilium adhibet; apud quem unum maxime juſtitiæ locus eſt. V. *Judico ex æquitate. Uſus.* Juſtum id eſt debitumque. Juſtum & Jus alere.

Juvenilis, e. jung, der Jugend gemein. *Uſus.* Juvenilis libido; redundantia, licentia. V. *Levis.*

Juveniliter, nach Art junger Leute. *Syn.* More juvenum. *Uſus.* Juveniliter exultare.

Juvenis, is, g. c. Jüngling. *Syn.* Adoleſcens *Epi.* Mobilis. *Uſus.* Infirmitas puerorum eſt ferocia juvenum.

Juventus, tis, f. Jugend. *Syn.* Ætas florens, medium juventæ robur, ætas injuriæ opportuna, flos ætatis. *Epi.* Delicata, formoſa, libidinoſa *Phraſ. Adhuc intra juventutis annos tua verſatur ætas*, du biſt noch jung. In ea es ætate, quæ valet viribus quidem, ſed a prudentia infirma eſt; ea es ætate, quæ viribus floret, ſed a prudentia maturitate procul abeſt; juventutem nondum egreſſus es, quæ, cum ætatis quoddam veluti ver ſit, caret uſu rerum & experientia; a prudentia diſtat. vacua eſt conſilio, inopia judicii laborat, expers eſt prudentiæ & gravitatis; ætatem agis, in qua prudentiæ illa maturitas locum nondum habet V. *Adoleſcentia. Uſus.* Omnem ſobolem juventutis ad arma vocat.

Juvo, as, juvi, are, helfen. *Syn.* Adjuvo, opem fero. *Phraſ.* 1. *Pauperes libenter juvat*, er hilft den Armen gar gern. Afflictis fidem manumque libenter porrigit; inopiam eorum facultatibus ſublevat; egeſtatem eorum facultatibus ſublevat; egeſtatem eorum ſubſidiis & liberalitate ſuſtentat & recreat; egentibus libenter ſubſidio venit; opem porrigit, affert, præſidio eſt. V. *Auxilium.* 2. *Alter alterum juvat*, es iſt einer dem andern förderlich. Alter alteri operam commodat; mutua ſe opera juvant; mutuam ſibi operam præſtant; alter alteri præſidium eſt, ac dubiis in rebus lumen. 3. *Philoſophia eloquentiam juvat*, die Weltweisheit dienet ſehr zur Wohlredenheit. Philoſophia eloquentiæ adjumento eſt; ad gravem illam moratamque eloquentiam adjumenta habet, affert, importat non pauca rerum naturalium cognitio. V. *Adjuvo, conduco, faveo Uſus.* 1. Juvare, ornare quempiam, quibuscunque rebus poſſis. 2. *Delectat*, es ergötzet, macht Luſt. Juvat, in parte operis præſari.

Jux-

Digitized by Google

Juxta, neben. *Syn.* Prope, propter. *Ufus.* 1. Sepultus juxta viam Appiam. 2. *Non fecus, tanquam, fimiliter*, nicht anders. Juvit me, juxta ac ſi meus frater eſſet. 3. *Pariter, una*, zugleich. Juxta boni malique, armati ac imbelles obtruncati ſunt.

L.

Labefacio, is, feci, factum, ere. ſchwächen, entkräften. *Syn.* Labefacto, corrumpo, perfringo, diſſolvo, conquaſſo, concutio, ſolvo, enervo, frango, debilito, infirmo.)(*Suſtento, reſtituo.* *Ufus.* Virum fortem nulla unquam vis, nullæ minæ, nullæ invidiæ labefecerunt. Is pugnis mihi omnes dentes labefecit. V. *Labefacto.*

Labefacto, as, avi, atum, are. ſchwächen, wackeln machen. *Adv.* Mediocriter. *Ufus.* 1. Homo improbus rempublicam, jura, leges, vitam hominum, probe ab aliis conſtituta, ſocietatem & conſpirationem bonorum, dignitatem, conſulatum vehementer labefactavit. Ecquid commoda mea, ecquid oratores labefactas & oppugnas? 2. *Commoveo, a propoſito averto*, abwendig machen. Firmus ſum, non me labefactabis. Ne crede, te fidem meam pecunia; cogitationem, ſententiam, amicitiam inſidiis labefactare poſſe.

Labes, is, f. Fall, Fleck, Makel, Gebrechen, Schande. *Syn.* Ruina, pernicies; macula, dedecus, ignominia, infamia, vitium, nævus. *Epi.* Domeſtica, nefaria & perniciosa. *Ufus.* 1. Multis locis labes agrorum facta, terræque deſederunt, die Erde iſt an vielen Orten eingegangen. 2. *Macula*, Schandfleck. Labem ejus dignitati aſperſit, intulit. Vide, neque labes integris, probrum caſtis, infamia bonis inferatur. 3. *Vitium*, Laſter. Num tu hanc conſcientiæ, animique labem, & vulnera perferre diutius potes? 4. *Pernicies, peſtis, lues*, Verderben. Hunc hominem reipublicæ, provinciæ labem fore prævideo. V. *Macula, dedecus.*

Labium, ii, n. Lefze, Lippe. *Syn.* Labellum.

Labo, as, are, niederſinken, wanken. *Syn.* Ruo, repente concido, vacillo, nuto, in caſum vergo; caſum, ruinam minor; corruo, cado, ruinæ proximus ſum. *Ufus.* 1. Refice ædes labantes. 2. *Transl.* Vides conſilium tuum, animos militum labare atque deficere. Sana, confirma rempublicam, fortunam civitatis labantem magnopere & inclinantem.

Labor, eris, lapſus ſum, labi. fallen, fehlen. *Syn.* Prolabor, cado, ruo; *item*: dilabor, deficio; *item*: erro, fallor, decipior. *Adv.* Continenter, longius, proclivius, turpiſſime, tuto. *Proverb. Quis in tam lubrica, tam difficili rerum humanarum via non labitur?* wer fehlt nicht zuweilen? wer thut nicht zuweilen einen Fehltritt? Quis non offendit? Quis vitat, effugit omnem offenſionem? Quis eſt, qui nusquam incurſet imprudens; quis de ſe præſtare offenſionem omnem poſſit? *Ufus.* 1. Labuntur omnia, fluunt, occidunt. Res cum ſemel labi cœperit, proclivis eſt in perniciem. 2. *Deficio*, fallen. Mores civitatis in perniciem lapſi. Cave, ne ad illorum opiniones delabaris. 3. *Erro, fallor*, irren, fehlen. Imprudentia, conſilio, opinione mea lapſus ſum. Ambitione labi. Si me audies, nunquam laberis.

Labor, oris, m. Arbeit, Mühe. *Syn.* Opera, opus, ſudor, vigiliæ, aſſiduitas, contentio animi, ſtudium, induſtria. *Epi.* Alienus a noſtra ætate & dignitate, aſſiduus & quotidianus, continuatus, certus, clarus & nobilitatus, gravior, medius, vitæ tolerabilis, domeſticus, glorioſus, incredibilis, major, extremus, facilis, jucundus, maximus, forenſis, ſummus, illiberalis, gravis, oratorius, tum infinitus, tum puerilis, injucun-

Digitized by Google

dus, levis, magnus, parvus, superior industria, tantus, durus, justus, honestus, militaris, minor, multus, minime necessarius, plurimus, pristinus, utilis, solicitus, insomnis. Labores nocturni, officiosi, patibiles, quotidiani, reliqui, tanti, veteres. *Phras.* 1. *Magnos habeo labores*, ich habe schwere Arbeiten. Multis oneribus susceptarum rerum premor, assiduis laboribus & vigiliis conficior; multum mihi oneris imposui, injunxi; deprimit me laborum moles; quæ res operam exercet meam, immensi est operis, multique certaminis; opera, quam sumpsi, suscepi, multi sudoris est, ac contentionis non mediocris; onus, quod in me recepi, suscepi; onus, quod sustuli, quod sustineo, grave sane est, ac multiplex; multis magnisque perfungor laboribus; magnæ mihi quotidie in iis, quos subeo, laboribus molestiæ sunt exsorbendæ. V. *Labero.* 2. *Frustra laboravi*, ich habe mich vergebens bemühet. Laberem inanem sumpsi, suscepi; spes meæ infirmis & labantibus fundamentis nitebantur; spem secutus sum cæcam & incertam; arido solo, campo infructuoso, arenæ semina mandavi, commisi; oleum ac operam perdidi; operam inutiliter consumpsi; inani studio ductus operam lusi; tanto labore nihil egi, nihil profeci; irato genio in rem ingressus sum, nullus mei laboris fructus exstat; studium omne ac operam inutiliter locavi. *Usus.* Suscipere, ferre, sustinere, finire laborem. Multum laboris ac operæ in Latinitatem, in his studiis insumpsi, impendi, consumpsi, exantlavi.

Laborioſe, mühſam. *Syn.* Diligenter.

Laboro, as, avi, atum, are. arbeiten, ſich bemühen. *Syn.* Elaboro, contendo, laborem suscipio, opus facio, labore me exerceo, laboribus me frango, operam do. *Adv.* Æque ut, graviter, magnopere, mediocriter, non ita valde, præcipue, vehementer, vehementius. *Phras.* 1. *Improbe laborat*, er arbeitet gar zu viel. Infinitum laborem suscipit; naturam pene studio vincit; semper operis *aliquid* facit, ac improbo labore pene se conficit; laborem unum ex alio capit; noctes adeo totas operi dat; quotidiana opera pene se frangit. 2. *Nunquam deerit, quos labores*, es wird an der Arbeit kein Abgang ſeyn. Non deerit, in quo operam quotidianam edas; in quo operam præbeas aliis; in quo nervos omnes ætatis industriæque contendas, in quo omne vitæ tuæ curriculum conficias; in quo studium, atque opera elaboret tua; in quo operam utiliter ponas, consumas; in quo industriam, ac vigilandi laborem expromas tuum; in quo novus de integro exsudetur labor 3. *Vides, quantum laborem?* ſiehſt du, wie ich mich bearbeite? Viden, ut sudem? ut diligentia omni enitar? quantum certamen mihi exsudandum sit; quantum laboris sumam, subeam, exhauriam? quantum operæ his rebus tribuam? quot curis angar ac vigiliis? quantum laborem capiam, quantum molestiæ assumam? ut in iis studiis me conteram, ut laboribus frangam? 4. *Diu jam in hoc laboro*, ich bemühe mich ſchon lange. Satis diu hoc saxum volvo; diu jam in hoc pistrino hæreo; diu jam in his desudo atque elaboro; diu multumque jam labor is me exercet; magnos jam in hoc opere exantlavi labores & diuturnos. V. *Labor, Usus.* 1. Quid enim laboravi; quid egi? 2. *Curo, solicitus sum*, ſorgfältig ſeyn. De republica magis, quam de tuis rebus laboras. Nihil de me, de fama mea labero. Nunc in minimis habeo, de quibus antea maxime laborabam. 3. *Afficior, vexor, discrucior: relatum ad morbos corporis*, an einem krank ſeyn. Ex intestinis, renibus, pedibus, stomacho laborare. 4. *Vexor: relatum ad morbos animi*, im Gemüthe behaftet ſeyn. Inscitia, ambitione, animo, in desiderio alicujus laborare. Ex invidia laborat, er wird beneidet. 5. *Affligor: relatum ad mala aliunde proventientia*, betrübt werden. Aliena injuria laboro, *commoveor, afficior.* Domestica crudelitate, intestinis hostibus laborat. 6. *Inopia premor*, einen Abgang leiden.

Re

Re frumentaria laboramus. V. *Conor.*

Laborioſus, a, um. arbeitſam, geſchäfftig. *Syn.* Induſtrius, ſedulus, ſolicitus, aſſiduus, operoſus, ſtudioſus; *item:* moleſtus, difficilis *Phraſ.* 1. *Laborioſus homo eſt*, er iſt ein arbeitſamer Menſch. Quid eo homine ſolicitum magis ac exercitum fingi poteſt? Homo eſt multæ induſtriæ, & magni laboris. Operoſus, & ſemper aliquid agens, aliquid moliens; homo, cui de communi quidem otio otioſum eſſe liceat. 2. *Laborioſa res eſt*, das iſt ein mühſames Ding. Res eſt multi ſudoris; non mediocris contentionis; magni certaminis; magni laboris; multæ operæ; res eſt immenſi operis. *Uſus.* 1 Quid nobis laborioſius quid magis ſolicitum, magis exercitum fingi poteſt? 2. Laborioſa exercitatio, deambulatio. V. *Diligens, difficilis.*

Labrum, i, n. Lefze, Lippe *Syn.* Labium, labellum *Epi.* Tremens *Uſus.* 1. Oris humani extrema labra ſunt. Summis, primoribus labris guſtavit philoſophiam, *levite attigit.* Verſatur mihi in primoribus labris, es liegt mir auf der Zunge. 2. *Extrema ora fontis, &c.* Rand eines Brunnen, Geſchirrs. 3. *Vaſis genus ad lavandum aptum*, Badwanne. Labrum ſi in balneo non eſt, ſac, ut ſit.

Lac, ctis, n. Milch. *Epi.* Lætum, dulce, pingue, primum. *Uſus.* Lacte fetum depellere.

Lacer, era, um. zerriſſen. *Uſus.* Artus laceri

Laceratio, onis, f. das Zerreiſſen. *Syn.* Laniatio. *Uſus.* Muliebres lacerationes genarum. Tui corporis laceratio mihi dolori fuit.

Lacerna, æ, f. Regenmantel. Veſtis virilis ac fere militum.

Lacero, as, avi, atum, are. zerreißen, zerfleiſchen. *Syn.* Concerpo, conſcindo, diſcindo, dilacero, dilanio, carpo, dirumpo *Uſus.* 1. Laceratum ſoede corpus abjicere. Virgis tergum lacerare. 2. *Transl. Graviter lædo*, ſchwer verletzen. Meus me mœror, animum ægritudo, patriam improbi cives omni ſcelere ac injuria lacerant, exedunt, conficiunt. Verborum contumeliis, oratione virulenta laceravit illum & cruentavit. Num & vitæ, quæ ſupereſt, reliquias lacerabis & diſtrahes?

Lacertoſus, a, um. ſtark von Gliedern. *Syn.* Robuſtus, nervoſus. *Uſus.* Pugnaces & lacertoſi centuriones. V. *Robuſtus.*

Lacertus, i, m der vordere Arm. *Syn.* Vires, nervi, robur, torus. *Epi.* Obeſus, carnoſus. *Uſus.* Oratoriis lacertis viribusque argumenta torquere.

Laceſſo, is, ivi, itum, ere. reizen, aufbringen *Syn.* Provoco, irrito, tento,)(*Reſpondeo. Adv.* Ultro, mediocriter. *Uſus.* Neque te ferro, nec maledictis, nec injuria, ne verbo quidem unquam laceſſivi. Non ſum ad laceſſendum procax.

Lacrima, æ, f. Zähre, Thräne. R. a δάκρυον. *Syn.* Fletus. *Epi.* Diuturnæ, gratæ, invidioſæ, multæ & aſſiduæ, plures, plurimæ, populares, pueriles, quotidianæ. *Phraſ.* 1. *Ad lacrimas me movit*, es hat mir die Zähren ausgepreſſet Lacrimas mihi commovit, excivit; lacrimas nolenti excuſſit ea commemoratio; fletum movit ea commemoratio; lacrimas expreſſit, extorſit; in lacrimas me ſolvit. 2. *Eccur tot lacrimas fundis?* was vergießeſt du ſo viele Zähren? Ecquid te lacrimis adeo dedis, tradis? Lamentis te conficis? Ecquid tot lacrimas effundis, profundis? Quid iſtas tot eduxit lacrimas? Quid eſt, quod totus lacrimis diffluas? Quid ita vim tantam profundis lacrimarum? Quid ita totus abis in lacrimas? 3. *Viri eſt comprimere lacrimas*, ein Mann muß die Zähren einzuhalten wiſſen. Viri eſt, tenere lacrimas, cohibere, reprimere; imperare dolori, temperare lacrimis. 4. *Præ lacrimis ſcribere vix poſſum*, ich kann vor Weinen kaum ſchreiben. Fletu impedior, quo minus pleniores dem ad te litteras; epiſtolam lacrimis prope deleo; defluentes ex oculis lacrimæ ſcribendi facultatem eripiunt; perfuſus fletu vix pauculos hos verſus exarare ſine litura poſſum. Fletu reprimor, ne ſcribam reliqua; non queo reliqua ſcribere, tanta vis lacrimarum eſt. V. *Fleo, fletus. Uſus.* Lacrimis nihil citius areſcit. Conſumitur lacrima in alienis malis.

Lacrimo, as, are, & Lacrimor, aris, atus ſum, ari. weinen. *Syn.* Illacrimor, ploro, fleo; lugeo. *Phraſ.* 1.

Digitized by Google

Coepit lac imari, er hat angefangen zu weinen. Obortæ repente lacrimæ; manare ab oculis lacrimæ; effusæ oculis lacrimæ os totum opplere; fluere ex oculis lacrimæ; decurrentes ex oculis lacrimæ vultum omnem humectare cœpero. 2. *Non cessat lacrimari*, er hört nicht auf zu weinen. Modum lugendi nullum facit; in lacrimis jacet; totus in luctu versatur; luctu consumitur & contabescit; lacrimis usque indulget; lacrimis oculos terit, corrumpit; lacrimis debilitatur & conficitur; lacrimæ illi vocem pene & spiritum intercludunt; lacrimis totus diffluit. 3. *Ad hoc spectaculum omnes lacrimabantur*, bey diesem erbärmlichen Anblicke weinten alle. Omnium in ore erant lacrimæ; ingens comploratio ab omni turba exorta erat; eum casum lamentabilis omnium comploratio excepit; rei atrocissimæ species omnia misto puerorum ac mulierum ploratu complebat; hæc cum aspicerent, omnium ex oculis lacrimæ se subito profuderunt; omnibus lacrimæ cecidere, prosiliere, prorupere. *Usus.* Lacrimasse te in discessu meo, molestе ferebam. Ecquis erat omnium, quin lacrimaretur? V. *Gemo*, *fleo*, *tristitia*, *luctus*.

Lacrimabilis, e. das zu beweinen ist. *Usus.* Lacrimabile bellum,

Lacrimabundus, a, um. weinend.

Lacrimosus, a, um. kläglich. *Usus.* Poëmata lacrimosa.

Lactens, tis, g. o. Säugling, saugend. *Syn.* Lac sugens. *Usus.* Lactens puer.

Lactesco, is, ere. zur Milch werden, Milch bekommen. *Syn.* In lac convertor, lacte impleor. *Usus.* In iis animantibus, quæ lacte utuntur, omnis fere cibus lactescere incipit

Lacteus, a, um, milchig, weiß als Milch. *Usus.* Orbis lacteus, circulus lacteus.

Lacto, as, avi, atum, are. säugen. *Syn.* Lac præbeo, mammam submissam præbeo.)(*Lacte depello*, entwöhnen. *Usus.* 1 Lactare fetum. 2. *Transl. Per blanditias circumduco*, *decipio*, einen durch allerhand Schmeicheley berücken. Lactasti nempe me, & falsa spe produxisti.

Lacuna, æ, f. Pfütze, Graben. *Syn.* Fossa; *item*: vacuitas, hiatus. *Syn.* Cæca. *Usus.* Vide, ut illam rei familiaris lacunam expleas, *damnum sarcias*.

Lacunar, aris, n. Vertäfelung eines Gemachs. *Syn.* Laqueare. *Usus.* Gladius a lacunari equina seta pendens.

Lacus, us, m. See, Sumpf. R. *a* λάκκος.

Lædo, is, lædi, læsum, ere. verletzen, beleidigen. *Syn.* Offendo, violo, injuriam facio, mali aliquid infero. *Adv.* Aperte, contumeliose, gravissime, impudenter, injuste. *Phras.* 1. *Tu te ipse læsisti*, du hast dir selbst geschadet Tuo ut dicitur, gladio te jugulasti; in tuum ipse mucronem incurristi; siquid offensionis, incommodi oblatum est, a temetipso id accidit; causa tua a temetipso graviter vulnerata est. 2. *Eo lapsu se læsit*, er hat sich durch den Fall verletzet. Ex illo lapsu crus vitiatum, perstrictum, afflictum est; a vexatione non intactum fuit; crus fœde multatum, saxisque laceratum est, sauciatum, cruentatum. 3. *Verba illa me graviter læserunt*, diese Rede hat mir sehr wehe gethan. Hæc me oratio, siqua supereſt pars sensus, nunquid laceret, & cruentet? vox ea me graviter violavit; verborum ea asperitate graviter vulneratus sum; confectus mihi ac trucidatus videbar ea verborum contumelia. 4. *Ejus maledicta parum lædent honorem tuum*, seine Schmähreden werden deine Ehre wenig verletzen. Ejus maledicta nomini tuo non officient; labem inferent, maculam injicient & aspergent; maledicta ea nominis existimationi jacturam afferent; detrimento non erunt; non obscurabunt honorem tuum; splendorem nominis non perstringent; nomini tuo obscuritatem non afferent; tenebras non obducent; lucem non eripient; ejus ex maledictis nihil adverſi patietur tua dignitas; nihil de tua dignitate detrahetur; dignitatis damnum non facies; dignitas tua nulla labe afficietur; nullam maculam tuus honor contrahet V. *Offendo*, *detrabo*. *Usus.* Perjurio, dictis aut factis, ludibriis aliquem lædere.

Læna, æ, f. Opferrock, Regenmantel. *Syn.* Amiculum.

Læsio, onis, f. Beleidigung, Verletzung. V. *Offensio*.

Lætabilis, e. erfreulich. *Syn.* Lætitia dignus

Digitized by Google

gnus. *Usus.* Ut ea res lætabilis tibi fit & glorioſa, opto. V. *Lætus.*

Læte, luſtig. freudig. *Syn.* Jucunde, hilariter.

Lætifico, as, avi, atum, are. Freude bringen. *Syn.* Lætitiam affero, lætitia afficio, hilaro, exhilaro, oblecto, recreo. *Usus.* Solis acceſſus terram, agros lætificat. V. *Lætitia.*

Lætitia, æ, f. Freude. *Syn.* Voluptas, hilaritas, gaudium. *Epi.* Ingens, inſolens, inſolita. *Phraſ.* 1. *Is nuntius magnam mihi fecit lætitiam.* dieſe Poſt hat in mir eine große Freude erwecket. Magnam mihi lætitiam attuliſt, dedit, objecit; inſolitam in lætitiam me conjecit; magna lætitia me affecit; magnæ voluptati fuit; animum mira voluptate perfudit. V. *Gratus, jucundus.* 2. *Lætitiam inde percepi magnam.* ich habe darüber eine große Freude geſchöpfet. Lætitiæ cepi non mediocrem, actus inde lætitia non mediocri & voluptate; omnibus lætitiis incoſi accepto hoc nuntio; efferebar lætitia; exſilii, exſultavi lætitia ad eum nuntium. V. *Lætor, gaudeo.* 3. *Hominis adventus lætitiam omnem adimit,* ſeine Ankunft hat mir alle Freude geſtöhret. Omnem lætitiam mihi detraxit, ademit, labefactavit V. *Gaudium.*

Lætor, aris, atus ſum, ari. ſich erfreuen. *Syn.* Exſulto, triumpho, lætitia efferor, omnibus lætitiis incedo. *Adv.* Magnopere, mirabiliter, valde, vehementer, vehementiſſime. *Phraſ.* *Tuis rebus valde lator,* ich erfreue mich über den Fortgang deiner Sachen. Lætitiam ſumo, haurio, ſuſcipio ex rebus tuis; gaudium mihi res tuæ pariunt, præbent; gaudio me afficiunt res tuæ; magna mihi e rebus tuis voluptas, jucunditas, delectatio oritur; lætitia me res tuæ ſecundæ complent, cumulant, perfundunt; magnam hilaritatem capio ex jucundis rebus tuis. V. *Gaudeo. Uſus.* De tua fortuna lætor. Tuis præclaris operibus, in tuis præclaris operibus magnopere mihi lætandum eſt. Lætanti animo & erecto fortunam ſubiit.

Lætus, a, um, freudig, luſtig. *Syn.* Alacer, hilaris, jucundus. *Uſus.* Vultus lætus, lætiſſimi fructus. V. *Hilaris, jucundus, gaudeo.*

Lævigo, as, avi, atum, are. glatt machen, politen. *Uſus.* Parietes tectorio lævigantur.

Lævis, e, glatt. R. a λεῖος. *Syn.* Quod tactu aſperum non eſt, lubricus, glaber.

Lævus a, um, link. R. a λαιὸς. *Syn.* Siniſter. *Uſus.* Læva manus, auris. Lævus homo, *ineptus.* Lævum tonitru, *fauſti ominis.*

Lagena, æ, f. Flaſche. *Genus vaſis.*

Lambo, is, bi, ere. lecken. *Uſus.* Bos lingua ſe lambit. Mei mihi lambere videor.

Lamentatio, onis, f. Wehklage. *Syn.* Querimonia, queſtus, leſſus, plangor, gemitus, querela. *Epi.* Mœrens, lugubris. *Uſus.* Lamentatione forum complevere, Fletus mulierum & lamentationes fieri ſolitæ. V. *Gemitus, luctus, querela.*

Lamentor, aris, atus ſum, ari. wehklagen. *Syn.* Deploro, lamentationem facio. *Adv.* Flebiliter, modice, temere. *Phraſ.* *Miſere lamentatus eſt,* er hat wehemüthig geklaget. Clamore & fletu omnia complevit; lamentis, querelis ſe totum dedidit; lamentis omnia, lamentis cœlum complevit; in queſtus effundebatur totus. *Uſus.* Lapides ipſi cæcitatem tuam flexiſſent, & lamentati eſſent. V. *Gemo, queror, luctus.*

Lamentum, i, n. Wehklage. *Syn.* Lamentatio, *Uſus.* In lacrimis, lamentis, ſordibus jacuiſti. Num lamentis querelisque te dedes? V. *Luctus, querela, gemitus.*

Lamina, æ, f. Blech, Platte. *Uſus.* Titulus laminæ aureæ inſcriptus.

Lampas, adis, f. Ampel, Lampe *Syn.* Lucerna, lychnus. *Uſus.* Templum multis lampadibus illuſtratum Cœli lampades ſtellæ.

Lana, æ, f. Wolle. *Epi.* Candidior, alba, tenera. *Uſus.* Lanam carpere; lanam facere; lanæ manus admovere; lanæ deditum eſſe. mit Wollarbeit umgehen, Lana colorem ducit, die Farbe annehmen.

Laneus, a, um. wöllen. *Uſus.* Pallium laneum injecit.

Languefacio, is, feci, factum, ere. matt, oder kraftlos machen. *Syn.* Languorem affero. *Incito. Uſus.* Incitare languentes, & languefacere excitatos.

Langueo, es, gui, ere, *vel* Languesco, is, ere. matt ſeyn, erliegen *Syn.*

Digitized by Google

Flacceſco, languidus fio, torpeo, torpeſco, marceſco. *Adv.* Plane. *Phraſ. Languet juventus noſtra*, der Fleiß unſerer Jugend liegt ganz darnieder. Ut pulcherrime calebat, ita ignaviter nunc facit omnia; indormit juventus noſtra reſtincto ſtudiorum ardore; ita frigide agit, ut nolle exiſtimetur; juventute utimur frigidiſſima; ardor omnis refrixit penitus, & obriguit; elangueſcit fractis jam dudum animis, & noxia ceſſatione torpet; veternus quidam invaſit, occupavit juventutem noſtram, & tam leviter, tam ſolute, tam oſcitanter agit omnia; niſi faces admoveamus, niſi calefaciamus, frigore conglaciant eorum ſtudia; otio ſeneſcere, hebeſcere videmus juventutem noſtram; juventus non gloria movetur, non utilitate; non jam eadem eſt juventus noſtra, ita tarde commovetur, ita raro incaleſcit; ſocordius aguntur omnia, ſic ut inciſos induſtriæ nervos eſſe nemo non intelligat; induſtria elanguit, ardor animi reſtinctus eſt; dormit juventus noſtra, *aut* neſcio, quæ torpedo animos oppreſſit. Frigore frigeſcunt plurimi, dici non poteſt, quam jaceant omnia & torpeſcant; paucis ad ſtudia litterarum animus, ſegniores plerique, & qui ab honeſtis conſiliis plurimum refugiant. *Uſus.* Otio, ſeneſtute, corpore langueſcit. Ne patere, induſtriam languere tuam. Languet tua oratio, & jacet.

Languide, ſchwach, träg, ſaumſelig. *Syn.* Cunctanter, negligenter.

Languidus, a, um. matt, kraftlos. *Syn.* Languens, tardus, debilitatus, mollis, enervatus, remiſſus, ſolutus, frigidus.)(*Operoſus*, *ſtrenuus*. *Uſus.* Seneſtus, oratio, ſtudia languida. Languidiore ſtudio in cauſa fuiſtis. Nos etiam languidiores facti ſumus, & pene frigidi. V. *Langueo*, *debilis.*

Languor, oris, m. Mattigkeit, Hinläßigkeit. *Syn.* Torpor, deſidia. *Epi.* Gravis, ſegnis, lentus. *Uſus.* Exſpectatio diutina, otium & ſolitudo magnam affert languorem. Languori ſe dare, permittere, dedere.

Laniatio, onis, f. Zerreißung. *Syn.* Laniatus.

Laniatus, us, m. Zerreißung. *Uſus.* Quid mihi ferarum laniatus oberit nihil ſentienti?

Laniena, æ, f. * Fleiſchbank, Schlachtbank.

Lanio, as, avi, atum, are. zerreißen, zerfleiſchen. *Syn.* Dilanio, lacero.

Laniſta, æ, m. Fechtmeiſter. *Syn.* Gladiatorum magiſter.

Lanius, ii, m. ein Metzger. *Syn.* Carnarius.

Lanugo, inis, f. Milchhaar. *Prima pilorum eruptio: ita dicta a lanæ ſimilitudine, qualis in adoleſcentum genis, & pomis quibusdam. Epi* Prima.

Lanx, cis, f. Schüſſel, Wagſchale. *Syn.* Patina, ſtatera, libra. *Uſus.* Lancibus & caniſtris eſculenta inferre. Virtutis amplitudo, lanci impoſita, terram, mihi crede, & maria deprimat.

Lapicidina, æ, f. Steinbruch. *Syn.* Latomia. *Alii* Lapidicina *ſcribunt*, *ſed perperam.*

Lapidatio, onis, f. Steinigung. *Syn.* Lapidum jactus. *Uſus.* Inde fit ſaxis magna lapidatio. Lapidatione & hominum concurſu prohibitus eſt a noſtris.

Lapidator, oris, m. Steiniger. *Syn.* Percuſſor. *De homine improbo, & ſeditioſo.*

Lapideus, a, nm. ſteinern. *Uſus.* Murus lapideus.

Lapido, as, avi, atum, are. ſteinigen. *Syn.* Lapidibus obruo, cooperio, operio. V. *Lapis.*

Lapidoſus, a, um. ſteinig. *Uſus.* Terra, ager, loca lapidoſa.

Lapis, idis, m. Stein. *Phraſ. Lapides in eum jacti ſunt*, man hat mit Steinen auf ihn geworfen. Lapides in eum miſſi, ſaxa conjecta ſunt; lapidibus appetitus, ictus, percuſſus eſt; vis ingens lapidum grandinis modo in eum effuſa eſt; non defuere, qui lapidibus eum inceſſerent; qui ſaxa in eum jacerent; lapidum conjectu arcerent; lapidum ſaxorumque nimbo operirent. *Uſus.* Fracta domus conjectu lapidum. Homo de lapide emptus, *e quo præco venalia mancipia prædicabat*; *de capite quoque viliſſimo dicitur.* Ad tertium, quartum lapidem, drey oder vier Meilen von der Stadt. *Nam lapidibus per intervalla defixis milliaria deſignabant veteres.*

Lapſus, us, m. Fall *Syn.* Prolapſio, lapſio, caſus. *Epi.* Certus, multiplex, præceps, vetuſtus. Multi, populares, variique. *Uſus.* Lapſus fluminis, & curſus. Continere teme-

Digitized by Google

temeritatem in lapsu, arduum est. V. *Error*.

Laquear, aris, n. Gewölb, Oberdecke des Gemachs. *Syn.* Lacunar. *Usus.* Tecti laquearis.

Laqueus, i, m. Strick, Strang. *Syn.* Vinculum, restis, funis: *item*: dolus., *& res quaecunque, qua irretiri, aut capi possumus. Usus.* Disputationum, legum, verborum laqueis irretire, tenere, constringere. Laqueos alteri tendere. In laqueum collum inseruit. Laqueo vitam finivit. Judicii laqueos solertia declinare, evitare.

Laqueatus, a, um. vertäfelt. *Usus.* Laqueatum auro templum.

Lar, is, m. Hausgöt. *Syn.* Penates: focus, aedes. *Epi.* Familiaris. *Usus.* Relinquere, redire ad larem suum.

Large, reichlich, überflüßig. *Syn.* Largiter, liberaliter, copiose, munifice, effuse. *Usus.* Large dare, large permittere; large parare convivium.

Largior, iris, itus sum, iri. schenken, vergünstigen. *Syn.* Dono, gratificor, largitionem facio. *Adv.* Apertissime, inconsulto, liberalissime. *Usus.* Natura tua facultatem insignem, & copiam dicendi largitur. Largire hoc amori nostro. V. *Do, dono.*

Largitas, tis, f. Freygebigkeit. *Syn.* Liberalitas. *Usus.* Terra fruges maxima largitate fundit. V. *Liberalitas.*

Largiter, reichlich. *Syn.* Large.

Largitio, onis, f. reichliche Beschenkung. *Syn.* Effusio, corruptela. *Epi.* Agraria, frumentaria, infinita, maxima, modica, intolerabilis, necessaria, perniciosa, popularis, regia, salutaris, singularis, turpis, maxima. *Usus.* 1. Largitione quendam corrumpere, emere, animos conciliare. 2. *Concessio.* In largitione civitatis haud difficiles fuere Romani, die Römer haben gerne das Bürgerrecht ertheilet. V. *Corruptela.*

Largitor, oris, m. Geber, der gern schenket. *Syn.* Corruptor. *Epi.* Fastiosus, prodigus.

Largus, a, um. freygebig, reichlich. *Syn.* Liberalis. *Usus.* Duo genera sunt largorum, quorum alteri prodigi, alii liberales. Larga compensatio. V. *Beneficus, liberalis.*

Larva, æ, f. Gespenst. *Usus.* 1. Num hunc hominem larvæ, intemperia, furiæ agitant? 2. *Persona*, Maske, Larve. Non illa Larva opus est. Larvam deponere, aufhören sich zu stellen.

Larvatus, a, um. verlarvet. *Syn.* A larvis exterritus; furiosus; *item*: personatus.

Lascivia, æ, f. Frechheit, Geilheit. *Syn.* Petulantia, procacitas. V. *Luxuria.*

Lascivio, is, ire. frech, ausgelassen, geil seyn. *Usus.* Petulanter agere, lascivire. Longo otio plebs lascivire coepit.

Lascivus, a, um. geil, frech, ausgelassen. *Syn.* Petulans, procax. V. *Petulans, luxuriosus, impudicus.*

Lassitudo, inis, f. Müdigkeit. *Syn.* Defatigatio. *Usus.* Vino, interposita quiete lassitudinem abstergere, membris eximere.

Lassus, a, um. müd, matt. *Syn.* Labore tum animi, tum corporis fatigatus. *Phras.* *Lassus sum*, ich bin müd. A viribus deficior; vires lassitudine me deficiunt; labori succumbo; labore fractus sum. V. *Fatigo, fessus.*

Late, breit. *Syn.* Laxe. *Phras.* *Malum late se extendit*, das Uebel hat sich weit ausgebreitet. Longe lateque dispersum est; latius opinione disseminatum; late diffusum est malum; latius serpit, quam credatur; ad plures pertinet; latissime fluxit, manavit. *Usus.* Vagabitur nomen tuum longe lateque. Fuse lateque dicere.

Latebra, æ, f. Schlupfwinkel. *Syn.* Recessus, locus, in quo latere quis possit. *Epi* Malefica, parva, tanta. *Usus.* 1. Multæ sunt animorum latebræ, multi recessus. Erupit e latebris tenebrisque conspiratio. 2. *Transl. Excusatio, declinatio rei objectæ*, Entschuldigung. Quære latebram tuo perjurio Suspicionum, obscuritatis latebræ.

Latebrosus, a, um. voll Schlupfwinkel. *Usus* Via latebrosa.

Latens, tis, *g. o.* verborgen. *Syn.* Obscurus, involutus.

Latenter, heimlich. *Syn.* Clam, occulte.

Lateo, es, ui, ere. verborgen liegen. *Syn.* Delitesco, latesco, clam sum. *Adv.* Abdite, occulto, utiliter. *Phras.* 1. *Latuit homo improbus*, der gottlose Mensch ist verborgen geblieben. Fefellit quæsitorum in-

Digitized by Google

duſtriam; occultorum locorum latibulis delituit; latitavit in tenebris abditus & retruſus; nequitiam ſuam tenebrarum ac parietum cuſtodiis texit, condidit, occuluit, occultavit. 2. *Scelera latere diu non poſſunt*, die Laſter können nicht lang verborgen bleiben. Nullum crimen diu eſſe poteſt, quin indicio ſe prodat aliquo; quin in lucem prodeat; quin emanet; nullum ſcelus tegi, premi, tenebris involvi perpetuo poteſt. 3. *Latere optat*, er will verborgen und unbekannt ſeyn. Abstinet publico; latebris ſe involvit; latebris ſe commendat ſtudioſe; id agit ſtudioſe, ut ex hominum ſe conſpectu ſubducat. V. *Abdo*, *abſcondo*. *Uſus*. Non latebat me tuum flagitium. Sub nomine pacis bellum latet. Non id abditum latebat in tenebris, ſed in oculis erat poſitum. V. *Ignoro*.

Laterna, æ, f. Laterne.

Latibulum, i, n Schlupfwinkel, Höhle. *Uſus* Latibula quærere. Latibulis ſe tegere. V *Latebra*.

Latine, lateiniſch. *Uſus*. Plane ac Latine loqui. Græca Latine reddere. Latine ſcire, non peſſime Latine loqui.

Latinitas, tis, f. das Latein. *Syn.* Sermonis Latini puritas. *Phraſ.* *Latinitate utitur optima*, er hat ein zierliches Latein. Incorrupta utitur Latini ſermonis integritate; caſte pureque utitur Latina lingua; elucet in ejus ſermone mira Latinæ linguæ elegantia; in ejus dictione ineſt mirus Latini ſermonis candor; ſtilo dicendique genere utitur terſo & caſtigato; quod in Latina lingua cultiſſimum ac ornatiſſimum, id totum in ejus ſermone ita deprehendas, ut per manus tradita, ac velut teſtamento legata illi Latinitas videatur; caſti incorruptique ſermonis laude floret; nemo illo purius ac emendatius Latino ſermone utitur; ineſt in ejus ſermone nativa & omnibus numeris abſoluta Latinitas; hunc tu cum audies, Muſas ipſas Latine loqui putabis. *Uſus*. Latinitas eſt, quæ ſermonem purum conſervat, & ab omni vitio remotum. Cæcilius non bonus auctor Latinitatis. Epiſtolam Græcam Latinitate donare.

Latinus, a, um, lateiniſch. *Uſus*. Latinus es; Latinas litteras præclare calles, tenes, exhauſiſti.

Latio, onis, f. das Tragen, Bringen. *Uſus*. Expecto legis lationem.

Latito, as, avi, atum, are. verborgen ſeyn. R. *a Dor.* λάθω. *Uſus*. Non latitabis diutius.

Latitudo, inis, f. Breite. X *anguſtia*. *Uſus*. Tuarum latitudinem poſſeſſionum tueri non poteris.

Lator, oris, m. Ueberbringer, Träger. *Uſus*. Quis talis latorem legis perferret?

Latratus, us, m. das Bellen.

Latro, as, avi, atum, are. bellen. *Uſus* Latrant hi oratores, non loquuntur. *Transl.* *Vociferari*.

Latro, onis, m. Mörder, Straſſenräuber. *Syn.* Graſſator, prædo, excurſor, ſiccarius. *Epi.* Funeſtus, demens, paratiſſimus ad omnia, expeditus, perditus abjectusque, fortis, impurus, maleficus, ſceleratus, agens, ſceleratiſſimus, deterrimus; impune latrocinans, turpiſſimus. Latrones armati, conſcelerati, fœdiſſimi, furentes, importuniſſimi, noti ac inſignes, nefarii, perditiſſimi. *Phraſ.* *Latronem agit*, er giebt einen Straſſenräuber ab. In cæde atque ex cæde vivit; maleficio & ſcelere paſcitur; per latrocinia & rapinas vitam tolerat; latrociniis ſe alit; in latrocinium verſus vias infidet & itinera, prædasque agit. V. *Prædo*.

Latrocinium, ii, n. Straſſenraub, Straſſenräuberey. *Syn.* Excurſio. *Epi.* Apertum, caſtrenſe, civile, domeſticum, forenſe, honeſtum, impium, intolerabile, inteſtinum, nefarium, nocturnum, novum ac ſinguläre, ſceleratiſſimum ac deterrimum. *Uſus*. Hoc equidem latrocinium eſt, non judicium Tueri fines ab excurſionibus & latrociniis Per latrocinium hunc hominem deſpoliaſti; latrocinio oppreſſiſti innocentem.

Latrocinor, aris, atus ſum, ari. rauben, morden. *Syn.* Prædor, excurro, graſſor. *Uſus*. Duo millia latrocinari dicuntur.

Latumiæ, *vel* Latomiæ, arum, f. Steinbruch. *item*: Carcer Syracuſanus.

Latus, a, um. breit, weit. *Syn.* Amplus, laxus. X *anguſtus*. *Uſus*. Si

Sa-

Digitized by Google

Satis lato a Sicilia mari. 2 *Participi. a fero.* Nulla rogatio, nulla lex eſt lata.

Latus, eris, n. **Seite**. R. *a* πλατύς. *Syn.* Pars dextra *vel* ſiniſtra corporis, *vel* regionis. *Epi.* Bonum, valens. *Uſus.* 1. Latus ei condoluit. Lateris dolore conſumptus eſt. Ad Cæſaris latus aſſedit. Per alicujus latus petere, ferire alterum. Latera cingebant filii. 2. Provincia altero latere mari alluitur.

Lavatio, onis, f. **Bad**. *Syn.* Balneum. *Uſus.* Cura, ut, cum venero, lavatio parata ſit.

Laudabilis, e. **löblich, rühmlich**. *Syn.* Laudandus, probabilis, prædicabilis, prædicandus, laude dignus. *Uſus.* Honeſtum, etſi a nullo laudetur, laudabile eſt natura & prædicabile.

Laudabiliter, **lobwürdig, rühmlich**. *Syn.* Recte, laudate, honeſte, cum laude.

Laudatio, onis, f. **Preiſung, Lob, Anrühmung**. *Syn.* Præconium, commendatio.)(*Vituperatio. Epi.* Gravis & honeſta. *Uſus.* Laudatio alicui data.

Laudator, oris. m. **Lober, Rühmer, Lobredner**. *Syn.* Præco virtutis, teſtis innocentiæ. *Uſus.* Te mihi laudatorem mearum rerum, teſtem, auctorem cupio. Habebis in me tuæ virtutis præconem, laudatorem ac probatorem rerum tuarum.

Laudatrix, icis, f. **Rühmerinn**. *Uſus.* Vitiorum laudatrix fama popularis.

Laudatus, a, um. **belobt, berühmt**. *Syn.* Spectatus, probatus.)(*obſcurus. Phraſ. Laudatiſſimum te omnes ſciunt*, **es wiſſen alle, wie belobt du ſeyeſt**. Cumulatum te omni laude; omnibus laudibus abundantem; illuſtri laude florentem, celebratum omnes norunt; neminem fugit, quam excelſo illuſtrique loco ſita ſit laus tua; quanta in te ſit commendatio virtutis; quanta in laude ſis apud omnes. V. *Laudo. Uſus.* Homo omnium conſenſione laudatus

Laudo, as, avi, atum, are. **loben, rühmen, preiſen**. *Syn.* Commendo, celebro, laudem tribuo impertio *vel* impertior; eximia laude orno, nomen orno; verbis ampliſſimis, maximis laudibus orno; laudibus effero, afficio; in cœlum laudibus tollo, extollo, fero; nobilito, laudem alicujus celebro; in majus celebro; laudibus onero; gloria & prædicatione effero; in aliquem laudes confero; aliquid verbis probo, approbo. *Adv.* Aperte, commode, copioſe, copioſiſſime, egregie, graviter, honorificentiſſime, merito, mirifice, nimis, valde, nominatim, ornatius, plane, privatim, publice, recte, valde, vehementer, vere, veriſſime, unice. *Phraſ. 1 Vir dignus eſt, qui ab omnibus laudetur*, **er iſt würdig von allen belobt zu werden**. Qui omnium vocibus ſcriptisque decoretur; qui omnium laudibus ornetur, cumuletur; cujus fama æternis laudibus floreat; quem ſemper omnes in ore animisque habeant. Vir eſt, cujus laudes nemo conſequitur; cujus virtus ſatis extolli nequit; quem omnes laudibus ad cœlum ferant; laudibus æternis proſequantur; qui fama & litteris celebretur; cujus mentionem cum honore inferant omnes poſteri; de quo ſermonem nemo, niſi cum admiratione laudum inſtituat; cujus nomen cum æternitate conjungatur; cujus virtutes & res geſtas poſteritas omnis æternis laudibus exornet, proſequatur, cujus virtutem omnium ſermones monumentaque illuſtrent. 2. *Laudatur in eo mira erga omnes caritas*, **man lobet an ihm ſeine ungemeine Liebe gegen alle**. Præcipua laude fertur; magnis in laudibus eſt; magnis in cœlum laudibus effertur; in ſumma apud omnes laude eſt ejus caritas; egregia adverſus omnes caritate magnam adeptus eſt gloriam; laudem præcipuam habet ejus caritas; præcipua in laude ponitur ejus caritas; præcipua laus ejus caritati tribuitur; præcipua in eo eſt caritatis commendatio; æterna in laude verſatur; caritas ejus ad ſummam laudem pervenit; fertur in primis ejus caritas omniumque ſermonibus celebratur; pleno ore laudatur. V. *Laus, illuſtro. Uſus.* Hunc pro dignitate laudare nemo ſatis poteſt.

Lavo, as, lavi, lotum, are, **waſchen, baden**. *Syn* Abluo; *item*: perfundor vivo flumine, perluor flumine. *Uſus.*

Digitized by Google

Uſus. Ubi nos laverimus, tu, ſi voles, lavato.

Laurea, æ, f. **Lorbertranz.** *Syn.* Corona laurea, laureola. *Uſus.* Quem currum, quam lauream cum laudatione tua conferam?

Laureatus, a, um. **mit Lorber gekrönet** *Uſus.* Liſtores, faſces laureati; litteræ laureatæ.

Laureola, æ, f. **Lorberkränzleiu.**

Laurus, i, f. **Lorberbaum.** *Uſus.* Sed incurrit hæc laurus noſtra in oculos malevolorum Lauri baccæ.

Laus, dis, f. **Lob, Ruhm, Preiß.** *Syn.* Præconium, commendatio, gloria, ſplendor, decus. *Epi.* Summa, divina, domeſtica, publica, admirabilis, æqua, aliena, amplior, antiquior, bellica, communis, conſimilis, immortalis, egregia, eximia, exigua, forenſis, gratiſſima, honeſta, ſatis idonea, illuſtris, imperatoria, inanis, infinita, jucunda, magna, digna, media, non mediocris, militaris, mira, modica, nova, oratoria, par, perennis, perfecta, popularis, præcipua, præclara, propria, ſempiterna, ſingularis, ſolida, ſumma, tenuis, vera, falſa, una, regia)(*dedecus, vitium Phraſ.* 1. *Laudem quærere*, **nach Lob und Ruhm ſtreben.** Laudem petere; toto pectore, totis animis incumbere in laudem: duci laude, gloria; gloriæ ſtudio atque amore flagrare; ſpectare laudem unam; nihil habere antiquius laude & gloria. Servire laudi atque gloriæ; nihil in vita magnopere expetere, niſi laudem ac honeſtatem, & in ea perſequenda omnia pericula parvi ducere; laudis ſtudio efferri; inflammato rapi ad laudem ſtudio. 2. *Laudi inhiare*, **ſehr lobbegierig ſeyn.** Laudes venari; aucupari opinionem; auram popularem captare: æſtu gloriæ eſſe percitum; gloriæ ſtimulis agitari. V. *Gloria.* 3. *Laudem ſibi parare*, **ſich Lob erwerben.** Laudem ſibi comparare; ſibi adſciſcere, nanciſci, conſequi; exiſtimationem colligere; in exiſtimationem venire. V. *Gloria.* 4. *Laudem habere*, **ein Lob haben.** In laude eſſe, laudibus florere, abundare, procedere, cumulari; præcipua laude ferri. V. *Laudo* 5 *Laudem alteri tribuere*, **einem andern das Lob geben** Laudes ſuas in alterum transfundere, transmovere; ſervire, ſubſervire, ſuffragari, favere alterius laudibus; laudes cum altero communicare; in alterum omnia laudum ornamenta congerere, conferre, transferre. 6. *Laudem alterius ſibi vendicare*, **fremdes Lob ſich zueignen.** De alterius laudibus delibare; alienas laudes in ſe transmovere; offerre ſe in ſocietatem, communionem alienæ laudis; laudem alteri præripere; ex alienis laboribus ſuo nomini libare laudem. 7 *De laude detrahere*, **eines Lob ſchmählern.** Laudes alterius obterere, minuere, imminuere, obſcurare. V. *Detrabo.*

Laute, **herrlich.** *Uſus.* Laute vivere, & curare ſe molliter.

Lautia, orum, n. **Ehrengeſchenk.** *Syn.* Munera, quæ legatis exteris per quæſtores præbebantur a Romanis. V. *Donum.*

Lautitia, æ, f. **Köſtlichkeit, Herrlichkeit** *Syn.* Munditia, elegantia. *Epi.* Nova.

Lautus, a, um. **prächtig, köſtlich, niedlich.** *Syn.* Elegans, ſplendidus, dives, mollis, delicatus. *Uſus.* Lautus victus & elegans. Villa lautius ædificata, in qua nihil non lautum, exquiſitum, magnopere ſumptuoſum. Patrimonium ſane lautum, copioſum, ſplendidum luxu diſſipavit. Lautus homo, & urbanus.

Laxamentum, i, n. **Nachlaſſung, Erweiterung.** *Syn.* Dilatatio. *Transl.* Remiſſio, relaxatio. *Uſus.* A curis paullum laxamenti nactus ſum. Cauſæ tuæ nihil laxamenti datum eſt.

Laxitas, tis, f. **Weite.** *Syn.* Amplitudo, dilatio. *Uſus.* In ædibus adhibenda cura laxitatis.

Laxo, as, avi, atum, are. **weiter machen.** *Syn.* Dilato, ſolvo, remitto. *Phraſ. Diſciplina laxatur*, **die Hauszucht nimmt ab.** Diffluit, dilabitur, remittit diſciplinæ ſeveritas, disceditur a priſtina conſuetudine, & legum ſeveritate; diſciplinæ frena laxantur, remittuntur. *Uſus.* 1. Quam te a libidinum vinculis laxatum vellem! Animi corpore laxati in cœlum evolant. 2. *Remitto*, **nachlaſſen, erquicken.** Curis & moleſtiis; animum

Digitized by Google

mum a contentione laxa; *laxamenti aliquid indulge.* V. *Relaxo.*

Laxus, a, um. weit. *Syn.* Amplus.)(*Adductus, angustus. Usus.* 1. Laxæ ædes. Amicitiæ frena laxissima sint, oportet, quæ ex usu adducas, & remittas. 2. *Longus*, lang. Diem tibi statuo satis laxum; *tempus sat longum.* V. *Amplus.*

Lectica, æ, f. Sänfte, Tragsessel. *Syn.* Lecticula, hexaphorus, octophorus. *Epi.* Aperta, operta. *Usus.* Lecticula in curiam illatus, delatus est.

Lecticarius, ii, m Sänftenträger. *Syn.* Qui lecticam fert.

Lectio, onis, f. das Lesen. *Syn.* Legendi actus; *item*: electio. *Usus.* Hac tali judicum lectione grande reipublicæ inustum est dedecus.

Lector, oris, m. Leser. *Syn.* Recitator, anagnostes.

Lectus, i, m. Bett. *Syn.* Lectulus, cubile, torus, stratum, grabatus. *Epi.* Ligneus, ceratus, genialis, cubicularis. *Usus.* In lecto collocare; lecto se commendare, **zu Bette geben.** In lecto est; in lecto pellibus constrato jacet, **im Bette liegen.** Dolor eum in lectulo affixit. Lectum sternere, ornare, componere, aufbetten.

Lectus, a, um. auserlesen. *Usus.* Adolescens lectissimus. Femina lectissima, & ornatissima moribus

Legatio, onis, f. Gesandschaft. *Epi.* Libera, quæ honoris causa, titulotenus deferebatur alioquin, sua negotia agendi in provincia. Votiva, voti prætextu suscepta. *Usus.* Legationem accipere, suscipere, gerere, habere, obire, perficere, **Gesandschaft verrichten.** In legatione esse. Legationem renuntiare, *referre acta legationis* Legatio benigne audita.

Legatus, i, m. Abgesandter. *Syn.* Orator, nuntius pacis & belli. *Epi.* Consularis, dignus imperatoribus, clarissimis exercitibus, ornatissimis provinciis, improbissimus, quæstorius, regius, temperatissimus. *Phras. Est legatus apud Turcas*, **er ist kaiserlicher Gesandter an die Pforte.** Est orator Cæsareus apud Turcas; in legatione turcica est; legati apud Turcas locum obtinet; legatione fungitur; legationem obit, gerit apud Turcas, *Usus.* Legatos adhibuit & deprecatores.

Legio, onis, f. Legion. R. *a legendo milite dicta. Dividitur in* 10 *cohortes; cohors in* 60. *manipulos; manipulus in* 10. *milites, quibus adduntur equites* 600. *Centuriones* 66. *Epi.* Acris, aut pugnax, avida, cœlestis & divina, digna imperatore, hiberna, luculentissima martia, veterana, universa, aliena, firma, fortis. Legiones frequentes, inimicissimæ, idoneæ, invictæ, honestæ, paratissimæ ad liberandam patriam *Usus.* 1. Legiones scribere, conscribere, legere, conficere, **werben.** 2. *Complere legiones*, **rekrutiren.** Supplementa legionibus scribere, legiones implere. 3 Legionibus præesse, legiones accipere, habere, **Regimenter unter sich haben.** V. *Exercitus.*

Legionarius, a, um. zur Legion gehörig. Miles, *aut* res ad legionem pertinens.

Legislator, oris, m. Gesetzgeber. *Syn.* Lator legis, legis scriptor, auctor, conditor, qui legem dat, leges fert, jura statuit, præscribit.

Legitime, rechtmäßig. *Syn.* Juste, jure, more majorum. *Usus.* Nihil legitime, nihil jure, nihil legibus actum.

Legitimus, a, um. rechtmäßig. *Syn.* Justus, verus, æquus, secundum legem. *Usus* Justa & legitima potestas, concio, quæstio Dies habendis comitiis legitimus. Jus legitimum.

Lego, as, avi, atum, are. abordnen, schicken. *Syn.* Legatum mitto *Usus.* 1. Si uli Andronem ad senatum legarunt. 2. Testamento *aut* codicillo aliquid alteri relinquo, **vermachen.** Usumfructum omnium bonorum uxori legavit.

Lego, is, gi, lectum, ere. lesen. Recito, volvo, voluto, evolvo, verso. *Adv.* Attente, diligenter, diligentius, libentius, nihil, studiose, curiose atque contente, curfim, suavissime & peritissime, clare & intente, de plano. *Phras. Ciceronem unum lego*, **ich lese nur allein den Cicero.** Ciceronis libros unice legendo contero; in his acquiesco unice; hos inexhausta aviditate volvo; in his volutandis tempus omne pono, consumo; hos assidua lectione evolvo; Cicero mihi assidue in manibus est; est mihi voluptas plurima in ejus commentationibus identidem reguftandis, accurate lectitandis, assidue tractandis; Ciceronis libros

Digitized by Google

ſemper in ſinu circumfero, circumgeſto. Unius Ciceronis lectio animum meum paſcit; unus Cicero mihi placet; me delectat, me tenet in uno Cicerone ſtudium omne colloco; uni Ciceroni ſtudium meum omne dicavi; ad unum Ciceronem operam omnem confero; meas uni Ciceroni vigilias do, dico, trado, addico; ab hoc avelli non poſſum. Ciceronis lectioni ita affixus ſum totis animis, ut &c. Unus ſibi horas meas omnes vendicat, rapit Cicero. *Uſus.* 1. Omnium bonarum artium auctores legendi ſunt, & pervolutandi. 2. *Colligo*, ſammeln Flores, nuces, poma legere. 3. *Seligo*, erwählen. Senatum, milites legere. Aliquem in demortui locum legere.

Legulejus, i, m. **Geſetzverſtändiger.** *Syn.* Formularum cantor, præco actionum. *Formularum duntaxat forenſium & albi gnarus. Epi.* Lautus & acutus.

Legumen, inis, n. **Hülſenfrucht.** *Quod legitur e terra: ut piſa, fabae, cicerres, lentes, phaſeoli, milium, panicum, ſeſama, lupinum, linum &c.*

Lembus, i, m. **Schifflein.** *Syn.* Navicula brevis & velox.

Lemma, atis, n. **ein unwiderſprechlicher Spruch oder Satz.** *Syn.* Aſſumptum.

Lena, æ, f. **Kupplerinn.** *Syn. Transl.* Conciliatrix. *Uſus.* Vide, ut blanda conciliatrix & veluti lena natura ſit.

Lenio, is, ivi, itum, ire. **lindern mildern, beſänftigen** *Syn.* Placo, mitigo, flecto, ſedo.)(*Inflammo. Phraſ. Furor populi appoſita oratione lenitur*, **die Aufruhr des Volks wird durch eine wohlgeſetzte Rede geſtillet.** Placatur, ſedatur, componitur; plebs permulcendo, ſenſimque alio trahendo manſuefcit; ad manſuetudinem traducitur; ſeditio ac furentis populi tumultus appoſita oratione comprimitur. 2. *Iratum Principem tandem lenivit*, **er hat den erzürnten Fürſten endlich beſänftiget.** Permulſit tandem blanda oratione efferatum Principis animum & quas daturus erat, tempeſtates eloquentia diſcuſſit; tranquillum fecit ac placabilem Principis animum; placatum effecit: permulcendo tractandoque manſuefecit; iram ſedavit, permulſit; animum mollivit; animi intemperiem omnem in tranquillum contulit; faces omnes irarum reſtinxit. 3. *Lenita tandem eſt hominis ira*, **es iſt endlich der Zorn dieſes Menſchen geſtillet worden.** Dedit ſe tandem ad lenitatem homo iracundia præceps; remiſit indomitos ſpiritus; compreſſit animum; ira relanguit; æstas, dies intemperiem illam mitigavit; vehementes illi impetus conſenuere, omnisque iræ impetus, quaſi ventus hominem defecit; ſedata eſt ac reſtincta diuturna illa perturbatio animi; reſedit, deferbuit, refrixit æſtus ille animi; impetus ille animi ardorque tandem remiſit. 4. *Temporis diuturnitas dolorem leniet*, **die Zeit wird den Schmerzen lindern.** Dies dolorem minuet, *vel* exhauriet; temporis longinquitas multum de dolore detrahet; medicinam dolori dies afferet; longa dies malorum memoriam ex animo delebit; dolori medebitur tempus; dolorem animo infixum tempus evellet atque ejiciet; vetuſtate inflicta a fortuna vulnera ſanabuntur. *Uſus.* Cæſar irritatos muneribus lenivit. Incommoda commodorum compenſatione lenienda ſunt. Deſiderium tui litteris accipiendis leniam. V. *Lenio*, *placo.*

Lenis, e. **gelind, gütig, ſanft** *Syn.* Facilis, mitis, indulgens, clemens, placidus, manſuetus, comis, humanus, minime auſterus.)(*Aſper, ſeverus, durus. Phraſ. Leni homo eſt animo* **er iſt gar ſanftmüthig.** Leni eſt animo natus; natura leniſſimus; nonnullis ad lenitatem propenſior; nonnullis ejus lenitas ſolutior eſt viſa; eſt in eo ſumma lenitas, mollisque ad accipiendam & deponendam offenſionem animus; omnibus ſe placabilem exorabiliemque præbet; ſumma placabilitate, ſumma animi facilitate eſt; nihil illo lenius, aut mitius. V. *Mitis, manſuetus. Uſus.* Romani in hoſtes leniſſimi. Tractus orationis lenis & æquabilis.

Lenitas, atis, f. **Sanftmuth, Güte.** *Syn.* Lenitudo. *Epi.* Æquabilis, grata, nova, perpetua, priſtina, ſoluta. *Uſus.* Lenitatem mollitia quædam animi imitatur. Noſtrum eſt, mentes ad lenitatem & miſericordiam revocare, traducere. Aſperitate tua hominem

Digitized by Google

nem de lenitate sua deduxisti. Profluens oratio æquabili lenitate. V. *Mansuetudo.*

Leniter, gelind, sanft, sachte. *Syn.* Molliter, suaviter, molli manu, molli brachio.)(*Aspere. Usus.* Leniter sentire & dicere. Leniter arridere alicui. Sensim ac leniter accendere animos. Remisse ac leniter dicere, procedere. *minime festinanter.*

Lenitudo, inis, f. Gelindigkeit. *Syn.* Clementia, suavitas. *Epi.* Nimia. *Usus.* Lenitudo orationis, mollitudo corporis.

Leno, onis, f. Kuppler. *Syn.* Minister libidinis, minister improbissimæ cupiditatis. *Epi.* Impudentissimus, improbissimus, perjurissimus, turpissimus, impurissimus.

Lenocinium, ii, n. Kupplerey, Reizung, Lockung. *Syn.* Delinimentum, allectamentum. *Epi.* Domesticum. *Usus.* Nempe leno inio se sustentat. Lenocinium facit; cupiditatum lenociniis se dediderunt.

Lenocinor, aris, atus sum, ari. kuppeln, schmeicheln, liebkosen, locken, *Syn.* Blandior, allicio. *Usus.* Tibi servus, tibi lenocinabitur. V. *Assentio, allicio.*

Lente, langsam, gemach. *Syn.* Remissa. *Usus.* Lente aliquid ferre, lente respondere.

Lentitudo, inis, f. Langsamkeit. *Syn.* Tarditas. *Epi.* Semper viridis. *Usus.* Quod nos lenitatem dicimus, illi vitioso lentitudinis vocabulo appellant. Hoc alias gravitatis est, alias lentitudinis.

Lentus, a, um. langsam, biegsam, gemächlich. *Syn.* Tardus, frigidus, remissus, lentulus, flexibilis. *Usus.* Lentior fuit pugna; lentum negotium; lentus homo, ac prope frigidus. Lenta salix; lentiora vincula. V. *Tardus.*

Leo, onis, m. Löw. *Epi.* Magnus. *Usus.* Fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur.

Lepide, [illegible] fein. *Syn.* Venuste, eleganter, festive. *Usus.* Lepide hoc tibi effectum dabo.

Lepidus, a, um. artig, fein, zierlich. *Syn.* Venustus, festivus, elegans. *Phras.* *Nihil illo lepidius*, er ist ein besonders artiger Mensch. Nemo illo est urbanitate, lebore, suavitate conditior; agnoscas in eo homine imaginem germanæ festivitatis; Atticis & urbanis salibus, omni venustate & lepore mire affluit; summa est in ejus moribus festivitas, lepor, concinnitudo. V. *Facetus.*

Lepor, oris, m. Artigkeit, Zierlichkeit im Reden. *Syn.* Festivitas, jucunditas, venustas, hilaritas, humanitas urbanitas. *Epi.* Admirabilis, eximius, inusitatus, magnus, major, multus, oratorius, tantus, vetus. *Usus.* Sunt in oratione tua omnes verborum, omnes sententiarum lepores. Elucet in ea species humanitatis, suavitatis, leporis. Facetiarum oratorius non scurrilis lepor.

Lepra, æ, f. Aussatz. *Usus.* Morbus elephantiacus.

Lepus, oris, m. Haas. *Usus.* Lepus tute es, & lepores quæris

Lessus, i, m. Todtenlied. *Syn.* Lugubris cantus. *Usus.* Mulier genas ne carpito, ne lessum funeris ergo habeto.

Letalis, e. tödtlich. *Syn.* Mortifer. Vulnus letale.

Lethargus, i, m. Schlafsucht. *Syn.* Veternus, torpor. *Usus.* Gravi lethargo oppressus.

Letum, s. Lethum, i, n. Tod. *Syn.* Mors. *Usus.* Vide, quam turpi leto pereamus.

Levamen, inis, f. Erleichterung. *Usus.* Siquod esset levamen, esset in te uno.

Levamentum, i, n. Erquickung, Linderung. *Syn.* Allevamentum, levamen, allevatio, levatio, fomentum *Usus.* Erit ea res tibi levamento. V. *Foveo, auxilium.*

Levatio, onis, f. Erleichterung. *Syn.* Levamentum, levamen. *Epi.* Magna, summa. *Usus.* Id majorem, quam expectas, tibi levationem afferet. Reperies malis tuis, dolori, ægritudini levationem maximam. V. *Auxilium.*

Levis, e. glatt. V. *Laevis.*

Levis, e. leicht, flüchtig. *Syn.* Minime gravis, ponderosus; *item*: Vanus, inanis, futilis, parvi momenti. *Phras.* *Homo est levissimus*, er ist ein sehr leichtsinniger Mensch. Homo est ventosissimus; ventosi est ingenii; summa est mobilitate, vanitate, animi levitate; de grege nugatorum est; mire est leviculus; vanus homo, & mobili ingenio; nihil in eo gravitatis; homo est, qui neque dicere, neque facere quidquam pensi habeat; qui nunquam

sibi

Digitized by Google

sibi constet; quo vaniorem, inaniorem vidi neminem. V. *Inanis*, *vanus*. *Usus*. 1. Democriti corpuscula levia alia, alia rotunda. 2. *Minime ponderosus*, *gravis*, gering, nicht schwer. Levis armaturæ milites. 3. *Vanus*, *futilis*, leichtfertig. Hoc minimè grave iis videtur, qui ipsi leves sunt.

Levitas, tis, f. Leichte, Leichtsinnigkeit. *Syn. Transl.* Inconstantia, mobilitas, vanitas, futilitas. *Epi.* Aliena, nimia, perpetua, popularis, propria, sublimis, sui similis, summa, amatoria, comica. *Usus*. 1. In ipso tactu est modus & mollitudinis & levitatis. 2. *Vanitas*, Leichtfertigkeit. Amatoriis levitatibus deditus. Levitate Græcus, crudelitate Barbarus. Quid levitate & inconstantia turpius? V. *Inanis*, *vanus*.

Leviter, leicht, gering. *Syn.* Tenuiter, leniter, molliter, levi manu, & brachio)(*Graviter*. *Usus*. Leviter ægrotare. Leviter eruditus, saucius. Mala mea leviſſime fero. Leviter pauca tangam. Leviter succensere. Ut leviſſime dicam, *obiter*.

Levo, as, avi, atum, are. verringern, erleichtern. *Syn.* Allevo, relevo, sublevo, minuo, lenio, levationem facio *vel* affero, laborem detraho, levationi sum. (*Affligo*, *aggravo*. *Adv.* Magnopere, mitius, multum, valde, sensim, paullum. *Usus*. 1. Curas animi & angores, laborem, dolorem, calamitatem, sumptum mihi sermo tuus, tuæ litteræ, tua liberalitas levarunt. Ægritudine me sæpe levasti. Uti levavit me adventus tuus, ita afflixit discessus. Is sum, qui levari non possum, *consolationem non admitto*. Caritatem annonæ, annonam suppeditato frumento levare. Animi levantur exercendo. 2. *Elevo*, *minuo*, vermindern. Studuit levare suspicionem, atrocitatem rei. Auctoritatem ejus inconstantia levat, *leviorem facit* V. *Auxilium*, *tueor*, *minuo*.

Lex, gis, f. Gesetz. *Syn.* Juris & æqui regula, quæ vel est *privata*, *& continetur* pactis, conditionibus, jure; vel est *publica*, *qua respublica constituitur*, rogatione, scito, senatus consulto, privilegio, decreto, judicis sententia. *Epi.* Acerbissima, acerrima, commodata alicui, accusatoria, æqua, agraria, alimentaria, annalis, apta, bona, mala, censoria, certa, civilis, publica, contraria, communis, curiata, consularis, sancta, diligentissima, divina, fecialis, frumentaria, grata populo, gravis, improba, multo impudentior, iniqua, invidiosa, justa, nefaria, naturalis, perfecta, popularis, princeps & ultima, recens, sancta, salva non scripta, sed nata, sempiterna, tribunitia, viaria, utilis. Annales, antiquæ, censoriæ, fatales, necessariæ, honestæ, militares, perniciosæ, præclaræ, proximæ, rariores, sacratæ, salutares, tyrannicæ, usitatæ. *Phras.* 1. *Legem dare*, Gesetz geben. Legem perferre, sancire, rogare, scisscere, condere, facere, scribere, edere; legis auctorem fieri; legem civitati dare, imponere, injungere, ponere, constituere, instituere, promulgare; aliquid sub legis superbissimæ vincula conjicere; tabulas figere; jura dare, legem in æs incidere; legibus munire urbem; describere jussa populo; legibus constringere, adstringere, devincire populum. 2 *Legem accipere*, Gesetz annehmen. Jurare in legem; lege se obstringere; legi se subjicere; legibus se devincire. 3. *Lex est de ea re*, wir haben ein Gesetz. Lege tenemur; lege sanctum habemus; lege cautum est. 4. *Legem servare*, Gesetz halten. Legi cedere, parere; obtemperare legi; legem observare, servare, sequi; legi satisfacere; implere officii partes, quas lex jubet, poscit, imperat. 5. *Legem violare*, Gesetz brechen. Fraudem legi facere; contra legem facere, jus, legem violare; leges perfringere, perrumpere, a legibus discedere; legem conculcare; in *vel* contra leges committere; legi non parere. 6. *Legem abrogare*, Gesetz abschaffen. Legem infirmare, irritam facere, dissolvere, antiquare, convellere, tollere, delere, rescindere. 7. *Dispensare in lege*, *vulg.* vom Gesetz lossprechen, begünstigen. Gratiam legis facere; lege aliquam solvere V. *Dispenso*. *Usus*. Lege agere, *jure constituto certare*, vel *judicis sententiam exequi*, nach den Gesetzen verfahren. Legem promulgare.

Libatio, onis, f. Opfertrank. *Syn.* Libamentum. *Usus*. Libationes epu-

Digitized by Google

epulæque ludorum. Sacrificiorum libamenta

Libella, æ, f. Wasserwag, eine Art Gewicht. *Syn.* As. *Usus.* 1. Quis illi vel libellam unam dediſſet? 2. *Norma, perpendiculum*, Bleywage.

Libellus, i, m. ein Büchlein, kleine Schrift. *Syn.* Commentarius, codex, parvus liber, commentariolus, codicillus, chirographum. *Epi.* Parvus, exilis, non magnus; puſilli contemptique, Rhetorici. *Usus.* Libellum componere; in libellum memoriæ cauſa referre. Libellum tradere ſupplicem, eine Bittſchrift eingeben.

Libens, tis, g. o. willig. *Syn.* Lubens. *Usus.* Libenti animo hæc tolerabo. Libentiſſimis omnibus hoc munus conſequere. V. *Libenter.*

Libenter, willig, gern. *Syn.* Libenti animo, magna voluntate, ſtudioſe, non repugnanter, non gravate, non modo non recuſans, ſed ultro etiam, & ſponte offerens; non repugnans; ſine excuſatione, ſummo ſtudio, ſumma voluntate, egregia animi alacritate.)(*invitus. Phraſ.* 1. *Libenter tibi gratifi abor*, ich werde dir gern dienen. Animo libenti prolixoque; non gravate, benigne, ſtudioſe, perlibenter, animo lubenti, æquo, immo vero gaudenti; propenſe; pronis animis; effuſo ſtudio, utraque manu, alacritate ſumma; animo libentiſſimo; animo non invito dabo omnia. 2. *Reducem te libenter videbo*, ich werde es gern ſehen, wann du zurück kommeſt. Delectabit me tuus reditus; cupide expecto reditum tuum; lætabor, acquieſcam tuo reditu; eſt in optatis, te coram amplecti; lætus te videbo; læte ac hilare te accipiam,

Liber, era, um frey, ledig. *Syn.* Non impeditus, expeditus, ſolutus, nulla re implicatus; nullius dominationi parens, ingenuus; qui ſui juris eſt & mancipi; qui in ſua poteſtate eſt; ſuo jure libertateque utitur; jus ſuum retinet; nemini mancipatus, addictus; vacuus, purus, integer.)(*ſervus, impeditus, implicatus. Phraſ.* 1. *Liber ſum*, ich bin frey. Nullius imperio contineor; libertate utor integerrima; omnia mihi integra ſunt ac libera; in poteſtate mea ſum; nullis neque imperii, neque juris incluſus ſum anguſtiis, quo minus meo arbitratu vivam, in nullius jure aut ditione ſum; non ea conditione natus ſum, ut legibus quidquam debeam. 2. *Liber eſt a publicis oneribus*, er iſt frey von allen Dienſten und Gaben. Rerum omnium vacatione commodiſſima utor, operum immunis agito; immunitatem rerum omnium habeo. V. *Immunis, vacatio.* 3. *Liberum legibus eſſe voluit*, er hat gewollt, daß er Geſetzfrey ſeyn ſoll. Nullis legibus alligatum, conſtrictum, impeditum eſſe voluit; legibus ſolutum; liberum exſolutumque legum vinculis; nullis adſtrictum legibus; extra legem eſſe voluit; nullis legibus teneri; nullis legum anguſtiis incluſum eſſe voluit. *Usus.* Integro, ſoluto, expedito ac libero animo vivere, agere. Homo a cupiditatibus animi, ac perturbationibus liber ac ſolutus.

Liber, i, m. Buch. *Syn.* Opus, volumen, commentarius, monumentum, lucubratio, codex, libellus. *Epi.* Auguralis, extremus, graviſſimus, improbus, magnus, notior, optimus, plenus, refertus ſententiis, ſuaviſſimus, ſuperior. *Phraſ. Multos libros ſcripſit*, er hat viele Bücher geſchrieben. Compoſuit, contexuit, ſcriptos reliquit: grandia variarum commentationum, eademque utiliſſima monumenta reliquit; chartis ad poſteros transmiſit; copioſos in omni genere libros emiſit, edidit, foras dedit; in lucem emiſit; cogitationes ſuas litteris monumentisque explicuit, conſignavit, mandavit, commendavit, vulgavit, evulgavit; publici juris fecit; eo auctore multi libri exivere. *Usus.* 1. Librum evolvere, percurrere, pervolutare, durchleſen. 2. Librum ſcribere, facere, abſolvere, perpolire, verfertigen. 3. Liber imprudenti excidit, in lucem prodiit, ausgehen. Liber vetuſtate corruptus, ſitu exeſus, blattas paſſus & tineas, a tineis corroſus, & fugientibus litteris male deformatus, ein altes von Schaben zerfreſſenes Buch.

Liberalis, e. freygebig. *Syn.* Largus, munificus, beneficus, prolixus.)(*avarus, parcus, ſordidus. Phraſ.*

Digitized by Google

Erga omnes æque liberalis es, du biſt gegen alle freygebig. Totum te in alios effundis, profundis; benigne facis omnibus; eſt in te benignitas incredibilis, prolixior fere voluntas eſt, quam res patitur; nemo non a te liberaliſſime tractatur; natura ad beneficentiam propenſus es, nihil ut ſupra. Fructus liberalitatis tuæ uberrimi ad omnes pertinent, perveniunt. Nulli fides tua, nulli opera, nulli res familiaris deeſt; liberalitate uteris in omnes effuſiſſima; liberalitate tibi omnes devincis; intactus es ab avaritiæ ſordibus, nemo eſt, qui non beneficiis ornetur tuis. V. *Beneficium*. *Uſus*. 1. Liberalis dicitur, qui officium, non fructum ſequitur. 2. *Ingenuus*, *honeſtus*, ehrbar. Artes, quæſtus, artificia, liberalia & ingenua. V. *Litteræ*, *Ars*.

Liberalitas, tis, f. Freygebigkeit. *Syn.* Benignitas, beneficentia, largitas, benefica voluntas, voluntas bene merendi de aliquo. *Epi.* Cautior, diſſolutior, moderata, divina, præſtans, commemoranda. ✕ *avaritia*. *Uſus*. Liberalitate uti, liberalitate ſibi alios devincire. Liberalitatem exercere, maximus eſt divitiarum fructus. V. *Beneficentia*, *largus*, *dono*.

Liberaliter, freygebig. *Syn.* Large, munifice, benigne; ingenue. *Uſus*. 1. Benigne liberaliterque dedit. 2 Homo liberaliter educatus.

Liberatio, onis, f. Erledigung, Befreyung, Rettung. *Syn.* Abſolutio. *Uſus*. Liberationem culpæ ſimul & errati veniam impetravi. Liberatio & vacuitas omnis moleſtiæ.

Liberator, oris, m. Erretter, Erlöſer. *Syn.* Vindex libertatis. *Uſus*. Patriæ liberatores urbe carebunt, qui a cervicibus jugum ſervile dejecerant?

Libere, frey, ledig. *Syn.* Solute. *Phraſ.* *Libere locutus ſum*, ich habe frey heraus geredt. Libertate animoque maximo erupit ex me vox, & ſine cunctatione dixi, quod ſenſeram; tum primum memorem libertatis vocem miſi; incurri enim vero magna libertate verborum, fidenterque locutus ſum; libero ore, & pro cauſa fidenter locutus ſum. *Uſus*. Licenter peccat, & libere. Conſtanter ſe gerit, & libere.

Liberi, orum, m. Kinder. *Syn.* Filii, proles, ſoboles, nati. *Epi.* Suaviſſimi, cariſſimi. *Phraſ.* 1. *Liberos gignere*, Kinder erzeugen Liberos ſuſcipere, tollere ex uxore; liberis operam dare; ſobolem ſtirpis parare; liberos procreare; augeri liberis; liberos gignere. *Uſus*. Liberos mater, generis præſidia, fortunarumque omnium ſocios peperit complures. Oro te, per quacunque jura liberos parentibus jungunt, ich bitte dich durch die kindliche Treue. V. *Pario*.

Libero, as, avi, atum, are. erlöſen, erretten, befreyen. *Syn.* Vindico, libertatem do; in libertatem vindico, reſtituo; in integrum reſtituo; expedio, ſolvo, laxo, relaxo; levo. *Phraſ.* 1. *Liberabo vos bellis vi & metu*, ich werde euch von aller feindlichen Gefahr erretten. Ex cæde & vinculis eripiam; jugum a veſtris cervicibus depellam, removebo; ex improborum faucibus ac manibus eripiam; ab hoſtili terrore vindicabo; metum vobis omnem dejiciam; laqueos ſervitutis abrumpam; metum animi abſtergam; faciam, ut ex illo metu reviviſcat; ut cura omni relevetur, ut emergat; ut metu defungatur reſpublica; explicabo urbem periculo, & ex ærumna extraham. 2. *Illo metu ſenſim liberor*, ich werde endlich von der Furcht nach und nach befreyet. Metus mihi adimitur; metu me ſenſim exonero; metu me exolvo; a longa formidine reſpiro; metum ſenſim amoveo; expedio me tandem cura & metu; curis ſolvitur animus. 3. *Libera me quæſo hoc metu*, benimm mir dieſe Furcht. Metu me longo exime; metum hunc mihi exime, deme, abſterge; expedi hac me ſolicitudine; exolve me iſta ſolicitudine; leva animum hac moleſtia; ſcrupulum mihi iſtum exime; iſtis me moleſtiis relaxa; exonera animum hoc metu. V. *Libertas*. *Uſus*. Aliquem metu, ſolicitudine, crimine, ſuſpicione cupiditatis; moleſtiis animum liberare. Aliquem ære alieno liberare.

Libertas, tis, Freyheit. *Syn.* Immunitas, licentia, ✕ *ſervitus*. *Epi.*

Ca-

Digitized by Google

Cariſſima, dulciſſima, non infeſta, acerbitate ſuppliciorum jucundior, licita, præclara, ſancta, ſumma, otioſa, tacita, tranquilla, equeſtris. *Phraſ.* 1. *In libertatem ſe vindicerunt*, ſie haben ſich in die Freyheit geſetzt. In libertatem ſe aſſeruere; expedivere ſe e ſervitute; jugum exuere, excuſſere; ſervitutem exuere; in libertatem ſe reſtituere. *Uſus.* 1. Libertatem dare, die Freyheit ſchenken. Largiri, concedere libertatem; libertatem, *vel* libertate donare. 2. Libertatem habere, accipere, recipere, tenere, die Freyheit haben, bekommen. 3. Libertatem adimere, præcidere, occludere, die Freyheit nehmen. 4. Libertatem amittere, ſe libertate abdicare, ſich der Freyheit entſchlagen. 5. Libertatem recuperare, vindicare; ſe in libertatem reſtituere, ſich wieder in Freyheit ſetzen. 6. *Licentia*, Freyheit, Ausgelaſſenheit. Libertate immoderata & concionum licentia Romana res concidit.

Libertinus, i, m. eines Freygelaſſenen Sohn. *Syn.* Liberti filius.)(*ingenuus. Uſus.* Patre libertino natus.

Libertus, i, m. ein Freygelaſſener. *Syn.* Juſta ſervitute manumiſſus; manu aſſertus; ad pileum vocatus. *Epi.* Gratioſus, paternus & probatiſſimus, nequam, improbus.

Libet, buit. es beliebet oder gefällt. *Syn.* Placet, delectat, non displicet, volo, juvat. *Phraſ.* *Si ita libet*, wenn es dir beliebt. Si collibitum eſt; ſi ita commodum tibi eſt; ſi cordi eſt, ſi ita ſert libido. V. *Placeo. Vulg. pro libitu*, nach Belieben. V. *Libido.*

Libidinoſe, geil, üppig, muthwillig. *Syn.* Intemperanter, luxurioſe. *Uſus.* Cave, ne quid per libidinem, libidinoſe, nefarie dicas, aut cogites.

Libidinoſus, a, um, geil, muthwillig. *Syn.* Intemperans, mulieroſus, laſcivus, impudicus, procax, ſalax, voluptarius)(*Temperans*, *caſtus. Phraſ.* *Eſt homo libidinoſus*, er iſt ein geiler Menſch. Homo turpiſſima libidine incenſus; qui parum honeſte pudicitiam habeat; qui vitam intemperanter, diſſolute, nequiter, luxurioſe traducat; voluptatibus deditus; mollitia & luxu diffluens; qui omnia ad libidinem & voluptatem referat; in voluptate omnia ponat; in quo flagrant libidinum vitia; qui cupiditate, libidine impeditur, luxu perditus; una libidine capiatur; luxuria & laſcivia diffluat; homo intemperantiſſimæ libidinis; in Venerem effuſus. V. *Luxurioſus*, *impudicus.*

Libido, inis, f. Geilheit, Begierde. *Syn.* Furor, impetus non rectus, effrenata cupiditas. *Epi.* Effuſa, neſaria, non mediocris, profana, indomita. *Phraſ.* 1. *Turpe eſt libidinem ſuam ſequi*, es iſt ſchändlich den geilen Lüſten nachhangen. Turpe eſt, parere libidini & indulgere; abripi cupiditate; libidinem voluptatibus explere; volutari in voluptatibus & cœno libidinum; ſervire, inſervire libidini; in Venerem ſe effundere; libidinum incendiis ita exæſtuare, ut non libido ab oculis, non facinus a manibus, non flagitium a toto corpore abeſſe videatur; turpe eſt, ſeararum ritu vulgare concubitus; pecorum ritu promiſcue in concubitus ruere. 2. *Caſti etiam animi libidine tentari poſſunt*, auch keuſche Gemüther können zur Geilheit angereizet werden. Caſtæ etiam mentes libidine concitari; ſtimulis libidinum compungi; fervore libidinis inflammari poſſunt; caſtis etiam mentibus cum formis animo ſe per oculos inſinuantibus continens ſæpe bellum gerendum eſt; flammæ libidinis per caſtas etiam mentes ſerpere, easque depaſci poſſunt; caſtas etiam mentes afflare peſtilens is ſpiritus poteſt. 3. *Libidinem comprimere naſcentem*, die aufſteigenden Begierden unterdrücken. Coercere cupiditatem; gliſcentem in animo cupiditatem reſtinguere; impuros iguiculos, antequam mentem depaſcant, ex animo amovere. 4. *Pro libidine agit omnia*, *vulg. pro libitu*; er thut alles nach ſeinem Belieben, wie es ihm in den Kopf kömmt. Ad arbitrium libidinemque agit omnia; arbitratu ſuo agit omnia; quæ in mentem, aut libidinem venerint; exequitur, ut animo lubet, collibitum eſt; ex libidine ſua agit omnia; ſua

Digitized by Google

illi agendi lex est sua cujusque rei libido. V. *Impudicus*, *voluptas*.

Libo, as, avi, atum, are. verkosten, versuchen. *Syn.* Delibo, degusto: carpo, decerpo. *Adv.* Publice. *Usus.* 1. Libanda sunt ex omnibus, quæ veritatis specie maxime moveant Libavimus ex maximis ingeniis excellentissima quæque, & excerpsimus optima. 2. *Sacrifico*, opfern. Sacerdotes fruges libant. V. *Gusto*.

Libra, æ, f. eine Wage. *Syn.* Statera, trutina. lanx. *Epi* Anceps. *Usus.* In altera libræ lance ponere.

Libramentum, i. n. Gegengewicht. *Usus.* Libramenta plumbi

Libraria, æ, f. Büchergemach, Buchladen. *Syn.* Taberna libraria, bibliotheca.

Librarius, ii, m. Abschreiber der Bücher. *Epi.* Librarii plurimi, accurati. *Syn.* Scriba qui exscribit, describit libros. *Usus.* Legem illam per plures librarios scribi feci.

Libro, as, avi, atum, are. wägen. *Syn.* Pondero, statera examino. *Usus.* Terra suis librata ponderibus.

Licenter, frey, frech *Syn.* Immoderate, nimis libere, audaster, fidenter, confidenter. V. *Libere*.

Licentia æ, f. Frechheit, Freyheit. *Syn.* Libertas immoderata, impunitas; intemperantia, protervitas, improbitas; *item*: venia. *Epi.* Infinita, intoleranda. *Usus.* 1. *Licentiam dare*, einem etwas zustehen, zulassen. Magistratus improbus his foeleribus licentiam dat, permittit, largitur, concedit. 2. *Licentiam habere*, gar zu große Freyheit haben. Summam licentiam nancisci, adipisci; patere alicui licentiam omnem, quam sibi arrogat, quidlibet audendi. V. *Audeo*. 3. Licentiam morum compescere, der Ausgelassenheit der Sitten steuren. Severis edictis tollere, præcidere, comprimere; populum a licentia arcere. V. *Impunitas*, *audax*.

Liceo, es, cui, itum, ere. feil seyn. *Syn.* Æstimor. *Usus.* Quanti licet is hortus? wie theuer wird der Garten feil geboten?

Liceor, eris, itus sum, eri. darauf bieten. *Syn.* Licitationem facio, pretium defero. *Usus.* Licori contra aliquem. Heredes liceri cogitant.

Licet, uit, itum, ere. es ist erlaubt. *Syn.* Licitum est, jus est, integrum est, jus habeo, fas est, datur hæc venia: datur; legibus conceditur; copia est. *Usus.* Hoc tibi per leges non licet. Nefas est violare hospitem, neque Romano homini licet.

Licet, wiewohl. *Syn* Quanquam, quamvis, etsi, quantumvis.

Licitatio, onis, f. das Bieten auf ein Ding, Feilschen. *Syn.* Auctio. *Usus.* Licitationem facere.

Licitator, oris, m. Steigerer, der auf ein Ding mehr bietet. *Syn.* Qui rei sub hasta positæ pretium auget.

Lictor, oris, m. Scherg, Büttel, Stadtknecht. *Syn* Apparitor. *Lictores duodecim virgas fasciesque præferebant Consuli. Usus.* I, Lictor! colliga manus. *Vetus formula*.

Lien, nis, m. das Milz *Syn.* Splen.

Lignatio, onis, f. das Holzhauen. *Syn.* Ligrorum sectio, deportatio. *Usus.* Lignationis causa Cæsaris milites egressi castris sunt.

Lignator, oris, m Holzhacker. *Usus.* Oppressis subito lignatoribus.

Ligneus, a, um. hölzern. *Syn.* Quod est ex ligno *Usus.* Signum ligneum.

Lignor, aris, atus sum, ari. Holz machen, Holz hauen *Syn.* Cædendæ materiæ causa silvas peto, ad ferenda ligna eo; lignationis causa exeo: ligna colligo, ligna, materiam cædo. *Usus.* Pars cohortum lignatum ac pabulatum missa est.

Lignum, i, n. Holz. *Syn.* Materia, lignea materia. *Epi.* Infelicissima, humida, viridis. *Usus.* Struem lignorum ingentem faciunt.

Ligo, as, avi, atum, are. binden. *Syn.* Vincio, constringo.)(*dissolvo*. *Usus.* Catenis ligo. V. *Vincio*, *vinculum*.

Ligo, onis, m. Haue, Hacke. *Instrumentum rusticum ad culturam hortorum, agrorum, vinearum.*

Ligurio, is, ivi, itum, ire. naschen, verschlingen, durch die Gurgel jagen. *Syn.* Helluor. *Usus.* Non liguriunt pecuniam, sed devorant, V. *Nepos*, *abligurio*.

Liguritio, onis, f. Leckerhaftigkeit. *Syn.* Helluatio.

Digitized by Google

Limatus, a, um. abgefeilt. *Syn.* Perpolitus, elimatus, limatulus. *Usus. Transl.* fein, ausgekünſtelt. Judicium limatum. Vir urbanitate multa limatus. Limata oratio.

Limbus, i. m. Saum *Syn.* Pars veſtis extrema; veſtis ora.

Limen, inis, n. Thürſchwelle. R. *a* λιμην. *aditus. Syn.* Introitus, janua, oſtium. *Epi.* Sanctiſſimum. *Usus.* Limine aliquem, aditu & veſtibulo prohibere. Pedem limine, extra limen efferre; pro limine adſtare.

Limes, itis, m. Landſcheide, Gränze *Syn.* Finis, terminus. *Phraſ.* 1. *Limites provincia conſtituere*, die Gränzen eines Landes beſtimmen. Definire regionibus limites; ponere limites, circumſcribere; provinciam ſuis finibus deſcribere, circumſcribere; fines provinciæ deſignare; certis ſpatiis, terminis finire, terminare, circumſcribere. 2. *Limites ſibi figere*, gewiſſe Schranken ſetzen. Cancellos ſibi circumdari; cancellis certis rem omnem circumſcribere; fines ſibi præſcribere, ſtatuere, conſtituere, adhibere. 3. *Limites tranſgredi*, die Schranken überſchreiten. Modum tranſire; finem prætergredi; lineas tranſire; egredi præſcriptum limitem, cancellos. *Usus.* Limes agro poſitus.

Limo, as, avi, atum, are. feilen. *Syn.* Elimo, polio, expolio. *Usus.* Animi acumen arte limandum eſt. Limare ſe ad cauſas dicendas. Stilus omnia polit ac limat.

Limoſus, a, um. leimigt, ſchlammigt. *Syn.* Limo plenus, cœnoſus.

Limus, a, um. ſchief, überquer. *Syn.* Transverſus, obliquus. *Usus.* Limis oculis aliquem intueri. V. *Torve*, *obliqué.*

Limus, i, m. Leim, Lette, Schlam. *Syn.* Lutum.

Linea, æ, f. eine Linie, Strich, Richtſchnur. *Filum, quo fabri materiarii utuntur ad ſignandam materiam. Epi.* Recta. *Usus. Transl.* In dicendo, agendo lineam ſaneto, *ne exerbato.* Peccare, eſt tanquam lineas tranſire. *Vix lineam ſcribere potui*, ewig ich habe kaum eine Zeile ſchreiben können. *Latine dicendum:* vix verſum unum exarare potui.

Lineamentum, i, n. Strich, Zeichnung, Zug, Bildung. *Syn.* Linea, figura, ductus linearum. *Epi.* Extremum, pulchrum. *Usus.* Compoſitio membrorum, conformatio lineamentorum. Oris lineamenta. Numerus orationi velut extrema lineamenta affert.

Lingo, is, ere. lecken. R. *a* λειχω. *Usus.* Mel mihi lingere videbar.

Lino, is, livi, litum, ere. ſalben, ſchmieren. *Usus.* Sagittas veneno linere. *Alias etiam* Linio, is, ire, *reperitur.*

Lingua, æ, f. Zunge. R. *a lingendo. Syn.* Sermo. *Epi.* Hæſitans, titubans, volubilis, celer, impigra, exercitata. *Usus.* 1. Linguam comprimere, adſtringere, compeſcere, die Zunge im Zaume halten. Lingua adhuc dum illi conſtitit, er kann noch reden. Lingua ſoluta eſt, er hat angefangen zu reden. Lingua hæſitavit, titubavit, er hat mit der Sprache nicht fortkommen können. Favete linguis, *ſilete.* 2. *Sermo*, Sprache. Lingua latina inops eſt, ubefior græca. Cura, ut latinam linguam probe noris, luculenter calleas, teneas, ſcias. Hujus commercio linguæ ad diſcendi aviditatem exciteris. V. *Latinitas.*

Linter, tris, c. Fiſcherkahn, Nache. *Syn.* Navicula ex arbore cavata.

Linteatus, a, um. mit Leinwand angethan *Syn.* Linteo indutus. *Usus.* Ea legio linteata dicta eſt.

Linteum, ei, n. leinen Tuch, Leinwand. *Epi.* Purum, tenuiſſimum. *Usus.* Linteis indutus.

Linteus, a, um. leinen. *Usus.* Veſtis lintea.

Lippio, is, ire. triefende Augen haben. *Usus.* Cum leviter lippirem; has litteras dedi.

Lippitudo, inis, f. das Augentriefen. *Epi.* Diuturna, moleſta, odioſa, perodioſa. *Usus.* Non occupatione, ſed parvula lippitudine adductus ſum, ut dictarem hanc epiſtolam.

Liquefacio, is, feci, factum, ere. fließen machen. *Syn.* Mollio. *Usus.* Cave, ne voluptates liquefaciant animum.

Liquefio, fis, factus ſum, fieri. ſchmelzen, zerfließen, weich werden. *Syn.* Liquefco, fluo. *Usus.* Glacies liquefacta.

Liquefco, is, ere. zerfließen. *Usus.* Liquefcere voluptate.

Liquet, es ſt offenbar. *Syn.* Conſtat. *Usus.* Dicebant judices, non liquere.

Liquide, *vel* liquido, klar, offenbar.

Digitized by Google

Syn. Certo, manifesto. *Usus.* Confirmare hoc possum liquido.

Liquidus, a, um flüßig, fließend X *Siccus, aridus. Usus.* Liquida voluptas. Genus orationis liquidum, profluens, profusum.

Liquo, as, avi, atum, are. schmelzen, zerlassen. *Syn.* Liquefacio, liquidum facio. *Usus.* Guttæ solis ardore liquatæ.

Liquor, oris, m ein flüßiges Ding, Saft. *Syn.* Humor. (*Concretio. Epi.* Vivens, inamœnus, jucundus, purus. *Usus.* Liquores amnium. Causæ concretionis & liquoris.

Lis, tis, f. Zank, Streithandel. *Syn.* Controversia, concertatio, causa, disceptatio. *Epi.* Intestata, insolita, nova, privata, tota. Lites privatæ, reliquæ. *Phras.* 1. *Litem intendit homo improbus*, er kündet mir einen Streithandel an. Litem mihi infert; causa mihi nascitur cum homine improbo; jure experiri vult homo improbus; controversiam infert; dicam impingere audet; in contentionem, disceptationem vocat; in controversiam vocat, adducit deducit; controversiam mihi facit, intendit; controversia mihi oritur, existit cum illo; litibus implicor; lege agere, legibus experiri audet homo improbus. V. *Causa, contro versia.* 2. *Litem perdet*, er wird den Handel verlieren. Litem amittet; causa cadet; causam amittet; causam adversariis tradet. 3. *Lites semper novas excitare*, immer neue Händel erwecken Lites ex litibus serere; movere rixas; litibus identidem lacessere; lites & contentiones excitare. 4 *In litem se immittere*, sich in einen Handel einlassen. In causam descendere, ingredi, dimittere se; in dimicationem descendere; dimicationem subire 5. *Litem componere*, den Streithandel beylegen. Litem transigere, tollere; componere, dirimere; sedare controversiam. *Usus.* Litem contestari, *rem in judicium adducere*, den Handel vor Gericht bringen, auf die Klage antworten Litem dare secundum tabulas, das Urtheil und Ausspruch der Sache nach den Rechten machen. Litem æstimare; litis æstimationem facere. *Expensarum in litem factarum totiusque damni rationem inire*, die Unkosten eines Prozesses schätzen. Litem suam facere, *tanquam suam suscipere*, den Handel führen, gleichsam, als ob er sein eigen wäre. Litem in rem suam vertere, den fremden Handel sich selbst zu Nutzen machen. V. *Judex, judicium.*

Litaniæ, arum, f. Litaney. Supplicationes religiosæ, quibus Sanctorum suffragationes exposcimus.

Litatio, onis, f. Opferung. *Usus.* Hostiæ fine litatione cæsæ.

Litato, nach glücklich verrichtetem Opfer. *Syn.* Auspicato.

Litigator, oris, m. Zänker, der gern rechtet. *Usus.* Rusticus illiteratusque litigator.

Litigiosus, a, um. zänkisch. *Syn.* Litium cupidus. *Usus.* Litigiosus homo. Litigiosum prædium.

Litigium, ii, n. Gezänk, Streithandel. *Syn.* Lis *Usus* Num quid ego litigii inter vos contrahere cupio? V. *Lis.*

Litigo, as, avi, atum, are. zanken, rechten *Syn.* Disceptо, contendo, altercor. *Usus.* Litigare cum aliquo & judicio conflictari. V. *Contendo.*

Lito, as, avi, atum, are. opfern. *Syn.* Sacrificio Deum placo. *Usus.* Mola falsa litant, qui thura non habent.

Litor, aris, atus sum, ari. durch Opfer eine gute Vertröstung erhalten. *Usus.* Qui fit, ut litetur uni, alteri non litetur.

Litoreus, a, um. am Ufer befindlich. *Usus.* Arbores, aves litoreæ.

Littera, æ, f. Buchstab. *Syn.* Nota, scriptura, elementa litterarum. *Epi.* Brevis, longa, forensis, insuavissima, nulla, prima, salutaris, vastior, tristior. *Usus.* Una & viginti sunt formæ litterarum. Epistola vacillantibus litteris exarata. Litteras venuste pingere, formare. Figuras litterarum fœde & insciter effingere. Nomen grandibus litteris in marmore incisum. Litteræ compositissimæ.

Litteræ, arum, f. Wissenschaften. *Syn.* 1. Eruditio, doctrina, bonæ artes & ingenuæ. 2. Memoria, monumenta. 3. Epistola. *Epi.* Non vulgares, reconditæ, interiores, exquisitæ, disertæ. *Phras.* 1. *Litteris humanioribus me impendam*, ich werde mich auf die freyen Künste legen. Ingenuas artes colam; in studiis humanitatis, tanquam in mercatura bonarum artium diligenter versabor; cum Musis me delectabo; cum omnibus Musis rationem habere cogi-

Digitized by Google

to; totum me ad ſtudia doctrinæ conferam; ad ſtudium doctrinæ atque humanitatis, quo teneor, me applicabo; in humanioribus ſtudiis omne curriculum meæ induſtriæ elaborabitur; manſuetiores artes, Muſas totis animis perſequar; in his bonarum artium ſtudiis ætatem omnem ponam, agam, exigam; in has politiores artes toto pectore incumbam. V. *Humanus* 2. *Litteras miſit ſ amoris plenas*, deine Briefe ſind voller Liebesbezeugungen. Litteras mittis multo officio refertas, litteræ tuæ inſignes multis amoris notis; amor tuus ex omnibus ſeſe partibus oſtendit in tuis litteris. V. *Epiſtola*. *Uſus*. 1. *Bonæ artes*, Wiſſenſchaften. Totum ſe ille ad litteras abdit, litteris involvit. Sunt in eo multæ litteræ; litteris eſt egregie politus, eruditus. 2 *Monumenta*, ſchriftliche Urkunden. Mandare litteris, ac memoriæ poſterorum cogitationes ſuas. Litteris artes omnes continentur. 3. *Epiſtola*. Brief. 1. *Litteras ſcribere*, einen Brief ſchreiben. Exarare, conficere, appellare aliquem; obſtrepere alicui litteris; per litteras colloqui. 2. *Litteras mittere*, einen Brief ſchicken. Dare alicui, *latori*; ad aliquem, *cui ſcribimus*. Committere fido homini litteras. 3. *Litteras perferre*, einen Brief überbringen, einhändigen. Afferre ad aliquem; dare alicui, reddere litteras. 4. *Litteras accipere*, einen Brief empfangen. Commearunt ad me celeriter; volarunt tuæ; crebræ mihi ab amicis veniunt litteræ. 5. *Litteras intermittere*, das Briefſchreiben unterlaſſen. Ecquid oblanguit, conquievit tuus ardor ſcribendi? 6. *Litteras exſpectare*, einen Brief erwarten. Diu tuas litteras requiro, deſidero; multum jam temporis ab his litteris mutum eſſe doleo. 7. *Litteras intercipere*, Briefe auffangen. In alienas manus incidere litteræ. 8. *Litteris reſcribere*, auf den Brief antworten. Reſpondere; litteras perferre; litterarum officium [illegible]. 9. *Litteras aperire*, den Brief öffnen. Reſignare litteras; ſolvere [illegible]; vincula epiſtolæ [illegible]. 10. *Litteras claudere*, den Brief verſiegeln. Litteras obſignare, [illegible]. 11. *Scriptum litterarum*, *vulg.* Nachſchrift. In extremis litterarum; in extrema parte epiſtolæ adjungere aliquid. V. *Epiſtola*.

Litterate, gelehrt. *Syn.* Scite, docte, eleganter. *Uſus.* Litteratius cæteris loquitur.

Litteratura, æ, f. Schrift, Gelehrſamkeit. *Uſus.* 1. Memoria litteraturæ velut germana ſoror eſt. 2. *Varia eruditio*, Gelehrtheit. Erat in Cæſare ingenium, ratio, litteratura, cogitatio

Litteratus, a, um. gelehrt. *Syn.* Liberaliter eruditus, doctus & ſciens, omnibus artibus liberalium ſtudiorum excultus; litteris inſtructus; in omni bonarum litterarum artiumque genere verſatus; doctrina atque optimarum artium ſtudiis perpolitus; ornatus iis artibus, quibus ingenia ad doctrinam excoluntur. *Uſus.* Litteratum otium. Senectus litterata. V. *Doctus*, *applico*.

Litura, æ, f. das Auslöſchen, Ausſtreichen, Durchſtrich in einer Schrift. *Syn.* Linea inducta ad aliquid delendum. *Epi.* Flagitioſa. *Uſus.* Mendæ lituris corriguntur. Hoc nomen in litura eſt.

Litus, ſ. Littus, oris, n. Geſtad, Ufer. *Syn.* Ora, ripa. *Epi.* Delicatiſſimum, deſertum. *Uſus.* Delectat me orarum ac litorum amœnitas.

Lituus, i, m. Krumſtab, Heerhorn, Trompete, Zinke. *Syn.* Bacillum leniter incurvum a litando dictum. *Epi.* Auguralis, inſignis, clariſſimus. *Uſus.* Lituus auguralis ab ejus litui, quo canitur, ſimilitudine nomen accepit. Lituus auguratus inſigne.

Liveo, es, *vel* Liveſco, is, ere. blau ſeyn. *Uſus.* 1. Digiti liveſcunt 2. *Invidus fio*, neidiſch werden. Liveſcere fas non eſt.

Lividus, a, um. blau, bleich, neidiſch. *Syn* Invidus, malevolus.

Lixa, æ, m. Gudelkoch, Troßbub. *Uſus.* Impedimenta ſubſequi juſſit, & calones, lixasque, & invalidos ſenes.

Locatio, onis, ſ. Setzung, Vermiethung. *Epi.* Scelerata, falſa, inanis *Uſus.* Porticus, quæ ex locatione reficiebatur. Poſtularunt, ut induceretur locatio.

Loco as, avi, atum, are. ſetzen, ſtellen. *Adv.* Publice *Syn.* Repono, colloco. *Uſus.* 1. Locare aliquem in ampliſſimo dignitatis gradu. Civitatem in

Digitized by Google

fide alicujus locare. Membra ſuo locata loco. 2. *Eloco, curandum do mercede conſtituta, conductori trado*, ausleihen, einem etwas um Lohn zu machen übergeben. Fundum locavi. Statuam, opus, viam ſternendam alicui locare. 2. *In matrimonium collocо.* Filiam ſuam alicui locare, ausheirathen.

Locuples, etis, g. o. reich, wohlhabend. *Syn.* Dives, copioſus, abundans. *Egens. Adv.* Maxime, parum, quidem, certe, ſane. *Uſus.* Locuples domus, oratio locuples. Cicero locuples teſtis & auctor. V. *Dives.*

Locupleto, as, avi, atum, are. bereichern. *Syn.* Dito, divitiis augeo, orno, fortunis augeo, cumulo, fortunis amplifico. *Uſus.* Orationem locupletaſti graviorum artium inſtrumento. Villam picturis, civitatem fortunis locupletaſti. V. *Dito, dives, divitiæ.*

Locus, i, m. ein Ort, Stelle. *Syn.* Status, conditio: pretium, æſtimatio, amor, gratia, occaſio, tempus, genus. *Epi.* Opacus, frigidus, amœnus, remotus ab arbitris, opportunus, commodus, ſaluber. *Uſus.* 1. (1. *Locus ſacer*, ein heiliger Ort. Locus vetuſta religione ineliſtus, celeberrimus. (2. *Locus ſolitarius*, ein einſamer Ort. Locus ab omni turba interpellantium vacuus, abditus certe, & ab arbitris liber ac remotus. Loci ſeceſſus a ſtrepitu, clamore, turba vacuus. (3. *Locus amœnus*, ein angenehmer Ort. Locus ædificiis frequens, uberrimo agro, mitiſſimo cœlo, clementibus accolarum ingeniis. (4 *Locus munitus*, ein feſter Ort. Locus natura & arte munitus; natura & opere munitus; arcis in modum emunitus (5. *Locus horridus*, ein wilder Ort. Locus aſper & incultus; latronum occultator & receptator locus; furiarum quoddam caſtrum; locus ſeptus denſis ſentibus, virgultis obſitus, arduus, iniquus, in una parte præceps Avius commeatibus locus; difficilis aditu; loca confragoſa, implicata vallium flexibus, & difficilis exitus, tetra, inculta, formidoloſa. Aſperitas, ſqualor locorum. (6. *Locus ſpatioſus*, ein weiter Ort. Locus in amplam camporum planitiem explicatus; locus, ubi ſe laxant montium ſinus, & immenſam planitiem aperiunt; loci amplitudo tanta, ut ſubjectos campos terminare oculis haud facile poſſes. Ex ſuperiore loco dicere, *ex roſtris.* 2. *Status, conditio*, Stand, Beſchaffenheit. In eum locum res rediit, venit, adducta, reducta eſt, die Sache iſt ſo weit gekommen. Quo loco res tuæ ſunt? wie ſtehet es mit dir? Peſſimo loco res noſtræ ac fortunæ ſunt Optimo loco ſtat respublica, es geht übel, es geht gut. 3 *Pretium, gratia*, Werth, Gunſt, Anſehen. Eſt magno loco; ſummum tenet, primum, principem apud Cæſarem locum, er ſteht bey dem Kaiſer ſehr wohl in Gnaden. 4. *Dignitas*, Ehrenſtelle Aſcendit in ſummum civitatis locum Summum locum tenet, obtinet. Loco motus, deturbatus, dejectus eſt. 5. *Occaſio, tempus*, Gelegenheit, Zeit. Lenitati locus non eſt, nihil loci eſt dubitationi Locus gratificandi nullus eſt. Priore loco dicere, poſteriore loco cauſam dicere. 6. *Genus*, Geſchlecht, Adel. Homo honeſto, equeſtri, ſummo, clariſſimo; *aut contra*: ignobili, obſcuro, infimo loco natus. 7. *Loci Rhetorici*, proprii, communes, ſedes ac domicilia argumentorum. 8. *Locus auctoris*, vel *libri*, Schriftſtelle. Platonis hunc locum tangendum non putavi; integrum reliqui. Eum locum ſuſe perſequitur in ſuis libris Carneades.

Loco, anſtatt. *Syn.* Vice. *Proſ.* 1. *Loco parentis te colo*, ich ehre dich gleich als meinen Vater. Parentis mihi numero es; duco, numero, habeo te in parentis loco; locum parentis, caritatemque tenes, obtines; pietatem filii tibi præſto. 2. *Tuo loco negotium agam*, ich werde die Sache anſtatt deiner verrichten. Tuis vicibus fungar; vicariam tibi operam præſtabo, Tuis curis, tuo muneri quaſi vicarius ſuccedam; ſolicitudinem tuam in negotio præſtabo; tuam vicem ſupplebo; tuas partes ſumam, ſuscipiam, agam; tuam vicem hoc in negotio præſtabo; vicem implebo; operæ ego tuæ vicariam ſupponam fidem. 3. *Loco parentis filius ſuccеſſit in conſulatu*, anſtatt des Vaters iſt der Sohn Bürgermeiſter geworden. Filius in parentis locum ſubſtitutus eſt; parenti a filio ſucceſſum eſt;

in

In demortui parentis locum ſuffectus, ſubfectus, ſubrogatus eſt filius; parentis fortuna in filium tranſiit. V. *Succedo.*

Locutio, onis, f die Rede. *Syn.* Sermo. *Epi.* Emendata & Latina. *Uſus.* Sermo eſt oratio remiſſa, & finitima quotidianæ locutioni.

Logi, orum. m. Poſſen, eitle, lächerliche Reden. *Syn.* Dictum ridiculum, nugæ, fabulæ.

Logica, æ, f Vernunftlehre. *Syn.* Dialectica. *Uſus.* Logica, quam rationem differendi voco.

Logodædalus, i, m. Wortkünſtler. *Syn.* Verborum artifex & auceps. *Epi.* Exultantes.

Lolium, ii, n. Laſtraut. *Herba genus ſegetibus inimicum.*

Longe, ferne, weit. *Syn.* Procul.)(*Prope. Phraſ.* 1. *Longe diſtamus*, wir ſind weit voneinander. Magno locorum intervallo disjuncti ſumus; locorum longinquitate nimia disjungimur; in iis locis ſum, quo propter longinquitatem tarde omnia perferuntur; regiones amplæ, & maria inter nos interſunt, interjacent, interjecta ſunt. 2. *Longe remotus es*, du biſt weit von uns entfernet. Dejectus es in ultimas marium terrarumque oras; ablegatus eo, unde ad nos nec nomen, nec fama de te accedere poſſit; iis locis agis, eas regiones colis, quas natura longe ſubmovit. *Uſus.* 1. Longe, *Loci.* Longe hinc Romam eſt. Longe a nobis, a domo abes. 2. *Temporis*: Diu, lang. Tempus ſtruderis dandi longe abeſt. 3. *Multum*, ſehr weit. Longe falleris opinione. Longe omnes ſuperas. Longe proſpicis; a vitio abes longiſſime. *Cum ſuperlativo.* Longe optimus. 4. Longe rem petere; *Rei ſeriem ab ultimis principiis repetere.* V. *Procul.*

Longinquitas, atis, f. Entfernung, Weite. *Syn.* Diuturnitas; locorum intervallum, diſtantia.)(*Propinquitas. Phraſ. Longinquitas temporis dolorem minuit*, die Länge der Zeit mindert den Schmerz. Dolorem mollit; minuit dies; diuturnitas dolorem animi vetuſtate tollit; mora oblanguescit animi dolor. *Uſus.* 1. Dolor corporis longinquitate productus vehementius torquet. Nihil eſt, quod longinquitas temporis non efficiat. 2. *Loci.* Nihil audio de te ob locorum longinquitatem.

Longinquus, a, um. weit entfernet. *Syn* Longe remotus: longus, diuturnus.)(*Propinquus. Uſus.* 1. Longinquus locus & reconditus. 2. Longinqui temporis uſu multa diſcuntur. Rem referre in longinquum.

Longitudo, inis, f. Länge. *Syn.* Diuturnitas, longinquitas; proceritas. *Uſus.* Longitudo orationis. Longitudo itineris me retardavit.

Longus, a, um. lang. *Syn.* Procerus, longinquus, diuturnus, temporis longinquitate productus.)(*Brevis. Phraſ. Longus homo*, ein langer Menſch. Eſt in eo proceritas corporis ingens; eſt proceritatis eximiæ: corpore excelſo eſt, ut ejus humeri aliorum vertices æquare facile poſſint. eſt ſtaturæ præcipuæ; corporis magnitudine eximia; ſtatura illi longior & productior, ut ad domus limen caput ei demittere neceſſe ſit. *Uſus.* Breve tempus ætatis ſatis eſt longum ad bene honeſteque vivendum. Nihil mihi longius fuit, ac te videre. Nihil illi longius, ac argento illo potiri, die Zeit iſt ihm allzu lang, bis er das Geld nicht haben kann.

Loquacitas, atis, f. Geſchwätzigkeit. *Epi.* Inſolita, perennis & profluens, quotidiana, rudis & indiſerta. *Uſus.* Facit non loquacitas mea, ſed benevolentia epiſtolas longiores.

Loquaciter, geſchwätzig. *Uſus.* Homo loquaciter litigioſus.

Loquax, acis, *g. o* geſchwätzig, ſchwätzhaft. *Syn.* Multus in loquendo, garrulus. *Uſus.* Malo indiſertam prudentiam, quam ſtultitiam loquacem. V. *Loquor.*

Loquor, eris, cutus ſum, loqui. reden. R. *a* λογος. *Sermo. Syn.* Sermonem habeo, commemoro, dico, ajo, verbum facio, vocem mitto, ſermonem confero; mihi oratio eſt cum aliquo. *Adv.* Abunde, accuratius, accuſatorie, acute, amiciſſime, ample, aſpere, aſſeveranter, belle, commode, confuſe, copioſe, deſperanter, dilucide, glorioſe, græce, graviter, hiulce, honorifice, humane, improbe, indulgenter, inquinate,

Digitized by Google

imprudenter, Latine, eleganter, libere, liberalissime, magnifice, obscure, ornate, placide, plane, popularitor, propediem, pulchre, splendide, sincere, suaviter, vere, verecunde, usitate, vulgo. *Phras.* 1. *De te frequenter loquimur*, wir reden oft von dir. De te frequenter sermocinamur; frequens nobis est de te sermocinatio; multum nobis sermonis dant res tuæ; sæpe in sermonem veniunt; de rebus tuis nunquam nos oratio deficit; in rebus tuis nec infacundi sumus, nec imprompti. Res tuæ nobis in ore sunt frequenter; res tuas frequenter in sermone habemus; res tuas laudesque crebris sermonibus usurpamus, agitamus; nullus nobis crebrior infertur sermo, ac de te; res tuæ crebris sermonibus feruntur; sæpe inter nos de tuis rebus verba facimus. Sermones, qui inter nos feruntur, fere de rebus tuis sunt. 2. *Vix loqui poterat præ stupore*, er hat vor Erstaunung fast nicht reden können. Lingua non suppetebat animo; vocem prope admiratio incluserat; vocem adeo suppresserat stupor; hærebat homini lingua, vox, oratio; effari verbum nullum potuit; infantissimus erat; diu vocem mittere non poterat, vix hiscere poterat *vel* audebat; vix mutire ausus; intercepta homini vox est; vocem emittere nullam potuit. 3. *Nihil insolentius locutus est*, es ist ihm kein ungereimtes Woet entfallen. Nihil neque insolens, nec protervum ex ore ejus exiit; verbum nullum durius imprudenti excidit *vel* elapsum est; nihil durius disseruit; nihil linguæ intemperantia temere jactum; nihil temere; nihil inconsiderate, nihil contra, ac fas erat, dicere auditus est. 4. *Ut insolenter locutus est!* wie frech hat er geredet Ut temere effutiit multa! ut incondita multa ebulliit! ut nihil pro sano homine locutus est! quanta efferebatur verborum immoderatione! quoties vox ejus stolida, ac prope vecors audita est! quam insolenter vox ejus intonuit! quoties emissæ voces sunt stultitiæ indices, ac insolentissimæ temeritatis! 5. *Loquere cum illis*, rede mit ihnen. Da te in sermonem; infer te in circulos; aptos tempori sermones sere; socia sermonem; veni in sermonem illorum. V. *Colloquor.* 6. *Omnes de tuis laudibus loquentur*, jederman wird von deinen rühmlichen Thaten reden. De te semper omnes gentes loquentur; nulla unquam vetustas obmutescet; nunquam de tuis rebus gratæ posteritatis sermo conticescet. Versaberis in ore hominum & sermonibus, tuæque illæ laudes per omnes temporum ætates cantabuntur. V. *Laudo.* 7. *Tandem post longum silentium loqui coepit*, nach langem Stillschweigen endlich hat er angefangen zu reden. Obstinatum tantum silentium rupit; constrictam diu mœrore linguam resolvit, liberique hominis ore sermonem executus est. 8. *Frustra loquimur de hac re*, wir reden umsonst von der Sache. Frustra de re verba consumimus; frustra sermones cædimus; verba commutamus; sermones conferimus; sermonem miscemus. *Usus.* Inter nos locuti sumus. Tu quidem hæc ex ore alterius, tuo tamen sensu loqueris. Mulsa loqui, süsse Worte geben.

Lorica, æ, f. Panzer, Harnisch. *Syn.* Ferreum pectoris adversus tela munimentum. *Epi* Firmissima, ferrea, insignis, ænea. *Usus.* Cum lorica descendit in campum.

Loricatus, a, um. gepanzert. *Usus.* Loricati milites, quos cataphractos vocant.

Loripes, dis, *g. o.* krumfüßig. *Usus.* Distortis pedibus in modum loripedis.

Lorum, i, n. Rieme. *Usus.* Loris aliquem cædere.

Lubens, entis, *g. o.* willig. *Syn.* Libens. *Usus.* Non me lubente hoc facies. V. *Libenter.*

Lubenter, gern *Syn.* Libenter.

Lubet, uit, es beliebet. *Syn.* Libet. V. *Libet.*

Lubido, inis, f. Begierde. *Syn.* Libido, V. *Libido.*

Lubricus, a, um. schlüpferig. *Syn.* Præceps, periculosus, in proclive labens:)(*stabilis, planus. Phras. Solum lubricum*, ein schlüpferiger Boden. Solum non recipiens vestigium; solum, quod vestigia fallat facile; cui insisti sine prolapsione haud facile potest; ubi fallente

Digitized by Google

veſtigio proclivis in lapſum gradus; ubi gradum firmare nemo poſſit. *Uſus.* Ætas puerilis maxime lubrica eſt, & incerta. Natura oculos fecit lubricos & mobiles. Viæ adoleſcentiæ lubricæ, quibus illa inſiſtere aut ingredi ſine caſu aliquo, *aut* prolapſione vix poteſt.

Lucellum, i, n. kleiner Gewinn. *Syn.* Lucrum exiguum.

Luceo, es, luxi, ere. leuchten. *Syn.* Splendeo. *Adv.* Fere, jam nihilominus. *Uſus.* Imperii noſtri ſplendor illis gentibus lucet. Æquitas, virtus per ſe ipſa lucet. Ornamenta in virtute & induſtria poſita lucent.

Lucerna, æ, f. Leuchte, Lampe. *Syn.* Lumen, lychnus. *Uſus.* In ſole lucernam adhibere.

Luceſcit, es wird Tag. *Syn.* Diluceſcit, lucere incipit. V. *Dies, aurora.*

Lucet, es taget. *Uſus.* Nondum ſatis lucebat; exivi, antequam luceret.

Lucide, licht, klar. *Uſus.* Dilucide & breviter definire.

Lucifer, eri, m. Morgenſtern. *Syn.* Stella Veneris.

Lucifugus, a, um. lichtſcheu. *Uſus.* Ecce autem alii minuti & anguſti & omnia ſemper deſperantes, alii malevoli, invidi, difficiles, lucifugi, maledici.

Lucrifacio, is, feci, factum, ere. Gewinn machen, Vortheil bekommen. *Syn.* Lucror. V. *Lucrum, quæſtus.*

Lucror, aris, atus ſum, ari. gewinnen. *Syn.* Lucrifacio, lucrum facio, quæſtum facio, compendium facio. *Adv.* Impune.)(*Perdo. Phraſ. Cauſidici multi fiunt, ut plurimum lucrentur*, viele werden Rechtsgelehrte, damit ſie einen großen Gewinn haben. In forum ſe multi conferunt, ut lucri plurimum faciant; ut quæſtus faciant maximos; lucri ſpe & cupiditate adducti; lucelli dulcedine illecti; lucrum dum ſpectant, dum ſequuntur, in forum veniunt. Multos ad agendas cauſas lucri cupiditas impellit. Facit augendæ rei cupiditas, ſpes diteſcendi, ut multi vocem in quæſtum conferant; multi agendis cauſis ſe dant, ut compendii ex iis faciant aliquid. Multi induſtriam ſuam in agendis cauſis exercent, ut lucri inde aliquid colligant; ut pecuniæ aliquid inde redigant. *Uſus.* Auri pondo decem lucrari.

Lucrum, i, n. Gewinn. *Syn.* Quæſtus, compendium; feneratio. *Epi.* Immenſum atque infinitum, invitum, non magnum, præclarum, præſens. *Phraſ.* 1. *Homo eſt uni lucro intentus*, er ſieht einzig und allein auf den Gewinn. Omnia ad quæſtum & nundinationem traducit; ut lacunam rei familiaris expleat, audet agitque omnia; rem quærit omnibus modis; dum quæſtum ex re faciat, omnia honeſta atque inhoneſta perinde habet; quovis lucello capitur, ducitur. Id unum ſpectat & ſequitur, ut quæſtus faciat maximes; nihil turpe putat, modo cum quæſtu conjunctum ſit; rem ut faciat; lucrum ut conſequatur; nullas artes, quantumvis ſordidiſſimas, aſpernatur. Tanti lucrum putat, ut expetendum ſibi vel cum dedecore exiſtimet; ea cupiditate ad lucrum incumbit, ut quærendum ſibi vel cum infamia ducat. 1. *Ex ea re nihil lucri habeo*, dabey hab ich keinen Gewinn. Nihil ad me redit ex his; iſthic mihi neque ſeritur, neque metitur; nihil inde pecuniæ redigitur; nihil inde lucri ad me derivatur; nihil lucri in me redundat. *Uſus.* Plerique quæſtu ducuntur, & lucro. De lucro vivere. Omnia ad lucrum revocare. Hoc in lucro, in lucris ponendum. V. *Quæſtus.*

Luctatio, onis, f. Streit. *Syn.* Concertatio. *Epi.* Incerta, magna. *Uſus.* Sine adverſario nulla eſt luctatio. V. *Certatio.*

Luctator, oris, m. Kämpfer, Ringer.

Luctificus, a, um. traurig, trübſelig. *Uſus.* Clades luctificæ.

Luctor, aris, atus ſum, ari. ringen. *Syn.* Concerto, contendo. *Adv.* Amplius. *Uſus.* Luctari cum aliquo. V. *Contendo.*

Luctuoſus, a, um. traurig. *Syn.* Funeſtus, luctu plenus, quod habet luctum. *Uſus.* Afflicta & proſtrata virtus maxime luctuoſa eſt. Dies populo acerbus & luctuoſus. V. *Triſtis.*

Luctus, us, m. Trauer, Leidweſen. *Syn.* Mœſtitia, mœror, ſqualor, ſordes, lacrimæ, fletus. *Epi.* Averbis-

Digitized by Google

biſſimus, continuatus, domeſticus, graviſſimus, imvudens, magnus, publicus, ſummus, tantus, triſtis. *Phraſ. Civitas univerſa in luctu erat*, die ganze Stadt war in Trauer. In ſqualore erat civitas; in ſordibus, lamentis luctuque jacebant omnes; luctu occupati erant omnium animi; luctu conficiebantur; ſqualebat urbs tota; in luctu erat, verſabatur; luctus non continebatur parietibus unius domus, ſed totam urbem pervadebat; quem luctum hauſerint, perceperint cives omnes. ſordida ſciſſaque veſte alii, alii lacrimis ac querelis teſtabantur, conceſſum in omnem formam luctus eſt: jacebant alii in ſqualore & ſordibus, alii lacrimis prope ac gemitibus contabeſcebant. V. *Lugeo*, *lacrimor*, *gemo*, *moeror*, *triſtitia*. *Uſus.* Luctus eſt ægritudo ex ejus, qui carus fuerat, acerbo interitu. Habet ea res luctum. Nolo te in eundem luctum vocare. Incidere in maximos luctus. Luctum levare, ſedare, tollere. Luctum deponere.

Lucubratio, onis, f. Arbeit, oder Studiren bey dem Lichte *Syn.* Vigiliæ nocturnæ, commentatio.

Lucubro, as, avi, atum, are. beym Lichte ſtudiren. *Syn.* Elaboro, elucubro, *Uſus* Accipe opuſculum his contractioribus noctibus lucubratum. V. *Compono*.

Luculente, hell, deutlich. *Syn.* Copioſe, ſplendide. *Uſus.* Luculente ſcribere, dicere.

Luculenter, hell. *Syn.* Luculente, egregie.

Luculentus, a, um. anſehnlich. *Syn.* Elegans, præſtans, inſignis, grandis. *Uſus.* Luculentus ſcriptor. Luculentam plagam mihi inflixit. Homo luculentus.

Lucus, i, m. heiliger Wald, Hayn. *Syn* Nemus ſacrum. *Epi.* Sanctus.

Ludibrium, ii, n. Hohn, Spott. *Syn.* Irriſio. *Phraſ. Ludibrio aliis eſſe nolo*, ich will andern nicht zum Gelächter werden. Ludibrio, irriſui, deſpectui eſſe nolo; nolo ad contumeliam os præbere aliis; nolo ſpectaculo eſſe aliis, & traduci per ora hominum, ludibrio haberi nolo; nolo vulgi ludibria experiri. *Uſus.* Ludibria fortunæ expertus. V. *Contemptus*, *irrideo*.

Ludibundus, a, um. ſpielend, munter. *Syn.* Alacer, per jocum & ludum. *Uſus.* Omnia ludibundus perficies.

Ludicrus, a, um. kurzweilig. *Syn.* Jocularis. *Uſus.* Sermo ludicrus. Armorum exercitatio ludicra.

Ludificatio, onis. Verſpottung. *Uſus.* Omni ludificatione ſenatum remoratur. Ludificatio in uſum venerati

Ludifico, as, avi, atum, are. verlachen. *Syn.* Illudo, decipio. *Uſus.* Si quis latere & ludificare diutius velit. V. *Decipio*.

Ludius, ii, m. Gaukler, Spieler. *Syn.* Hiſtrio.

Ludo, is, luſi, luſum, ere. ſpielen. *Syn.* Ludo utor, animi cauſa exerceor. *Adv.* Jocoſe, ſatis, familiariter, lautiſſime, lepide, ſtudioſe, multum ac diu. *Phraſ. Non libenter ludo*, ich ſpiele nicht gern. Ludo non delector, non capior; non ſoleo libenter ludo indulgere; ludis operam dare; non libenter me ludendo exerceo; non multum reperio in ludendo voluptatis; exiguam ex ludo voluptatem capio; magnam ex lude non haurio voluptatem. *Uſus.* 1. Pila ludere. 2. *Deludo*, auslachen. Luſit in me, ut ſolet. 3. *Jocor*, ſcherzen. Ludens id dixeram. 4. Operam in re ludere, vergeblich ſich bemühen.

Ludus, i, m. Spiel. *Syn.* Munus, ſpectaculum, ludicrum: *item*: Schola: jocus. *Epi.* Campeſtris, compitalitius, gladiatorius, jucundus, novus, talarius. Ædiles, ampliſſimi, antiquiſſimi, apparatiſſimi, magnificentiſſimi, caſti, ſolennes, caſtiſſimi, lætiores: magni, grati, maximi, mediocres, plebeji, primi, publici, Romani, ſanctiſſimi, ſcenici, ſummi, ſumtuoſi, votivi. *Phraſ. Ludi magnificæ ſunt curati*, es ſind herrliche Schauſpiele gehalten worden. Ludi dati ſunt magnificentiſſimi; Ludi more inſtitutoque habiti, editi, commiſſi ſunt apparatiſſimi. Maxima fuit ludorum celebritas, apparatus, ſplendor; maxima munerum fuit magnificentia: ſpectacula præbita ſunt luculenta; ludi opulentius inſtructiusque, quam antehac, ſunt celebrati. *Uſus.* 1. Ludos publicos apparare, curare, edere, committere, Schauſpiele halten. Ludos inſtaurare, intermitte-

re,

Digitized by Google

re. Ludos spectare. 2. *Exercitatio ludicra*, Spiele. Detur aliquis ludus illi ætati; exercitatione ludoque campestri uti. 3. *Jocus*, Scherz. Per jocum & ludum aliquem evertere. Ista perdiscere ludus est. 4 *Schola*, Schule. Ludum aperire. Ex eo ludo ac pueritiæ disciplina multi clari viri profecti sunt. Ludus & officina discendi.

Lues, is, f. Seuche. *Syn.* Pestis. *Epi.* Impura. *Trans.* Morum contagio. V. *Pestis*, *Contagio*.

Lugeo, es, luxi, ere. trauren, Leid tragen. R. a λοιγὸς, *pernicies*. *Syn.* In luctu sum, squaleo, mœreo ✕ *Laetor. Phras. Mortuum merito omnes lugebant*, seinen Tod haben alle billig bedauert. Flebant de morte tanti viri; mortuum lugubri lamentatione & fletu prosequebantur; mœrebat senatus, tota civitas confecta senio, squalebant municipia, afflictabantur coloniæ, agri denique tam mansuetum, tam beneficum civem desiderabant. Propter unum hic totus civium squalor, hic luctus, hæ sordes susceptæ sunt. Eluxere eum gravius & diutius, quam ulla mater unicum filium. Tanti luctus gemitusque fiebant, ut acerbissimus tota urbe luctus versari videretur. Complorata mors viri totam urbem lamentis implevit. Nemo unquam dolentius deploratus est; mœrebant boni omnes, & in luctu vivebant; accepto ejus mortis nuntio nemo erat, qui lacrimas teneret; qui lamentis non se dederet; qui in questus se flebiles non profunderet; lacrimis justoque comploratu mortuum non prosequeretur; audita ejus morte lamentis, ploratuque urbs tota personabat; ubique comploratio & flebiles voces exaudiebantur; coortu ubique lacrimæ & voces doloris indices; nec deerant, qui muliebres in fletus se projicerent; qui lacrimis, querelis, sordida scissaque veste totam urbem planctu lamentisque implorarent; concessum [illegible] formam luctus, nec lamentis parcebatur. V. *Luctus*, [illegible]. *Usus.* Lugere mortem filii, fortunam reipublicæ.

Lugubris, e, traurig. *Syn.* Funebris. *Usus.* Fratris mei lacrimæ sordesque lugubres. V. *Tristis*.

Lumbus, i, m. Hüfte, Lende. *Usus.* Lumborum tenus.

Lumen, inis, n. Licht. *Syn.* Lux. ✕ *tenebrae*. *Epi.* Æternum, altum, autumnale, bonum, clarum, dilucidum, breve, probabile, illustre, suave, divinum, gravissimum, honestum, lætum, magnum, mediocre, obscurum, perpetuum, plenum, rutilum, summum, supremum, tenue, tenuissimum, varium, vernum, certum, fervidum, vitale, volitans. *Usus* 1. Lumen alicui in tenebris præferre. Tabulæ pictæ in bono lumine collocatæ. Animi, consilii, ingenii lumen porrigere ac tendere. Luminibus alienis obstruere, das Licht, die Fenster verbauen. Luminibus officere, *idem*. 2. *Fenestra*, Fenster. Credebat ab ædium venditore mutata lumina. 3. *Oculus*, Aug. Amissis luminibus.

Luminare, is, n Licht *Syn.* Lumen. *Usus.* Incolumi senatu, nondum tot luminaribus reipublicæ extinctis.

Luminosus, a, um. hell, licht. *Usus.* Partes maxime luminosæ & quasi actuosæ.

Luna, æ, f. Mond. *Epi.* Major, nova. *Phras* 1. *Luna nova*, der Neumond. Luna nascens; luna cum se curvat in cornua; cum cornua lunæ eminent. 2. *Luna plena*, Vollmond. Luna, cum totum orbem sidere impleret; cum orbem sidus impleverit; cum recessu, digressu longissimo a sole lumen accipit plenissimum. 3. *Luna crescens*, zunehmender Mond. Luna adolescens; luna se reficiens; luna cum flexu modico sinum facit. 4. *Luna decrescens*, abnehmender Mond. Luna senescens; cum exiguo jam cornu fulget luna. Lena deficiens. 5. *Eclipsis lunae*, Mondsfinsterniß. Luna laborante; luna deficiens, cum primum nitorem sideris sui conderet; cum sanguinis colore suffuso lumen omne fœdaret. Lunæ defectio. V. *Eclipsis*. *Usus.* Luna summa humilitate fertur, prope contingens terram. Accessu suo & recessu solis lumen accipit. Solis annuam lustrationem menstruo spatio consequitur. Ortus & obitus lunæ. Luna crescens & decrescens. Luna ortus nascentium moderatur; maritimorum motuum

ac-

accessus & recessus motibus suis gubernat; accretione & diminutione luminis fastorum dies notat & significat.

Lunaris, e, dem Monde eigen. *Usus.* Lunaris & infimus cursus

Luo, is, lui, ere, büßen. R. a λύω, *solvo. Syn.* Persolvo pœnas, pœnas do; *item*; expio, abstergo. *Phras.* 1. *Unus ille luet culpam pro omnibus*, er wird dieſe Schuld an ſtatt aller entgelten. Ille pro omnibus pœnas pendet, persolvet; de unius tergo satis fiet populo; pro omnium peccato unus ille supplicium sufferet; omnes omnium pœnæ in eum expetunt; unius pœna defungendum erit senatui; unus ille piaculum fiet pro cæteris. 2. *Statim luit temeritatem suam*, er hat ſeine Vermeſſenheit bald gebüßet. Non celerius, quam timori poterat, fortuna deprehendit ejus temeritatem. Non effugit pœnam temeritas; erroris sui mox pœnas dedit, dependit, solvit, V. *Pœna, punio.*

Lupa, æ, f. Schandſack. *Syn.* Meretrix, scortum.

Lupinus, a, um. wölfiſch. *Usus.* Folliculus lupinus.

Lupus, i, m. Wolf. R. a λύκος, *Usus.* Lupus in fabula.

Lurco, onis, m. Praſſer. *Usus.* Lurco tribunus plebis.

Luridus, a, um, ſchwarzgelb, todtenfärbig. *Syn.* Supra modum pallidus. *Usus.* Corpus luridis maculis deforme.

Luscus, a, um. einäugig. *Syn.* Uno captus oculo, cocles.

Lusio, onis, f. Kurzweil. *Epi.* Laboriosæ, multæ. *Usus.* Pueri lusionibus laboriosis delectantur, senibus ex tot lusionibus tali demum relinquuntur.

Lusor, oris, m. Spieler, Betrüger. *Syn.* Qui ludit, aut decipit. *Usus.* Lusorem suum deludere.

Lustralis, e. verſöhnlich. *Usus.* Sacrificium lustrale.

Lustratio, onis, f. Beſichtigung, Muſterung. *Syn.* Peragratio. *Usus.* Peragratio itinerum, lustratio municipiorum.

Lustro, as, avi, atum, are, beſichtigen. *Syn.* Inspicio; peragro. *Phras. Exercitum lustrare*, die Armee muſtern. Copias recognoscere; legiones recensere; numerum copiarum inire; delectum agere, habere militum. *Usus.* Lustrare oculis, animo totam terram. Lustrare exercitum, populum.

Lustrum, i, n. Zeit von 5. Jahren. *Syn.* Quinquennale spatium, Olympias. *Epi.* Infelix, superius. *Usus.* 1. Lustrum condere. Superioris lustri nomina extinguere. 2. *Genus, popina*, liederliches Haus. Emersus e tenebris lustrorum. In lustris ac popinis tempus ætatis omne consumpsit.

Luteus, a, um. kothig. *Syn.* Nullius pretii *aut* ponderis, levis, ineptus, homulus ex luto & argilla factus. *Usus.* Luteum negotium est, nec dignum, in quo &c. Homo luteus.

Lutulentus, a, um. kothig. *Syn.* Impurus, luto coenoque obtitus, luto plenus. *Usus.* Lutulenta vita. Humus lutulenta. Ut sus lutulenta in coeno volutatur.

Lutum, i, n. Koth. *Syn.* Terra humore soluta & putris. *Usus.* O lutum! o sordes! Homulus ex luto & argilla factus.

Lux, cis, f. Licht. R. a λύξ. *Syn.* Lumen. ✕ *tenebræ. Epi.* Allena, centesima, clara, communis, dulcis, forensis, illustris, insolita, larga, suavissima, supera, tenuis, varia, verissima. *Phras. Lux iterum rediit serenior*, es iſt wiederum lichter geworden. Lucem caligantí mundo reddidit dies, & spissas cœlo tenebras serenitate discussit; liquidior lux apparuit. Reddita terris dies est. *Usus.* Communem lucem accipere. In lucem proferre. Lucem privari 2. *Perspicuitas*, Deutlichkeit, Klarheit. Auctoris sententiæ lucem desiderant. 3. *Dignitas, honor*, Anſehen. Lucem reipublicæ afferre. In clarissima luce versari. In Asiæ luce degit. Lucem fugere. 4. *Dies*, Tag. Luce palam in foro saltare. Ad eum ante lucem veni. 3. *Vita*, Leben. Lucis usuram alicui eripere.

Luxuria, æ, f. *item*: Luxuries, ei, f. Ueppigkeit, Unmäßigkeit. *Syn.* Luxus, libido. *Epi.* Agrestis, nova & inaudita, privata, prosusa, singularis, vitiosa. *Phras. Turpe est luxuriæ se dedere*, es iſt ſchändlich

Digitized by Google

ſich ganz dem wohllüſtigen Leben ergeben. Turpe eſt luxuria diffluere; luxuria ſolvi; vitio ventris & corporis indulgere; molliter, luxurioſe vivere; vitam mollem & confertam voluptatibus vivere; per luxum & laſciviam in Venerem effundi; fortunæ indulgentia ad laſciviam abuti; marcere luxuria, vino ſcortis luſtrisque confectum. V. *Libido*, *impudicitia*. *Uſus*. 1. In urbe luxuries creatur, e luxuria avaritia, ex avaritia erumpat audacia, neceſſe eſt. Per luxuriam ſua bona profundere, conſumere, effundere. Luxuria cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. 2. *Inutilis ſine fructu redundantia*, Ueberfluß. Herbarum, frondium, ſtili luxuries.

Luxurio, as, avi, atum, are. wohllüſtig ſeyn. *Syn*. Laſcivio, abundo. *Uſus*. Depoſito periculorum metu luxuriaverunt animi. Merſus ſecundis rebus luxuriaverat animus.

Luxurioſe, unmäßig, üppig.

Luxurioſus, a, um. unmäßig. *Syn*. Intemperans. *Phraſ*. *Eſt luxurioſus*, er führt ein üppiges Leben. Effuſus in vinum, & quæ ebrietatem ſequuntur; mollitia & laſcivia diffluit; pudoris profanandi nulla illi eſt verecundia; in caſtris Veneris veteranus miles. V. *Libidinoſus*, *impudicus*.

Luxus, us, m. Ueberfluß, Verſchwendung. R. ἀ λύσις, *ſolutio*. *Syn*. Intemperantia profuſioque in victu & cultu corporis, cultus opulentia. V. *Conſumo*, *nepos*. *Uſus*. Luxu fluentem, & liberalius ſibi indulgentem repente calamitas oppreſſit.

Lyceum, i, n. die Schule des Ariſtoteles, hohe Schule.

Lychnuchus, i, m. Lichtſtock, Leuchter. *Syn*. Quod lucernam ſuſtinet. *Uſus*. Ad lychnuchum ligneolum ſcripſi.

Lychnus, i, m. Lampe, Licht. *Syn*. Lucerna. *Uſus*. Alia ſolis lux & lychni.

Lymphaticus, a, um. unſinnig. *Syn*. Furioſus. *Uſus*. Pavor lymphaticus.

Lymphatus, a, um. unſinnig. *Syn*. Furens, inſanus. *Uſus*. Velut lymphati & attoniti munimentis ſe continebant. V. *Furens*.

Lynceus, a, um. ſcharfſichtig. *Syn*. Perſpicax. *Uſus*. Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat?

Lyra, æ, f. Geige, Leyer. *Syn*. Fides. *Uſus*. Lyra canere.

Lyricus, a, um. zur Leyer dienlich, lyriſch. *Uſus*. Poëta lyricus.

M.

Macellum, i, m. Speismarkt. *Syn*. Locus, in quo venduntur omnia, quæ in urbem veſcendi cauſa afferuntur.

Macer, a, um. mager.)(*Pinguis*, *Phraſ*. *Valde macer eſt*, er iſt ſehr mager, Macie extenuatus, ac prope confectus eſt; macie exeſus eſt; macie deformatus; umbra hominis videtur, fame ac illuvie enecti, facie lurida, refugientibus introrſum oculis habitum refert corporis pallore & macie perempti. V. *Macies*. *Uſus*. Solum exile & macrum.

Maceria, æ, f. Mauer aus Stein und Erde. *Syn*. Murus in agro *aut* vinea.

Macero, as, avi, atum, are. abmergeln, ausdungern. R. ἀ μακρὸς. *Syn*. Attenuo, contero. *Uſus*. Aliquem ſollicitudine, fame macerare. Curis, invidia confici & macerari.

Machina, æ, f. Gebäude, Rüſtzeug. *Syn*. Machinatio. *Uſus*. 1. Hæc tota lex ad te evertendum quaſi machina comparatur. 2. *Aſtutia*, *dolus*, *ars*, Betrug, Liſt. Adhibere, comparare, commoliri dolum, machinam, ſallaciam, præſtigias.

Machinamentum, i, n. Gerüſt. *Syn*. Machina. *Uſus*. Varia quatiendis muris machinamenta.

Machinatio, onis, f. Gerüſt, Liſt, Ränke. *Syn*. Artificium. *Uſus*. Judex velut machinatione quadam & ſolertia in rei partes eſt flectendus.

Machinator, oris, m, Werkmeiſter, Erfinder. *Syn*. Architectus, fabricator.

Machinor, aris, atus ſum, ari. ausſinnen. *Syn*. *Tranſl*. Struo, molior, ex-

co-

Digitized by Google

cogito. *Phras.* *Machinatur dolum.* er geht auf einen Betrug um. Dolum comparat; fraudem molitur; mouſtri aliquid alit; flagitii aliquid conficit; fallaciam portat homini. V. *Fraus, dolus, decipio. Uſus.* Sibi ipſi peſtem, aliis necem, *vel* calamitatem machinari. *Adv.* Jamdiu, ſceleſtiſſime.

Macilentus, a, um. mager. *Syn.* Macer, macie extenuatus. V. *Macer.*

Macies, ei, f. Magerheit. *Syn.* Corporis ſiccitas, gracilitas, tenuitas. *Epi.* Grandis. *Uſus.* Equi macie corrupti. Homo macie torridus. Corpus macie contabuit, extabuit, conſenuit. Macie tabeſcere & conſeneſcere.

Macrocolum, i, n. eine Art Papier, Regalpapier. *Syn.* Charta, membranula.

Macte, wohlan! friſch auf! *Vox hortantis. Uſus.* Macte virtute & hac pietate in patrem patriamque! macte virtute millites eſtote! macte animo.

Macto, as, avi, atum, are. ſchlachten. *Syn.* Neco, interficio. *Uſus.* Æternis ſuppliciis mactabuntur improbi. Quam lentulo victimam gratiorem mactabis? Majori aliquem malo mactare, *afficere.* V. *Hoſtia.*

Macula, æ, f. Macke. R. μίαχος, *macula. Syn.* Labes, probrum, dedecus, vitium.) *Splendor. Epi.* Inſignis, magna, minuta, maculæ æternæ. *Phraſ.* 1. *Macula afficere*, einen Schandfleck anhängen. Maculam alicui & notam inurere; macula aliquem, *vel* maculam alicui aſpergere; labem inferre, aſpergere; labe afficere, fœdare. 2. *Maculam delere*, den Schandfleck auswiſchen. Maculam eluere & delere; abolere nova gloria flagitii memoriam; turpitudinem delere; ſarcire infamiam; flagitium, incommodum expiare; maculam abstergere. 3. *Maculam contrahere*, Schande oder Unehre aufheben. Maculam ex re aliqua concipere, ſuscipere; labem contrahere. V. *Dedecus, ignominia.*

Maculo, as, avi, atum, are. bemackeln. *Syn.* Macula afficio, contamino, commaculo, inquino, polluo, fœdo, labem infero maculis aſpergo. *Uſus.* Omni dedecore maculare ſplendorem alicujus. V. *Macula, commaculo.*

Maculoſus, a, um. fleckigt. *Syn.* Maculis aſperſus, reſperſus. *Epi.* Maculoſa veſtis. Maculoſi [illegible].

Madefio, fis, factus ſum, fieri. naß werden. *Syn.* Perfundor, reſpergor.

Madeo, es, ui, ere. naß ſeyn. *Syn.* Madefio.

Madidus, a, um. naß. *Syn.* Perfuſus. *Uſus.* Faſciculus ille totus aqua madidus redditus eſt.

Magicus, a, um. zauberiſch. *Uſus.* Carmen magicum.

Magis, mehr. *Syn.* Plus plusque, magis. (*Minus. Uſus.* Semper magis magisque ſuſpicor. Annos natus magis quadraginta. Magis eſt, quod lugent, quam quod &c.

Magiſter, ri, m. Lehrmeiſter. *Syn.* Præceptor, doctor, auctor.)(*Diſcipulus. Epi.* Bonus & eruditus, familiaris, gratiſſimus, imbecillis, magnus & ſapiens, moleſtus, novus, præſtantiſſimus, perfectior, ſenior, ſummus, exquiſitus, germanus, ineptus, rhetoricus. *Uſus.* Magiſtrum habere; aliquo magiſtro uti. Apud magiſtrum pueri exercentur. Dux & magiſter ad faciendum aliquid. Plato auctor & magiſter intelligendi, virtutis, animi. Stilus perfector dicendi & magiſter. Timor non diuturni magiſter officii. Sub haud pœnitendo magiſtro litteras didicit. V. *Docter.*

Magiſterium, ii, n. Meiſterſchaft. *Syn.* Magiſtri munus, officium, cura, dignitas. *Epi* Novum, nequiſſimum. *Uſus.* Magiſterium morum. Magiſteria a majoribus inſtituta me delectant.

Magiſtra, æ, f. Lehrmeiſterinn. *Uſus.* Legis æternæ vis, quaſi dux & magiſtra vitæ & officiorum.

Magiſtratus, us, m. Obrigkeit. *Syn.* Dignitas, honor, poteſtas, faſces, procuratio muneris publici; qui cum poteſtate eſt; qui [illegible] gerit.)(*Privatus. Epi.* [illegible] plus, annuus, certus, [illegible], leviſſimus & divulgatus, [illegible] loquens, patricius, provincialis, ſanctiſſimus, ſummus. Amentes, annui, avariores, egregii, improbi & rapaces, inepti, liberi, maximi, miniſtri, minores. *Phraſ.* 1. *Magiſtratus honorem, cui vult, tribuit*, die obrigkeitlichen Würden theilt er nach ſeinem Belieben aus. Honores, quibus vult, mandat; imperii ſummam, quibus vult, tradit, committit; im-

Digitized by Google

perium, quibus vult, mandat, defert; magistratum, quibus vult, dat, committit, mandat; reipublicæ, quos vult, præficit; summam rerum, quibus vult, permittit; summum imperium potestatemque rerum omnium, quibus vult, committit; summam rerum ad eos, quos privata necessitudo potiores efficit, pro libidine defert; summam rerum dat; reipublicæ principatum iis concedit; principes in reipublica ponit; in summo imperio locat, quos non merita, sed privata necessitudo commendat. 2. *Multos magistratus gessit*, **er hat schon viele obrigkeitliche Aemter verwaltet.** Multos honores gessit; imperii summam sæpe tenuit; imperium gessit sæpe; sæpius cum imperio fuit; in magistratu fuit sæpius; summa rerum sæpe ad ejus arbitrium rediit; sæpius summo magistratu reipublicæ præfuit; non raro summa imperii ad hunc virum respexit; principatum suæ civitatis sæpe obtinuit. 3. *Ad summum magistratum pervenies*, **du wirst zur höchsten obrigkeitlichen Stelle gelangen.** Summum, atque altissimum civitatis gradum obtinebis; ea consequeris, quæ in republica sunt amplissima, honestissimo loco, summo loco tua in civitate futurus es; in magistratum venies; in summo imperio locabere. 4. *Quis in tanta perturbatione temporum magistratum fusc. ipere audeat?* **wer sollte bey so gestalten Sachen das Amt einer Obrigkeit antreten wollen?** Quis magistratum capere, rempublicam capessere, quis attingere rempublicam, magistratum inire impendentibus tot periculis audeat, animum inducat? *Usus.* Munus est magistratus intelligere se gerere personam civitatis, debereque ejusdem decus, & dignitatem sustinere, servare leges, jura describere, eaque fidei suæ commissa meminisse. Magistratum *petere*. Magistratum *creare*, ordinare, constituere. Magistratum alicui *mandare*. Magistratum *assequi*, adipisci, accipere. Magistratum *gerere*. Magistratum *deponere*; magistratu abire. V. *Dignitas, honor, officium, imperium.*

Magnanimitas, tis, f. **Großmuth.** *Syn.* Magnitudo animi, animi celsitas, amplitudo, præstantia, altitudo; magnus animus & excelsus. *Phras.* 1. *Novi magnanimitatem tuam*, **ich kenne deine Großmuth.** Novi animi tui firmitatem, constantiam, vim, fortitudinem, excellentiam, sublimitatem; novi, quam non humili & fracto sis animo; quam ad omnem eventum, ad omnes casus ferendos, ad omneu fortunam, omnes temporum motus ac vicissitudines stabili ac parato sis animo; quæ in te sit indoles virtutis; quæ amplitudo animi ac consilii. Novi, quod animi tibi robur sit; nihil esse tam arduum, aut periculi plenum, quod aut non alto quodam aggrediaris animo, aut consilii præsentia non perfringas. V. *Animus fortis.*

Magnanimus, a, um. **großmüthig.** *Syn.* Magni animi vir & excellentis. *Usus.* Vir fortis & magnanimus. V. *Animus, altus.*

Magnes, etis, m. **Magnetstein.** *Syn.* Lapis ferrum ad se alliciens.

Magnifacio, is, feci, factum, ere. **hoch schätzen.** *Syn.* Magni æstimo. *Phras. Tui libri passim magnifiunt*, **deine Bücher werden allenthalben hoch geschätzt.** Tui libri apud omnes in pretio & honore sunt; egregia de tuis libris opinio, existimatio est; præclare de tuis libris omnes existimant, sentiunt, judicant; tui libri omnium judicio probantur; omnium laudibus ornantur; omnium in manibus versantur; omnibus manibus teruntur; omnium sinu foventur, circumferuntur circumgestantur; assidue tractantur & lectitantur. V. *Æstimo.*

Magnifice herrlich. *Syn.* Splendide. *Usus.* Magnifice ac splendide convivium ornare; laudari ab aliquo. Ample laxe, magnifice habitare. Magnifice loqui, se jactare.

Magnificentia, æ, f. **Herrlichkeit.** *Syn.* Splendor. *Epi.* Laudanda, publica. *Usus.* Magnificentia apparatio & sumptus epularum. In omnibus rebus magnificentiam adhibere. V. *Splendor.*

Magnifico, as, avi, atum, are. **erheben, groß machen.** *Syn.* Te unum ex omnibus magnificare volui. V. *Laudo.*

Magnificus, a, um **stattlich, herrlich.** *Syn.* Lautus, splendidus, amplus, gloriosus, summo splendore præditus. *Usus.* Magnificus ornatus, munera, cœna, oratio, animus. V. *Splendidus.*

Digitized by Google

Magniloquentia, æ, f. Wörterpracht, Großsprecherey. *Usus.* Homeri magniloquentia.

Magnitudo, inis, f. Größe. *Syn.* Amplitudo, granditas, moles. *Epi* Admirabilis, singularis, immensa, excellens, eximia, incredibilis, interminabilis, insignis, inusitata, mirabilis, multa, nova, par, paterna, præsens, subita, summa, tanta, tenuis, vera & sapiens. *Usus.* Magnitudinem animi tui inflecti sinas. Amoris, odii, frigorum magnitudo. V. *Magnus*

Magni esse, facere, habere &c schätzbar seyn, hoch schätzen. *Usus.* Magni erunt mihi tuæ litteræ.

Magno, theuer. *Syn.* Magno pretio.)(*Parvo.* *Usus.* Agros illos magno emit.

Magnopere, sehr, über die maßen. *Syn.* Majorem in modum, vehementer, nimio opere, Summe, etiam atque etiam, vehementer, maxime, mire, valde, mirifice, incredibiliter, singulariter, insigniter, præcipue, unice, egregie, apprime, admodum, oppido, eximie, cumprimis, inprimis, majorem in modum, mirum in modum, mirandum in modum, supra modum, extra modum, non vulgariter, non mediocriter, non parum, non ad aliorum exemplum, non ex more exemploque aliorum; non, ut solet; non ut mos est; sic, ut nihil magis; sic, ut nihil supra; sic, ut conferri nihil possit; sic, ut par, æquale nihil. *Usus.* Magno hic te opere rogat. Magnopere tibi auctor sum. V. *Valde.*

Magnus, a, um. groß. R. *a* μέγας. *Syn.* Amplus, grandis, non mediocris, non parvus, longe, lateque patens, immanis, vastus. *Adv.* Æque, plene, plane, hercle, ita, mirifice, sane, valde. *Phraf.* 1. *Res magnas aggreditur*, er unternimmt große Dinge. Res magnitudine præstabiles, novitate primas, genere singulares suscipit; nihil medium, nec spem, nec curam, sed immensa omnia volvit animo; res immensæ molis animo non minore suscipit; ad ea se servat, ea spectat, quæ magnitudinem ejus capiant; in moliendis rebus vires animo metitur. 2. *Magnus est corpore*, er ist groß vom Leibe. Corporis magnitudine est inusitata; eximia illi corporis species & magnitudo; ingens illi corpus; species corporis ampla & magnifica; egregia est corporis amplitudine & specie; vasta corporis mole, & humanæ magnitudinis formam propemodum excedente; multum inter omnes corporis specie eminet. V. *Longus.* 3. *Magnus auctoritate inter homines*, groß von Macht und Ansehen. Vir summus, potentissimus, florentissimus; ornamentum ac lumen reipublicæ. Vir amplissimus & clarissimus. Omnium gentium, omnium seculorum, omnis memoriæ facile princeps.

Magus, i, m. ein Weiser, Zauberer. *Phraf. Magus est*, er ist ein Zauberer. Est magicæ artis professione celebris; magicis carminibus, veneficiis & incantationibus utitur; inaudita & nefaria sacra exercet; diris carminibus inferorum umbras manesque elicere; puerorum extis Deos manes placare solitus. *Usus.* In Persis magi augurantur & divinant. Magi genus sapientum & doctorum habebantur in Persis.

Majalis, is, m. Bork, verschnittenes Schwein. *Syn.* Verres castratus.

Majestas, atis, f. Majestät, Herrlichkeit, Hochheit. *Syn.* Summa amplitudo, dignitas, summa, gravitas. *Usus.* Majestas est amplitudo & dignitas civitatis, quam qui solvit, *aut* imminuit, capitis pœna affi iendus est. Magnum nomen, magna dignitas, magna majestas consulis. Majestatem conservare. V. *Dignitas*, *amplitudo*, *magistratus.*

Major, oris, *g. c.* größer. *Usus.* Majora omnia re, quam fama videbantur.

Majores, um, m. Vorfahren, Voralltern. *Syn.* Patres, avi.)(*Posteri.* *Epi.* Nostri, obscuri. *Usus.* Patres majoresque nostri optimi & probatissimi.

Majus, i, m. Maymonat. *Usus.* Mensis Majus. Idus Majæ.

Mala, æ, f. Wange. *Syn.* Genæ, maxilla.

Malacia, æ, f. Meerstille. *Syn.* Maris tranquillitas. *Usus.* Tanta repente malacia extitit, ut se movere loco non possent.

Male, übel. *Syn.* Flagitiose, prave, nequiter, turpiter, improbe, incommode, duriter, aspere, perperam, perverse. *Phraf.* 1. *Male res nostræ habent*, es steht übel mit unsern Sachen. Male, pessime agitur mecum; claudicant res nostræ; res nostræ pessimo loco sunt; incommode mecum agitur; parum recte res nostræ

Digitized by Google

ſtræ ſub manus ſuccedunt. 2. *Male ageres*, du würdeſt nicht recht thun. Peſſime publico facturus eſſes; neque recte, neque pro bono feceris; male tibi nobisque conſuleres. 3. *Male illos habuit*, es hat ſie verdroſſen. Acerbum indignumque viſum id eſt omnibus; incommode id accidit omnibus; ea res offenſionem attulit; moleſtiam illi ea ex re cepere non exiguam; res accepta eſt non æquis animis; graviter id illi moleſteque tulere. 4. *Male me tractavit*, er hat mich gar übel gehalten. Graviter in me conſuluit; aſpere admodum ac duriter me accepit; arcte contenteque habuit; indignis modis me accepit. 5. *Male vertit ea res*, die Sache iſt übel von ſtatten gegangen, hat übel ausgeſchlagen. Res in magnum malum evaſit; minus proſpere res proceſſit; conſiliis obſtitit fortuna, resque in periculem vertit. 6. *Male precandi formulae*. Dii te eradicent! magnus te perdat Jupiter! Superi inferique malis te exemplis perdant, interficiant! quod tuo capiti male ſit! ea res tibi male vertat! in pernicem vertat! abi in malam crucem! abi in malam rem! *Uſus*. O factum male! male agere, audire, loqui.

Maledice, ſchmähhaft. *Uſus*. De abſentibus maledice contumelioſeque loqui.

Maledico, is, dixi, dictum, ere. ſchmähen, läſtern, fluchen. *Syn*. Maledictis figo, carpo, rodo, vellico, petulanti lingua conſector, maledictis oneró, maledicta in aliquem conferó, probris & maledictis vexo, lacero, laceſſo, maledictorum notis inuro, convitium facio, convitiis conſector, maledicta in aliquem congero, inclementer, injuſte dico in aliquem, maledictis, convitiis aliquem proſequor, configo, proſcindo, concido, maledicta in aliquem evomo, conjicio. *Adv*. Contumelioſiſſime, petulanter, turpiſſime. *Uſus*. Siquis alteri maledicit, petulans videtur. V. *Maledictum, blaſphemia*.

Maledictio, onis, f. Schmähung. *Syn*. Maledictum.

Maledictum, i, n. Schmähwort. *Syn*. Convitium, probrum, contumelia. *Epi*. Pervulgatum, commune, volucre. *Phraſ*. 1. *Maledictis ſe, mutuo impetunt*, ſie ſchmähen einander. Certatur maledictis inter eos; graviſſime ſibi obtrectant; maledictis ſe mutuis appetunt, onerant, proſcindunt, lacerant, vellicant; omne virus acerbitatis in ſe mutuo evomunt, erumpunt; liberrime mutuis in ſe convitiis invehuntur. V. *Maledico, detrabo, convitium, blaſphemia*. 2. *Maledictis aliquem devovere*, verfluchen. Diras alicui imprecari; diris devovere aliquem; diris precationibus defigere; diris execrationibus proſequi, devovere. *Uſus*. Maledictum arripere de trivio. In maledicti loco objicere. Maledictis appetere, obruere, opprimere. Maledicta in aliquem conjicere, conferre. Omne maledictum effugere, exſtinguere. V. *Contumelia*.

Maledicus, a, um. ſchmähhaft, verläumderiſch. *Syn*. Obtrectator, mordax, petulans. *Uſus*. Convitiator maledicus. Quis in maledicentiſſima civitate crimen omne effugiat? V. *Maledictum*.

Maleſacio, is, feci, factum, ere. übel thun. *Syn*. Male mereor de aliquo. *Benefacio. Phraſ*. 1. *Nulli malefeci*, ich habe niemanden ein Leid zugefügt. Neminem oppugnavi; cum nullo hominum improbitate certavi; nulli nunquam aut dicto protervo aut facto nocui; ab omni ſemper injuria & maleficio manus abſtinui, temperavi; nullum meum extat in quemquam maleficium; nulli moleſtiam attuli; nulli ægre feci. V. *Moleſtia, injuria*. 2. *Quid malefeci unquam*, was habe ich jemals Uebels gethan? Quodnam concepi tantum ſcelus? Quod in me facinus admiſi? Quid unquam petulanter, ſuperbe, flagitioſe a me factum? Quid unquam turpiter, aut nequiter a me factum? Quod tantum dedecus admiſſum eſt? Quid ego peccavi unquam, aut ſcelerate feci? Quod tantum facinus malo exemplo a me commiſſum? Quid factum improbe, aut nefarie? V. *Delictum, pecco. Uſus*. Dii homini huic malefaciant!

Malefactum, i, n. Miſſethat. *Benefactum. Uſus* Benefacta male locata, malefacta arbitror.

Malefice, boshaftig. *Syn*. Malitioſe, nefarie.

Maleficium, ii, n. Uebelthat, Beleidigung. *Syn*. Maleactum, damnum.

Digitized by Google

Epi. Cogitatum, levius, majus, manifeſtum, minimum, præſens, recens, ſimile, tantum, tam atrox, tam ſingulare, vehementiſſimum, voluntarium, vulgare. *Uſus.* Sine ullo maleficio iter per provinciam facere. Committere, admittere, ſuscipere, facere maleficium. Contaminare ſe maleficio. A maleficio temperare. Prohibere maleficium

Maleficus, a, um. **Uebelthäter, ſchädlich.** *Syn.* Reus. *Uſus.* In maleficiorum ſceleratorumque cuſtodias hominem innocentem includere auſus es? Homo natura maleficus & injuſtus.

Malemateriatus, a, um. **übel angerichtet, und gebauet.** *Uſus.* Ædes male materiatæ.

Malemeritus, a, um. **übel verdient.** *Uſus.* Ulciſci oportet malemeritos.

Malevolentia, æ, f. **Ungunſt.** *Syn.* Livor. *Epi.* Abscondita, non infuſcata, non aſſueta, non fucata, non fallax, non erudita artificio ſimulationis. *Uſus.* Malevolentia voluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo. Novi animum tuum malevolentia ſuffuſum, infuſcatum. V. *Invidia.*

Malevolus, a, um. **mißgünſtig.** *Syn.* Malevolentia ſuffuſus, infuſcatus.)(*Benevolus. Adv.* Turpiter. *Uſus.* Sermones malevoli. Homo malevolus, & cujus voluntas in me offenſa eſt. V. *Invidus, æmulus.*

Maligne, **boshafter Weiſe** *Syn.* Perverſe. *Uſus.* Ager maligne diviſus.

Malignitas, tis, f. **Bosheit, Kargheit.** *Syn.* Perverſum & depravatum ingenium, ingens parſimonia, dandi difficultas. V. *Malitia.*

Malignus, a, um. **boshaft, karg.** *Syn.* Invidus; difficilis, avarus, parcus. *Uſus.* Mente maligna aliquid facere.

Malitia, æ, f. **Bosheit.** Fraus, calliditas, nequitia. *Epi.* Summa, vetus, uſitata. *Uſus.* Malitia eſt verſuta & fallax nocendi ratio. Discedere a malitia.

Malitioſe, **boshaftig.** *Syn.* Callide, ſubdole, verſute, vafre, doloſe, nequiter.

Malitioſus, a. um. **boshaftig.** *Syn.* Verſutus, callidus, aſtutus, fallax, tectus, obſcurus, veterator, doloſus, vafer. *Uſus.* Nimis callida & malitioſa juris interpretatio. Num malitioſum te negas, & fraudulentum? V. *Nequam, malus, improbus.*

Malleus, i, m. **Hammer.** *Inſtrumentum fabrile.*

Malleolus, i, m. **ein Rebſchoß.** *Surculus utrinque capitatus, præſertim vitis. Uſus.* 1. Malleoli plantæ. 2. *Manipulus ſparteus pice conjectus,* **Brandpfeil, Feuerballe.** Malleolorum plena omnia ad urbem incendendam.

Malo, mavis, malle, **lieber wollen.** *Syn.* Magis volo. *Adv.* Omnino, plane. *Phraſ. Malo ſolitudinem, quam fori frequentiam,* **ich will lieber in der Einſamkeit bleiben, als unter den Leuten.** Solitudo mihi quavis populi frequentia eſt optatior, potior; ſolitudinem fori frequentiæ libenter antepono; animus inclinat potius in ſolitudinem quam fori ſtrepitum; ſolitudinem præ omni frequentia & celebritate præopto; latere mihi ſatius eſt, quam in urbis luce verſari. Forum libens cum ſolitudine commutavero; non mihi tantæ voluptati eſt forum, quantæ ſolitudo; citius, æquius foro, quam ſolitudine caruero; nullo pretio ſolitudinem dimiſero. *Uſus* Multis partibus id malo, quam &c. Malo cum Pompejo vinci, quam vincere cum Cæſare.

Malum, i, n. **Apfel.** *Syn.* Pomum.

Malum, i, n. **das Uebel, Unheil.** *Syn.* Damnum, incommodum, peſtis, detrimentum. *Phraſ.* 1. *Malum ingens minatur nobis,* **er droht uns ein groſſes Uebel an.** Magnam mali molem meditatur; ad veteres noſtras ruinas, quibus oppreſſi ſumus, multum acerbitatis addet; malum ab homine improbo nobis ingens imminet; inſanabilis pernicies ab hoc homine nobis impendet; nulla facies mali eſt, quæ ab hujus importunitate hominis non ſit pertimeſcenda; multis nos malis onerabit; multa nobis mala afferet; mali nobis multum dabit hominis improbitas; mali nobis plurimum hoc auctore ſubeundum, exhauriendum erit; erumpet ex hujus importunitate furiæ malum ingens, & in dies ingraveſcet. 2. *Quis malum hoc a nobis avertet?* **wer wird dieſes Uebel abwenden?** Quis peſtem hanc avertet? Quis peſtem hanc & perniciem a cervicibus noſtris depellet? Quis peſtem hanc comprimet, reprimet, exſecabit, exſtinguet? Quis medebitur huic malo? Quis malis his nos eripiet? V. *Libero. Uſus.* Malum imminet, impendet, **bevorſtehen.** Erumpet malum, ac late manabit, **über uns kommen.** Serpit, creſcit

Digitized by Google

ſcit, ingraveſcit malum in dies, zunehmen. Malum afferre, dare; malis aliquem onerare & urgere, zufügen. Malum contrahere, ſich zuziehen. Malum ſuſtinere, ſubire, exhaurire, ertragen. Eſſe, jacere in maximis malis, zu leiden haben. Malum cavere, depellere, ſanare, abhelfen. E malis emergere, liberari, los werden.

Malum! pfui! *Vox indignantis. Uſus.* Quæ, malum! iſta eſt dementia?

Malus, a, um. böſe, übel. *Syn.* Improbus, perditus, perverſus, facinoroſus; *item*: incommodus, moleſtus. *Phraſ. Homo eſt infigniter malus*, er iſt ein Erzböſewicht. Infigniter improbus; portentum hominis perditiſſimi; labes ac flamma reipublicæ; homo eſt unus omnium nequiſſimus; hoſtis bonorum omnium; jam pridem ad pœnam & exitium præceps. Homo eſt omnibus flagitiis coopertus, contaminatus; ſingulari cupiditate, audacia, ſcelere, cui nil divini, nihil humani ſanctum; homo poſt hominum memoriam turpiſſimus; unus poſt natos homines deterrimus; impurus helluo, vita turpis, exiſtimatione damnatus; homo perdita nequitia, effuſe petulans; homo ſcelere amentiſſimus; homo ex omnium ſcelerum importunitate concretus; pravæ mentis homo; nihil illo levius, nihil inquinatius; labes ſeculi, & incommodum; caput poſt natos homines deterrimum ac ſpurciſſimum; funeſta fax reipublicæ. V. *Nequam, improbus, ſceleratus Uſus.* Philoſophi non illi mali quidem, ſed parum acuti. Malo dolo agere.

Malus, i, m. Maſtbaum *Epi.* Celſi, alti. *Uſus.* 1. Malum erigere, ſcandere, incidere. Malus vento quaſſatur. 2. Pomus, arbor pomifera. Apfelbaum.

Mamma, æ, f. Bruſt, Dutte. *Syn.* Uber. *Uſus.* Puer lactens, mammam appetens. Lupa ſubmiſſas infantibus adeo mitis præbuit mammas.

Manceps, cipis, m. Pachter. R. *Manu capiens, dum publicum aliquid emit. Syn.* Qui conducit, aut emit publicum aliquid. *Uſus.* Mancipes a civitatibus pecunias pro frumento exegere.

Mancipi, ein eigenthümliches Gut. *Uſus.* Abalienatio eſt rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri facta, aut in jure ceſſio.

Mancipium, ii, n. Leibeigener, Eigenthum. *Syn.* Res mancipi: Servus. *Epi.* Aliena, honeſtiſſima, pauca, plurima, pretioſiſſima, ſordidata, frequentia *Uſus.* 1. Ager ille meus eſt mancipio & nexu, tuus autem uſu & fructu. Sui jam juris, & mancipii eſt reſpublica. Mancipio aliquid alteri dare. Mancipio accipere. 2. *Servus, captivus*, Leibeigener. Italia a mancipiis conculcatur. V. *Servitus.*

Mancipo, as, avi, atum, are, zueignen, eigenthümlich übergeben. *Syn.* Fubjicio, in alicujus poteſtatem trado. *Uſus.* Senectus honeſta eſt, ſi nemini mancipata. Venditum ac mancipatum tribunatum plebi addixit.

Mancus, a, um. mangelhaft, ſchadhaft. *Syn.* Cui ad ſummam aliquid deeſt, imperfectus, curtus, mutilus. *Uſus.* Cognitio naturæ ſine actione manca eſt. Mancus, & membris omnibus captus.

Mandatum, i, n. Geboth, Befehl. *Syn.* Res mandata, imperium, voluntas, juſſum. *Phraſ.* 1. *Mandatum dedit centurioni, ut milites plecteret*, er hat dem Hauptmanne befohlen, die Soldaten zu ſtrafen. Pœnæ capiendæ miniſterium centurioni impoſuit; centurioni in mandatis dedit, ut pœnam de militibus repoſceret; mandatis oneravit centurionem; mandata dedit; mandata edidit; triſte edidit imperium de ſupplicio militum a centurione ſumendum. V. *Impero, jubeo.* 2. *Mandata fecit*, er hat gethan, was ihm befohlen war. Mandata egit, curavit, confecit, exhauſit, executus eſt; mandatis ſatisfecit; imperata fecit. V. *Parco, obedio. Uſus.* Cum mandatis mittere, mandata dare, Befehl geben. Mandata accipere, recipere, habere. Befehl bekommen, haben. Mandata alicujus perferre ad aliquem, deferre, afferre, exponere, Befehl überbringen. Mandata exequi, perſequi, digerere, den Befehl vollziehen.

Mando, as, avi, atum, are, befehlen. *Syn.* Jubeo, impleo, impono,

Digitized by Google

præscribo, mandatum do, in mandatis do, præcipio. *Adv.* Accuratissime litteris, diligenter, nominatim, penitus, plane, privatim, probe, publice. *Usus.* 1. Mandavi filio, quæ fieri velim. 2 *Commendo, committo, trado, consigno*, anvertrauen. Honores alicui, magistratum, sacerdotium mandare. Vitam suam solitudini & tenebris; se fugæ; mortui cadaver humo mandare. Res gestas scriptis, litteris, monumentis historiæ, versibus mandare. Rem posteris, annalibus mandare; in Büchern aufzeichnen. V. *Impero, jubeo, mandatum.*

Mando, is, di, sum, ere. kauen. *Syn.* Dentibus conficio. *Usus.* Dentibus manditur, extenuatur, mollitur cibus.

Mane, frühe. *Syn.* Diluculo, primo diluculo; prima luce; cum prima luce; antelucano tempore; matutino tempore; cum luceret; simul atque luceret; cum nondum luceret; ad primam auroram; sub noctis extremum; luce appetente; ante ortum solis; sole oriente; orta luce; sub lucem; albente cœlo; sub diei ortum; ubi dies cœpit; cum ortu solis; dubia adhuc luce; dubio adhuc die; lucis principio; ubi illuxit; circa lucis ortum; sub lucis ortum; aperiente se die; albescente cœlo; primo mane; illucescente die; multo mane; bene mane; cum ipsa luce; vergente ad lucem nocte; simul ac dies illuxerit V. *Aurora, diluculum.*

Maneo, es, mansi, sum, ere. bleiben. R. *a* μένω. *Syn.* Remaneo, commoror, resto, sto, hæreo.)(*abeo, discedo. Adv.* Constanter, diutius, firmius, in perpetuum, perpetuo, propemodum, recte, bene. *Phras.* 1. *Domi libenter maneo*, ich bleibe gerne zu Hause. Domi me ut plurimum teneo; tectis & tenebris me contineo; domi assidue hæreo; parietum umbris me occulto; domo pedem non facile effero; parietum præsidio a fori strepitu me tueor, publico ut plurimum abstineo. 2. *Mancho apud te*, ich werde bey dir bleiben. Semper præsto tibi ero, ædero ubique, assiduumque comitem me tibi præbebo, adjungam; hærebo lateri tuo; a latere nusquam discedam; nulla me res a te avellet, divellet, abjunget; nusquam abs te recedam, digrediar; affixus ero lateri tuo; nulla me dies a te disjunget. 3. *Manet in sententia sua*, er beharret fest auf seiner Meynung. Stat in eadem sententia; perstat in sententia; propositum tenet; antiquum obtinet; deduci de sententia non potest; a sententia non discedit; flecti, depelli, dimoveri a sententia non potest; animum obfirmat in sententia; in dicenda sententia egregie sibi constat. V. *Sententia.* 4. *Manfit idem color*, es ist die Farbe geblieben, wie zuvor. Ori color suus constitit; nihil mutavit oris color; perstitit idem in vultu color. 5. *Manfit incolume patrimonium mihi*, das Erbtheil ist mir ganz verblieben. Stetit mihi tutorum præsidio patrimonium integrum; nihil de paterna hereditate libatum, imminutum est; paterna hereditas nihil detrimenti accepit. *Usus.* In vita, in voluntate, in officio, in conditione, in sententia manere. Id animo fixum manet. Manet mihi vetus cum illo contentio; illud maneat, fixumque sit, bey dem soll es bleiben. Idem te fatum manet, du hast eben dieses Schicksal zu erwarten.

Manes, ium, m. Seelen der Verstorbenen. *Syn.* Animæ vita defunctorum. *Usus.* Mortuorum manes re aliqua expiare. Dii manes.

Manica, æ, f. Aermel. *Usus.* Antonius solet accipere manicas.

Manicatus, a, um. das Aermel hat. *Usus.* Manicatæ & talares tunicæ.

Manifeste, augenscheinlich. *Syn.* Manifesto; palam, aperte, perspicue, clare, non obscure. *Usus.* Aliquid manifeste deprehensum.

Manifeste, offenbar. *Syn.* Manifeste; ex confesso.

Manifestus, a, um. offenbar, handgreiflich. *Syn.* Clarus, perspicuus, non obscurus, apertus, testatus, contestatus, de quo constat, de quo liquet, quod luce clarius, quod patet, quod notum est omnibus. *Phras. Res manifesta est*, die Sache ist offenbar. Res est ante oculos; ante oculos posita; in medio posita;

Digitized by Google

ta; res non conjectura, ſed oculis tenetur, res ipſa certa & majoribus quaſi theatris propoſita; in clara res luce eſt; comperta ſunt omnia; omnis res palam eſt; in confeſſo res eſt; manu res tenetur; hoc quidem minime latet; tam id perſpicuum eſt, ut oculis judicare poſſitis; tam ea aperta ſunt, quaſi ea, quæ oculis cernuntur; non obſcura res eſt, neque abſcondita; illuſtrata, pateſacta, comperta ſunt omnia; res ipſa loquitur; ſole ipſo clariora ſunt & illuſtriora; manifeſta, confeſſa res eſt; nonne vobis hæc oculis cernere videmini? Illuſtria ſunt omnia & in aperto; pateſcit res tota, & in forum ac lucem prolata eſt; e tenebris in lucem extracta eſt. *Uſus.* Scelus manifeſtum & deprehenſum,

Manipularis, e. **zur Rotte gehörig.** *Syn.* Qui de manipulo, ſeu parva militum manu eſt. *Uſus.* Dolco me Pompejum, tanquam manipularem quendam, ſecutum.

Manipulatim, **Rottenweiſe.** *Syn.* Per manipulos. *Uſus.* Acies manipulatim ſtructa.

Manipulus, i, m. **Bündel, Garbe, kleiner Kriegshaufe.** *Syn.* Faſciculus, quem metentes manu comprehendunt; exigua manus militum, pars cohortis. *Uſus.* Armatos manipulos ad ſigna convocat.

Mano, as, avi, atum, are. **fließen, ſich ausbreiten.** *Syn.* Fluo, redundo: fundor, diſſeminor; diſpergor, latius diſſipor, ſerpo, percrebeſco. *Adv.* Late, communiter, longe. *Uſus.* Serpit malum, rumor, ſermo, & manat latius. Non patiar eam rem ad urbis perniciem manare. Omnis honeſtas e quatuor fontibus manat. Hoc conſilium e tuo capite manat. Rem a capite arceſſere, & videre, unde cætera manent. Manat in omnes partes virus, & per omne corpus funditur; manavit ea peſtis latius, nec jam obſcure ſerpens totas provincias occupat. V. *Fluo.*

Manſio, onis, f. **Aufenthalt, Herberge.**)(*Deceſſio.* *Epi.* Cautior. *Uſus.* Manſio in vita.

Manſuefactus, a, um. **zahm gemacht.** *Syn.* Domitus. *Uſus.* Manſuefacti & exculti ad elegantiora defluximus. V. *Manſuetus.*

Manſuefacio, is, feci, factum, ere. **zahm machen.** *Syn.* Manſuetum reddere. *Uſus.* Plebs manſuefacta & exculta. V. *Manſuetus.*

Manſuete, **ſanftmüthig.** *Uſus.* Manſuete facere aliquid.

Manſuetudo, inis, f. **Sanftmuth.** *Syn.* Lenitas, facilitas,)(*atrocitas.* *Epi.* Incredibilis. *Uſus.* Omnia plena clementiæ, manſuetudinis, liberalitatis.

Manſuetus, a, um. **ſanftmüthig, zahm.** R. *manu aſſuetus.* *Syn.* Mitis; lenis, facilis, homo mitis ingenii.)(*ferus, immanis, atrox.* *Phraſ.* 1. *Equus manſuetus*, **ein zahmes Pferd.** Animal ad manſuetudinem domitum, manſuefactum, condo efactum, inſuefactum; a ferocitate ad manſuetudinem traductum. 2. *Jam manſuetiores ſunt barbari illi*, **dieſe wilden Völker ſind ſchon etwas zahmer geworden.** A ferocitate ingenita ad humanum cultum deducti; ad humanitatem, manſuetudinem traducti ſunt; ferocitatem exuerunt: recedit jam barbara illa ferocitas in illorum animis; cultum jam, & mores humanos induere; mitius ingenium induere. *Uſus.* Manſuetus civis. Hominem te cognovi natura, conſuetudine, diſciplina leniſſimum & manſuetiſſimum. Oratio placida, ſubmiſſa, lenis, manſueta. V. *Lenis.*

Mantica, æ, f. **Felleiſen, Mantelſack.** *Syn.* Pera viatoria. *Uſus.* Non videt, manticæ quod a tergo eſt. *Phædr.*

Manubiæ, arum, f. **Raub, Beute.** *Syn.* Præda, ſpolia ex hoſtibus capta. *Epi.* Imperatoriæ; tantæ. *Uſus.* Manubias Marti conſecrare. Manubiis roſtra ornare.

Manubrium, ii, n. **Handhabe.** *Syn.* Capulus. *Epi.* Aureum.

Manufactus, a, um. **mit der Hand gemacht.** *Uſus.* Opera manufacta.

Manumiſſio, onis, f. **Freylaſſung.**

Manumitto, is. miſi, miſſum, ere. **frey laſſen.** *Syn.* Libertatem do.

Manus, us, f. **Hand.** *Syn.* Dextra. *Epi.* Adverſa, antiqua, apta, arguta, confracta, contaminata & cruenta, dextra, facinoroſiſſima, firma, hoſtilis, impia, importuna, ſancta, ſiniſtra, tremebunda, victrix. *Uſus.* 1. Sumere in ma-

Digitized by Google

nus aliquid; in manu tenere; de manibus extorquere; e manibus rem non dimittere, deponere. Disciplina per manus tradita, *vulg. de manu in manum.* Per manus demitti. Cedo manum, gieb die Hand her. Deligatis, vinctis post terga manibus. Manu abnuit. Litteræ tuæ, mea manu scriptæ, *vulg. propria manu.* Manus porrigo. 2. *Facultas, potestas,* Macht, Gewalt. Est hoc in manu tua. Manibus victoria excidit. 3. *In promptu est suppetit,* die Sache läßt sich leicht thun. Res est in manu In manu tenemus, habemus victoriam. Præ manibus habere aliquid, vor der Hand haben. Sub manu, sub manus, unter der Hand. 4. *Vis arma, ferrum;* Gewalt, Waffen. Munus afferre alicui; manum abstinere, continere. Ad manus ventum est; manus conferre, conserere. 5. *Copiæ,* Mannschaft. Militarem manum cogere, facere, habere. 6. *Cedere,* weichen, einem gewonnen geben. Manus do.

Mapale, is, n. Feldhütte. *Syn.* Casa agrestis.

Mappa, æ, f. Tischtuch, Serviet.

Mare, is, n. Meer. R. *ab Hebr.* Mara, *amarum. Syn.* Æquor, altum, pontus, pelagus, salum. *Epi.* Portuosum, scopulosum, infestum, inflatum, murmurans, purpureum, refertum, præclarum, tempestivum, tranquillum, tutum, vastissimum, universum. *Phras. Mare erat turbatum,* das Meer war ungestüm. Horrescebat mare, crebrosque fluctus in littus evolvebat; exæstuabat mare, quoque arctius intra faucium anguitias claudebatur, eo acrius furebat; exterrebat nos fremitus murmurantis maris, vix ut in altum evehi auderemus; levabatur inhorrescens mare, ventoque acriori concitatum fluctus ciebat, nautarumque ministeria turbabat. *Usus.* Turbatum agitatum mare. Mare cœlo miscere. Terra marique conquirere aliquid.

Marceo, es, *vel* Marcesco, is, marcui, ere, verwelken. *Syn.* Torpesco, putresco. *Usus.* Luxuria vinoque marcere. Desidia & otio marcescere.

Margarita, æ, f. Perle. *Syn.* Unio. *Usus.* Nego ullam margaritam fuisse, quin abstulerit.

MARIA, die Mutter GOttes, die hochgebenedeyte Jungfrau Maria *Phras.* Mater DEI; Virgo Mater; Cœlitum Regina; mundi Domina; generis humani decus ac præsidium; Parens Auctoris sui; æterni Regis Mater; Templum augustissimum Divinitatis; mortalium immortaliumque Regina.

Marinus, a, um. was in oder auf dem Meere ist. *Syn* Maritimus. *Usus.* Æstus marini.

Maritimus, a, um. am Meere gelegen. *Usus.* In maritimis sum.

Maritus, i, m. Ehemann. *Syn.* Vir. *Epi.* Carior. *Usus* Ut maritus quam optimæ sis mulieris, & hæc quam optimo viro nupta sit.

Marmor, oris, n, Marmorstein. *Usus.* Simulacrum, signum e marmore.

Marmoreus, a, um. marmorsteinern. *Usus.* Columnæ, signa marmorea.

Mars, tis. m. Gott des Krieges. *Usus.* Mars belli communis & incertus casus. Suo rem Marte gerit. V. *Bellum.*

Martyr, is, g. c. christlicher Blutzeuge. *Phras.* 1. Purpuratus suo sanguine Fidei testis; invictus Christi athleta; laureatus Fidei pugil; qui sanguinis sui pignore Christum testatus; pro veritate Fidei supplicium mortis subiit; propter Christum carnifici collum præbuit; mortem pro Christi nomine fortiter obiit; qui inter ultimos cruciatus ad extremum usque spiritum in veræ Fidei confessione permansit; qui pro Christo per summos cruciatus vitam cum sanguine profudit. 2. *Sancti Martyres,* heilige Martyrer. Qui pro Christi confessione strenue dimicarunt, & summa alacritate vario leti genere animas liquerunt; qui vita & sanguine Fidei nostræ sanctitatem commendarunt, confirmarunt; qui plantatam suis sudoribus fidem, fuso etiam sanguine rigarunt; qui per vulnera & mortes Regi suo Christo præclarum testimonium dederunt; qui Dei causa quæcunque cruciamenta, ipsamque mortem, cujus imaginem oculis fugimus, mentionem auribus respuimus, quam animis aversamur; & sola recordatione perhorrescimus, constan-

Digitized by Google

ſtantiſſime oppetivere; qui tormentis immaniſſimis excarnificati; qui diriſſimos Chriſti cauſa cruciatus exhauſerunt, ſeque in mortem acerbiſſimam obtulerunt; quos nulla tormentorum vis ad mutandam in propoſito ſententiam adigere potuit; qui direptis facultatibus in exilium ejecti, fuſtibus ad mortem contuſi, ſagittis confixi, qui compreſſis laqueo faucibus elisi, gladio deſectis cervicibus in mortem dati, de impiis ſuperſtitionibus, de barbara immanitate moriendo triumpharunt.

Mas, maris, m. **Mannsbild.** *Uſus.* Deos mares & feminas eſſe dicitis.

Maſculus, a, um. **männlich, ſtark.** *Syn.* Virilis, fortis. *Phraſ. Prolem maſculam habuit*, **ſie hat einen männlichen Erben.** Virilis ſtirps e matrimonio fuit; virilem ſexum reliquit.

Maſſa, æ, f. **Teig, Klumpe.** Auri, ferri, picis, farinæ maſſa.

Mater, tris, f. **Mutter.** R. *a* μήτηρ. *Syn.* Parens, genitrix. *Epi.* Cæca, conſcelerata, egregia, gravida, præclara, infeſta, libera, magna, miſera, lamentansque & abjecta, plena pietatis, victrix, optima. *Uſus* Sapientia mater omnium bonarum artium. Matris terræ ſinus & gremium.

Matercula, æ, f. **Mütterlein** *Uſus.* Matercułæ ſuæ feſtivus filius.

Materfamilias, matrisfamilias, f. **Hausmutter.** *Uſus.* Matremfamilias ſecus, quam matronarum ſanctitas poſtulat, nominamus.

Materia, æ, f. **Materie, Zeug.** *Syn.* Res, ex qua fit aliquid; apparatus, argumentum. *Phraſ.* 1. *Materia ſcribendi non deeſt*, **es mangelt mir nicht am Stofe zu ſchreiben.** Semper eſt aliquod epiſtolæ argumentum; copia rerum, quas ſcribam, ſe magna mihi offert. Voluntas deeſſe, non res, ad ſcribendum poteſt; ſilva ſe mihi rerum ad ſcribendum objicit; materiem ſcribendi amplam dat, præbet dies quælibet. *Uſus.* 1. Plato ex materia in ſe omnia recipiente eſſe mundum factum cenſet. 2. *Lignorum, lapidum &c. apparatus*, **unterſchiedlicher Bauzeug.** Materiam comportare milites jubet. Ex inſula materiam, calcem advexere. 3. *Id, de quo agunt artes, leges &c.* **dasjenige, von dem man handelt.** Materia artis eſt, in qua ars verſatur. Quid illum odiſſet, ſegetem & materiem gloriæ ſuæ? Scribendi materies. Deformitas corporum apta ad jocandum materies. 4. *Facultas*, **Gelegenheit.** Opes libidini materiem dant, præbent. Moderatio ſubtrahit, adimit materiam furori. V. *Occaſio.*

Materiarius, ii, m. **Zimmermann, Werkmeiſter.** *Syn.* Faber.

Materiatus, a, um. **was von Holzwerke iſt.** *Syn.* Quod ex materia conſtat *Uſus.* Domus male materiata.

Materior, aris, atus ſum, ari. **Holz zuführen.** *Syn.* Lignor. *Uſus.* Eodem tempore & materiari & frumentari neceſſe erat.

Maternus, a, um. **mütterlich.** *Uſus.* Nomen maternum amantius & indulgentius.

Matertera, æ, f. **der Mutter Schweſter, Muhme.** *Syn.* Matris ſoror.

Mathematicus, a, um. **die Mathematik angehend.** *Epi.* Magnus, ſapiens, ſempiternus. *Uſus.* Mathematicæ artes, ſcientiæ. Pulvis Mathematicorum eruditus. Mathematici magna in obſcuritate rerum, & recondita in arte, in arte multiplici ſubtilique verſantur.

Matricida, æ, f. **Muttermörder.** *Syn.* Qui matrem occidit, parricida. *Epi.* Certiſſimus, crudeliſſimus, impius.

Matricidium, ii, n. **Muttermord.** *Uſus.* Matricidii accuſatur Oreſtes.

Matrimonium, ii, n. **Eheſtand.** *Syn.* Conjugium, connubium. *Epi.* Dotale, ſtabile & certum. *Phraſ.* 1. *Matrimonium inire*, **in den Eheſtand treten.** Contrahere, inire matrimonium; nuptias facere; nuptiis jungi; inire ſocietatem vitæ perpetuam, nec niſi morte dirimendam, diſſolvendam; ad rem uxoriam animum adjungere; tori conſortem accipere; uxorem ducere; in ſanctum connubii fœdus, & indiſſolubilem vitæ torique ſocietatem convenire; in matrimonium ducere; matrimonio, conjugio ſe alicui devincire; matrimonio aliquam ſibi conjungere; matrimonii fœdere, vinculis conjungi. 2. *In matrimonio habere conjugem*, **eine Gemahlinn haben.** Habere conju-

Digitized by Google

gem, matrimonii fœdere junctam; vinculis ſocialibus ſibi junctam; viverá cum aliqua in matrimonio, conjugio; nuptiis junctam, conjunctam habere tori ſociam & conſortem. 3. *Ad ſecundum matrimonium tranſire*, zur zweyten Ehe ſchreiten. Ad alteras nuptias procedere; ad ſecundos thalamos procedere. Conjugio ſecundo ſe devincire. 4. *Copulare matrimonium*, die Eheleute zuſammen geben. Nuptias ſolenni precatione conjungere; matrimonio ſponſos conjungere, copulare; indiſſolubili fœdere ſponſos copulare; nuptiarum pompam ſacris cerimoniis auguſtiorem reddere. *Uſus.* Collocare aliquam in matrimonium. Aliquam in matrimonio habere. V. *Loco*, *nubo*.

Matrimus, a, um. der die Mutter noch im Leben hat. *Uſus.* Puer matrimus.

Matrona, æ, f. ehrbare Frau. *Syn.* Materfamilias, mulier, uxor. *Epi.* Opulentæ, optimates. *Uſus.* Matronarum dignitas & ſanctitas.

Matronalis, e. ehrbaren Frauen zuſtändig. *Uſus.* Matronalis gravitas, pudor, decus.

Maturatio, onis, f. Beſchleunigung, Eile. *Syn.* Feſtinatio, properatio,

Mature, frühzeitig, ungeſäumt. *Syn.* Cito, celeriter, tempori, ſine mora, tempeſtive. *Uſus.* Eo, quo intendit, mature perveniet.

Matureſco, is, ere. zeitig werden. *Syn.* Perficior, abſolvor. *Phraſ. Fruges matureſcunt*, die Früchte werden zeitig. Maturitatem aſſequuntur; arborum fructus jam miteſcunt; maturitatem ſuam propediem habebunt; prope maturitatem ſunt; ad maturitatem perveniunt.

Maturitas, tis, f. Zeitigung. *Syn.* Tempeſtivitas, tempus maturum. *Epi.* Prima dicendi, tanta. *Uſus.* Hæc ſtudia in adoleſcentia tanquam in herba ſignificant; quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges induſtriæ ſint futuræ. Caneſcit jam tua eloqnentia, & quandam maturitatem eſt affecuta. Ejus rei maturitas nondum venit. Videtur id jam perfectum, & maturitatem habere ſuam. Uſum maturitatem dat, aſſert.

Maturo, as, avi, atum, are. eilen, befördern. *Syn.* Maturitatem affero, accelero, propero. *Uſus.* Maturare mortem alicui. Quæſo, matures venire.

Maturus, a, um. reif, zeitig. *Syn.* Coctus, tempeſtivus, mitis.)(*præcox*, *immaturus*. *Uſus.* Poma matura & cocta decidunt. Ætas matura. Maturus orator. Vitæ ſatietas maturum affert mortis tempus.

Matutinus, a, um. morgendlich.)(*Veſpertinus*. *Uſus.* Matutina tempora lectione conſumo.

Maxilla, æ, f. Kinbacke, Kiefer. *Syn.* Mala.

Maxime, meiſtens. *Syn.* Summe, potiſſimum, magnopere. *Uſus.* 1. Ut quisque maxime indigus, ita ope digniſſimus. Tam ſum amicus reipublicæ, quam qui maxime. Domus celebratur, ut cum maxime. 2. *Præſertim*, *cumprimis*, ſonderlich. Eos amo maxime, qui &c. Eo maxime te amo, quòd &c.

Maximopere, über die Maßen. *Syn.* Summopere, maxime, potiſſimum. *Uſus.* A te maximopere peto.

Maximus, a, um, der größte. *Syn.* Ampliſſimus, ſummus, ſingularis, ingens, incredibilis, divinus, immortalis. *Phraſ. Maximum habet luxum*, er iſt über die Maßen verſchwenderiſch. Luxus in eo eſt tantus, ut nihil ſupra poſſit eſſe; nihil ut addi ad tantas opum effuſiones poſſe videatur; ut eum ne tota quidem patrimonia capere, ſuſtinere, aut explere poſſint.

Meatus, us, m Gang, Lauf. *Uſus.* Solis curſus & motus.

Mecum, mit mir. *Uſus.* Mecum ſum; mecum vivo.

Medeor, eris, eri. heilen. *Syn.* Sano, curationem adhibeo, medicinam affero, facio, adhibeo; remedium affero, adhibeo. *Adv.* Facile. *Phraſ.* 1. *Temporis longitudo malis medetur*, die Zeit hilft allem Uebel und Schaden ab. Quæ nobis a fortuna infliguntur vulnera, levantur, ſanantur vetuſtate; vis doloris temporis mora langueſcit; detrahit de dolore dies, aut etiam penitus tollit & exſtinguit. Quovis malo affectis, laborantibus medicinam dies affert. Habet hoc tempus, ut dolorem quemvis, tametſi alte in animo inſitum evellat. Eſt hoc temporis, ut omnem malorum ſenſum

ac

Digitized by Google

ac memoriam, omnem adverſæ fortunæ recordationem ex animo deleat, auferat, eripiat, expellat, amoveat, proſcribat. 2. *Medendum eſt huic malo*, man muß dieſem Uebel abhelfen. Occurendum eſt huic malo; remedium dandum eſt huic malo; præſidia comparanda ſunt ad iſtos caſus; comparanda, quærenda ſunt remedia huic malo; facienda medicina malo eſt; curatio diligens adhibenda. *Uſus.* Afflictæ reipublicæ, capiti, oculis mederi: mederi ægris.

Mediaſtinus, i, m. Hausknecht. *Syn.* Mancipium viliſſimum.

Medicamen, inis, n. Arzney. *Syn.* Medicamentum. *Epi.* Violentum.

Medicamentum, i, n. Arzney. *Syn.* Medicamen, medicina, remedium. *Epi.* Multa, ſalutaria, violenta. *Uſus.* Medicamentis delibutus. Medicamentis partum abigere. Fucata candoris medicamenta. Medicamentum dare ad aquam intercutem. V. *Remedium.*

Medicina, æ, f. Arzney. *Syn.* Medicamentum, remedium: ars medendi. *Epi.* Conſularis, animi grata, & multis probata, pluribus ſuſpecta & inviſa, imbecillior, major, perpetua; tarda, ſed magna, tempeſtiva. *Phraſ. Medicina operatur, vulg.* die Arzney hat ihre Wirkung. Medicina venis concipitur; in venas diffundit ſe medicamentum, ſic, ut ſenſim toto corpore ejus ſalubritas percipiatur. *Uſus.* 1. Facere, afferre medicinam alicui. Accipere, ſumere medicinam. Nulla tot incommodis medicina reperietur. 2. *Ars medendi*, Arzneykunſt. Medicinam exercere, facere. V. *Remedium.*

Medicor, aris, atus ſum, ari. heilen. *Syn.* Medeor.

Medicus, i, m. Arzt. *Syn.* Medicinæ peritus, medicinæ cognitione clarus; medicinam profeſſus. *Epi.* Callidus, jam incognitus, & ſæpe victor, diligens, ignobilis, index, nobiliſſimus, optimus, ſtudioſior, ſuavis, ſummus. *Uſus.* Ad morbos difficillimos nobiliſſimus medicus quæritur. Medicum adhibere. Medico uti. Medico honos habendus. Medico non ſolum morbus, ſed conſuetudo valentis & natura corporis cognoſcenda. Medici ex quibusdam ſignis & advenientes, & creſcentes morbos intelligunt.

Medietas, tis, f. Hälfte, halbe Theil. *Syn.* Media pars, medium. *Uſus.* Bina media, vix enim audeo dicere medietates.

Medimnum, i, n. eine Maaß. *Genus menſuræ ſenum modiorum.*

Mediocris, e. mittelmäßig. *Syn.* Nonnullus, modicus. *Uſus.* Ingenio, prudentia eſt mediocri. Mediocris eſt in dicendo.

Mediocritas, tis, f. Mittelmäßigkeit. *Syn.* Modus, nec parum, nec nimium. *Epi.* Inhabilis. *Uſus.* Virtutes omnes mediocritate quadam eſſe moderatas conſtat. Mediocritas dicendi. Certus eſt villarum modus, & ad mediocritatem revocandus.

Mediocriter, mittelmäßig. *Syn.* Modice. *Uſus.* Injurias mediocriter ferre. Poſſum mediocriter laceſſitus leviter repungere. Mediocriter a natura inſtructus, anguſtius etiam a labore & diſciplina.

Mediterraneus, a, um. mittelländiſch. *Uſus.* Mediterranei mare eſſe non credunt. Enna mediterranea eſt maxime.

Meditate, bedächtlich. *Uſus.* Rem perquam meditate tenes.

Meditatio, onis, f. das Nachdenken. *Syn.* Commentatio, exercitatio. *Epi.* Multa, ſtulta, quotidiana, pia. *Uſus.* Multi naturæ vitium meditatione atque exercitatione ſuſtulerunt.

Meditor, aris, atus ſum, ari. betrachten, bedenken. *Syn.* Attente cogito, commentor, contemplor. *Adv.* Maxime, multo ante. *Phraſ. Semper cœleſtia meditatur*, er betrachtet allezeit himmliſche Dinge. In perpetua rerum cœleſtium meditatione verſatur; animum in rerum cœleſtium contemplatione defixum habet; ſemper aliquid de rebus cœleſtibus cogitat, ſecum volvit; in res cœleſtes fere ſemper animum intendit; tempus omne in acerrima atque attentiſſima rerum cœleſtium meditatione ponit; cœleſtium rerum ſpectator & contemplator eſt aſſiduus; conſideratione ac contemplatione rerum cœleſtium animum paſcit, oblectat; mentem cogitationemque per omnes cœleſtium rerum ſpecies circum-

Digitized by Google

cumduxit. V. *Cogito. Uſus.* Accuſationem meditatur. Quæ in foro agenda ſunt, exercitatione quaſi ludicra perdiſco & meditor. Nihil fecit non diu ante meditatum. Meditatus ad dicendum acceſſeram. Accurata & meditata commentatio. Meditatum ſcelus. V. *Cogito, cogitatio.*

Medius, a, um. der Mittlere. R. *a μέσος. Syn.* Interjectus inter duos, dimidiatus, intermedius. *Phraſ. Mediam viam amplecti in re quapiam*, in einer Sache die Mittelſtraße erwählen. Mediam conſequi conſilii viam; media via conſilium capere; mediis conſiliis ſtare; conſilio neutri parti acerbo rem expedire. *Uſus.* Oratio vel oriens, vel media, vel cadens. In medio jure civili verſari. Qui ſe medium eſſe vult, (*neutralem, vulg.*) in patria manet; qui proficiſcitur, aliquid de alterutra parte vindicat. In mediam turbam ſe injecit. Interjectus inter duas ætates, mediusque. Inter bellum & pacem nihil eſt medium. In mediam dimicationem ſe offerre. De medio tollere, removere; recedere. Res eſt in medio poſita. Res de medio ſumptæ, vom nächſten beſten Orte her.

Mediusfidius, bey meiner Treue. *Juvandi formula apud veteres.*

Medulla, æ. das Mark. *Syn. Transl.* Intimus animus. *Uſus.* Venis & medullis inſidet malum. In medullis mihi & viſceribus hæret.

Mel, mellis, n. Honig. R. *a μέλι. Uſus.* Villa abundat lacte, caſeo, melle. Sermo melle dulcior.

Melancholia, æ, f. Melancholey, Schwermuth. *Syn.* Atra bilis. *Uſus.* Quem nos furorem, Græci melancholiam vocant, quaſi atra ſolum bile mens moveatur.

Melancholicus, a, um. melancholiſch, ſchwermüthig. *Syn.* Natura triſti & recondita; ingenita affectus triſtitia; indole, ingenio ſubtriſti. *Uſus.* Ariſtoteles ait, omnes ingenioſos melancholicos eſſe, ut ego me tardiorem eſſe, moleſte non feram.

Melior, ius, *g. o.* beſſer. *Syn.* Potior, commodior, præſtabilior.)(*deterior. Phraſ. Nemo doctus quemquam ſe meliorem arbitretur*, kein Gelehrter hält jemanden für beſſer, als ſich ſelbſt. Nemini eſt [illegible] ducit; aliis ſe præſtat [illegible]; ſuperiorem ſe cæteris, neminem inferiorem ſe exiſtimat doctus. Doctus præcipuam [illegible] doctrinam, nec [illegible]; doctrina ſe omnibus præcellere, præſtare, antecellere, certiſſimum habet; doctrinam ſuam longe anteponit cæterorum ſcientiis. V. *Potior. Uſus.* Res meliori in loco eſt. Incipit res melius ire, quam putaram.

Melius, beſſer. *Syn.* Commodius, ſtatius, potius, præſtabilius. *Phraſ. Melius habet civitas ejus opera*, durch ſeine Vorſorge ſtehet es nun beſſer mit der Stadt. Species eſt adeo reviviſcentis reipublicæ; ſurrexit ejus opera ex intolerabili ſtatu respublica; fieri quædam ad meliorem ſpem inclinatio videtur; ad ſanitatem revertitur civitas; auctoritate ejus & opera emergit tandem civitas, & in tolerabili ſtatu conſiſtit; lux quædam affulgere videtur civitatis rebus; melius jam res civitatis ire incipit; curavit urbem ejus induſtria, & affectis partibus medicinam attulit; rempublicam velut in ſedes ac ſtatum ſuum revocavit; in antiquum ſtatum reſtituit; urbem conſilio recreavit, perditamque ac afflictam erexit; reperta demum ejus opera eſt medicina tot incommodis civitatis; rem prolapſam ſuperiorum temporum negligentia reſtituit, inque veterem dignitatem rempublicam vindicavit ejus induſtria; convaleſcere ac ſanari, reviviſcere ac recreari poſtliminio civitas ejus opera videtur. V. *Emendo, corrigo. Uſus.* Philoſophia & ad melius vivendum, & ad commodius diſſerendum vim habet maximam.

Meliuſcule, etwas beſſer. *Syn.* Aliquanto melius. *Uſus.* Cum meliuſcule tibi erit, fac ad nos quamprimum redeas.

Mellarius, a, um. zum Honig gehörig. *Uſus.* Mellaria cella.

Mellitus, a, um. ſüß, honigſüß. *Syn.* Suavis, jucundus. *Uſus.* Mellitus puer.

Melos, n. *indecl.* lieblicher Geſang. *Syn.* Cantus. *Uſus.* Dulce melos.

Membrana, æ, f. Pergament, Häutlein.

Digitized by Google

Epi. Tenuiſſima, pellucida. *Uſus.* Natura oculos membranis tenuiſſimis ſepſit.

Membrum, i, n. **Glied** *Pars corporis* Transl. *oliarum quoque rerum. Syn.* Artus. *Epi.* Proximum, turbidum, turgidum, tumidum. Membra commutabilia, humana, imbecilla, minutiora, reliqua, tenuiſſima. *Uſus.* Membrorum alia videntur a natura donata ad uſum, alia ad ornatum. Partes & membra philoſophiæ.

Memini, **gedenken.** *Syn.* Memoria teneo, memoria repeto, commemini, recordor, reminiſcor, commemoro.)(*Obliviſcor. Adv.* Diligentiſſime, grate, jucunde, melius, omnino, probe, recte, ſuaviter. *Phraſ.* 1. *Semper tui meminero*, **ich werde jederzeit auf dich gedenken.** Nunquam ex animo meo discedet tui memoria. Anni conſequentes excipient tui memoriam. In memoria mea penitus inſedisti; ſemper in memoria hærebis; erit infixa menti meæ tua imago; complectar abſentem te cogitatione. Virtutes tuas grata ſemper memoria perſequar; memoriam tui in me officii colam benevolentia ſempiterna. V. *Obliviſcor, memoria.* 2. *Memini eorum, quae dixeras*, **ich gedenke noch wohl daran, was du geſagt haſt.** In memoria habeo; in memoria ſunt; memoria teneo; memoriæ infixa ſunt; hærent, inſident in memoria; memoria repeto, complector ea, quæ dixeras. *Uſus.* Memini, nec obliviſcar noctis illius. Memini mandata tua.

Memor, oris, *g. o.* **eingedenk.** *Syn.* Qui non obliviſcitur. *Uſus.* Memorem in bene meritos animum præſtare. V. *Memoria.*

Memorabilis, *e.* **merkwürdig.** *Syn.* Memorandus, memoria dignus, commemorabilis, dignus memoratu, ad memoriam inſignis. *Adv.* Maxime. *Phraſ. Memorabile facinus*, **eine merkwürdige That.** Facinus, cujus memoriam poſteritas alet; quod vivet in omnium pectoribus; cujus memoriam nulla dies obſcurabit; cujus memoria apud poſteros nunquam morietur; facinus ad memoriam poſteritatis inſigne; commendandum hominum memoriæ ſempiternæ; celebrandum memoria ſeculorum omnium; prædicandum poſteris; omnis poſteritatis memoria digniſſimum; facinus, quo annalium memoria nullum conſpectius. *Uſus* Memorabilis & divina virtus. Res a te geſta memorabilis, & pene cœleſtis. V. *Clarus.*

Memoria, æ, f. **Gedächtniß, Andenken.** R. *a* μνάομαι, *recordor. Syn.* Facultas animæ, rerum perceptarum cuſtos, recordatio, monumentum. *Epi.* Acris, acerba, æqualis, æterna, altior, bona, brevis, clara, cuſtos rerum, digna, divina, diuturna, excellens, fidelis, grata, germana, hebes, immortalis, infinita, non ingrata, inſignis, mira, jucunda naturalis, nimia, præſens, publica, recens, ſingularis, ſuavis, ſuperior, tanta, theſaurus omnium, vetus, viva, ingratiſſima, ultima pueritiæ. *Phraſ.* 1. *Ab hominum memoria nemo illi ſimilis erat*, **von Menſchengedenken war ihm keiner gleich.** Vir poſt hominum memoriam; poſt natos homines; poſt genus hominum natum rerum geſtarum gloria maximus. 2. *Memoriam ſibi immortalem comparavit*, **er hat ſich ein unſterbliches Gedächtniß gemacht.** Eo facto immortalitatem ſibi donavit; nomen ſuum ad immortalitatem conſecravit; ab oblivionis injuria nomen ſuum vindicavit; memoriam nominis ſui cum omni poſteritate adæquavit; memoriam ſui reliquit immortalem. V. *Fama, gloria.* 3. *Memoriam tanti viri litteris conſignavit*, **er hat das Gedächtniß dieſes großen Mannes in ſeine Bücher eingetragē, aufgezeichnet.** Res tanti viri poſteritatis memoriæ tradidit, prodidit, conſecravit; res tanti viri ad memoriam poſteritatis propagavit; litteris firmavit; immortalitati ſcriptis ac monumentis mandavit, commendavit. 4. *Eſt adhuc in memoria factum hominis improbum*, **ſeine ſchändliche That iſt noch in friſchem Gedächtniſſe.** Memoriam facti improbiſſimi etiamnum ſervo, conſervo, uſurpo, teneo; hæret etiamnum in memoria factum improbum; memoria teneo, retineo facti improbitatem; memoriam improbiſſimi facti nondum depoſui, abjeci; nondum abolevit, excidit facti improbiſſimi memoria; non dilapſum eſt e memoria factum improbum. V. *Obliviſcor.* 5. *Juvat interdum, tempora ſuperiora in memoriam revocare*, **es nützet zuweilen, wenn**

Digitized by Google

wenn man auf die vorigen Zeiten zurück sieht. Juvat, superiorum temporum memoriam commemorando renovare; superiorum temporum res gestas recognoscere; memoria repetere; excitare antiquitatis memoriam; mentem ad antiqua revocare; animum ad vetera referre; antiquitatis speciem repræsentare animis; superiorum temporum memoriam refricare, redintegrare; in memoriam reducere. 6. *In memoriam saepe venit aetatis primae petulantia*, mit fällt oft das freye Leben meiner Jugend ein. In mentem venit mihi petulantia adolescentiæ meæ; in memoriam redeo ætatis primæ petulantissime exactæ; in memoriam nunc demum regredior adolescentiæ per summam petulantiam exactæ. Versatur mihi in mente cum acerba recordatione ætatis primæ petulantia; subit persæpe animum ætatis primæ memoria in jocum & petulantiam effusæ. 7. *Memoria es bona*, du hast ein gutes Gedächtniß. Fideli es memoria, præsenti, non vulgari, singulari, incredibili, tenacissima; memoria mirum quantum vales; memoria præstas, excellis; eximia in te est vis memoriæ; memoria tenes, quæcunque legis, vel audis; nihil e memoria effluit. 8. *Memoria est imbecilla*, er hat ein schwaches Gedächtniß. Fallit hominem sæpe memoria; memoria vacillat; memoria illi haud satis constat; memoria homini segnis admodum est & lenta; memoria offendit sæpius; fluxa homini memoria est, & infida; memoria labat interdum; facile e memoria, quæ dixerit, vel audierit, homini excidunt, effluunt, elabuntur. V. *Oblivioſus*. *Uſus*. Bella nostra & patrum memoria gesta. Memoriæ studere, suchen die Gedächtnißkraft zu stärken. Memoriam remittere, das Gedächtniß vernachläßigen. Memoria aliquid comprehendere, & complecti. In memoria habere aliquid. In memoria res est, hæret, infidet. Memoria aliquid repetere. In memoriam rei redire. Memoriam beneficii obscurare, abstergere, delere. Memoria aliquid deponere. In memoriam redire, revocare alteri. Fortium virorum memoriam honore prosequi, amplissimis monumentis consecrare.

Memoriter, auswendig. *Syn.* E memoria, sine scripto. *Phras.* 1. *Memoriter didicit*, er hat auswendig gelernet. Memoriæ mandavit; edidicit; memoria complexus est; memoria comprehendit; memoriter complexus est. 2. *Memoriter dicere*, auswendig sagen. Ex memoria recitare, proferre, exponere, reddere, pronuntiare. *Uſus*. Memoriter pronuntiavit.

Memoro, as, avi, atum, are. melden, erzählen. *Syn.* Commemoro, narro, refero. *Adv.* Nimis obscure. *Uſus*. Clarorum virorum laudes memorare. V. *Loquor*, *mentio*, *narro*.

Mendacium, ii, n. Lüge, Unwahrheit. Falsitas, orationis vanitas. *Epi.* Magnum atque impudens, modestum & non infacetum, honestum ac misericors, crassum, pernicioſum, officioſum, jocoſum, turpissimum, infestum, splendidum, triumphale. *Uſus*. Improbi hominis est mendacio fallere, mendacium dicere. Sermonem mendaciis aspergere. V. *Mentior*.

Mendax, cis, *g. o.* lügenhaft, verlogen. *Syn.* Vanus, fraudulentus.)(*Verax*. *Phras.* *Homo mendax est*, er ist ein Lügner. Ex fraude & mendacio constare totus videtur; ex fraude & mendacio compositus, qui omnia mendaciunculis aspergit; qui veritatem mendaciis contaminare nihil veretur; qui insignem orationis vanitatem adhibet; qui compositis ad fraudem mendaciis semper est instructus; qui mendacia struit alia ex aliis; qui mera fundit mendacia. *Uſus*. Mendaci homini ne verum quidem credere solemus.

Mendicitas, tis, f. höchste Armuth, Betteley. *Syn.* Paupertas, inopia. *Epi.* Aviditati conjuncta, summa. *Uſus*. Ad mendicitatem redigi. In summa mendicitate esse, vivere. Mendicitatem perpeti. E mendicitate emergere. V. *Paupertas*, *inopia*.

Mendico, as, avi, atum, are. betteln. *Syn.* Vitæ alimenta ostiatim quæro; stipem peto, colligo; precario victum conquiro, corrogo.

Mendiculus, i, m. ein Bettellumpe. *Uſus*. Exercitus e mendiculis rusticis collectus.

Mendicus, i, m. Bettler. *Syn.* Pauper, qui pedem in suo ponere non potest. Cui res ad manticam rediit, qui manum ad stipem porrigit; qui in sum-

Digitized by Google

ma mendicitate eſt, vivit. *Epi.* Beatus, dives, ſapiens. *Uſus.* 1. Si paupertas malum eſt, nemo mendicus beatus. 2. *Adjective*, bettelhaft. Hoc genus forenſe exiguum eſt, & mendicum. V. *Pauper.*

Mendoſe, voll Fehler. *Uſus.* Libri mendoſe & vitioſe ſcripti.

Mendoſus, a, um. fehlerhaft. *Syn.* Vitioſus. *Uſus.* Hiſtoria mendoſa, in qua pars aliqua deeſt.

Mendum, i, n. Fehler. *Syn.* Vitium, erratum libri &c. *Epi.* Magnum. *Uſus.* Mendum litura corrigere. Menda tollere.

Mens, tis, f. Gemüth. *Syn.* Ratio, princeps animi pars, intelligentia. *Epi.* Acrior, humilis, conſcelerata, conſtans, divina, domeſtica, civilis, effrenata, præceps, firma, fons ſenſuum, humana, impia, imbecilla, incredibilis, infinita, integra, intenta, liberalis, provida, ſagax, præſtans, tranquilla, vegeta, demens, improvida, nefaria, ſingularis, ſancta, tarda. *Phraſ.* 1. *Mente motus*, er iſt im Kopfe verrückt. Mentis errore affectus eſt; a mente diſceſſit; mente captus eſt; emota mente eſt; de mente dejectus; de ſtatu mentis deturbatus; a mente deſertus eſt; mentis inops eſt; mente non conſtitit. V. *Inſania.* 2. *DEus tibi hanc mentem indidit*, GOtt hat dir dieſes eingegeben. DEus tibi hanc mentem dedit, injecit, indidit; in eam mentem te impulit; a DEO factum eſt, eam ut mentem ſusciperes; eo ut mentem appellares; conſilii hujus dux auctorque DEus fuit. 3. *Ab hoc conſilio mentem nemo avertet*, von dieſem Entſchluſſe wird mein Gemüth niemand mehr abwendig machen. Nemo me ab hac mente deducet, avocabit; nemo mentem meam flectet, mutabit; ab hac mente nullius ſuaſu aut conſilio deflectam, deſiſtam. V. *Conſilium. Uſus.* 1. Mente tota, omnique animi impetu in rem incumbere. 2. *Conſilium, ſententia, propoſitum*, Rathſchluß, Vorhaben. Dii tibi illam mentem injecere. Ab hac mente nihil me deducet. 3. *Memoria*, Gedächtniß. Venit mihi in mentem illius temporis.

Menſa, æ, f. Tiſch. *Epi.* Argentea, exſtructa, hoſpitalis, maxima, publica, ſancta, ſana, ſecunda, extrema, ſolemnis. *Uſus.* Menſam exquiſitiſſimis epulis exſtruere, ornare, conſtruere, Speiſen auf den Tiſch tragen, den Tiſch mit Speiſen beſetzen. Menſæ accumbere, accubare, zu Tiſche ſitzen. Menſam tollere, removere. Secundam menſam apponere. Cibos menſæ inferre. Manum in menſam porrigere. De menſa aliquid alteri mittere. Menſarum aſſecla, Schmarotzer. Quæ ad menſam quotidianam atque epulationem pertinent. V. *Convivium.*

Menſarius, ii, m. Wechsler. *Syn.* Argentarius, trapezita, qui argentariam facit. *Uſus.* Menſarii a dispenſatione pecuniæ appellantur, q. *Rei nummariæ publicæ curatores.*

Menſio, onis, f. Meſſung. *Syn.* Dimenſio.

Menſis, is, m. Monat. R. a μήν, μηνὸς *Uſus.* Menſis, quando luna ſolem luſtrato ſuo curſu conſecuta eſt. Lunæ curſus, quia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominantur.

Menſtruus, a, um. monatlich. *Syn.* Quod menſem unum durat, & ſingulis menſibus fit. *Uſus.* Menſtrua cibaria. Menſtruum ſpatium. Solis annuam luſtrationem luna menſtruo ſpatio conficit.

Menſura, æ, f. Maaß. *Syn.* Modus. *Epi.* Cumulatior, evidens, major. *Uſus.* Quæ acceperis utenda, majore, ſi poſſis, menſura reddito. Cumulatiore menſura uti.

Mentha, æ, f. Gartenmünze. *Herba.*

Mentio, onis, f. Meldung. *Syn.* Sermo, commemoratio. *Epi.* Fatua, honorifica, indigna. *Phraſ.* *Mentio de illa re nulla fuit*, man hat keine Meldung von dieſer Sache gethan. Intermiſſa rei mentio; mentio ejus rei in perpetuum finita videbatur; nemo mentionem ea de re fecit; altum ab omnibus ea de re ſilentium fuit; nemo verbum injecit ea de re; mentionem ejus rei nemo intulit; nec memoria ejus rei cuiquam præſentium fuit; in oblivione jacuit ea res; nec quisquam ea de re meminit; nulla de re ferebatur mentio; nulla tum agitata eſt ejus rei mentio. *Uſus.* Mentionem facere Cæſaris, de Cæſare. Mentio illata eſt; intermiſſa eſt. Caſu incidi in eam mentionem.

Mentior, iris, itus ſum, iri. lügen. *Syn.* Mentior, mendacium dico, oratio-

nis

Digitized by Google

nis vanitatem adhibeo, temporis causa fingo, vera falsis involvo, rumoribus affingo, mendacia struo, mendacii religione me obstringo. *Phras. Mentiris, quidquid loqueris*, was du sagst, ist alles erlogen. Quidquid loqueris, a vero abest longissime; alienum a veritate est; abhorret a veritate. Quidquid loqueris, mendaciis aspergis. Mera sundis mendacia; falsa est omnis oratio tua. Quidquid loqueris, falso loqueris. Ne speciem quidem veritatis habent, quæ tu deblateras. Nullum non modo verum, sed ne verisimile quidem dictum extat in longissima oratione tua; omnia veritati adversantur. V. *Mendax. Usus.* Mentiri in aliqua re, de re aliqua.

Mentum, i, n. das Kinn. *Pars. subjecta ori. Epi.* Paullo attritius. *Usus.* Mentum in dicendo intorquere. Sinistra mentum sublevare.

Meracus, a, um. lauter, rein, unverfälscht. *Syn.* Merus. *Usus.* Vinum meracius sumere.

Mercator, oris, m. Handelsmann, Kaufmann. *Syn.* Negotiator, qui mercaturam facit. *Epi.* Callidus, peritus. *Usus.* Sordidi putandi sunt, qui mercantur a mercatoribus, ut statim vendant.

Mercatura, æ, f. Handelschaft. *Syn.* Negotiatio, nundinatio. *Epi.* Æqua, certa, iniqua, magna, parva, pauca, publica, fucosa, fallax. *Phras. Mercaturam exercet*, er treibt die Handelschaft. Mercaturam facit; mercaturis faciendis rem quærit; mercaturæ operam dat. *Usus.* Ad Gymnasium tanquam ad mercaturam bonarum artium profectus.

Mercatus, us, m. Kauf. *Syn.* Nundinæ, emptorium. *Epi.* Domesticus, tantus, turpissimus. *Usus.* Domi suæ turpissimo mercatu omnia habet venalia. Mercatum instituere, edicere. ercenarius, a, um. gedungen. *Subst.* Taglöhner. *Syn.* Conductus cum mercede, operarius, qui manuum mercede inopiam tolerat. (*Gratuitus. Usus.* Liberalitas mercenaria non est. Illiberales & sordidi quæstus mercenariorum, quorum opera, non artes emuntur. V. *Merces.*

Merces, edis, f. Lohn. R. *a* merendo ære. *Syn.* Pensio, præmium, pretium, fructus. *Epi.* Æqua, iniqua, magna, parva, pauca, publica. *Phras.* 1. *Nihil agit sine mercede*, er thut nichts umsonst. Nonnisi mercedula adductus, evocatus, quidquam officii præstat; venalis illius opera est, non liberalis; mercede agit, quidquid agit; cessat opera ejus sine manupretio. 2. *Magnum mercedem petit*, er begehrt einen großen Lohn. Magnum suæ arti pretium statuit; magnum opere suæ pretium petit, exigit; laboris præmium non exiguum petit. 3. *Mercedem tuam accipies*, du wirst deinen Lohn bekommen. Laboris præmia feres, capies large, cumulateque; exstabit operæ tuæ merces sane cumulata; dabitur merces operæ, persolvetur; pretium feres operæ tuæ; operæ pretium habebis; mercede donaberis promissa. *Usus.* Mercedem laborum constituere, promittere, proponere. Mercedem exigere, mercedem dare, tribuere, solvere, persolvere. Mercedem accipere, recipere. In loco mercedis numerare. Mercede docere.

Mercimonium, ii, n. Kaufmannsgut, Waare. *Syn.* Merx.

Mercor, aris, atus sum, ari. kaufen. *Syn.* Mercor, nundinor, emo. *Usus.* Pretio aliquid mercari, de aliquo. V. *Emo.*

Mereor, eris, meritus sum, eri, *item*: Mereo, es, ui, ere. verdienen. *Syn.* Commereo, promereor. *Adv.* Male, melius *Phras.* 1. *Non mereor tantum*, ich verdiene nicht so viel. Non id est meritum meum, ut &c. Nullum exstat in te officii tanti meritum, ut &c. Qui mereri tantum de te potui? Majus id est meritis in te meis. 2. *Quid male de te merui?* was habe ich bey dir verschuldet? Quid feci, quid commerui, quid peccavi? Quam in me culpam commerui? Quod crimen in te meum est? V. *Delinquo, pecco. Usus.* 1. Diurna opera decem nummos meretur. Bene de aliquo, male, pernicioſe merere. Pro eo, ac quisquis meretur, gratiam referre. 2. *Milito*, im Kriege dienen. Equo, pedibus merere. Bina stipendia in bello meruit. V. *Meritum, obligatus.*

Meretricius, a, um. hurtisch. *Usus.* Meretricia vita, quæstus, mores.

Meretrix, icis, f. Hure. *Syn.* Scortum, lupa vulgato corpore, prostibulum, quæ corpore quæstum facit; quæ pu-

Digitized by Google

pudicitiam in propatulo habet; quæ venalem habet cum forma pudicitiam; quæ copiam sui corporis facit omnibus; mulier prostituti pudoris; præmortui pudoris; prostituti corporis. *Epi.* Publica. *Phras. Meretrices conviviae sunt*, viele öffentliche Metzen haben sich bekehrt. A meretricio questu sunt abductæ; e cœno libidinis extractæ; e cœno turpitudinis emerserunt; ad vitæ honestatem sunt traductæ; ad amorem pudicitiæ sunt revocatæ; a flagitiosa consuetudine sunt abstractæ; vitam turpem cum honesta mutarunt. Multæ, quæ corpus vulgarant antea, ad frugem redierunt; ad bonam mentem sunt reductæ; e vago concubitu se ejecerunt; a turpi quæstu deserta nequitia ad bonam frugem se receperunt. V. *Converto.*

Mergo, is, mersi, mersum, ere. ein tauchen. *Syn.* Demergo, submergo: haurio.)(*emergo. Phras. Mersus est aqua*, er ist im Wasser ertrunken. Voraginibus submersus periit; in præruptum gurgitem haustus est; haustus est fluctibus; in profluentem mersus statim ad ima ferebatur, ima petiit, ad ima delatus est; in aquam mersum, in mare excussum, præcipitem gurgites hauserunt; infesto gurgite procella circumegit, atque hausit. *Usus.* Quæ se in mari mergunt & emergunt. Mergere in aquam. Mersa navis, & depressa omnes destituit.

Meridianus, a, um. mittägig. *Syn.* Tempus meridianum.

Meridiatio, onis, f. Mittagsschlaf. *Syn.* Somnus meridianus. *Usus.* Nunc, valetudinis causa, quod non solebam, & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi.

Meridies, ei, m. Mittag. *Syn.* Tempus meridianum, diei tempus fervidissimum. *Phras. Meridies erat*, es war Mittagszeit. Medium fere diei erat; prius sol meridie se inclinaverat; appetente jam meridie; prono, devexo jam in meridiem sole. Dies jam ad umbilicum erat. *Plaut. Usus.* 1. Ante meridiem, post meridiem. Ambulatio antemeridiana, sessio pomeridiana. 2. *Australis mundi regio*, Süd. Sol ad meridiem devexus.

Merito, billig. *Syn.* Jure, optimo jure, *Wagner.* non injuria, perinde, ac debuit; haud secus, quam par erat; haud injuria; pro eo, ac merebatur.)(*immerito.* V. *Jure.*

Meritorius, a, um verdienstlich, was man miethet. *Usus.* Meritoria taberna, Garküche. Meritorium vehiculum, ein Miethkutsche. Meritorius puer, Schandbube.

Meritum, i, n. Verdienst. *Syn.* Promeritum, beneficium. *Epi.* Amplissimum, divinum, egregium, immortale, innumerabile, magnum, perpetuum, præcipuum, singulare, summum, præstantissimum. *Usus.* Nullam tuorum meritorum partem non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum. Tot tua extant, constant in me merita. Id si feceris, omnia tua priora merita ad nihilum venient. Nullis suffragantibus meritis consulatum est consecutus. Hoc meo merito peto. Ejus merito Pisonem amo.

Meritus, a, um. billig, verdient. *Syn.* Justus, debitus. *Adv.* Omnino, populariter, recte. *Usus.* Merita iracundia.

Merula, æ, f. Amsel. *Usus.* Merula fusca.

Merus, a, um. lauter. *Syn.* Purus, liquidus. *Usus.* Mera monstra nuntiat. Merum bellum loquitur. Meræ nugæ. Merus veterator, purus sycophanta est.

Merx, mercis, f. Waare. *Syn.* Res venalis. *Usus.* In eam insulam omnes cum mercibus & oneribus commeant. Proba merx facile emptorem reperit.

Messis, is, f. Aernte. *Usus.* Messis eo anno nulla fuit. Messem facere.

Messor, oris, m. Schnitter. *Usus.* Messores videris imitari.

Messorius, a, um. zur Aernte gehörig. *Usus.* Corbis, falx messoria.

Meta, æ, f. Ziel. *Syn.* Conus, terminus. *Usus.* Umbra terræ, quæ est meta noctis. Fama ejus paullum ad metas hæsit.

Metallum, i, n. Erz. R. a μεταλλον, *Epi.* Perfectum. *Usus.* Metallum gignitur, torretur, utitur.

Metator, oris, m. Abmesser, der das Lager absticht, Furier. *Usus.* Castrorum ante metator, nunc urbis, quam decempeda divisit.

Digitized by Google

Metior, iris, mensus sum, iri. meſſen. R. a μετρέω. *Syn.* Dimetior, permetior, definio, norma ſeu regula deſcribo; pondero. *Phraſ. Metiebatur hominem ex ſe*, er hat ihn nach ſich ſelbſt abgemeſſen. Animum hominis ex ſuo ſpectabat; ſuo illum metiebatur pede; exquirebat hominis indolem non ad antiquæ probitatis rationem, ſed ad mores ſuos; e ſuis moribus, non ejus vita hominem ſpectabat, metiebatur. *Uſus.* Sua omnia voluptate metiri. Pecuniæ fructum utilitate metiri; non brevitate orationis, ſed rerum magnitudine orator metiendus eſt. E ſua natura cæteros metiri.

Methodus, i, f. Weiſe, Lehrart. *Syn.* Via, ars, ratio.

Meto, is, meſſui, meſſum, ere. ärnten. R. *ab* ἄμητος, *meſſis tempus. Syn.* Demeto, frumentum ſuccido, deſeco ſegetem, meſſem facio. *Uſus.* Ut ſementem feceris, ita meteris. Serito beneficium, ut metere poſſis fructum.

Metor, aris, atus ſum, ari. ausmeſſen. *Uſus.* Caſtra metari, Lager abſtecken. Uno loco metari.

Metuo, is, ui, ere. fürchten. *Syn.* Timeo, vereor, in metu ſum, metum habeo.)(*Spero. Adv.* Diligentius, magnopere, plane, valde. *Uſus.* Non tam de vita ſua, quam republica metuit. V. *Metus, timeo.*

Metus, us, m. Furcht. *Syn.* Timor, formido, ſuſpicio, pavor, exanimatio. *Epi.* Amplior, communis, conſularis, diurnus ac nocturnus, falſus atque inanis, finitimus, inſtinctus furore, magnus, non mediocris, novus, parvus, permanens, præcipuus, præſens, quotidianus, reliquus, ſubſequens, ſummus, tantus, temerarius, inanis. *Phraſ.* 1. *Magnum ea res mihi metum incuſſit*, dieſe Sache hat mir eine große Furcht eingejagt. Metum attulit, obtulit, injecit, objecit, incuſſit; magnum me in metum adduxit; metu me affecit ingenti; non parvam formidinem injecit; metu me exanimavit; percuſſit animum graviter ea res, & perculit. V. *Terreo.* 2. *In metu eram*, ich bin in Furcht geweſen. Ingens me inceſſerat metus; metu ſuſpenſus eram; metu frangi, debilitari, exanimari me ſentiebam; cecidere animi vultu ipſo timorem ex conſcientia facinoris ſignificante. 3. *Sermo tuus mihi metum omnem juſtulit*, deine Rede hat mir alle Furcht benommen. Metu me levavit; metu animum exoneravit; metum removit; metum dempſit; metu me ſolvit, liberavit; metum mihi levavit, ademit, depulit, abſterſit; ex metu me exemit; metum amovit. 4. *Metum omnem poſui*, ich habe alle Furcht beyſeit gelegt. Metum omnem depoſui; formidinem poſui; metum abjeci; a metu reſpiravi. *Uſus.* Metus eſt mali expectatio. Metum habere, fürchten. Metu vacuum eſſe, ſich nicht fürchten. In metu eſſe, in Furcht ſeyn. Unum in metu eſt, eines iſt noch zu fürchten. In metu aliquid ponere, etwas für ſchrecklich halten. In metu habeo Quintilem, ich fürchte den Heumonat. V. *Timeo, terror.*

Meus, a, um. mein. *Uſus.* Nihil addo de meo.

Mico, as, cui, are. ſcheinen, ſchimmern. *Syn.* Vibro. *Uſus.* 1. Venæ & arteriæ micant. 2. *Digitis jactis ludo*, grad oder ungrad ſpielen. Dignus eſt, quicum in tenebris mices. *Eſt, cui tuto poſſis fidere*, ein aufrichtiger Menſch.

Migratio, onis, f. Wanderung. *Syn.* Loci mutatio, diſceſſus. *Epi.* Multæ in alienum ſolum. *Uſus.* Mors eſt quaſi migratio, commutatioque vitæ.

Migro, as, avi, atum, are. wandern. *Syn.* Alio ad habitandum eo, ſolum muto. verto)(*maneo. Phraſ. Ex urbe migrat*, er zieht ſich von der Stadt weg. In alia loca demigrat, urbe emigrat; aliud domicilium, alias ſedes petit; hujus civitatis ſolum mutatione vertit; domicilium, ſolum mutat; alias ſedes quærit; alio ſe confert, recipit; ſedem omnium rerum & fortunarum ſuarum alibi collocat. *Uſus.* 1. Migrare de vita. In cœlum migrare. Hoſpitium alicui renuntiare, & alio migrare, 2. *Neglige, transgredior*, vernachläßigen, übertreten. Qui jus conſervat, juſtus; qui migrat, injuſtus eſt. V. *Abeo, Discedo.*

Miles, itis, m. Soldat. *Syn.* Bellator. *Epi.* Ignavus, timidus, in-

Digitized by Google

exercitatus, prudens, veteranus, non legionarius, ne auxiliarius quidem, fortiſſimus, glorioſus, horridus, nocturnus Milites acres, boni, crudeliſſimi, ſanctiſſimi, firmi ad tuendum aliquid, optimi, paratiſſimi, fame & egeſtate perditi, egentes, permulti, veteres. *Phraſ.* 1. *Milites conducere*, Soldaten werben Milites ſcribere, facere, conquirere, legere; copias cogere; legiones ſcribere, conſcribere, conficere; exercitum ſcribere, conſcribere, cogere, colligere, parare, comparare, conflare, facere, conficere Legiones explere, legionibus ſupplementa ſcribere. Delectum inſtituere, conficere; habere; delectu a verbo juventutem agitare; conquiſitionem per agros habere. 2. *Milites fieri*, Soldaten werden. Nomina dare in militiam; inter milites nomina dare, edere, profiteri; ad nomina danda præſto eſſe. 3. *Milites dimittere*, die Soldaten abdanken. Milites ſacramento ſolvere, exauctorare; exercitum dimittere. 4. *Milites præclari*, tapfere Soldaten. Durum in armis genus, longa militia efferati; omni diſciplina militari eruditi; uſu belli præſtantes; magnorum exercituum animos gerentes; bello armisque unice facti; bello florentes ac impigri; militari indole feroces; egregia bello manus, cujus virtuti committi nihil non poſſet; flos roburque exercitus. 5. *Miles egregius*, ein erfahrner Soldat. Incredibili virtute atque exercitatione in armis eſt; magnum in re militari uſum habet; ſummam ſcientiam rei militaris habet; vir præſtans animi magnitudine, & rei militaris ſcientia; vir bello ſpectatiſſimus; diſciplina militari nobilitatus; qui in re militari floret; in armis multum ſtudii conſumpſit; vetus miles, manu ſtrenuus & per tot annos omnes militiæ artes edoctus. *Uſus.* Miles tiro, veteranus, auxiliarius, legionarius. Milites imperare. Milites conſcribere. Milites a ſignis dimittere. Milites dilabuntur.

Militaris, e. kriegeriſch, ſoldatiſch. *Syn.* Bellicus, caſtrenſis. *Uſus.* Militaris labor, ratio. Res militaris, Militaris ætas, *eorum, qui arma ferre poſſunt.*

Militariter, kriegeriſch. *Syn.* More militari. *Uſus.* Oratio militariter gravis.

Militia, æ, f. Kriegsweſen. *Syn.* Res militaris, bellum. *Epi.* Communis, muliebris, plena ſolicitudinis, prima, vetus, urbana. *Phraſ. Militiam ſequi*, in den Krieg gehen. In militiam nomen dare; proficiſci in militiæ diſciplinam; rei militari ſe dare; ad militiam animum adjungere. *Uſus.* Obligare aliquem militiæ ſacramento. Militiam ſubterfugere, detrectare, im Kriege nicht dienen wollen.

Milito, as, avi, atum, are. kriegen, im Kriege dienen. *Syn.* Mereo ſub ſignis alicujus, ſtipendia facio, ſtipendia mereo. *Uſus.* In Catonis exercitu juvenis militarat.

Mille, tauſend. *Uſus.* Quid illa fortiſſimorum virorum millia.

Milleſimus, a, um. der tauſendſte. *Uſus.* Milleſima pars.

Milliare, is, *vel* Milliarium, ii, n. Meile. *Syn.* Mille paſſus, millium. *Uſus.* Ad quintum milliare tibi occurram A tertio milliario.

Millies, tauſendmal. *Uſus.* Mori millies præſtat, quam hæc pati.

Millium, ii, n. Meile. *Syn.* Milliare. *Uſus.* Quot millia tuus fundus abeſt ab urbe? *Romani millia explicabant ſæpe per lapides, ut*: ad tertium lapidem, bey 3 Meilen.

Milvinus, a, um. den Weihen eigen. *Uſus* Pullus milvinus.

Milvus, i, m. Weihe, Geyer. Avis rapax & gallinis infeſta.

Mima, æ, f. Gauklerinn, Komödiantinn. *Epi.* Comis. *Uſus.* Omnia mimæ condonavit.

Mimicus, a, um. gaukleriſch *Uſus.* Scurrilis jocus & mimicus.

Mimus, i, m. Gaukler, Poſſenreiſſer. *Syn.* Qui dicta factaque aliorum geſtu quodam cum laſcivia & obſcœnitate imitatur. *Epi.* Communes, ethologi. *Uſus.* Alter mimos commentatur, tragœdias agit alter.

Mina, f. mina, æ, f. Mine, griechiſche Münze, welche beyläufig 20 Gulden gilt. *Uſus.* Aquæ ſextarium mina emere.

Minaciter, drohender weiſe. *Syn.* Minis, aſpere.

Digitized by Google

Minæ, arum, f. **Drohungen.** *Syn.* Minatio, comminatio, terror, terror verborum.)(*Blanditiæ. Epi.* Facetæ, inanes, magnæ. *Usus.* Minæ, quæ jactantur, parum me tangunt. Alicujus minis & terrore commoveri. Clamore & minis insectari aliquem. Non ultra minas processum est. V. *Minor.*

Minatio, onis, f. **Drohung.** *Syn.* Comminatio.

Minax, acis, g. o. **drohérisch, trotzig.** *Syn.* Horrificus. *Usus* Minaces & acerbæ litteræ. Homo minax & arrogans.

Miniatus, a, um. **mit Mennig bestrichen.** *Syn.* Ruber, miniatulus.

Minime, am wenigsten, mit nichten. *Syn.* Minimum, minime omnium, nequaquam, nullo pacto, nullis conditionibus, nulla ex parte.

Minimum, am wenigsten. *Syn.* Perparum. *Phras. Minimum res meas curas*, **du bekümmerst dich gar nichts um meine Sachen.** In minimis res meas ponis; in extremis habes; nullo apud te numero res meæ sunt; nec digito quidem res meas attingis. *Usus.* Præmia apud me minimum valent.

Minimus, a, um. **der kleinste, mindeste.** *Syn.* Tenuissimus, tantulus. *Usus.* Omnia minima, maxima ad me scribas velim.

Minister, ri, m. **Diener, Aufwärter.** *Syn.* Administer, administrator, qui a latere est. *Epi.* Impurissimus, publicus. *Usus.* Minister ac satelles cupiditatum Manus multarum artium ministræ. Magistratus legum ministri. Ministrum se præbere ad aliquid.

Ministra, æ, f. **Dienerin.** *Syn.* Ministratrix.

Ministrator, oris, m. **Diener, Aufwärter.** *Syn.* Minister.

Ministratrix, icis, f. **Dienerin.** *Syn.* Ministra.

Ministro, as, avi, atum, are, **dienen, aufwarten.** *Syn.* Servio. *Adv.* Diligenter, commodius. *Usus.* Ministrare alicui pocula. Formosi pueri ministrabant.

Minitabundus, a, um. **drohend.** *Syn.* Minax, minitans.

Minitor, aris, atus sum, ari, **drauen, drohen.** *Syn* Minor. *Adv.* Atrociter. *Usus.* Horribilia nobis omnia ferro igneque minitatur.

Minor, aris, atus sum, ari. **drohen.** *Syn.* Minitor, terreo, vim, periculum intendo; periculum, judicium denuntio.)(*promitto benigne Adv.* Acerrime, crudeliter, gravius, mediocriter vehementer, quotidie. *Phras. Minari atrociter coepit*, **er hat auf das schärfste zu drohen angefangen.** Cœpit jam non per ambages minas jacere, minas jactare, terrores, & pericula denuntiare; clamore, & minis insequi; denuntiatione periculi terrere; periculum capitis ostendere; vim denuntiare; periculi metum inferre; terrorem injicere; terrores jactare & orponere; terrorem inferre; minas admovere; minas, periculum intendere; minacibus verbis perstringere. periculum capitis ostentare; minaciter fremere; minis territare; formidines opponere; clamore & minis insectari *Usus.* Hostis teterrimus omnibus bonis tormenta & cruces minatur.

Minuo, is, ui, utum, ere. **mindern, verringern.** *Syn.* Diminuo, detraho, derogo, delibo, exhaurio, extenuo, levo, elevo, debilito, frango. *Phras.* 1. *Homo improbus gloriam meam, opesque minuit*, **der boßhafte Mensch hat mir Ehr und Gut sehr geschmälert.** Pennas mihi, facultatesque meas incidit; de laudibus æque, ac fortunis cumulum deruit; de opibus, ac amplitudine multum detraxit; de fortunis, & honorum præsidiis multum deripuit. 2. *Minuere dignitatem meam satagit*, **er trachtet, mir mein Ansehen zu mindern.** Deformandi mei causa, detrahendæ, spoliandæque dignitatis gratia multa molitur. Non modo ad salutem meam exstinguendam, sed & gloriam infringendam contendit; invidia laudem virtutis meæ obterit, gloriam eludit; id spectat unice, ut meam elevet auctoritatem, gloriam, dignitatemque infringat. 3. *Res tua in dies minuitur*, **deine Habschaften werden immer weniger.** Res tua in dies deterior fit, deficit; consumitur; minor evadit; in deterius ruit; corroditur, dilabitur; non solum non augetur, verum etiam aliquid deperdit; fortunæ tuæ in dies aliquid detrimenti capiunt, communuuntur, diminuuntur; fortunarum in dies aliqua fit diminutio.

Digitized by Google

4. *Oratio tua mirifice mihi dolorem minuit*, dein Zureden mindert meinen Schmerzen. Dolorem lenit; levationem doloris affert; magna de dolore diminutio facta est ex sermone tuo; decrevit dolor, ac prope evanuit; sublata, ac sepulta est omnis tristitia. Tuæ orationis formentis mitigatus dolor est, attenuatus, imminutus, doloris ille æstus deferbuit, subsedit consenuit, infractus est & debilitatus; levare dolorem, luctum oratio tua sic visa est, ut pene exhauriret. 5. *Res meas, & merita, quantum potest, minuit*, er verkleinert meine Verdienste so viel er kann. Laudem meritorum meorum verbis elevat, verbis extenuat; eludit: de meritorum meorum laudibus cumulum deruit; de meritorum meorum amplitudine multum detrahit, decerpit. V. *Detraho*. *Usus*. Minuere vectigalia, sumptus.

Minus, weniger.)(*plus*. *Usus*. Præstitimus patriæ non minus, quam debuimus. Quatuor mensibus, sex diebus minus navigavimus. Sæpe, quæ prædicta sunt, minus eveniunt.

Minutatim, stückweise. *Syn*. Gradatim, tenuiter, parce, exiliter, jejune. *Usus*. Minutatim interrogare.

Minute, klein. *Syn*. Exiliter, jejune, anguste, tenuiter. *Usus*. Grandia minute dicere.

Minutus, a, um. klein. *Syn*. Angustus, parvus.)(*grandis*. *Adv*. Sane. *Usus*. Genus orationis minutum, exile, aridum, concisum, fractum. Animus minutus & angustus. Orator præstat minutis imperatoribus. Minuta diligentia utitur, & an[illegible]

Mirabilis, e. wunderbarlich. *Syn*. Ad[illegible] mirus, mirificus, mi[illegible] *Usus*. Hæc non modo mi[illegible] sed prodigiis simili[illegible] dictu inopinatum & [illegible] Mirabilis copia dicendi. [illegible]

Mirabilitas, atis, f. Wunderbarlichkeit. *Syn*. Admiratio. *Usus*. Hæc tanta rerum despicientia mirabilitatem magnam facit.

Mirabiliter, wunderlich. *Syn*. Admirabiliter, mirandum in modum, [illegible] *Usus*. Omnes mi[illegible] te loquuntur & sen[illegible]

Miraculum, i, n. Wunder. *Syn*. Prodigium, portentum. *Phras*. 2. *Miracula patrat*, er thut Wunderwerke. Res supra naturæ vim & ordinem multas efficit, miranda quædam opera, & humanis viribus majora efficit, miracula edit; majora naturæ viribus exequitur; multa ejus extant opera, non humana, sed divina virtute perpetrata. 2. *Vir miraculis clarus*, *vulg*. *miraculosus*, ein wunderthätiger Mann. Vir, per quem divina virtus admiranda multa patravit; operibus supra vim, ordinemque naturæ patratis; miraculorum gloria, multis supra naturæ vim editis operibus clarus. *Usus*. Miracula edere. Miraculo illud mihi erat.

Mirandus, a, um. wunderbar, wunderwürdig. *Syn*. Mirabilis, admirabilis, quod multum habet admirabilitatis. *Phras*. *Miranda res visa est omnibus*, es ist allen wundersam vorgekommen. Miraculo erat omnibus; nulli non admirationem movit rei insolentia; omnium in se oculos convertit; admirabilitatem magnam ea res habuit; res humana major visa est omnibus; res ea omnes stupore ac silentio defixit. V. *Admiratio*. *Usus*. Opus mirandum in altitudinem exstructum.

Miratio, onis, f. Verwunderung. *Syn*. Admiratio.

Mire, wundersam. *Syn*. Mirabiliter. *Usus*. Omnes tibi mire favent.

Mirifice, wunderbar, überaus. *Syn*. Mire, admirabiliter. *Usus*. Mirifice me delectat hoc.

Mirificus, a, um. wunderbar. *Syn*. Mirus, admirandus, admirabilis. *Usus*. Mirificam cepi voluptatem.

Mirmillo, onis, m. Kämpfer. *Syn*. Gladiator.

Miror, aris, atus sum, ari. sich wundern. *Syn*. Admiror, demiror, obstupesco; mirum, mirandum, mirabile mihi videtur. *Adv*. Admodum, magnopere, vehementer, maxime. *Phras*. *Miror de ea re vehementer*, ich wundere mich sehr über diese Sache. Magna me tenet admiratio hujus rei; magna hujus rei capior admiratione; magna me incessit eo de negotio admiratio; admirationi mihi ea res est; admirarione afficior, cum intelligo &c.

Digitized by Google

movet admirationem ea res. V. *Admiror, obſtupeſco, ſtupor. Uſus.* Non dubito, quin mireris & ſtomacheris etiam. Miror, quid cauſæ ſit, ea de re. Id vehementer miror. V. *Mirandus.*

Mirus, a, um. **wunderbar.** *Syn.* Mirabilis, mirificus. *Phraſ. Mira ſunt, quæ narras*, du erzählest Wunderdinge. Portento ſimilia narras; mera monſtra nuntias. Quid tam novum, tam præter conſuetudinem, quid vero tam inauditum, tam inuſitatum, tam ſingulare, tam incredibile, ac illud, quod memoras? Non hæc mirabilia modo, ſed prodigiis ſimilia ſunt, quæ commemoras. *Uſus.* Mirum, ni videas. Mirum me deſiderium tenet. Sales in dicendo mirum quantum valent. Nec mirum, ſi &c. V. *Mirandus.*

Miſceo, es, ui, miſtum, *vel* mixtum, ere, miſchen, mengen. *Syn.* Permiſceo, turbo, confundo, perturbo. *Phraſ. Miſcere ſe negotiis*, ſich in fremde Händel einmiſchen. Immiſcere ſe, ſe ingerere; ſe inſerere negotiis; offerre ſe negotiorum tumultui; implicare ſe alienis negotiis. 2. *Miſcebuntur omnia, & turbabuntur*, es wird alles darunter und drüber gehen. Ingens inde perturbatio rerum omnium, & confuſio conſequetur. Confuſe omnia agentur; omnia in motu, converſione rerum, confuſione & perturbatione verſabuntur. V. *Turbo. Uſus.* Miſcere venenum, potionem. Rempublicam turbare & miſcere.

Miſellus, a. um. elend, arm. *Syn.* Miſer.

Miſer, era, erum, elend, trübſelig. *Syn.* Calamitoſus, ærumnoſus, infelix, afflictus, proſtratus, jacens.)(*Beatus. Phraſ. Miſer ſum*, ich bin elend und mühſelig. In magna calamitate verſor; in ſumma infelicitate verſor; premor, circumventus ſum, conflictor, afficior maximis calamitatibus; jaceo in calamitate; vitam vivo, ago, duco, exigo calamitoſam; miſerrima ſum conditione; ea videor conditione natus, nihil ut boni videam in vita, nihil ut mali non ſuſtineam. Nemo omnium, qui vivunt, infelicior me eſt & infortunatior. Meas miſerias nulla æquat infelicitas. Mea eſt miſerrima conditio. Omnibus vexor, perturbor, exagitor infortunii caſibus, calamitatibus, miſeriis, malis. Omnes me premunt miſeriæ. Infeſta, infenſa, adverſa, iniqua mihi ſunt omnia. Nulla eſt tam miſera fortuna, quam mea fortuna non ſuperet; quæ ſit cum mea fortuna conferenda; quæ non infra meam fortunam ſit. Miſerrimo ſum fato natus; nemo, qui in terris degunt, mortalium, deteriore fato eſt, ac ego. Fatum hoc meum eſt, ut miſerrima quæque ſubeam, ſuſtineam. Hæc mihi naſcendi dicta lex eſt; ut amariſſimam fortunam in omni vita deguſtarem; nunquam ut ſecunda fortuna uterer; nunquam ut miſer non eſſem; perpetuis ut vexarer miſeriis; perpetuis ut angerer, cruciarer, torquerer, afficerer malis. Infauſto nimium, adverſoque fidere natus ſum. Mecum infeliciter agitur. Prorſus infeliciter ago. Suas in me vires fortuna nunquam non exercet. Nihil fingi poteſt mali, quo non urgear. Omnibus me fortuna machinis, omni me telorum genere, ſuis me fortuna, quantascunque habet, opibus ac viribus oppugnat. Non adverſa tantum, ſed everſa penitus eſt mea fortuna. Sortem meam fortuna crudelius aggravat: eo redactus ſum, ut melioris ſpei nullus mihi relictus locus ſit; morte graviorem vitam exigo. V. *Actus eſt, affligo. Uſus.* Nihil tam miſerabile, quam e beato miſer.

Miſerabilis, e. erbärmlich, jämmerlich. *Syn.* Miſerandus. *Adv.* Mire. *Phraſ. Miſerabilis eſt*, er iſt erbarmenswürdig. Homo fractus, ac prope diſſipatus; graviſſime fortunæ vulnere percuſſus; circumventus morbo & inopia; afflictus, debilitatus, & omni ſpe ſalutis orbatus; afflictus atque everſus; mœrore ac miſeriis perditus; fractus malis, debilitatus & abjectus metu; malis confectus; deformatus ærumnis; coopertus miſeriis; ad ſummam infelicitatem redactus. *Uſus.* Caſus fortunæ miſerabilis. V. *Miſer, miſeria.*

Miſerabiliter, elend, erbärmlich. *Syn.* Miſerandum in modum. *Uſus.* Miſera-

Digitized by Google

serabiliter emori. Epistola miserabiliter scripta.

Miserandus, a, um. **erbärmlich, bejammernswürdig.** *Syn.* Miserabilis. *Usus.* Oratio tua omnibus miseranda est visa. V. *Miser, misericordia.*

Miseratio, onis, f. **Erbarmung, Mit. leiden.** *Syn* Commiseratio, misericordia. *Epi.* Multa, flebilis. *Usus.* Miseratio nascitur, odia excitantur. Ad misorationem promovere judices. V. *Misericordia.*

Misere, elendiglich, erbärmlich. *Usus.* An pace turpiter, an belle misere vivendum esset, nondum sciebamus.

Misereor, eris, misertus sum, eri, **sich erbarmen.** *Syn.* Me miseret, miseror, misericordia me tenet alicujus; misericordia commoveor. *Phras. Misereor egentium*, **ich erbarme mich der Nothleidenden.** Frangor sæpe misericordia egentium; egentium misericordia me cepit; miseror illorum fortunam; egentium subit me sæpe miseratio; moveor egestate hominum; eorum inopia & egestate ad misericordiam adducor; misericordiam in egentes verto. V. *Commiseror. Usus.* Supplicum tandem misere.

Miseret, es jammert, erbarmet mich. *Usus.* Miseret me tui. V. *Misericordia.*

Miseria, æ, f. **Elend, Jammer.** *Syn.* Calamitas, ærumna)(*Felicitas. Epi.* Diuturna, infignis, perennis, præsens, sempiterna, summa, summo dedecore conjuncta, voluntaria, afflicta, aliena, communis, maxima, tanta. *Phras.* 1. *In summis miseriis versatur respublica*, **das gemeine Wesen steckt im größten Elende.** Res ubique asperæ sunt & turbidæ; durissima sunt reipublicæ tempora; in discrimen extremum venimus. Nihil est, unde nos reficiamus, aut ubi lapsi resistamus. In fortuna miserrima & luctuosissima destituti sumus. Quanta hæc caligo temporum! quæ flammæ quassatæ reipublicæ! quæ pestes, quæ bonorum omnium naufragia! quot incommodis conflictamur? in quas miserias proje[illegible] & præcipitati? quibus [illegible]res est? quibus difficultatibus premimur? quibus undique obsidemur? Ita sunt debilitata omnia & prope exstincta; tanta malorum impendet Ilias; adeo nihil consilio, nihil ordine, nihil ratione agitur, ut nihil possit esse miserius, perditius, fœdius. 2. *In tantis miseriis quæ potest esse consolatio reliqua?* **was kann bey so großem Elende für ein Trost übrig seyn?** In tantis tenebris; tam turbidis in rebus; in hac flamma rerum, & perturbatione temporum; in his asperitatibus rerum, acerbitatibus temporum; in hac orbis terrarum perturbatione; in tanta rerum omnium amissione, & desperatione recuperandi; in fortuna adeo afflicta; in hac iniquissima vitæ conditione; in his quibus jactamur, fluctibus; in hac injustissima temporum calamitate; in tanta vi ac acerbitate; in hac temporum iniquitate; in ista caligine ac tenebris, quæ totam rempublicam occuparunt; in tanta difficultate, summisque angustiis rerum necessariarum; tam dubiis in rebus, quibus æternam mihi impositam ærumnam arbitrarer; in tanto reipublicæ vulnere; in tam ægra, & prope deposita reipublicæ fortuna; in hac vexatione, in hoc squalore & lacrimis reipublicæ; cum patriæ eversiones, exilia civium, liberorum orbitates prope in oculis sint, quid miserius, quid acerbius, quid luctuosius esse potest? cum tam multiplici clade fœdetur annus: cum amissio meorum, interitus patriæ, exilium, servitus impendeant, jaceo sine sermone, sine cogitatione, inque lacrimis & sordibus tabescendum mihi video. *Usus.* In maximam miseriam *incidere*, **in das größte Elend gerathen.** In miseriis esse, versari. Miseriis premi, cooperiri, **im Elende stecken.** Miseriam levare, lenire, **lindern.** E miseriis eripere, a miseria vindicare, **erretten.** Tantisper a miseria aberrare, **die traurigen Gedanken aus dem Sinne schlagen.**

Misericordia, æ, f. **Erbarmung, Barmherzigkeit.** *Syn.* Miseratio, clementia. *Epi.* Aliena, grata, jucunda, magna, maxima, mira, pristina, similis, singularis. *Phras.* 1. *Est misericordia dignus*, **er ist wohl werth, daß man ihm Barmherzigkeit erweise.** Dignus est, qui perfugium

Digitized by Google

gium in vestra misericordia habeat; cui misericordia impertiatur, tribuatur, adhibeatur; is est, qui misericordiam moveat merito suo; qui facile alliciat ad misericordiam quemlibet; dignus est, cujus misericordia quemlibet teneat; cujus calamitas perspecta misericordiam concitet, commoveat; ad misericordiam quoslibet adducat; qui receptum ad vestram misericordiam habeat. 2. *Misericordiam tuam implorat*, er bittet dich um Barmherzigkeit. Misericordiam tuam expoſcit, requirit, captat, implorat; ut ignoſcas, ut miserearis ſui, orat, ut ex iſta ſe ærumna extrahas, rogat atque obſeerat; orat, obſecrat, ut misericordia ſui te capiat; ut vicem ejus misertus misericordiam tribuas, impertiaris. *Uſus.* Misericordiam alicujus implorare, anflehen. Misericordiam movere, commovere, concitare, erwecken. Ad misericordiam allicere, vocare, revocare, adducere, zur Barmherzigkeit bewegen. Misericordia capi, teneri, moveri, commoveri, bewogen werden. Misericordiam tribuere, impertiri, adhibere, Barmherzigkeit erweiſen.

Miſericors, ordis. g. o. barmherzig. *Syn.* Clemens, propenſus ad miſericordiam, cujus animus alieno incommodo facile commovetur.) *Severus, crudelis. Uſus.* Miſericordem ſe vir bonus mitemque præbuit. V. *Miſericordia.*

Miſeror, aris, atus ſum, ari. Mitleiden haben, bejammern. *Syn.* Commiſeror. *Uſus.* Non queo ſatis hujus eventum fortunamque miſerari. V. *Miſereor.*

Miſſa, æ, f. Meßopfer. *Syn.* Sacrificium divinum, res divina, res ſacra. *Epi.* Sacroſancta, celebrata pro defunctis. *Phraſ.* 1. *Miſſam facere*, Meſſe leſen. Sacrificare; ſacrificium, ſacrum, rem divinam facere, conficere, peragere; ſacris operari; rem ſacram perpetrare; cœleſtem hoſtiam immolare; cœleſti victima litare. 2. *Miſſam ſolennem celebrare, vulg.* das hohe Amt, die Meſſe halten. Apparatiſſima pompa rem divinam facere; auguſtiori ritu, pompa, cerimonia ſacris operari; divinam hoſtiam offerre; maximis cerimoniis inter ſymphoniacos [illegible] concentus rem divinam conficere. 3. *Ad miſſam miniſtrare*, zur heil. Meſſe dienen. Sacerdoti ſacris operanti miniſtrare; ſacrificanti, rem ſacram peragenti inſervire. 4. *Miſſam audire*, Meſſe hören. Intereſſe divinis, ſacris divino ſacrificio. Rem divinam obire; divinis aſſiſtere; ſacrificio adeſſe. 5. *Parare ſe ad ſacrum Miſſæ officium*, ſich zur Meſſe bereiten. Ad rem divinam ſe comparare; ſe ornatu ſacrificantis induere. 6. *Miſſam pro defunctis legere*, Meſſe für die Verſtorbenen leſen. Sacrum piacularе facere; funebre ſacrum facere; rem divinam in ſubſidium piorum manium facere; offerre cœleſtem hoſtiam in ſubſidium vita functorum. 7. *Intra Miſſam*, unter der Meſſe. Inter ſacrificandum; inter rem divinam; ſub ſacrificio divino. 8. *Poſt Miſſam*, nach der Meſſe. Re divina peracta; perpetratis rebus divinis; ſecundum rem divinam; perpetratis ſacris; peracto ſacrificio; ab re ſacra; a ſacris.

Miſſilis, e. was ſich werfen läßt. *Uſus.* Saxa: tela miſſilia.

Miſſio, onis, f. Sendung, Schickung. *Uſus.* 1. De litterarum rariore miſſione fruſtra accuſor. 2. *Dimiſſio*, Entlaſſung. Miſſione militem donare. 2. *Sacra Miſſio*, eine apoſtoliſche Miſſion. *vulg. Latine*: Expeditio ſacra.

Miſſus, us, m. das Abſchicken, ein Wurf. *Syn.* Miſſio. *Uſus.* Balbus ad me venit, miſſu Cæſaris. Miſſus telorum, lapidum.

Miteſco, is, ere. mild, reif werden. *Syn.* Mitior fio. *Uſus.* Uvæ a ſole miteſcunt.

Mitigatio, onis, f. Milderung. *Syn.* Delinitio, excuſatio. *Uſus.* Licentia, ſi nimium acrimoniæ habuerit, multis mitigationibus lenietur.

Mitigo, as, avi, atum, are. beſänftigen, mildern. *Syn.* Mitiorem facio, lenio, placo, ſedo, flecto. *Adv.* Facile. *Uſus.* Eum ordinem tibi reconcilies, multisque humanitatis condimentis mitiges. Dolor vetuſtate mitigatur. Mitigo omnia, & dies mitigabit. Ex agreſti vita ad humanitatem mitigatus. V. *Lenio.*

Mi-

Mitis, e. **mild.** *Syn.* Moderatus, placatus, lenis, manſuetus.)(*Aſper, durus, ferus, immanis. Uſus.* Homo mitiſſimus & leniſſimus. Eſt illi mite ac tractabile ingenium. V. *Lenis, manſuetus.*

Mitra, æ, f. **Mütze.** *Syn.* Redimiculum, muliebre capitis ornamentum in coronæ modum.

Mitto, is, miſi, miſſum, ere. **ſchicken, ſenden.** *Syn.* Ablego.)(*Accipio. Phraſ. Hominem ſtatim mitte*, **ſchicke den Menſchen alsbald.** Hominem, ſi nondum profectus eſt, quamprimum fac extrudas, dimittas, ſubmittas, amandes in Græciam; ad illum alleges. *Uſus* 1. Mitto tibi, ad te litteras. Nullam pro republica vocem miſit, **er hat kein Wort geſagt, kein Wort verlohren.** 2. *Omitto*, **beyſeit legen, auslaſſen.** Certamen, iram, lacrimas mitte. 3. *Invado*, **anfallen** Mittere ſe in hoſtem. 4. *Educo*, **her auslaſſen.** Mittere ſanguinem, **zur Ader laſſen.**

Mixtus, a, um. **vermiſcht.** *Syn.* Confuſus, concretus. *Uſus.* Voluptate & moleſtia mixtus amor.

Mobilis, e. **beweglich.** *Syn.* Volaticus, volubilis, inſtabilis, inconſtans, fluxus, quod modo huc, modo illuc transfertur.)(*Conſtans, ſtabilis. Uſ.* 1. Oculus mobilis & lubricus. 2. *Levis, caducus, mutabilis, fluxus*, **unbeſtändig, wankelmüthig.** Te tam mobili in me animo fore non putabam. V. *Inconſtans, varius. Mobilia, vulg.* **bewegliche Güter, Fahrniſſen.** *Latine*: Res moventes, ſupellex, inſtrumentum domeſticum, quæ moveri poſſunt. Præda, quæ rerum moventium ſit.

Mobilitas, tis, f. **Beweglichkeit, Wankelmuth.** *Syn.* Inconſtantia.)(*Conſtantia. Epi.* Celerrima. *Uſus.* Quid inconſtantia, mobilitate, levitate turpius? V. *Inconſtantia.*

Mobiliter, **beweglich, leichtſinnig.** *Uſus.* Animus mobiliter agitatus.

Moderate, **mäßig, beſcheidentlich.** *Syn.* Modeſte, modice, temperate, temperanter, pace, reſtricte, abstinenter. *Phraſ. Dignitate moderate uſus eſt*, **er hat ſich ſeiner Würde mäßig bedienet.** Modice & ſcienter uſus eſt; modice & modeſte; modeſte & abstinenter ſe in prætura geſſit; parce & molliter poteſtate uſus eſt; in jubendo parcus erat, & verecundus; temperate magiſtratu ſuo uſus eſt; parce ac reſtricte poteſtate ſua uſus eſt.

Moderatio, onis, f. **Mäßigung, Beſcheidenheit.** *Syn.* Modeſtia, modus, temperantia, mediocritas, temperatio, gravitas.)(*Superbia, libido, incitatio. Epi.* Certa, continens, divina, facilis, magna, ſingularis, ſumma. *Uſus.* Etiam in jocando adhibenda, tenenda, ſervanda eſt moderatio. Ad uſum noſtrum definita moderatio rei familiaris. V. *Moderatus.*

Moderator, oris m. **Verwalter, Aufſeher.** *Syn.* Rector, gubernator. *Uſus.* Tu eris moderator omnium conſiliorum meorum. Divina providentia fictrix & moderatrix materiæ.

Moderatus, a, um. **beſcheiden, mäßig.** *Syn.* Temperatus, æquabilis.)(*Aſper, durus. Phraſ. Vir eſt moderatiſſimus*, **er iſt gar ein beſcheidener und eingezogener Mann.** Vir eſt ſumma æquitate, temperantia, & bonitate naturæ; qui rebus in omnibus mediocritatem ſectatur; in quo ſumma verecundia & quidam quaſi ornatus vitæ temperantia & modeſtia; quo juſtiorem, temperantioremque habemus neminem; vir eſt moderationis expertæ; medii & moderati conſilii; qui & temperare ſuos impetus, & ſeveritatem comitate miſcere pulchre norit. Vir eſt, qui & iram tenere, & in ordinem ſeſe ipſe norit cogere; qui in rebus omnibus conſilium & modum adhibeat; in quo nihil materiæ neque ad cupiditatem, neque ad audaciam eſſe videtur; qui acerbiore in neminem imperio, præterquam in ſe utatur. V. *Modeſtus. Uſus.* Vir caſtus, moderatus, ſanctus. Nihil in eo, niſi ingenuum, moderatum, pudens, pudicum. Convivium moderatum & modeſtum.

Moderor, aris, atus ſum, ari. **regieren, lenken.** *Syn.* Modum adhibeo, rego, tempero, guberno, moderationem adhibeo, metior. *Adv.* Diligenter, vehementer, magnopere. *Phraſ.* 1. *Moderari ſibi novit*, **er weiß ſich einzuhalten, zu mäßigen.** Novit imperare animo, ſibi, cupiditatibus; continere linguam, manus a præcipiti impetu; dare ſpatium iræ, continere dolorem, odium &c. cohibere iram, libidinem; modum figere ef-

Digitized by Google

frenatæ cupiditati; effrenatos animi impetus tanquam in gyrum rationis ducere. V. *Cohibeo, coërceo, frenum, domo.* 1. *Vix moderari mihi possum, quin &c.* ich kann mich kaum erhalten, daß ich nicht ꝛc. Vix me teneo; vix teneri possum, quin &c. vix tempero manibus; vix me retineo; temperatum ægre est. *Usus.* Te hortor, ut omnia gubernes, & modereris prudentia tua. Sententiam suam non sua, sed reip. utilitate moderari. Auditorum aures moderantur oratori.

Modeſte, bescheiden, sittsam. *Syn.* Moderate. *Usus.* Modeste, temperanter & graviter se gessit. V. *Moderate.*

Modeſtia, æ, f. Eingezogenheit, Sittsamkeit. *Syn.* Modus, moderatio, pudor. *Epi.* Singularis, summa, virginalis. *Usus.* Modestia est in animo continens moderatio cupiditatum omnium, per quam pudor honestus clarum & stabilem comparat auctoritatem. V. *Modestus.*

Modeſtus, a, um. bescheiden, eingezogen. *Syn.* Pudens, minime ambitiosus, commodus. *Phras.* 1. *Homo est perquam modestus*, er ist sehr eingezogen und sittsam. Modestissimis est moribus; summo pudore ac temperantia; ad omnem modestiam compositus; ita compositis est moribus, ut nec manum, nec oculum sine causa moveat, & decorum in statu ac incessu teneat; motu omni, ac statu pudorem, ingenuitatemque præstat; modestiæ speciem præ se fert pulcherrimam; commendat hominem verecundus pudor, index probitatis, virtutumque custos. 2. *Homo est animo perquam modesto*, er ist gar nicht stolz oder aufgeblasen in seinem Gemüthe. Minime ambitiosus est; animo egregie imperare novit; is est, qui & fortunæ magnitudinem possit capere, nec insolentius se efferre; qui fortunam utramque modeste ferat; qui a cupiditate remotissimus; cujus ex ore nunquam neque insolens, neque gloriosum quidquam exire soleat; qui a fastu omni, ac supercilio abſit quam longissime. *Usus* Modestus, & frugi vir. V. *Moderatus.*

Modice, mäßiglich. *Syn.* Moderate, mediocriter, modeste. *Usus.* Modice & scienter honore usus est. Modice illum laudabo, aut etiam intra modum.

Modicus, a, um mäßig, wenig. *Syn.* Mediocris, paucus. *Adv.* Valde. *Usus.* 1. Pecunia mea est ad vulgi opinionem mediocris, ad meam modica. 2. *Mediocris, temperatus*, mittelmäßig. Genus dicendi modicum. Esca modica uti. V. *Paucus.*

Modificatus, a, um, abgemessen, abwechselnd, wie in einem Gesange, Melodey. *Syn.* Ad certum modum traductus. *Usus.* Verba ab oratore modificata & inflexa quodammodo.

Modius, ii, m. Kornmaaß. *Syn.* Sexta pars medimni. *Epi.* Multi, pleni.

Modo, bald, nur. *Syn.* Paullo ante, memoria nostra, nunc, solum *Usus.* 1. Modo uno tempore tot viri clari interiere. 2. *Satem*, aufs wenigste. Qui hæc mediocriter modo considerarit. 3. *Nunc*, itzt. A studiis ante solatium, modo salutem petimus. 4. *Tantummodo*, nur allein. Hæc omnibus, si ea mediocriter modo considerentur, pertractata esse possunt.

Modulate, taktmäßig. *Syn.* Concinne, numerose, compositе. *Usus.* Fidibus modulate canere.

Modulor, aris, atus sum, ari. singen. *Syn.* Metior, moderor. *Usus.* Aves hominum vocem natura modulantur ipsa. Ipsa natura quasi modulatur hominum orationem. V. *Cano.*

Modulus, i, m. Maaß, Model *Syn.* Parvus modus. *Usus.* Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.

Modus, i, m. Weise, Art. *Syn.* Mensura. *Epi.* Amabilissimus, antiquus, aptus, austerus, bonus, certissimus, florentior, gravis, humanus, magnus, bonus, naturalis, novus, simplex, varius. Hostilis, incredibilis, major, mirandus, miserandus, saliaris, servilis; multi, pressi, flebiles, tardiores, toti. *Phras.* 1. *Perge, quo coepisti modo*, fahr fort auf die Weise, wie du angefangen hast. Quam eatenus viam, quam rationem rerum gerendarum secutus es, persequere; quam viam, quam rationem rerum tuarum iniisti, instituisti, ingressus es, tene; quo tenore res tuæ fluere cœpere, eodem ut decurrant, vide. Quæ tibi ratio viaque principio tentata est in rebus tuis, eadem procedant reliqua. Perge tenere viam, quam

Digitized by Google

quam inſtituiſti. 2. *Nunc primum intelligo, quo modo ad honores ſit contendendum*, itzt verſtehe ich erſt recht, wie man zu Ehren gelangen könne. Qua ratione via munienda ſit ad honores; qua via graſſandum ad honores; quo artificio, quibus artibus aditus ad honores recludendus. Nunc tandem vias teneo, noſco, quibus ad honores pervenitur. 3. *Modus omnibus in rebus ſervandus eſt*, man muß in allen Dingen Ziel und Maaß beobachten. Omnibus in rebus tenendus, ſervandus modus eſt; modum unicuique rei ſtatuere conſtituere, finire, definire, terminare, neceſſe eſt; ordo in rebus omnibus adhibendus eſt; & modus. Omnibus in rebus modum retineas, lineam teneas, neceſſe eſt. 4. *Cave, modum excedas*, ſchaue, daß du nicht über die Schnur haueſt. Cave, lineam tranſeas; fines tranſeas; modum transgrediaris; modum transeas, excedas; extra modum prodeas. V. *Tranſeo*. *Uſus*. 1. Id more & modo fecit. Triſtitiæ modum res ipſæ terminabunt. Magnum agri modum poſſidet. Extra, præter, ſupra modum ſumptu prodire. Homo mirum in modum, mirandum, admirabilem in modum, ſervilem in modum patiens. Modum finire. Modum tranſire. 2. *Finis*, Ende. Modum tandem orationis faciamus. Quare faciam modum lugendi. 3. *Conditio*, Stand. Homines cujusquemodi. Ejusdemmodi labor. Jus prætorum uniusmodi & ſimplex. 4. *In muſicis*, Weiſe in der Muſik. In muſicis numeri & voces & modi.

Mœchus, i, m. Ehebrecher. *Syn.* Adulter. V. *Adulterium*.

Mœnia, ium, n. Stadtmauer. *Syn.* Muri urbis. *Epi.* Extrema. *Uſus.* Urbes mœnibus ſepire, circumdare, cingere, vallare. Mœnia quatere.

Mœreo, es, ere. trauren. *Syn.* Doleo, lugeo, gemo, in mœſtitia ſum, in mœrore jaceo, voce & querelis dolorem indico, ſignifico. *Uſus.* Filii mortem, de filii morte graviter mœrebat. V. *Lugeo*, *mœror*, *triſtis*, *gemo*.

Mœror, oris, m. Kummer, Betrübniß. *Syn.* Mœſtitia, triſtitia, luctus, ſqualor, ægritudo. *Epi.* Aſſiduus, communis, dignus, domeſticus incredibilis, infinitus, luctuoſus, magnus, novus, major, patrius, quotidianus, ſummus, tantus. *Phraſ. In magno mœrore ſum*, ich bin in großer Betrübniß. In maximo mœrore jaceo, verſor; mœrori me dedi; mœrore laceror, urgeor, conficior, affligor; in mœſtitia ſum; in ſqualore & luctu ſum; ſordibus & ſqualore obſitus ſum. V. *Luctus*, *triſtitia*, *lacrimæ*. *Uſus.* Mœrorem ſuscipere, in Traurigkeit kommen. Mœrorem minuere, deponere, ſich der Traurigkeit entſchlagen. A mœrore recreari, ſich von ſeiner Betrübniß erholen.

Mœſte, traurig. *Syn* Cum mœrore.

Mœſtitia, æ, f. Traurigkeit. *Syn.* Mœror, triſtitia.)(*Hilaritas*. *Epi.* Præſens, tanta. *Uſus.* Severitas & quaſi mœſtitia orationis. Graves modi mœſtitiam inferunt. In mœſtitia eſſe. Mœſtitiæ reſiſtere, V. *Mœror*.

Mœſtus, a, um. traurig, betrübt. *Syn.* Triſtis, mœrens, ſordidatus, inculcus, horridus, capillatus, ſqualidus.)(*Hilaris*. *Uſus* Vultu mœſto, conturbato. Mœſtum ſenem excitavi, in ſpem erexi. V. *Triſtis*.

Mola, æ, f. Mühle, Mehl. *Syn.* Far toſtum & ſale reſperſum, libatio. *Uſus.* 1. Extis molam ſimul & vinum inſpergunt. 2. *Lapis*, *quo frumentum frangitur*, Mühlſtein. Rhodi molis potius, quam Moloni operam dedit.

Moles, is. f. Laſt. R. *a* μῶλος, *pondus*. *Epi.* Tanta, major, inſana, mirifica. *Uſus.* Moles oppoſitæ fluctibus. Ad utrumque portus cornu moles jecimus. Molem injuriæ vix ſuſtineo. Molem mali a cervicibus reipubl. depellere. Quas aras ille cæſis lucis, ſubſtructionum inſanis molibus oppreſſerat. Moles ſuperba, magnifica.

Moleſte, beſchwerlich, mit Verdruß. *Syn.* Graviter. *Phraſ. Moleſte fero nonnullo um ſtultitiam*, die Thorheit mancher Leute fällt mir verdrießlich. Ægre ſuſtineo; haud ſatis æquo animo fero; adduci non poſſum, impetrare a me non poſſum, dementiam nonnullorum ut animo non iniquo feram. V. *Aegre*. *Uſus.* Rem moleſte tulit.

Moleſtia, æ, f. Verdruß, Beſchwerlichkeit. *Syn.* Cura, ſolicitudo, angor, ægritudo, negotium. *Epi.* Conſequens, honeſtiſſima, incredibilis, ingens, judicialis, magna, minor, par, propria, provincialis, vetus. Undi-

quo

Digitized by Google

que confuſæ, diuturniores, maximæ, inultæ, magnæ, variæ, tantæ. *Phraſ.* 1. *Nolo te moleſtia afficere*, ich will dir keinen Verdruß machen. Nolo moleſtiam tibi afferre, exhibere, aſpergere; moleſtiæ cauſam dare; moleſtia afficere, pluribus moleſtiis implicare; nolo tibi negotium faceſſere, exhibere; nolo tibi ægre facere; litteris aut querelis aures tuas obtundere; nolo importunis his querelis ſæpius tibi obſtrepere. 2. *Magnam moleſtiam capio ex perfidia amicorum*, ich habe einen großen Verdruß wegen der Treuloſigkeit meiner Freunde. Magnam moleſtiam traho, contraho, ſuscipio, habeo ex perfidia amicorum; in magna moleſtia ſum, magnis moleſtiis conflictor, vehementer angor, discrucior ex tanta amicorum perfidia. V. *Ango.* 3. *Epiſtola tua omnem mihi ademit moleſtiam*, dein Brief hat mir allen Verdruß und Unluſt benommen Omnem mihi delevit moleſtiam; omni me moleſtia expedivit, liberavit; omnem moleſtiam laxavit, diluit, dimovit, depulit, dempſit, levavit; omni a moleſtia me vindicavit; animum ab omni moleſtia abduxit; omnem aculeum, qui me adhuc pupugit, evellit. V. *Levo*, *adimo*. 4. *Moleſtia iſta me tandem liberavi*, ich habe mich endlich dieſer Verdrüßlichkeit entſchlagen. Exſpui tandem hanc animo moleſtiam; moleſtiam omnem depoſui; a moleſtiis tandem aberrare cœpi; aberrationem a moleſtiis tandem reperi. *Uſus.* Hoc moleſtiæ ea res aſperſit. Moleſtias omnes devoravi; a moleſtiis abſum; vacuus ſum moleſtiis. Ea res mihi renovat, refricat, auget moleſtiam. Moleſtiis maximis perfunctus ſum. V. *Moleſtus*,

Moleſtus, a, um. überläſtig, beſchwerlich. *Syn.* Gravis, intempeſtivus, odioſus, laborioſus, negotioſus. *Adv.* Omnino, valde, magnopere, ſane, diuturne. *Phraſ.* 1. *Moleſtum mihi illud eſt*, jenes iſt mir beſchwerlich. Illud me pungit; mordet me illud; illud grave mihi eſt; oneri mihi illud eſt; odio mihi illud eſt, & faſtidio; negotium illud faceſſit, conflat, exhibet; urit me illud graviſſime. 2. *Non ero tibi moleſtus litterarum crebritate*, ich werde dir mit mehreren Briefen nicht überläſtig ſeyn. Non obtundam ſæpius aures tuas crebritate litterarum; non erunt tam frequentes epiſtolæ, ut pertimeſcas; litterarum frequentia multum moleſtiæ tibi non adſpergam; non obſtrepam multis epiſtolis; non obtundam te pluribus epiſtolis. 3. *Non ero moleſtus pluribus querelis*, ich werde dir mit Beybringung mehrerer Klagen nicht beſchwerlich ſeyn. Non obturbabo, nec aures crebritate querelarum violabo; non offendam aures; non gravis ero auribus tuis; non onerabo aures tuas pluribus querelis; non pergam aures tundere querelis odioſis; non obtundam ea de re ſæpius; non committam, ut importunitatem meam accuſare poſſis. V. *Interpello. Uſus.* Nihil negotioſius, aut moleſtius hac provincia. Amicitia nunquam moleſta eſt. V *Odioſus.*

Molimen, inis, n. das Unternehmen, Beginnen. *Syn.* Molitio. *Uſus.* Res ſuo ipſa molimine gravis.

Molior, iris, itus ſum, iri. etwas unternehmen. *Syn.* Ago, ſtruo, conor, machinor, paro, comparo *Adv.* Aliquando, amplius, maxime, nefarie, occulte, obſcure, palam. *Phraſ. Molitur magnum aliquid*, er hat etwas großes vor. Nihil medium, ſed immenſa omnia volvit animo; rem ſuscipit, aggreditur, ſibi ſumit plenam periculi & laboris. V. *Magnus. Uſus.* Moliri alicui calamitatem, bellum, periculum, inſidias, peſtem, corruptelam judicii. Moliri ſemper aliquid & agere. Moliri e terra naves. V. *Conor*, *contendo.*

Molitio, onis, f. das Unterwinden, Vornehmen. *Syn.* Machinatio, fabricatio. *Epi.* Nova, tanta. *Uſus.* Quanta molitio, qui veſtes, ferramenta.

Molitor, oris, m. Urheber, Werkmeiſter, Schöpfer. *Syn.* Machinator, fabricator, architectus. *Uſus.* Effector mundi, & molitor DEUS.

Mollio, is, ivi, itum, ire. weich und lind machen. *Syn.* Mitigo, mulceo.)(*durum facio. Uſus.* Poetæ mollunt animos, & effeminant.

Mollis, e. weich, lind. *Syn.* Tener, tractabilis, flexibilis, effeminatus.)(*Durus. Adv.* Nimis. *Phraſ. Homo eſt nimium mollis & effeminatus*, er iſt ein Zärtling, und Weichling. Homo eſt mollitia liqueſcens, & fluens; un-

Digitized by Google

unguentis oblitus; vino luxuque languidus; coma calamistrata, quique omnia ad voluptatem corporis referat; qui unguentis niteat; cui capilli compti, madentes cincinnorum fimbriæ, fluentes, cerussatæque buccæ; cujus domus cantu & cymbalis semper personat; homo cogitationibus mollissimis effeminatus; enervato animo, ac muliebri; mollis natura, cultu mollissimo; cujus animus umbris, deliciis, otio, languore, desidia dudum infectus. V. *Voluptas. Usus.* Philosophus mollis, enervatus, languidus. Infima auricula mollior. Oratio mollior. Modestior & ad præcepta capienda mollior adolescens.

Molliter, weich, zärtlich, lind. *Syn.* Cum luxu.)(*duriter. Usus* 1 Molliter ac delicate vivere. Molliter recubare. 2. Ferendum est molliter.

Mollitia, æ, *vel* mollities, ei, f. Weichlichkeit. *Syn* Mollitudo, teneritas.)(*Duritia. Usus.* Civitatis mores lapsi ad mollitiem. Quæ ista animi est mollities. Ejicienda enim vero hæc mollities animi Liquescimus, fluimusque mollitia V. *Mollis.*

Mollitudo, inis, f. Weiche. *Epi.* Spongiæ similis. *Usus.* Mollitudo corporis, vocis, pulmonum.

Momentum, i, n. Augenblick, Zeitpunkt, Wichtigkeit. *Epi.* Magnum, parvum, par, perleve. *Syn.* Punctum temporis, pondus, vis. *Phras* 1. *Momento evanuit*, es ist im Augenblicke vergangen. Ad punctum temporis; momento temporis; puncto temporis; e vestigio temporis evanuit. 3. *Res est magni momenti*, es ist eine wichtige Sache. Res est, in qua existimatio agitur; multum in ea re momenti est; magnum habet ea res momentum; agitur salus multorum, aguntur vectigalia &c. ea in re; agitur, geritur negotium anceps & periculosæ plenumaleæ. V. *Gravis, magnus. Usus.* 1. Minimis momentis maximæ fiunt temporis inclinationes. Observare omnia temporis momenta. 2. *Pondus.* Gewicht. Res æstimare, suisque momentis ponderare. Siquid habet momenti commendatio mea. Magno momento est ad beate vivendum. Nihil in his est momenti. Rei alicui momentum facere, einen Nachdruck geben. Id certum, puncta temporis maximarum rerum momenta verti.

Monachus, i, m. Mönch. *Phras. Monachus factus est*, er ist ins Kloster gegangen Rebus humanis & caducis; vitæ hujus commodis ac voluptatibus nuntium remisit; omnia vitæ hujus blandimenta abjecit, deseruit, despexit, conculcavit; rebus mortalibus valere jussis DEO se in sacra familia devovit; in sacram, ac religiosam se familiam dicavit; sacræ familiæ instituta professus est; ad religiosorum virorum ordinem animum appulit; christianæ militiæ sub vexillo ac nomine Sancti N. nomen dedit; religiosa castra secutus est; in ordinem, sacram familiam S. N. adscitus, adscriptus, cooptatus est Religiosæ familiæ se addixit, sacramento se obligavit, auctoratus est. In familiam sacram, in sœcenobium se contulit religionis causa; in Religiosorum domicilium se inclusit; in cœnobium se conclusit; ad Christi vexilla confugit, convolavit; religiosæ militiæ sacramento se obligavit, Christo duce stipendia meriturus. In familiam se sacram abdidit; inter sacri ordinis homines nomen professus est; in familiam DEO dicatam aggregatus est.

Monedula, æ, f. Dole. *Avis monetæ cupida, & sic dicta, quod aurum furetur. Usus.* Non plus aurum tibi, quam monedulæ committebant.

Moneo, es, ui, itum, ere. warnen, ermahnen, erinnern. R. *a* μνάω. *Syn.* Admoneo, suadeo, hortor, præcipio, prædico, auctor sum *vel* fio. *Adv.* Acrius, accuratissime, amice, diligenter, identidem, magnopere, prudenter, recte, sapienter, sero, temere, varie. *Phras.* 1. *Monere non desistam*, ich werde nicht aufhören, dich zu ermahnen. Monitis, consiliis perurgebo; officio te commonere, commonefacere non desistam; auctor hortatorque tibi ubique adero; instabo monitis, consiliis, hortatibus; non desero, monebo, prædicabo, denuntiabo, testabor DEum ac homines. 2. *Monuit me amicus de visendo patruo*, mein Freund hat mich gemahnet, meinen Vetter heimzusuchen. Amicus in eam mentem me impulit, eam mentem dedit; mentem injecit, ut patruum inviserem; amicus

Digitized by Google

cus auctor mihi fuit, ut patruum salutarem. Amici admonitu & invitatu patruum accessi. *Ufus.* Accuratissime me de re monuit. V. *Hortor*, *impello incito.*

Moneta, æ, f. **Münze.** *Ufus.* Juno moneta.

Monetalis, e **zur Münze gehörig.** *Syn.* Qui monetam cudit.

Monialis, is, f. **Nonne, Kloſterjungfrau.** *Phraſ.* Virgo Chriſto conſecrata; virgo DEO ſacra, *vel* dicata; quæ virginitatis ſponſione DEO ſeſe obligavit; virginitatem ſuam in perpetuum DEO conſecravit; quæ ſe in ſacrarum virginum collegium abdidit; quæ ſe a profanarum rerum ſtrepitu amore abſtractam uni DEO ſacras inter virgines devovit; quæ virginitatem ſuam uni DEO conſecratam religioſos inter parietes concluſit. V. *Monachus.*

Monile, is, n. **Halsband.** *Ufus.* Monile ex auro & gemmis.

Monimentum, ſ Monumentum, i, n. **Denkmaal, Denkzeichen, Urkunden.** *Syn.* Memoria, litteræ, commentarii, moles, opus publicum, tropæum. *Epi.* Æternum, ampliſſimum, celeberrimum, clarum, glorioſum, gratum, illuſtriſſimum, immortale, ampliſſimum, mormoreum, Atticum, certum, graviſſimum, perenne, ære perennius. Pauca, plena, præclara, publica, pulcherrima, religioſa, ſempiterna, ſumma, tecta, vetera. *Ufus.* Cupio, res meas monimentis litterarum commendari, mandari. Ampliſſimis monimentis conſecrare memoriam nominis. Monimentis proditum teſtatumque reperimus. Publicis monimentis rerum geſtarum; annalium monimentis celebrare. Monimentum ſtatuere, ponere, relinquere, præbere; in animis condere & collocare. Teſtimonium ac monimentum virtutis, honoris, gloriæ, rerum geſtarum. 2. *Sepulcrum*, **Grabmaal.** Sepulcrorum monimenta & elogia. Aditus monimentorum ſuorum carminibus exornare.

Monitio, onis, f. **Ermahnung, Erinnerung.** *Syn.* Admonitio, monitum. *Ufus.* Monitio acerbitate, objurgatio contumelia vacare debet.

Monitor, oris, m. **Mahner.** *Syn.* Admonitor. *Epi.* Fatuus. *Ufus.* Cæſar auctor & monitor hujus ſententiæ.

Monitum, i, n. **Warnung, Erinnerung.** *Syn.* Præceptum, monitio. *Phraſ. Monitis tuis parui*, **ich habe deinem Ermahnungen gefolgt.** Meæ aures tuis monitis ſemper patuere; præcepta nequaquam ſurdis auribus cecinisti; tuis monitis ac præceptis ducendum me præbui; tuis monitis auſcultavit. V. *Obedio. Ufus.* Tuis monitis & conſiliis nitar. V. *Conſilium.*

Monitus, us, m. **Warnung, Vermahnung.** *Syn.* Monitio. *Ufus.* Divino monitu.

Mons, tis, m **Berg.** *Syn.* Alpes. *Epi.* Communis, altus, apricus, ſacer, altiſſimi, impendentes, patrii, ſilveſtres, veſtiti. *Phraſ.* 1. *Regio tota undique montes habet*, **die ganze Gegend iſt um und um mit Bergen umgeben.** Perpetuis montibus continetur; perpetuo jugo montis aſperi & præcupti includitur; regio cincta circumvallata montibus; regio circumjectis montibus tanquam vallo ſepta. 2. *Mons altus*, **ein hoher Berg.** Mons editi in altitudinem ingentem cacuminis; jugum montis cœlo junctum; mons in ingentem altitudinem exſurgens, ſurgens. 3. *Mons in acutum cacumen deſinens*, **ein geſpitzter Berg** Mons in anguſtum dorſum cuneatus; mons, cujus jugum in acutum cacumen exſurgit. 4. *Mons rupibus horridus*, **ein raubes, felſiges Gebirg.** Mons præruptus, ſaxisque & cotibus impeditus; mons vaſtus ab natura & humano cultu. *Ufus.* Infimæ radices montis. **der Fuß des Berges.** Jugum montium cepit, quorum perpetuum jugum in Perſidem excurrit. Edita montium occupat. Qua ſe montium jugum paullatim demittit. Dorſum ejus montis æquum ſatis, ſed anguſtum. Danubius molli & clementer edito montis jugo effuſus.

Mons Calvariæ, **Kalvariberg.** *Phraſ.* Mons morientis in cruce Servatoris noſtri memoriæ conſecratus. Mons obitu acerbiſſimæ Chriſti morte ad memoriam inſignis.

Monſtro, as, avi, atum, are. **zeigen.** *Syn.* Demonſtro, commonſtro, oſtendo, doceo, pateſacio, digitum ad rem, in aliquem intendo. *Adv.* Benigne, comiter, non gravate. *Ufus.* Viam erranti comiter monſtrare. Monſtra-

Digitized by Google

ſtrabis, quæ non intelligo. V. *Oſtendo.*

Monſtroſus, a, um. abentheuerlich, wunderlich. *Syn.* Portentoſus. *Uſus.* Monſtroſus partus. Vita ſcriptisque monſtroſus.

Monſtroſe, ſeltſam, abentheuerlich. *Uſus.* Nihil tam inconditè, tam præpoſterè, tam monſtroſe cogitari poteſt.

Monſtrum, i, n. Mißgeburt, Ungeheuer. *Syn.* Portentum, oſtentum, prodigium, erratis in alienos fetus naturæ partus. *Uſus.* Fœdiſſimum monſtrum, naturæque ludibrium.

Montanus, a, um, von Bergen herſtammend. *Uſus.* Ligures montani, duri & agreſtes.

Montoſus, *vel* montuoſus, a, um. bergig.)(*Planus. Phraſ. Monteſa regio*, ein gebirgiges Land. Regio prærealtis montibus interſecta, diſtincta, interſepta; impedentibus ubique montium jugis; interjectis montibus coarctata. *Uſus.* Aſpera & montuoſa regio.

Mora, æ, f. Weile, Verzug. *Syn.* Cunctatio, dilatio, prolatio, procraſtinatio, tergiverſatio, retardatio, tarditas.)(*celeritas. Epi.* Juſta, longa, minima, multa, parva, utilior, probabilis. *Phraſ.* 1. *Moram non faciam*, ich werde niemanden verweilen. Neminem morabor, remorabor; moram non injiciam; moram non interponam; non retardabo, non extraham veſtra conſilia; cunctationem non injiciam; tempus longius non ducam; moram non producam; non distinebo longius; moram non afferam; non demorabor vos diutius. 2. *Res moram non patitur*, die Sache leidet keinen Verſchub. Res dilationem non recipit; cunctationem non recipit; dilationem non patitur. 3. *Moram res poſtulant*, die Sache braucht Weile und Zeit. Res ipſa locum temposque dari ſibi aptum poſtulat; res ipſa quodammodo manum injicit, & paullisper conſiſtere cogit; res ipſa moram & cunctationem injicit; res ipſa ut aliquid effet moræ, interpellat; intervalli aliquid ſibi dari poſtulat, moram conſiliis creat. 4 *Ego ipſe non vro in mora*, ich werde keinen Aufſchub machen. Mora in me nulla erit, moras non traham; nihil erit in me moræ; ſine mora, abjecta omni cunctatione adero: non cunctabor. *Uſus.* Iſta legatio moram bello afferet. Non modo non effugium, ſed ne moram quidem mortis aſſequi potuit.

Moralis, e ſittlich. *Uſus.* Decet augentem Latinam linguam, Philoſophiam moralem appellare, quæ de virtutibus & vitiis, omninoque de bonis & malis quærit.

Morator, oris, m. Zauderer, Verhinderer. *Uſus.* Adverſus unum moratorem publici commodi &c.

Moratus, a, um. geſittet, geartet. *Syn.* Moribus præditus, perpolitus, conſtitutus, inſtitutus, *Adv.* Bene, mirabiliter *Uſus.* Bene morata civitas. Inſtitutus, ac bene moratus adoleſcens. V. *Mores boni.*

Morbidus, a, um. ungeſund, kränklich. *Syn.* Morboſus. *Uſus.* Morbidum corpus, pecus. V. *Debilis, morboſus.*

Morboſus, a um. ungeſund, ſiech. *Syn.* Morbis obnoxius. *Uſus.* Majores noſtri iracundos ſolos morboſos nominarunt.

Morbus, i, m. Krankheit. *Syn.* Invaletudo, malum corporis, ægrotatio. *Epi.* Difficillimus, gravis, perniciosus, diuturnus, ingraveſcens, miſer, mortifer, novus, perpetuus, relevatus, ſeneſcens, tantus, vetus. Alieni, inſanabiles, odioſi, opinabiles, voluntarii. *Phraſ.* 1. *In morbum incidit*, er iſt in eine Krankheit gefallen. In morbum cecidit, delapſus eſt; morbo oppreſſus, correptus, implicitus eſt; valetudinis quodam genere tentatus eſt; in morbum injectus eſt; eum ingens vis morbi adorta eſt; in morbum implicitus eſt; morbum nactus eſt; morbo infeſtari cœpit. 2. *Ex morbo decumbo*, ich liege krank. Morbo urgeor, impedior, implicor, teneor, afficior, affligor, opprimor; morbo intabeſco; in morbo cubo; ex gravi diuturnoque morbo infirmus ſum; graviter æger ſum; morbo exerceor; incommoda mihi valetudo eſt; morbo conflictor. 3. *Morbus augetur*, die Krankheit nimmt zu. Creſcit morbus & ingraveſcit in dies; ad morbi vehementiam nova in dies fit acceſſio. 4. *Morbus decreſcit*, die Krankheit nimmt ab. Laxatur vis

Digitized by Google

vis morbi; ſeneſcit vis morbi, & remittit; morbi fit inclinatio ad ſanitatem. 5. *Ex morbo nondum plene convalui*, **ich bin noch nicht völlig von meiner Krankheit hergeſtellet.** Etſi contra vim gravitatemque morbi contendam, redeunt tamen commotiunculæ aliquæ, ut malo me liberatum, aut omnino confirmatum dicere non poſſim; levari morbo me ſentio, nondum ex illa virium debilitate recreari 6. *Ex morbo convalui*, **ich bin von meiner Krankheit gänzlich geneſen.** Morbo defunctus ſum; morbum medicamentis depuli, removi; e morbo evaſi; recreor ex graviſſimi morbi longinquitate. 7. *Morbi latius ſerpunt*, **die Krankheiten greifen weiter um ſich.** Vulgantur contactu in homines morbi; cœleſtis ira urbes morbis populatur; morbi in agreſtes irruunt; ingruunt morbi, & vis mali latiſſime vagatur. *Uſus.* Seneſcentis morbi remiſſio profuit. Vi morbi conſumptus eſt; morbo exſtinctus eſt, **an der Krankheit ſterben.**

Mordax, acis, *g. o.* **bißig.** *Syn.* Aculeatus, dentatus. *Uſus.* Mordax ſollicitudo: homo mordax.

Mordeo, es, momordi, morſum, ere. **beißen, wehe thun** *Syn.* Morſu, dente peto, appeto: perſtringo, carpo *Uſus. Transl.* Valde me momordit epiſtola tua. Si ignominia pupugit, par pari referam, nec deerit, quod te mordeat.

Mordicus, **beißend, feſt.** *Syn.* Arcte, tenaciter. *Uſus.* Auriculam mordicus abſtulit. Perſpicuitas, quam mordicus tenere debemus.

Moribundus, a, um. **ſterbend.** *Syn.* In exigua ſpe trahens animam, moriens. *Uſus.* Moribundum vidiſtis illum. V. *Aſſiſto.*

Morigeror, aris, atus ſum, ari. **folgen, gehorſamen.** *Syn.* Morem gero, obſequor, ſatisfacio, obſecundo. *Uſus.* Voluptati aurium morigerari debet oratio. V. *Obedio.*

Morior, eris, mortuus ſum, mori. **ſterben.** *Syn.* Emorior, occido, intereo, decedo, animam ago, mortem obeo, mortem oppeto, de vita decedo; e vita diſcedo, recedo, migro, emigro, demigro, excedo; **vitam cum morte commuto; vitam amitto; extremum vitæ ſpiritum edo; vitam deſero; ab hominibus demigro; ago ſupremum vitæ diem; extremum vitæ diem morte conficio; morte occumbo; diem obeo; de vita exeo; naturæ concedo, ſatisfacio; e corpore excedo, emigro; morte occumbo; finem vitæ facio; animam efflo; vitæ curſum, vitæ curriculum conficio; morte deleor; animam, vitam edo; vita fungor; naturæ cedo; e vita cedo; fato concedo; mortalitatem, ſupremum diem expleo; fato perfungor; ex conſpectu hominum morte decedo; rebus humanis eripior; ad DEum excedo; de medio excedo; vitam pono; mortem cum vita commuto; vitam reddo; ſpiritum reddo; e vita tanquam ex theatro exeore vita, e medio abeo; ex his tenebris ad ſempiternam lucem excedo; morti occumbo; occido & exſtinguor; iſtis corporis cuſtodiis liberor; animus corporis ſe vinculis relaxat; vita me deſerit; anima me relinquit; letum oppeto; morte defungor; naturæ debitum reddo; mors me occupat; mors me aufert.** *Phraſ.* 1. *Ex morbo mortuus eſt*, **er iſt an der Krankheit geſtorben.** Morbo abſumptus eſt; vis morbi hominem conſumpſit; vitam homini ademit; vitam abſtulit; vi morbi oppreſſus vitam amiſit; morbo exſtinctus eſt; morbo naturæ debitum **reddidit.** 2. *Ex vulnere mortuus eſt*, **er iſt an der Wunde geſtorben.** Prolapſus in vulnus, **moribundus** cecidit; multis vulneribus confectum anima, ultimus ſpiritus defecit; recepto altius ferro exſpirans corruit; vitam in vulnere **poſuit; ſauciatum** telo, ſpiritus pariter ac ſanguis liquit; accepto **vulnere** animam depoſuit; linquente ſpiritu pariter ac ſanguine **moribundus in** arma procubuit. Vulnus vitæ finem attulit; ſub oculis **hoſtium** vitam profudit; vitam **finivit.** 3. *Mortuus eſt ſenex admodum*, **er iſt in einem hohen Alter verſchieden.** Naturæ modum **explevit**; naturæ ceſſit, conceſſit; naturæ ſatisfecit; naturæ debitum reddidit; natura ipſa hominem conſumpſit; corpus ſenectus ſolverat; naturæ diſſolutione exſtinctus eſt; diem ſuum **non** immatura morte **obiit**; mortali-

Digitized by Google

talitatem explevit; vivendi curriculum a natura conceſſum confecit. 4. *Pie ſanctèque mortuus eſt*, er iſt ganz gottſelig entſchlafen. Plenus rectè factorum gloria ad Deum exceſſit; ex vitæ hujus tenebris ad ſempiternam lucem exceſſit; de vitæ ſtatione diceſſit; in cœlum migravit; in vivis, inter vivos eſſe deſiit; ad beatam immortalitatem demigravit; e cuſtodia corporis evolavit; ereptus, exemptus rebus humanis in cœlum abiit; amorem hujus lucis immortalium ſpe bonorum lætus projecit & ad divinum illud animorum concilium plenus meritis migravit; diem ſupremum, omnibus morientium præſidiis comparatus ad vitæ exitum, ſacris myſteriis rite procuratus & expiatus, rite munitus & confirmatus, pie religioſeque confecit. 5. *Repente mortuus eſt*, er iſt gählling geſtorben. Mora hominem repente occupavit, abſtulit, ſubita morte correptus eſt; ſupremus eum dies ante occupavit, quam inſtare crederet; morte repentina oppreſſus, ereptus eſt; nihil cogitantem vita deſeruit; anima reliquit; vis repentina mortis ſuſtulit. 6. *Si mori fors ante contingeret*, wenn ich vielleicht eher ſterben ſollte. Si quid me fieret; ſi quid humanitus accideret; ſi me fatum præriperet. Si quid mihi accideret; ſi mors ante obreperet. 7. *Libenter pro patria moriar*, ich will gern für das Vaterland ſterben. Libenter pro patria vitam profundam; vitam reddam; ſpiritum, quem naturæ debeo, patriæ reddam; pro patria morti occumbam; libenter pro patria fatum excipiam; patriæ ſanguinem meum largiar; impendam libenter meum patriæ ſpiritum; pro patria ingenti animo letum oppetam. 8. *Cupio mori*, ich verlange zu ſterben. Cupio e vinculis corporis elabi, evolare; cupio relictis rebus mortalibus ad exoptatam immortalitatem diſcedere; cupio ad vitæ metas pertingere, ex hoc carcere emitti; e vitæ hujus ærumnis ac calamitatibus morte abduci; de vita exire; lucis hujus uſuram reddere; ab hoc exilio ad illam bonis omnibus affluentem regionem tranſire. 9. *Omnibus moriendum eſt*, alle müſſen ſterben. Mors omnibus impendet; omnia hac lege creata ſunt, ut morte deleantur, exſtinguantur; mortem nemo effugiet; omnibus ad mortem irrevocabili decreto decurrendum eſt; ſuprema neceſſitas omnibus eſt ſubeunda. *Uſus.* Sapientiſſimus quisque æquiſſimo animo moritur.

Moror, aris, atus ſum, ari. verweilen, verziehen, ſich aufhalten. *Syn.* Cunctor, in mora ſum: maneo, commoror. *Adv.* Diutius, parum, valde. *Phraſ.* 1. *Neſcio, quamdiu Venetiis moraturus ſim*, ich weiß nicht, wie lang ich mich zu Venedig aufhalten werde. Neſcio quantum temporis poſiturus ſim, quot menſium mea Venetiis commoratio futura ſit; quantam moram Venetiis facturus ſim; quanto tempore Venetiis detinendus ſim. 2. *Alia ex aliis me morantur*, es hindert und ſäumet mich eines nach dem andern. Moram injiciunt; diſtinent me alia ex aliis; alia ex aliis me tenent; remorantur. V. *Mora. Uſus.* 1. Brutus valde moratur, non tergiverſans, ſed expectans. 2. *Impedio, retardo, moram affero*, aufhalten, verhindern. Non morabor te, quin mox conſcendas. V. *Differo.*

Moroſe, unfreundlich, wunderlich. *Syn.* Faſtidioſe, importune. *Uſus.* Piſo iracundius reſpuebat ineptias hominum, ſive moroſe, ſive ingenuo liberoque faſtidio.

Moroſitas, tis, f. Widerſinnigkeit, mürriſches Weſen. *Syn.* Difficultas.)(*Comitas, humanitas. Epi.* Inutilis, odioſa. *Uſus.* Ne iraſcamur importune petentibus, ne in moroſitatem inutilem & odioſam incidamus.

Moroſus, a, um. wunderlich, widerſinnig, verdrüßlich. *Syn.* Difficilis, inhumanus, importunus)(*facilis, comis. Uſus.* Senes anxii ſunt, moroſi, iracundi, difficiles. Mulier ſtomachoſa & ſubmoroſa. V. *Durus, aſper, inhumanus.*

Mors, tis, f. Tod. R. a μόρος. *Syn.* Interitus, occaſus, fatum, letum, exitus, diſceſſus, ſupremus alicujus dies, exceſſus e vita, diſſolutio naturæ. *Epi.* Acerba, atrocior, beata, bellica, peregrina, bona, certa, communis, conſentanea vitæ, crudelis, mi-

Digitized by Google

miſerabilis, divitior, dubia, extrema, fatalis, fœda, glorioſa, fortunata, fraterna, matura, honeſta, indigna, immatura, levior, media, melior, miſera, nefaria, paterna, pernicioſa, propinqua, repentina, teterrima, ſtabilis, ſubita, turpis, voluntaria, vulgaris. *Uſus.* Mortem alicui minitari, **drohen.** Mortem alicui afferre, offerre, morte afficere, multare, **umbringen.** Ad mortem mittere, dare aliquem, **zum Tode übergeben.** Mortem ſibi accelerare, mortem ſibi conſcifcere, **ſich entleiben.** Mortem oppetere, obire, cum vita commutare, morte deleri, **ſterben.** V. *Morior.*

Morſus, us, m **Biß.** *Epi.* Acer, immanis, viperinus, ulceratus. *Uſus.* Acer morſus doloris.

Mortale peccatum, vulg. **Todſünde.** Crimen mortiferum, letiferum, capitale, letalis noxa, letalis noxæ piaculum, peſtifera animi macula. V. *Peccc.*

Mortalis, e. **ſterblich.** *Syn.* Morti obnoxius, diſſolubilis.)(*immortalis. Uſus.* Mens ſoluta & libera, ſegregata ab omni concretione mortali. Pro mortali conditione vitæ immortalitatem eſſis conſecuti. Sciebam me genuiſſe mortalem. V. *Homo.*

Mortalitas, atis, f. **Sterblichkeit.** *Syn.* Mortalis vitæ conditio, naturæ communis fragilitas *Uſus.* Omne, quod ortum eſt, mortalitas conſequitur. Multa illi ſuprà mortalitatem ſunt attributa.

Mortarium, ii, n. **Mörſer.** *Uſus.* Contundere in mortario.

Mortifer, a, um. **tödtlich.** *Syn.* Peſtifer, pernicioſus, letalis, mortem afferens,)(*Salutaris. Uſus.* Morbus, plaga, vulnus mortiferum.

Mortificatio, onis. f. **Abtödtung ſeiner ſelbſt.** Corporis affictatio, aſperitas vitæ voluntaria.

Mortifico, as, are. **abtödten.** Corpori ægre facio, acriter mihi impero; arcte & contente me habeo; noxias frango cupiditates; duriter ac inclementer me tracto; genium defraudo. V. *Domo, edomo, diſciplina.*

Mortuus, a, um. **todt, verſtorben.** *Syn.* Morte deletus, conſumptus; fato perfunctus; ſenſu ac vita carens. *Adv.* Brevi, inteſtato, omnino, proxime, repentino, acerbe. *Uſus.* A mortuis excitare. Infra mortuos amandare.

Mores, um, m. **Sitten.** *Phraſ.* 1. *Eſt optimis moribus adoleſcens*, **er iſt ein Jüngling von ſehr guten Sitten.** Moribus eſt graviſſimis & humaniſſimis; natura ſanctis & religioſis; modeſtis, & ad capienda præcepta mollioribus; ſumma facilitate & comitate; mira facilitate & jucunditate naturæ. Mitis ingenii juvenis eſt, moribus placidis, liberalibus, ſumma ſuavitate temperatis *vel* conditis; ingenui, placidi, & comiter facilis multa documenta ſunt; ſingulari eſt morum elegantia; cultiſſimis eſt moribus, & omni humanitate perpolitis. 2. *Moribus eſt malis*, **er iſt von übeln Sitten.** Pravis eſt moribus & protervis; barbaris & immanibus; corruptis & perditis; violento eſt ingenio, & indomito; ſumma eſt ingenii aſperitate; homo eſt effuſe petulans, nequam & improbus; protervus, petulans, ignavus; homo ſemiſſis, **nichtswerther Menſch.** 3. *Ad mores ſuos cito rediit*, **er iſt geſchwind wieder auf das vorige Leben gerathen.** Citò rediit ad ingenium; recipit ſe ad ingenium ſuum; in eandem vitam revolutus eſt; ad priſtinam vitæ conſuetudinem revertit, ſe retulit, revocavit. 4. *Mores deficiunt*, **die guten Sitten nehmen ab.** Deſident mores, labuntur; ire cœperunt præcipites; diſciplina morum paullatim fluere ac inclinari cœpit. V. *Diſciplina. Uſus.* Aliquem in ſuos mores formare, **einen auf ſeinen Schlag abrichten.**

Motio, onis, f. **Bewegung.** *Syn.* Motus, commotio. *Epi.* Continuata, perennis, transverſa, diſpar, ſuavis. *Uſus.* 1. Orbium cœleſtium motio. 2. *Affectus*, **Neigung.** Motiones animi.

Mos, ris, m. **Brauch, Weiſe, Gewohnheit.** *Syn.* Conſuetudo, inſtitutum, ritus, diſciplina, uſus, modus. *Epi.* Accuſatorius, antiquus, auſterus, civilis, communis, conſcius, perverſus, uſitatus, verus, novus, patrius, domeſticus, regius, Rhetoricus. Amabiles, boni, modeſti, commodi, corrupti, diſpares, extremi, faciles, feri, grati, immanes, improbi, imperiti, barbari, ju-

Digitized by Google

fusti, integri, religiosi, timidi, mali, molesti, perditi, rustici, suaves, severi, temperati, feri. *Phras.* 1. *Moris est*, **es ist der Brauch.** In more est; in more positum est; more comparatum, confirmatum est; consuetudo fert; consuetudinis hoc est; consuetudo est, mos est; mos obtinuit; mos fert; more receptum est; jam inde a majoribus consuetudo tenet, obtinet, ita fert; vetus hoc est, ut &c. 2. *Morem suum servat*, **er bleibt beym alten Gebrauche.** Instituto suo utitur; institutum suum tenet, servat; solemne suum servat; morem suum obtinet, tenet, retinet; propositum suum tenet; institutum suum sequitur; antiquum obtinet. *Usus.* Hoc factum est more & modo. In more majorum id non fuit. Meo more agam. More barbarorum fungi, **barbarisch hausen.** Abhorret id a more nostro, **das ist bey uns nicht der Brauch.** Decedere de more & institutio, **von seiner Gewohnheit abweichen.** Revocare veterem morem, **den alten Brauch wiederum einführen.** Morem inducere, in morem aliquid inducere, transferre, perducere, **eine Gewohnheit einführen.** Morem eum posteri acceperunt, **die Nachkommen nehmen diesen Brauch an.** Tenues reliquiæ pristini moris hærent, **es ist noch etwas weniges von dem vorigen Brauche übrig.** Mos ille ac consuetudo inveteravit, **der Brauch ist fast abgekommen.** Non recedam a more & consuetudine, **ich werde es bey dem Alten lassen.** V. *Consuetudo.*

Motus, us, m. **Bewegung.** *Syn.* Motio, agitatio, impulsus.)(*Status.* *Epi.* Acerrimus, alienus, asper, celer, certus, necessarius, constans, deformis, divinus, dulcis, externus, igneus, inanis, incertus, incredibilis, interior, jucundus, magnificus, minimus, naturalis, novus, opinabilis, oratorius, pronus, obliquus, supinus, repentinus, sempiternus, solutus, temerarius, turbidus, venustus, voluntarius. Ac ommodati, admirabiles, aversi, uberes, acuti, constantes & rati, dispares, dissimiles, finiti, æquabiles, inimici, non temperantes, liberi, magni, odiosi, palæstrici, mediocres, soluti, vagi, turbulenti, volucres. *Usus.* 1. DEus motum dedit cœlo. Animalia motu cientur interiori. In maximis motibus & mutationibus cœli. 2. *Affectus, perturbatio, commotio*, **Gemüthsbewegung, Verwirrung.** Magnos animorum motus efficere. Motus animi rationi obtemperantes. Motus cogitationis celeriter agitatus. Nunquam animus agitatione motuque vacuus est. 3. *Concursus, turba, tumultus*, **Zusammenlauf, Tumult.** In quo motu temporum, quanta conversione rerum versamur! Catilinæ insanos motus cohibuit, compressit. Motum concitare, moliri. Motus Reipublicæ afferre. Magno res in motu est. *Motu proprio, vulg.* **von freyen Stücken.** *Latine*: sua sponte.

Moveo, es, movi, motum, ere. **bewegen.** *Syn.* Cieo, agito, impello, pello, verso, ago: efficio, excito: allicio, pellicio, induco *Adv.* Conjuncte, leviter, longius, magnopere, mirabiliter, necessario, permultum, valde, vehementius, acute, constanter, dulciter, facile, fortuito, immoderate, inaniter, jucunde, libere, mediocriter, non ita placide, solute, peracute, tardius, vehementer, velociter, vete. *Phras.* 1. *Movit oratione sua hominum animos*, **er hat die Herzen der Zuhörer gerühret.** Animos flexit, animos incendit, accendit; motum animis attulit; mentes hominum allexit, voluntates impulit quo volebat. Valebat ejus oratio ad fingendas hominum voluntates, & quo vellet, dücendas; valebat ad motus inflammandos. Motus animorum ita miscuit, sensus mentesque hominum ita pertractavit, nemo ut resisteret; flexit mentes hominum fregitque ejus oratio; uno sermone animos omnium, quo vellet, perduxit. Perculit animos ejus oratio, & in audientium animis aculeum defixit, reliquit. Ad stimulandos hominum animos aculeum habuit ejus oratio; ita percussit ac quatefecit hominum animos, tanquam in ejus manu omnium voluntates essent; ad sententiam suam populi animos deduxit; in suam sententiam omnium mentes oratione convertit. 2. *Motus sum ejus precibus*, **ich bin durch sein**

Digitized by Google

Bitten bewogen worden. Adductus precibus, impulsus lacrimis, invitatus, inductus precibus cessi. *Usus.* 1. Ursere illi, ut nos loco moverent. 2. *Abduco*, abwenden, abtreiben. Movere aliquem de sententia. Senatu movere. 3. *Muto*, verändern. Tot annorum possessiones movere intutum. 4. *Discedo*, von einem Orte wegziehen. Ne te Roma moveris. 5. *Sollicito*, *ango*, ängstigen. Multa me movent in discessu. 6. *Allicio*, *invito*, *horter*, anreizen. Illa me causa movet. 7. *Efficio*, *excito*, verursachen, erwecken. Clamores, risus, lacrimas, hominum studia, suspicionem movere. V. *Persuadeo.*

Mox, bald. *Syn.* Quam mox, ocyus, statim. *Usus.* Mox revertor. V. *Statim.*

Mucro, onis, m. Spitze eines Degens. *Epi.* Cruentus, tribunitius. *Usus.* Hic est mucro defensionis meæ. Censorii stili mucro. Mucrones jam in civium jugulis fixos rejecimus.

Muginor, aris, atus sum, ari. zaudern, verziehen. *Syn.* Cunctor, morror, dissimulo. *verb. antiq.*

Mugio, is, ivi, itum, ire. brüllen wie ein Ochs. *Syn.* Boo.

Mugitus, us, m. das Brüllen. *Usus.* Terræ mugitus & fremitus. Mugitus ciere, edere. Mugitibus implere vicinias.

Mula, æ, f. Mauleselin. *Usus.* Mulæ partus mirabilis, quia rarus.

Mulceo, es, mulsi, sum, ere. sanft machen, streicheln, begütigen. *Syn.* Permulceo, lenio. *Usus.* Carmina mulcent mentes. Cervix mulcetur dextera. Cantu cervi mulcentur.

Mulcta, s. Multa, æ, f. Geldstrafe. *Syn.* Pœna. *Usus.* Mulctam alicui dicere, irrogare, ab aliquo petere, auferlegen. Mulctam remittere, condonare, mulcta gratiam facere, nachlassen. V. *Pœna.*

Mulctatio, onis, f. Bestrafung, Einziehung der Güter. *Syn.* Direptio. *Usus.* Misera mulctatio bonorum, exilium civium.

Mulctatitius, a, um. zur Strafe gehörig. *Usus.* Mulctatitia pecunia.

Mulcto, s. Multo, as, avi, atum, are. strafen. *Syn.* Mulcta afficio, punio, mulctam irrogo. *Adv.* Crudelissime, male. *Usus.* 1. Morte mulctare reos, exilio. 2. *Male accipio*, *male tracto*, übel mit einem verfahren. Discessit ab oppugnatione male mulctatus. Mulctatus virgis, fustibus. V. *Punio.*

Mulgeo, es, mulsi, mulsum, gere, melken. *Syn.* Lac e mammis exprimo. *Usus.* Mulgere oves. Mulgere hircos; *de re palam absurda.*

Muliebris, e. weibisch. *Syn.* Femineus, mollis, effeminatus. *Usus.* Mundus muliebris. Forma muliebris. Sententia muliebris & enervata.

Muliebriter, weibisch. *Syn.* Effeminate. *Usus.* Lamentis se & lacrimis muliebriter dedere. Nequid muliebriter & serviliter faciamus.

Mulier, eris, f. Weib. *Syn.* Femina. *Epi.* Ægra, ærumnosa, aliena, amens, avara, audax, beata, nobilis, consularis, copiosa, locuples, crudelis, importuna, deterrima, digna, dives, felix, furiosa, gravida, ignota, immoderata, imperita, ingeniosa, insana, libera, libidinosa, misella, misera, molesta, nefaria, nobilis, nota, optima, pecuniosa, propinqua, proterva, seditiosa, suavis, temeraria, procax, irata, timida. Beatissimæ, castiores, miseræ, formosæ, inornatæ. *Phras* 1. *Mulier importuna est*, sie ist ein böses Weib. Mulier abundat audacia, consilio & ratione deficitur; mulier est proterva, seditiosa, parvis rebus sæpe mobilis; mulier est ex earum numero, quæ impotenti naturæ frenos dant, nullumque licentiæ modum faciunt, quæ indomitæ & animi impotes feruntur. 2. *Mulier est præstans*, sie ist eine stattliche Frau. Feminarum præstantissima, spectatissima, primaria, lectissima; virilis animi femina; matrona gravis & spectata. *Usus.* Mulierum famam ut multorum oculis lux clara custodiat, diligenter sanciendum est. Mulieres omnes propter infirmitatem consilii, majores in tutorum potestate esse voluere.

Mulierarius, a, um. feig, weibisch. *Usus* Manus mulieraria.

Muliercula, æ, f. Weiblein. *Epi.* Impura, deterrima, publica. *Usus.* Bellum cum mulierculis gestum.

Ista

Digitized by Google

Ira quidem pueris & mulierculis grata ſunt.

Mulieroſitas, tis, f. **Weiberſucht**. *Syn.* Amor mulierum, *ſeu* in mulieres.

Mulieroſus, a, um. **weiberſüchtig**. *Syn.* Mulierum appetens. *Uſus.* Homo & ebrioſus, & mulieroſus.

Mulio, onis, m. **Mauleſeltreiber**. *Syn.* Qui mulos agit, agaſo. *Uſus.* Mulionem agere.

Mulionius, a, um. **mauleſeltreiberiſch**. *Uſus.* Pennula mulionia.

Mullus, i, m. **Barbe, Barme**. *genus piſcis. Uſus.* Mulli barbati in piſcinis ſunt.

Mulſum, i, n. **Weinmeth**. *Syn.* Potio e melle vinoque confecta. *Uſus.* Calicem mulſi ei impingamus, ut pſorare deſinat.

Multifariam, **vielfältig**. *Syn.* Multis locis. *Uſus.* Aurum multifariam defoſſum.

Multiformis, e. **mancherley Geſtalt**. *Syn.* Varius, diverſus. *Uſus.* Principis qualitates ſunt variæ, & quaſi multiformes.

Multijugis, e. *vel* Multijugus, a, um. **mancherley, vielerley**. *Syn.* Multus & varius, multiplex. *Uſus.* Multijugas epiſtolas ſimul accepi.

Multimodis, **mancherley**. *Syn.* Multis modis. *Uſus.* Multimodis ſum circumventus.

Multimodus, a, um. **vielerley**. *Uſus.* Multimoda ars.

Multiplex, icis, g. *o.* **vielfältig**. *Syn.* Multus, varius, copioſus. *Uſus.* Varia multiplexque natura. Genus orationis vagum & multiplex. Anceps & multiplex verbi poteſtas. Multiplex & tortuoſum ingenium.

Multiplicabilis, e. **daß ſich vervielfältigen läßt**. *Syn.* Multiplex.

Multiplico, ás, avi, atum, are. **vermehren**. *Syn.* Augeo. *Uſus.* Auctо exercitu multiplicatis auxiliis, multiplicata cum gloria redii.

Multitudo, inis, f. **Menge, Vielheit**. *Syn.* Frequentia, celebritas, turba, cœtus, caterva, populus, vulgus, corona, manus, chorus, colluvies. *Epi.* Armata, concitata, congregata, domeſtica, egens, imperita, incredibilis, indocta, infima, infinita, innumerabilis, magna, miranda, repentina, ſplendidior, tanta, turpis, urbana, univerſa. *Uſus.* Hominum multitudinem congregare, cogere. Quanta multitudo, quanta vis hominum! Multitudo beneficiorum. V. *Copia*, *numerus.*

Multo, **viel**. *Syn.* Longe, multis *vel* omnibus partibus, non paullo, haud paullo, impendio, longo intervallo. *Uſus.* Multo doctior. Meo judicio multo ſtare malo, quam aliorum.

Multum, **viel**. *Syn.* Valde, ſane, non parum, ſane quam; neſcio, quid.)(*parum. Uſus.* Res diu multumque agitata. Multum ad ſalutem alicujus conferre.

Multus, a, um. **viel**. *Syn.* Multiplex, frequens, non pauci. *Adv.* ita, ut, non ita, non parum, quam minime, nimis, fortaſſe, valde, minus. *Phraſ.* 1. *Multi affuere*, **es ſind viele zugegen geweſen**. Frequentes, conferti aderant; magnus numerus erat eorum, qui præſentes interfuere; multitudo hominum forum inundaverat, impleverat. 2. *Multa & varia erant conſilia*, **es waren vielerley Anſchläge und Meynungen**. Mille indies nova conſilia; ſexcenta erant de re conſilia. Longum fit explicare quot in ſententias abierint ſenatores; plura, quam pro numero ſenatorum, erant conſilia; quot capita, tot erant ſententiæ; plura pene conſilia, quam capita numerabantur. *Uſus.* 1. Multæ & magnæ res. 2. *Praeclarus*, **berühmt**. Tuum nomen multum eſt in his locis. 3. *Prolixus*, *longus*, *nimius*, **langwierig, weitläuftig**. Multus eſt in laudando. Multus ſermo, ad multum diem extractus. Ne in te tenui multus ac inſolens ſim.

Mulus, i, m. **Mauleſel**. *Uſus.* Mulus clitellarius. Mutuum muli ſcabunt. *Prov.*

Mundanus, a, um. **weltlich**. *Syn.* Mundi civis & incola. *Phraſ.* 1. *Res mundanæ vulg.* **weltliche Dinge**. Res caducæ, perituræ, fugaces, profanæ, inanes, infimæ, mortales, humanæ, fluxæ res, & fragiles. 2. *Homo mundanus*, *vulg.* **eitles Weltkind**. Homo rerum fluxarum blandimentis implicitus; humanæ vitæ deliciis ac commodis impenſe deditus; illecebris vanarum oblectationum captus, & irretitus; qui res fugaces & caducas ardenti ſtudio perſequitur,

Digitized by Google

omnibus humanæ aitæ voluptatibus obsequitur. *Usus.* Socrates rogatus, cujus esset? mundanum se dixit, nempe mundi civem & incolam. V. *Mundus.*

Munditia, æ, f. Reinlichkeit, Sauberkeit. *Syn.* Elegantia, lautitia. *Epi.* Non odiosa. *Usus.* Adhibenda est munditia, non odiosa, nec exquisita nimis.

Mundus, a, um. reinlich, sauber. *Syn.* Elegans, lautus.)(*Sordidus. Usus.* Vir mundus & elegans.

Mundus, i, m. die Welt. *Syn.* Orbis terrarum, orbis universus, rerum universitas; pulcherrimam naturæ regnum; orbis theatrum; universitas rerum, qua omnia continentur; natura universa; mundi moles; civitas communis mortalium atque immortalium. *Epi.* Æternus, amens, sapiens, aptus, beatus, bonus, pulcher, salutaris, ornatus aspectu, constans, communis, disertus quidem, & mathematicus & musicus, omnium doctrinarum eruditus, postremo Philosophus; expers consilii, globosus, immensus, immundus, parum mundus, levis undique, æquabilis & a medio ad summum par, perfectus & absolutus, litteratus, melior, mortalis, sempiternus, præditus animo & sensibus, rotundus, ardens, pulcher, quietus, similis, singularis, unigenus, omnium rerum, quæ naturæ administrantur, seminator & parens & educator atque auctor, universus, stabilis, volubilis. *Phras.* 1. *Sic agitur in mundo vulg.* so geht es auf der Welt. Sic est vita hominum; sic vivitur; sic natura comparatum est; ita fert hominum consuetudo; sic sunt homines. 2. *Quamdiu mundus stetit*, so lange die Welt gestanden ist. Post natos homines; post hominum memoriam; post natum hominum genus. 3. *Quamdiu mundus stabit*, so lange die Welt stehen wird. Dum genus hominum erit. 4. *Quidquid in mundo est*, alles, was in der Welt ist. Quidquid cœlum suo ambitu complectitur; quidquid in se continet orbis terrarum; quidquid in orbe terrarum est. 5. *Egregie se accomodare novit mundo, vulg.* er schickt sich wohl in die Welt. Mores ex hominum moribus feliciter effingit; vitæ rationem ad communem vivendi modum belle exigit; vitam ex usu hominum agit; ex communi lege metitur, ad communem vivendi morem mores exigit, fingitque suos. V. *Seculum. Usus.* Naturam mundi, & pulchritudinem contemplari. Democritus ait, innumerabiles esse mundos. Mundi ætates, partes.

Munero, as, are, *vel* Muneror, aris, atus sum, ari. beschenken. *Syn.* Largior. *Adv.* Opipare. *Usus.* Opipare me muneratus est. V. *Remuneror.*

Munia, orum, n. Amt, Verwaltung. *Syn.* Munera, onera. *Usus.* Suis cervicibus publica munia sustinere. Obire munia. V. *Officium, munus, magistratus.*

Municeps, cipis, m. Landgenoß. *Syn.* Civis, popularis, qui e municipio est. *Epi.* Honestissimus, ornatissimus. *Usus.* Municipes sunt cives Romani suo jure & legibus suis utentes, muneris tantum cum populo Romano honorarii participes, a quo munere capessendo appellari videntur.

Municipalis, e. bürgerlich. *Syn.* Ex municipio. *Usus.* Homines municipales & rusticani.

Municipium, ii, n. Mitgenoßenschaft, Stadt, Flecken. *Syn.* Conventus, colonia. *Epi.* Antiquissimum, clarissimum, fidelissimum, frequentissimum, frequens mœstumque, gratum, grave, firmum, honestum, illustre, immune, integerrimum, rusticanum, totum. Reliqua, rusticana, vetera. *Usus.* Scis, cujus municipii sim.

Munifice, freygebig. *Syn.* Liberaliter, large, prolixe. *Usus.* Munifice & large dare aliquid.

Munificus, a, um. freygebig. *Syn.* Liberalis, largus. V. *Liberalis.*

Munimen, inis, *vel* Munimentum, i, n. Schanze, Befestigung, Bollwerk. *Usus.* Illa quoque [illegible] parvum urbis munimentum.

Munio, is, ivi, itum, ire. befestigen, umschanzen. *Syn.* Firmo, confirmo, obvallo, sepio, obsepio; paro, adorno. *Adv.* [illegible] 1. *Urbem munire*, [illegible] stigen. Firmissimis [illegible] nimentisque firmar[illegible]

que cingere; quasi sepimento aliquo vallare; fossam & alia munimenta urbi circumjicere; aditus omnes fossis aggeribusque præsepire; novo munimenti genere impedire, sepire. 2. *Castra egregie munita habemus*, wir haben ein wohl befestigtes Lager. Castra ita firmavimus, ut nihil tam clausum ad exitus, tam septum undique, tam tutum ad custodiam nec fieri, aut cogitari possit; castra ex omni parte præmunita, præsidiis militum tecta; probe obvallata; munitionibus valida habemus; castra vallo, vallum congestis arboribus septum habemus, nequa intrare in munimenta hostis possit. V. *Munitus. Usus.* 1. Munite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum. 2. *Sterno, facio*, machen, zubereiten. Munire viam sibi ad honores. 3. *Reparo, reficio*, erneuern, ausbessern. Munire alveum, ripam, aditum. 4. *Transl.* Viam & aditum ad aliquem sibi munire. Tueri & munire se adversus incumbentia discrimina; benevolentia multorum se munire.

Munitio, onis, f. Schanz, Festungswerk, Festungsbau. *Usus.* Operibus & munitionibus sepire urbem. Operis munitione, & concursu militum, & telorum repulsu submotus hostis.

Munitor, oris, m. Schanzgräber.

Munitus, a, um. befestiget, umschanzet. *Syn.* Septus, vallatus; armatus, stipatus. *Phras.* 1. *Locus natura munitus*, ein von Natur befestigter Ort. Oppidum positu munitum; locus ipso satis positu defensus; oppidum loci natura tutum a periculo; defendit se ipse locus; ipsa loci natura facile repellit periculum; in ipso loco satis est ad firmitatem præsidii; oppidum ingenio situs, locique natura, firmum. 2. *Locus arte munitus*, ein durch Kunst befestigter Ort. Munitum manu oppidum. Munitus opere locus. Locus munitionibus obseptus; objectis aggeribus a periculo tutus. V. *Munio. Usus.* 1. Munitus firmissima hominum benevolentia. Urbs natura ac loco munita, succincta portubus, armata muris. Regulus virtutum præsidio munitus. Munitus ad vitæ custodiam. 2. *Transl.* Sapientia munitum pectus gerere.

Munus, eris, n. Geschenk, Gabe, Amt, Pflicht. *Syn.* Donum, beneficium, largitio: Officium, provincia. *Epi.* Ædilitium, amplum, gratum, annuum, candidatorium, consulare, dignum, expletum, divinum, exiguum, extraordinarium, latum, magnificum, mediocre, perfectum, præclarum, provinciale, proprium, publicum; servile, sordidum, pristinum, senatorium, certum. *Phras.* 1. *Muneribus corrumpi se finit*, er läßt sich mit Geld bestechen. Muneribus facile delenitur; pretio sollicitari, atque etiam labefactari fides ejus solet; pretio addictam fidem gerit; est, quem pecunia non oppugnes modo, sed exqugnes; venalem habet pretio fidem; quæstui omnia in illo sunt venalia, fides jusjurandum, æquitas. 2. *Munus alicui imponere*, einem ein Amt auftragen. Muneri aliquem præficere, præponere; munus alicui assignare; partes judicis, quæstoris &c. dare, imponere; imponere alicui personam judicis &c. Provinciam alicui decernere, dare, tradere; provinciæ, procurationi præficere; procurationem committere. 3. *Munus aliquod gerere*, ein Amt verwalten, bekleiden. Munus sustinere, obire, exequi; muneri præesse; munere fungi; provinciam habere, sustinere, obire, administrare; liberaliter, dextereque munia obire; procurationem habere; personam judicis &c. sustinere, gerere, tenere, tueri; partes judicis agere. 4. *Munus mihi obtigit*, ich habe ein Amt bekommen. Munus mihi obvenit; mihi mandatum est; ad procurationem ejus muneris vocatus sum; provincia mihi obvenit; obtigit; provinciam cepi, accepi. 5. *Munere hoc orbatus est*, er ist des Amtes entsetzet worden. Munus illi ereptum est; a procuratione amotus; procuratione privatus; munere exutus est; ea provincia illi abrogata est; ejus muneris partes illi ereptæ sunt. 6. *Muneri suo satisfecit*, er hat sein Amt wohl verrichtet. Munere egregie perfunctus est; munus pro sua & reipublicæ

Digitized by Google

dignitate gessit; partes eas egregie sustinuit, egit, tuitus est; nihil in eo munere gerendo officii, nihil diligentiæ desiderari passus est; summam ex eo munere laudem collegit, tulit, retulit; sibi peperit, comparavit; officium integre, cumulateque præstitit. 7. *Hoc vis muneris est*, das stehet dir zu. Hæ partes tuæ sunt; id tuum est; tui officii est; tuum id munus est, tuarum id partium est; ad te, ad tuum officium pertinet; tuæ curationis res ista est; tua ista curatio est. *Usus.* Munera dare, largiri, impertire, afferre. Munera sua apud aliquem bene collocare. Munus concinnare. Munus verbis ornare. Muneribus populum demulcere. 8. *Officium*, *Provincia*, Amt, Pflicht. Ad munus aliquem instruere. Muneri præficere aliquem. Munus, partes, personam Consulis suscipere. Muneri succedere. Munus defugere. Munerum immunitatem alicui dare. V. *Donum*, *officium*, *magistratus*.

Munusculum, i, n. ein kleines Geschenk. *Syn.* Donum exiguum, tenue munus. *Epi.* Tenue. *Usus.* Munuscula non ingrata missit.

Muralis, e. zur Mauer gehörig. *Usus.* Tormentum murale; muralis corona.

Muria, æ, f. Salzlacke, Salzwasser. *Syn.* Aqua multo sale condita. *Usus.* Caro muria condita. Piscis muriæ incoctus.

Murmur, uris, n. Geräusch, Murmeln. *Syn.* Fremitus, mugitus, strepitus. *Usus.* Murmur ortum aliorum cum assensu, aliorum assentientes increpantium.

Murmuro, as, avi, atum, are. rauschen, murmeln, flistern. *Usus.* Fremitus murmurantis maris.

Murus, i, m. Mauer. *Syn.* Mœnia, paries. *Epi.* Firmissimus. *Phras.* 1. *Muri pars tormentis dejecta est*, es ist in der Stadtmauer durch Schiessen eine Oeffnung gemacht worden. Pars muri tormentis labefactata est; murorum pinnæ frequentibus tormentorum ictibus deterse sunt; pars mœnium tormentis prostrata, diruta, deturbata aditum hosti patefecit; verberata crebris tormentorum ictibus mœnia ruinam traxere; disjecta tormentis mœnia; pars una muri tormentis diruta continentibus ruinis urbem nudavit; murus cum ingenti fragore procidit; oppidum ruinis mœnium est patefactum; tormentorum tot ictibus secuta murorum strages; murorum hiatus; mœnium ruina, quassati muri labes; imposita muris plaga ruinam impulit. Quassata pars muri ruinam dedit, ruina collapsa est, ruinam fecit; crebri tormentorum ictus muri ruinam, stragem edidere. Convulsa tormentorum ictibus mœnia & disjecta sunt. 2. *Muros tormentis ferire*, Bresche schiessen. Muros tormentis quatere, labefactare; munimentorum ruina aditum in urbem moliri; crebris tormentorum ictibus mœnia verberare; in muros impressionem facere. 3. *Murorum hiatum reparare*, die Bresche, Oeffnung in der Mauer ausbessern. Quassatam muri partem objectis saxis reficere; mœnium ruinam instaurare; muri labem obducta raptim lorica defendere; pinnas loricasque ex cratibus attexere; pluteos vallo addere; defidentem murorum labem pluteis cratibusque reficere, sarcire. 4. *Hostes ex murorum ruina depellere*, den Feind von der Bresche abtreiben. Ad prostrati muri ruinas; ad ruinosam muri labem; ad quassatum muri hiatum; ad labefactam muri partem hostes irruptionem molientes arcere; hostem impressionem in munimentorum ruinas facientem depellere; ex ipsis mœnium ruinis hostem submovere. *Usus.* Leges propugnacula & muri sunt tranquillitatis & otii. Muro urbem sepire, cingere, circumdare. Murum ingentis altitudinis duximus. Facile subruitur ex imo murus, quod cæmenta non calce durata sunt, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere. Murus humilior, & scalis facile [illegible].

Mus, muris, m. eine [illegible] Maus. Platonis Politiam nuper mures apud me corroserunt. Clypei a muribus derosi.

Musa, æ, f. Gesang, Kunst. Musæ, arum, f. Musen. *Epi.* Agrestiores, mansuetiores, proximæ, pulchellæ, superiores. *Usus.* Cum omnibus Musis rationem habere cogito. Quis tam aversus a Musis? nec is

Digitized by Google

dem Studiren ſo abhold? Quis cum Muſis, id eſt, cum humanitate ac doctrina, non habet commercium? Cum Muſis commercium habet unice. Manſuetiores Muſæ. Cum Muſis ſe delectare. V. *Litteræ.*

Muſca, æ, f. eine Fliege, Mücke. *Uſus.* Puer, abige muſcas. Depellere muſcas. Ne muſca quidem.

Muſcoſus, a, um. moosig. *Uſus.* Nihil alſius, nihil muſcoſius.

Muſcus, i, m. Moos, Mies. *Uſus.* Saxum ſæpius volutum non obducitur muſco.

Muſica, æ, f. Muſik, Tonkunſt. *Syn.* Cantus, ſymphonia. *Phraſ.* 1. *Muſica valde delector*, die Muſik ergötzet mich ſehr. Muſicæ ſtudio teneor; ſtudio ſonorum capior; nervorum, vocumque cantibus delector; fidibus, tibiis modulate canentibus; fidiculis numeroſe ſonantibus, varietate ſonorum; molliſſimis & delicatiſſimis in cantu flexionibus mirifice delector; pulſis ſcienter fidium nervis, vocum gravitate ac varietate concitari animum vehementer ſentio. 2. *Ille textum fecit, ego muſicam, vulg.* er hat den Text ich aber die Muſik dazu gemacht. Ille materiam ſubjecit, ego modulate illam deſcripſi; ille verba, modos ego ac numeros adinveni; voces ille ſubjecit, ego modis muſicis illigavi. 3. *Interea muſica inſtrumentalis fuit, vulg.* unterdeſſen hat man mit Inſtrumenten eine Muſik gemacht. Interea tibiis fidibusque modulate canebatur; ſub hæc cantus nervorum & tibiarum perſonabat; cantatum interea tibiis fidibusque; interea ſymphonia, pulſis ſcienter fidium nervis, canebat. *Uſus.* Leges muſicæ. Muſicam Damon & Ariſtoxenus tractaverunt. V. *Cano.*

Muſicus, i, m. Muſikus. *Syn.* Muſicis eruditus, ſymphoniacus, qui voce, fidibus &c. canit. *Uſus.* Muſici, qui olim quondam iidem Poëtæ.

Muſtaceum, i, n. Kuche, Fladе. *Cibi genus. Uſus.* Laureolam in muſtaceo quærere, mit geringen Sachen großes Lob erlangen wollen.

Muſtela, æ, f. Wieſel *Uſus.* Muſtela catulos ſuos quotidie transfert.

Muſtum, i, n. Wetumoſt. *Epi.* Novum, dulce. *Uſus.* Nova iſta quaſi de maſto & lacu ſervida oratio.

Mutabilis, e. veränderlich. *Syn.* Quod habet mutationem. *Phraſ. Valde mutabilis homo eſt, vulg.* er iſt ein wankelmüthiger Menſch. Animum ex levibus fortunæ momentis ſuſpenſum gerit; parum conſtat. V. *Varius, inconſtans. Uſus.* Omne corpus mutabile. Mutabile vulgus. Polypo mutabilior. Sidera mutabili ratione labuntur. V. *Varius, inconſtans.*

Mutabilitas, atis, f. Veränderlichkeit. *Uſus.* Inconſtantiæ & mutabilitas mentis.

Mutatio, onis, f. Veränderung, Abwechslung. *Syn.* Permutatio, motus, converſio, inclinatio. *Epi.* Crebra, magna, manifeſta, miſera, ſuſpicioſa, imbecillis, minuta, varia. *Uſus.* Optimus eſt portus pœnitenti mutatio conſilii. Coloris, morum, officiorum mutatio. Mutationes quatuor temporum. Mutationem moliri, facere, ſubire. Magnam voluntatis mutationem afferre.

Mutilo, as, avi, atum, are. ſtümmeln. *Syn.* Diminuo. *Uſus.* Mutilatum exercitum in Galliam duxit. Naſo, auribus, membrorum parte mutilati.

Mutilus, a, um. geſtümmelt. *Syn.* Diminutus, mutilatus.)(*Integer. Uſus.* Mutila quædam & hiantia loqui. Cornibus mutilus.

Muto, as, avi, atum, are. verändern. *Syn.* Mutationem facio, permuto, inverto, converto, immuto, commuto, vario. *Adv.* Turpiſſime, leviter, paullatim, repente, valde. *Phraſ.* 1. *Locum mutavit, non ingenium*, er hat den Ort verändert, nicht aber ſeine Lebensart. Nihil de ſuis inſtitutis immutavit; morem antiquos non exuit, non correxit; novum ingenium non induit, nec in diverſum animum mutavit; nihil de actionum ſuarum curſu deflexit; loci mutatione nihil averſus a prioribus inſtitutis, nec ad alia ſe conſilia contulit, in alios mores non abivit; commutatio loci quidem facta eſt, ſed ab ingenio ſuo nihil variavit. 2. *Fortuna mutata eſt*, das Glück hat ſich geändert. Fortuna jam verterat; fortuna jam variaverat; fortunæ inclinatio quædam facta erat; eam rem converſio rerum, & inclinatio temporum ſecuta eſt; fortunæ mutatio in contrarium ſta-

Digitized by Google

ta est; paucis diebus magna erat rerum facta commutatio, ac se fortuna inclinaverat. Res in contrarium verterat. 3. *Mutare consilium*, seinen Entschluß verändern. Calcium reducere; decedere de sententia; discedere a sententia 4. *Mutare ferociam*, die Keckheit fahren lassen. De asperitate multum lenire atque submittere; in mores a veteri asperitate alienos verti; supercilium remittere, ponere. 5. *Tempus concedere ad mutandam sententiam*, einem Zeit geben, seine Gedanken zu ändern. Tempus dare ad receptum pertinacis sententiæ. *Usus.* Factiones, consilium, genus dicendi, mores, vestem, sententiam mutare. Civitatem, solum mutare, wandern. Nihil mutavit odor, *nihil mutatus est.*

Mutatio, onis, f. das Borgen. *Usus.* Multos minutis mutuationibus defraudavit.

Mutue, gegen einander, wechselweise, hinwiederum. *Syn.* Viciſſim, mutuo. *Usus.* Officiis mutuo respondere, Dienst mit Gegendienst vergelten.

Mutuo, wechselweise. *Syn.* Mutue. *Usus.* Fac, valeas, meque mutuo diligas.

Mutuor, aris, atus sum, ari. entlehnen, auf Borg nehmen. *Syn.* Mutuam sumo pecuniam; utendum aliquid, accipio. *Adv.* Aliunde. *Usus.* Orator subtilitatem e Philosophia mutuatur, & viciſſim reddit ubertatem orationis, & ornamenta dicendi.

Mutus, a, um. stumm. *Syn.* Elinguis, tacitus. *Loquens, eloquens. Usus.* Civitas fracta malis, muta, debilitata metu. Curia elinguis, mutum forum. Tempus mutum a litteris. V. *Obmutesco.*

Mutuum, wechselweise, entgegen, auf Borg. *Usus.* Pecuniam sumere mutuum.

Mutuus, a, um. geborgt, eins ums andre, wechselweis. *Syn.* Par, æqualiter, respondens. *Usus.* Pecuniam dare mutuam, sumere mutuam Mutuas operas tradere. Beneficentia mutua esse debet. Voluntas mutua. Mutua inter nos officia. In mutua benevolentia amici conquiescunt.

Myoparo, onis, m. Raubschiff. *Syn.* Navis piratica, lembus piraticus. *Epi.* Perennes, inopes, relicti. Egregius, pulcherrimus.

Mysterium, ii, n. Geheimniß. *Syn.* Sacra res occulta. *Epi.* Augustum, tantum. *Usus.* Hoc tacitum tanquam mysterium teneas. Mysteria aperire, enuntiare nefas. Epistolæ nostræ multum habent mysteriorum.

Mystagogus, i, m. oberster Priester. *Syn.* Rex sacrorum.

N.

Næ, fürwahr, allerdings *Syn.* Profecto, valde. *Usus.* Næ illi vehementer errant.

Nænia, æ, f. Grabgesang, Klaglied. *Usus.* Næniæ nomine Græci lugubres cantus appellant.

Nævus, i, m. Mängel, Gebrechen, Makel *Syn.* Corporis macula. *Usus.* Farina decocta in aceto nævos tollit.

Nam, denn. *Syn.* Enim, namque, etenim, siquidem, quippe, nimirum, videlicet, sane.

Namque, sintemal. *Syn.* Siquidem.

Nanciscor, eris, nactus sum, nanciſci. erlangen, bekommen. *Syn.* Invenio, adipiscor, consequor, assequor, mihi obvenit, offertur mihi. *Usus.* Siquid firmitatis, virium, laxamenti nactus fuero. V. *Acquiro.*

Naris, is: Nares, ium, f. Naſenloch. *Syn.* Foramen nasi geminum. *Usus.* Nares semper patent. Fasciculum ad nares admovere.

Narratio, onis, f. Erzählung. *Syn.* Rerum gestarum expositio. *Epi.* Aperta, ficta, brevis, probabilis, dilucida, jucunda, longa, obscura, perspicua, suavis, verisimilis; breves, incredibiles, indoctæ, molestæ. *Usus.* Narrationes non historico modo, sed prope quotidiano sermone exponere, explicare.

Narrator, oris, m. Erzähler. *Usus.* Imitator & narrator facetus.

Narro, as, avi, atum, are. erzählen. R. *a* gnarus, *aut a* γνωρίζω, notum facio. *Syn.* Rem gestam narratione expono, demonstro, dico. *Adv.* Bene, hercule, breviter, diligenter, di-

Digitized by Google

lucide, enodate, graviter, ſane & probe, jucunde, male, memoriter, multum, noviſſime, probabiliter, venuſte, interrupte, ornate, palam, pervarie. *Phraſ.* 1. *Narratur*, es wird erzählet. Traditum memoriæ eſt; tenet fama; incorruptis rerum geſtarum monumentis traditur; fama eſt; variorum ſermonibus jactatur; fama naſcitur, ſurgit, manat, percrebeſcit, diſſipatur, peragrat, pervadit urbem, venit, pervenit ad aures; fama exit de re; memoriæ proditum eſt. 2. *Res duplici-ter narratur*, man erzählet es auf zweyerley Weiſe. Duplex inde fama eſt; duplex inde de re prodita eſt memoria; variat fama. 3. *Rem omnem ex ordine narrabo*, ich werde die Sache nach der Ordnung her erzählen. Dicam, eloquar, aperiam, ſignificabo, exponam, explicabo rem omnem, ut geſta eſt. Scies, cognoſces, audies ex me, quæ facta ſunt. 4. *Rem eandem ſæpiſſime narrat*, er erzählet die Sache gar oft. Rei geſtæ narratione aures complet, implet, obtundit, rem eandem ſæpe auribus inculcat. *Uſus.* Plurima de tuis narrantem multa voluptate audivi.

Narthecium, ii, n. Arzneybüchſe, Würzlade. *Syn.* Myrothecium. *Uſus.* Medicamenta illa tanquam de narthecio promebat.

Naſcor, eris, natus ſum, naſci. gebohren werden. *Syn.* Orior, in vitam venio, introeo, ingredior, ortum habeo, in lucem edor, ſuscipior; primam lucem aſpicio, lucem accipio, alicujus fatu edor, procedo, vitæ lumen adeo, in lucem prodeo.)(*Morior Adv.* De integro, improviſo, ſimiliter. *Uſus.* Suapte ſponte naſci. Peſtis homini ab homine naſcitur. *V. Orior.*

Naſſa, æ, f. Fiſcherreuße. *Syn.* Vas vimineum ad capiendos piſces. *Uſus.* Ex hac naſſa exire cupio, non ad fugam, ſed in ſpem mortis melioris.

Naſturtium, ii, n. Kreſſe. R. *a* naſi tormento, *ex acri ejus odore. Uſus. Transl.* Naſturtium ſermonis.

Naſus, i, m. die Naſe *Uſus.* Naſus ita locatus, ut quaſi murus oculis interjectus videatur. Naſo ſuſpendere aliquem, einem eine Naſe drehen. *Illudere aliquem.*

Naſutulus, a, um. naſeweis. *Uſus* Uxor dicacula & naſutula.

Naſutus, a, um. naſeweis, großnaſig. *Uſus.* Homo naſutus, ein überklüger Menſch.

Natalis, is, m. Geburtstag. *Uſus.* Agere diem natalem. Scripſi hæc natali meo.

Natalis, e. zur Geburt gehörig. *Uſus.* Natale ſolum *Patria.* Natalis dies.

Natalitia, orum, n. Geburtsfeſt. *Uſus.* Natalitia dare, celebrare.

Natalitius, a, um. zur Geburt gehörig. *Syn.* Ad natalem diem pertinens. *Uſus.* Natalitia ſidera omnia. Natalitia in hortis dedi.

Natatio, onis, f. das Schwimmen.

Natio, onis, f. Geſchlecht, Nation. *Syn.* Gens. *Epi.* Eruditiſſima, leviſſima, magna, officioſiſſima, religioſa, tota, acerrimæ, bellicoſiſſimæ, cæteræ, communes, deditæ ſcientiis, exteræ, externæ, conquaſſatæ, immanes, inimiciſſimæ, miſeræ, multæ, ſociæ, ultimæ. *Uſus.* 1. Cæſar natione Romanus. Erudita Græcorum natio. 2. *Ordo*, Schaar, Geſchlecht. Tota natio candidatorum. Natio optimatum.

Nativitas Domini, Geburtstag Chriſti. *Phraſ.* Auguſtiſſimus, & omnium, qui poſt homines natos illuxerunt orbi, fauſtiſſimus dies, quo rerum univerſarum opifex, DEUS, humanis indutus artubus, ex Matre Virgine natus eſt. Ortus natalis Chriſti Servatoris noſtri.

Nativus, a, um. natürlich. *Uſus.* Hujus gentis domeſticus & nativus ſenſus eſt. Malum nativum. Verba nativa ſimplicia, *quaſi ſponte nata.*

Nato, as, avi, atum, are, ſchwimmen. *Syn.* Trano. *Phraſ.* 1. *Trans flumen natavit*, er iſt über den Fluß geſchwommen. Flumen natando trajecit; in adverſum littus natatione evaſit; flumen tranavit; incubans cortici nando in littus evaſit; ſecundo primum flumine delatus, brevi poſt trajectu, utribus innatans in tutum pervenit; inflati utres eum transvexere; ſubivit aquam, & fluctu diverberando in littus enatavit; utribus incubans in adverſum littus deferebatur. 2. *Sub aqua natavit ad urbem*, er iſt unter dem Waſſer bis zur Stadt geſchwommen. Aquam ſubivit & occulto lapſu ad urbem uſque pene-

tra-

Digitized by Google

travit. *Usus.* Natabant pavimenta vino.

Natrix, icis, f. Waſſerſchlange. *Serpentis genus.*

Natu, der Geburt nach. *Syn.* Ætate. *Usus.* Grandis natu matrona. Natu major, minor. Natu maximus, minimus, *ſtirpis maximus &c.*

Natura, æ, f. Natur. *Syn.* Communis hominum parens, DEUS ipſe; provida, ſolersque mater rerum omnium; vis ingenita, causa intima in rebus univerſis; mundi moles, rerum univerſitas; *item*: ingenium, indoles, conditio, ſtatus *Epi.* Paullo acrior, admirabilis, anguſta, animalis antiqua, apta, aſpera, beata, mortalis, ſempiterna, blanda, cœleſtis, communis, commutabilis, conſervatrix, congrua, continuata, depravata, deterrima, eximia, expers rationis, fera immanis, fervida, generata, humida, idonea, ignea, ignota, imbecilla, importuna, impuriſſima, inanima, infenſa, intelligens, ſapiens, invicta, locupletior, quaſi lena ſui, mira, mitis, clemens, mortalis, multiplex, firmior, obſcura, præſtans, parens, patibilis, perfecta, perpetua, plenior, præpotens, prolixa, benefica, propria, provida, ſolers, pulcherrima, recta, ſimplex, ſingularis, ſocors, ſpirabilis, ſuperior, tacita, terrena, triſtis, recondita, vana, varia, vitioſa, univerſa. Diſſimiles, divinæ, multæ, optimæ. *Phraſ.* 1. *Natura parum in te benigna fuit*, die Natur iſt gegen dich nicht allerdings freygebig geweſen. Naturam expertus es parum liberalem; ſatis anguſte natura te ſuis copiis inſtruxit; ſuis te bonis abundare natura noluit; natura ſic tecum egit, ut noverca potius, quam mater fuiſſe videatur; non optime de te merita eſt natura; non multum naturæ debes. Non eſt, cur naturæ gratias agas. Poſſum in te quidvis potius, quam naturæ ſubſidia laudare. Naturæ bona, quibus abundant alii, in te deſiderantur, requiruntur, non agnoſcuntur. Inops es a naturæ bonis; deſunt ea, quæ natura alioquin, impertit, largitur præſidia. 2. *Neſcio, quam nunc naturam ſibi aſſumat, vulg.* ich weiß nicht, was er itzt für eine Art annehme. Neſcio, quod novum induat hunc ingenium; in quos mores abeat; in quos mores ſe formet; quæ inſtituta ſequatur. V. *Degenero.* 3. *Naturam nactus eſt bonam*, er hat ein gutes Naturel. Naturæ bonitas in eo eximia, præclara indoles, humanitas ſingularis; naturam nactus eſt eximiam atque illuſtrem; naturam ſautricem habuit in tribuendis animi virtutibus; naturæ habitus in eo ſingularis, ac prope divinus; animus illi e natura bene informatus; animi ingenium magnarum rerum capax & appetens; iis bonis, quæ natura data ſunt, naturæ donis, naturæ muneribus, animi dotibus ita ornatus, quidvis ut conſequi natura duce poſſe videatur. 4. *Natura tetrica eſt*, er iſt von Natur unfreundlich. Ea eſt aſperitate naturæ, tam acerba indole ac intractata, nihil ut fingi difficilius ac morofius poſſit; triſti eſt ingenio ac illepido; aſper moribus ac natura, quæ conſuetudinem reddit difficilem. 5. *Natura mea talis eſt, vulg.* es iſt meine Natur ſo. Ita natura fert mea; in hos mores me natura finxit; ingenio hoc ſum ac indole; ita natura factus ſum; ſic homo ſum. *Usus.* 1. Ad majora nos genuit natura. Natura eſt, quæ mundum omnem continet ac tuetur. 2. *Vis ingenita, & poteſtas rerum*, die angebohrne Kraft der Dinge. Natura ipſa nos admonet. Ita natura comparatum. Naturæ ſpeculator. 3. *Rerum univerſitas, mundus*, die ganze Welt. Naturæ fabrica incredibilis. In rerum natura quærenda ſunt, quæ materia, quæ forma. 4. *Eſſentia; vulg.* das Weſen. Cujus rei ea vis eſt, ea natura. Vis & natura juſtitiæ. 5. *Ingenium, mores*, Art, Sitten. Victoria natura inſolens. Natura in [illegible] oris, ut in ſpectaculis, cernitur. Homo optima, triſti, recondita natura. Naturæ aſperitas. Ad [illegible] mia quoque ars acce[illegible] *cium, ratio naturalis*, [illegible] Vernunftlicht. Natura [illegible] errari non poteſt. 7. *Temperatio, habitudo*, Beſchaffenheit. Corporis natura in ægroto cognoſcenda eſt. 8. *Ortus, origo, principium*, [illegible] *inſtitutum.* Non natura [illegible] to quodam id ſit. [illegible] factus, ut &c. Hæc vita a natura habet. 9. *Status, conditio, curſus.*

Stand,

Stand, Beſchaffenheit. Ea erat natura temporum illorum, is curſus &c.

Naturalis, e. natürlich. *Syn.* Nativus, innatus, inſitus, a natura profectus, *vel* ortus: ſecundum naturam, naturæ congruens, quod a natura eſt, quod homini naturaliter inſitum eſt. ✗ *Fucatus, artificioſus.* *Adv.* Maxime, *Uſus.* Naturalis non fucatus nitor. Milvio naturale bellum eſt cum corvo. Quæſtiones, res naturales, *phyſicae.*

Naturaliter, natürlich, von Natur. *Syn.* a natura, ſecundum naturam, natura, ipſius naturæ habitu. *Uſus.* Quod homini naturaliter inſitum eſt, eo uti decet.

Natus, i, m, Sohn, Kind. *Syn.* Filius. ✗ *Parens, procreator.* *Uſus.* Naturaliter a procreatoribus nati diliguntur. *Vox alioquin Poëtis frequentius in uſu, quam oratoribus.*

Natus, a, um. gebohren, erzeugt. *Syn.* Ortus, editus, procreatus, progenitus, prognatus, alicujus ſatu, *vel* partu editus, in lucem editus. *Adv.* Fortuito, neceſſarie, optime, ex improviſo. *Uſus.* Honeſto, amplo, obſcuro loco natus; patricio ſanguine natus. Scipio ad excidium Carthaginis natus, aptus, factus; aptus, natus ad omnem eloquentiam. Quidam ita habiles, ut non nati, ſed ab aliquo Deo facti videantur. Natus ſervituti, abdomini.

Navale, is, n. Arſenal, Schiffſtelle. *Syn.* Armamentarium, locus, in quo naves ac opera navalia fiunt & ſervantur. *Uſus.* Muri, portus, navalia.

Navalis, e. zum Schiffe gehörig. *Uſus.* Pugna, diſciplina navalis, bellum navale.

Navarchus, i, m. Schiffherr. *Syn.* Gubernator & magiſter navis, navicularius.

Nauci, nichts werth. *Syn.* Juglandis putamen, res nihili. *Uſus.* Nauci facio, nauci habeo.

Naufragium, ii, n. Schiffbruch. *Syn.* Jactura, quæ fit nave fracta. *Epi.* Aetatis maxima, miſſa, extrema. *Phraſ.* Naufragium paſſus eſt, er hat Schiffbruch gelitten. Navem fregit; naufragium fecit; naufragio interiit; fractæ navis & fortunarum jacturam fecit; naufragio periit; navis onere ſuo plane capta atque depreſſa eſt. Navis expulſa atque ejecta fluctu, fracta eſt, eliſa eſt; navis hauſta mari eſt; confracta illi navis eſt; navis procellis diu quaſſata, poſtremo demerſa eſt; navis jactata ventis, tempeſtatibus vexata, poſtremo fluctibus ceſſit. *Uſus.* 1. Naufragium facere. Naufragium reficere, colligere. Naufragio projici, expelli. 2. *Transl. Calamitas,* Mühſeligkeit. In naufragio reipublicæ, fortunarum, rerum, rei familiaris, patrimonii. Hæc una e naufragio tabula mihi ſupereſt. Tot clariſſimorum regum, ducumque naufragia conſidera. V. *Navis.*

Naufragus, a, um. ſchiffbrüchig. *Syn.* Naufragio ejectus, mari hauſtus, qui naufragium facit. *Epi.* Naranus, ſapiens. *Uſus.* Corpora, ſaxa naufraga.

Navicula, æ, f. Schifflein. *Syn.* Parva navis, lembus, navigiolum.

Navicularia, æ, f. Schifferkunſt. *Syn.* Ars nautica. *Uſus.* Naviculariam facere.

Navicularius, ii, m. Schiffmann. *Syn.* Naviculator, navarchus, navis gubernator.

Naviculator, oris, m. Schiffmann. *Syn.* Navicularius.

Navigabilis, e, ſchiffreich. *Uſus.* Flumen navigabile.

Navigatio, onis, f. Schiffahrt. *Syn.* Navigationis curſus, curſus navalis. *Epi.* Bona, hiberna, odioſa, longa, hiemalis, portuoſa, perdifficilis, vehementior. *Uſus.* Tandem e diutina navigatione in portum veni.

Navigium, ii, n. Schiff. *Syn.* Navis. *Uſus.* Proficiſci probo navigio, bono gubernatore, ac tranquillitate. V. *Navis.*

Navigo, as, avi, atum, are. ſchiffen. *Syn.* Navi, in navi vehor, naves ago. *Adv.* Belliſſime, bene, caute, commode, conſiderate, diligenter, expeditius, explorate, feliciter, incommode, omnino, periculoſe, proſpere, quam cautiſſime, recte, ſtrenue, tarde, tardius, temere, tuto, ultro citroque. *Phraſ.* 1. *Tempus eſt navigandi,* es iſt Zeit, zu Schiffe zu gehen. Non ſolum nauta ſignificat, ſed etiam favonius ipſe inſurrat, navigandi tempus eſſe. Anni tempus navigabile jam præbet mare; nacti idoneum tempus & ventum, e portu exeamus. 2. *Vix navigavimus ex portu,* kaum ſind wir aus dem Haven abgeſchiffet. Vix

Digitized by Google

navim solvimus; vix oras, resolvimus, anchoras præcidimus, vellimus; vix conscendimus; vix anchoras præcidimus; vix e portu exivimus; vix è conspectu terræ ablati sumus; vix malum ereximus, vela pandimus; vix navi profecti sumus; vix in altum vela dedimus; vix in altum provecta navis; vix anchoras sustulimus; a terra solvimus, vento nos dedimus. 3. *In Græciam navigat*, er schiffet nach Griechenland. In Græciam transmittit; in Græciam flectit; in Græciam cursum dirigit; in Græciam transportatur, cursum tenet, navibus proficiscitur, trajicit; in Græciam transvehitur, vela dat, vela facit. 4. *Ex Austria in Hungariam navigavit*, er ist aus Oesterreich in Ungarn geschiffet. Secundo Danubio descendit, defluxit in Hungariam; secundo flumine in Hungariam delatus est; secundo flumine bellissime in Hungariam decurrit. 5. *Cum prope Africæ littora navigarem*, da ich nebst der Küste von Africa vorbey schiffete. Cum oram Africæ legerem; navi prætervehorem; Africæ littus raderem; cum præter Africæ littus velis ferrer; cum Africæ littus prætervehorer. 6. *Genuam navigavi*, ich bin nach Genua gesegelt. Ad Genuam navibus accessi; in portum Genuensem descensionem feci; excensionem feci; navim adverti Genuensem in portum; navim appuli; navi appulsus sum Genuensem ad portum. V. *Appello*.

Navis, is, f. Schiff. R. *a* ναῦς. *Syn.* Navigium. *Epi.* Bona, constrata, magna, idonea, insanis, instructa, ornata, longa, maxima, oneraria, onusta, optima, parva, plena, postrema, pulcherrima, referta, rasa, rostrata, sava, tuta ac fidelis. *Usus.* Navim ædificare, comparare, instruere, fabricare, ornare, bauen, ausrüsten. Navim conscendere; in navem ascendere, se collocare, zu Schiffe gehen. Navem ex portu educere, abfegeln. Navem subducere, auf das Land bringen. Navim ad littus appellere, anländen. E navi egredi, desilire, se projicere, aus dem Schiffe springen. Navem frangere, in ipso portu evertere, ex maximis turbinibus ereptam in portu amittere, scheitern, Schiffbruch leiden. Navis tormentis hostilibus depressa interiit, ist durch die geschossen worden. Navis in vadum illisa est, ist gestrandet. Naves in vadis affiguntur, eliduntur, werden beschädiget. Navim reficere laceratam, colligere de integro, & ornare, ausbessern. Naves firmare, & anchoris infrenare, ankern. Naves in anchoris exspectant, commorantur, vor Anker liegen.

Navitas, tis, f. Fleiß, Emsigkeit. *Syn.* Industria, opera. *V. Ignavia. Usus.* Navitas tua & animus in rempublicam est admirationi. *V. Diligentia.*

Navitèr, fleißig, emsig. *Syn.* Strenue. *Usus.* Naviter dicere, pugnare. *V. Diligenter.*

Navo, as, avi, atum, are. etwirken, thun werden. *Syn.* Præsto, exhibeo. *Usus.* Operam alicui, & studium navare. Suffragia alicui, benevolentiamque navare. Navare atque venditare suam operam alicui.

Nausea, æ, f. Ekel, *Syn.* Stomachi fastidium. *Usus.* Navigavimus sine timore & nausea. Ne nauseæ molestiam susciperes æger.

Nauseo, as, avi, atum, are. ekeln. *Syn.* Stomachi fastidio laboro, abhorreo. *Phras. Nauseo pisces*, ich habe einen Ekel vor den Fischen. Fastidio sunt pisces; fastidium stomacho movent, generant pisces; nauseam movent, afferunt, generant pisces. *Usus.* Sudat, pallet, quidlibet, modo ne nauseet, faciat.

Nauta, æ, *vel* Navita, æ, m. Schiffmann. *Syn.* Naviculator, naviculârius, remex. *Epi.* Inviti, timidi. *Usus.* Nautarum alii malos scindunt, alii sentinam exhauriunt, gubernator clavum tenens ad puppim sedet quietus.

Nauticus, a, um. schifferisch. *Usus.* Nauticarum rerum scientia. Nautica impedire ministeria.

Navus, a, um. emsig, fleißig. *Syn.* Strenuus, impiger, industrius. *V. Ignavus. V. Diligens.*

Ne, damit nicht *Syn.* Ut ne, quo ne, neque. *Usus.* 1. Quidvis age, dum ne abieris. 2. *Non*, nicht. Illud ne quis admiretur. 3. *Neque*, weder. Ne istius quidem laudis sum cupidus. Nullas a te litteras habeo, ne famam quidem. 4. *An*, *utrum*, ob Humine, an sublime putrescat, nihil interest.

Ne-

Nebula, æ, f. Nebel. *Usus.* Quasi per nebulam aliquid videre. Depulsa nebula diem aperuit.

Nebulo, onis, m. Lotterbube, Böswicht. *Syn.* Nugator, nequam, qui mendaciis & dolis nebulas offundit, & tenebras. *Epi.* Certior, magnus. *Usus.* Hærebat nebulo, quo se verteret, non habebat. V. *Nequam*, *malus*.

Nebulosus, a, um. neblicht. *Syn.* Caliginosus. *Phras.* *Nebulosum erat*, es war neblicht. Humidi montes effundebant caliginem, quæ universam rei faciem, quæ prospectum oculorum auferebat; quæ liberum oculorum prospectum prohibebat. Nebulosum erat cœlum, & caliginosum; nebula erat ad multum diei, densa adeo, ut lucis usum eriperet, non prospectu modo extra vallum adempto, sed propinquo etiam congredientium inter se conspectu; orta ex lacu nebula campo quam montibus densior sederat; prima luce densa nebula saltum omnem camposque circa intexuit. *Usus.* Caliginosum, nebulosum cœlum.

Nec, und nicht, weder, noch. *Syn.* Non, neque. *Usus.* Nec bona, nec mala.

Necdum, und noch nicht. *Syn.* Nondum.

Necessarie, *vel* Necessario, nothwendig. *Syn.* Necessitate, ex necessitate, necessariis & maximis de causis.

Necessarius, ii, m. Befreundter. *Syn.* Conjunctus, intimus, familiaris, necessitudine conjunctus, aliquem necessitudine attingens. *Epi.* Cari, honesti, paterni, communis conjunctus, inferior. *Usus.* Inter necessarios mihi conjunctissimus. Eos necessarios habere oportet, quos ineunte ætate dileximus. Necessarius & propinquus meus. V. *Familiaris*.

Necessarius, a, um. nothwendig. *Syn.* Opus, [illegible]lis.)(*Voluntarius.* *Adv.* Æquo, maxime, eo magis, vehementissime, summe. *Usus.* Necessarium est, quod imperatur; voluntarium, quod permittitur. Leges fatales & necessariæ. Necessaria consecutio. V. *Necessitas*.

Necesse, nothwendig. *Syn.* Necessum, necessarium, opus. *Adv.* Plane quodammodo, valde. *Phras.* *Necesse erat id facere*, dieses zu thun war nothwendig. Casus erat fatalis & necessarius; imposita mihi fuit necessitas id agendi; parendum erat necessitati; serviendum erat necessitati; necessitas me ad ea detrusit; ista experiri necessitas subigebat; coactus rerum necessitudine id suscepi; necessitudo, quæ timidos etiam fortes reddit, eo me adegit; necessitate adductus; compulsus id egi. Necessitas, ultimum ac maximum telum huc me adegit; ultima necessitas, id ut facerem, admonuit, expressit; invitus hoc feci, & necessitate pressus, adstrictus, coactus. Id factum, quod sic tempus & necessitas flagitaret, quod sic usus posceret, quod sic ratio postularet; consilium necessitas subjecit. Id facere necesse habui. *Usus.* Comitas omnibus necesse est. Necesse non habui scribere. Necesse puto. V. *Opus*; *decet*, *necessitas*.

Necessitas, tis, f. Nothwendigkeit. *Syn.* Necessitudo fatum, vis. *Epi.* Crudelis, divina, fatalis, honesta, magna, multa, nimia, nova, probabilis, summa, tanta. *Usus.* 1. Necessitatem alicui imponere, afferre. Necessitate pressus. Ea mihi necessitas obvenit. Necessitati parere, servire. Necessitatem effugere. In rationem versa necessitas, man hat aus der Noth eine Tugend gemacht. 2. *Vinculum conjunctioque amoris*, Verbindung. Necessitatem amicitiamque violare. V. *Necesse*.

Necessitudo inis f. Sippschaft, Freundschaft, Nothwendigkeit. *Syn* Familiaritas, amicitia intima, consuetudo, conjunctio, necessitas. *Epi.* Absoluta, certissima, communis, conjuncta, fraterna, justa, levissima, magna, paterna, privata, recens, sanctior, simplex, singularis, summa, tanta, vetus, magna, nova; simplices & absolutæ. *Phras.* *Necessitudinem cum aliquo facere*, vertrauliche Freundschaft mit einem machen. Conjungere necessitudinem cum aliquo; ad suam necessitudinem adjungere aliquem; cum aliquo necessitudinem constituere; aliquem in necessitudinem recipere. V. *Amicitia*. *Usus.* 1. Quos natura *aut* voluntas necessitudine, *aut* benevolentia conjunxit. Vetus mihi cum illo necessitudo intercessit. Necessitudinem cum aliquo habere; colere, conservare necessitudinem. Necessi-

ceſſitudine me attingit, er iſt mir befreundet. 2. *Neceſſitas*, Nothwendigkeit. Neceſſitudo eſt, cui vi nulla obſiſti poteſt. In neceſſitudinem cauſam conferre, ſich mit der Nothwendigkeit entſchuldigen.

Nec ne, oder nicht. *Syn.* An non. *Uſus.* Sit miſſum, nec ne, neſcio.

Neco as, avi, atum, are. umbringen. *Syn.* Necem affero, occido, interficio. *Adv.* Manifeſto, ſecte, acerbe, crudeliſſime. *Uſus.* Fame, verberibus aliquem necare. V. *Interficio*, *occido*.

Nectar, aris, n. Göttertrank. *Syn.* Deorum immortalium potus.

Necto, is, nexui, nexum, ere. flechten, knüpfen. *Syn.* Connecto, colligo. *Uſus.* Videtis, quanta ſit rerum ſeries, ut alia ex aliis nectantur.

Nedum, zu geſchweigen, nicht allein, noch viel weniger. *Syn.* Non modo, ne dicam, ut ne addam. *Uſus.* Optimis temporibus non potuere, nedum iſtis miſeris.

Nefandus, a, um. unſäglich. *Syn.* Nefarius, deteſtabilis.

Nefarie, läſterlich, ſchändlich. *Syn.* Turpiter, ſcelerate. *Uſus.* Nefarie, libidinoſe, crudeliter egit.

Nefarius, a, um. laſterhaft. *Syn.* Sceleratus, conſceleatus, ſceleſtus, impius. *Adv.* Maxime. *Uſus.* Scelus nefarium facere. V. *Sceleratus*.

Nefas, Schande, Ungebühr. *Syn.* Scelus deteſtandum, non fas.)(*Licet*. *Uſus.* Nefas dictu. Ajebat, id ſibi nefas eſſe. Tu nihil mihi nefas cenſes.

Nefaſtus, a, um. unziemlich. *Syn.* Nefarius, impius, infelix. *Uſus.* Quæ augur injuſta, nefaſta, dura, vitioſa dixerit, irrita infectaque ſunto.

Negantia, æ, f. Verneinung. *Vox technica*. *Uſus.* Deinde addunt conjunctionum negantiam ſic: non, ſi hoc eſt, & illud; hoc autem non, igitur illud.

Negatio, onis, f. Verneinung, Verläugnung. *Syn.* Inficiatio. *Uſus.* Negatio & inficiatio facti.

Neglectio, onis, f. Verſäumung, Vernachläßigung. *Syn.* Neglectus.)(*Curatio*.

Neglectus, us, m. Verachtung, Vernachläßigung. *Syn.* Neglectio. *Uſus.* Rem neglectui habere. V. *Negligo*.

Negligens, tis, *g. o.* nachläßig. *Syn.* Socors, indormiens, diſſolutus.)(*Sedulus*, *diligens*. *Phraſ.* *Negligens eſt in rebus ſuis*, er iſt gar nachläßig in ſeinen Verrichtungen. Rebus ſuis plane indormit; ſegnis eſt ad imperata; dormitat in rebus ſuis; ſolute, indiligenter, oſcitanter agit omnia; cum maxima illum negotia circumſtent, ſedet & oſcitatur; ſegniter, otioſe, negligenter agit omnia Negligentia, inertia, pigritia eſt incredibili. V. *Negligo*. *Uſus.* Eum ſocors & negligens natura tardavit.

Negligenter, liederlich, nachläßig. *Syn.* Indiligenter, oſcitanter pro cæteris ſocordia.

Negligentia, æ, f. Nachläßigkeit. *Syn.* Indiligentia, pigritia, ſocordia, inertia, incuria.)(*Diligentia*. *Epi.* Agreſtis & inhumana, diligens, diſerta, non ingrata, mira, plena, ſumma, turpis. *Uſus.* Negligentia corrumpit animum. Fugere agreſtem & inhumanam negligentiam. Negligentiæ ſe dedere. Negligentia languere, obtorpeſcere. V. *Pigritia*.

Negligo, is, glexi, glectum, ere. verſäumen, vernachläßigen, hindanſetzen. *Syn.* Mitto, non curo, curare omitto, leviter fero, diſſimulandum puto, contemno.)(*Curo*. *Adv.* Omnino, maxime, neceſſe, plane, crudeliter. *Phraſ.* 1. *Litteras olim diligenter cultas nunc plane negligit*, er ſetzt nunmehr das Studium ganz hindan. Litteras jam ad ſe nihil pertinere arbitratur; non laborat jam de paranda doctrinæ fama, nec progreſſus ſui in litteris rationem ullam ducit; nulla illum de litteris cura jam tangit; obduruit plane ad litteras. Famam ingenii plane abjecit; ſoluto & quieto in tantis æmulantium ſtudiis agit animo; animo ad litterarum ſtudia eſt omiſſo; nihil de ſtudiis litterarum ſollicitus eſt. Litteras nil penſi habet. Jacet, refrixit ille diſcendi labor. Oblivio litterarum eum cepit; ſumma apud eum rei maximæ neceſſariæ incuria. Motam jam dudum remiſit induſtriam. 2. *Negligit officium ſuum*, er thut ſeinem Amte nicht nach. Ceſſat in officio; claudicat in officio; deeſt officio, occaſione, ſibi; cauſam ſuam ipſe prodit; cauſam ipſe ſuam damnat; abeſt illi cura, diligentia; remiſſo ac languido eſt animo in rebus ſuis; languidius verſatur in ope-

re.

Digitized by Google

re. 3. *Haec omnia sunt ab iis neglecta*, das iſt alles vernachläſſiget worden. Nihil obedienter curatum; id totum pro cætera ſocordia actum; dimiſſa maximarum rerum opportunitas; res tanta ex omnium cura eſt omiſſa. 4. *Negligant, per me licet, iſti commoda publica*, meinetwegen mögen ſie alles fahren laſſen, was zum gemeinen Beſten dienet. Neglectui, per me licet, ſint iſtis commoda publica; pedibus, per me licet, iſta trahantur; fiat jactura iſtorum omnium, & ſalutis communis oblivio capiat leviſſimorum hominum pectora. Diſſolvantur inſtituta omnia, quibus ſaluti publicæ cavetur; obterantur & conculcentur. Jaceant leges, inſtituta majorum obſoleſcant, frigeant bonorum civium ſtudia, langueant, ſeneſcant; ego iſta nec moveo, nec curo. Vilia habeantur, ſusque deque habeantur publica commoda, ego ne manum quidem verterim 5. *Adeone negligis ſiniſtram famam?* ſo achteſt du denn ſo wenig, was man übel von dir redet? Adeone parum abhorres ſiniſtram de te famam? adeone parvi facis? adeone parum penſi tibi eſt? nihil igitur penſi habes, nihil laboras; nihil ad te pertinere arbitraris, quis hominum de te ſermo ſit? adeone famam abjeciſti? adeo nec bonæ, nec ſiniſtræ famæ cura cogitatioque te tangit ulla? *Uſus.* Exempla majorum, leges, auctoritatem ſenatus, religiones, jura publica neglexiſti. V. *Piger.*

Nego, as, avi, atum, are. läugnen, abſchlagen, verneinen. *Syn.* Inficior, abnuo, denego, recuſo.)(*Affirmo, fateor, promitto, Adv.* Ad extremum, belle, jucunde, liquido, omnino, moleſtius, palam, plane, præciſe, prorſus, recte, valde, verius, uſquam, vulgo. *Phraſ.* 1. *Negat, ſe a te quidquam accepiſſe*, er verneinet es, daß er etwas von dir bekommen habe. Pernegat, ſe quidquam a te accepiſſe, inficias it, præciſe negat; plane ſine ulla excuſatione præcidit; pari animi vultusque conſtantia abnuit, tibi a ſe quidquam deberi. 2. *Negat ſibi omnes delicias*, er verſaget ſich ſelbſt alle Ergötzlichkeit. Genium ubique defraudat; deliciis ſe fraudat omnibus; ab innocentibus etiam deliciis manum abſtinet. 2. *Negat opem*, er verſaget ihm ſeine Hülfe. Spe auxilii rogantem fruſtratur. V. *Nolo.*

Negotialis, e. zum Geſchäffte gehörig. *Uſus.* Pars negotialis ea conſtitutione contenta.

Negotiatio, onis, f. Handlung, Kaufmannſchaft. *Syn.* Mercatura. *Epi.* Vetus.

Negotiator, oris, m. Handelsmann. *Syn.* Mercator. *Epi.* Germanus, obſcurus, improbus. V. *Mercator.*

Negotiolum, i, n. Geſchäfftlein. *Uſus.* Erit aliquid negotioli.

Negotior, aris, atus ſum, ari. handeln, Gewerb treiben. *Syn.* Negotium gero; mercaturam facio, exerceo. V. *Mercator.*

Negotioſus, a, um. geſchäfftig. *Syn.* Plenus negotiorum. *Uſus.* Provincia eſt moleſta & negotioſa.

Negotium, ii, n. Geſchäfft, Gewerb, Beſchwerniß. *Syn.* Res, munus, cura, labor, provincia, moleſtia. *Epi.* Audax, certum, jucundum, dignum, facetiſſimum, impudens, ineptum & græculum, fortunatum, lautum, lentum, luteum, odioſum, ſalubre & honeſtum, ſuſpicioſiſſimum, turbulentum, vulgare & notum, moleſtum & operoſum, invidioſum, plenum laboris & periculorum, aſſiduitate moleſtum, a dignitate alienum, expeditum, forenſe. *Phraſ.* 1. *Multa habeo negotia*, ich habe viele Geſchäffte über dem Halſe. Multa me circumſtant negotia; res mihi multæ tractandæ ſunt, & curandæ; maxima onera in republica ſuſtineo. Multis diſtineor laboribus; negotiorum mole obruor; procuratio quædam multis officiis implicatum me tenet, & conſtrictum; pluribus nunc curis ſum adſtrictus; res ſuſcepi plurimas & maximas; multis negotiis implicor; tument, ut cum maxime, negotia; occupatiſſimus ſum; multæ ad me quotidie maximarum rerum procurationes deferuntur; multis quotidie urgeor, impedior negotiis. 2. *An tibi negotium faceſſo?* bin ich dir denn überläſtig? An moleſtiam tibi exhibeo? An moleſtia te afficio? An tibi mecum res eſt? An tibi negotium præbeo, exhibeo? An

Wagner.

Digitized by Google

gravis auribus tuis, an fastidio sum? Num quæ tibi ægritudo a me objecta est? An negotii tibi aliquid a me feritur, conflatur? An alieno tempore incommodus obversor? Num sermonis insolentia aures tuæ offenduntur? V. *Molestus. Usus.* 1. Nullo negotio rem efficiam. Id non magni negotii est, das ist leicht. Negotium alicui mandare, imponere, dare, deferre; in negotium mittere; negotio aliquem præficere, præponere, ein Geschäfft auftragen. Negotium suscipere; negotium attingere, contrahere, auf sich nehmen. Negotium administrare, curare, tractare, agere, obire, gerere, sustinere, den Geschäfften nachgehen. Negotium expedire, explicare, conficere, transigere cum aliquo, ausführen, zu Ende bringen. Multis negotiis implicari, impediri, detineri, obrui, distineri, beladen seyn. E negotiis emergere, herauskommen. Negotio præesse, vorstehen. In negotio versari, beschäfftiget seyn. Negotia tueri, besorgen. Negotia fugere, se a negotiis removere, negotia deponere, fliehen, aufgeben. Negotium invertere, umkehren. Est mihi tecum aliquid negotii, ich habe mit dir etwas abzuhandeln. 2. *Molestia*, Beschwerniß. Negotium alicui facessere, præbere, exhibere, überlästig seyn. V. *Res, occupo.*

Nemo, inis, m. niemand. *Syn.* Nullus, nemo omnium, quis omnium?)(*Aliquis. Adv.* Omnino. *Usus.* 1. Nemo de Senatoribus affuit. Te amo, ut neminem. Magis te idoneum scio neminem. 2. *Ullus*, jemand. Contingit tibi, quod haud scio, an nemini.

Nemorosus, a, um: waldicht. *Usus.* Insula nemorosa.

Nemus, oris, n. Lustwald. *Usus.* Agros & nemora peragrare.

Nempe, nämlich. *Syn.* Scilicet, videlicet, nimirum, quippe, certe. *Usus.* Quibus autem hostibus? nempe, qui &c. Nempe igitur ea restant.

Neo, es, evi, etum, ere. nehen, spinnen. *Syn.* Fila duco, deduco, torqueo, pensum carpo, manus lanæ admoveo, lanam in fila attenuo.

Nepos, otis, m. Enkel. *Syn.* Qui ex filio *vel* filia natus; *item*; Prodigus. *Phras. Est in patrimonio nepos*, er ist ein rechter Verschwender seines Erbes. Gurges est atque helluo, natus abdomini suo. Patrimonium ejus profundæ libidines devorant. In vino ac luxu, in suo fœtore ac vino jacet; patria bona lacerat, abligurit; totos dies bibit, ludit, vomit. Totos dies in caupona delitescit, ad vesperum perpotat, pergræcatur, voluptati obsequitur. V. *Consumo, luxuria.*

Neptis, is, f. Enkelinn. *Syn.* Ex filio *vel* filia nata.

Neptunus, i, m. Meergott. *Syn.* Maris Deus.

Nequam, g. o. Schalk, Lotterbube, Bösewicht. *Syn.* Homo nihili, improbus, impurus.)(*frugi. Phras. Homo nequam & improbus*, ein schelmischer und boshafter Mensch. Bipedum nequissimus, quo inertior nemo, nemo ignavior proferri potest. Nemo est unquam inventus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modo honestate, sed etiam simulatione honestatis remotus, relictus. Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta est vitæ ejus? Nequissimus omnium qui sunt, quique unquam fuere, mortalium. Officina nequitiæ, diversorium omnium flagitiorum. V. *Malus, nequitia, improbus.*

Nequaquam, keinesweges, gar nicht, mit nichten. *Syn.* Nullo pacto, nulla ex parte, minime, haudquaquam, neutiquam, minime gentium, minime vero, fabulæ. *Usus.* Illud nequaquam præterire possum, quod &c.

Neque, weder, noch. *Syn.* Nec. *Usus.* Neque tunc peccavi, neque modo.

Nequeo, is, ivi, itum, ire. nicht können. *Syn.* Non queo, non possum, non habeo, quemadmodum & integrum nihil non est. *Usus* Illud præterire nequeo. V. *Possum.*

Nequidquam, vergeblich umsonst. *Syn.* Frustra. *Usus.* Ea res mihi nequidquam angorem attulit.

Nequiter, boshafter Weise. *Usus.* Ille prave, turpiter, nequiter egit.

Nequitia, æ, f. Schalkheit, Schelmerey, Bosheit. *Syn.* Flagitium, malitia, inertia.)(*frugalitas. Epi.* Insignis, perdita, singularis, summa, victrix. *Usus.* Homo singulari nequitia præditus. Summa nequi-

Digitized by Google

quitia &, libidinum infamia. Officina nequitiæ. V. *Malus*, *nequam*, *improbus*.

Nervose, kräftig, nachdrücklich. *Syn.* Enixe, fortiter, valide, firmiter. *Usus.* Nervose disserere.

Nervosus, a, um. kräftig. *Syn.* Fortis, robustus.)(*dissolutus*. *Usus.* Quis Aristotele nervosior?

Nervus, i, m. Spannader, Sehne, Nerve. *Syn.* Torus, vis, vires, robur. *Spr.* Forenses, honesti *Usus.* 1. Nervi in omne corpus ducuntur. Nervorum implicatio toto corpore pertinens. 2. *Nervi musici*, Saiten. Nervi fidium ita sonant, ut a digitis sunt pulsi. 3. *Virtus*, *vis*, *robur*, *Transl.* Kräfte. Quantum in tuo animo roboris est, & nervorum! Contendere, intendere, adhibere nervos omnes in re aliqua, alle Kräfte anspannen. Incidere nervos virtutis reipublicæ, alle Kräfte benehmen. Pecunia belli nervus. Pecunia nervus rerum, die Seele vom Handel und Wandel.

Nescio, is, ivi, itum, ire. nicht wissen. *Syn.* Ignoro, sum ignarus infcius. sum & rudis, id scientiam meam fugit, id latet me, juxta cum ignarissimis ignoro. *Prov.* 1. *Quis vero id nescit?* wer wüß es nicht? Quis in ea re adeo hospes? cujus aures ita peregrinantur? quis omnium tam est ignarus, tam rudis in Republ. tam nihil de se cogitans? quem præterit, fugit? quem id fallere potest? Quis in sua patria tam peregrinus est, & advena ut rem adeo vulgatam ignoret? Quis in tanta ignoratione rerum omnium versatur? Quis tanta laborat insciencia, cui id incompertum esse possit? 2. *Quid agam nescio?* ich weiß nicht, was ich zu thun habe? Hæret aqua; nondum habeo exploratam, aut explicatam rationem consilii mei; res necdum est ad liquidum ratione perducta; sententia mihi necdum stare potuit; incertum mihi est, quid fieri conveniat. 3. *Nesciente me factum est*, dieses ist ohne mein Wissen geschehen. Me ignaro, nec opinante; me inscio; imprudente me; insciente me, me inconsulto factum est. V. *Ignoro*. *Usus.* Nemo in eo, quod nescit, desertus esse potest. Homo nescio quis. Nescio quid timere videtur.

Nescius, a, um. unwissend. *Syn.* Inscius. *Usus.* Non eram nescius quantum is &c. ich wußte es wohl. V. *Ignarus*.

Neuter, ra, rum, keiner aus beyden, keinem Theile zugethan. *Syn.* Indifferens, nullarum partium, qui in neutram partem movetur, medius, neutrius factionis, partis; qui medium quendam cursum tenet; qui ancipitem se & medium gerit; qui nihil magnopere ad ullam partem inclinatur, qui ex suscipiti temporum mutatione pendet, a studio partium alienus. *Neutralis*, *vulg.*)(*Alter*, *uterque*. *Usus.* In neutram partem commoveri. Neuter vestrum mihi carior est. Neuter anguis, *nec mas*, *nec femina*.

Neutiquam, mit nichten, gar nicht. *Syn.* Nequaquam.

Neutro, auf keinen Theil, oder Seite. *Syn.* In neutram partem. *Usus.* Tempus teritur neutro inclinata spe.

Nex, ecis, f. gewaltthätiger Tod. *Syn.* Mors violenta. *Usus.* Necem sibi consciscere, sich selbst ermorden. Necem alteri afferre. V. *Mors*, *interficio*, *occido*.

Nexum, i, n. *vel* Nexus, us, m. Band, Zusammenhang. *Syn.* Obligatio quædam civilis. *Usus.* Nexorum & mancipiorum multa sunt jura. Nexu obligari alicui. Nexum inire, *se et corpore*, *& bonis devincire creditori*, sich mit allem, was man ist, und was man hat, verbindlich machen. Nexu solutus *post dissolutum aes alienum*, nachdem die Schuld bezahlet worden.

Ni, wo nicht, wenn nicht. *Syn.* Nisi, *Usus.* Mirum, ni domi est.

Nidor, oris, m. Geruch von etwas, *Syn.* Odor rerum præsertim assarum. *Usus.* In illo nidore ganearum tuarum.

Nidus, i, m. Nest. *Usus* Aves cubilia, nidosque fingunt, construunt, eosque quam possunt, mollissime substernunt. Nidos ponere, texere.

Niger, ra, rum. schwarz. *Syn.* Ater, atratus, fuscus.)(*albus*. Quæ alba sunt, nigra dicere.

Nigror, oris, m. Schwärze. *nigredo*, *vulg.* *Usus.* Noctis excæcat nigror.

Digitized by Google

Nihil, nichts. *Syn.* Nihilum, nequidquam, non quidquam, nihil quidquam. nulla pars, ne pilus quidem. *Phraſ.* 1. *Nihil penitus reliquit*, er hat nichts übergelaſſen. Ne veſtigium quidem rei eſt reliquum; tegulam in urbe nullam reliquit; ne minimam quidem rem fecit reliquam; nec argenti ſcrupulum, nec umbram quidem; non modo granum nullum, ſed ne paleam quidem, non glebam ulli reliquit; ne imago quidem veteris opulentiæ nobis relicta eſt; nihilo minus habemus ex tantis opibus. 2. *Nihil de virtute habet*, er hat gar nichts tugendhaftes an ſich. Virtutem ne de facie quidem noſcit; ne pilum quidem viri boni habet; ne umbram quidem honeſti unquam vidit; priſtinæ virtutis ne veſtigium quidem ullum ſupereſt. *Uſus.* Nihil poteſt fieri nec commodius, nec melius, Nihil tibi obligor. Illa noſte nihil aliud, præterquam vigilatum eſt. Nihil ad Perſium Lælius, er iſt mit dem andern nicht zu vergleichen. Hoſtes nihil aliud, quam abeunt. Hominem nihil amplius, quam urbe ſubmovit. Tene ego defraudem, cui ipſi nihil eſt in manu, ſelbſt nichts haben.

Nihildum, noch nichts. *Syn.* Nihil adhuc, non adhuc, nondum quidquam.

Nihilominus, nihilo minus. nichts deſtoweniger. *Syn.* Nihilo ſecius.

Nihilum, i, n. nichts. R. *ex* ne & hilum. *Phraſ.* *Omnia in nihilum interibunt*, es wird alles zu Grunde gehen, gänzlich vernichtet werden. Omnia in nihilum occident; recident; ad nihilum venient; in nihilum redigentur. *Uſus.* Ex nihilo orta ſunt omnia; nihilo majori in diſcrimine es, ac ego. Nihilo magis, quam tu, certus ſum. Pro nihilo ducere hominem. Nihili facere, pendere. Homo nihili.

Nil, nichts. *Syn.* Nihil.

Nimboſus, a, um. regneriſch. *Uſus.* Ventus, fidus nimboſum.

Nimbus, i, m. Platzregen. *Syn.* Imber, pluvia. *Uſus.* Nimbi, nives, grandines. V. *Imber.*

Nimirum, nämlich. *Syn.* Nempe, ſcilicet, videlicet. *Uſus.* Hoc nimirum eſt illud &c.

Nimiopere, gar ſehr. *Syn.* Maximopere. *Uſus.* Nimiopere ædificia me delectant.

Nimis, zu viel. *Uſus.* Nimio plus tediligo.

Nimis, *vel* nimium. zu viel, überflüſſig. *Syn.* Immoderate, extra modum, præter modum, ultra, quam ſatis eſt, ultra juſtum, plus æquo, nimiopere, nimio plus.)(*Parum.* *Phraſ.* 1. *Nimis in dicendo longus es*, du biſt gar zu weits läuftig im Reden. Nimius es in dicendo; præter modum profuſus es in dicendo; nimis progrederis in dicendo; ſatietate enecas audientes; eſt quædam in te dicendi exuberantia; immoderatione verborum efferris; immoderata, immenſa, infinita eſt tua oratio; modum excedis, egrederis in dicendo; profuſum dicendi genus ſequeris; abuteris patientia auditorum; ſtili luxuriem depaſcas, nimia reſeces, oportet. 2. *Potentia nimis magna*, eine gar zu große Macht. Magnitudine jam laborat ſua; vires prapotentis populi ſeſe ipſæ conficiunt. *Uſus.* Magis offendit nimium, quam parum. Sed hæc nimis requiro. Ne quid nimis. *Prov.* Nimis infidiarum. Nimis valde.

Nimius, a, um. gar zu viel, überflüſſig. *Syn.* Immoderatus, immodicus, intemperans, plus æquo, nimio plus, nimis magnus &c.)(*Modicus.* *Uſus.* Nullam ego in re tanta diligentiam nimiam puto. Nimius animi, imperii. Nimio plus mobilia ingenia. Nimius in decernendis præmijs, & tanquam prodigus. V. *Nimis.*

Ningo, is, ninxi, ere, *vel* *Ningit*, es ſchneyet. *Uſus.* Toto ningit æthere. V. *Nix.*

Niſi, wo nicht, wenn nicht, es ſey denn. *Syn.* Ni, ſi non, niſi ſi, quod niſi; præter, præterquam. *Uſus.* Veniam, niſi impeditus fuero. Niſi ſi ſe forte jactat. Quem civem ſenatus, niſi me commendavit? Cur id reſpuis, niſi quod turpe eſt? Si nihil aliud fecerunt, niſi rem retulerunt, nonne ſatis fuit, illis gratias agi?

Niſus, us, m. Bemühung, Vorhaben, Beginnen. *Syn.* Conatus, greſſus. *Uſus.* Pedetentim ire, & ſedato niſu. V. *Conor*, *labor.*

Ni-

Digitized by Google

Nitedula, æ, f. Feldmaus. *Muris genus agreſte.*

Niteo, es, ui, ere. glänzen, ſchimmern. *Syn.* Splendeo, niteſco, floreo.)(*ſqualeo, obſoleſco. Adv.* Valde. *Uſus.* Nitet oratio. Unguentis nitet. V. *Splendeo.*

Niteſco, is, ere. glänzen. *Syn.* Niteo. *Uſus.* Cœlum niteſcit.

Nitide, reinlich. *Syn.* Splendide, eleganter.

Nitidus, a, um. ſchön, reinlich, glänzend. *Syn* Nitens, cultus. (*Incultus, horridus, agreſtis. Uſus.* Verba, oratio nitida. Pexo capillo nitidus. Nitidi colles, campi. V. *Cultus.*

Nitor, oris, m. Zierde, Glanz. *Syn.* Cultus, munditia.)(*ſqualor. Epi.* Naturalis, non fucatus, nimius, parilis. *Uſus.* Ineſt in eo naturalis nitor, non fucatus. Ejus nitor urbis Italiam illuſtrat. Intuens ejus purpuram, & nitorem corporis.

Nitor, eris, nixus, *vel* niſus ſum, niti, ſich bemühen, unterfangen. *Syn.* Enitor, connitor, adnitor. *Proverb. Salus noſtra in illo nititur*, unſer Heil gründet ſich auf ihn. Salus publica unius hominis incolumitate continetur; ex unius vita, vita pendet omnium; unius conſilio ac præſidio Respublica nititur. Ex unius viri conſilio, auctoritate, gratia ſuſpenſæ ſunt omnium noſtrum rationes, V. *Innitor. Uſus.* 1. Ad immortalitatem nominis niti. Conſilio, ſtudio, labore omni nitebar. 2. *Innitor, ſuſtentor*, ſich an etwas halten. Egone hujus pecudis conſilio aut præſidio niterer? Divinatio conjectura nititur. Sustentabimus nos, ac omni ſpe nitemur. V. *Conor, labore.*

Nivalis, e, ſchneicht. *Syn.* Nive plenus. *Uſus.* Tumuli nivales, dies nivalis.

Niveus, a, um. ſchneeweiß. *Uſus.* Candor niveus.

Nivoſus, a, um. ſchneicht. *Uſus.* Nivoſa grando.

Nix, nivis, f. Schnee. *Proverb. Omnia erant plena nivibus*, es war alles voller Schnee. Denſam procella nivem effuderat; nives omnia oppleverant; iter perpetuis obſitum erat nivibus, quas frigoris vis gelu adſtrinxerat; prata erant alta nive obruta; cumulata nive tecta laborabant. *Uſus.* Riſi nivem atram. Nix vento cumulata ingredientes fatigabat.

Nixus, us, m. Bemühung. *Syn.* Niſus, *Uſus.* 1. Magno nixu aggredi aliquem. 2. *Partus*, Kindesnöthe, Geburt. Fetum acerbo nixu edere.

No, as, avi, atum, are. ſchwimmen. *Syn.* Nato. *Uſus.* Natura beſtias nantes, aquarum incolas eſſe voluit. V. *Nato.*

Nobilis, e. edel. *Syn.* Clarus, inſignis, genere nobili natus, honeſto, ſummo loco natus, bono loco natus; clariſſimo patre ſatus, *vel* natus, non ignobili, equeſtri loco, nobiliſſima familia, inclitis avis *ſeu* majoribus natus; ſtirpe antiquiſſima, in ſumma familia ortus; natus in antiquiſſima, ampliſſimaque familia; bonis parentibus, ampla & honeſta familia editus; generoſa ſtirpe profectus; honeſtiſſimi, & nobiliſſimi generis; generoſus, non ignobilis, non obſcurus, in veteti dignitate, fortunaque natus; genere inſignis, vir honeſtiſſimæ imaginis, veteris proſapiæ, multarum imaginum; de ſummo loco; prognatus genere ſummo, & ſummis divitiis, clarus genere; inclitus nobilitate; nobilitate florens, præcellens; regali ſanguine creatus; regio ſemine ortus; vir honoratiſſimæ imaginis.)(*obſcurus, ignobilis. Proverb.* 1. *Nobilis eſt*, er iſt von gutem Adel. Domeſtico ſummo genere eſt, inter populares nobilitas illi & opes eminent; nobilitatem generis ſummam habet; antiquo genere in ſpem magnæ fortunæ genitus eſt; antiquitate generis, & gloria majorum floret; multas, inſignesque familias paterna nobilitate complexus eſt; multa claritudine generis, illuſtri ſanguine eſt; majorum commendatione inſignis eſt. 2. *Materna ſtirpe non eſt nobilis*, er iſt von mütterlicher Seite nicht von Adel. Materno genere impar eſt; paterno ſummo genere, materno humili atque obſcuro. 3. *Nobilis novus, vulg.* ein neuer Edelmann. Homo novus; una imagine nobilis; per ſe cognitus nulla majorum commendatione; nullis imaginibus decorus; qui ſibi omnia fortunæ incrementa,

Digitized by Google

vel ornamenta debet; qui nobilitatis insignia primus in familiam invexit; splendorem generi suo accersiit; natales suos novo dignitatis splendore illustravit. 4. *Nobilibus adsc. ipsus est*; er iſt in den Adel ſtand erhoben worden. In nobilium ordinem adscriptus, adscitus, adlectus, cooptatus est; inter nobiles lectus est; nobilitatis jure, ac prærogativa donatus, ornatus est; collata est illi dignitas equestris. *Usus.* Vir inter suos illustris, ac nobilis. Nequaquam tam genere insignes, quam vitiis nobiles. Ex pietate nobilis & clarus. V. *Familia, genus, generosus.*

Nobilitas, tis, f. der Adel. *Syn.* Claritas, antiquitas, dignitas generis; vetustas familiæ, splendor, claritudo generis.)(*Ignobilitas. Epi.* Excellens, clarissima, gloriosa, inimica, integra, innocens, major, notior, par, præclara, præstans, summa, tanta, vera, insignis, princeps, illustris, antiqua, nulli secunda, ingenua, obscurior. *Usus.* Nobilitate florere, præcellere. Ad memoriam laudum domesticarum, & illustrandam nobilitatem tuam. V. *Genus, nobilis.*

Nobilito, as, avi, atum, are. berühmt machen. *Syn.* Illustro, orno, celebro. *Usus.* Poëtæ & opifices post mortem nobilitari volunt. Nobilitatus multitudine rerum gestarum. Spectata & nobilitata viri virtus. V. *Illustro, nobilis.*

Nocens, tis, g. o. ſchädlich, ſchuldig. *Syn.* Noxius.)(*innocens. Usus.* Reus nocens. Libido hominum pestiferorum & nocentissimorum. V. *Reus.*

Noceo, es, ui, itum, ere. ſchaden, ſchädlich ſeyn. *Syn.* Officio, obsto, fraudi sum, detrimentum affero, incommodo, afficio, calamitatem importo, mali aliquid inveho. *Adv.* Inepte, leviter, mediocriter, quam minimum. *Usus.* Non licet, sui commodi causa nocere alteri. Nihil nocuerit, si cum Balbo fueris locutus. V. *Damnum, detrimentum, incommodum, incommodo.*

Noctua, æ, f. Nachteule. *Syn.* Noctuam Athenas mittere. *Prov.*

Noctu, nächtlicher Weile; bey Nacht. *Syn.* Nocturno tempore, in tenebris, nocte. *Usus.* Noctu, an interdiu. V. *Nox.*

Noctuabundus, a, um. zu Nacht herum wandernd. *Syn.* De multa nocte ambulans.

Nocturnus, a, um. nächtlich.)(*diurnus. Usus* Nocturni, diurnique labores. Fur nocturnus.

Nodosus, a, um. knoticht. *Syn.* Quod multos habet nodos.

Nodus, i, m. Knote, Knopf. *Syn.* Colligatio, vinculum. *Epi.* Æternus, difficilis, magnus, cœlestis. *Usus.* 1. Amabilissimus nodus amicitiæ. Adstrictum pluribus nodis in semetipsos implicatis, & celantibus nexus. Solvere, explicare nodum, cujus nexus, unde inciperet, quove se conderet, nec ratione, nec visu percipi poterat. 2. *Difficilis ad explicandum locus, res, quæstio*, eine ſchwere Frage oder Sache. Incideramus in nodum difficilem. Dum hic nodus expediatur. Inopia rei frumentariæ magnus in Republica nodus.

Nolo, non vis; nolui, nolle. nicht wollen *Syn.* Non volo, non libet, negligo. *Adv.* Minime, omnino, plane, prorsus, valde. *Phras.* 1. *Nolo in hoc negotio ultra progredi*, ich will in dieſer Sache nicht weiter fortfahren. Totum simul consilium abjeci; non committam, ut magis eo negotio implicer; studeo effugere, quod male cœptum est, negotium; parcam longiori labori; animum posthac talibus curis vacuum, & integrum servabo; ejusmodi negotiis ultra me non dabo; aversatur plane animus, abnuit, detrectat illam procurationem. Nego me progressurum, atque in hoc perstabo, neque restantem quisquam, ac tergiversantem ad aliud consilium traduxerit. Tædet me illorum laborum, ad pœnitet. 2. *Pactiones tam inhonestas nolo*, ich will einen ſo ſchändlichen Vertrag nicht eingehen. Non recipit pactiones tam absonas honestas mea, aspernatur, repellit; ab his pactionibus infamia me rejicit; sibi habeant, quibus istæ probantur pactiones, ego animum non inducam, ut ad eas conditiones descendam. Absum a tam turpi pactione longissime, neque me

Digitized by Google

unquam ad paciſcendum dabo. *Uſus.* Noli putare, cave exiſtimes, **glaube es nur nicht.** V *Invitus*

Nomen, nis, n. **Name, Ruhm.** *Syn.* Vocabulum, appellatio; cauſa, titulus, debitum; fama, exiſtimatio. *Epi.* Æternum, alienum, ambiguum, amantius, ampliſſimum, aureum, carum, certum, clarum, bonum, commune, conſulare, contrarium, divinum, divulgatum, dulce, durius, falſum, fatale, finitimum, frumentarium, geminum, gratiſſimum, gravans, grave, honeſtum, hoſtile, illuſtre, inane, inauditum, incolume, infimum, inimicum, invidioſum, inviſum, leve, magnum, miſerum, molle, moleſtum, nobile, notum, novum, obſcurum, paternum, patrium, perditum, plenum, popularе, pulchrum, recens, regale, regium, ſanctum, ſplendidum, triſte, tutum, vitioſum, uſitatum, vulgare. Aptiora, læta. *Phraſ.* 1. *Nomen a victa Africa habet Africanus*, **Scipio der Afrikaner hat ſeinen Namen von dem überwundenen Afrika bekommen.** Africanus a ſua victoria nomen traxit, invenit, reperit, adeptus eſt; cognomen ex victoria invenit, cepit: appellationem a victa Africa traxit; Africano nomen a victoria inditum eſt; a victa Africa ſumſit, conſecutus eſt; cognomen Africani cum victoniæ inſignibus ex Africæ ſpoliis induit; cognomen Africani ex Africa devicta adſcitum eſt; Africani nomen a victa Africa obtinuit, meruit; Africa devicta Scipioni nomen dedit; cognomen fecit; titulum Africani adſcripſit, adjecit. 2. *Hoc nomen habet*, **ſo heißt er.** Hoc nomine eſt; hoc illi nomen eſt; hoc illi nomen inditum; hoc illi cognomentum eſt; hoc nomine ſalutatur, nuncupatur, appellatur. V. *Nomino.* 3 *Saluta illum meo nomine*, **grüße ihn in meinem Namen.** Verbis meis dic ſalutem homini; ex me ſaluta hominem; ſalvere illum verbis meis jube. 4. *Nomen ſine re habent*, **ſie haben nur den Titel davon, ohne die Würde ſelbſt.** Honorum vocabula habent, non dignitatis inſignia; in ampliſſimis honorum nominibus, non modo dignitas nulla eſt, ſed & ſumma deformitas. Honoris inane nomen gerunt. Non tam ſolido, quam ſpecioſo nomine Conſules appellantur. *Uſus.* 1. Nomina nova rebus novis ponenda, imponenda, danda. Res novæ nomine etiam novo appellandæ, fignandæ, notandæ. Hoc, puto, nomine eſt. Meo illum nomine roges velim. 2. *Cauſa, titulus*, **Urſache, Titel, Vorwand.** Græci multis nominibus reprehendendi. Nomine reipublicæ, nullum laborem defugere. Voluptatis nomine omnia facere. Eo nomine nihil de fortuna queri poſſum. Juſtæ ſeveritatis nomen barbaris tuis moribus prætendis. 3. *Debitum*, **Schuld.** Nomina facere. Nomina exigere. Nomen ſolvere, expedire, explicare, expungere, de tabula tollere. **Schulden zahlen.** Decem millia in nominibus habeo, in numerato nihil; **ich habe 10000. Gulden in Schuldbriefen, in baarem Gelde nichts.** 4. *Fama, exiſtimatio, auctoritas*, **Anſehen, Ruhm, großer Name.** Clarum nomen captare, conſequi, adipiſci, obtinere, habere. Viget, floret invictum ejus nomen. Ejus nomen nulla vetuſtas delebit, exſtinguet, obſcurabit. 5. *Ad rem bellicam*, **in Kriegsſachen.** In militiam nomen dare. Nomina profiteri. Ad nomen reſpondere. Nomen alicujus accipere, **ſich unterhalten laſſen.** V. *Debitum, æs, fama, detrabo, gloria.*

Nomenclatio, onis, f. **Benennung.** *Syn.* Appellatio, nominatio,

Nomenclator, oris, m. **Benenner.** *Syn.* Servus monitor, qui civium nomina tenebat, *ſeu* noverat.

Nominatim, **mit Namen, namentlich.**)(*generatim. Uſus.* Nominatim honore aliquo excludi. Nominatim appellare.

Nominatio, onis, f. **Benennung.** *Uſus.* Facere nominationem alicujus, **ihn zu einem Amte benennen.**

Nomino, as, avi, atum, are. **nennen.** *Syn.* Appello, nuncupo, voco, nomen pono, impono; nomine appello, compello; verbo noto, certo nomine noto. *Adv.* Acerrime, bene, brevi, imperite, iterum, melius, præclare, vere. *Peruſ.* 1. *Filium ſuum Aſcanium nominari voluit*, **er wollte, daß ſein**

Digitized by Google

Sohn Aſcanius heiße. Parens Aſcanio filio nomen dixit, edidit; Aſcanio nomen dedit, indidit: Aſcanii nomine filium prædicari & nominari voluit; Aſcanium nuncupari voluit; Aſcanio ut nomen eſſet filio, *vel* Aſcanius ut illi nomen eſſet; Aſcanium ſalutari voluit; Aſcanium filio nomen dixit, edidit. 2. *Virgilius opus de agrorum cultu Georgica nominavit*, Virgil hat ſein Buch von dem Ackerbaue Georgica genennet. Georgica inſcripſit, nuncupari voluit; Georgicorum titulum ferre, habere voluit; Georgicorum appellationem dedit, indidit libris ſuis; Georgicorum nomine inſignivit; Georgicorum nomine prodire, circumferri, legi voluit. *Uſus.* Rem ſuo certo, ac proprio nomine nominare. Brutus, quem ego honoris cauſa nomino. V. *Nomen.*

Non, nicht. *Syn.* Haud, neutiquam, haudquaquam, minus.)(*Etiam. Phraſ. Non eſt opus tibi monitore*, du haſt keines Mahners vonnöthen. Nihil admonendus es; nihil eſt, quod te admoneam; neſas eſt, te monere; facies, etiamſi nullus moneam; quis eſt tam demens, quin ſentiat, monitore tibi haud opus eſſe? *Uſus.* Non enim, ſi mundus non erat, DEus non erat. Non ita valde cupio.

Nonageſimus, a, um. der neunzigſte.

Nonæ, arum, f. der fünfte oder ſiebente Tag im Monate.

Nonagies, neunzigmal.

Nonaginta, neunzig.

Nondum, noch nicht. *Syn.* Necdum, neque dum, neque etiam dum, nihildum, etiam nunc non, non adhuc. *Uſus.* Nondum ſcit rem pater.

Nongenti, æ, a. je neun hundert.

Nonne? ob nicht? *Syn.* An non? *Uſus.* Nonne ita eſt? nonne oportuit præſciſſe me?

Nonnihil, in etwas, etlicher maſſen, zum Theil. *Syn.* Aliquantum. *Uſus.* Nonnihil commoveor.

Nonnullus, a, um, einiger, mancher. *Uſus.* Nonnullus honor. Nonnulli dicunt.

Nonnunquam, bisweilen. *Syn.* Aliquando, interdum; eſt cum &c.

Nonus, a, um. der neunte.

Norma, æ, f. Richtſchnur, Regel, Winkelmaß. R. *a* γνώρισμα. *Syn.* Lex, regula, præſcriptum. *Epi.* Acerrima, certa, naturalis. *Uſus.* Non hæc ſunt Philoſophorum acerrima regula, ac norma dirigenda. Natura eſt norma legis. Non eſt Epicurus ad iſtam normam ſapiens. Plura homines judicant odio, aut amore, quam veritate, aut præſcripto, aut rationis norma aliqua. V. *Regula.*

Noſco, is, novi, notum, ere. kennen, erkennen. R. *a* γινώσκω. *Syn.* Cognoſco, cognitum, notum, perſpectum habeo, notitiam rei habeo, perſpicio, comprehendo. *Adv.* Bene, funditus, omnino, paullulum, modo, plane, penitus, probe, pulchre, recte ſatis. *Phraſ. Noſco perbene adoleſcentem illum*, ich kenne ihn gar gut. Ita mihi notus eſt, ut ſenſum ejus & naturam plane perſpexerim; pertractatas penitus, perceptasque res illius habeo; percalleo res ejus omnes ac rationes; pulchre novi hominem; nihil ignoro rerum ejus; ſenſus ejus omnes cognitos habeo, & perſpectos; ingenium hominis, & mores probe, optime teneo; animi ejus ignarus non ſum. V. *Notus, intelligo. Uſus.* Jubet nos Pythius Apollo noſcere nos ipſos. Non leges civitatis, non jura novit. Si Cæſarem bene novi, is eſt, qui &c.

Noſter, a, um. unſer. *Uſus.* Noſter eſt. Noſter ſocer, video, venit

Noſtras, atis, *g. o.* unſerig. *Syn.* Noſter, noſtræ gentis, conſuetudinis, artis, ſectæ. *Uſus.* Capior facetiis maxime noſtratibus. Noſtratia verba.

Nota, æ, f. Zeichen, Merkmal. *Syn.* Signum, inſigne, veſtigium; infamia, dedecus, ignominia. *Epi.* Certa, falſa, inſignis, juſta, melior, quaſi naturalis, propria, ſempiterna, turpis, certæ, inſcriptæ, infinitæ, optimæ, tenues, obſcuræ, verifimiles, veriſſimæ. *Phraſ.* 1. *Notam incurrit*, er iſt übel angekommen. In dedecus incurrit; nota inuſtus eſt; in reprehenſiones hominum incurrit; reprehenſionem non effugit. V. *Reprehenſio. Uſus.* 1. Nomina ſunt tanquam rerum notæ. Ego illum de meliori nota commendavi. Optimæ notæ homo. 2. *Infamia, ignominia, dedecus,*

Digitized by Google

decus, Schandfleck, übler Name. Quæ nota domesticæ turpitudinis non est inusta vitæ tuæ? quod decus hæret infamiæ? notam inurere alicui. Censoriæ severitatis nota inusta. 3. *Signum*, *cifra*, *vulg.* Zeichen, Ziffer. Notam apponere ad malum versum. Epistolis notam apponam, quæ mihi tecum convenit. V. *Signum*.

Notabilis, e. merkwürdig. *Syn.* Insignis, conspicuus, conspiciendus. *Usus.* Si exitu notabili concluduntur,

Notatio, onis, f. Anmerkung. *Syn.* Etymologia, interpretatio nominis, observatio. *Usus.* 1. Notatio naturæ peperit artem. Diligens notatio imaginum. 2. *Castigatio*, Bestrafung. Notatio censoria.

Notio, onis, f. Wissenschaft, Erkenntniß. *Syn* Cognitio, intelligentia, notitia, significatio *Epi.* Certa, complicata, naturalis atque insita. Communes, informatæ, consignatæ. *Us.* Notiones rerum animis imprimuntur, e quibus non principia solum, sed latiores quædam ad rationem inveniendam viæ aperiuntur. Notionem rei capere, ac intelligentiam. Insitæ, & quasi consignatæ in animis notiones. Informata, impressa est in animo DEI notio. Rerum omnium quasi adumbratas intelligentias, seu notiones mente concipimus. Huic verbo *Beatus* subjecta est notio gravissima, dieses Wort: Selig hat eine sehr wichtige Bedeutung.

Notitia, æ, f. Kundschaft, Bekanntschaft, Kenntniß. *Syn.* Notio, cognitio, prudentia. *Epi.* Dura, nova. *Usus.* Nullum animal præter hominem DEI notitiam habet. Natura ingenuit nobis notitias rerum plurimarum. Notitia rerum deniendo aperienda est.

Noto, as, avi, atum, are. merken, bezeichnen. *Syn.* Observo, animadverto signo. *Adv.* Aspere, infigniter, maxime, scienter, turpiter, sero, sepparatim. *Phras. Notanda sunt, quæ in auctoribus leguntur*, man muß es aufschreiben, was man in Büchern liest. In adversaria referenda sunt; notatis auctorum locis memoriæ consulendum est; exscribenda quædam ex auctoribus sunt, & in adversaria transferenda; excerpenda quædam & in chartis consignanda. *Usus.* 1. Hæc vulgus ipse notat, dieses merkt der Pöbel selbst. Notare locum, tempus. Multa diutius usus notavit. 2. *Signo*, *indico*, anzeigen, bezeichnen. Notare res novis nominibus. Id præcipue notavi, & descriptum tibi misi. 3. *Ignominia afficere*, *reprehendere*, zu Schanden machen. Aliquem dedecore, macula, ignominia notare. Eum censores furti nomine notarunt.

Notus, a, um. bekannt. *Syn.* Cognitus, pervulgatus, exploratus, manifestus, testatus, quod omnibus patet, quod tenetur, omnium sermone celebratur.)(*Ignotus. Adv.* Maturius, penitus, sane. *Phras.* 1. *Nihil nisi notum afferam*, ich werde nichts beybringen, als was bekannt ist. Quæ minime sunt obscura, quæ pervulgata, ac toti populo testata, quæ plane perspecta, cognita, explorata habemus, afferam. Ea, quæ jam decantata, quæ in medio posita, de quibus inter omnes constat, commemorabo. Res, quæ in omnium sermone versantur, hoc loco afferam. 2. *Res est nota*, die Sache ist weltkündig. Res est tam illustris, & ante oculos posita, ut ne recensenda quidem videatur. Res in confesso est; pro explorato habetur; res est omnium sermone celebrata, & quasi majoribus theatris propositа; res est constante fama notissima, res est confessa & manifesta; decantata fabula est, & tota urbe celeberrima. In re versamur celebratissima sermone omnium. *Usus.* Clara res est & tota Sicilia notissima. Notus est tractatusque locus. Res nota est atque apud omnes pervulgata. V. *Nosco.*

Novacula, æ, f. Scheermesser. *Syn.* Culter tonsorius. *Usus.* Versari in acie novaculæ, *in præsentissimo discrimine*, in augenscheinlicher Gefahr seyn.

Nove, neu. *Usus.* Nequid ambigue, nequid nove dicamus.

Novelius, a, um. neu.)(*Vetulus. Usus.* Arbores novellæ.

Novem, neun.

Novendialis, e. neuntägig. *Usus.* Sacrum novendiale. Feriæ novendiales.

Noverca, æ. f. Stiefmutter. *Usus.* Noverca filii.

Digitized by Google

Noviſſime, unlängſt, jüngſthin. *Syn.* Nuperrime, poſtremo. *Uſus.* Primum, deinde, noviſſime. V. *Nuper.*

Noviſſimus, a, um. **der letzte, neueſte.** *Syn.* Poſtremus.)(*Primus. Uſus.* Noviſſimus ego in caſtra veni

Novitas, atis, f. **Neuigkeit.** *Syn.* Novæ rei ratio, conditio.)(*Vetuſtas. Phraſ. Novitatem amas*, **du haſt gerne Neuigkeiten.** Novitatis amans, ſtudioſus es; rerum novarum cupidus es; novitati ſtudes; novis rebus ſtudes; delectat te ſtatus hic novus. *Uſus.* Magnam cupiditatem hominibus injicit novitas. Novitate ad cauſas inquirendas excitamur. Commovit me ea novitas.

Novitius, a, um. **ganz neu, Neuling.** *Syn.* Novus. *Phraſ. Novitius Sacri Ordinis*, **ein Ordensnovitz**, *vulg.* Tiro religioſus; in tirocinium nuper cooptatus; qui nuper nomen dedit in religioſam militiam, in ſacram familiam; nuper inter S. Ordinis tirones adſcriptus, adlectus. V. *Tiro, tirocinium. Uſus.* Syrus, neſcio quis, de genere novitiorum factus Conſul.

Novo, as, avi, atum, are. **verneuern.** *Syn.* Innovo. *Uſus.* Verba novamus ipſi. Multa novare volebant. V. *Reparo.*

Novus, a, um. **neu.** R. *a νέος. Syn.* Recens, inauditus, inuſitatus, per ſe cognitus, a ſe ortus, monſtri ſimilis, peregrinus, inopinatus, præter conſuetudinem; nuperus.)(*Vetus. Adv.* Plane, omnino. *Phraſ.* 1. *Bona nova affero*, **ich bringe dir gute Zeitung.** *Vulg.* Læta apporto omnia; exoptatum nuntium affero; læta narro, ac proſpera. 2. *Triſtia nova affers*, **du bringſt üble Zeitung.** Triſtes affers nuntios; malum apportas, narrando enecas. 3 *Sunt nova incerta, vulg.* **es ſind ungewiſſe Zeitungen.** Rumores ſunt incerti; rumor ſine auctore; rumores temere ſine ullis auctoribus orti; nuntii non optimis auctoribus; rumores temere, incertis auctoribus, vulgati. 4. *Nova affere incredibilia*, **du erzählſt unglaubliche Zeitungen.** Monſtra narras; ficti ſermones, conficti rumuſculi ſunt, quos tu nuntias; res narras fidem non habituras; monſtri ſimile eſt, quod narras, portenta narras. V. *Nuntius. Uſus.* Novum id, & admirabile. Hoc mihi plane novum accidit, ac præter opinionem. Num quid proceſſit ad ſorum hodie novi. Rebus novis ſtudere. *Nova, vulg.* **Zeitung, geſchriebene Zeitung.** Commentarii rerum novarum, commentarii rerum urbanarum, *vel* publicarum; Ephemerides rerum novarum.

Nox, ctis, f. **Nacht.** R. *a νύξ, νυκτὸς. Syn.* Tenebræ. *Epi.* Acerbiſſima, cæca, prope extrema, hiberna, obſcura, atra, ſerena, fauſta, funeſta, luctuoſa intempeſta, præceps, longa, proxima, media, multa, ſempiterna, ſocia, ſtellans, noctes contractiores, **kurze Nächte.** *Phraſ.* 1. *De nocte ad me venit*, **er iſt bey der Nacht zu mir gekommen.** Multa nocte, intempeſta nocte, concubia nocte, media nocte, medio noctis ſilentio, proveſta jam nocte, adulta jam nocte ad me venit; cum jam multum noctis proceſſiſſet, noctis ſilentio, quod tempus mortales altiſſimo ſomno premit, ad me acceſſit; intempeſtæ noctis ſilentio, profunda jam nocte ad me venit. 2. *Nocte ingruente*, **bey eingehender Nacht.** Nocte appetente; nocte prima; ſub primam facem; intendentibus ſe primis tenebris; primoribus noctis tenebris; cum jam terras nox opacaſſet; primæ noctis ſilentio. 3. *Studere in ſeram noctem*, **in die ſpäte Nacht hinein ſtudiren.** Producere ad multam noctem litterarum ſtudia; in ſerum noctis lucubrare aliquid operis; lucubrationes in multam noctem extrahere; bonam partem noctis ad elucubrandos commentarios aſſumere; bonam noctis partem in litterarum ſtudiis ponere, collocare. 4. *Nox me, obruit proficiſcentem*, **die Nacht hat mich auf der Reiſe überfallen.** Proficiſcentem nox oppreſſit; itineris pars magna in noctem conjecta eſt. 5. *Tota nocte profectus eſt*, **er iſt die ganze Nacht gereiſet.** Nullam partem noctis iter intermiſit; ea nocte continenter profectus eſt; iter totam eam noctem tenuit. *Uſus.* 1. *Ipſa terra* umbra ſoli officieus noctem efficit. Sermo in ſerum noctis extractus. Noctes atque dies Nocte ad me venit. 2. *Transl.* Noctem rebus etiam claris offundere, **das, was klar iſt, verdunkeln.**

No-

Digitized by Google

Noxa, æ, f. **Schuld, Schade.** *Syn* Culpa, noxia. *Epi.* Minima. *Usus.* In noxa esse; extra noxam esse. Eximere noxæ aliquem. Noxæ dedere aliquem, **einen zur Strafe ziehen.** Sine noxa esse. V. *Culpa, crimen.*

Noxia, æ, f. **Mißhandlung, Verschulden.** *Syn.* Noxa, culpa, crimen *Usus.* Castigare aliquem ob meritam noxiam. Noxiæ pœna par esto.

Noxius, a um. **schädlich.** *Syn.* Malus, pernicioſus. *Usus* Noxius civis coerceatur.

Nubecula, æ, f. **Wölkleiu.** *Usus.* Frontis tuæ nubeculam pertimeſcam.

Nubes, is, f. **Wolke.** R. *a* νέφος, νεφέλη. *Nubes. Syn.* Concretus in aere vapor *Epi.* Opacæ, atræ, æres, cæcæ, denſæ, cœleſtes, cœruleæ. *Phraſ. Cœlum nubibus obducitur*, **der Himmel überzieht ſich mit Wolken.** Intendunt ſe ſpiſſæ in cœlo nubes; concreti in aere vapores ſe in nubes induunt; cœlum nubibus obſcuratur; obductæ cœlo nubes ſolem condunt, lucem eripiunt; aer in nubes cogitur. *Usus.* Aer concretus in nubem, humoremque colligens terram auget imbribus Conflictu nubium ardor exprimitur Cum illi anhelitus ſe in nubem inducerent. In illis reipubl. tenebris, nubibus, ac procellis Objicere nubem fraudibus, **den Schalk verdecken.**

Nubilis, e. **mannbar, erwachſen.** *Syn* Apta viro, matura viro. *Usus.* Grandis & nubilis filia,

Nubo, is, nupſi, *vel* nupta ſum, nuptum, ere. **einen Mann nehmen, heirathen.** *Feminis proprium. Syn.* Locor, collocor in matrimonium. *Phraſ. Filia nupſit viro nobili*, **die Tochter iſt an einen adelichen Mann verheirathet worden.** Collocata eſt in matrimonium; junſta matrimonio eſt viro nobili; cum viro nobili conjuncta eſt; in nobilem familiam nupſit; in manum convenit viro nobili; in matrimonium data, locata, mandata eſt viro nobili; filia domeſticum fœdus junxit cum viro nobili; nuptum data, collocata, locata eſt viro nobili. V. *Matrimonium. Usus.* Venerem Adonidi nuptam tradunt. Nubere in amplam familiam. V. *Nuptia.*

Nudius tertius, **vorgeſtern, ehegeſtern.** q. d. *Nunc eſt dies tertius.*

Nudo, as, avi, atum, are. **blöſſen, entblöſſen** *Syn.* Spolio.)(*Veſtio, tego. Usus,* Aliquem omnibus præſidiis nudare, & exuere. Flagitii principium eſt nudare inter cives corpora. V. *Privo.*

Nudus, a, um. **nackend, bloß, unbekleidet.** *Syn.* Nudatus, ſpoliatus, vacuus.)(*Veſtitus. Usus.* Urbs nuda præſidio, ab omnibus rebus vacua. Decore nuda mulier. Nudus ab amicis.

Nugæ, arum, f. **Poſſen, Fabelwerk,** *Syn.* Ineptiæ.)(*Res graves, ſeriæ. Epi.* Meræ, tantæ. *Phraſ. Omitte nugas*, **laß dieſe Poſſen bleiben.** Nugas tandem relinque; mitte has ineptias; nugas auſer. Quid ad has ineptias abis? *Usus.* Nugas agit; næ illa magnas nugas dixerit. Delectari nugis. V. *Facetiæ, ineptiæ.*

Nugator, oris, m. **Schwätzer, Fabelhanns.** *Syn.* Nugax. V. *Ineptus.*

Nugatorie, **unnütz.** *Syn.* Inaniter, inepte.

Nugatorius, a, um. **geſchwätzig, poſſenhaft.** *Syn.* Ineptus, levis, futilis. *Usus.* Nugatoria argumentatio.

Nugax, acis, *g. o.* **ſchwatzhaft, poſſenhaft.** *Syn.* Nugator.

Nugor, aris, atus ſum, ari. **ſchwätzen, Poſſen treiben.** *Syn.* Jocor, ludo, nugas ago, nugas garrio, nugas dico, nugax ſum, ad ineptias abeo, aures ineptiis obtundo. *Adv.* Inſcite, omnino. *Usus* Democritus non inſcite nugatur. V. *Ineptus.*

Nullus, a, um. **keiner.** *Syn.* Non ullus, nemo, nec quisquam unus, ne ullus quidem, nemo unus, nemo quisquam.)(*Omnis, aliquis. Adv.* Omnino. *Usus.* 1. Res, quæ nulli uſui ſit. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris deſuit. Nulla re una magis orator commendatur. 2. *Levis, irritus*, **gering, nichtswerth.** Homo nulla memoria. Argumentum hoc nullum eſt. 3. *Non*, **nicht.** Nullus dubito. Exinde vir ille ſummus nullus eſt.

Num? **ob?** *Syn.* An, ecquid, numquid, utrum. *Usus.* Num quod veſtigium, num quæ trepidatio?

Numen, inis, n. **göttliche Macht und Herrlichkeit, Wink, Wille.** R. *a* Nuo, *vel Græc.* νεῦμα, *nutus, quo Deus omnia peragit. Syn.* Divina vis, poteſtas, providentia. *Epi.* Divinum, grave, ſanctum, ingens, lætum magnum, ſummum, vetuſtum. *Usus.*

Om-

Digitized by Google

Omnes naturæ divino Numini parent. Vos, qui apud me vim & numen deorum tenetis. Numen honore, precibus placare. Accidit id non sine numine. Numen senatus, *auctoritas & potestas*. Vis cœlestis, numenque divinum. V. *Deus*.

Numerato, baar, baares Geld. *Usus*. Placet conditio, sed numerato malim, quam æstimatione, ich bin zufrieden, aber ich will lieber mit baarem Gelde, als Geldeswerthe bezahlt werden.

Numero, as, avi, atum, are. zählen. *Syn*. Dinumero, adnumero, numero ineo, numerando percenseo, numero commetior. *Adv*. Recte, adstricte, numerosus. *Usus*. 1. Numerare pecuniam de suo. 2. *Censeo, judico, existimo*, dafür halten, schätzen. Voluptatem nullo loco numerant. Numerare aliquid in bonis, in loco mercedis, beneficii. Prope alter Cicero numeratur. Hostem te numero, non amicum. Prodigii id simile numeratur. V. *Computo*.

Numerose, zahlreich, nach gewisser Abwechslung der Sylben. *Usus*. Fundere orationem numerose, volubiliter, apte, circumscripte. Numerose cadit sententia.

Numerosus, a, um. zahlreich, wohllautend. *Syn*. Aptus numeris, copiosus. *Usus*. Numerosum est in omnibus sonis ac vocibus, quod metiri possumus intervallis æqualibus. Oratio numerosa. Quæstus numerosior; exercitus numerosus.

Numerus, i, m. die Zahl. R. [a] *μείρω, divido*. *Syn*. Multitudo, vis summa, copia. *Epi*. Absolutus, perfectus, accommodatior, magniloquentior, adstrictus, solutus, æquus, aptus, certus, difficilis, exiguus. frequens, grandior, jambicus & dactilicus, impar, incolumis, ingens, innumerabilis, integer, legitimus, longior, mollis, musicus, oratorius, par, plenus, poëticus, procerior, proprius, repentinus, simillimus, verus, vitiosus, tantus, magnus, novus, invidiosus. *Usus*. 1. Frumenti, mellis, vini maximus numerus, eine Menge Wein ꝛc. Classis mille numero navium. Aliquem in amicorum numerum adscribere, referre; in amicorum numero ponere, existimare, putare, habere, colere, unter seine Freunde zählen. In aliquo numero erit; nullo numero est; aliquem numerum obtinebit, in einer oder keiner Hochachtung seyn. Opus omnibus numeris absolutum; omnibus partibus & numeris expletum, quod omnes numeros habet, vollkommenes Werk. Ex numero amicorum sejungere, tollere, eximere, ejicere aliquem. 2. *Musicæ ac oratoriæ modus ac mensura*, Maaß und Abwechslung in der Musik und Redekunst. Numerus in cantu, in soluta oratione. Attici maxime numero serviunt. Oratio adstricta certa quadam numerorum ratione & pedum.

Nummarius, a, um. das Geld angehend. *Syn*. Quod ad nummos pertinet. *Usus*. Esse in summa difficultate nummaria. Rem nummariam bene constituere.

Nummatus, a, um. reich am Gelde, bemittelt. *Usus*. Homo bene nummatus.

Nummus, *s*. Numus, i. \m. Geldmünze, Pfennig. *Syn*. Pecunia. *Usus*. Adventus noster ne nummo quidem sumptui fuit. Nummos cudere, Geld prägen, münzen. Ad nummos pervenire. Quid in nummis habeam, ipse ignoro Subducere ad nummum. Nummos adulterinos pro veris dare. Nummos corrogare. V. *Pecunia*.

Nunc, itzt. *Syn*. Hoc tempore, in præsentia, hodie, per hæc tempora. ✕ *Tunc*. *Usus*. Erat tunc excusatio, nunc nulla est. Nunc autem; nunc vero ea vis est in nomine, ut &c.

Nuncupo, as, avi, atum, are. nennen. *Syn*. Appello, nomino. *Adv*. Plenius. *Usus*. Nuncupare aliquem suo nomine. Nuncupare vota pro imperio, ein Gelübd thun.

Nundinæ, arum, f. Jahrmarkt, Messe. *Syn*. Mercatus *Epi*. Domesticæ, flagitiosissimæ, mutæ. *Usus*. In hujus ædibus totius reipublicæ nundinæ.

Nundinatio, onis, f. Krämerey. *Epi*. Plena, referta, nova. *Usus*. Nundinatio juris.

Nundinor, aris, atus sum, ari. krämen, handeln, Markt halten. *Syn*. Mercor, emo, caupenor. *Usus*. Senatorium ordinem pretio nundinari.

Nunquam, niemals. *Syn*. Nullo tempore, nulla ætate, non post hominum memoriam, non ex omnium seculorum memoria; post natos homines, ex omni memoria nihil unquam.

Digitized by Google

quam. *Ufus.* Frigidum, ut nunquam antea. Nunquam pertinacius dimicatum, ſic ut contra omnia vetuſtatis exempla nemo victor ex arena diſceſſerit.

Nunquid? ob denn? *Syn.* Anne, num, ecquid. *Ufus.* Nunquid duas habetis patrias?

Nunquis, quæ, quod. ob einer, ob jemand? Nunquis fundus venalis eſt.

Nuntio, as, avi, atum, are. ankün den, berichten. *Syn.* Affero, ab aliquo alicui nuntium perfero. *Adv.* Pertumultuoſe, quam primum, vere, longe, non dubie, obſcure, veſperi. *Phraſ. Nuntiatum eſt nobis*, man hat uns Bothſchaft gebracht. Perlatum, allatum eſt ad nos; renuntiatum nobis eſt; nuntius citatis equis ad nos allatus, perlatus eſt; certis auctoribus accepimus; certos nuntios accepimus; nuntii ad nos venere, qui paullo certius aliquid in rebus attulere; fama ad nos, ad aures noſtras pervenit; fama perlata eſt ad nos. *Ufus.* Pompejo in hortos nuntiavit. V. *Narro*, *nuntius.*

Nuntius, ii, m. Bothe, Ankündiger. *Syn.* Tabellarius, curſor, internuntius, rumor. *Epi.* Acerbus, certior, domeſticus, exoptatus, verus, falſus, gravis, jucundus, malus, optatiſſimus, ſuperior, veluter. Adverſi, boni, fallaces, proximi, quotidiani, triſtes, varii, univerſi. *Phraſ. Triſtem nuntium accepi*, ich habe eine traurige Poſt bekommen. Adverſi, triſtes, parum commodi, minime læti, parum ſecundi venerant mihi nuntii; allatus eſt gravis ad me nuntius; gravior ad me fama pervenerat; duriores de re rumores erant, qui ſœdum nuntium incuſſere; graves nuntii ad nos delati, perlati ſunt. *N. Nuntio*, *novus*, *fama.* *Ufus.* 1. Per nuntium me certiorem fecit. Nuntios in omnem partem dimittere. Epiſtolam hanc multi nuntii, & fama ipſa celeritate ſuperabunt. 2. *Rumor*, *res allata*, *narrata*, Bothſchaft, Nachricht. Nuntios accepimus lætiſſimos. Nuntium apporto tibi lætum ſane & exoptatum. 3. *Divortii & repudii ratione*, Scheidebrief, Abſchied. Nuntium uxori, nuntium virtuti, litteris remittere.

Nuper, neulich, jüngſt. *Syn.* Paucis ante diebus, horis; paucis abhinc annis; noſtra, patrum memoria; noviſſime. *Ufus.* Nuper, quid dico nuper, immo vero modo.

Nuptiæ, arum, f. Hochzeit, Heirath. *Syn.* Matrimonium, nuptiarum dies. *Epi.* Diuturnæ, innuptæ, legitimæ, maritimæ, multæ, neſariæ, terrenæ. *Ufus.* Nuptias apparare, adornare, conficere, facere, parare, Hochzeit anſtellen. Nuptias conjungere; nuptiis jungi, heirathen. Nuptias conciliare, nuptiarum conciliatorem eſſe, Heirath ſtiften. Nuptias disturbare, die Heirath zurückſtoßen. Nuptias fugere, effugere, entgehen. Nuptiæ plenæ dignitatis & concordiæ, gute Heirath. Nuptiæ non matrimonii dignitate, ſed ſceleris ſocietate conjunctæ, eine gottloſe Heirath. V. *Matrimonium*, *nubo.*

Nuptialis, e. hochzeitlich. *Ufus.* Faces nuptiales; dona nuptialia.

Nurus, us, f. Schnur, Schwiegertochter. *Syn.* Filii uxor.

Nusquam, nirgends. *Syn.* Nullo in loco.)(*Uſquam.* *Ufus.* 1. Sive ſcripta eſt uſpiam lex illa, ſive nusquam. 2. *Nulla in re*, in keiner Sache. Sumptus nusquam melius poteſt poni.

Nuto, as, avi, atum, are. winken, mit dem Haupte nicken, wanken. *Syn.* Vacillo. *Ufus.* Democritus nutare videtur in natura Deorum. Statua nutabat. V. *Dubito.*

Nutricius, ii, m. Ernährer, Erzieher. *Ufus.* Nutricius ejus pueri.

Nutricor, aris, atus ſum, ari. nähren, pflegen. *Syn.* Nutrio. *Ufus.* Mundus omnia nutricatur, & continet. V. *Alo.*

Nutricula, æ, f. Ernährerinn. *Ufus.* Nutricula ſeditioſorum.

Nutrimentum, i, n, Nahrung. *Syn.* Cibus, alimentum. *Uſus.* Educata ſuis nutrimentis eloquentia. V. *Cibus.*

Nutrio, is, ivi, itum, ire. nähren, ernähren. *Syn.* Alo, educo. V. *Alo.*

Nutrix, icis, f. Säugamme. *Syn.* Alumna. *Ufus.* Cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videtur.

Nutus, us, m. das Winken. *Syn.* Vis, niſus, gravior ſignificatio, voluntas. *Epi.* Regius. *Phraſ. Ad nutum paret*, er gehorchet auf einen Wink. Ad illius nutum ſe fingit, & accommodat; ad ejus nutum ac voluntatem ſe con-

Digitized by Google

convertit totum; ejus nutus obſervat, intuetur omnes. *Uſus.* 1. *Hang.* Gravia ſuo nutu, ac pondere deorſum feruntur. 2. *Voluntas.* Wille, Zugenwint. Ejus nutu, ac arbitrio omnia fiunt, reguntur, gubernantur. Nutu aliquid ab aliquo conſequi. Nux, nucis, f. eine Nuß. *Uſus* Nucem frangere; nuces legere.

O.

O! Ô! *Interj. dolentis, gaudentis, vocantis. Uſus* O poſt hominum memoriam fortiſſimi conſules! O rem odioſam! O gratum adventum!

Ob, wegen, um willen. *Syn.* Propter, ante. *Uſus.* 1. Ob eam cauſam, ob delictum pœnas a te repetam. 2. *Ante*, vor. Mors mihi ſemper ob oculos verſatur. V. *Propter.*

Obæratus, a, um. mit Schulden beladen. *Syn.* Ære alieno obligatus, obſtrictus, ære alieno demerſus debitor. *Uſus.* Ex omni colluvie exules obærati. V. *Aes.*

Obambulatio, onis, f. das Herumſpazieren. *Syn.* Inambulatio. V. *Ambulatio.*

Obcæco, f. occæco, as, avi, atum, are. verblenden. *Syn.* Excæco, obſcuro. *Uſus.* Stultitia, cupiditate obcæcatus.

Obdo, is, didi, ditum, ere. vorſchieben, vorthun. *Uſus.* Obdere peſſulum oſtio.

Obdormio, is, ivi, itum, ire. entſchlafen. einſchlafen. *Syn.* Dormi, obdormiſco, ſomno conſopior, ſopore opprimor. *Uſus.* Endymion in Latmo obdormivit. Quid melius, ac in mediis vitæ laboribus obdormiſcere. & ita conniventem ſomno conſopiri ſempiterno V. *Dormio.*

Obduco, is, xi, ctum, ere. vorziehen, zuziehen. *Syn.* Obnubo, obtego, obſtruo, oppono. *Detego. Uſus.* Rebus clariſſimis tenebras obducere. Labor callum obduxit dolori. manibus. Conſuetudo obduxit callum ſtomacho. Obducta jam reipubl. cicatrix. Aliquem alicui obducere, *competitorem alicui opponere*, einen Mitwerber an die Seite ſetzen. V. *Tego.*

Obductio, onis, f. Verhüllung. *Uſus.* Obductio capitis abſit a cive Romano.

Obduro, as, avi, atum, are. verhärten. *Syn.* Conſtanter, æquo animo perfero, tolero, fero. *Adv.* Vehementer. *Uſus.* Obduretur hoc triduum. V. *Profero.*

Obduréſco, is, durui, ere hart werden, erhärten. *Syn.* Callum obduco. *Uſus.* Jam ad illa obduruimus, & humanitatem omnem exuimus. Uſu ac conſuetudine obduruit, ac percaluit incredibilis noſtra patientia. Deſperatione animus ad dolorem, contra dolorem obdurnit. V. *Durus, obcalesco.*

Obedienter, gehorſamlich. *Uſus.* Spondent ſe ſub imperio obedienter, fidelſterque futuros. Id obedienter eſt curatum.

Obedientia, æ, f. Gehorſam. *Syn.* Obtemperatio. *Uſus.* Abjiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui ſunt ſubjecti lege naturæ Servitus & obedientia animi ſunt arbitrio carentis ſuo.

Obédio, is, ivi, itum, ire. gehorſam ſeyn, folgen. R. *ex* ob & audio. *Syn.* Pareo, audio, obtempero, obſecundo, aſſentio, dicto pareo, imperium non recuſo, monita ſequor, dicto audiens ſum, mandata facio, exequor, imperata facio, alienæ voluntati morem gero, ſequor, meam voluntatem ad alienam aggrego, cum aliena voluntate meam conjungo. *Phraſ.* 1. *Obediendum DEO eſt*, man muß Gott gehorſam ſeyn. Intenti ad DEO parendum ſimus, oportet; DEO nos obedientiſſimos eſſe decet; DEI imperia animo non invito exequamur; morigeros nos DEO eſſe decet; aggreganda eſt voluntas noſtra ad divinam voluntatem; DEUM auctorem ſequamur, oportet; DEI imperia ſequamur, perſequamur, neceſſe eſt. 2. *Negat ſe obedturum ſenatui*, er ſagt, er wolle dem Rathe nicht gehorchen. Negat ſe in auctoritate, in poteſtate ſenatus futurum, ſenatus imperio morem geſturum, imperata facturum; imperio paritu-

Digitized by Google

furum; minuntur se ab officio discessurum; obedientiam abjecturum; jugum excussurum; negat se porro legitima imperia pati posse; negat se senatus decretis staturum; imperium senatus abnuit. *Usus.* Ad verbum obedire alteri. Obedire tempori. V. *Pareo.*

Obeo, is, ivi, itum, ire. herumgehen, verrichten. *Syn.* Peragro, lustro, perago, tracto. *Adv.* Audacius, diligenter, flagitiose. *Usus.* 1. Urbem, regionem, provinciam pedibus obire. 2. *Perago, ago, tracto,* verrichten. Munus suum obire; facinus, rem privatam & publicam, sacra obire. Diem edicti, vadimonium obire neglexit. 3. *Morior,* sterben. Diem, mortem obire. V. *Fungor, administro, facio.*

Obequito, as, avi, atum, are. herumreiten. *Usus.* Castris, *vel* castra obequitare.

Obex, icis, m. Riegel. *Usus.* Moliri obices. V. *Impedimentum.*

Obfirmo, as. avi, atum, are. fest setzen. *Usus.* Obfirmare animum.

Obfirmatus, a, um. beständig, hartnäckig. *Usus.* Pertinax & obfirmatus in iracundia. V. *Pertinax.*

Objaceo, es, ui, ere. davor liegen. *Usus.* Cumulus sarcinarum objacet.

Objectatio, onis, f. Vorwurf. *Usus.* Exprobratio.

Objecto, as, avi, atum, are. vorwerfen. *Syn.* Objicio. *Usus.* Objectare probrum, falsum crimen alicui. V. *Objicio.*

Objectus, us, m. Vorstand *Usus.* Objectu lateris aliquem defendere.

Objectus, a, um. vorgeworfen. *Syn.* Oppositus. *Usus.* Objecta species voluptatis. Objectus fortunæ. Ad omnes casus subitorum periculorum objectus & oppositus.

Objicio, is, jeci, jectum, ere. vorwerfen. *Syn.* Oppono, objecto, exprobro, crimini do, jacio, conjicio, culpam impingo. *Adv.* Falso, vere, varie. *Usus.* Objeci caput meum in tot & tantas dimicationes, atque in tot impetus perditorum civium. Alicui religionem objicere, einem ein Gewissen machen. Objicere spem, metum, solicitudinem, moram, laborem, molestiam. Aliquid alteri in criminis loco objicere. Feris corpus objicere. Objici insidiis. Objiciuntur sæpe formæ, vorstellen. *Ego omnium objectum, vulg.* mich wollen alle durchlassen. Materia sum omnium jocorum; idoneus videor, quem omnes merito ludos faciant; in quo omnes illudant.

Obiter, * obenhin. *Syn.* Leviter, tenuiter, mediocriter.)(*Perfecte. Phras.* 1. *Scientias obiter didicit,* er hat die Wissenschaften nur obenhin gelernet. Litteras primoribus duntaxat labris gustavit; extremis, ut ajunt, digitis attigit; litteras leviter attigit; litteras quasi præteriens, quasi per nebulam, quasi per transennam præteriens strictim aspexit; litteras vix primoribus labris attigit; de litteris vix cursim aliquid arripuit. 2. *Hæc tantum obiter tractavi,* dieses habe ich nur obenhin abgehandelt. Leviter hæc tantum egi; levi brachio, molli brachio hæc acta sunt; indiligenter hic eram. Leviter hæc transii, attigi; his quasi præteriens satisfeci; strictim hæc tractavi & tanquam in transcursu. Cursim hæc transmisi.

Obitus, us, m. der Untergang, Tod. *Syn.* Occasus, mors. *Usus.* Siderum ortus & obitus. Obitus consulum vulgatus, das Hinscheiden. V. *Mors.*

Objurgatio, onis, f. Ausscheltung, Verweis. *Syn.* Castigatio. *Epi.* Longior, lenis, necessaria, plena, mediocris, utilis. *Usus.* Objurgatio ne multum acerbitatis habeat. Objurgatio contumelia vacare debet. In objurgationibus interdum vocis contentione majori utendum. V. *Reprehendo.*

Objurgator, oris, m. Ausscheller. *Syn.* Severus admonitor. *Epi.* Benevolus. *Usus.* Non est ferendus objurgator, qui, quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur.

Objurgo, as, avi, atum, are. einen Verweis geben, ausschelten. *Syn.* Castigo, asperius appello, asperius admoneo. *Adv.* Vehementer, mediocriter. *Usus.* Cæsar meam in rogando verecundiam, de mea me verecundia objurgavit. V. *Alloquor, perstringo, reprehendo.*

Oblanguesco, is, langui, ere. müde werden. *Usus.* Litterulæ meæ tui desiderio oblanguerunt. V. *Langueo.*

Oblectamentum, i, n. Ergötzlichkeit. *Syn.* Oblectatio, delectatio. *Epi.* Lon-

Digitized by Google

Longius. *Usus.* Oblectamenta & solatia senectutis. V. *Delectatio.*

Oblectatio, onis, f. **Ergötzlichkeit.** *Syn.* Oblectamentum. *Epi.* Honesta, libera, ingenua. *Usus.* Interdum oblectatio quæritur animi, requiesque curarum. V. *Delectatio.*

Oblecto, as, avi, atum, are **ergötzen.** *Syn.* Delecto. *Usus.* In libris, in hortulis se oblectare. V. *Delecto.*

Oblector, aris, atus sum, ari. **sich erlustigen.** *Syn.* Delector, ducor, capior. *Adv.* Commode. *Usus.* Ludis oblectamur, & ducimur. V. *Delector.*

Obligatio, onis, f. **Verpflichtung, Verbindung.** *Syn.* Auctoramentum. *Epi.* Gravis & difficilis. *Usus.* Difficilior est animi ac sententiæ, quam pecuniæ obligatio. *Est mea obligatio, vulg.* **es ist meine Schuldigkeit.** Est id officii mei; meæ hæ sunt partes. *Obligationem scriptam accepi, habeo, vulg.* **ich habe eine schriftliche Obligation, eine Verschreibung empfangen.** Fiduciam accepi; fiduciam teneo. *Obligationem de se dare,* **eine Schuldverschreibung von sich geben.** Nomina facere.

Obligatus, a, um. **verbunden, verpflichtet.** *Syn.* Obstrictus, devinctus. *Phras. Magnopere tibi obligatus sum,* **ich bin dir hoch verbunden.** Tantum tibi debeo, quantum persolvere difficile est; incredibilem tibi amorem quendam, & omnia in te summa ac singularia studia debeo. Vix, aut ne vix quidem solvendo sum, tanta sunt tua in me officia ac merita. Verbis non patitur res satisfieri, adeo me in perpetuum devinxisti. Maximis me beneficiis obstrictum tenes. Mancipio & nexu tuum me feciſti. Multis me beneficiis ac pignoribus velut auctoratum habes. Agere mecum potes tanquam ex syngrapha, ita me tibi devinctum tenes. Maximis me beneficiorum vinculis obstrinxisti. V. *Obnoxius, beneficium, officium. Usus.* Tenere aliquem beneficiis obligatum.

Obligo, as, avi, atum, are. **verbinden, verpflichten.** *Syn.* Obstringo, in perpetuum obligo, devincio, adstringo, religo, alligo. *Adv.* In perpetuum, nusquam, valde. *Phras.* 1. *Magnopere me tibi obligabis,* **du wirst mich sehr verbinden.** Magnam a me inibis gratiam; hoc ego in summi beneficii loco ponam, numerabo; me tibi in perpetuum devincies, obstringes. V. *Obligatus.* 2. *Obligo me,* **ich verbinde, verpflichte mich hoch und theuer.** Omni me execratione devincio; fidem meam do, interpono; obligo fidem meam & obstringo. 3. *Obligatur ex promisso, legibus,* **er ist kraft seines Versprechens, nach den Gesetzen schuldig.** Tenetur promisso, legibus; legum, promissorum vinculis obstringitur. *Usus.* Obligare aliquem militiæ sacramento, pactionibus. Sibi aliquem beneficio obligare. Domum alicujus religione, populum scelere obligare. Legum & judiciorum pœnis obligatur. Obligare vulnus.

Obligurio, is, ivi, itum, ire. **verprassen, durch die Gurgel jagen.** *Syn.* Ligurio, devoro. *Usus.* Fortunas suas obligurire; patrimonia profundere. V. *Consumo.*

Oblimatus, a, um. **mit Schlamm überzogen.** *Syn.* Limo pinguis. *Usus.* Nilus oblimatos agros relinquit.

Oblino, is, levi, litum, ere. **ausstreichen, überstreichen.** *Usus.* Vita hominis libidine oblita. Unguentis, cœno oblitus. Eloquentia Asiæ moribus oblita.

Oblique, **schief, schräg.** ✕ *recte. Usus.* Recte, oblique ferri.

Obliquus, a, um. **schief, schräg.** *Syn.* Transversus. *Usus.* Motu corporis obliquo. In oblique, & transversa hostium latera invectus.

Obliteſco, is, litui, ere. **verborgen liegen.** *Syn.* Delitescо. *Usus.* Stellæ a nostro aspectu interdum obliteſcunt.

Oblittero, as, avi, atum, are. **auslöschen, durchstreichen, in Vergessenheit bringen.** *Usus.* Beneficii memoriam oblitterare. V. *Obliviſcor, oblivio.*

Oblivio, onis, f **Vergessenheit.** *Syn.* Memoriæ lapsus. *Epi.* Exigua, perpetua, sempiterna, voluntaria. *Phras.* 1. *Cladis ea jam in oblivionem venit,* **diese Niederlage ist schon in Vergessenheit gekommen.** Cladis ea jam oblivioni data est; oblitterata in animo est; memoria intercidit; in oblivionem venit; ejecta ex animo memoria ejus cladis est; recens dolor proximæ cladis transiit; cladis ejus memoria cessit, clades e memoria excessit; animo

Digitized by Google

mo excidit; ex animo deleta est; clades ea jam ex memoria depositа est; è memoria dilapsa, elapsa est; in oblivionem adducta est; clades ea jam animo effluxit; excidit memoria ejus cladis; clades ea oblivione contrita, obruta, tecta est; cladis ejus acerbitatem oblivio jam delevit. 2. *Tot summorum virorum nomina in oblivione sint*, die Namen und Thaten ſo vieler vornehmer Männer ſind in Vergeſſenheit gerathen. Tot summorum virorum memoria ceſſit; abiit vetuſtate memoria; nomen vetuſtate abolevit, memoria abolevit; tot viri ſummi in oblivione jacent. 3. *Lætiores indies nuntii oblivionem tandem inducunt tot malorum*, dieſe guten Zeitungen machen, daß man des vorigen Elends vergißt. Lætiores nuntii expellunt memoriam tot malorum; oblivionem afferunt tot malorum; triſtes ſuperiorum temporum imagines ex memoria detergunt, evellunt; obliteraverant in animo ſuperiorum temporum clades; animum a conſpectu tot malorum avertunt; tot malorum memoriam ex animo delent. *Uſus.* Omnem memoriam injuriarum ſempiterna oblivione delere, obruere, exſtinguere, conterere. Tuas laudes nulla unquam obſcurabit oblivio. Erunt ſemper, qui tuas laudes ab oblivione, & ſilentio hominum vindicent. V. *Obliviſcor*, *memoria imboſſita*.

Oblivioſus, a, um. vergeſſen. *Syn.* Immemor.)(*Memoria.*

Obliviſcor, eris, obltus, viſci, vergeſſen, aus der Acht laſſen. *Syn.* Mihi excidit, ex animo meo excidit, effluit; oblivio me capit; ex memoria depono; alicujus rei memoriam depono, oblivione perpetua deleo; aliquid e memoria elabitur, dilabitur; rei memoria ex animo discedit. *Phraſ.* 1. *Nunquam tui obliviſcar*, ich werde deiner niemals vergeſſen. Ita mihi imago tam cari capitis inſedit, ut excidere, effluere ex animo nunquam poſſit; memoria tua nulla temporis longinquitate abibit; nulla ætas tui memoriam ex animo oblitterabit meo. V. *Memor*, *oblivio*. 2. *Obliviſcere tandem calamitatum tuarum*, vergiß doch einmal deines Unglücks. *Wagner.* Caſus tuos tandem ex animo tuo, mente tua, memoria tua dele, evelle; omitte temporum tuorum memoriam; depone & abjice calamitatum tuarum memoriam, malorum tuorum triſtes imagines voluntaria oblivione depone, contere; deleat tandem, auferat calamitatis ſenſum ſempiterna oblivio. *Uſus.* Depone memoriam doloris tui, & injurias, *vel* injuriarum obliviſcere.

Oblongus, a, um. länglicht. *Uſus.* Figura oblonga.

Obloquor, eris, locutus ſum, loqui. widerſprechen. *Syn.* Obſtrepo. *Phraſ.* *Totus ſenatus obloquutus eſt*, der ganze Rath hat ihm widerſprochen. Reclamatum a toto ſenatu, nec ſine convitio; fremitus univerſi ſenatus obortus eſt; obſtrepebat ſenatus univerſus, carpebatque ſententiam. *Uſus* Tu me appelles licet, & interpelles, & obloquaris.

Obluctor, aris, atus ſum, ari. widerſtehen *Syn.* Obnitor, repugno. *Uſus.* Hoſti obluctari. V. *Repugno.*

Obmolior, iris, molitus ſum, iri. vorbauen, entgegen ſetzen. *Uſus.* Omnes ad obmolienda, quæ ruinis ſtrata erant, concurrerunt.

Obmutesco, is, mutui, ere. verſtummen. *Syn.* Conticeſco. *Adv.* Plane. *Phraſ.* *Præ ſtupore obmutuit*, er iſt vor Verwunderung ganz ſtumm geworden. Admiratio tam novæ rei, ac ſubitæ homini incluſerat vocem; rei inſolentia animum pariter & ſilentium defixit; mutum & elinguem reddidit; inſolitum rei ſpectaculum hominem ita defixit, ut neque animo, neque lingua conſtaret; rei ſpectaculo defixus & attonitus ſilentium tenuit, ſtupenti lingua conſtitit. *Uſus.* Nulla unquam vetuſtas de te obmuteſcet. Homo diſertus & loquaciſſimus repente obmutuit.

Obnitor, eris, niſus ſum, niti widerſtehen, widerſtreben. *Syn.* Obſiſto, occurro; adverſum rem, contra rem tendo V. *Repugno.*

Obnoxius, a, um. unterworfen, verpflichtet. *Syn.* Subjectus. *Uſus* Vivat, qui obnoxius & ſubjectus vivere cupit. Supplex & obnoxius.

Obnubo, is, pſi, ptum, ere. verhüllen. *Syn.* Obtego

Obnuntiatio, onis, f. Verkündigung eines Uebels. *Syn.* Auguris ſignificatio

tio de periculo imminente. *Usus.* Dirarum obnuntiatio neglecta.

Obnuntio, as, avi, atum, are. böſe Zeitungen bringen. *Syn.* Nuntio, prænuntio. *Usus.* Legem tulit, ne obnuntiare comitiis liceret.

Oborior, eris, ortus ſum, iri. entſtehen. *Syn.* Exorior. *Usus.* Quanta mihi lux oboritur. V. *Orior.*

Obrepo, is, repſi, reptum, ere. überſchleichen. *Syn.* Irrepo. *Adv.* Extrinſecus. *Usus.* Senſim tibi obrepit ſenectus. Obrepere ad honores, in animos hominum. In animos dormientium multæ imagines obrepunt.

Obrigeo, es, ui, ere. erſtarren. *Usus.* Nive & pruina obriguere. V. *Frigus.*

Obrogo, as, avi, atum, are. ein neues und widriges Geſetz aufbringen. *Syn.* Aliam legem rogo, qua prior ab alio lata infirmetur.

Obruo, is, ui, utum, ere. überſchütten, bedecken. *Syn.* Operio, ſepelio.)(*eruo.* *Usus.* Magnitudine negotii tanquam fluctu obruor. Homo ære alieno obrutus. Criminibus & teſtibus aliquem obruere.

Obſcœne, ſchändlich, unflätig. *Syn.* Turpiter.

Obſcœnitas, tis, f. Wuſt, Unflath. *Syn.* Turpitudo. *Usus.* Verborum rerumque obſcœnitas vitanda.

Obſcœnus, a, um. unflätig. *R. ex* ob & cœnum. *Syn.* Turpis. *Usus.* Genus jocandi illiberale, petulans, flagitioſum, obſcœnum. V. *Turpis, petulans, libido, impudicus.*

Obſcuratio, onis, f. Verfinſterung. *Syn.* Obſcuritas. *Epi.* Magna, tanta. *Usus.* Obſcuratio ſolis. Inde mentis obſcuratio conſequitur.

Obſcure, dunkel, düſter. *Syn.* Per nebulam, per caliginem.)(*aperte.* *Usus.* Non agam obſcure. Malum ſerpit non obſcure.

Obſcuritas, atis, f. Dunkelheit, Finſterniß. *Syn.* Obſcuratio, tenebræ, caligo, ænigma.)(*Lux. Epi.* Diuturna, maxima, involuta. *Usus.* Cauſa latet obſcuritate naturæ involuta. Habet ea res magnam obſcuritatem. Oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ſæpe obſcuritatem & tenebras affert.

Obſcuro, as, avi, atum, are. verdunkeln, finſter machen. *Syn.* Lucem eripio, noctem rebus, *vel* tenebras obduco, obcæco, luminibus officio, inobſcuro, caliginem offundo, luminibus obſtruo, tenebris involvo, tenebris circumfundo *Adv.* Negligenter, ſenſim, plene. *Phraſ.* 1. *Cœlum obſcuratur*, der Himmel verfinſtert ſich. Spiſſæ intendunt ſe cœlo nubes, ut lucem condant; cœlum una & continenti nube involvitur; aër totus in nubes cogitur; obductæ cœlo nubes ſolem diemque eripiunt, tenebris omnia involvunt, circumfundunt. *Usus.* Lumen lucernæ obſcuratur, & offunditur luce ſolis Obſcurata & evaneſcens memoria.

Obſcurus, a, um. dunkel, finſter. *Syn.* Habens obſcuritatem, tenebricoſus, ſpiſſus, cœcus; tortuoſus, involutus, latens, opertus, a natura involutus.)(*apertus, illuſtris.* *Phraſ.* 1. *Homo obſcurus & ignotus*, ein unedler, unachtbarer Menſch. Homo re nulla nobilis; cujus fama in obſcuro; ex cœno, neſcio quo & tenebris extractus. V. *Humilis, ignobilis.* 2. *Liber eſt nimis obſcurus*, dieſes Buch iſt ſehr undeutlich, unverſtändlich. Multa ſunt in hoc libro tenebris circumfuſa; abſtruſa multa, & craſſis occultata tenebris; longiſſime ab imperitorum intelligentia, ſenſuque disjuncta; materia, argumentum libri non ſatis puerili ingenio æqua; nihil ibi in medio poſitum, nihil non abſtruſum & reconditum. 3. *Obſcurus orator eſt*, ein Redner, der kaum zu verſtehen iſt. Orator qui ita loquitur, ut non intelligatur; cujus milleſimam partem vix intelligas; qui in tenebris, quam luce cauſam ſuam verſari malit; qui compreſſione rerum totam obcæcat orationem; cujus ſermo Oraculis ſimilior, quam orationi; qui ænigmata loquitur; cujus orationi Oedipo conjectore opus ſit. *Usus.* Multa erant obſcura, ambigua, involuta; explanationes interpretum eſſent adhibendæ. Homo obſcuris natalibus.

Obſecratio, onis, f. Bitte. *Syn.* Preces, deprecatio, obteſtatio. *Epi.* Gravis, humilis, ſuperba. *Usus.* Obſecratione uti. Obſecrationem repudiare.

Obſecro, as, avi, atum, are. bitten. *Syn.* Rogo, oro, obteſtor. *Adv.* A-

Digitized by Google

mantiſſime, magnopere, vere. *Uſus.* Ille pro ſalute mea populum obſecravit. Obſecro te per fratris mortui cinerem, per nomen propinquitatis. V. *Rogo.*

Obſecundo, as, avi, atum, are folgen, gehorchen. *Uſus.* Cui cives aſſenſerint, hoſtes obedierint, venti obſecundarint V. *Obedio, pareo.*

Obſepio, is, pſi, ptum, ire. verzäunen. *Syn.* Sepio, intercludo. *Uſus.* Vias ad honores alicui obſepire. V. *Munio.*

Obſequioſus, a, um. folgſam, dienſtfertig. *Syn.* Qui facile obſequitur. V. *Officioſus.*

Obſequium, ii, n. Gehorſam, Willfahrung. *Syn* Indulgentia, officium. *Epi.* Moleſtum. *Uſus.* Obſequio ſuo mitigare hominem. Multa in homines obſequia. Animus ab indulgentia, & obſequio corporis discedat. Obſequium amicos, veritas odium parit. V. *Officium.*

Obſequor, eris, ſecutus ſum, ſequi, willfahren, folgen, gehorchen. *Syn.* Morem gero, morigeror, gratificor, indulgeo.)(*Repugno. Phraſ.* 1. *Obſequi genio ſuo*, ſeiner Luſt folgen. Morem gerere animo ſuo; ſervire cupiditatibus; curare genium; indulgere genio, 2. *Homini improbo per omnia obſequitur*, er folget dieſem gottloſen Menſchen in allen. Totum ſe dat homini; nutus ejus omnes obſervat, intuetur; ad nutum hominis improbiſſimi ſe convertit; nutu ejus regitur; ex ejus nutu & arbitrio ſuſpenſas habet omnes vitæ ſuæ rationes. *Uſus.* Tempeſtati navigantes obſequuntur. De ea re tibi obſequor. Conſuetudini libenter obſequor. V. *Indulgeo, gratificor.*

Obſero, as, avi, atum, are, verrigeln, zuſchließen. *Syn.* Sera impoſita occludo. *Uſus.* Ædes, aures obſeratæ. V. *Claudo.*

Obſero, is, ſevi, ſitum, ere. beſäen. Sero, conſero. *Uſus.* Terra frugibus obſerebatur. Loca virgultis, tenebris obſita.

Obſervans, tis. *g. o.* ehrerbiethig. *Syn.* Studioſus, cupidus. *Uſus.* Homo mei obſervantiſſimus. V. *Studioſus.*

Obſervantia, æ, f. Ehrerbiethung, Hochachtung. *Syn.* Veneratio, cultus, reverentia. *Epi.* Diligens, perpetua, præſens ſumma. *Uſus.* Obſervantia eſt, per quam aut ætate, aut dignitate antecedentes colimus & veneramur. Mea tibi obſervantia nunquam defuit. Amicos obſervantia retinere. V. *Officium, revereor.*

Obſervatio, onis, f. Beobachtung, Anmerkung. *Syn.* Animadverſio. *Epi.* Diuturna, conſtans, longinqua, ſumma, ſupina. *Uſus.* Obſervatio diuturna peperit artem.

Obſervo, as, avi, atum, are. beobachten, anmerken, in Ehren haben. *Syn.* Animadverto, noto; ſpeculor, aucupor, ex inſidiis capto, in ſpecula ſum; legibus obtempero, pareo: colo, veneror, amo. *Adv.* Æque, aſſidue, diligentius, peramanter, perofficioſe, ſanctiſſime, ſtricte, valde, vehementer. *Phraſ. Ubique obſervat me*, er giebt überall auf mich acht. Ejus oculi aſſidue in me intenti ſunt; in me unum oculos conjicit; ex inſidiis, clanculum ſermones meos captat; velut e ſpecula obſervat mores meos; aures & oculi ejus aſſidue ſpeculantur me, & cuſtodiunt; omnia odoratur; ſubauſcultat, aucupatur ex inſidiis ſermones omnes, meque omni in loco inſenſus ſervat. *Uſus.* 1. Motus ſtellarum obſervare. Obſerva, quæſo, hominis conſilia. 2. *Colo, veneror*, verehren. Peramanter me obſervat. Obſervare & colere aliquem, ut alterum parentem. V. *Colo, veneror.*

Obſes, idis, m. Geiſel. *Epi.* Præcipuus, incolumes, multi. *Uſus.* Obſides victis imperare. Obſides dare, habere, mittere, accipere.

Obſeſſio, onis, f. Belagerung. *Syn.* Obſidio. *Uſus.* Obſeſſio fori, occupatio templorum, oppreſſio curiæ.

Obſideo, es, ſedi, ſeſſum, ere. umgeben, belagern. *Syn.* Circumſideo, obſeſſum teneo, foſſa & vallo ſeptum teneo: oppugno. *Adv.* Omnino. *Phraſ.* 1. *Romani Numantiam obſedere*, die Römer haben Numantia belagert. Obſidione, munitionibusque preſſere; corona circumdedere, cinxere; vallo, aggere, operibus oppugnavere Romani obſidionem intulere Numantiæ; Numantiæ mœnia ab omni parte aggreſſi ſunt; Romani exercitum

Digitized by Google

ad urbem Numantiam admovere; corona militum cinxere; circumplexi sunt opere ac munitione; in obsidione tenuere. 2. *Obsessa urbs est, & vehementer oppugnata*, die Stadt iſt ſehr ſcharf belagert und eingeſchloſſen. Circumſeſſa urbs eſt, & circumvallata, arx opere circumventa, circumjecta moenibus peditum multitudo, peditatui circumfusæ equeſtres turmæ, quaſſata muralibus tormentis moenia, & ſumma ope oppugnata. Totius belli inſtrumentis, & apparatu actum, ac ne punctum quidem temporis oppugnatio reſpiravit. Urbs aggeribus oppugnata, tormentis verberata, nudata pars magna moenium, pars muralibus machinis decuſſa; urbi externa vis ingruit, caſtra ad urbem poſita ſunt; urbs obſidione clauſa eſt; viæ omnes, aditusque inſeſſi, & admoto totius bellici apparatus inſtrumento quati, feriri, arietibus percuti urbs coepta eſt. V. *Oppugno. Uſus.* Obſidere urbem. Armis ſenatum obſidere.

Obſidio, onis, f. Belagerung. *Syn.* Obſeſſio. *Phraſ.* 1. *Urbem obſidione liberavit*, er hat die Stadt entſetzet. Ab obſidione vindicavit; obſidione exemit; ex obſidione eripuit; urbem hoſtilibus armis obſeptam; hoſtium copiis ſeptam, cinctam, oppreſſam in libertatem reſtituit, incolumem ſervavit, libertate, incolumitate donavit. Hoſtes urbem obſidione prementes, caſtris poſitis ad urbem ſedentes, urbis libertati imminentes expulit, ejecit, in fugam convertit, ſubmovit, fugavit. 2. *Obſidio ſuſtinenda erit*, man wird eine Belagerung ausharten müſſen. De tectis, moenibusque dimicandum erit; moenibus bellum propulſandum erit. *Uſus.* In obſidione eſſe; in obſidione tenere; obſidionem continuare. Obſidionem ſolvere, omittere. Obſidione urbem liberare.

Obſidionalis, e. * zur Belagerung gehörig. *Uſus.* Corona obſidionalis.

Obſignator, oris, m. Verſiegler. *Uſus.* Litterarum obſignatores & teſtes.

Obſigno, as, avi, atum, are, ſiegeln, verſiegeln. *Syn.* Signo, configno, ſignum appono, ſignum imprimo. *Uſus.* Epiſtolam, decretum, tabulas obſignare. Judicum ſignis teſtamentum obſignatum eſt.

Obſiſto, is, ſtiti, ſtitum, ere. widerſtehen. *Syn.* Reſiſto, repugno, occurro, conatum refuto, prohibeo, conatibus obviam eo; conatum comprimo, frango; a conatu repello. *Adv.* Audacter, malitioſe, pernicioſe, vehementer. *Uſus.* Audacter alicui; dolori, vitiis obſiſtere. Multorum odiis nullæ opes obſiſtere poſſunt, V. *Reſiſto.*

Obſoleſco, is, ſolevi, ere. veralten, in Abgang kommen. *Syn.* Inveteraſco, tenebris vetuſtatis opprimor. *Splendeo. Uſus* Vetuſtate iſta, *vel* propter vetuſtatem jam obſoleverant.

Obſolete, * altväteriſch. *Uſus.* Homo obſoletiſſime veſtitus.

Obſoletus, a, um. altväteriſch, veraltet. *Syn.* Antiquus, inuſitatus, inſolens, ſordidus. *Uſus.* Obſoletus veſtitus. Hæc vulgaria ſunt, abjecta & obſoleta. Obſoletus Numitor.

Obſonium, ii, n. Eſſwaaren, Zugemüſe. R. ὀψώνιον. *Syn.* Quidquid cibi ad panem, vinumque adjicitur. V. *Cibus.*

Obſono, as, avi, atum, are. Eſſe einkaufen. *Syn.* Obſonium comparo. *Uſus.* Famem ambulando obſonabat Socrates, *appetentiam cibi excitabat.*

Obſtaculum, i, n. * Gegenſtand, Hinderniß *Syn.* Impedimentum. *Uſus.* Oppoſita obſtacula perrumpere. V. *Impedimentum.*

Obſtetrix, icis, f. * Hebammue, Beymutter. *Epi.* Fida, peritiſſima, felix. *Syn.* Quæ opem fert parienti.

Obſtinate, * hartnäckig, halsſtarrig. *Uſus.* Obſtinate negavit omnia.

Obſtinatio, onis, f. Halsſtarrigkeit. *Uſus.* Ille omnia obſtinatione quadam ſententiæ repudiavit. V. *Pertinacia.*

Obſtinatus, a, um. hartnäckig, halsſtarrig, ſtützig. *Syn.* Pertinax, pugnax, durus. *Phraſ. Nimis es obſtinatus*, du biſt allzu halsſtarrig. Quod tenere ſuscepiſti, præſtate tueris; nimium tenax es ſententiæ tuæ. Non animi judicio, ſed pertinaciæ ſtudio in ſententia perſtas. Ubi animum ſemel obſtinaveris, depelli de ſuſcepta voluntate

Digitized by Google

te non vi, non ratione usa potes. V. *Pertinax. Usus.* Illius voluntas obstinatior est.

Obsto, as, stiti, stitum, are. entgegen stehen, widerstehen. *Syn.* Obsisto, officio, impedio. *Adv.* Vehementer. *Usus.* Quid obstat, quin facias? officere & obstare commodis alterius V. *Resisto, impedio.*

Obstrepo, is, ui, itum, ere. widerstreben, überlästig seyn. *Syn.* Obloquor. *Usus.* Litteris tibi obstrepere ausus non sum.

Obstringo, is, strinxi, strictum, ere. verbinden. *Syn.* Devincio, obligo)(*solvo Adv.* In perpetuum. *Phras. Obstrinxere se invicem*, sie haben sich untereinander verbunden. In hæc data & accepti fides est; fidem obligavere suam; promissionem vim fœderis habere voluere; hæc fide sanxerunt; data ultro, citroque fide promissa confirmarunt; fide interposita sanxerunt. *Usus.* Ære alieno obstrictus. Obstrictus voluptatibus tenetur. Maximis beneficiorum vinculis obstrictus Religione civitatem obstrinxit, V. *Obligo.*

Obstructio, onis, f. Verstopfung. *Syn.* Interclusio. *Epi.* Diuturna. *Usus.* Obstructionibus ventris obnoxius.

Obstruo, is, xi, ctum, ere. verstopfen, vermachen. *Syn.* Obsero, obsepio, occludo, oppilo. *Phras. Aditus omnes hostibus obstruximus*, wir haben den Feinden allen Paß abgeschnitten. Vias omnes dejectu arborum, saxorumque ingentium clausas, septasque habemus; arborum truncos, saxaque, qua via ruinis patefacta est, admoliti sumus. *Usus* Luminibus alicujus obstruere, einem das Licht verbauen. Vias omnes, & persugia obstruere.

Obstupefacio, is, feci, factum, ere. [illegible], erstaunen machen. *Syn.* [illegible] *Phras.* 1. *Res inopinata obstupefecit omnes*, diese Sache hat alle in Erstaunen gesetzt. Nullius non admirationem movit; omnibus pro miraculo fuit; stupor omnes admiratione rei tam insolitæ [illegible] stupor ac silentium defixit [illegible] conspectum rei silentio [illegible] 2. *Malorum assuetudo obstupefecit*, die oftmalige [illegible] benehmen dem [illegible] fast alle Empfindung. Sensus adimit; sentiendi vim, aufert; stuporem inducit, affert, injicit. Quorum animum malorum assuetudine occaluit; quorum animis callum obduxit malorum consuetudo; quorum animi malorum usu ac consuetudine obduruerunt, percalluerunt, callum contraxerunt; non ita recentes ad infortunia; malorum non insolentes sunt; qui secundis rebus raro usi, res adversas minime sentiunt; malorum tandem sensum amittunt. V. *Miror, stupor. Usus* Obstupefactus, ac perterritus mea diligentia.

Obstupesco, is, stupui, ere. erstaunen. *Syn.* Stupeo, stupesco. *Usus.* Sic obstupuerant, sic terram intuebantur. Obstupescent posteri, rerum gestarum magnitudinem. V. *Obstupefacio, stupor, admiratio.*

Obsum, es, esse. schaden, schädlich seyn. *Syn.* Officio, noceo.)(*Prosum. Phras. Obest sibi ipse*, er schadet sich selbst, steht sich selbst im Lichte. Salutem affligit, deserit, suæ ipse saluti deest. *Usus.* Non modo non oberat, sed sua commendatione plurimum proderat. V. *Adversor.*

Obsurdesco, is, ere. taub werden. *Syn.* Sensum audiendi amitto. *Usus.* Hoc sonitu completæ aures obsurdescunt. Obsurdescimus, nec ea, quæ monemur, audimus. V. *Surdus.*

Obtego, is, xi, ctum, ere. verdecken, bedecken. *Syn.* Contego, obduco.)(*Detego. Usus.* Fingere, dissimulare, obtegere. Vitia multis postea virtutibus obtecta. Adolescentiæ turpitudo, obscuritate & sordibus tuis obtegatur. V. *Tego*

Obtemperatio, onis, f. Folgeleistung. Gehorsamkeit. *Usus.* Justitia est obtemperatio legibus.

Obtempero, as, avi, atum, are. folgen, gehorsamen. *Syn.* Obedio, parco, obsequor. *Adv.* Diligenter, multum. *Usus.* Cupiditati alicujus obtemperare. V. *Obedio, parco.*

Obtendo, is, tendi, tentum, *vel* tensum, ere. vorziehen, vorspannen. *Syn.* Obduco, prætendo. *Usus*, Uniuscujusque natura tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur. V. *Prætendo, prætexo.*

Obtero, is, trivi, tritum, ere. zertreten, zerreiben. *Syn.* Contundo, contero. *Adv.* Aperte. *Usus.* Vete-

Digitized by Google

res majorum laudes obterere. Senescentem populi majestatem obtrivit, ac contudit Prosternere, & obterere obtrectationes malevolorum.

Obtestatio, onis, f. dringende Bitte. *Syn.* Imploratio, obsecratio, deprecatio.

Obtestor, aris, atus sum, ari. heftig bitten, beschwören. *Syn.* Testor, appello, imploro. *Usus.* Deos omnes imploro, & obtestor vos Judices, ut misericordiam huic tribuatis: Flens flentem te obtestor, & salutem viri tibi commendo. Quaeso, oro, obtestor, ne me perditum omnino velitis. V. *Rogo.*

Obticeo, es, ui, ere. schweigen, verstummen. *Syn.* Conticeo. *Usus.* Turpiter obticuit chorus. V. *Taceo.*

Obtineo, es, ui, tentum, ere. erlangen, erhalten. *Syn.* Impetro, consequor, adipiscor; teneo, vinco. *Adv.* Diutius, in perpetuum. *Phras.* 1. *Obtinui tandem, quae volebam*, ich habe endlich erhalten, was ich verlangte. Consecutus sum tandem, teneo, quae cupiebam. Extudi tandem, quae volebam; optata teneo; optati compos factus sum; instando perpuli, evici, quae volebam. V. *Acquiro, assequor. Usus.* 1. Obtinere provinciam cum imperio. Honoris gradum, jus suum, causam obtinere. 2. *Retineo, conservo, custodia*, behalten, bewahren. Morem suum, veterem consuetudinem obtinere. 3. *Habeo*, haben. Parentis locum apud me obtinet. Quem apud me locum obtinuisti?

Obtingo, is, tigi, ere. begegnen, widerfahren. *Syn.* Obvenio. *Usus.* Provincia mihi sorte obtigit. Quidquid obtigerit, aequo animo feram. V. *Evenio.*

Obtorpesco, is, torpui, ere. erstarren. *Syn* Torpeo, obstupesco. *Usus.* Miror, ei non linguam obmutuisse, & manum obtorpuisse.

Obtortus, a, um. umgedrehet. *Usus.* Obtorta gula in carcerem abripere quempiam.

Obtrectatio, onis, f. Verleumdung. *Syn.* Calumnia, reprehensio, vituperatio. *Epi.* Domestica, occulta, communis. *Usus.* Obtrectatio invidiae solet lacerare plerosque. Haec res habet obtrectationem. V. *Calumnia.*

Obtrectator, oris, m. [illegible]. *Syn.* Calumniator, maledicus, invidus, iniquus. *Usus.* Adversarius & obtrectator laudum mearum. Quid sperem potentissimo inimico, infidelibus amicis, pluribus invidis, nullo socio & consorte laboris, omnibus obtrectatoribus. V. *Maledicus.*

Obtrecto, as, avi, atum, are. schmähen, verleumden. *Syn.* Maledico, vitupero, calumnior, dente maledico carpo. *Usus.* Obtrectare vitiosa aemulatione, quae rivalitati similis est. Obtrectans angitur alieno bono, quod idem etiam alius habet V. *Detrabo, maledico, vitupero, calumnior.*

Obtrudo, is, trusi, sum, ere. aufdringen *Phras. Antonium Dominum nobis obtrusit*, er hat uns den Antonius als unsern Herrn aufgedrungen. Antonium in cervicibus collocavit; cervicibus Antonium Dominum imposuit. *Usus.* Ea, quia nemini obtrudi potest, itur ad me.

Obtrunco, as, avi, atum, are. niederhauen. *Phras. Hominem obtruncari jussit*, er hat ihn enthaupten lassen. Securi percuti, ferири hominem jussit; caput homini abscindi; collum secari, abscindi; caput auferri; carut gladio demi jussit. V. *Caput. Usus.* Puerorum obtruncat membra, articulatim dividit.

Obtundo, is, tudi, tusum, ere. stumpf machen *Syn.* Retundo, perstringo, onero. *Acuo, exacuo. Usus.* Multa, quae mentem obtundant. Non obtundam aures tuas sermonibus, non epistolis longioribus. Homo ad omnia hebes, & obtusus. Aures obtusae. V. *Molestus.*

Obturbo, as, avi, atum, are. [illegible] stiften, verwirren. *Usus.* Obturbare solitudinem alicujus. V. *Impedio, turbo.*

Obtutus, us, m. das Anschauen, Blick. *Syn* Aspectus, conjectus oculorum. *Usus.* Figere obtutum oculorum aliquo. V. *Aspectus.*

Obvallo, as, avi, atum, are. umschanzen, verschanzen. *Syn.* Circumvallo, munio, firmo. V. *Munio.*

Obvenio, is, veni, ventum, ire. begegnen, zukommen. *Syn.* Obtingo. *Usus.* Hereditas ei opulenta obvenit. V. *Evenio.*

Digitized by Google

Obverſatio, onis, f. **das Herumgehen.** *Syn.* Obambulatio.

Obverſor, aris, atus ſum, ari. **ſchweben.** *Syn.* Verſor, occurro. *Uſus.* Obverſatur mihi ante oculos Reipublicæ dignitas, V. *Verſor.*

Obverto, is, verti, verſum, ere. **entgegen halten, zukehren.** *Uſus.* Os alicui, navem aliquo obvertere. V. *Verto.*

Obviam, **entgegen.** *Phraſ.* 1. *Obviam ivit parenti*, **er iſt ſeinem Vater entgegen gegangen.** Obviam ſe tulit, obviam proceſſit, prodiit, venit; obviam profectus eſt; obviam properavit; in complexum parentis venit. 2. *Latro obviam factus eſt proficiſcenti*, **auf der Reiſe gerieth ich einem Mörder in die Hände.** Obviam ſe dedit latro proficiſcenti; obtulit ſe proficiſcenti latro; obviam ſe obtulit; adverſus me ivit; oculis meis ſe obtulit; obviam fuit proficiſcenti, proficiſcenti latronem caſus obtulit; in conſpectum dedit; incidi in latronem; latro in conſpectum incurrit; occurrit mihi latro. *Uſus.* 1. Obviam mittere, egredi; obviam effundi. 2. *Contra*, **wider.** Obviam ire conatibus improborum.

Obvius, a, um. **begegnend, ungefähr.** *Syn.* Occurrens. *Uſus* Fac, ut litteræ tuæ veniant obviæ; obviæ mihi fiant. Claſſis hoſtibus in obvio eſt.

Obumbro, as, avi, atum, are. **überſchatten, beſchatten.** *Uſus.* Arbor veſtibulum obumbrat.

Obvolvo, is, volvi, volutum, ere. **verwickeln, verhüllen.** *Syn.* Tego, obduco. *Uſus.* Obvolutus & obligatus corio.

Occalleſco, is, callui, ere. **verharten.** *Syn.* Percalleſco, obdureſco. *Adv.* Prorſus, non dubitanter, plane. *Uſus.* Jam prorſus ad omnem dolorem occalui.

Occaſio, onis, f. **Gelegenheit.** *Syn* Locus, tempus, opportunitas, facultas, anſa, campus, cauſa, tempus oblatum. *Epi.* Tanta, ampla, amiſſa, bona, mirifica, oblata, quantæ, præclaræ. *Phraſ.* 1. *Occaſionem egregiam habes rem bene gerendi*, **du haſt eine treffliche Gelegenheit dich zu zeigen.** Magnum theatrum tibi gloriæ panditur. Locus tibi aperitur rei ſtrenue agendæ. Munita tibi via eſt ad ingentem laudem; pateſactus curſus virtutis; materia creſcendi per ſummam gloriam tibi ſuppeditatur. Non deeſt tibi materia creſcendi. Anſa hoc loco tibi datur; materia præbetur; facultas offertur, præbetur, datur magnorum in Rempubl. meritorum. Nactus es egregiam opportunitatem, nactus es hac re aditum ad præclara in omnes merita. Locus hic eſt de Republ. optime merendi. 2. *Occaſionem ne negligas*, **verſäume dieſe Gelegenheit nicht.** Quem ad maxima quæque nactus es aditum, quam rei gerendæ facultatem habes, ne amitte. Loco ne deſis, & tempori. Quid dubitas uti hac temporis opportunitate? Tempus rei bene gerendæ ne prætermittas. Offerentibus ſe rebus, e manibus ne omittas, dimittas, quæ mox repeti non poſſunt. Ne pereat tibi hæc occaſio; ne e manibus elapſa effluat; abeat, prætereat, fugiat, evolet, vide. 3. *Utere occaſione oblata*, **gebrauche dich der gegebenen Gelegenheit.** Oblata opportunitate, facultate, occaſione utere. Occaſionem, quæ ſe offert, non omittes, non amittes. Complectere, quam nactus es. occaſionem; arripe, quam oblatam tenes, temporis opportunitatem; tene hanc horam, urge opportunitatem. Quin tu urges iſtam occaſionem & facultatem? Noli, quod ultro offertur, faſtidire. Hoc aditu, januaque pateſacta, noli tempus amittere; occaſionem, quam caſus aperuit, e manibus dimittere; facultates, quæ tibi multæ dantur, temporisque opportunitates corrumpere. Oblata facultate ne tibi ipſe deſis. 4. *Nullam occaſionem omittam tibi gratificandi*, **ich werde keine Gelegenheit aus der Hand laſſen, dir zu dienen.** Nullum locum prætermittam; relinquam tuis commodis ſerviendi; nullo loco tibi deero; inter meas tot curas, etiam de te cogitandi locus erit. 5. *Si occaſio erit*, **wenn es ſich wird thun laſſen.** Ubi res & cauſa poſtulabit; ubi res feret; ſi occaſio ſe offeret; ubi commodum erit; ſi occaſio tu-

Digitized by Google

levit. 6. *Tua bona occasione, vulg.* mit deiner guten Gelegenheit. Oblata facultate; quod commodo tuo fiat, fieri possit: 7. *Ex occasione rei*, nach Gelegenheit der Sachen. Pro re nata; e re nata. *Usus:* Teneo, quam captavi, occasionem. Ea res illi occasionem maximæ laudis dedit, peperit, obtulit. Habeo. nactus sum occasionem ad agendum aliquid. Occasionem omittere, amittere. Occasione privari. In occasionem imminere. Si occasio tulerit. V. *Opportunus*, *materia*, *facultas*.

Occasus, us, m. Niedergang, Untergang. *Syn.* Obitus, interitus *Usus*, Sol ab ortu ad occasum commeans. Senectus est quasi occasus vitæ. Reipublicæ interitus & occasus immjnet.

Occatio, onis, f. das Eggen.

Occidens, tis, m. Niedergang, Untergang. *Syn.* Occasus.)(*Oriens. Usus.* In orientis, aut occidentis solis partibus.

Occido, is, di, sum, ere. tödten, umbringen, schlachten. *Syn.* Interficio, interimo, cædo, neco, macto, jugulo, trucido, perimo, vitam eripio, de medio tollo, luce communi privo, vitam ausero, necem affero, mortem affero, vita privo; morte mulco, afficio; vitam adimo, vita expello, vitam violo, e haurio; victimam per me ad inferos mitto; alieno me sanguine respergo. V. *Interficio. Adv:* Vulgo, nefario, palam. *Phras.* 1. *Multi occisi sunt*, es sind viele niedergemacht worden. Multi homines morte deleti, e numero vivorum exturbati sunt; atrox facta, commissa, edita, perpetrata mortalium multorum cædes est; multorum civium sanguine cruentatæ manus, multorum sanguine aspersæ sunt; arma multorum cæde imbuta sunt; multi gladio icti, obtruncati cecidere; barbara militum crudelitas vix multorum sanguine est expleta. Multi ferro consumti sunt; multum civilis sanguinis fusum est. Militum manus multorum sanguine rubuere. Multis oblata, illata mors est; multi ad mortem missi, deducti sunt. 2. *Occidendum se præbuit*, er hat sich selbst umbringen lassen. Jugulum hosti, inimico dedit; hauriendum sanguinem præbuit; ferro jugulum præbuit, cervicem gladio subjecit; in suam ipse perniciem incurrit. 3. *Sese ipse occidit, vulg.* er hat sich selbst umgebracht *Rectius*: Mortem sibi conscivit; in gladium incubuit; manus sibi attulit, intulit; vitæ usuram sibi eripuit; fati diem manu ipse sua occupavit; liberum mortis arbitrium occupavit; vitam sibi ipse voluntaria morte abrupit; latus gladio hausit; mortisque diem antevertit. *Usus.* Hostium copias occidione occidit.

Occido, is, di, casum, ere. untergehen. *Usus.* Vitæ occidenti opem ferre. In nihilum occidere. Nondum omnium dierum sol occidit. Memoria occidit. V. *Privo.*

Occidio, onis, f. das Niedermetzeln. *Usus.* Occidione occidere, *ad internecionem delere*, occidione occumbere.

Occino, is, ui, centum, ere. ansagen, zusagen. *Usus.* Si avis occinuerit.

Occipio, is, cepi, ceptum, ere. anfangen. *Syn.* Incipio. V. *Incipio.*

Occisio, onis, f. Mord. *Syn.* Cædes, occidio. *Usus.* Tu vim negabis esse factam, cum cædes & occisio facta sit? V. *Cædes.*

Occludo, is, si, sum, ere. zuschließen. *Syn.* Claudo. V. *Claudo.*

Occo, as, avi, atum, are. eggen. *Syn.* Crate occulto & deprimo jacta in agrum semina.

Occulo, is, lui, cultum, ere. verbergen, verstecken. R. a ὀγκυλίω, *involvo. Syn.* Occulto, abscondo. *Usus.* Parietum se umbris occulere. V. *Occulto*, *tego.*

Occultatio, onis, f. Verbergung, Verhehlung. *Usus.* Aliæ feræ fuga, aliæ morsu, aliæ occultatione se tuentur. Turpis occultatio sui.

Occultator, oris, m. Verberger. *Syn.* Receptor *Usus.* Occultator, & exceptor latronum locus.

Occulte, heimlich, verborgener Weise. *Syn* Abdite, tecte, ex occulto, ex insidiis; per ambages, circuitione.)(*aperte. Usus.* Quæ res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. V. *Clam.*

Occulto, as, avi, atum, are. verstecken, verbergen. *Syn.* Tego, obtego, contego, celo, recondo, suprimo, involvo, tenebris obscuro, ab

ab oculis removeo, dissimulo, *Ufus.* Occultare sententiam suam, animi sensus. Quæ natura occultavit, eadem omnes ab oculis removent. V. *Abdo, abscondo.*

Occultus, a, um. **heimlich, verborgen.** *Syn.* Latens, abditus, absconditus, reconditus, involutus, abstrusus, tectus, obscurus, tacitus, clandestinus, furtivus, penetralis.)(*apertus, manifestus. Adv.* Consulto, mirabiliter. *Ufus.* Occultum & intestinum malum. V. *Lateo.*

Occumbo, is, cubui, itum, ere. **unterliegen, umkommen.** *Syn.* Obeo, oppeto, fato cado, vitam pono, acquiesco, naturæ concedo, vita excedo; e vita discedo. V. *Morior. Adv.* Honeste. *Ufus.* Pro patria mortem non dubitavit occumbere. Ictus clava, fidem pastorum nequidquam invocans morte occubuit.

Occupatio, onis, f **Beschäfftigung.** *Syn.* Impedimentum, negotium. *Epi.* Assidua, magna, summa, tanta, vetus, recondita, exquisita, molesta. *Phraf. Occupationes quaedam morabantur iter meum,* **es haben mich einige Verrichtungen von der Reise aufgehalten.** Occupationes quædam, quibus assidue impellor, implicor, distineor; quibus vix me relaxare; minus evolvere, expedire, explicare poteram, iter morabantur. Quo minus in viam me darem, in causa erant negotia, quibus assidue implicor, impedior, oneror, pravissima rerum susceptarum onera, quibus premor assidue & obruor; occupationes, quibus urgeor assidue, & opprimor. V. *Occupatus, negotium. Ufus.* Vix mihi tempus erat, ad hanc epistolam scribendam, idque summis occupationibus ereptum. Occupationibus impediri, implicari, distineri. Occupationibus relaxare se, & expedire.

Occupatus, a, um. **beschäfftiget.** *Syn. Distentus*, distractus, impeditus, distractus: implicatus. *Adv.* Æque, honeste. *Phraf.* 1. *Occupatus sum,* **ich bin sehr beschäfftiget.** Multis gravibusque occupationibus sum implicatus; gravissimis rerum susceptarum oneribus premor; multarum rerum cura animum distinet; noctes, & dies non uno in opere urgeor; animum habeo non uno in opere occupatum; occupatissimus sum, nunquam a laboribus districtior sui; privatis, publicisque curis sum implicitus; multis occupationibus distineor, distringor. V. *Negotium, occupatio.* 2. *Occupatus jam non sum,* **ich bin itzt nicht mehr beschäfftiget.** Otii habeo plusculum; vacui temporis aliquid habeo; vacuus nunc a labore sum; otii nunc aliquid nactus sum, expedivi me molestis occupationibus, aut certe relaxavi; confectis iis negotiis, respiro nunc aliquantulum, & acquiesco. V. *Otium. Ufus.* Id me occupatum habet, Habere animum occupatum in opere. Animus occupatus. Quid dicam de occupatis meis temporibus. Tot occupati rebus, in ministeria sua discursu trepidant.

Occupo, as, avi, atum, are. **einnehmen, erobern: innehaben, besitzen.** *Syn.* Obsideo, præsidiis intercluſum teneo, præsidiis devincio; teneo, usurpo, possideo *Phraf.* 1. *Provinciam totam occupavit,* **er hat das ganze Land eingenommen.** Provinciam totam suæ ditionis fecit; in ditionem suam redegit; sub ditionem subjunxit; ad imperium adjunxit; in potestatem, sub imperium redegit; provinciam confecit; ad singula oppida arma circum tulit, & *Latinum* nomen omne domuit. 2. *Aliena bona vi occupavit,* **er hat sich fremder Güter mit Gewalt bemächtiget.** In rem suam vertit; in bona & possessiones alienas invasit; aliquem de suis fortunis deturbavit; bonis fundisque patriis exturbavit; de sua possessione dejecit; se in alicujus copias ingurgitavit; in eorum fundos armatos immisit, armatos in possessionem fundi misit; patrimonia illorum circumplexus, quasi thesaurum draco, possessiones insedit; in fundis illorum violentus consedit. *Ufus.* Cæsar præsidiis Italiam omnem obsidet, atque occupat. Regnum, tyrannidem occupare. Tanta Religio eorum mentes occupaverat.

Occurro, is, curri, cursum, ere. **entgegen gehen, begegnen.** *Syn.* Obviam eo, obviam fio; obsisto, repugno, resisto. *Adv.* Abundantius, angustius. *Phraf.* 1. *Nihil mihi tum*

Digitized by Google

occurrit, mir iſt damals nichts eingefallen. Diu cogitanti nihil ſuccurrit; nihil in mentem venit; idonei conſilii nihil ſuppetebat; nihil in mentem inciderat. 2. *Id unum occurrit mihi*, dieſes iſt mir allein eingefallen. Ea ſubiit animum cogitatio unica; illud unum in animo verſabatur; animo obverſabatur; id unum ſuccurrebat. Illud unum in buccam venerat; illud unum ſe obtulit, oſtendit. *Uſus.* 1. Malevolentiæ hominum, conſiliis improborum occurrere, & obſiſtere. 2. *In mentem venit*, es fällt mir ein. Nihil te effugiet, atque omne, quod erit in re, occurret, & incidet. Inquirentibus nobis, omnique acie ingenii contemplantibus oſtendent ſe, atque occurrent. Occurrunt mihi aliqua, ſed ea coram. 3. *Obviam fio*, entgegen kommen. Scripſi illi, ut mihi occurrat. Miſericordia tua ſupplicibus occurrit, nullis precibus evocata. V. *Obviam*, *incidit*.

Occurſatio, onis, f. das Begegnen aus Höflichkeit. *Syn.* Studium ſalutandi & prenſandi eos, a quibus honorum ſuffragia expectantur. *Epi.* Facilis. *Uſus.* Veſtras occurſationes, ſtudia, blanditias populares ſecum ablata eſſe ait.

Oceanus, i, m. das große Weltmeer. *Græc.* ὠκεανός. *Syn.* Mare magnum. *Uſus.* Oceanus, Atlanticus. Oceani freta. Terra circumfuſa illi mari, quod magnum, quod Oceanum appellatis. Oceani fervor conſtantiſſimus. Oceano fines terminemus, qui orbem terrarum amplexu finit. V. *Mare*.

Ocellus, i, m. Aeugelein, kleines Auge. *Syn.* Parvus oculus. *Uſus.* 1. Ocelli radices. 2. *Transl.* Ocelle mi.

Ocrea, æ, f. * Stiefel. *Uſus.* Siniſtrum crus ocrea tectum.

Ocreatus, a, um. * geſtiefelt.

Octo, acht. Octavus, a, um. der Achte. Octies, achtmal. Octingenti, æ, a, achthundert. Octingenteſimus, a, um, der achthundertſte. *Octodecim*, *vulg. Latine.* Duodeviginti, achtzehen. Octogeſimus, der achtzigſte. Octogeſies, achtzigmal. Octoginta, achtzig. Octoni, æ, a, je acht und acht. Octuplus, a, um. achtfach.

Octophorus, i. Sänfte. *Syn.* Lectica, quæ ab octo ſervis geſtatur.

Oculatus, a, um. * der ſehen kann. *Uſus.* Teſtis oculatus, Augenzeuge, der etwas ſelbſt geſehen hat.

Oculus, i, m. Aug. *Syn.* Lumen, acies, qua cernimus. *Epi.* Abſtinentes, perſpicaces, acres, acuti, aperti, integri, nimis arguti, cæci, cærulei, perverſi, non ſolum curioſi, ſed etiam errantes, licentiores, eminentes, lubrici, mobiles, venuſti, tenebricoſi, in cernendo ſubtiles, emiſſitii, in aſpectu micantes, variantes, teſtes & indices animi, humanitatis & benevolentiæ pleniſſimi, ampli, protuberantes, tumidi, blandientes, lucidi, albicantes, lætis & quaſi gaudio toti, dolis circumſepti, parvi, concavi, ſubnigri, maculoſi, ſanguinei, truces, ignei, flaveſcentes. *Uſus.* Oculorum eſt in nobis ſenſus acerrimus, quorum tum intentione, tum remiſſione, tum conjectu, tum hilaritate motus animorum ſignificamus. Oculos attollere, die Augen aufheben. Oculos dejicere, niederſchlagen. Oculos in aliquem conjicere, die Augen auf einen werfen. Oculos in ſe omnium avertere, aller Augen an ſich ziehen. Cupiditatis oculos ad aliquid adjicere; rei, *vel* ad rem oculos adjicere, die Augen auf etwas werfen, darnach lüſtern. Scelus alicujus ante oculos ponere, ſtatuere, vor Augen legen. In oculis atque auribus omnium gentium aliquid proponere, conſtituere, vor aller Welt Augen legen. Ea res oberrat oculis; verſatur ante oculos, vor Augen liegen. Ad rem inveſtigandam oculos habere advocatos, die Augen zu Zeugen nehmen. Oculos ab aliquo nunquam dejicere, aciem nunquam abducere, abwenden. Res palam eſt omnium oculis, das iſt eine offenbare, augenſcheinliche Sache. Oculorum acies hebeſcit, præſtringitur, perſtringitur, ſplendore obruitur, geblendet werden. Oculos effodere, exſculpere, elidere, ausgraben, ausſtechen, ausſchlagen. Oculis capi, blind werden. In oculis aliquem gerere, ferre, lieben. In oculis habitare, geliebt werden. Oculos rei conſpectu paſcere, die Augen weiden. Oculi perſpicaces, acres, acuti, arguti, explorato-

ſcat-

Digitized by Google

ſcharfe Augen. Oculi humanitatis ac benevolentiæ pleniſſimi, blandientes, læti, & quaſi gaudio toti circumſepti, teſtes & indices animi propenſi, liebreiche Augen.

Ocyus, geſchwind. *Syn.* Citius.)(*tardius.*

Odeum, i, n. Singort. Locus muſicis cantibus deſtinatus.

Odi, iſti, iſſe. haſſen. *Syn.* Odio habeo, odium rei habeo, odio in aliquem feror, animum habeo alienum. *Adv.* Acerbe, aperte, clam, impendio, magis, libenter, male, palam, pejus, penitus. *Uſus.* Quem metuunt, oderunt. V. *Odium.*

Odioſus, a, um. verhaßt, verdrießlich. *Syn.* Moleſtus, odio dignus, inviſus, invidioſus. *Phraſ. Odioſa eſt conſuetudo tua*, deine Aufführung iſt gar zu unangenehm, und verhaßt. Nimium difficilis, durus, aſper, acerbus es. Abeſt conſuetudo tua ab omni ſuavitate. Non ea eſt conſuetudo tua, quæ propter ſuavitatem expetatur; minime jucunda eſt conſuetudo tua. Aſperitatis tantum habent mores tui, quantum in conſuetudine ferri vix poteſt. Uſus tibi nullo cum homine diuturnus intercedit, ita difficilis, ac moroſus es; iis moribus, eo ingenio præditus es. His tuis moribus, hac agendi ratione fit, ut nemo tibi valde cupiat; nemo te ferat. Quis iſtam ingenii tui moroſitatem in conſuetudine ferat? Quis te uti velit homine omnium difficillimo. & aſperrimo? Quis tuam conſuetudinem expetat carentem omni ſolatio, omni ſuavitate, nulla re jucundam. V. *Moleſtus, moroſus. Uſus.* Omnis arrogantia odioſa. In fragili corpore odioſa eſt omnis offenſio. V. *Odium, invidioſus, invidia.*

Odium, ii, n. Haß, Abgunſt, Groll. R. *ab* ὀδύσσω, *iraſcor. Syn.* Invidia, offenſa, offenſio. *Epi.* Acerbum, acre, apertum, capitale, diuturnum, inveteratum, civile, grave, hoſtile, immane, incredibile, infeſtum, infinitum, injuſtum, inſigne, penitus inſitum, intimum, juſtum, leve, magnum, majus, mediocre, mirificum, nefarium, obſcurum, populare, priſtinum, privatum, proprium, publicum, ſingulare. Venenum amicitiæ, totum, univerſum, vetus, utile. *Phraſ.* 1. *Arrogantia tibi odium parit*, dein Hochmuth macht dich verhaßt. Tibi invidiæ eſt; offendit animos hominum; inviſum te pleriſque facit; multorum mentes, ſenſusque vulnerat; odium tibi creat, gignit. Arrogantiæ debes, quod odio atque acerbitati ſis plurimis; quod odium publicum ſis populi; quod omnes oderint, nemo videre velit. Arrogantia eſt, quæ gratiam omnem convellit; omnium voluntates a te alienat. 2. *Ille ubique odium in te excitat, odioſum reddere ſatagit*, er ſucht dich überall verhaßt zu machen. Odium in te concitat, ſtruit, excitat; odium ac invidiam tibi conflat; conciliat ubique grave tibi odium; in odium ac invidiam revocat; quærit ubique in te invidiam; invidiam in te commovet, concitat; in invidiam adducere ac odium laborat. In invidiam trahere, rapere nititur; magna tibi invidiæ tempeſtas ex illo imminet. 3. *Magnum odium incurri*, ich habe den Haß vieler Leute auf mich geladen. Magnam ſubii, habui, ſuſtineo invidiam; magna ſum apud omnes in invidia; multorum premor odiis; odio laboro; multorum incurri odia ac reprehenſiones hominum; odio flagro publico; aliena invidia conflagro; invidia premor, flagro, ardeo; in odium veni, perveni multorum; odia ſubii multorum; in multorum odia, offenſionesque irrui, & incurri; multorum odia in me converti; invidia opprimor; magnam mihi ex re collegi invidiam; in multorum odia ac invidiam perveni; multorum invidiæ ea me re obtuli. 4. *Odia hominum ſenſim reſtinxi*, ich habe endlich den Haß, den man wider mich hatte, bey vielen ausgelöſchet. Invidiam lenivi; invidiæ ſanguinem miſi; de invidia multum deoneravi; invidiam magna ex parte reſtinxi, exſtinxi; compreſſi & levavi; mitigavi odia hominum, ſedavi, placavi, reſtinxi; odia vetuſtate jam exoleta depuli, propulſavi. 5. *Odium grave in me concepit*, er hat einen großen Haß wider mich gefaſſet. Grave in me odium cepit, ſuscepit; gravi eſt in

me odio; gravi odio a me diffidet; grave in me odium habet, profitetur, expromit; gravi in me odio fertur; odio tenetur; grave ejus in me flagrat, & ardet odium; grave illum tenet nominis mei odium; est illi mecum odium grave & diuturnum; odio sum illi; in odio sum apud illum. 6. *Omnes boni te odio habent*, alle rechtſchaffene Leute haſſen dich. Omnes te boni oderunt; te inexpiabili odio detestantur & execrantur; quis te aditu, quis ullo honore, quis communi luce dignum putat; omnes conspectum, facta, nomen detestantur; omnes aditum, sermonem, aspectum tuum fugiunt ac horrent; publicum es populi odium; nomen tuum bonis omnibus odio est & acerbitati; omnes boni capitali a te odio dissident, te execrantur, tibi pestem, ac perniciem precantur. 7. *Odium remittere*, den Haß fahren laſſen. Odium concoquere, sorbere, deponere; odium mittere, & finire; offensionem deponere, oblitterare. 8. Odium renovare, incendere; augere, inflammare, cumulare invidiam, den Zorn und Haß vermehren, vergrößern. 9. *Odium effundere*, den Haß auslaſſen. Omne odium inclusum nefariis sensibus in aliquem profundere; explere odium, ac saturare V. *Ira*, *inimicitia*, *invidia*. *Usus.* Odium est ira inveterata. Odium alicui creare. Ad odium revocare judices. Odia suscipere. Odia subire. Odio esse. Odium precibus sublevare.

Odor, oris, m. Geruch. *Syn.* Afflata suavitas odoratu percepta. *Epi.* Suavis, jucundus, teterrimus, nonnullus. *Usus.* Suavitates odorum afflantur a floribus. Odores incendere. Odoribus capi. Odorem non ferre.

Odoratus, us, m. Geruch, das Riechen. *Syn.* Odoratio.

Odoratus, a, um. wohlriechend. *Usus.* Lauri nemus odoratum.

Odoror, aris, atus sum, ari. riechen. *Syn.* Olfacio. *Adv.* Coram, diligentius, festive, sagacius. *Usus.* 1. Canes venatici odorantur omnia, & perveſtigant, die Jagdhunde ſpüren alles aus. 2. *Transl. Animadverto*, *quæro*, *investigo*, *conjecturam aliquid assequor*, heimlich nachforſchen. Diligenter, sagacissime odorabor, quid sentiant judices. V. *Conjectura*, *animadverto*.

Oeconomia, æ, f. Haushaltung, Hausweſen.

Oeconomicus, a, um. haushälteriſch. *Usus.* Liber, qui oeconomicus inscribitur, de tuenda re familiari.

Oeconomus, i, m. Schaffner, Haushalter. *Syn.* Administer rei familiaris, curator rei familiaris, qui rei familiari præest, qui rei familiaris curam gerit, qui rem familiarem domesticam administrat.

Onophorum, i, n. Weingefäß. *Syn.* Vas vinarium.

Offa, æ, f. Brey, Biſſen. *Cibi genus forma & figura orbiculata*. *Usus.* In offam pultis invadere.

Offendo, is, di, sum, ere. beleidigen, anſtoßen. *Syn.* Offensionem affero, injuriam facio, offensioni sum; incurro in rem; pecco; lædo. *Adv.* Graviter, vehementer, paullulum, tantulum *Phraſ.* 1. *Non volui illum graviter offendere*, ich habe ihn nicht ſchwer beleidigen wollen. Nihil in illum paullo gravius cogitavi; commovere hominem leviter, & calefacere volui, non acerbius lædere. Nolui hominem injuriosius laedere, tractare; non volui hominem asperius accipere. 2. *Non parum offendi apud illum*, ich habe ihn nicht wenig vor den Kopf geſtoſſen. Non parvam in offensionem incurri apud hominem; non parvam offensam subii; offensioni non mediocri fui; non parvam cecidi in offensionem; non levem offensionem mihi concitavit. *Usus.* 1. Neminem unquam non re, non verbo, non vultu denique offendi. Graviter mihi videris offensus. Offendit aures insolentia sermonis. 2. *Incurro*, anſtoßen, ſich verſtoßen. Quis tam lynceus, ut in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat. *Vulgo impingo*. In arrogantiam incurrit. 3. *Pecco*, *delinquo*, fehlen, mißhandeln. In quo ipse offendis; ne [illegible] offenderis. 4 *Invenio*, [illegible] eundem. Offendes [illegible] laceratam Italiam. 5. *Lædo*, verletzen. Lapsus brachium offendit. Exſtimationem meam in dictum graviſſime offendit. V. *Lædo*.

Digitized by Google

Offenſa, æ, f. Beleidigung, Ungnade. *Epi.* Magna. *Uſus.* Magna in offenſa ſum; magnam offenſam ſubii apud Pompejum, in Ungnade ſeyn, kommen.

Offenſio, onis, f. Beleidigung, Verletzung, Schaden. *Syn.* Incommodum, detrimentum, damnum, moleſtia, calamitas, odium, ſimultas, diſſidium, inimicitia. *Epi.* Acerba, non diſſimilis, gravis, magna, odioſa, periculoſa, populariſ, privata, vitioſa, contraria. *Uſus.* 1. Graves ſolent eſſe offenſiones e gravibus morbis. Corporum offenſiones ſine culpa accidere poſſunt, animorum non item. Præſtabo, nihil ex eo te offenſionis habiturum. Non offenſionibus belli, ſed victoriis ad ſcientiam militarem eruditus. 2. *Odium, ſimultas, inimicitia,* Ungnade, Haß. Ea res illi magnam offenſionem concitavit, fecit, attulit; offenſioni fuit. Juſta inde offenſio nata eſt, & exorta. In offenſionem populi incurrit, cecidit. Offenſionem ſublevare, lenire, omittere; deponere, ac obliterare priſtinas offenſiones omnes, alle Feindſeligkeiten ablegen und vergeſſen. V. *Odium, offendo.*

Offenſiuncula, æ, f. kleine Beleidigung, Verletzung. *Syn.* Offenſa.

Offenſum, i, n. Anſtoß. *Uſus.* Offenſum eſt, quod eorum, qui audiunt, voluntatem lædit.

Offéro, fers, obtuli, oblatum, ferre, antragen, anbieten. *Syn.* Polliceor, profiteor: deferó.)(*Recuſo. Uſus.* 1. Ille pecuniâ pollicitus, & quod carius, ſe ipſum obtulit. Offerre ſe in diſcrimen pro ſalute patriæ. Quod ſors obtulerit, hoc agam. Morti ſe, ad mortem pro patria offerre. Os importunum non oſtendere modo, ſed offerre. Ultro ſe offerre, ſe projicere, & poteſtatem ſui facere hoſtibus, ſich dem Feinde überliefern. 2. *Præbeo, affero,* geben, überbringen. Alicui ſpem, metum, luctum, mœrorem, gaudium, religionem, mendicitatem, incendium, injuriam offerre. 3. *Expono,* ſich ausſetzen. Periculis caput ſuum offerre; invidiæ ſe offerre. 4. *Reſiſto, me oppono,* ſich widerſetzen. Sceleri Antonii & dementiæ me obtuli.

Officina, æ, f. Werkſtatt. *Syn.* Locus operis, & quæſtus quotidiani. *Uſus.* Officinas armorum inſtituere, inſtruere. Hæc domus officina nequitiæ. Philoſophi quaſi ludum quendam, atque officinam ſapientiæ inſtituere. Ludus & officina dicendi. Officina chirographorum, Schreibſtube. Officina ferraria, eine Eiſenhütte. *Officina mercatorum,* Kaufladen; *recitus*: taberna inſtitorum. Officina libraria, *alias* taberna libraria, Buchladen.

Officio, is, feci, ere. ſchaden, ſchädlich ſeyn. *Syn.* Noceo, obſum, obſto, obſiſto. *Uſus.* Cur meis commodis officis? Nec mentis luminibus officit altitudo fortunæ. Umbra terræ ſoli non officit. Alii laude ſua ſamæ noſtræ obſtant, & nomini officiunt V. *Obſum, lædo.*

Officioſe, dienſtwillig. *Syn.* Amanter, amice.

Officioſus, a, um. bereitwillig, dienſtfertig, dienſtgefliſſen, höflich. *Syn.* Plenus officii, in quo ineſt liberalis gratificandi voluntas, humaniſſimus, in officio diligens, qui cupit omnium inſervire ſtudiis. *Adv.* ſumme. *Uſus.* Homo ſumme in omnes officioſus.

Officia ſua deferentis formulae, Formeln, ſeine Dienſte anzutragen. Nihil non agam tua cauſa, ich will dir zu Liebe alles thun. Tua cauſa ſubibo omnia; nullum pro te laborem, nullum onus aut officium recuſo. Tuis in rebus toto pectore, cunctis viribus contendam. Nervos omnes, ubi res tuæ poſtulabunt, intendam. Omnia mihi pro te ſuſcepta nec difficilia, nec injucunda erunt. Ubique mea tibi ſtudia, atque officia præſto erunt. Omnem operam, curam, ſtudium, in tuis rebus ponam, conſumam. Omne meum tempus tuis temporibus transmittam. Officium meum nunquam, nusquam requires. Mea ſtudia nusquam deſiderabis. Quibuscunque in rebus tibi commodare potero, nusquam deero. Res tuas omnes omni cura ac diligentia complectar. Quæ tibi intelligam eſſe commoda, omni ſtudio perſequar, diligenter præſtabo. Quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, ſtudioſe, diligenterque curabo. Meum in te ſtudium iis maxime re-

Digitized by Google

rebus declarabo, quas te velle cognovero. Tuam mihi dignitatem esse clarissimam; studium meum dignitatis tuæ vel tuendæ, vel etiam augendæ & amplificandæ, summum esse, omnes intelligent. Nihil tibi erit tam promptum, aut paratum, quam in omnibus, quæ ad commodum, vel amplitudinem tuam pertinent, opera, cura, diligentia uti mea, profiteor, atque polliceor eximium & singulare meum studium in omni genere officii, quod ad honestatem, ad decus, ad gloriam, ad rem tuam & commodum pertinet. Nulla tibi in re, neque studium, neque benevolentia deerit, præsto non erit. Qui antea fui, idem semper futurus sum in te amando & amplificando. Quæcumque mihi tui honestandi potestas dabitur, nihil prætermittam, quod positum sit, aut in ipsa re, aut in honore verborum. Nunquam mihi tui aut colendi, aut ornandi voluntas deerit. Polliceor tibi studium meum, ac operam sine exceptione ulla aut temporis, aut occupationis. Universum studium ac benevolentiam ad te defero. Vincam meis officiis cogitationes tuas. Dabo operam, ut intelligas, me neminem esse officiorum studiosiorem, in officio diligentiorem.

Officium, ii, n. **Dienst, Höflichkeit, Amt.** *Syn.* Humanitas, studium, benevolentiæ significatio, munus, partes, muneris officium. *Epi.* Antiquum, civile, commune, consulare, debitum, diuturnum, domesticum, egregium, fictum, gratum, humanum, inchoatum, integrum, interruptum, justum, pium, liberale, necessarium, magnum, maximum, mediocre, medium, melius, mirificum, multum, novum, obscurum, perpetuum, perfectum, pristinum, privatum, proprium, provinciale, publicum, quæstorium, quotidianum, recens, rectum, salvum, sanctum, simplex, singulare, summum. *Phras.* 1. *Omnia tibi humanitatis officia debeo*, **ich bin schuldig, dir alle Dienste und Höflichkeit zu erweisen.** Præstare tua causa debeo, quidquid possum. Quantum viribus possum consequi, tantum conferre studii in te debeo. Tua in me beneficia meum omne studium, omne officium, omnes a me curas, omnem industriam a me non solum postulant, sed exigunt. Quid est, quod tua causa non debeam? Tuis inservire studiis, tuæ voluntati morem gerere omnibus in rebus debeo. Par est, ut omnia a me studia ac officia in te proficiscantur. 2. *Omnia amoris officia illi exhibui*, **ich habe ihm alle Liebesdienste erwiesen.** Omnibus cum officiis prosecutus, amplexus, complexus sum; omnibus eum officiis mihi devinxi; omnia illi officia præstiti, tribui, in eum contuli; omnia a me officia in illum collata sunt, profecta sunt; amici officium integre explevi, egregie tuitus sum. Multa exstant, constant mea in illum officia. 3. *Officium officio reddidi*, **ich habe ihm seine guten Dienste wohl ersetzet.** Officium cumulate solvi, persolvi, reddidi; officiis cumulate respondi; vici studiis meis amici officia. 4. *Officium nullum neglexi*, **ich habe keinen Liebesdienst unterlassen.** Tibi nullum a me amoris, studii, pietatis officium defuit; nullum officium prætermisi, intermisi. Officio amici nunquam defui; nunquam cessatum in officio est. *Usus.* 1. Non committam, ut meum officium desideres. Multa mihi tecum officia intercedunt. Officia sua aliis polliceri. 2. *Partes*, **Pflicht, Schuldigkeit.** Officio fungi boni viri. In officio esse, manere, **in guter Zucht bleiben.** Ab officio boni viri discedere, recedere, abduci, **wieder die Pflicht eines ehrlichen Mannes handeln.** 3. *Munus*, **Amt, Amtspflicht.** Officio præesse; officium suscipere, exequi. Alienum aliquid ab officii dignitate admittere. V. *Munus*, *magistratus*, *honor*, *dignitas*.

Offundo, is, fudi, fusum, **ere. entgegen gießen.** *Syn.* Objicio, offero. *Usus.* Tu majoribus tuis magnas offudisti tenebras. Errorem alicui offundere & noctem, **einen hinter das Licht führen.**

Olea, æ, f. **Oelbaum.** *Epi.* Sempiterna. *Usus.* Agricola, cum florem oleæ videt, baccam quoque se videre putat.

Olearius, a, um. **zum Oele gehörig.** *Usus.* Cella olearia.

Olea-

Digitized by Google

Oleaster, ri, m. wilder Oelbaum.

Oleo, es, olui, olitum, ere. riechen, Geruch geben. R. *ab.* ὀλερὸς, *fœtidus.* *Syn.* Redoleo, odorem spiro, spargo, fundo, affio. *Adv.* Bene, male. *Usus.* Bene olent, qui nihil olent. Oratio peregrinum aliquid olet.

Oleum, ei, n. Oel. *Usus.* Ignis gliscit oleo. Aristeus inventor olei. Oleum & operam perdere, Hopfen und Malz, Mühe und Unkosten verlieren.

Olfacio, is, feci, factum, ere. riechen, den Geruch empfinden. *Syn.* Odoror, odorem percipio. *Usus.* Olfacere aliquid.

Olim, vormals, dermaleinst. *Syn.* Quondam, patrum memoria, aliquando, jam dudum.)(*Nunc.* Sic olim loquebantur.

Olitor, oris, m. Krautgärtner. *Usus.* Olitorem pro horto conducere.

Olitorius, a, um. zum Kraute gehörig. *Usus.* Forum olitorium, Krautmarkt.

Oliva, æ, f. Oelbaum, Olive. *Syn.* Olea.

Olivetum, i, n. Oelgarten. *Syn.* Collis olivis consitus.

Olla, æ, f. Hafen, Topf. *Syn.* Denariorum implere ollam.

Olusculum, i, n. Kräutlein, Salat. *Syn.* Olus minutum.

Olus, eris, n. * Kraut, Kohl, Gartenwerk. *Syn.* Herba sativa, quæ est in usu cibario. *Usus.* Olera fastidire.

Omen, inis, n. Zeichen, Vorbedeutung. *Dictum aut factum casu exceptum, quo rei cujuspiam eventus portendi posse videatur.* *Epi.* Clarum, detestabile; prætogativum, paganum, bonum, fastum, funestum, triste, malum. *Usus.* Bonis *vel* tristibus omnibus abeuntem prosequi. Omen capio. Accipio omen. Quod dii omen avertant, obruant, prohibeant! Nullis auspiciis, funestis ominibus omnium, & execrationibus rem aggressus est. Territis omnibus, velut fœdo omine incipiendæ rei. Id a plerisque in magni terroris omen acceptum est. In omen vertere.

Ominator, oris, m. * Zeichendeuter, Loser. *Syn.* Qui capit omina.

Ominor, aris, atus sum, ari. muthmassen, weissagen. *Syn.* Auguror. V. *Augurium.*

Omitto, is, misi, missum, ere. unterlassen. *Syn* Mitto, missum facio, prætermitto, relinquo, prætereo. *Adv.* Omnino, plane. *Phras.* 1. *Negotium hoc melius omittes*, es wird besser seyn, wenn du dieses Geschäfft unterlässest. Negotium id melius prætermittes; consultius erit, supersedere toto huic negotio; negotium hoc, si sapis, repudiabis; tutius cœptum negotium abrumpes; missum facies, de manibus depones. 2. *Omitte contumelias*, laß diese Spottreden bleiben. Auser contumelias & probra; mitte cavillationes; missas fac contumelias. 3. *Ut omittam cætera*, das ich von dem übrigen nichts sage. Ut præteream, prætermittam, relinquam; ut mittam; ut missa faciam cætera; ut supersedeam pluribus. *Usus.* Omitte timorem, iram, solicitudinem, spem inanem. Nihil omisi pietatis & humanitatis. V. *Relinquo, negligo, prætermitto.*

Omnino, gänzlich, allerdings. *Syn.* Plane, prorsus, funditus, usquequaque. *Phras.* 1. *Malum id vix omnino tollitur*, dieses Uebel wird kaum durchaus gehoben werden. Vix radicitus ab ipsa stirpe extraheturt vix funditus exstirpabitur; ramt fortasse amputabuntur, radicum fibræ non item evellentur. Malum illud vix auferetur, removebitur ex integro. 2. *Res est omnino necessaria*, die Sache ist in allweg nothwendig. Res est in omnes partes necessaria. Res est plane atque omnino necessaria; per omnia, sine dubio, omnibus modis, omnium rerum causa necessaria. *Usus.* Vix aut omnino non potest fieri.

Omnipotens, tis, g. o. allmächtig. *Verb. poëtic.* V. *Penitus.*

Omnis, e. all. *Syn.* Cunctus, universus, quisque, quivis, quis non? summi, infimi, ad unum omnes, totus.)(*Nullus.* *Adv.* Omnino. *Phras.* *Omnes de victoria sibi gratulantur*, alle erfreuen sich über diesen Sieg. Omnium generum, ætatum, ordinum homines, omnis fortunæ ac loci homines; omnes populi, cunctæque gentes; quantum est hominum in orbe, singu-

li

Digitized by Google

li & universi de inaudita hac post hominum memoriam victoria lætantur. Omnes sibi viri, mulieres, cives ac peregrini, servi ac liberi de tam illustri victoria gratulantur. Cum a summis, mediis, infimis, tum denique ab universis victoria hæc ingenti lætitia celebratur. Omnes certatim, alius luculentius alio, hanc sibi victoriam gratulantur. *Usus.* Omnia minima, maxima per se agit. Nemo omnium. Ubi hæc omnia prima, postrema recitata sunt.

Omnivagus, a, um. hin und her schweifend. *Usus.* Diana omnivaga dicitur.

Onager, ri, m. Waldesel. *Syn.* Asinus silvester.

Onerarius, a, um. beladen. *Usus.* Navis oneraria, Lastschiff.

Onero, as, avi, atum, are. beladen, beschweren. *Usus.* Aures alicujus onerare mendacio, einem die Ohren voll lügen. V. *Onus*

Onerosus, a, um. beladen, schwer. *Syn.* Gravis, ponderosus. V. *Gravis.*

Onus, eris, n. Last, Bürde, Beschwerde. R. *ab* ὄνος, *asinus.* *Epi.* Commune, grave, leve, magnum, tantum. *Phras.* 1. *Onus habeo gravissimum*, ich habe eine schwere Last auf mir. Onus mihi impositum est gravissimum; onus laboris maximum in me recepi, suscepi; onus sustuli, sustineo sane grave; onere premor, ac pene opprimor gravissimo; onus mihi incumbit; onus cervicibus meis impositum est immensum; plura simul in me onera inclinata sunt. Non unum mihi injunctum est onus; non leve onus subii. 2. *Sub onere fatiscere*, unter der Last erliegen. Oneri succumbere; onere opprimi, sub onere concidere. *Usus.* Onus alicui addere. Onere levare, onus allevare. Onus deponere, abjicere, propter infirmitatem animi detrectare. Onus ferre, perferre.

Onustus, a, um beladen, beschwert. *Usus.* Asellus auro onustus.

Opaco, as, avi, atum, are. dunkel machen, beschatten. *Syn.* Obscuro. *Usus.* Terra nos opacat. Platanus patulis diffusa ramis ad opacandum locum aliquem. V. *Obscuro.*

Opacus, a, um. dunkel, schattricht. *Syn.* Obscurus, umbrosus. ✕ *Apricus.* *Usus.* Opaca nubes. Locus opacus & frigidus in silvis.

Opera, æ, f. Fleiß, Mühe, Arbeit. *Syn.* Studium, labor, cura, industria. *Epi.* Egregia, forensis, fortis, fidelis, gratior, insignis, non mediocris, melior, militaris, mirifica, multa, magis opportuna, par, patria, publica, singularis, summa, tenuis. Annuæ, gratissimæ, mercenariæ, pulcherrimæ, subsecivæ, urbanæ. *Phras.* 1. *Græcis litteris multam operam impendi*, ich habe auf die Erlernung der Griechischen Sprache viele Mühe angewendet. Græcis litteris multum operæ dedi; multam curam, operamque ad Græcas litteras contuli, *vel* in Græcas litteras; multum laboris & operæ in Græcis litteris posui, consumpsi; multum operæ tribui Græcarum artium magistris. V. *Diligentia.* 2. *Omnis opera mea frustra fuit*, all mein Fleiß ist umsonst gewesen. In ea re opera abusus sum; operam omnem lusi, perdidi. Opera mihi omnis periit; oleum ac operam perdidi; operæ pretium nullum feci; spes & opera me frustrata est; nequidquam omni opera ac diligentia, summa vi ac ope enisus sum. Nihil tanta contentione profectum est. V. *Frustra.* *Usus.* Operam suam profiteri. Majorem operam suscepi, quam res posceret; operam dare, navare rei. Operam amicis locare, dicare. Opera illi mea diligenter utuntur. Operam dare rebus divinis, sapientiæ. Operæ non peperci, ich habe keine Mühe gesparet. De priore opera multum detraxi, vom vorigen Fleiße viel nachlassen. Operam a Græcis litteris removi, ich habe die Griechische Sprache liegen lassen. Data, dedita opera id fecit, er hat es mit Fleiße gethan. Vix erit operæ pretium, es wird der Mühe nicht werth seyn.

Operæ, arum, f. Taglöhner, Handlanger. *Syn.* Operarii, qui fabrorum ministeriis, & servili in opera habentur; homines ad operas conducti. *Usus.* Mercenariæ operæ. Venditat se operis.

Operarius, a, um. zur Arbeit gehörig. *Usus.* Operarius homo, Handwerker.

Ope-

Operarius, ii, m. Taglöhner, Arbeiter. *Syn.* Operæ, bajulus. *Usus.* Operarii, qui in tabernis sunt, amantissimi sunt otii. V. *Merces*, *Mercenarius.*

Operatio, onis, f. Wirkung, Werk. *Syn.* Opera.

Operculum, i, n. Deckel. *Usus.* Arteria tegitur quodam quasi operculo. Dignum patella operculum *Prov.* auf einen solchen Topf gehört eine solche Stürze

Operimentum, i n. Decke, Ueberzug, Futteral. *Syn.* Integumentum, operculum.

Operio is, rui, ertum, ire bedecken, überziehen. *Syn.* Tego obvolvo *Usus.* Capite est fere operto.)(*aperto capite.* Operire ostium.

Operose, mühsam. *Syn.* Laboriose, multa cura, & opera. *Usus.* Ne fiat operose.

Operor, aris, atus sum, ari. * arbeiten. *Syn.* In opere faciundo laboro. *Usus.* Operari rei divinæ, opfern. *Medicina operatur, vulg.* die Arzney thut ihre Wirkung. *Latine:* Venis concipitur, in venas se diffundit medicamentum. V. *Laboro.*

Operosus, a, um, arbeitsam, mühsam. *Syn.* Laboriosus, actuosus)(*Iners, languidus. Prov. Res est operosa*, es ist eine mühsame Sache. Res est ejusmodi, quæ curam, ac diligentiam non mediocrem postulet; res est non molli brachio tractanda; in qua sudandum, & multum operæ ponendum. Exsudandus hic non levis labor est. V. *Laboriosus*, *Difficilis*, *Labor. Usus.* Opus spissum & operosum. Senectus non modo languida & iners non est, verum operosa, semperque aliquid agens. Molestus ac operosus labor.

Opes, um, f. Reichthum, Vermögen. *Syn.* Divitiæ, facultates, copiæ; *item*: Potentia. *Epi.* Alienæ, divinæ, exiguæ, firmiores, incredibiles, invidiosæ, magnæ, mediocres, nimiæ, novæ, præstantes, pristinæ, regiæ, tantæ, tenues, violentæ, urbanæ, utiles. *Usus.* Opibus affluere, abundare, præditum esse, reich seyn. Opes consectari, augere rem, pecuniam facere, sich Geld machen. Opes evertere, frangere, das Vermögen schmälern. Omnibus opibus ac viribus repugnare, mit aller Gewalt sich widersetzen. Fundatæ ac bene constitutæ opes, reichliche Habschaft. Affecta re familiari, accisisque opibus, ac domesticis copiis, nachdem sie in Hab und Gut zerronnen. Pro habitu opum, pecuniarum, nachdem einer vermöglich ist. V. *Divitiæ*, *copiæ*, *fortunæ*, *pecuniæ.*

Opifex, icis, m Handwerksmann. *Syn.* Artifex. *Usus.* Opifex; & ædificator mundi Deus. Opifices ac tabernarios, ac fecem omnem civitatis concitare. Omne opificum instrumentum, omnis opera, ac quæstus frequentia sustinetur, alitur otio.

Opimus, a, um. gemästet, fett. *Syn.* Pinguis, amplus.)(*tenuis, strigosus, sterilis. Usus.* Spolia opima. Præda opima. Terra opima & fertilis. Opimum & adipale dicendi genus.

Opinabilis e. glaublich, muthmaßlich. *Syn.* Quod in opinione positum est. *Usus.* Artes, quæ conjectura continentur, sunt opinabiles.

Opinatio, onis, f. Meynung, Muthmaßung. *Syn.* Opinio.

Opinato, vermuthlich.)(*Præter opinionem, improviso. Usus.* Nec opinato eum offendi.

Opinator, oris, m. Muthmaßer. *Usus.* Magnus opinator sum, non enim sum sapiens.

Opinio, onis, f. Meynung, Muthmaßung. R. a πίνω, *intelligo. Syn.* Sententia, sensus, existimatio, conjectura. *Epi.* Adversaria, æterna, bona, censoria, certa, communis, consiliatrix amicitiæ, dubia, effrenata, errans, ementita, falsa, firma, gravis, stabilis, honesta, imbecilla, improba, incommoda, incorrupta, penitus insita, jucunda, longior, magna, mala, necessaria, obscura, pernicioſa, popularis, publica, recens, tacita, tanta, varia, vehemens, vera, vetus, vulgaris, vitiosa, brevis, depravata, gloriosa, humana, laudabilis. *Prov.* 1. *Una est omnium opinio*, es ist die einhellige Meynung. Eodem concurrunt omnes sententiæ; idem omnes spectant, probant, sequuntur. Una est, consentiensque vox omnium; opinionum nulla est varietas; una eademque omnium est sententia; opiniones nihil variant; omnium firmata consensu opinio est; eadem est omnium sine varietate opinio. Eadem est omnium, nullo prorsus dissentiente, opinio. 2. *Plerique sunt in ea opinione*, die meisten sind der Meynung. Plurimorum hæc est opinio, fert opinio; in eam opinionem adducti, ea opinione imbuti sunt plerique; ea opinio plerosque tenet;

net; pervasit; eam opinionem plerique imbibere, in plerorumque mentibus inveteravit hæc opinio. V. *Sententia.* 3. *Nemo me ab ista opinione amovebit*, keiner wird mich von dieser Meynung abbringen. Ab ista opinione deducet; istam opinionem ex animo mihi extrahet; nemo mihi opinionem eam evellet ex animo, excutiet; de sententia me dimovebit, depellet, abducet. *Usus.* 1. Ea opinio urbem implevit. Ea opinio edita in vulgus est. In eam opinionem plerique discessere. In eam opinionem veni. In ea opinione sunt cives. Eam de te opinionem accepere. Multa erant, quæ eam opinionem confirmarent. Opinionem nemo deponet. Sed hæc sint in opinione, davon mag ein jeder urtheilen, wie er will. 2. *Sententia*, Ausspruch, Lehrsatz. Opiniones antiquas convellere, excutere; novas inferre, tradere. 3. *Existimatio*, *fama*, gute Meynung, Hochachtung. Conceptæ de se opinioni respondere; opinionem de se præbitam superare, vincere; opinione meliorem se ostendere. V. *Sententia*, *Existimatio.*

Opiniosus, a, um. sonderlich, einbildisch. *Syn.* Magnus opinator. *Usus.* Homo omnium opiniosissimus.

Opinor, aris, atus sum, ari. meynen, vermeynen, muthmaßen. *Syn.* Opinionem habeo, in opinione sum; opinio mea est; puto, existimo; animus in eam partem inclinat. *Adv.* Falso, temere. *Usus.* Homines multa in vita falso opinantur. V. *Puto*, *judico*, *existimo.*

Opipare, herrlich, stattlich. *Syn.* Laute, apparate, splendide.

Opiparus, a, um. * herrlich, köstlich. *Syn.* Magnarum opum.

Opis, is, f. Hülfe, Vorschub, Beystand. *Syn.* Auxilium. *Usus.* 1. Opis indigere. Opem petere, implorare, exspectare. Salutem indigentibus, & opem ferre, afferre, porrigere, tendere. Quacunque ope potero, te juvabo. 2. *Omni vi*, mit aller Gewalt. Summa ope conniti. V. *Auxilium*, *Juvo*, *Opitulor.*

Opitulor, aris, atus sum, ari. helfen, beyspringen, beystehen. *Syn.* Opem fero; subvenio. *Phras.* 1. *Laborantibus amicis opitulari*, den nothleidenden Freunden beyspringen. Amicis præsto esse; auxilium, opem ferre; auxilio esse; subsidio esse; adesse; miseriis oppressos levare, erigere jacentes; eorum miseriis occurrere, subvenire. V. *Auxilium.* 2. *Patriæ ruenti opitulari*, hilf doch deinem gefahrleidenden Vaterlande. Fer opem occidenti patriæ; cadentem patriam excipe; eripe ex his miseriis laborantem gravissimo patriam; patriæ tuæ deesse noli; noli committere, ut auxilium *tuum* patria in tam adversa fortuna, in tantis malis ac calamitatibus desideret. *Usus.* Homini oppresso jam, & desperato opitulatus sum. Ut quisque opis maxime indiget, ita opitulari decet. V. *Adjuvo*, *auxilium*, *succurro.*

Oportet, uit, ere. es ist vonnöthen. *Syn.* Convenit, decet, necesse est. *Adv.* Omnino, contra, jam pridem. *Usus* Contra, ac oportet, egisti. Ex rerum cognitione efflorescat oratio, oportet. V. *Necesse.*

Opperior, iris, iri. warten. *Syn.* Exspecto.

Oppessulo, as, are * verriegeln. *Usus.* Fores oppessulatæ. V. *Januæ.*

Oppeto, is, ivi, itum, ere. sterben. *Syn.* Morior, occumbo, obeo *Adv.* Millies. *Usus.* Mortem pro Republica oppetere.

Oppidanus, a, um, städtisch, außer Rom. *Usus.* Oppidanum dicendi genus.

Oppido, sehr, über die maßen. *Syn.* Sane valde. *Usus.* Homo oppido ridiculus.

Oppidum, i, n. Stadt, Marktflecken. *Syn.* Municipium, urbs modica. *Epi.* Antiquum, celebre, clarum, frequens, nobile, ornatum, devium, lautissimum, locuples, honestum, munitum, non maximum, vetus, sanum, tenue, vacuum a bello, florentissimum, miserrimum, prostratum ac dirutum. *Usus.* Constituere oppidum, aurichten.

Oprignoro, as, avi, atum, are. versetzen, verpfänden. *Syn.* Do pignori, relinquo pignori, pignori oppono.

Oppilo, as, avi, atum, are verstopfen. *Syn.* Obstruo, claudo. V. *Obstruo.*

Oppleo, es, evi, etum, ere. anfüllen, zufüllen. *Syn.* Impleo.

Opploro, as, avi, atum, are. einem ins Gesicht weinen, vorweinen. *Syn.* Ploro. *Usus.* Non desines opplorare auribus meis?

Oppono, is, posui, positum, ere. vorsetzen. *Syn.* Objicio, contra statuo. *Adv.* Falso, formidolose. *Usus.* Sed quid oppones tandem? Auctoritatem suam invidiæ opponere. V. *Resisto.*

Digitized by Google

Op-

Opportune, zu rechter Zeit, bequem, gelegen. *Syn.* In loco; in tempore; non incommode, loco, tempore.)(*alieno loco, tempore. Usus.* Opportune adest.

Opportunitas, tis, f. Gelegenheit, Bequemlichkeit. *Epi.* Divina idonea, major maritima, melior, magna, maxima, plurima. *Usus.* 1. Opportunitas idoneorum ad agendum temporum. Tenendam hanc horam puto, urgendam opportunitatem. Loci opportunitatem credo, secutus est. 2. *Usus. Utilitas*, Nutzen, Füglichkeit. Magnæ sunt fluminum opportunitatis. Natura provida utilitatum, opportunitatumque omnium. V. *Occasio.*

Opportunus, a, um. bequem, wohl gelegen. *Syn.* Commodus.)(*importunus. Adv.* Maxime. *Phras. Opportunus fuit adventus tuus*, deine Ankunft ist gar zu gelegener Zeit geschehen. Commodum adveniisti; tempestivis sane temporibus nobis advenisti. Ades plane in tempore; peropportune venisti; plane per tempus advenisti; optima opportunitate venisti. *Usus* Opportunum actionis tempus. Nihil post hominum memoriam opportunius accidere vidi. Opportunum diversorium. V. *Commodus, aptus.*

Oppositio, onis, f. Gegensatz. *Usus.* Oppositio negationis.

Oppositus, us, m. Gegensatz. *Usus.* Non modo excubias sed oppositus nostrorum corporum tibi pollicemur.

Oppositus, a, um. entgegen gesetzt, gegenüber. *Syn.* Diversus, adversus, aversus, contrarius, e regione situs. *Usus.* Propugnaculum hostibus oppositum & objectum. Moles oppositæ fluctibus. In oppositæ, aversa urbis parte. V. *Contrarius.*

Oppressio, onis, f. Unterdrückung. *Syn.* Obsessio, oppugnatio. *Epi.* Tetra, detestabilis. *Usus.* Oppressio curiæ, legum, libertatis.

Oppressor, oris, m. Unterdrücker. *Usus.* Vindex & oppressor conjurationis.

Opprimo, is, pressi, pressum, ere. unterdrücken, überreden, überfallen *Syn.* Obruo, pondere affligo, subigo, servitute oppressum teneo. *Adv.* Maxime, misere, improviso, studiosius, sanditus, indignissime, plane, jam pridem. *Usus.* Onere, dolore opprimi. Circumveniri te dicis, & opprimi: Hostes imparatos opprimere. Sopitos lux oppressit. Proficiscentem nox oppressit. Contumeliis opertus, & oppressus. Captus, obrutus, oppressus malis. V. *Affligo.*

Opprobrium, ii, n. Schande, Verweis, Beschimpfung. *Syn* Dedecus, ignominia. V. *Ignominia.*

Oppugnatio, onis, f. Belagerung, Sturm.)(*Defensio. Epi.* Publica. *Usus.* Oppugnationem inferre, sustinere.

Oppugnator, oris, m. Stürmer, Belagerer. *Syn.* Qui fert arma contra.)(*Defensor. Usus.* Patriæ, salutis meæ oppugnator. V. *Adversarius.*

Oppugno, as, avi, atum, are bekriegen, bestürmen. *Syn.* Impugno, arma contra fero; oppugnationem infero. *Phras. Urbem oppugnavit*, er hat die Stadt heftig belagert. Admovit urbi exercitum; castra ad urbem posuit; urbem exercitu circumdedit; circa muros hæsit; vineas & aggeres muro injunxit; muros tormentis quassatos, omni instrumenti bellici apparatu labefactavit; cuniculis, allisque operibus o. pugnavit V. *Obsideo. Usus.* Oppugnare urbem & labefactare. Clandestinis insidiis, cuniculis caput alicujus oppugnare. V. *Adversarius, inimicus, hostis, mucus.*

Optabilis, e. erwünschlich. *Syn.* Optandus, expetendus. *Usus.* Quæ vulgo optabilia & expetenda videntur.

Optabiliter, nach Wunsch. *Syn.* Optato.

Optatio, onis, f. Wunsch, Wahl. *Syn.* Optatum: optio. *Usus.* Cum ei tres optationes dedisset, optavit primum.

Optato, nach Wunsch. *Syn.* Optabiliter *Usus* Optato veneris.

Optatum, i, n. Wunsch. *Syn.* Desiderium votum. *Usus.* Fortuna optatis respondit. Illud præter optatum accidit. Est mihi in optatis proficisci.

Optimas, atis, *g. c.* einer aus den Vornehmsten. *Syn.* Vir primarius, princeps, nobilis, homo optimarum partium, unus ex Viris summis & principibus civitatis *Epi* Gravissimi, nocentes. *Usus* Contra voluntatem omnium optimatum. Optimates matronæ. V. *Princeps.*

Optime, sehr gut. *Syn.* Præclare.

Optimus, a, um. der beste. *Syn.* Lectissimus, præstantissimus. *Phras. Vir est omnium optimus*, er ist der beste und vortrefflichste Mann Flos Reipublicæ, Princeps senatus; ornamentum, ac firmamentum Reipubli-

cæ; in quo omnia ſumma; columen rerum noſtrarum; omnis ætatis, omnis memoriæ princeps; vir, quantum terra tegit hominum, optimus. *Uſus.* In omnibus rebus difficilis eſt optimi perfectio & abſolutio. *Eſt optimus in ſchola vulg.* er iſt der beſte in der Schule. *Latine.* unus inter omnes eminet; primus inter condiſcipulos, & litterarum laude præcipuus. V. *Perfectus.*

Optio, onis f. **Wahl.** *Syn.* Poteſtas eligendi, electio. *Epi.* Miſera. *Uſus.* Tua ſit optio Optionem eligendi alicui dare, deferre, facere.

Opto, as, avi, atum, are. **wünſchen.** R. *a ὄπτομαι, diſpicio. Syn.* Cupio, deſidero, exopto, expeto, voto expeto, vota facio; ſpecto; eligo. *Adv.* Valde, falſe, amice, maxime ſuaviſſime. *Phraſ. Opto tibi bonum ſucceſſum rei*, ich wünſche dir einen guten Fortgang der Sache. Hanc rem feliciter evenire cupio; velim tibi proſpere evenire, quæ facta ſunt; tu quod egeris, id velim Deus approbet; id tibi Deus fortunet, velim. *Uſus.* Quod ut tibi proprium ſit, ac perpetuum, velle, & optare debemus. V. *Deſidero, cupio.*

Opulentia, æ, f. **Reichthum, Vermögen.** *Syn.* Opes.)(*Inopia. Uſus.* Opulentiam paraſti ex ſanguine civium.

Opulentus, a, um. **reich, bemittelt, wohlhabend.** *Syn.* Dives.)(*Inops.* Opulentiſſima & beatiſſima civitas. Caſtra opulenta, ac omnium rerum plena. V. *Dives, pecunioſus, bona*

Opus, eris, n. **ein Werk.** R. *a ἔπω facio. Syn.* Opera, artificium. *Epi.* Antiquum, artificioſum, bonum, cenſorium, declamatorium, egregium, grave, inchoatum, ingens, magnificum, arduum, difficile, menſtruum, mirabile, multum, nimium, operoſum, optimum, oratorium, perfectum, elegans, elaboratum, ſingulare, ſpiſſum, ſummum, ſupervacuum, totum, vitioſum, urbanum. Annua, divina, florentiſſima, grata, humana, inculta, ruſtica, ſacra, tanta. *Uſus.* 1. Magnum opus eſt, & forte de humanis maximum. Opus vel in hac urbis magnificentia conſpiciendum. Opus magnum & arduum perfeciſti, confeciſti, concinnaſti, abſolviſti. 2. *Munitio*, **Befeſtigung** Arcem magnis operibus ſepſit. 3 *Artificium*, **künſtliche Arbeit.** Vas antiquo, præclaro opere ſummo artificio. Galeæ opere Corinthio cælatæ. Opera manufacta. *Bona Opera, vulg.* **gute Werke.** Actiones ſanctæ, virtutum officia, pietatis ſtudia.

Opuſculum, i, n. **Werklein.** *Epi.* Lucubratum, parvum, minutum. *Uſus.* Minutorum opuſculorum fabricator. Opuſculum his contractioribus noctibus lucubratum.

Opus eſt, es iſt vonnöthen. *Syn.* Neceſſe eſt, convenit. *Adv.* Multum, plane, valde, vehementer. *Phraſ. Si ita opus eſt*, wenn es alſo vonnöthen iſt. Si ita facto opus; ſi ita res feret; ſiquid cauſæ fuerit; ſi ita rationes tuæ poſtulabunt; ſi ita res coget. Si rerum ordo poſtulabit; ſi res deſideret; ſi ita cogit neceſſitas; ſi res tuæ ita flagitent; ſi res, rationesque tuæ ſic ferunt ac poſtulant; ſi ita neceſſe fuerit; ſi fatis cauſæ putaveris; ſi ita uſus eſt; ſiqua res neceſſitatem impoſuerit; ſiquid fuerit, cur &c. Si operæ fuerit, referre &c. *Uſus.* Opus quidem eſt, minus tamen neceſſarium. Facto, properato, maturato opus eſt. Omnia mihi pollicitus eſt, quæ mihi opus forent. Acuto & expedito homine opus eſt. V. *Oportet, neceſſe.*

Ora, æ, f. **Bord, Markung, Gegend.** *Syn.* Regio, pars terrarum, extremitas. *Epi.* Altiſſima, auſtralis, externa, latior, maritima, prima. *Uſus.* Æther extrema ora, & determinatio mundi. Ora maritima.

Oraculum, i, n. **Weiſſagung, göttlicher Ausſpruch.** *Syn.* Dei reſponſio, vaticinium. *Epi.* Celebre gratum, proprium, verax, verum. *Uſus.* Ab Apolline Oraculum petebant. Oracula funduntur, dantur, eduntur. Discordia reſponſa velut ex ancipiti Oraculo dabantur. Oraculi ſortem vel eluſit vel implevit. Oracula inſtinctu divino, afflatuque funduntur.

Oratio, onis, f. **eine Rede.** *Syn.* Sermo, concio. *Phraſ.* 1. *Oratio laudata*, eine wohlgeſtellte Rede. Oratio ſcripta elegantiſſime ſententiis, & verbis; copioſiſſima & ornatiſſima; bonis artibus inſtituta, curis, & vigiliis elaborata; diu, & multis lucubrationibus commentata; puris & electis verbis compoſita; ſapientiſſimis ſententiis, & gravibus verbis ornata, atque perpolita; compoſita, ornata, & artificio quodam, ac ex-

positione distincta; fortis, lenis, placida, submissa, plena, teres, docta, erudita, admirabilis: conspersa verborum & sententiarum floribus; luminibus verborum, & sententiarum conspersa; sententiis arguta; verbis sonans. incitata, vibrans, accurata; plena litteratæ senectutis; acris & contorta; cohærens, æquabiliter fluens; pugnax & incitata; oratio, in qua omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores; quæ mira verborum ac rerum copia efflorescit; quam multa verborum & sententiarum lumina distinguunt. 2. *Oratio vitiosa*, eine ungeschickte Rede. Diffluens, dissoluta; turgens & inflata; jejuna, arida, spinosa, exilis, exsanguis; prisca, aut duriter translatis verbis compositа; abhorrens ab auribus vulgi; tristis, horrida, aspera, inculta, rapida; angusta, neque perfecta, neque concluſa. 3. *Non opus est longa oratione*, es ist nicht vonnöthen, viel davon zu reden. Longiorem orationem tua non exspectat, non patitur humanitas. Respuit, recusat, tenuit, rejicit, reformidat tua humanitas longiorem orationem. Pluribus tecum agere non debeo, ne importunus videar, aut tuam nescire humanitatem. V. *Breviter*. *Usus*. Orationis flos, copia, lumen, facultas. Orationem habere, dicere, instituere. Oratio huc delabitur. Hic tandem consistit oratio. *Oratio, vulg.* Gebeth. *Latine*: precatio *Oratio mentalis*, *vulg* ein innerliches Gebeth; *Latine*: Tacita: *vel* mente concepta precatio.

Oratiuncula, æ, f. kurze Rede. *Syn.* Oratio. *Epi* Aureola.

Orator, oris, m. Redner. *Syn.* Orator: legatus. *Epi.* Accommodatus ad probandum, mediocris, bonus, præstans, simplex, gravis, acer, acerbus, incensus. canorus, acutus, ornatus, amplus, copiosus, argutus, verbis dulcis, volubilis, vehemens, perfacetus, industrius, clarus, compositus, mollis, deterrimus, magnificus, suavis, exercitatus, politus, sapiens, intermedius, quasi temperatus, magnus, mirabilis, uber, secundus, aptus ad erudiendum, fortis, grandis, tragicus. ardens, subtilis, miserabilis, callidus. jejunus, illustris, modicus, pressus, levis, remissus, sanus, singularis, sermonis plenus, humilis, elegans, audax, insacundus, verecundus in transferendis verbis, parcus, demissus, tardus, immemor, tenuis, non vulgaris, disertus, operarius, perfectus, inurbanus, inops urbanitatis, locuples oratione, dignus, odiosus, tolerabilis, vitiosus, concinnus, grandiloquus. *Poraſ. Orator est inprimis elegans*, er ist ein vortreflicher Redner. Orator est, cui summam copiam, facultatemque dicendi natura largita est; in dicendo copiosus; hominum disertissimus; si causa oranda est, eloquentissimus; qui eloquentia in notitiam primum populi, post in honorem pervenit; Orator in quo plus curæ, an naturæ sit ad omnem eloquentiam, non facile dixerim; in quo tanta ingenii ubertas, tanta in dicendo jucunditas, ut illa, quæ extorquet, impetrare eum credas; ut auditorem dissentire pudeat, ut illectus tanta suavitate auditor non rapi videatur, sed sequi. Unus suæ ætatis regnare in judiciis dicitur. Nitidus & candidus Orator, & quodammodo præ se ferens in dicendo nobilitatem suam. Orator, quem in numero veterum locare non timeas; quo non alius contra veteres Oratores dignior nominaretur. *Usus*. Orator plenus, atque perfectus is est, qui de omnibus rebus possit varie; copioseque dicere.

Oratorie, redneriſch. *Syn.* Ornate, copiose, splendide.

Oratorius, a, um. redneriſch. *Usus*. Oratoria ars, vis, ornamenta.

Oratus, us, m. Bitte. *Usus*. Oratu tuo scripsi.

Orbiculatus, a, um. ſcheibenrund, zirkelrund. *Usus*. Mala orbiculata.

Orbis, is, m. Kreiß, Scheibe, Ring, Welt. *Syn.* Circulus, ambitus, mundus. *Epi.* Angustus, brevis, brumalis, cœlestis, certus, conversus, expers, exterior, immobilis & constans, immutatus, rectus, inferior, insitus, latus, magnus, parvus, perpetuus, proximus. saltatorius, signifer. solstitialis, summus, tardior, superus, totus, dispares, finientes. *Usus*. Circuitus, & quasi orbis verborum. Citius quam putaram, conversus est orbis hic reipublicæ. Orbis terræ. Ab orbe condito. Orbem facere, in orbem consistere, in orbem se recipere, einen Zirkel machen.

Orbita, æ, f. Wagengeleis. *Syn.* Rotæ currentis vestigium.

Orbitas, tis, f. Wayſenſtand, Wittwenſtand, Mangel. *Epi.* Maxima, misera. *Usus*.

Digitized by Google

Usus. Filiorum orbitati egregium tutorem instituit.

Orbo, as, avi, atum, are. **berauben.** *Syn.* Privo, spolio, nudo. *Usus.* Omni spe, auxilio orbata respublica. Hæc Philosophia spoliat nos judicio, orbat sensibus. V. *Privo*

Orbus a, um **beraubt, verwayfet** *Syn.* Privatus, destertus. *Usus.* Orba ab optimatibus civitas. Orbus rebus omnibus.

Orchestra, æ, f. **Sitz im Schauplatze.** *Syn.* Locus in theatro *vel* scena Senatoribus destinatus.

Orcus, i, m. **Hölle, Höllengott.** *Syn.* Dis pater, Pluto. *Epi.* Niger, formidabilis. *Usus.* Verres, ut alter Orcus venit Ennam.

Ordinate, **ordentlich** *Usus.* Ordinatim, ordine, ex ordine. compositè, distinctè, distributè. *Usus.* Ille passim, ego ordinate.

Ordinarius, a, um. **ordentlich.** *Usus.* Ordinaria consilia.

Ordinatim, **ordentlich, reihenweise.** *Syn.* Ordinate.

Ordino, as, avi, atum, are. **ordnen.** *Syn.* Compono, constituo, in ordinem adduco *vel* redigo, digero, ratione dispono. *Phras.* 1. *Aciem ordinare, vulg.* **in Schlachtordnung stellen.** Aciem constituere, dirigere, componere, struere; agmen componere; in ordinem redigere; in certum ordinem milites cogere; in certas partes distribuere, in certos numeros distribuere; ac suo quemque loco statuere; ordines instruere. 2. *Rempublicam habemus optime ordinatam*, **wir haben einen wohl eingerichteten Staat.** Omnia suis ordinibus moderata sunt; ex inordinata, in ordinem adductam, pulcherrime digestam; suis momentis, atque summo judicio dispensatam, ac dispositam habemus rempubl. 3. *Ordinatus est. Sacerdos, vulg.* **er ist zum Priester geweihet worden.** Sacris *vel* sacerdotio initiatus inauguratus est, sacerdos creatus est. *Usus.* Cum omnia ordinarentur, instruerentur, pararentur.

Ordior, iris, orsus sum, iri. **anfangen.** *Syn.* Incipio. *Finio. Usus.* Unde orsa est, inde terminetur oratio. Ordiri a facillimis. V. *Inchoo, incipio.*

Ordo, inis, m. **Ordnung.** R. *ab* ὄρθος, *rectus. Syn.* Ratio, dispositio, collocatio; classis hominum, natio, *Epi.* Accommodatus, admirabilis, alienus, amplus, magnus, pergratus, singularis, florentes, directi. *Phras.* 1. *Nihil ordine actum est*, **es ist nichts in der Ordnung hergegangen.** Confusius acta res est; perturbata & confusa erant omnia; gesta sunt omnia præposteris temporibus, confusis personis, perturbato ordine, perturbate, confuse agebantur omnia. 2. *Milites sine ordine in hostem ivere*, **die Soldaten haben in gröster Unordnung den Feind angegriffen.** Sparsi & inconditi; dispersi & inordinati, sine ducibus certis, sine imperio hostem iuvadunt; incomposito agmine hostem aggrediuntur; effusi, & contemptim; negligenter, & incompositè; acriori impetu, quam compositiori ordine pugnam inivere; dispersi & palantes in hostes incurrunt *Usus.* 1. Ordo est compositio rerum aptis & accommodatis locis. Præcepta suum habent ordinem, domestico ordine administrantur. In omnibus rebus ordinem adhibere, tenere, sequi, servare, conservare. Ad ordinem se referre. In ordinem adducere, redigere. Ordinem immutare, perturbare. Hoc recte atque ordine & e republica factum. Ex ordine rogare sententiam. Extra ordinem; præter ordinem. 2. *Hominum classis, cœtus, gradus*, **natio, Stand, Gattung der Leute.** Ordo senatorius, equester. Ordo pecuariorum, publicanorum. Omnium ordinum consensus. Ordines ducere. *præfectorum militarium est*, **Oberofficierstelle vertreten.** Altiorem ordinem assignare, adipisci. In ordinem cogere, redigere. V. *Religio.*

Orichalcum, i, n. **Meßing.** *Aeris genus auri colore.*

Oriens, tis, m. **Aufgang, Morgen, Ost.** *Syn.* Ortus.)(*occasus. Usus.* Qui terras ab Oriente ad Occidentem colunt.

Origo, inis, f. **Ursprung, Quelle.** *Syn.* Principium, initium, causa, ortus, stirps, semen, fons, caput, auctor. *Phras. Hæc origo erat omnium malorum*, **dieß war der Ursprung alles Uebels.** Stirps, fons omnium calamitatum; hæc erant malorum fibræ, hoc caput mali; inde natum omnium malorum principium; inde malum omne profluit, dimanat, oritur, se diffundit; inde ducta est illa malorum series & catena; inde ortum, exortum, enatum est, quidquid est mali; ab illa scintilla tam triste incendium exarsit. Is casus

Digitized by Google

tot mala nobis peperit, progenuit; inde tot mala nobis creata sunt, in nos redundarunt, in nos profecta sunt; inde tot mala extitere, manavere. V. *Causa. Usus.* Originem rei quærere, persequi, reperire. Verborum delectus est origo eloquentiæ. His vestigiis ad mali caput & originem pervenimus.

Orior, iris, ortus sum, oriri. entstehen, entspringen, aufgehen. R. *ab* ὄρομαι, *excitor, surgo. Syn.* Nascor, exorior, proficiscor, mano.)(*occido. Phras. Ex asperitate vitæ oriatur existimatio, necesse est*, ein heuscher Wandel kann nur allein von einer strengen Lebensart herrühren. Ex asperitate vitæ efflorescat, existat, proveniat, manet, enascatur, necesse est. *Usus.* A se oritur illa herba, *sua sponte nascitur.* Hoc solum, in quo tu ortus & procreatus es. Statu nobili ortus. V. *Origo.*

Oriundus, a, um. gebürtig, abstammend. *Syn.* Ortus, ortum habens, originem trahens, ducens, deducens; auctorem generis ciens. *Usus.* Ab ingenuis oriundus.

Ornamentum, i, n. Zierde, Schmuck. *Syn.* Decus, insigne, honor, dignitas, lumen. *Usus.* In animis vestris ego omnes triumphos meos, ornamenta omnia honoris, monumenta gloriæ condi volo. Cato decus & ornamentum civitatis. Plurima in aliquem ornamenta conferre, congerere. Ornamentis aliquem afficere. Multa a me in illum ornamenta profecta sunt. Aliquem ornamentis spoliare Tollere alicui vetera ornamenta, & minuere. Recuperare dignitatis ornamenta. V. *Honor, dignitas.*

Ornate, zierlich, geschmückt, gepuzt. *Syn.* Elegantes, polite, splendide, composite, non inornate, non inculte.

Ornatus, us, m. Zierde, Schmuck. *Syn.* Ornamentum; lux verborum, flos orationis. *Epi.* Acerbus & lugubris, adulabilis, amplus, aptus, non dignus, elegans, insignis, magnificus, magnus, militaris, mirabilis, muliebris, novus, oratorius, perpetuus. *Usus.* 1. Ornatus orationis tanquam vestis. Removere, negligere omnem ornatum. Hæc quasi lumina magnum afferunt ornatum orationi. 2. *Vestitus*, Kleidung. Status ornatu militari. Ornatus regalis.

Orno, as, avi, atum, are. zieren, putzen, schmücken. *Syn.* Exorno, illustro, decoro, honesto, ornatum affero, ornamenta congero, ornamentis afficio, ornamento sum; paro, adorno, instruo. *Adv.* Magnifice, mirabilibus, rhetorice, tragice, splendide, vehementer, justissime, merito, copiose, leviter, probe, maxime, amplissime. *Phras.* 1. *In te ornando omnes conspirant*, alle suchen dich alle in ein Ansehen zu bringen. Omnia in te ornamenta honoris certatim conferunt, congerunt. In amplificanda dignitate tua, in cumulandis honorum insignibus certatim omnes elaborant. Nemo est, a quo non ornamenta quædam honoris in te profecta sint; qui tibi non mirifice cupiat; qui, quæ sunt in Republica amplissima, tibi deberi non fateatur. 2. *Litteræ maxime hominem ornant*, die Wissenschaften sind die größte Zierde eines Menschen. Maximum homini accedit ex litteris ornamentum; litteræ homini maximum afferunt, conferunt ornamentum; maximo ornamento sunt; hominem exornant, illustrant, honestant; honestum & ornatum reddunt, efficiunt. *Usus.* Classem, convivium ornare, & apparare, zurüsten, zurichten. Beneficiis, laudibus, honorum insignibus ornare. Locus ad dicendum ornatus. Domicilium, signis, tabulis, rebus omnibus necessariis ornatum. Auctoritate, præsidiis, studiis, aliquem ornare.

Oro, as, avi, atum, are. bitten. *Syn.* Rogo, obsecro, obtestor. *Adv.* Etiam atque etiam, melius, plane, vehementer. *Phras.* 1. *Orare, vulg.* bethen, sein Gebeth verrichten. *Latine*: precari, preces fundere; precibus sollicitare, votis supplicibus fatigare Deum; Deum precibus quam religiosissime colere, venerari. Deum per preces supplici ter confulere; ad preces, precibus se dare; in vota & preces in ardentissimam precationem se effundere; ad Deum confugere; divinum præsidium, auxilium, divinam opem implorare; Deo ardenter supplicare; dies, noctesque in precando ponere. 2. *Devote orare, vulg.* andächtig bethen. Junctas manus ad cœlum attollere, & animum ad Deum transferre; conjunctis manibus, verfisque in cœlum oculis statas precationes distincte, citra festinationem, cum ardentissima cogitatione, & pietate pronunciare. *Usus.* 1. Peto igitur a te, vel si pateris, oro. Multis & supplicibus verbis orat. Deum ora-

re,

Digitized by Google

re, & precibus placare, Gott bitten, und versöhnen. 2. *Orationem habeo*, eine Rede halten. Nemo capitis causam melius oravit. *Oro*, bethen, *fine casu verbi*, *vulg.*

Ortus, us, m Ursprung, Anfang. *Syn.* Exortus: Oriens,)(*o casus Epi.* Gravior, verior, moderatus & constans, præclarus, similis & minime generosus, clari, nitidi. *Usus.* Multæ sectæ a Socrate ortum habent. Siderum ortus, & obitus. Cato ortu Tusculanus; dem Herkommen nach Ortus omnium artium rudis fuit & exilis. V. *Origo.*

Os, oris, n. der Mund, das Maul *Epi.* Alacre & promptum, aptissimum, ardens, coruscum, durissimum, ferreum, ferum, fœtidum, importunissimum, impurissimum, incolûme, infame, infestum, intimum plenius, pulcherrimum, supinum, tacitum, pristinum. *Usus.* 1. Cibum alicui in os ingerere. 2. *Conspectus, vultus, præsentia*, Angesicht, Gegenwart. Tu, cujus os mihi ante oculos versari solet In ore vulgi versabatur. Frequens in foro, in ore, in oculis. 3. *Sermo*, Rede. Id tibi frequens in ore est. Brutus in ore, & desiderio omnium est, oft von einem reden. 4. *Introitus, aditus*, Eingang. In ore portus. 5. *Imprudentia*, Unverschämtheit. Nostis os hominis & audaciam. Os tuum ferreum senatum convitio verberavit. Dudum os perfricuisti. Ore pleno, in os laudare aliquem.

Os, ossis, n. Bein. *Usus* Quid dicam de ossibus, quæ subjecta corpori mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad omnem corporis actionem. Cineri & ossibus mortui illudere, maculam inurere.

Oscen inis, m. Singvogel *Syn* Avis ore *vel* cantu auspicium faciens. *Usus.* Aves & alites, & oscines.

Oscitans, tis, *g. o.* gähnend. *Syn.* Negligens, ignavus, segnis. *Usus.* Illa oscitans & dormitans sapientia. V. *Piger.*

Oscitanter, hinläßig, saumselig. *Syn.* Negligenter, indiligenter. *Usus.* Tam solute, tam leniter, tam oscitanter.

Oscitatio onis, f. das Gähnen.

Oscitor, aris, atus sum, ari. gähnen. *Syn* Dormito, ocior. *Usus.* In tanta calamitate oscitaris adhuc dum? V. *Cesso, otior.*

Osculatio, onis, f. das Küssen.

Osculor aris, atus sum, ari. küssen. *Syn.* Suavium do, diffuavior, osculum do, osculum fero. *Phras. Terram religione inclitum osculatus est*, er hat die geheiligte Erde daselbst andächtig geküsset. Pio osculo terram contigit; terram pio osculo appetivit; terræ osculum tulit, dedit; terram diffuaviatus est. V. *Basium, Usus.* Complexus filium, osculatusque dimisit.

Osculum, i, n. Kuß. *Syn.* Suavium. *Usus.* Osculum dare, *vel* ferre matri.

Ostendo, is, di, sum, ere. zeigen, weisen. *Syn.* Demonstro, indico, planum facio, declaro, propono, doceo. *Adv.* Aperte, contra, insidiose, neque, opinato, optime, palam, paullum, probabiliter, quam brevissime, ultro, vulgo. *Phras. Rem clare ostendi*, ich habe die Sache klar dargezeiget. Digitum in rem intendi; exposui, planum feci; rationes, demonstrationes, quæ vim afferrent, quæ ad id cogerent, congessi; ut se res haberet, clare exhibui, explicui, demonstravi. *Usus.* Os tuum non modo ostendis, sed offers. Bellum ostendere potius, quam inferre. V. *Perspicuus.*

Ostentatio, onis, f. Prahlerey *Syn.* Venditatio, jactatio, simulatio, vanitas. *Epi.* Gloriosa, inanis, insolens, magnifica, popularis, puerilis. *Usus.* Vitanda est ingenii, ostentationisque suspicio. Qui simulatione, & inani ostentatione stabilem se gloriam consequi posse, arbitrantur, vehementer errant. V. *Jactio, Glorior.*

Ostentator, oris, m. Prahler, Rühmer. *Syn.* Gloriosus. *Epi.* Pecuniosus. V. *Superbus.*

Ostento, as, avi, atum, are. sich prahlen *Syn.* Vendito. *Adv.* Aperte. *Usus.* 1. Venditare ingenium, prudentiam ostentare. 2. *Præ me fero, expono* vorgeben, zeigen. Bellum ex altera parte ostentat, ex altera cædem. Aliud moliri, aliud specie simulationis ostentare. V *Glorior.*

Ostentum, i, n. Wunderzeichen. *Syn.* Portentum. *Epi.* Grave, triste. *Usus.* Magnorum periculorum metus ex ostentis portenditur. Appius ostenta facit de signis, & tabulis. V. *Omen.*

Ostentus, us, m das Zeigen, der Schein. *Usus.* Egone Jugurthæ ostentui essem?

Digitized by Google

Ostiatim, von Hause zu Hause. *Usus.* Ostiatim panem quærere.

Ostiarium, ii, n. Abgabe von Hausthüren. *Syn.* Tributum in singula domorum ostia imperatum. *Usus.* Frumentum, ostiaria, arma, vecturæ imperabantur.

Ostium, ii, n. Hausthüre. *Syn.* Janua. *Usus.* Portus, ostium & aditus. Einfahrt in den Haven. Fluminis ostium. Ausfluß in das Meer.

Ostrea, æ, f. Ostreum, i, n. Meerschnecke, Auster. *Usus.* Ostreis & conchylibus abstinere.

Otior, aris, atus sum, ari. müßig gehen *Syn.* Nihil ago, cesso, vaco, otio abutor.)(*Negotior. Phras.* 1. *Non otiabor*, ich werde nicht müßig seyn. Non cessabo; non ero feriatus a nostris litteris; non ita complectar, sequar otium, ut desidiæ me dedam; non committam, ut otio diffluam, tabescam, langueam, hebescam; non committam, ut, quod solet, animus otio luxuriet, lasciviat; aut senescat; etsi nihil est, quod agam, non tamen indormiam. 2. *Turpe est otiari*, es ist schändlich, immer müßig gehen. Turpe est, compressis, quod ajunt manibus sedere; otio, situ, desidia marcescere, otio se tradere; otio, segnitie demittere animos; otium ac tempus conterere, terere; cessatione torpescere. *Usus* Otiandi, non negotiandi causa Siracusis abest. V. *Pigritia.*

Otiose, müßig, faul. *Syn.* Per otium, vacuo animo & soluto.

Otiosus, a, um, müßig faul, unbekümmert. *Syn.* Cessans, nihil agens, feriatus, vacuus; laxatus curis; qui animo vacuo, ac soluto, qui cura vacat, & negotio; iners, languidus, vacuus ab opere, solutus ab opere; qui in otio est; in otio desidet. *Non operosus, semper aliquid agens. Adv.* Nimium, nunquam *Usus.* Cessatio libera, & otiosa. Nihil otiosa vita jucundius, si quoddam doctrinæ atque studiorum pabulum habeat. Alienæ calamitatis otiosus spectator. V. *Piger.*

Otium, ii, n. Müssiggang, Muße Ruhe. *Syn.* Tempus, spatium, vacuum tempus, laxamentum, cessatio libera atque otiosa, remissio, vacatio a labore, quies, vacatio ætatis, tranquillitas vitæ, facultas vacui & liberi temporis. *Epi.* Commune, domesticum, forense, honestum, inertissimum & desidiosissimum, jucundum litteratum, luxuriosum, majus, moderatum, multum, nimium, nimis otiosum, præparatum, primum & summum, tantum, urbanum. *Phras. Siquid otii nactus fuero, litteras ad te dabo*, wenn ich Muße haben werde, werde ich dir schreiben. Si otium erit; si vacabit; si per occupationes licebit; siquid habebo vacui temporis; si e negotiis emersero, respiravero; si occupationibus vacui temporis aliquid eripere licebit; si liber a negotiis fuero; si me iis rebus, quibus nunc implicatus teneor, explicavero; si ab occupationibus me expedivero; siquid otii dabitur, præstabitur, tribuetur a negotiis; si occupationibus relaxatus fuero; si vinculum illud occupationum, quo & assidue adstringor, & arctissime, non dicam exolvetur, sed paullulum modo, paullisper, aliquantulum, aliquantisper, nonnihil, aliqua ex parte laxabitur, litteras a me quam primum accipies. *Usus.* Raro otium nanciscor, & id, quod datur, fere in Philosophia consumo. Otio affluere, abundare, Zeit genug haben. Per otium aliquid facere, mit gelegener Zeit etwas thun. Si otium fuerit, ad scribendum me conferam. Referre se in, *vel* ad otium & quietem. Otium & solitudo languorem afferunt hominibus. Inertissimo & desidiosissimo otio frui; perfrui. Otium perturbare, die Ruhe stören In otii portum confugere. In otio considere.

Ovans, tis, g. o. frohlockend, triumphirend *Syn.* Prope triumphans. *Usus.* Ovantes urbem introibant. Ovanti urbem ingredi concessum est.

Ovis, is, f. ein Schaaf. R. *ab* οἶς. *Syn.* Pecus. *Usus.* Ovium villis contextis homines vestiuntur. O præclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum! Ovium usus nullus, ubi pastor deest. Ovem lupo committere, *Prov.* den Bock zum Gärtner machen.

Ovum, i, n. ein Ey. R. *ab* ὠόν. *Epi.* Recens, hypenemium, Zephyricum, seu irritum, durum, molle, tremulum seu sorbile, geminum, frixum. *Usus.* Anatum ova gallinis supponimus. Pisces ova, cum genuerint, &c. Ova parere, Eyer legen. Ovis incubare, brüten. Ex ovis pullos excludere, ausbrüten. Integram famem ad ovum afferre. Ovum ovo tum simile, *vel* similius non est. *Prov.* de rebus simillimis.

Digitized by Google

P.

Pabulum, i, n. Futter, Weide. *Syn.* Pastio. *Epi.* Naturale, pingue. *Usus.* Consideratio pabulum animi. Pabuli a terra procreati ubertas, *vel* tenuitas. Magna est hoc anno pabuli copia. Frumenta in pabulum missa.

Pabulatio, onis, f. Fütterung. *Usus.* Hostes pabulatione prohibere.

Pabulator, oris, m. Futterſammler. *Usus.* Missi pabulatores.

Pabulor, aris, atus sum, ari. Futter holen. *Syn.* Pabulum quæro. *Usus.* Pabulandi causa; pabulatum missa cohors.

Pacatus, a, um. ruhig, geſtillet. *Syn.* Quietus, tranquillus.

Pacificatio, onis, Friedensſchluß, Friedenshandlung. *Usus.* Ne te in hanc pacificationem interposueris. V. *Conditio.*

Pacificator, oris, m. Friedensſtifter. *Syn.* Qui pacem facit.

Pacificatorius, a, um. zur Schließung des Friedens gehörig. *Usus.* Legatio pacificatoria.

Pacificus, a, um. friedliebend. *Syn.* Quietus.

Pacisco, eris, pactus sum, cisci. Vergleich treffen, machen. *Syn.* Pango, depacisco, pactum *vel* pactionem facio, pactionem cum aliquo conflo, pactionem *vel* fœdus facio, fœdus cum aliquo ferio. *Adv.* Inique. *Usus* Pacisci sibi præmium, mercedem ab aliquo. V. *Pactum*, *Pactio.*

Paco, as, avi, atum, are. befriedigen, ſtillen. *Syn.* In tranquillum redigo, sedo, pacatum reddo. *Phras. Nondum penitus pacati erant hi populi*, dieſe Völker waren noch nicht völlig ruhig. Populorum istorum animi mentesque a superiore bello nondum resederant; nondum quiescebant, acquiescebant, conquiescebant populorum istorum feroces animi; nondum penitus illorum turbæ, ac seditiones compressæ erant, ac cohibitæ. V. *Tranquillus. Usus.* Civitates pacatæ. V. *Concilio, conjungo, amicitiam redintegrare.*

Pactio, onis, f. Vertrag, Vergleich. *Syn.* Pactum, conventum, conditio, fœdus. *Epi.* Nefariæ, bellicæ, hostiles, iniquæ, non modo publicæ, verum etiam privatæ oratorum. *Usus.* Ad pactionem venire, adire, accedere, einen Vertrag eingehen. Pactionem conflare cum aliquo, facere, conficere, Vertrag machen. Pactione aliquem sibi obstringere, obligare, durch Verſprechen ſich einen verbinden. In pactione manere, bey dem Vertrage bleiben. A pactione recedere, den Vertrag umſtoßen, nicht halten.

Pactor, oris, m. Stifter des Vertrags, Unterhändler, Schiedsmann. *Usus.* Societatis pactores.

Pactum, i, n. Vertrag, Vergleich. *Syn.* Pactio, conventum, conventio, decisio, conditio. *Phras. Quæ e pacto tibi debeo, fideliter præstabo*, was ich dir kraft des Vertrags ſchuldig bin, das werde ich treulich bezahlen. De quibus inter nos convenit; qua pactione obstrictus teneor, qua conditione tecum pepigi, decidi, integre & summa fide a me servabitur. Stabo conventis, pactis; a pacto & constituto pretio non recedam; quod inter nos pactum, transactum, decisum est, præstabo. V. *Pactio. Usus.* Pacta conventa, stipulationes. Pacta & promissa nec vi, nec malo dolo facta, præstanda & servanda sunt. Pacto stare. In conditione atque pacto manere. Nescio, quo pacto fiat.

Pædagogus, i, m. Aufſeher der Kinder, Lehrmeiſter. R. a παῖς & ἀγωγός, *pueri dux. Syn.* Pueri custos. *Phras. Est Pædagogus illius*, er iſt bey ihm Hofmeiſter. Ejus moribus regendis, aut formandis præfectus est; puericiam ejus format; hunc moderatorem puericiæ suæ habet.

Paganus, a, um. dorfhaft. *Usus.* Nullum est hac in urbe collegium, nulli pagani, nulli montani. *Paganus*, ein Heyde, *vulg. Latine*: pristæ superstitionis sectator, falsorum Numinum cultor.

Pagella, æ, f. ein Blättlein. *Usus.* Extrema pagella pupugit me.

Pagina, æ, f. ein Blatt, Seite. *Epi.* Extrema, postrema, prior. *Usus.* Quasi in extrema pagina. Meam parsimoniam hujus paginæ contractio significat. Pagina tua me pertæbavit, magnæ molestiæ fuit.

Digitized by Google

Pagus, i, m. ein Dorf. R. *a* pago. *obſol. ſeu* pango, & conjungo; *alii a* πηγή *fons*; *quod ad fontes ædificabantur ad aquanda pecora. Syn.* Villa. *Uſus.* Pagorum & vicinitatum omnium collegium.

Pala, æ, f. Ringkaſten, worein der Stein gefaßt wird. *Syn* Annuli pars latior, cui gemma inſeritur, aut ſignum inſculpitur.

Palæſtra, æ, f. Fechtſchul, Kampfplatz, Ringplatz. R. *a* πάλη. *luctatio Syn.* Gymnaſium. *Uſus.* Palæſtræ dare operam. Iſthuc palæſtræ multum habet, & olei. V. *Schola.*

Palæſtrice, fechterisch. *Syn.* Palæſtritarum more.

Palæſtrita, æ, m. Fechter, Ringer.

Palám, öffentlich. *Syn.* Manifeſte, aperte, in conſpectu omnium; in oculis omnium; in ore atque oculis omnium; ſub oculis; inſpectantibus omnibus; luce & palam.)(*clam, ex occulto & inſidiis. Uſus.* Luce & palam, in foro. Nondum palam factum erat ſcelus. V. *Conſpectus, præſens.*

Palatium, ii, n. Palaſt, prächtiges Haus. R. *a* φαλὸς, *ſplendidus. Uſus.* Deſcendit de palatio.

Palatus, i, m. Gaume. *Syn.* Pars oris interior, in qua ſenſus eſt guſtatus. *Epi.* Extremus, infimus, varius. *Uſus.* Voluptas, quæ palato percipitur. Non ſequitur, ut cui cor ſapit, ei non ſapiat palatus.

Palea, æ, f. Spreu *Uſus.* Paleam, aurumve portet navis; ad bene gubernandum nihil intereſt.

Palimpſeſtum, i, n. Schreibtafel, Pergamenttafel, Eſelhaut. R. πάλιν, *rurſum* ψάω, *abſtergo. Uſus.* Laudo, quod in palimpſeſto ſcripſeris, in chartula meliam.

Pal[illegible], æ, f. Widerruf. *Syn.* Re[illegible] *Phraſ. Palinodiam cecinit*, er hat es widerrufen Retexuit orationem ſuam; juravit, nolle eſſe dicta, quæ in me protuliſſet; non difficulter permotus eſt ad receptum pertinacis ſententiæ; ea, quæ in me jecerat, ut indicta eſſe voluit; revocavit omnia, quæ intemperanti lingua in me effuderat. *Uſus.* Palinodia ſubturpicula mihi eſſe videbatur.

Palla, æ, f. Frauenmantel. *Veſtis mulieb[illegible] genus.*

Palladium, ii, n. Bildniß der Pallas, Schutzheiligthum. *Syn.* Signum Palladis. *Uſus.* Libros ex medio incendio velut Palladium ſuſtulit.

Palleo, es, ui, ere. erbleichen, bleich werden. *Syn.* Expalleſco, exalbeſco. *Phraſ. Palluit ad conſpectum militis*, er iſt ganz erblaſſet, da er den Soldaten geſehen. Pallor homini ſuffuſus eſt, & totum corpus vitalis color reliquit; exſpiranti ſimilis fuit; oris exſanguis notas pallor confuderat; exſanguis ac pallore deformis conſtitit ad conſpectum militis *Uſus.* Sudat, pallet, erubeſcit, titubat.

Palliatus, a um. bemantelt. *Uſus.* Græcus judex modo palliatus, modo togatus.

Pallidus, a, um. * bleich, blaß. *Uſus.* Pallido corticæ arbor.

Palliolum, i, n ein Mäntelein. *Epi.* Sordidum. *Uſus.* Sæpe eſt ſub palliolo ſordido magna ſapientia.

Pallium, ii, n ein Mantel. *Syn.* Amiculum veſtibus injici ſolitum, *quod Græcorum proprium fuit, ut toga Romanorum Epi.* Aptum ad omne tempus, laneum, purpureum. *Uſus.* Pallium in collum conjicere; onerare humerum pallio, den Mantel umnehmen. Pallium alicui detrahere. Pallio tegere. Iſte cum pallio purpureo. Colligere pallium, den Mantel aufheben.

Pallor, oris, m. Bleiche, blaſſe Farbe. *Uſus.* Terrorem pallor, & dentium crepitus conſequitur. Magno cum tremore & pallore aliquid dicere; pallorem traho, contraho, in pallorem verti; pallore infici. V. *Palleo.*

Palma, æ, f. die flache Hand, Palm. R. *a* παλάμη, *vola explicata. Syn.* Manus pars interior; victoria, principatus. *Phraſ. Ille de omnibus palmam tulit*, er hat alle übertroffen, überwunden. Palmam retulit; omnibus palmam eripuit. V. *Supero, Vinco. Uſus.* 1. Dialectica pugno, Rhetorica palmæ ſimilis eſt. 2. *Arbor palma*, Palmbaum *Epi.* Lemniſcata, procera & tenera, urbana. Palmæ agreſtes, multæ, plurimæ. Palma nobiliſſima illa arbor, nulli cedit ponderi, ſed contra aſſurgit, & reluctatur. 3. *Transl. Victoria*, Sieg, Palmzweig. Eloquentiæ palmam alicui dare, deferre. Palmam alicui dubiam facere.

Palmaris, e, zum Gedächtniſſe des Siegs gehörig, vornehmſte. *Uſus.* Statua palmaris. Palmaris illa Philoſophorum ſententia.

Palmarius, a, um. hauptſächlich, vornehmſte. *Uſus* Id eſt, quod palmarium puto me reperiſſe.

Digitized by Google

Pal-

Palmus, i, m. *Handbreit. *Mensuræ genus.*

Palor, aris, atus sum, ari. *herum schweifen. *Syn.* Vagor, dispergor. *Usus.* Vagi per agros palantur milites. Exercitus per silvas fuga palatus. V. *Vagor, erro.*

Palpo, as, are; Palpor, aris, atus sum, ari tätscheln, streicheln, schmeicheln. *Syn.* Adulor, blandior, assentor. *Adv.* Plane. *Usus.* Palpari aliquem.

Palpebræ, arum, f. Augenlieder. *Syn.* Tegumenta oculorum molliſſima. *Epi.* Resectæ.

Palpito, as, avi, atum, are. zittern, beben. *Syn.* Tremore concutior. *Us.* Cor animantis evulsum ita mobiliter palpitabit. V. *Trepido.*

Palpum, i, n. *das Schmeicheln, Liebkosen. *Syn.* Blanditiæ. *Usus,* Palpum alicui obtrudere. Aliquem palpo percutere, fuchsschwänzen. V. *Adulor.*

Paludamentum, i, n. *Soldatenkleid eines Feldherrn. *Syn.* Insigne & ornamentum militare, præcipue imperatorum

Paludatus, a, um. mit einem Soldatenkleide angethan. *Syn.* Paludamento ornatus.

Palus, i, m. ein Pfahl. *Syn.* Lignum in terra infixum, depactum. *Usus.* Damnati producuntur, ad palum alligantur.

Palus, udis, f. eine Pfütze, Sumpf, Morast. R. *a* πηλός, *lutum. Usus.* Paludes siccare. E paludibus emersit.

Paluſtris, e. *sumpfig, morastig. *Usus.* Locus paluſtris

Pampinus, i, m. Reblaub, Weinblatt. *Syn.* Folium vitis. *Usus.* Uva vestita pampinis nimios ſolis defendit ardores.

Panchreſtus, a, um. zu allen Krankheiten heilsam. *Usus.* Panchreſtum medicamentum.

Pandiculor, aris, atus sum, ari. *sich strecken, dehnen. *Usus.* Oscitans pandiculatur.

Pando, is, pandi, paſſum, ere. aufthun, ausdehnen. *Syn.* Aperio. *Adv.* Longe se, late se. *Usus* Orationis vela pandere. Paſſis velis provehi V. *Aperio.*

Panegyricus, i, m. Lobrede. R. *a* πᾶν & ἀγείρω. *Syn.* Laudatio, *ſive* oratio & concio in conventu habita.

Panegyris, is, i. Zusammenkunft des Volks *Syn.* Solennis, & publicus conventus, ſeu celebritas. *Usus.* Erat illo ipso die nundinarum Panegyris.

Pango, is, pepigi, pactum, ere. einschlagen, stecken, stiften. *Syn.* Figo, defigo; compono, condo, ſcribo. *Usus.* Carmen, ſocietatem, pacem pangere. V. *Paciſcor, pactum.*

Panis, is, m. Brod. R. *a* πάω, *veſcor; vel a* πᾶν, *omne, quod cum omni cibo opponatur; vel a* paſcendo. *Usus.* Piſtor domi nullus, panis cibarius nullus, nulla cella.

Pannoſus, a, um. übel gekleidet, lumpicht. *Syn.* Pannis obſitus, male veſtitus, ſordidatus,

Pannus, i, m. ein Tuch. *Usus.* Pannis annisque obſitus.

Panthera, æ, f. Panterthier. *Beſtia maculoſa.*

Papaver, eris, n. *Mohn, Mohnſamen.

Par, aris, *g. o.* gleich. *item neutr.* ein Paar. *Syn.* Parilis, æqualis, ſimilis; ſocius alicujus rei.)(*Diſpar, impar. Adv.* Plane, omnino, nequaquam, prope, pares abſolute, æque inter ſe, perfecte *Phraſ.* 1. *Omnibus fere rebus pares ſumus,* wir ſind faſt in allem gleich. In eadem æquatione gratiæ ac dignitatis ſumus, ejusdem fortunæ conſortes; in communi fortuna ſumus; maxima eſt inter nos æqualitas, & ſimilitudo; inſtitutis, animisque nihil inter nos diſſidemus; maxima eſt inter nos rerum omnium exæquatio. Omnia prope mihi paria ſunt tecum; inſtitutis, animisque ſumme congruimus; æquas habemus partes; æqua fortuna utimur. 2. *Par pari referam,* ich werde gleiches mit gleichem vergelten. Scito, paratam tibi peſtem, ut particeps parem; ut merueris, habebis; par pari reddam. *Usus.* 1. Par nobile gladiatorum. Par eſt, quod inter omnes æquale eſt. Neminem in dicendo habuit parem. Tot hoſtibus pares non ſumus. Hoc mihi par tecum eſt. 2. *Decet, æquum eſt.* ſollen, ſich geziemen. Dubito, quid me facere par ſit. V. *Similis, æqualis.*

Parabilis, e. das leicht zu bekommen iſt. *Syn.* Facilis inventu & paratu. *Usus.* Parabilis victus, convivium, divitiæ.

Paradoxa, orum, n. wunderbare, unerhörte Dinge *Usus* Paradoxa Græci, nos admirabilia dicamus, & contra opinionem.

Digitized by Google

Para-

Paralyſis, is, f. der halbe Schlag, Lähmung. *Syn.* Reſolutio nervorum.

Paraſceve, es, f. Charfreytag. Dies quo ſe pro nobis Chriſtus in cruce victimam obtulit. Dies redempti orbis memoria ſacer; dies, quo cœleſtes iras in omne genus hominum intentas ſuo olim capite excepit. Conſecrata, dicata ſacrata Chriſto morituri dies. Funeſtiſſimus poſt natos homines dies, qui ſalutis noſtræ parenti, auctori, vindici ſanguinis pretio ſtetit.

Paraſitus, i, m. Schmarotzer, Tellerlecker. *Syn.* Menſarum aſſecla.

Parate, bereit, geſchwind ſeu *Uſus.* Sumpto ſpatio ad cogitandum parate, ornateque dicere.

Paratus, a, um fertig, bereit, willig. *Syn.* Promptus, expeditus, inſtructus, qui præſto eſt.)(*Imparatus. Adv.* Bene, bene ad fortitudinem, jam pridem ad cædem, omnino eſt armatus contra fortunam præclare. *Phraſ.* 1. *Probe paratus & inſtructus adero*, ich werde wohl bereit mich einfinden. Nemo me paratior, expeditior erit; exercitatus, erectus, armatus animis adero; ita dimicationi inſtructus intentusque; ita paratis, compoſitisque rebus. ita alacri animo adero, ut nihil in me moræ ſit, ut per me non ſtet, quin res tota extemplo conficiatur. Non eſt, ut currentem incites. ita ad omnia præſto ſum. 2. *Parata erunt omnia, quæ ad uſum ſunt neceſſaria*, es wird alles in Bereitſchafft ſtehen, was dazu nöthig iſt. Rerum omnium paratam expoſitamque copiam invenies; in promptu; ad manum erunt omnia. *Uſus.* Paratus ab exercitu, e rebus neceſſariis. Ad omne facinus paratiſſimus. Paratus, ac bene meditatus venit. Omnibus naturæ, & diis ad dicendum paratus.

Parce, ſparſam, genau, kümmerlich. *Syn.* Reſtricte, ſobrie, parum, continenter.

Parco, is, peperci, parſum, ere, verſchonen. *Syn.* Ignoſco, remitto, condono, veniam do, impunitatem do, impunitum ſcelus fero; tempero.)(*Perdo, ſpolio. Adv.* Gratis alicui, omnino alicui, omnino, non parum valetudini. *Phraſ.* 1. *Dignus es, ut tibi parcatur*, du biſt würdig, daß man deiner verſchone. Veniam, impunitatem mereris; dignus es venia, impunitate; dignus es, ut tibi condonetur, remittatur, ignoſcatur, venia detur; delicti gratia fiat, ut ad hanc culpam conniveatur; ut impune feras; ut id delictum impune abeat. 2. *Templis tamen parcebat hoſtis*, der Feind hat doch die Kirchen verſchonet. Templis tamen temperatum; ira belli a templis abſtinuit; a templis tamen manum hoſtis abſtinuit. 3. *Nobis plane non parcitur*, man verſchonet unſer ganz und gar nicht. Nihil aut laxamenti, aut veniæ habemus; nihil laxamenti datur nobis; nulla nobis a labore vacatio datur, conceditur; otii nobis a labore nihil datur. *Uſus.* Non parcam operæ. Mihi, quæſo, parce, ac dignitati meæ. Hic nec ſuæ unquam, nec alienæ judicitiæ peperci. V. *Venia, Impunitas, Indulgeo.*

Parcus, a, um. ſparſam. *Syn.* Parvo contentus, frugalis, attentus ad rem.)(*Prodigus, luxuriosus. Phraſ. Parcus es nimium*, du biſt gar zu ſparſam. Nimium attentus ad rem es; durus, difficilis, tenax es; reſtrictior ad largiendum, ac prope ruſticana quadam parſimonia es; attentior ad rem es, quam ſat eſt; maximum vectigal in parſimonia reponis; parce nimium ſumptum facies; parſimonia illa tua non longe abeſt a ſordibus, & malignitate; in faciendo ſumptu parcus es, & reſtrictus; ſumptui parcis, ſed reſtricte nimium, ac pene ſordide. V. *Avarus, Sordidus. Uſus.* Parcus pater & tenax.

Parens, tis, g. c. Vater oder Mutter. *Syn.* Pater aut mater, procreatores. *Epi.* Antiquior, antiquiſſima, ſanctiſſima, bonus & liberalis, communis omnium, grandis natu, iners, impurus atque improbus, juſtus, optime meritus, miſerrimus, optimus, mitiſſimus. Parentes cari, cariſſimi, humiles, miſeri, multi, perpetui. *Uſus.* Parentes non alere, nefarium eſt. Parentes, propter quos ſuaviſſimam hanc lucem aſpeximus, cariſſimos habere debemus. Me ſicut alterum parentem diligit, & obſervat. Horum ego operum parens & effector ſum.

Parentalia, orum, n. Todtenmahl. *Syn.* Juſta, & convivia funebria.

Parento, as, avi, atum, are. Leichbegängniß halten. *Syn.* Juſta ſolvo, facio, perago, funus facio. *Uſus.* Alicui parentare.

Pareo, es, ui, ere, gehorchen. *R. a.* παρέω, *vel* πάρειμι, *adſum Syn.* Obedio, obtempero, dicto audiens ſum.

sum, morem gero.)(*Impero. Adv.* diligentissime, molestè, occultissime, proxime legi *Phras. Parere tandem coactus est*, er ist endlich zum Gehorsame gebracht worden. Jugum tandem accepit; frenum recepit, frenum accepit. in potestate, in auctoritate senatus futurum se recepit; imperata facturum; in officio futurum se recepit. V. *Obedio. Usus.* Dolori, iracundiæ parere. Necessitati, tempori parere & servire. Alicujus consiliis, cupiditati suæ parere.

Paries, etis, m. Wand, Mauer. *Syn.* Murus, maceria. *Usus.* Parietem ducere, vestire, dealbare. Parietem perfodere, disturbare. Nihil mihi intra parietes meos tutum, nihil insidiis vacuum video. Parietum præsidio a furore hominis me tutatus sum. Duos linire parietes. *Prov.* auf beyden Achseln tragen.

Parietinæ, arum, f. baufällige Mauer. *Syn.* Parietum rudera, reliquiæ. V. *Ruina.*

Parilis, e. gleichförmig. *Syn.* Par, similis. *Usus.* Parilis ætas, vox, honor.

Pario, is, peperi, partum, ere. gebähren, verschaffen. *Syn.* Partum edo, partum enitor, partum facio, partu levor: *transl.* gigno, profero, procreo. *Adv.* Aliquando. *Usus.* Factis sibi maximam gloriam peperit. Voluptatem, ægritudinem ea res mihi maximam peperit. Fruges, quas terra parit & procreat. V. *Causa.*

Pariter, gleichfalls, ebenmäßig. *Syn.* Similiter, æqualiter, æque simul, viciſſim. *Usus.* Crescunt pariter & decrescunt cum luna conchylia. Pariter cum vita sensus abit. Pariter, æqualiterque inter se amare. Ille mecum pariter molestè fert.

Parma, æ, f. runder und kleiner Schild. *Syn.* Breve scutum peditum.

Paro, as, avi, atum, are. bereiten, zurüsten, zuwegen bringen, erwerben. *Syn.* Comparo, apparo, orno, adorno, instruo, instituo, molior, viam munio. *Adv.* Repente, sensim omnia, turpissime eloquentiam, utrobique hospitium. Acerrime bellum, diligenter, melius, publice convivia. *Phras. Parat se ad iter*, er richtet sich auf die Reise. Ad iter accingitur, itineri se accingit; itineris apparatu distinetur; ad iter se comparat; iter adornat; in procinctu stat. V. *Instituo, instruo, comparo. Usus.* Instruere & parare convivium. Huc te para

Parochus, i, m. Wirth, der für Fremde Freytafel hält. *Syn.* Publicus minister, curatorque, qui peregrinis publico nomine necessaria procurat. *Epi* Publicus *Parochus*, ein Pfarrer. Curio sacer *Parochia, vulg. rectius*: Paroecia, Pfarre.

Parricida, æ, m. Vater oder Mutter mörder, Verräther des Vaterlands. *Syn.* Parentis interfector. *Epi.* Certissimus patriæ importunus, impius, impurissimus, terterrimus, audacissimus. *Usus.* Parricidas insui voluerunt in culeum, atque in flumen dejici.

Parricidium, ii, n. Vater oder Mutter Mord, großes Verbrechen. *Epi.* Fœdissimum, fraternum, manifestum, nefarium, familiare. *Usus.* Nefario se patriæ parricidio obstrinxit.

Pars, tis, f. Theil, Stück. *Syn.* Portio, membrum; species, forma; factio, secta. *Epi.* Absoluta & assumtiva, negotialis, alicujus vitæ adversa, æqua, æqualis, aut altero tanto major, dimidia, diversa & dissimilis, exigua, extrema, gravior, honestior, inchoata, inferior, interior, interna, vehemens, intima urbis, læva.)(*Dextra.* Laudabilis orationis, leniſſima animi, leviſſima, libera, magna honorum, urbis, noctis, maxime ægra & prope depoſita reipubl. maritima provinciæ, necessaria, optima, princeps rationis & intelligentiæ, turpis calamitosæque, vitæ tenuissima, contraria. Partes certæ, cæteræ, communes, generales constitutionis, honestiores corporis, præcipuæ, primæ, posteriores, priores, similes principio, sui similes, singulæ, finistræ, superæ, superiores, ultimæ, utiles. *Phras.* 1. *Pompeji partes contra Cæsarem secutus est*, er hat sich auf die Parthey des Pompejus geschlagen. Pompeji partes fovit; in Pompeji partibus stetit; Pompeji partibus studebat, favebat; Pompejanarum partium erat; a Pompejo stetit; cum Pompejo stetit ac sensit; ad causam Pompeji se acclinabat; ad Pompeji rationes se adjunxit; suas cum Pompeji rationibus conjunctas habuit; Pompeji partibus infectus est. 2. *Nulli partium est addictus*, er hält sich neutral. Integrum se servat; nullis partium studiis infectus est; nullarum partium est; inter utramque partem medius manet. V. *Neuter. Usus.* 1. Genus est, quod plures amplectitur partes. 2. *Alte*

brum, *portio*, Antheil, Portion. In partem prædæ vocare, venire. Patrimonii partem legare, dare; partem prædæ exigere, condonare, remittere. 3. *Regio*, *locus*, Ort, Gegend. Ab orientis partibus advenit. Multas in his partibus copias censemus. 4. *Officium*, *munus*, Amt, Schuldigkeit. Videntur etiam hic aliquæ meæ partes. Personam aliquam, & partes sibi deposcere. Alicui imponere, dare partes gerendæ rei. Has ego partes volens suscepi, sumsi; volens sustineo, ago, habeo, obtineo. 5. *Factio*, *secta*, Seite, Parthey. Cæsaris partes deserere, oppugnare. Partes senatus sequi. Nullius partis esse. 6. *Magnam partem*, die meiste Zeit über. Magnam partem tui consulatus abfui. Majorem diei partem desideo. Magnam partem tuis rebus occupor. Noctis magnam partem vigilavi. 7. *Primas*, *secundas*, *tertias partes alicui dare*, id est *primum &c. locum*, *gradum*, *laudem*, den ersten, zweyten, &c. Platz, Rang, Vorzug geben. Primas alicui dare, cedere, tribuere, concedere (*scil.* partes,) Hortensius facile primas tenebat, ferebat (*scil.* partes.) 8. *In utramque*, *in optimam partem &c.* Multa mihi in utramque partem occurrunt. Magna vis est fortunæ in utramque partem, auf beyden Seiten. Hæc accipias in optimam partem, aufs beste annehmen. In eam partem decretum factum est. In eam partem potius peccant, quæ cautior est. Pro virili parte, so gut als ich kann. Pro illa tenui, infirmaque parte rempubl. defendi. Ex magna parte, ex aliqua parte assentior, groſſen Theils, eines Theils. In omnes partes intentus, allenthalben. Ab omni parte beatus, vollkommen glückselig. Ex omnibus partibus, von allen Seiten her.

Parsimonia, æ, f. Sparsamkeit. *Syn.* Frugalitas, moderatio, mediocritas, sumptuum. *Epi.* Rustica atque inculta, summa, apta. *Usus.* Parsimonia rem tueri. Parsimonia summa, summa est diligentia, qua res familiaris conservatur, & augetur. V. *Parcus.*

Particeps, ipis. g. o. theilhaftig. *Syn.* Consors, socius, non expers.)(*Expers*, *carens*. *Adv.* Maxime. *Phraſ.* 1. *Fac me participem tuarum laudum*, mache mich auch deines Lobs theilhaftig. In societatem me tuarum laudum admitte, adscribe, venire patere; ne me expertem tuarum laudum sinas; partem aliquam tuæ gloriæ in me deriva, transmove; in partem me tuorum decorum voca; consocia, participa mecum tuas laudes; socium me tuarum laudum adjunge, adscribe; patere, ut aliquid ex ista laude mihi decerpam; in societatem laudum tuarum me quoque accipe. 2. *Participes sceleris*, *pœnæ quoque participes sint*, wer mitschuldig ist, muß auch mit gestraft werden. Eodem scelere contacti, in parte quoque pœnæ sint; sceleris contagione violati in partem etiam pœnæ vocentur; qui se sceleris contagione contaminaverunt, iis æqua etiam societas pœnæ sit; socii culpæ, socii etiam pœnæ sint. *Usus.* Homo mentis & rationis particeps. Hujus consilii ego & particeps & adjutor fui. V. *Socius.*

Participo, as, avi, atum, are. theilhaftig machen, mittheilen. *Syn.* Impertior, communico, participem facio; *item:* particeps fio, partem capio, fructum capio, aliquid decerpo. *Phraſ.* *Præda mecum participa*, laß mir auch einen Theil der Beute zukommen. Partem prædæ mecum communica; effice, ut in parte prædæ sim; ut de tua præda, *vel* prædam participem; ut prædæ partem capiam; ut in partem prædæ veniam. V. *Particeps*, *Communico*. *Usus.* Parem pestem participabit.

Particula, æ, f. kleiner Theil, Stücklein. *Syn.* Articulus, appendicula. *Epi.* Parva urbis, breviores, longiores, imminutæ, impares, æquales, minimæ, similes inter se, tenuissimæ. *Usus.* Omne animal quasi mundi particula est. Particulam tuarum litterarum legi. Hæc particula tantum est scelerum tuorum.

Particulatim, stückweise, von Stück zu Stück. *Syn.* Articulatim, membratim, singillatim. *Usus.* Multum refert, summatim, an particulatim hæc narrentur.

Partim, theils. *Syn.* Ex parte quadam. *Usus.* Eorum partim in pompa, partim in acie illustres fuere. Ex quibus partim tecum sentiebant, partim adversabantur.

Partior, iris, itus sum, iri. theilen, zertheilen. *Syn.* Divido, portionem facio, communico. *Adv.* Æqualiter, noviter, commode, paullo secus. *Usus.* Bona sua cum sociis partiri. V. *Divido.*

Digitized by Google

Partite, getheilt, ausgetheilt. *Syn.* Distribute, distincte, ordinate

Partitio, onis, f. Theilung, Eintheilung. *Syn.* Divisio. *Epi* Æquabilis, commodior, generalis, iniqua utilis, utilior & aptior ad bene, beateque vivendum *Usus* Partitio bonorum, urbis, Italiæ, ærarii. Mihi pecunia è participatione debetur.

Partitor, oris, m. Theiler, Zertheiler. *Usus.* Non te custodem ad continendas, sed partitorem ad partiendas merces missum putato

Parturio, is, ivi, ire. in Kindsnöthen seyn, gebähren wollen. *Syn* E dolore partus laboro, enitor. *Adv.* Jamdiu. *Usus.* Utinam aliquando dolor populi Romani pariat quod jam diu parturit.

Partus, us, m. Geburt. *Usus.* 1 Luna sole illuminata graviditates, & partus affert. Jam appropinquat, instat partus. Partu levari 2. *Fetus*, Leibesfrucht. Partum herbis & medicamentis abigere Aureus matris suæ partus.

Parvitas, tis, f. Kleinheit. *Usus.* Cerni non possunt propter parvitatem.

Parum, wenig. *Syn.* Perparum minimum, parce, maligne, modice leviter restricte. *Phras.* *Parum diligens est*, er ist gar wenig fleißig. Parce, timide, & molliter laborem aggreditur; tenui diligentia est & prope nulla; si punctum temporis laboret, emori se autumat. V. *Piger*. *Usus.* Sunt hæc parum firma. Parum abfuit, quin &c. Violare parum habuit, atrocissimis suppliciis affecit.

Parumper, auf eine kleine Zeit * *Syn.* Paullisper, tantisper, aliquantum, ad breve tempus, ad punctum temporis, ad exigui brevitatem temporis, paullum, tantulum, perraullum. *Usus.* Abduco parumper animum a molestiis.

Parvulus, a, um, sehr klein. *Syn.* Pusillus, perparvulus.

Parvus, a, um. klein. R. *a* παῦρος; *paucus. Syn.* Pusillus, exiguus, modicus; brevis, angustus, tenuis, minutus, modica magnitudine. *Magnus. Adv.* Admodum. *Phras.* *Parvum est beneficium*, es ist eine kleine Gutthat. Exile, tenue, leve & contemptum munus est; perexiguum pertenue minutum manus est; propter suam exiguitatem, & parvitatem vix memoratu dignum. *Usus.* Parva exigui temporis usura. Parvo contentus esse possum.

Pascha, tis, n. Osterfest, Ostern. *Phras.* Dies, qui Christo post devictam mortem gloriosissimus illuxit; quo memoria redeuntis in vitam Christi Servatoris nostri recolitur, ac celebratur; princeps anni dies, quo victor ab inferis Christus ad vitam immortalem rediit Augustissimum anni tempus, sanctisque gaudiis refertissimum, quo Christi de morte, inferisque triumphantis memoria per orbem terrarum celebratur

Pasco, is, pavi, pastum, ere, weiden. R. *a* βόσκω. *pasco. Adv* Bene, satis. *Usus.* Pascere equos, greges, sues. Oculos cruciatu pascere; animum picturis. Pasci, delectari, perfrui pacis fructibus.

Pascua, orum, n. Hut, Weide. *Epi.* Læta, herbosa. *Usus.* Utrum tandem hanc silvam in relictis possessionibus, an in censorum pascuis inveniti?

Passer, eris, m. Spatz, Sperling. *Usus.* ex passeribus augurari.

Passim, hin und her, hin und wieder, allenthalben. *Syn.* Undique, ubique, dispersè, sine ordine. *Usus.* Passim per forum volitare. Aves huc illuc passim vagantes.

Passio Domini, Paßion unsers Herrn. Historia Servatoris nostra causa cruciatus ac mortem passi. Das Leiden Christi betrachten Acerbissimos Christi Servatoris nostri cruciatus, mortemque pro genere humano obitam; funestissimam dolorum, ac cruciatuum, quos Christus nostra causa pertulit, perpessionem grata recordatione recolere; in Christi acerbissimis tormentis, cruciatibus, ac morte cogitationem defigere. De Christi acerbis cruciatibus, & excessu; de funestissima Servatoris nostri cæde ad populum verba facere; eine Passionspredigt halten. *Creaturæ etiam rationis expertes Passionem Domini luxerunt, vulg.* die unvernünftigen und leblosen Geschöpfe haben das Leiden des Herrn bedauert. Mutæ quoque res, & sensibus orbatæ mortem Christi luxerunt. Dies in nostem concessit; elementa turbata sunt, saxa, quasi doloris vim non ferentia crepuere, tumulis apertis cadavera redeuntibus animis jam olim efflatis prodiere. Rectore suo ac Domino sic agitato, concusso, raptato, tota tellus cohorruit, atque contremuit, petræ dissiluerunt, tenebræ terris incu-

Digitized by Google

cubuerunt, sol caligine obtectus, velum Templi disruptum est

Passus, us, m. Schritt. *Syn.* Gradus, gressus. *Epi.* Perpauculi. *Usus* Disjunctissimas terras passibus peragrare. Urbs aberat mille passus.

Pastio, onis, f. Weidung des Viehes. *Syn.* Pastus, pabulum. *Usus.* Alia regio fertilior est magnitudine pastionis.

Pastor oris, m. Hirt, Viehdirt. *Syn.* Pecoris magister, ut bubulcus, subulcus, opilio. *Epi.* Cupidi litterarum.

Pastoralis, e. einem Hirten zustehend. *Syn.* Pastoritius.

Pastoritius, a, um. einem Hirten zustehend. *Usus.* Pastoritius cantus.

Pastus, us, m. das Weiden, Futter. *Syn.* Pastio, locus pascuus: cibus. *Epi.* Aptus, ferus, immoderatus, præsens, suavissimus, diversi, novi oratorum, tetri, varii, abundantes, veteres oratorum. *Usus.* Pastum natura large animantibus comparavit. Animales inquirunt pastum & latibula. Partes corporis ad pastum apessendum & conficiendum Oblectatio industriæ, suavissimus animorum pastus.

Patefacio, is, feci factum, ere. eröffnen, aufthun, offenbaren. *Syn.* In lucem profero, divulgo, aperio. *Usus.* Hostibus portam patefacere is & scelerum indicia ostendit, & periculorum signa indagavit, patefecit, protulit. Ea res fenestram ad omnem nequitiam; latam avaritiæ viam patefecit. Patefacere, & illustrare veritatem. Iter hostium interneciones patefacere. V. *Prodo, Manifesto, Aperio.*

Patefactio, onis, f. das Oeffnen. *Syn.* Evolutio & explicatio rerum opertarum.

Patella, æ, f. Schüßel, Pfanne, Topf. *Syn.* Vas fictile, sacrificiis faciendis aptum. *Epi.* Argentea, grandis.

Patenter, öffentlich. *Syn.* Aperte.)(*abscondite.*

Pateo, es, ui, ere. offen stehen, kund seyn. *Syn.* Apertus sum.)(*clausus sum. Usus.* 1. Patet janua. Huc tibi aditus patere non potest. Patent hæc, & in promptu sunt omnibus. Non omnibus idem cursus in cœlum patet. 2. *Non negor*, nicht versagt werden, erlaubt seyn. Velim, ut mihi libri tui; reditus in gratiam; omnia mihi tua pateant. 3. *Pertineo, me extendo*, sich erstrecken. Hæc ars latissime patet, & ad plurimos pertinet. Ejus beneficia late patent. V. *Aperio.*

Wagner.

Patet, uit, ere. es ist am Tage, es ist klar. *Syn.* Constat. *Phras. Patet manifesto eius odium*, seln Haß ist offenbar. Cui non appareat ejus odium? Odium hominis tenetur; odium ejus pro inquisito & comperto est; satis exquisitum est mihi hominis odium. V. *Constat, manifestus. Usus.* Discussa est caligo diluxit, patet, videmus omnia.

Pater, tris, m. Vater. *R.* a πατήρ. *Syn.* Parens, genitor, procreator, generator, sator educator, altor *Epi.* Ærumnosus, altitonans, (Deus) amans, amicissimus, beatior, quam &c. blandus certus, clarissimus, consularis, doctus, dulcis, durus vehemensque, facilis & liberalis, felix, ferox & arrogans, infestus, fortissimus, grandis natu, honestus, humanissimus, carissimus, humilis, crudelis, importunus, improbus, innocentissimus, levis, mendax, avarus, amans suorum, miser, naturalis, negligens, dissolutus nobilissimus, parcus ac tenax, paratus, severus, parum splendidus, turpissimus, fidelissimus. *Usus.* 1. Patre natus est sapiente, sancto, severo. Vehemens pater, durus, ferreus, qui sine causa oderit, quem procrearat. 2. *Senator, majores, conservator*, Rathsherr, Vorältern, Erhalter. Patres conscripti. Patrum nostrorum ætate, memoria. Patriæ Pater.

Paterfamilias, Patrisfamilias, m. Hausvater, Hausherr. *Usus.* Rei familiari tantum operæ dabat, quantum attentus, & non indiligens paterfamilias.

Patera, æ, f. eine Tasse, Trinkschale, Becher *Poculi genus latum ac patens Epi.* Aurea, gravis, molesta. *Usus.* Excipere sanguinem patera.

Paternus, a, um. väterlich. *Syn.* Patrius. *Usus.* Paterna necessitudo.

Pateſco, is, ere. offenbar werden, sich aufthun. *Syn.* Pateo.

Patheticus, a, um. beweglich, nachdrücklich. *Syn.* Genus dicendi, quo perturbantur animi, & commoventur.

Patibilis, e. leidsam, leidlich. *Usus.* Omne animal patibilem habet naturam. Dolor non patibilis me invasit.

Patibulum, i, n. Galgen. *Syn.* Crux. *Usus.* Patibulo affigi.

Paticns, tis, g. o. leidsam, geduldig. *Phras. Patiens est admodum*, er ist sehr geduldig. Omnes perfert injurias, & acerbitates; ultima omnia animo non solum æquo, sed magno fortique sustinet, fert; singularia sa-

pe edidit patientiæ exempla ; qui hilari animo dura omnia devorat, concoquit ; cujus in doloribus patientiam, in injuriis tranquillitatem, in contumeliis moderationem omnes demirantur. *Usus.* Nimirum patiens, lenis, lentusque sum.

Patienter, **gedultig, mit Geduld** *Syn.* Placide, sedate, moderate, tranquille. æquo animo, leniter ac leviter, non repugnanter, toleranter, fortiter, constanter. *Usus.* Placide patienterque dolorem ferre.

Patientia, æ, f. **Geduld.** *Syn.* Tolerantia *Epi.* Expetenda, incredibilis, mira ac singularis, præclara famis ac frigoris. *Usus.* Patientia honestatis causa ; rerum arduarum, ac difficilium voluntaria, ac diuturna perpessio. Ostendere suam patientiam famis, frigoris, inopiæ, rerum omnium. Patientia & obsequio mitigare aliquem. Nescio, quomodo usu obduruerit, & percalluerit tua patientia Tentare alicujus patientiam, eaque abuti. Brutus usus est incredibili patientia.

Patina, æ, f. **eine Schüssel.** *Syn.* Lanx, qua dapes in mensam inferuntur. *Usus.* Animus in patima est. *Prov.*

Patior, eris, passus sum, pati **leiden, dulden, ertragen.** R. *ex* πάθος *verbi* πάσχω. *Syn.* Fero, perfero, sustero, tolero, perpetior, sustineo, subeo, haurio, capio ; permitto, sino, quiesco. *Adv.* Ægre, demisse, difficillime, diutius, graviter, iniquo animo, indigne, moleste, tolerabilius dolores, toleranter dolorem, turbulente humana. *Phras.* 1. *Quis porro ista patiatur ?* **wer soll das leiden können ?** Quis ultra perpeti, & sufferre possit ? quis non stomachetur, acerbe ferat ? quis in tanta perpessione dolorum tot plagas silentio ferat ? tot molestias tacitus, *vel* silens devoret, concoquat ? quis animis ista æquis toleret ; quis ad ista fileat ? quis dissimulet ? quis patientiam in tanta insolentia non abrumpat ? quis animo sit tam obfirmato, ut ista fortiter, fronte & vultu nihil variato perferat ? quis est animo aut tam remisso, aut tam ferreo, ut tam atroci calumnia non moveatur 2. *Non est calamitas, quam passus non esset,* **es ist keine Drangsal, die er nicht ausgestanden hätte.** Tentata omnibus modis est ejus patientia ; nulla est calamitas, in qua ejus patientiam, *vel* illum fortuna non exercuisset ; non est calamitas, quæ ejus aut corpori, aut fortunis non esset importata, perfunctum una calamitate, alia rursus ac alia excepit V. *Fero Usus.* Non feram, non patiar, non finam. Non modo facile patior, sed etiam gaudeo te abire. Quantum meus pudor, & dignitas patiebatur. Non patitur, se illigari negotio.

Patria, æ, f. **Vaterland.** *Syn.* Sedes natales, natale solum, terra, parens, altrix ; patriæ solum, patrium solum. *Epi.* Afflicta cara, multo carior, communis, deformis, germana, ingrata. *Phras.* *Patriam igitur relinquis ?* **so wirst du denn das Vaterland verlassen ?** Domestica igitur hac sede, qua nihil jucundius, migrabis ? terram hanc deseres, quæ te genuit & aluit, quam matrem appellas ? cœlum hoc, sub quo natus es, & educatus, patrium hoc solum relinques ? nihil adeo te tenet solum patriæ, & hæc terra, in qua genitus es, ut migrandum tibi inde putes ? ergo ratum fixumque tibi est, hoc commune patriæ solum cum omnibus carum tum vero tibi dulcissimum, nescio quibus exteris regionibus posthabere ? *Usus.* Hæc germana mea patria est.

Patrie, **väterlich** *Syn.* Paterno jure, amore. *Usus.* Non inimice corripere, sed patrie monere.

Patrimonium, ii, n. **väterliches Erb.** *Syn.* Hereditas. *Epi.* Satis amplum, lautum, copiosum, luculentum, magnum, ornatissimum, publicum, tantum. *Usus.* Patrimonium constituere, relinquere, **Erb hinterlassen.** Patrimonium per scelus & luxum comedere, devorare, conficere ; consumere, effundere, dissipare, dilapidare, **verschwenden.** Alicui patrimonium eripere ; patrimonio aliquem dejicere, spoliare ; e patrimonio expellere, **entwenden, entziehen.** Filio meo satis amplum patrimonium relinquam, memoriam nominis mei. Patrimonium obtinere. V. *Hereditas.*

Patrimus, i, m. **der noch den Vater im Leben hat.** *Syn* Cujus pater adhuc in vivis est.

Patritius, a, um. **Geschlechter, vom Geschlechte der Rathsherren.** *Syn.* Ex Patrum Ordine.)(*Plebejus. Usus.* Tu ais, nisi qui patritius sit, neminem bono genere esse natum. Patritii minorum gentium.

Patrius, a, um. **väterlich.** *Syn.* Paternus. *Usus.* 1. Patrius animus in lit-

Digitized by Google

litteras. Res patriæ & avitæ. 2. *Patriæ proprius aut communis*, vaterländiſch, landüblich. Eſt hic mos patrius.

Patro, as, avi, atum, are. begehen, verüben. *Syn.* Committo, perficio. *Uſus.* Quæ non Verres in Aſia patravit? Bello patrato, nach vollendetem Kriege

Patrocinium, ii, n. Schutz, Fürſpruch. *Syn.* Defenſio, advocatio. *Epi.* Nec opinatum, repentinum. *Uſus.* Deſerti alicujus patrocinium ſuſcipere, arripere. Patrocinium re udiare, recuſare. Itaque illud patrocinium, criminis vetus, quem hominis videri poterat. V. *Defenſio, tueor.*

Patrocinor, aris, atus ſum, ari. * ſchirmen, fürſprechen *Syn.* Protego, tueor. V. *Defendo, tueor.*

Patrona, æ, f. Beſchützerinn.

Patronus, i, m. Fürſprecher, Vertheidiger, Schirmer, Schutzherr. *Syn.* Defenſor, cuſtos, tutor, propugnator, in cujus fide & clientela aliquis eſt)(*cliens. Epi.* Deterrimus, obſcuriſſimusque, dignus, indignus conſulatu, minime diligens in cauſis cognoſcendis exponendisque, diligentiſſimus, diſertiſſimus, fervidior paullo toto genere atque commotior, diligentia tamen, virtute animi atque vitæ bonis auctior in ſenatu. Maxime incautus, luculentus, aſper, maledicus, malus, mercenarius, optimus, quidam perilluſtris, tolerabilis, nec rudis in jure civili. Patroni æquales, conſulares, ampliſſimi, antiquiſſimi, certiſſimi, fidemque acerrimi, ingenioſi, multi, novi, pertinaces, principes, veteres. *Phraſ. Cicero cauſarum patronus optimus fuit*, Cicero war der beſte Fürſprecher in bürgerlichen Hä deln. Patronus Ciceroni conferri nemo potuit neque eloquentia, neque ſtudio, neque fide. Ad cauſas, ad tribunalia tantum eloquentiæ, ſtudii, fidei nemo attulit; in judiciis, in foro, in ſolemnibus cauſis, in forenſi mutatione, in tractandis cauſis, in cauſarum patrociniis nemo par Ciceroni fuit. V. *Advocatus. Uſus.* Aliquem ſuæ cauſæ patronum adoptare, adſciſcere, adhibere. Patronum alicui dare, & conſtituere.

Patruelis, is, m. der Sohn von des Vaters Bruder, Vetter. *Patrueles*, Söhne von Vaterbrüdern. *Syn.* Fratrum duorum filii. *Uſus.* Cognatione patruelis, i. patruo germanus.

Patruus, i, m. Vaters Bruder, Vetter. *Syn.* Mei patris frater. *Epi.* Ampliſſimus, clariſſimus, pervetuſtis.

Patulus, a, um. offen, ausgebreitet. *Syn.* Patens *Uſus.* Patulis ramis diffuſa platanus

Paucitas tis, f. Wenigkeit, Mangel. *Syn* Exigua quantitas, parvus numerus, inopia. *Epi.* Mira, ſumma, magna. *Uſus.* Magna ſemper fuit, præſtantiorum oratorum paucitas.

Paucus a um. wenig, nicht viel, in geringer Anzahl. R. a. παῦρος. *Syn.* Rarus, modicus, exiguus; perpauci, minus multi.)(*multus. Adv.* Admodum, oppido, valde, quam. *Phraſ. Paucos nunc viros egregios numerat Reſpublica*, das gemeine Weſen zählet nunmehr ſehr wenig vortrefliche Männer. Magna eſt penuria, maxima orbitas virorum in Republica præſtantium: minime multi; parum multi, perpauci, nequaquam ſatis multi præſtantes viri ſunt; paucis, atque admodum paucis egregiis civibus inſtructa eſt civitas, quotusquisque eſt qui emineat? ſumma eſt infrequentia, mira paucitas; exiguus numerus præſtantium virorum; infrequentes, rari ſunt, & perpauculi viri egregii. Virorum præſtantium minima copia eſt; haud quisquam fere eſt excellentium in Republica virorum; ad paucos redactus eſt virorum præſtantium numerus; virorum præſtantium multo minor pars ſupereſt, præſtantium virorum artior eſt, quàm pro tanta multitudine civium, numerus. *Uſus.* Paucis te volo. Paucis abſolvo; ad pauca redigo; in pauca confero.

Paveo, es, pavi ere. zittern und beben, erſchrocken ſeyn. *Syn.* Timeo. *Phraſ. Pavebant omnes*, es zitterte alle vor Schrecken. Pavor occupaverat animos; pavor omnes invaſerat; pavore concuſſi, ſubito pavore perterriti, voce per metum ſuppreſſa, exſangues attonitisque ſimiles ſtabant; altius animam pavor intraverat quam ut conſilio locus eſſet. V. *Timeo. Uſus.* Pavet animus ad memoriam rei. V. *Timor.*

Pavide. * furchtſam. *Syn.* Timide.

Pavidus, a, um. * erſchrocken, ſchreckhaft, ſchüchtern. *Uſus.* Urbs formidine pavida. V. *Timidus.*

Pavimentatus a, um. gepflaſtert. *Uſus.* Portius pavimentatæ

Pavimentum, i, n. Boden, Eſtrich, Pflaſter. *Syn.* Solum arte factum, ſtra-

tum aliqua materia. *Epi.* Marmoreum. *Uſus.* Natabant pavimenta vino. Facere pavimentum, ein Gſtrich ſchlagen.

Pavio, is, ire. eben machen, gleich ſchlagen. *Syn.* Ferio, tundo. *Uſus.* Pulli terram paviunt.

Paullatim, allgemach, ſachte. *Syn* Senſim, leniter, pedetentim, gradatim.

Paulliſper, ein wenig, eine kurze Zeit. *Syn.* Aliquantum, paullum, ad breve tempus, ad punctum temporis.)(*in perpetuum.* *Uſus.* Abeſſe a domo paulliſper. Exſpecta paulliſper.

Paullo, wenig, ein klein wenig. *Syn.* Haud multo. *Phraſ. Paullo poſt,* ein wenig darnach. Poſt paullo; interjecto haud magno ſpatio; intermiſſo brevi tempore; haud multum interim temporis fuit; haud multum proceſſit horæ, cum &c. *Uſus.* Paullo liberius, etwas freyer. Paullo plus; paullo amplius. Paullo ante, kurz vorher. Paullo poſt, bald darauf. Paullo minus, paullo nimium, paullo ſecus. Si paullo rideas, extra decorum

Paullulum, in etwas, ein wenig. *Syn.* Paullum. *Uſus.* Nihil fere, aut admodum paullulum. Sol paullulum a meridie deflexus.

Paullum, ein wenig, in etwas. *Uſus.* Reſpice paullum. Iſta me paullum recreant.

Pavo, onis, m. ein Pfau. *Uſus.* Cauda pavoni a natura ad ornatum additur.

Pavor, oris, m. großer Schrecken, oder Furcht. *Uſus.* Pavor metus eſt mentem loco movens. Pavor me cepit. V. *Timor.*

Pauper, eris, *g. o.* arm, dürftig. *Syn.* Inops, egens, parvis copiis, ac facultatibus præditus, cui parva eſt res familiaris, qui in paupertate eſt. *Phraſ. Pauperrimus eſt,* er iſt ein armer Schlucker Summa egeſtate eſt, tenuiſſimis, ac fere nullis opibus eſt; nihil habet præter miſeram animam. Summa conflictatur inopia; omnia eum deficiunt; ſumma premitur inopia; circumventus eſt inopia; rerum omnium inopia laborat; in maximis rei domeſticæ difficultatibus verſatur; ab omnibus rebus inops; a fortunæ bonis imparatus; in ſummis rei familiaris anguſtiis verſatur; inopia conficitur; nihil illo ſpoliatius, nihil egentius; gravi inopia vexatur; in mendicitate eſt. V. *Paupertas, egeo. Uſus.* Hic non modo non copioſus, & dives, ſed etiam inops, & pauper eſt cenſendus.

Pauperculus, a, um. * arm. *Syn.* Pauper, tenuis.

Pauperies, ei, f. * Armuth. *Syn.* Paupertas.

Paupertas, tis, f Armuth, *Syn.* Tenuitas, anguſtia rei familiaris, inopia, penuria, egeſtas; mendicitas, domeſtica difficultas. *Epi* Summa, tolerabilis. *Phraſ Vir bonus ei ſummam paupertatem eſt redactus,* der gute Mann iſt in die größte Armuth gerathen In eum locum adductus eſt; in eas redactus eſt anguſtias; eo redactæ ſunt fortunæ ejus; eo eſt a fortuna dejectus, detruſus, deturbatus, ut unde viveret, non haberet; ut ei ad victum neceſſaria deeſſent, non ſuppeterent. ut inopia premeretur earum rerum, ſine quibus vix, ac ne vix quidem hominum vita ſuſtentatur. Eo redactus eſt inopiæ, ut iis rebus deſtitueretur, careret, ut earum rerum eſſet inops, ut ab iis rebus eſſet imparatus, ſine quibus ægre vivitur, vel potius nullo modo vivitur. Ita in anguſtum res ejus ſunt coactæ, ut ad inopiam redigi videatur. Tanta eſt hominis tenuitas, tanta implicatio rei familiaris; copiis familiaribus adeo eſt exiguis; domeſticis malis ita eſt impeditus; tanta inopia vexatur, ut inter miſerrimos, & deſertiſſimos numerari poſſit; ut ad raſtros, quod ajunt, illi res rediiſſe videatur. V. *Inopia. Uſus* Paupertas cujus onus disputando levamus docentes, quam pauca ſint, quæ natura deſiderat. Si paupertas momordit, cogita, multos fortunæ injuria lapſos, ſuſtentari tamen, & rurſus erigi. V. *Pauper.*

Pauxillum, * gar wenig. *Syn.* Parum admodum.

Pax, cis, f. Friede, Einigkeit, Ruhe. *Syn.* Concordia, otium, tranquillitas, compoſitio.)(*Bellum. Epi.* Certa, civilis, communis, diuturna, explorata, externa, fraterna, nondum ſatis firma, honeſta, iniqua, injuſta, magna, maritima, opinabilis, optatiſſima, periculoſa, perpetua, peſtifera, pia & æterna, placidiſſima, præſens, ſempiterna, ſtabilis, ſumma, turpis, tuta tranquillaque, vera, utilis. *Phraſ.* 1. *Pacem petere,* Friede begehren. Pacem orare; Legatos de pace mittere; de-

pre-

Digitized by Google

precatores, disceptatores de pace mittere 2 *Pacem facere*, einen Frieden machen, ſtiften Conciliare, reconciliare pacem; pacem conficere, conſtituere; pacem jungere cum allo; fœdus icere; data dextera fidem amicitiæ ſancire; fœdus facere; ab armis discedere; bellum pace componere. 3. *Pacis conditiones non ſunt acceptæ*, man hat die Friedensvorſchläge nicht angenommen. Pacis conditionem nullam accepere; ad pacis conditiones adduci non potuere; ad has conditiones ut deſcenderent, perpelli non potuere; pacis conditiones, quascunque hoſtis tulerat, dimiſere, reſpuere; in has leges pax coaleſcere non oterat in has conditiones pax non convenerat, non convenere pacis conditiones; pax in has leges coagmentari non potuit. 4. *Pacem conciliare inter diſſidentes fratres*, zwiſchen den uneinigen Brüdern einen Frieden ſtiften. In gratiam reducere, ad pacem concordiamque revocare; pacem & concordiam inter diſſidentes conſtituere; discordiam dirimere, ſedare. V. *Concordia*. 5. *In pacem & concordiam cum altero venire*, mit einem Frieden machen, ſich wieder vereinigen. Redire cum aliquo in gratiam; ſimultates, inimicitias, odia deponere, abjicere, dimittere; voluntaria oblivione conterere; omnem injuriarum memoriam ex animo delere depoſitis odiis in priſtinam concordiam & gratiam redire. 6. *Id pace meu facere potes*, meines theils kannſt du dieſes thun. Id quidem facere integra gratia mea potes; id tu ſi feceris, in bonam partem acceptum iri exiſtima; non ingratiis meis feceris; me non invito id egeris. 7. *Cum externis nobis pax fuit*, wir haben mit auswärtigen Staaten Friede gehabt. Ab externis armis otium fuit, foris nihil turbatum eſt; diuturna ab armis quies fuit; firma ſatis pace adhuc uſi ſumus; ab externis bellis ſilentium erat. *Uſus* Pacem dare; pacem jactura aliqua redimere. Pacem impetrare, pace terra marique parta. Ad conditiones pacis adducere. Pacem accipere, ſervare, firmare, confirmare, habere. Pacem turbare, eripere, excludere; pacem irritam infectam facere, den Frieden ſtören. Pace Magiſtri dictum ſit.

Paxillus, i, m. Pfahl, Pflock.

Peccatum, i, n. Sünde, Verbrechen, Fehler. Fehltritt. *Syn.* Delictum, crimen, culpa, noxa, noxia, maleficium, animi labes; erratum, error.)(*recte factum. Epi* Commune, levius, majus, manifeſtum, non mediocre, par. *Phraſ.* 1 *Peccatum mortale committis*, *vulg.* du begehſt eine Todſünde. Letali noxa te obſtringis; maximo te ſcelere adſtringis; nefarium ſcelus ſuſcipis; mortiferum facinus in te admittis; grave piaculum contrahis, committis; nefas contrahis; ſcelerate agis; immane ſcelus perpetras; capitali te crimine obſtringis; grave delictum in te admittis; noxam letiferam incurris. 2. *Venialia peccata juſti etiam perſaepe committunt*, *vulg.* läßliche Sünden begehen auch die Gerechten oft. Minora piacula, leviores noxas ne juſti quidem penitus effugiunt; errata leviora, quæ pauciores quaſi numeros officii prætereunt crebra magis ſunt, nec juſtis infrequentia; noxarum minimarum ſordes aliquas vel juſti etiam contrahunt; juſtorum pauci, atque admodum pauci ſunt, qui in vita nihil offendant, incurrant nusquam; qui ſe quotidianæ vitæ maculis non interdum coinquinent, contaminent; levioris culpæ labe polluant; qui piæ etiam vitæ labem nullam aſpergant; nævos nullos contrahant; levi offenſione non ſemel ac iterum ab officio discedant. 3. *Peccatum Originale*, *vulg.* Erbſünde. Nativa animorum labes; inſitum naturæ crimen; peccati inhærentis contagio; hereditarium hominis malum; primi hominis crimen in poſteros omnes letali contagione transfuſum. 4. *Nullum peccatum eſt*, *quod non commiſerit*, es iſt keine Sünde, deren er ſich nicht ſchuldig gemacht hätte. In omni ſcelerum, flagitiorumque genere volutatus eſt; in omnem improbitatem incurrit; nullum culpæ genus eſt, quo non prolapſus eſſet; omnia ille flagitia, omnes impuritates ſuſcepit; in omnia ſe flagitia ingurgitavit; nullum facinus tam ſceleſtum eſt, tam cum dedecore, ac turpitudine conjunctum quo ſe ille non contaminaſſet. V. *Improbus*, *flagitioſus*, *ſceleratus*. 5. *Hoc peccatum non admiſi*, dieſe Sünde habe ich nicht gethan. Integrum me ab hac culpa præſtiti, abeſt a me hoc maleficium longiſſime; ab hujus criminis labe intactus perſtiti; hac ſceleris labe nunquam infectus fui; hac culpa vaco. V. *Innocens*, inte-

Digitized by Google

ger. 6. *Hoc peccatum in me sumo*, vulg. diese Sünde nehme ich auf mich. Hanc culpam ego præstabo; hanc labem in me recipio; hanc ego noxam in me transmoveo. Meum id esse volo, quodcunque id crimen est. *Usus* Præter culpam & peccatum nihil homini accidere potest pertimescendum. Multis nostris peccatis in has ærumnas incidimus. Peccato carere. Peccatum corrigere. V. *Error*, *Crimen*, *Scelus*, *Vitium*.

Peccatus, us, m. * das Sündigen *Usus*. In manifesto peccatu tenebatur.

Pecco, as, avi, atum, are. sündigen, mißhandeln *Syn* Delinquo, aliquid admitto, committo, scelus admitto, scelere me adstringo, obstringo, devincio, rem nefariam committo; scelestum facinus edo, flagitium committo, scelera facio; culpam suscipio, contraho, committo; vitium, scelus concipio.)(*Recte facio Adv.* Consulto, impune, vehementius. *Phras* 1. *Quid peccavi?* was habe ich Uebels gethan? Quod ego concepi scelus? quod nefas contraxi? quod in me admisi scelus? quod in me crimen hæret? quam ego suscepi culpam? quam concepi maculam, quam noxam, quod maleficium admisi? quod in me delictum admisi? quod ego facinus inexpiabile admisi? quid adversus leges, rempublicam, magistratus factum? qua ego parte ab officio discessi? quid factum impie, aut scelerate? 2. *Siquid peccabis, perpetuum dedecus consequetur*, wenn du was Uebels thun wirst, so wird es dir ewig zur Schande gereichen. Siquid offendes, errabis; siquam in culpam incideris; si lapsus fueris; siqua prolapsione offenderis; siquid culpæ susceperis; siquod nefas contraxeris. Infectum id fieri nunquam poterit; animi illa labes nec diuturnitate vanescere, nec ullis amnibus ablui poterit; luendam tibi sempiterna infamia scias offensionem quamlibet. V. *Committo peccatum*, *erro*. *Usus*. Semper est turpe peccare. Siquid in te peccavi, ignosce. In hoc eodem, in eandem partem tu quoque peccasti. Multa peccare solemus indies. Peccare est tanquam transilire lineas.

Pecten, inis, m. * Weberblatt, Kamm, Hechel. R. a πεκτῶ, *pecto*.

Pecto, is, xui, xum, ere. kämmen. *Usus*. Pexo capillo nitidus.

Pectus, oris, n. Brust. *Syn*. Anterior pars corporis a gula usque ad ventrem; *item*: animus, nervi, vires. *Epi*. Apertum, avidum, clarum, jucundum, latum, scabrum, sordidum, validum. *Usus*. Toto aliquem pectore amare; toto pectore in laudem incumbere; toto pectore de re aliqua cogitare. Onerare, complere pectus rerum plurimarum copia.

Pecuaria, orum, n. Viehheerde. *Syn*. Pecorum greges & armenta. *Usus*. Cui præsidio pecuaria nostra credemus.

Pecuarius, a, um. zu der Viehzucht gehörig. *Syn*. Quod ad pecora pertinet. *Usus*. Pecuaria res ampla, res rustica satis culta.

Pecuarius, ii, m. ein Viehhalter, der die Viehzucht treibt. *Syn*. Magister pecoris. *Usus*. Aratores, pecuarii, coloni.

Peculator, oris, m. ein Dieb des gemeinen Guts. *Syn*. Depeculator, ærarii violator, fur pecuniæ publicæ.

Peculatus, us, m. Diebstahl des gemeinen Guts. *Syn*. Crimen ejus, qui publicam pecuniam avertit; pecuniæ publicæ furtum. *Epi* Certissimus. *Usuo* Peculatus (*scilicet* crimine) accusari, damnari.

Peculiaris, e. eigenthümlich, absonderlich. *Syn*. Singularis, præcipuus. *Usus*. Hoc illis peculiare est. Edictum peculiare.

Peculiatus, a, um. reich am Geld *Syn*. Nummatus, pecuniosus. *Adv*. Plane, bene. *Usus*. Balbus plane bene peculiatus.

Peculium, ii, n. Eigenthum an Vieh, eigen erworbenes Gut. *Syn*. Lucrum proprium, præsertim servorum *Usus*. Cupiditate peculii nullam servitutem recusant, aus Eigennutz thun sie alle knechtische Dienste.

Pecunia, æ, f. Geld. R. e Pecus; *olim enim signo bovis, ovis &c. signabatur, & apud antiquos omnes in pecudibus sitæ erant divitiæ*. *Syn*. Nummi, argentum; opes, divitiæ, fortunæ, copiæ. *Epi* Abundans, adventitia, aliena, amplissima, antiquior, suavior aliqua re, certa, cruenta, dux ad rem aliquam, effectrix multarum & magnarum voluptatum, expeditissima, extraordinaria, grandis, satis grandis, & satis impudens, hereditaria immanis, patula, honesta, sordida, munda, acerba, propria in causa & in judicio collocata, inanis, incerta, infinita,

Digitized by Google

nita, ingens, innumerabilis, invidiosa, jucunda, acerba, leviſſima, magna, mediocris ad opinionem vulgi, tenuis, minor, modica ad opinionem alicujus, neceſſaria, parva, patria, pergrandis, permagna, tam plena, tam præclara, præſens, publica, privata, ſumma, tanta, veſtigalis, univerſa. ecuniæ alienæ, deſperatæ, funeſtæ, ingentes, innumerabiles, inopinatæ, repentinæque, publicæ, reſiduæ, tantæ, tam infinitæ. *Phraſ.* 1. *Pecuniæ multum ſibi corrogat*, er macht ihm viel Geld zuſammen. Multum pecuniæ ex commercio facit; multum illi ex metallis redit, nunc hac, nunc illa hereditatis portiuncula aſpergitur, quanquam ſat amplas opes fortuna ex dote conjugis ad eum transtulerit. Multum ille nummorum ex quæſtu quotidiano conficit; ingentem pecuniam conflat, cogit, congerit, conſtruit, coacervat. Permagnam pecuniæ vim ex quæſtu quotidiano redigit, capit, conciliat, parat ſibi, domum avertit. 2. *Multum habet pecuniæ*, er hat viel Geld. Argenti ſignati, argenti forma ſignati vis illi ingens eſt; ad magnam pecuniam venit, affluit, abundat pecunia; bene nummatus eſt; bene a pecunia paratus, inſtructus; re ampla, prolixa utitur; opibus floret, viget, pollet. V. *Dives*, 3. *Omnes artes novit pecuniam cumulandi*, er weiß alle Griffe, ſich zu bereichern. Omnes pecuniæ parandæ rationes perſpectas habet, & exploratas; vias omnes emungendi argento homines probe tenet; conficiendæ pecuniæ articulos novit omnes. 4. *Pecuniæ publicæ valde parum eſt*, an gemeinen Geldern iſt itzt ſehr wenig vorhanden, die Rentkammer iſt erſchöpft. Incredibiles anguſtiæ ſunt pecuniæ publicæ; ſumma eſt difficultas ærarii; vix ullum in numerato argentum habemus. In arcto res eſt propter ærarii anguſtias. 5. *Qui ſuas pecunias jam diſſipavit, mox alienas adorietur*, der ſein eigenes Geld ſchon verſchwendet, wird bald fremdes auch anareifen. Qui pecuniam ſuam per luxum effudit, dilapidavit, devoravit, comedit, adedit, exhauſit, profudit; mox etiam publicam avertet, corripiet, depeculabitur; mox in fortunas alienas invadet. 6. *Ex censu ſolvit pecuniam, ex capitali nihilum accepit, vulg.* er zahlet alles aus dem Intereſſe, das Kapital greift er noch nicht an. De lucro, de ſordé dat, nihil detrahit de vivo; nihil de vivo reſecat; de capite nihil detrahit. *Uſus.* Pecunia ſignata, proba, notæ legitimæ, gutes, gangbares Geld. Pecunia, nummi adulterini, falſches Geld. Pecunia præſens, numerata, baares Geld. Pecuniæ, nummi omnis notæ, allerley Gattung Geldes. Pecuniam fenori dare; occupare, auf Zins Geld ausleihen. Pecuniam fenori ſumere, accipere, Geld auf Zins aufnehmen. Pecuniam implicitam habeo, & quæ cohæret cum aliorum pecuniis, mein Geld laſſe ich im Wechſel herum laufen. Pecuniam repræſentare, das Geld baar auszahlen. Pecuniam permutatione repræſentare, Geld durch Wechſel übermachen. Pecuniæ rationem conjunctim habere, das Geld gemeinſchaftlich haben, oder anlegen. Pecuniam ſupprimere, das Geld vor ſich behalten. Pecuniam civitatibus imperare, a civitatibus exigere, Gelder auflegen, einfodern. Pecuniam ſolvere, diſſolvere, zahlen. Pecuniam erogare, ausgeben. Pecuniam credere, leihen. Pecuniam numerare ab aliquo, Geld durch einen andern zahlen. Pecuniam ex re aliqua redigere, ſich Geld zuſammen machen. Effuſio & diſſipatio pecuniæ, Geldverſchwendung. Pecuniam numeratam in præſentia non habeo; argentum in numerato non habeo, ich habe das baare Geld itzt nicht. V. *Divitiæ.*

Pecuniarius, a, um. zum Gelde gehörig. *Uſus.* Inopia rei pecuniariæ.

Pecunioſus, a, um. reich am Gelde, geldreich. *Syn.* Bene nummatus, pecuniatus, qui multum habet in arca, qui in numerato multum habet. *Uſus.* Vir copiis rei familiaris locuples, & pecunioſus. V. *Dives.*

Pecus, oris, n. & Pecus, udis, f. Vieh. R. *a* πῆκος, *pellis. Syn.* Armentum. *Epi.* Apta hominibus ad veſcendum, impuriſſima & intemperantiſſima, languida & tarda. Pecora æqualia, aliena, magis crebra, prope quotidiana, innumerabilia, leviora, magna, minora, multa, parva, propria, reliqua, tolerabilia. Pecudes experies rationis, mutæ, multæ, reliquæ. *Uſus.* Multitudo pecorum, partim ad veſcendum, partim ad corpora veſtienda. Agri depaſcuntur a pecoribus. Hæc impuriſſima, & intemperantiſſima pecus, *de homine improbo.*

Digitized by Google

Pedalis, e. einen Fuß oder Schuh breit, lang, hoch, tief ꝛc. *Syn.* Pedis unius mensuram habens. *Ufus.* Sol pedalis videtur.

Pedarius, a, um. *subau. Senator*, Rathsherr, der nur der Meynung andrer beystimmet, Jaherr. *Syn.* Qui sententiam in senatu ipsi non dicunt, sed in aliorum sententiam pedibus eunt. *Ufus.* Pedarii in eam sententiam summa voluntate iverunt, cucurrerunt.

Pedes, dis, is, m. Fußgänger. *Phras.* Peditem agere, zu Fuß dienen. Pedibus stipendia facere; pedestria stipendia facere: pedibus merere. *Ufus.* Peditum equitumque turmæ.

Pedester, ris, e. zu Fuß dienend. *Ufus.* Pedestres copiæ, Fußvolk. Pugna, statua pedestris.

Pedetentim, Fuß vor Fuß, allgemach, nach und nach. *Syn.* Sensim gradatim, sensim sine sensu lento gradu. *Ufus.* Sensim erit, & pedetentim mutatio facienda.

Pedissequa, æ, f. Nachtreterinn. *Syn.* Famula, ancilla. *Ufus.* Divitiæ virtutis pedissequæ.

Pedissequus, i, m. Nachtreter, Lakey. *Syn.* Famulus.

Peditatus, us, m. Fußvolk. *Syn.* Pedestres copiæ. *Ufus.* Equitatu, peditatu, & pecunia instructus.

Pedor, oris, m. Unflath, Gestank. *Syn.* Fœtor. *Ufus.* Capillus, barba, vultus pedore ac illuvie horridus.

Pegma, atis, n. Gerüst, Getäfel. *Syn.* Machinæ ligneæ.

Pejero, as, avi, atum, are. falsch schwören *Syn* Fidem, & jurisjurandi religionem violo, negligo, relinquo; fidem jurejurando datam fallo; mendacii religione me obstringo. *Ufus.* Con eptus verbis pejerare. Qui pejerat, ei credi potest, vel per plures Deos juranti non oportet. V. *Stuprum.*

Pejor, oris, *g. c.* ärger, böser, schlimmer. *Syn.* Deterior. *Ufus.* Turpitudo pejor est, quam dolor

Pelagus, i, n. das Meer. *Syn.* Mare.

Pellex, icis, f. Nebenweib. *Syn.* Concubina quæ cum alieno marito corpus miscet.

Pellicatus, us, m. Schandleben mit einem Nebenweibe. *Syn.* Pellicis flagitium. *Epi.* Nefarius matri. *Ufus* Uxor pellicatus dolore concitata, pellicatum non ferens.

Pellicio, is, lexi, lectum, ere, reitzen, anlocken. *Syn.* Allicio, induco, invito, capio, delinio. *Ufus.* Adolescentis animum pellexit omnibus irritamentis, quibus ætas illa capi ac deliniri solet. V. *Allicio*, *trabo.*

Pellis, is, f. Haut, Fell. *Epi.* Caprina. *Ufus.* Pellis arietis inaurata. Sub pellibus hiemare.

Pellitus, a, um. mit Pelz bekleidet. *Ufus.* Pelliti patres.

Pello, is, pepuli, pulsum, ere, treiben, verjagen, verstossen *Syn* Depello, arceo, fugo, moveo, submoveo. *Adv.* Acriter, vehementius, privatim. *Phras* 1. *Meretur urbe pelli*, er verdient, daß man ihn aus der Stadt treibe Dignus est, quem urbe pellamus, exterminemus, ejiciamus; quem tanquam pestem civitas emoveat, ac foras projiciat; qui e civium numero tollatur; urbe vi expellatur, extrudatur; aras ac focos relinquere cogatur; de statione dimoveatur. V. *Exilium.* 2. *Hostem pepulimus*, wir haben den Feind vertrieben. Hostes loco pulsi; statione dejecti; periculum audacia discussum est, ferro dejecti hostes, & præcipites campo exacti. Vim oblatam vi fregimus & refutavimus; impetum ruentium retudimus, trepidos ex præfidiis deturbavimus; hostem primum in roinam muri expulimus, dein impeditum, & trepidantem deturbavimus, postremo fusum, fugatumque in castra redegimus. *Ufus.* Mœstitiam ex animo pellere. Species utilitatis ejus animum pepulit. Id aures hominum, animosque pepulit. Nulla me insignis injuria pepulit.

Pellucens, tis, *g. o.* durchsichtig, durchscheinend. *Syn.* Pellucidus.

Penarius, *vel* Penuarius, a, um. den Vorrath zum Essen und Trinken angehend. *Ufus* Cella penuaria, Speisekammer.

Penates, ium, m. Hausgötter. *Syn.* Dii patrii, lares, foci. *Epi.* Patrii familiaresque, penetrales, incurvi. *Ufus.* Penates patrii, ac familiares mei. Exterminare aliquem a Diis suis penatibus.

Pendeo, es, pependi, pensum, ere, hangen. *Syn.* Suspensus sum; hæreo. *Adv* Aliunde, diutius, vehementer, valde *Phras.* 1. *Ex hoc pendent omnia*, hievon hanget alles ab, hieraus kömmt die ganze Sache an. Cardo rei in hoc vertitur, vertitur; hoc caput rei est; suspensæ sunt totius consilii rationes. *Ufus.* 2. Qui ex imperitorum sermone pen-

Digitized by Google

pendet, in magnis viris non est habendus. Salus nostra spe exigua pendet. Ex unius vita pendet omnium. E Bruto pendet respublica. Ex alieno consilio nutu, levitate, ex fortuna pendere. Suspensum incertumque obscura spe, & cæca exspectatione pendere. Aptas habere a Deo, suspensasque vitæ rationes, neque ex incertis hominum consiliis pendere, auf Gott allein, nicht aber auf Menschen sein Vertrauen setzen. 2. *Haereo*, *dubito*, stark zweifeln. Vehementer animi pendeo de te. Exspectando & desiderando vehementer animis pendemus, cruciamur, angimur.

Pendo, is, pendi, pensum, ere. wägen, zahlen. *Syn.* Æstimo; solvo. *Usus.* 1 Rem vobis proponam, vos eam suis ponderibus ponderabitote. 2 *Solvo*, *do*, zahlen, geben. Pendere alicui pecuniam, vectigal, usuram. 3. *I.no*, büssen. Maximas pœnas meæ temeritatis pendo.

Pendulus, a, um. * hangend, abhängend. *Syn.* Pensilis.

Pene, fast, beynahe. *Syn.* Prope; nihil propius est factum, quam ut &c. Parum aberat, quin &c. *Usus.* In hoc oratori posita pene par.

Penes, bey. *Syn.* In manu, in potestate. *Phras.* *Penes te est*, es steht bey dir. In tua positum est diligentia & auctoritate; tui est arbitrii; per te stat; in tua manu, ac potestate est. *Usus.* Rerum omnium potestas penes Cæsarem est. Penes illum est laus summa eloquentiæ.

Penetrabilis, e. * durchdringend. *Syn.* Quod facile penetrat. *Usus.* Penetrabile boreæ frigus, eine schneidende, grimmige Kälte.

Penetralis, e innerst im Hause, Tempel ꝛc. *Syn.* Loca interiora domus, *vel* templi. *Usus.* Abditi & penetrales foci.

Penetro, as, avi, atum, are. eindringen, durchdringen. *Syn.* Pervado, pertingo, permaneo, serpo. *Phras.* 1. *Rerum tuarum gloria ad remotissimas gentes penetravit*, der Ruf deiner herrlichen Thaten hat sich bis zu den weit entlegenen Völkern ausgebreitet. Oras omnes pervasit: ad gentes orbis terrarum ultimas permanavit. Nulla est remotissimarum gentium, quæ rerum tuarum gloriam fama non acceperit. V. *Fama*, *Gloria*. 2 *Ea res alte in animum penetravit*, diese Sache ist mir tief zu Herzen gegangen. *Ea res alte in animum descendit*; perculit graviter animum ea cogitatio; effodit animum ea cogitatio. *Usus.* Ad urbes sedesque barbarorum penetravimus. Nulla est tanta ingenii acies, quæ in cœlum penetret. Nulla res magis penetrat in animos. Per angustias faucium penetravit.

Penicillus, i, m. Pinsel. *Usus.* Pingam rem coloribus, & penicillo meo.

Peninsula, æ, f. Halbinsel.

Penitus, gänzlich, ganz und gar. *Syn.* Prorsus, omnino, plane, ex omni parte, perfecte, usquequaque, funditus, ab imis unguibus usque ad verticem summum. *Usus.* 1. Me tibi totum penitus commendo, & trado. Penitus rem intelligo. 2. *Interius*, zu innerst. Aurum penitus abditum. Ea penitus animis vestris mandate. Periculum inclusum penitus in medullis & visceribus reipublicæ. Penitus reconditum, defixum, defossum. V. *Omnino*.

Penna, æ, f. Feder. *Syn.* Pinna. *Epi.* Levissima. geminæ. tremebundæ. *Usus.* Aves pullos pennis fovent.

Pennatus, a, um. gefiedert, gefiedert.

Pensilis, e hangend *Syn.* Pendulus.

Pensio, onis, f. Bezahlung. *Syn* Merces, vectigal. *Epi.* Exigua. *Usus.* Erat ea pecunia tribus pensionibus solvenda. Pensio prima est Kalendis Januarii. Pensio exsoluta est ante diem. Pensionem debere, exigere.

Pensito, as, avi, atum, are. fleißig erwägen, bezahlen. *Syn.* Pendo. *Usus.* Vectigalia nobis pensitant

Penso, as, avi, atum, are. vergelten, ersetzen. *Usus.* Pensare officiis, & operis id quod violatum est. V. *Compenso*.

Pensum, i, n. Tagwerk, Tagarbeit. *Usus.* 1. Pensum exigere, conficere, absolvere. 2. Pensi nihil esse; pensi nihil habere, *nihil curare*, nichts achten

Pentecoste, es, f. Pfingstfest. Dies divini Spiritus adventu ad memoriam celebris, ac festa. Dies a triumphali Christi in vitam reditu quinquagesima. Dies Divini Spiritus in terras delapsi memoria venerabilis. Dies quam Divini Spiritus, ignitarum linguarum specie delapsi, adventus augustam totoque orbe celeberrimam reddidit.

Penula, æ, f. Reisemantel. *Syn.* Pallium pro itinere.

Penulatus, a, um. mit einem Reisemantel bedeckt. *Syn.* Penula indutus, amictus.

Digitized by Google

Penuria, æ. f. Abgang, Mangel. *Copia. Usus.* Penuria magna est doctorum virorum. V. *Pauper, Paupertas.*

Penus, us, *vel* i, f. & m. Küchenvorrath. *Usus* Penates a peno ducto nomine. Est enim omne, quo vescuntur homines, penus.

Per, durch. *Usus.* 1. *Ratione modi, auxilii.* Per scelus, vim, metum, amicitiam, simulationem aliquid agere. Per malitiam, fraudem, impudentiam; per ludum & negligentiam; per risum & jocum. Per se, per amicos aliquid efficere. Per litteras colloqui, supplicare. 2. *Ratione loci, & spatii.* Quasi per caliginem ea videbam. Per tuum latus me petebant. 3. *Ratione concessionis.* Hoc neque per leges, neque per naturam fas est, per me quidem licebit 4 *Cupa* vel *gratia.* Si per valetudinem potes, naviga. Per auspicia non licebit. Grátiam per hanc causam mihi conciliari; per gratiam contendere aliquid ab aliquo. Per beneficium concedere aliquid. 5 *Praetextu.* Per fidem fallere; per simulationem amicitiæ prodere aliquem. 6. *Jurandi modo.* Per omnes Deos; per fortunam populi Romani jurare. 7. *Ratione temporis.* Per idem tempus. Per hiemem iter facere. Per ætatem nondum satis firmus. Per somnum curis solutus animus 8. *In compositis significationem saepe auget,* vergrößert in der Zusammensetzung gemeiniglich die Bedeutung des einfachen Beywortś: Perabsurdus, sehr ungereimt. Peracer, sehr scharf. Peracerbus, sehr herb, Peracutus, sehr scharfsinnig. Peradolescens, sehr jung. Peranguſtus, sehr schmal. Perappositus, sehr geschickt ꝛc.

Per se, durch sich, für sich selbst *Syn.* Ex se, suo nomine, suis viribus, sua sponte, sua natura, a natura, propter se; suo Marte. *Usus.* Per se, nullo adjuvante rem confecit. Amicitia per se, & propter se est expetenda.

Peractio, onis, f. Vollendung. *Syn.* Finis, extremum. *Usus.* Senectus peractio ætatis est, tanquam fabulæ.

Perago, is, egi, actum, ere. vollenden, vollbringen. *Syn.* Perficio, perpetro. *Usus.* Consulatum, fabulam peragere. Peracto, ac perpetrato sacrificio, prælia, conjugio. V. *Perfectio.*

Peragratio, onis, f. das Durchreisen. *Syn.* Percursatio. *Usus.* Peragratio, itinerum.

Peragro, as, avi, atum, are. durchwandern. *Syn* Pedibus obeo, lustro, concurso. *Usus.* Infinitas regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas, mente peragrare. Peragrare orbem terrarum. V. *Iter, proficiscor.*

Perambulo, as, avi, atum, are, durchwandern, durchziehen. *Usus.* Rura perambulare.

Peramo, as, avi, atum, are. sehr lieben. *Usus.* Homo nostri peramans.

Perbacchor, aris, atus sum, ari. sehr lärmen, schwelgen. *Syn.* Bacchor.

Percalleo, es, ui, ere. *item*: Percallesco, is, ere. sehr erhärten, hart werden, *Syn.* Obdurescо.

Percelebro, as, avi, atum, are. allenthalben ausbreiten, kund machen, sehr rühmen. *Syn.* Maxime divulgo. *Usus.* Audita vervulgata, & percelebrata sermonibus res est. V. *Celebro.*

Percello, is, culi, culsum, ere. zu Bogen schlagen, niederstoßen, heftig erschrecken. *Prov. Is nuntius vehementer me perculit,* diese Zeitung hat mich sehr erschrecket. Ejus rei mentio vocem mihi debilitavit; mentem dolore impedivit; accepto eo nuntio frangi animum, affligi, debilitari sentiebam; nec lingua nec mente consistere poteram; exanimatus dolore; alienatus metu, luctuque; mutus, fractusque malis ingenui. V. *Terreo. Usus.* Hæc te vox non perculit, non perturbavit? Quos repentina aliqua vis, ac tempestas percellit afflixit, avertit exultantes. Perculsis instare Perculsa jam diu, & afflicta Græcia.

Percenseo, es, ui, sum, ere. genau erzählen. *Syn.* Recenseo, percurro. *Usus.* Quis tua merita numerando percenseat?

Perceptio, onis, f. Empfangung, Genuß, Einsammlung *Syn.* Collectio, comprehensio. *Epi.* Firma animi ad aliquid, inchoata. *Usus.* Fructuum perceptio.

Percipio, is, cepi, ceptum, ere. fassen, begreifen. *Syn.* Capio. *Adv.* Bene, celeriter, diligenter, expedite, extrinsecus, plane, recte, summatim, tarde, penitus, assidue, necessario. *Usus.* 1. Luctum percipere. Omnia nomina percipere. Percipere & condere fructus. Disciplinas omnes percipere. 2. *Assequor, intelligo,* erreichen, verstehen. Aliquid animo percipere.

Digitized by Google

cipere, memoria custodire. Artis præcepta, consilium cognoscere atque percipere. V. *Intelligo*, *Capio*.

Percitus, a, um erregt, bewegt, aufgebracht. *Syn.* Concitatus, incitatus. *Usus.* Animo irato, ac percito aliquid facere etwas im Zorn thun

Percommode, sehr gelegen. *Syn.* Valde commode, opportune. *Usus.* Sive casu accidit, sive consilio, percommode factum est.

Percrebesco, is, crebui, ere. überall kund werden *Syn.* Increbesco, divulgor; in ore & sermone omnium esse incipio. *Adv.* Omnino. *Usus* Ea opinio sermone omnium percrebuit. Fama de tua egregia in rempublicam voluntate percrebescit. V. *Rumor*, *Fama*.

Percunctatio, f. Percontatio, onis f. Nachfrage. Nachforschung. *Syn.* Interrogatio. *Epi.* Finitima alii ui, servilis. *Usus.* Aliquid non percunctatione quæsitum, sed dolore expressum.

Percunctor, f. Percontor, aris, atus sum, ari nachfragen, erforschen. *Syn.* Quæro, sciscitor. *Usus* Deinde illa ex me de republica percunctatus est. V. *Quæro*.

Percupio, is, ivi, itum, ere. inständig begehren, wünschen. *Syn.* Valde cupio. V. *Cupio*.

Percurro, is, curri, cursum, ere. durchlaufen. *Syn.* Percenseo, obeo, strictim attingo, breviter decurro. *Adv.* Brevi, valde, breviter. *Usus.* Oratione aliquid percurrere. Multa animo, plura legendo percurrit.

Percursatio, onis, f. Durchwanderung. *Syn.* Peragratio. *Epi.* Præclara.

Percursio, onis, f. das Durchgehen, Erlaufung. *Usus* Propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem.

Percurso, as, avi, atum, are oft durchlaufen. *Usus.* Latronum modo Germaniæ antis finibus nostris,

Percussio, onis f. Zerschlagung *Usus.* Divitorum percussione heres fieri possum. Acta numerorum percussiones.

Percussor, oris, m. Mörder, Meuchelmörder *Syn.* Interfector. *Usus.* Percussorem immittere in aliquem.

Percutio, is, cussi, cussum, ere schlagen. *Syn.* Ferio, cædo. *Usus.* 1. Aliquem laride, gladio, securi percutere Fulmine percussus interiit. 2. *Transl.* Percussit animum ea cogitatio. Percutere fœdus cum aliquo, einen Bund machen. V. *Verbero*, *ictus*, *fœdus*.

Perdisco, is, didici, ere. erlernen. *Adv.* Diligenter, necessario res controversas, omnino, nunquam *Usus.* Hic locus totus est perdiscendus. V. *Disco*.

Perdite, verderblich. *Syn.* Flagitiose, nequiter. *Usus.* Perdite se gerere.

Perditor, oris, m. Verderber, Zerstörer. *Usus.* Perditor, & vexator reipublicæ est, qui servator & custos esse debuerat.

Perditus, a, um. verdorben, verlohren, ruchlos, heillos. *Syn.* Profligatus. *Usus.* Nihil potest fieri miserius, perditius, fœdius. Homo profligatissimus, perditissimus, dissolutissimus. Obrutis, adversis, amissis ac perditis rebus omnibus. Scelere & egestate perditus. V. *Sceleratus*, *Nequam*.

Perdiu, sehr lang. *Syn.* Valde diu. *Usus.* Si in Epirum irem, perdiu nihil eram auditurus. V. *Diuturnus*.

Perdo, is, didi, ditum, ere. verderben, verlieren. *Syn.* Amitto, depердo, jacturam rei facio, damnum facio, detrimentum facio, *vel* accipio, damni aliquid contraho.)(*lucrar*, *sustineo*, *recipio*, *recupero*. *Phras.* 1. *Omnia perdidi*, ich bin um all das meinige gekommen. Naufragium feci rei familiaris; nihil mihi est reliqui; fortunæ omnes meæ afflictæ, eversæ, profligatæ sunt; omnes & industriæ, & fortunæ fructus consumti sunt; nihil ex omnibus commodis & ornamentis retineo; nihil jam fortuna opum mihi reliquum fecit; evertit me bonis omnibus fortuna; oppressæ jacent fortunæ iniquitate opes meæ omnes; libertas veniit; pristinæ fortunæ status concidit; omnia ad perniciem profligata sunt, atque perdita. 2. *Patriam ipse suam perdere*, *ac evertere molitur*, er trachtet nur, wie er sein Vaterland könne ins Verderben stürzen. Labes est, ac pernicies civitatis pestisque importunissima; ad excisionem, inflammationem, eversionem patriæ sua consilia dirigit omnia; exitum patriæ comparat; ad disperditionem urbis se accingit; vastitati ista omnia jam dudum addixit; depopulationem, ac vastitatem tectis nostris omnibus, agrisque illaturus videtur. Hanc, tam tetram, tam horribilem, tamque infestam reipublicæ pestem urbs hæc præclarissima vix effugiet. Hunc tam infestum patriæ suæ civem per omnes reipublicæ partes, tanquam aliquem cala-

Digitized by Google

calamitosam tempestatem pestemque pervasurum video, qui statum civitatis funditus evertat, rempublicam profliget, bona, fortunasque omnium nostrum dissipet, ac disperdat. V. *Amitto*. *Everto*, *Evanesco*, *Destruo*. *Usus* 1. Operam perdere, umsonst sich bemühen Filium, oculos, causam, tempus perdere. 2 *Everto*, *dispendo*, *prosligo*, zu Grund richten. Jupiter urbes delevit, fruges perdidit. Patriam, cives suos perdere.

Perdoceo. es, ui, doctum, ere gründlich lehren. *Syn.* Edoceo. V. *Doceo*.

Perduco, is, duxi, ductum ere. durchführen, bringen. *Usus*. Vallum, murum in certam altitudinem perducere. Aliquem ad suam sententiam, ad conditiones certas perducere. Vitam ad centesimum annum perduxit. Hæc vitæ ratio facile ad honores perduxit. Ajacem contemtus ad furorem, & mortem perduxit. V. *Duco*

Perductor, oris, m. Anführer, Anleiter. *Syn.* Qui vel invitum ducit. *Usus*. Lenones perductores.

Perduellio, onis, f. Verletzung der Majestät, Hochverrath. *Syn* Crimen imminutæ Majestatis. *Usus*. Actionem, judicium perduellionis alicui intentare. V. *Rebellis*, *Seditiosus*.

Perduellis, is, m. Beleidiger der Majestät. *Syn*. Hostis patriæ, qui Majestatem minuit. V *Hostis*.

Perduro, as, avi, atum are. ausdauern. *Syn.* Usque ad finem duro. V. *Duro*.

Peredo, is, edi, esum, ere durchfressen, verzehren. *Usus*. Lacrimæ genas peredunt.

Peregre, über Land, in der Fremde. *Syn.* In peregrinatione, foris.

Peregrinabundus, a, um. herum wanderend. *Usus*. Nec peregrinabundum, neque circa amœnas terras vagantem ducem.

Peregrinatio, onis, f. Wanderschaft, das Reisen *Usus*. Omne tempus in peregrinatione consumpsit.

Peregrinator, oris m. Wandersmann. *Syn*. Peregrinabundus.

Peregrinitas, tis f. fremde Weise, fremde Sitten. *Usus*. Infusa in urbem, morum, linguæ, vestium, verborum peregrinitas. V *Novitas*.

Peregrinor, aris, atus sum, ari, wandern in die Fremde reisen *Syn*. Peregrinus sum. peregre ago *Adv*. Delicate, inepte, late, longe. *Phras*. 1. *Libenter peregrinatur*, er reiset gern in der Fremde herum Volupe est homini, terras incognitas adire, obire, terras alias, atque alias lustrare; terra marique vagari; terras ultimas peragrare; cœlum crebris peregrinationibus mutare, urbem omnem crebris itineribus perrrare. 2. *Laureti peregrinatus est*, er hat eine Wallfahrt nach Maria Loretto vorgenommen Religionis causa Lauretum profectus est; sacram peregrinationem obiit; ædem Dei Parentis Virginis, quæ Laureti summa religione colitur, voti solvendi causa adiit. V. *Locus*. *Usus*. Tu solus hospes in hac urbe versaris? an aures tuæ, & oculi peregrinantur in hoc tam pervagato civitatis sermone? Longe, lateque Asia tota peregrinari. V. *Iter*, *Proficiscor*.

Peregrinus, a um. fremd, ausländisch. *Syn*. Advena, hospes, externus, alienus.)(*Civis*. *incola*. *Phras*. *Peregrinos benigne excipere convenit*, es gebühret sich, daß man die Fremden höflich empfange. Advenas, exteros, hospites; eos, qui absunt a patria, domo; qui procul ab amicis, & affinibus; qui non sunt ejusdem linguæ, gentis, nationis, comiter accipere, & amplecti decet. *Usus*. Homo peregrinus ex ultimis terris deductus. Orator in nulla facultate rudis, tiro, peregrinus & hospes esse debet. Verba ista peregrinum aliquid olent, redolent, sonant.

Perendie, übermorgen. *Syn*. Perendino die. *Usus*. Hodie, cras, perendie.

Perendinus, a, um. übermorgend. *Usus*. Statuere non possumus, utrum dicat tertiam, an perendinum dici oporteat.

Perennis, e. stät, immerwährend, fortdaurend. *Syn*. Perpetuus, continuus, jugis, continuatus. *Usus*. Idem pristinus, ac perennis meus erga te est animus. Perennis ac profluens loquacitas. Sermo nullus unquam de ullo perennis fuit. Fons perennis. V. *Æternus*.

Perennitas, tis, f. Langwierigkeit, Dauer. *Syn*. Perpetuitas. *Usus*. Fontium gelidæ perennitates. V. *Æternitas*.

Pereo, is, ivi, itum, ire. zu Grunde gehen, verderben. *Syn*. Intereo. *Adv*. Certe, crudelissime, fœde, funditus, necessario, plane, præclare, prorsus, tacite, occulteque, turpiter. *Phras*. 1. *Perimus omnes*, wir sind alle hin. Capti & deleti sumus; adsumpti sumus, occidimus; conclamata salus est, conclamatum est de salute. V.

Digitized by Google

Actum eſt. 2. *Pereant, neceſſe eſt, omnia, niſi ſuccurras,* wenn du nicht hilfſt, ſo muß alles zu Grunde gehen. Omnia ad exitium præcipitia ſunt; omnia ad interitum ruant neceſſe eſt, niſi ſuccurras. Tabeſcendum nobis in iſta calamitate eſt: ruere, ac deflagrare omnia, neceſſe eſt, niſi opem feras. 3. *Res mortales omnes cito pereunt*, alles Zeitliche geht bald zu Grunde. Fides, artesque concidunt; voluptates corporis fluunt; forma corporis fluxa eſt, atque fragilis; mores ipſi erunt præcipites, defluunt, declinant. 4. *Pereant opes, dum virtus ſalva ſit*, meinethalben gehe Geld und Gut zu Grunde, wenn nur die Tugend übrig bleibt. Res iſtæ pedibus trahantur, concidat auctoritas, cætera fortunæ præſidia fluant, occidant, dilabantur, dum virtus ſalva ſit. 5. *Rei gerendæ opportunitas periit*, die gute Gelegenheit haben wir aus den Händen fahren laſſen. E manibus emiſſa eſt, delapſa eſt; rei gerendæ occaſio amiſſa, dimiſſa eſt. *Uſus.* Tuo vitio peribis. Tanta pecunia; oleum ac opera nobis periit. V. *Intereo, Perdo.*

Pererro, as, avi, atum, are. * umſchweifen, herumirren. *Uſus.* Omnem locum pererrat.

Perfecte, vollkommentlich, völlig. *Syn.* Abſolute, plene, cumulate, ex toto. *Uſus.* Oratio perfecte erudita & diſerta. Nihil niſi perfecte, niſi cum ſumma venuſtate agebat Roſcius.

Perfectio, onis, f. Vollkommenheit. *Syn.* Abſolutio.)(*Incboatio, adumbratio, ſusceptio. Uſus.* Tantum abes a perfectione magnorum operum, ut fundamenta nondum jeceris. Hanc ego abſolutionem, perfectionemque in oratore deſidero. Virtus a ſuſceptione prima, non a perfectione eſt judicanda.

Perfector, oris, m. Vollender, Vollführer. *Uſus* Stilus perfector dicendi & magiſter.

Perfectus, a, um. vollkommen. *Syn.* Abſolutus, plenus, completus, expletus, cumulatus, elaboratus, expolitus, perpolitus, maturus, expletus omnibus partibus, quod habet omnes numeros, cui nihil deeſt, cui nihil addi poſſit; quod omnes numeros obtinet, continet; omnibus numeris abſolutus; perfectus; expletusque omnibus numeris. *Phraſ. Eſt vir perfectus*, vulg. er iſt ein vollkommener Mann, ein Mann von vollkommener Tugend. Vir eſt perfectæ, cumulatæque virtutis; cujus vita omnibus virtutibus expleta; vir eſt, in quo ſumma ſunt omnia, in quo videas expletam formam virtutis ac honeſtatis; exemplum fidei, Religionis, pietatis cujus virtus omnibus numeris, partibusque perfecta & expleta eſt. *Uſus.* Perfectus orator cui nihil deeſt. Præclare inchoata multa, nondum perfecta, & maturitatem adepta. Illud cui addi nihil poſſit, ſummum & perfectiſſimum judico.

Perfero, fers, tuli, latum, ferre. überbringen. übertragen, ausſtehen. *Syn.* Perpetior, tolero. *Adv.* Diligentius, attentius, placidiſſime omnia. *Uſus.* 1. Impetum & crudelitatem hoſtium, moleſtias amicorum perferre. 2. Legem aliquam perferre, ein Geſetz geben. 3. Litteras, juſſa, nuntium, mandata alicujus ad aliquem perferre. V. *Patior, Tolero.*

Perficio, is, feci, fectum, ere. vollbringen, vollenden, werkſtellig machen. *Syn.* Abſolvo, conficio, tranſigo, efficio, perago, extrema perſequor, abſolutionem rei alicujus perficio, perpolio. Munus ſuſceptum expleo.)(*Attingo, Inchoo. Adv.* Callide, caſte, nihil, perſpicue, omnino, nihil, rite nihil, aliunde, commodius rem, plane. *Phraſ.* 1. *Librum nondum perfeci*, ich habe das Buch noch nicht gar vollendet. Nondum operi ultima manus acceſſit; affectum habeo librum, nondum perfectum. Nondum perpolivi, elaboravi, elimavi rudem adhuc, & informem ingenii partum. 2. *Nondum perfeci, quae cogitaveram*, ich habe meine Gedanken noch nicht ausgeführt. Nondum ad exitum deduxi cogitata mea; nondum exædificavi, quod inſtitui; nondum pertexui, quod exorſus ſum. V. *Abſolvo, finio. Uſus.* Cogitata, inſtituta, inchoata, poëma perficere.

Perfidia, æ, f. Untreu, Treuloſigkeit, Falſchheit. *Syn.* Fraus, deſtitutio. *Epi.* Similis, ſumma, tanta. *Uſus.* Illius perfidia deceptus, circumventus ſum. Perfidiæ ſuſpicionem fugere. Illud non ejus imprudentiæ, ſed perfidiæ aſſignandum eſt. V. *Infidelitas.*

Perfidioſe, treuloſer Weiſe. *Syn.* Fallaciter.

Perfidioſus, a, um. treulos, meineidig, ſchelmiſch. *Syn.* Perfidus, infidioſus, fallax, improbus. *Adv.* Æque & nefarius.

Digitized by Google

Perfidus, a, um. treulos. *Syn.* Perfidiosus qui fidem & officium prodit. *Usus.* Si de fide societas colitur, perfidus est, qui socium prodit. Aliud agentes, aliud simulantes perfidi, improbi, malitiosi sunt. V. *Decipio*, *infidelis*.

Perflabilis, e. lüftig. *Usus.* Locus vento perflabilis.

Perflo, as, avi, atum, are. * durchwehen. *Syn.* Venti terras perflant.

Perfluo, is. fluxi, xum, ere. durchfließen, durchrinnen. *Usus.* Charta perfluit, das Papier fließt, schlägt durch. Plenus est rimarum, hac illac perfluit, er kann nichts verschweigen.

Perfodio, is, di, fossum, ere. durchbohren, durchgraben, ausböhlen. *Syn.* Perforo, perfundo, perfringo. *Adv.* Impune. *Usus.* Parietes perfodere.

Perforo, as, avi, atum, are durchbohren, durchgraben. *Syn.* Perfodio, patefacio. *Usus.* Navem, murum perforare

Perfrico, as, cui, frictum, are. sehr zerreiben, zerreiben. *Usus.* Frontem perfricare, pudorem ponere, unverschämt werden. Perfrictæ frontis homo. V. *Impudens.*

Perfringo, is, fregi, fractum, ere durchbrechen, zertrennen. *Syn.* Infringo, effringo, labefacto. *Phr. f. Portas perfringere*, die Pforten aufsprengen. Moliri obices portarum; portarum claustra effringere, refringere. Moliri portas; foribus exitium afferre. V. *Janua. Usus.* Leges devincere, ac perfringere. Obstantes hostium cuneos, vi, ac virtute perfregit. Perfringere ac labefactare bonorum conspirationem. V. *Frango.*

Perfruor, eris, fruitus sum, frui gänzlich genießen. *Syn.* Fruor, utor, potior. *Adv.* Mirifice. *Usus.* Otio, lætitia, sapientiæ laude perfrui, pasci, delectari. V. *Fruor*, *delector.*

Perfuga, æ, m. Ueberläufer. *Syn.* Transfuga. V. *Desertor.*

Perfugio is, fugi, itum, ere. überlaufen, übergehen, sich aus dem Staube machen. *Syn.* Transfugio ad hostes; confugio.

Perfugium, ii, n. Zuflucht. *Syn.* Portus, præsidium, arx, asylum, receptus. *Epi.* Commune, desperatissimum, honestum, melius paratum, paratius, postremum, præsens, sanctum, tutum, oratorium, unum. *Usus.* Fortunæ alicujus jactatæ, ac naufragæ perfugium præbere. Hoc unum nobis perfugium, hæc spes, hoc solatium omnium laborum, ac solicitudinum nobis superest. Perfugio uti. Improbis omnia perfugia obstruere. Omni perfugio malos excludere. V. *Præsidium*, *confugio.*

Perfunctio, onis, f. Verwaltung, Verwesung. *Usus.* Laborum, honorum perfunctio.

Perfundo, is, fudi, fusum, ere. begießen. *Syn.* Respergo *Usus.* Hæc res animum meum summa suavitate voluptate horrore, religione perfudit. Quis me horror perfudit?

Perfungor, eris functus sum. fungi. verrichten, vollenden, vollbringen *Syn.* Exantlo, fungor utor, defungor. *Usus* Laboribus, bello, magistratu, muneribus, periculis perfungi. V. *Fungor*, *facio.*

Pergo, is, perrexi, rectum, ere fortfahren. *Syn.* Eo, iter facio, tendo, peto, contendo, sequor, continuo, insisto, cursum teneo. *Adv.* Cursim, longius, porro, protinus, recta. *Usus.* Perge, confice, quod superest, viæ. Pergam, & insequar longius Perge porro. Perge ad reliqua. Perrexit illi obviam.

Pergræcor aris atus sum, ari * prassen, schlemmen. *Syn.* Epulis, & potationibus inservio.

Perhibeo, es, ui, itum, ere. vorgeben, vorwenden. *Syn.* Dico, ajo, fero. *Adv.* Vulgo *Usus.* Summa, ut vos quidem perhibetis, injuria affecti estis. Plato Socratis auditor fuisse perhibetur.

Perhorresco, is, horrui, ere. erschrecken, in Schrecken gerathen *Syn.* Exhorresco, pertimesco. *Adv.* Valde. *Usus.* Nemo est, qui hos non oculis fugiat, auribus refugiat, animo aspernetur, recordatione ipsa perhorrescat. Non solum animo commoveor, sed perhorresco. V *Horreo.*

Periclitatio, onis, f. Versuch, Probe. *Syn* Experientia *Usus* Multarum herbarum utilitates longinqui temporis usu ac periclitatione percepimus. V. *Experior.*

Periclitor, aris, atus sum, ari. in Gefahr seyn, versuchen, wagen. *Syn.* In discrimine, in periculo sum, periculum adeo, in discrimine versor, periculum facio, experior, tento. *Phras.* 1. *Periclitaris graviter*, du stehst in großer Gefahr. Grave tibi impendet imminet periculum; res tua, salus tua hic agitur; fortunæ tuæ periclitantur res tua periculum subit; in periculum adducitur, venit gravissimum; in discrimen venit salus tua; in discrimen adducitur. 2. *Res tuæ non minus, quam meæ periclitantur*, deine Sache steht sowohl

Digitized by Google

sowohl in Gefahr als die meinige. Eodem loco res tuæ sunt, ac meæ; in eadem fortuna versantur res utriusque nostrum; in eadem mecum navi es; partem periculi sustines; eadem tuis, quæ meis fortuna imminet, impendet; eadem utrumque nostrum fortuna manet, urget. Pari sumus conditione; par, similis, eadem, non dissimilis, non dispar utriusque nostrum est conditio. non minus de tua re agitur; haud melius tecum agitur; haud meliore res tuæ fortunæque loco sunt, ac meæ. *Usus.* 1. Non est in uno homine periclitanda salus reipublicæ. Periclitantur jura, & vita omnium. 2. *Experior*, einen Versuch thun. Belli fortunam periclitari. Omnia circumspicere, vires suas periclitari. V. *Periculum.*

Periculose, gefährlich. *Syn.* Cum periculo. *Usus* Periculose ægrotare, navigare.

Periculosus, a, um. gefährlich. *Syn.* Lubricus, anceps, non procul a periculo, formidolosus. *Usus.* Periculosa, turbulenta, ac temeraria consilia Periculosa res, plena aleæ, anceps, ac cum præsentissimo discrimine conjuncta. V. *Periculum.*

Periculum, i, n. Gefahr. *Syn.* Discrimen, dimicatio: experimentum. *Epi.* Alienum, certum, commune, incertum, domesticum, extremum, gravius, honestissimum, non legitimum, magnum, minimum, perspicuum, præsens, proprium, publicum, perpetuum, simile, sordidissimum, summum, tantum. Periculæ asperrima, dubia, vitæ gravissima, integerrima & maxima, levia, magna & imprudentia, minora, multa, plura, præcipua, propria, quotidiana, recentia, repentina, subita, summa, tanta, tamque improvisa. *Phras.* 1. *In summum periculum me conjecit*, er hat mich in die größte Gefahr gesetzt. In capitis periculum me vocavit, adduxit, arcessivit; periculum mihi comparavit, creavit, struxit, conflavit, molitus est maximum; periculum ea res mihi ingens procreavit, injecit, attulit, intulit, intendit; ingens me in discrimen vocavit; ad casum extremum res meas adduxit; in summum periculum rem deduxit. 2. *In summo periculo res nostræ sunt*, unsere Sache steht in größter Gefahr. Rebus nostris periculum est; res in discrimine est; prope exitium res venit; propius metum res nostra est; ad ultimam dimicationem res venit; omne discrimen adest; ultima vis paratur. Res in summum discrimen adducta est; in summo discrimine versatur; res nostræ in præcipiti stant, & lubrico; in periculo hærent. 3. *Undique pericula impendent nobis*, es nahen von allen Seiten neue Gefahren herzu. Periculis undique cingimur, premimur, includimur; instant ab omni parte, impendent, imminent nova pericula; non unum certamen, non una dimicatio adest; periculi plus satis contractum est, ut in singulas horas capite dimicandum sit nostro; inter tantas fortunæ minas quotidie de vita dimicandum est. 4 *Quid times, objicere te periculo?* was fürchtest du, dich in die Gefahr zu begeben? Ecquid non semel rem fortunæ inclinandam das? quid dubitas in incertam ire aleam? tendere in quemcumque casum? rem in casum ancipitis eventus committere? aleam jacere? ad casum res tuas fortunasque objicere? in casum demittere? in discrimen te offerre? periculum summæ rerum facere? tempestatem hanc, hanc dimicationem forti animo subire? periculo corpus offerre? caput periculis objicere? in periculum se conjicere; periculum adire? in media te pericula immittere, inferre? periculum fortunæ facere? casum subire? res fortunasque in casum dare? 5. *Non est sapientis Ducis, copias temere periculo exponere*, ein kluger Feldherr muß seine Kriegsmacht umsonst nicht in Gefahr setzen. Discrimini bellorum universas vires offerre; sub unum fortunæ ictum omnia cadere non patitur sapiens imperator; non est sapientis ducis, sese, fortunasque suas in dubium devocare; ruere cæcum in certamina periculo ingenti, fructu nullo Sapiens imperator non debet temere copias in tam præcipitem locum committere, ut de vita, saluteque tot regnorum decernendum sit, & summa rerum in periculum veniat. Sapientis imperatoris non est, committere in aleam incerti casus universum exercitum. Non committendum sapienti duci, ut in aleam casus ancipitis se, regnumque det. 6. *In magnum periculum incidi*, ich bin in große Gefahr gerathen. Ingens periculum, discrimen adii; incurri in magnam

diffi-

Digitized by Google

difficultatem; in ipſam flammam veni; in periculum veni, deveni, incidi; oblata mihi eſt tempeſtas formidoloſſimi temporis. 7. *Nondum es extra periculum*, du biſt noch nicht außer Gefahr. Periculo nondum es defunctus; nondum abes a periculo; ſummum discrimen nondum effugiſti; periculum nondum a capite propulſaſti, depuliſti; nondum vacuus es a periculo; nondum expers es periculi; nondum in vado navis eſt; nondum in portu navigas; non deſunt ſcopuli, ad quos offendas. 8. *In periculis eſt intrepidus*, er iſt unerſchrocken in der Gefahr. Pericula adit non dubitanter, in extremo discrimine, & dimicatione fortunæ, in quotidianis capitis inſidiis, in maximis difficultatibus ſui perinde ſimilis, in locum quemvis præcipitem non dubitat ſe committere. De vita & ornamentis ſuis fortiſſime decernit; in quemcumque caſum tendit alacer, omnem periculi procellam in ſe unum avertit. Non equidem cæcus ruit in certamina, nec rerum ſummam in periculum fructu nullo revocat, aut in incerti caſus aleam committit; quidquid tamen urget periculi, minime exhorreſcit. V. *Præclitor*, *Discrimen*. *Uſus*. 1. Maximum ab univerſo naufragio periculum eſt. Periculum dudum denuntiatum. Negligere ſuum periculum. Periculum declinare, defugere, ſubterfugere. A periculo prohibere; e periculo eripere, extrahere, periculis liberare. Partem periculi ſuſtinere. Meo, tuo, ſuo periculo, ſumptuque rem exequi. Meo periculo reſpublica vivit. 2. *Experimentum*, Verſuch, Probe. Facere periculum innocentiæ alicujus.

Peridoneus, a, um. ſehr bequem. *Syn.* Valde commodus, opportunus. *Uſus* Locus caſtris peridoneus.

Perimo, is, emi, emptum, ere. tödten, zu Grund richten. *Syn.* Interimo, deleo. *Uſus*. Siqua vis meum reditum, honorem peremiſſet. Alicujus conſilium, curas perimere. V. *Interficio*.

Perinde, ſo als, gleichfals, eben ſo. *Syn.* Similiter, juxta, eo loco. *Uſus*. Perinde eſt, ut putas. Perinde, ac ſi jam vicerint, triumphant. Quod ego perinde rebar, ac ſi, *vel* quaſi jam peractum. V. *Similiter*.

Periocha, æ, f. kurzer Begriff, Inhalt. *Syn.* Argumentum, brevis totius rei ſumma, ac complexio.

Periodus, i, f. eine vollkommene Rede, Umſchweif. *Syn.* Ambitus, circuitus. *Uſus* Circuitus orationis, quem Græci periodum, nos ambitum, comprehenſionem, continuationem, circumſcriptionem dicimus.

Peripateticus, a um. der Peripatetiſchen Sekte zugethan. *Syn.* Lycæi ſtudioſus.

Peripetaſma, atis, n. Umhang, Verhang. *Syn.* Periſtroma, ſtragulum, ſtragula veſtis, aulæum.

Periſtroma atis, n. Vorhang, Teppich. *Uſus*. Periſtromata conchyliata.

Periſtylium, ii, n. mit Säulen umgebener Ort *Syn.* Locus columnis undique clauſus & ornatus. *Epi*. Ampliſſimum.

Perite, erfahren, geſchickt, künſtlich. *Syn.* Scienter, callide

Peritus a, um erfahren, verſtändig, gelehrt *Syn* Sciens, gnarus, exercitatus, intelligens, in aliqua re artifex.) *Imperitus Adv.* Bene juris, antiquitatis, litterarum, ſcriptorum veterum, ſane, valde, litterate. *Phraſ Eſt rei militaris peritus*, er iſt in der Kriegskunſt wohl erfahren. In bellicis rebus ſummo ſtudio, & intelligentia; a natura, uſuque callidus & acutus; magnam habet rei bellicæ prudentiam; militiæ ſcientiſſimus; cui in bello nihil novum, peregrinum, improviſum accidere poſſit; nihil, quod non uſu diu, ac multa periclitatione didiciſſet: rei militaris prudentiſſimus. Quis hoc homine militaris rei ſcientior, qui e ludo, atque pueritiæ diſciplina bello maximo, atque acerrimis hoſtibus in militiæ diſciplinam profectus eſt; qui ab ineunte adoleſcentia miles fuit ſummi Imperatoris, cujus adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris non alienis præceptis, ſed ſuis imperiis; non offenſionibus belli, ſed victoriis eſt traducta? Nulla res eſt in uſu militari poſita, quæ hujus viri ſcientiam fugere poſſit, quando genus nullum belli eſt, in quo illum non exercuerit fortuna. *Uſus*. Peritus ad uſum, & diſciplinam belli, juris, legum, antiquitatis, belli gerendi peritiſſimus. Doctus & uſu peritus. V. *Doctus*, *Scio*, *Intelligo*.

Pingo, is, xi, pictum, ere. malen. *Syn.* Pictura exprimo *Adv.* Bene, egregie, varie locum. præclare, pulcherrime. *Phraf.* 1. *Apelles Veneris caput elegantissime pinxit*, Apelles hat das Haupt der Venus überaus schön gemalet. Singulari expressit, atque exornavit artificio, politissima arte perfecit; coloribus illustravit, effinxit, adumbravit. 2. *Pingendi artifex erat egregius*, er war ein trefflicher Maler. Pictor erat egregius; pingendi arte præstantissimus; penicillo nihil non imitabatur feliciss me; naturam ipsam non modo adæquare, sed etiam superare pingendi artificio videbatur. In adumbrandis cujuscunque rei specie & forma nemini secundus erat. 3 *Hominem ad vivum depinxit*, er hat diesen Menschen recht nach dem Leben abgemalet. Veri ac spirantis vultus speciem effinxit, expressit; ex vero vultum hominis reddidit; imaginem dedit ad nativi oris formam mirifice expressam; effigiem ad germanam oris

Digitized by Google

oris ſpeciem feliciſſime expreſſit. *Uſus.* Britanniam pingam tuis coloribus, meo penicillo.

Pinguis, e fett, feiſt. *Syn.* Opimus, craſſus: rudis *Phraſ. Pinguis eſt*, er iſt fett. Habitus corporis illi opimus eſt; is eſt, cui ſagina feliciter ceſſerit; vaſta hominis corporis obeſi moles, parque abdomini inexpleto. *Uſus.* Thebis craſſum cœlum, itaque Thebani pingues & valentes. Pingui Minerva.

Pinna, æ, f. Flügel, Feder. *Syn.* Penna. *Epi.* Patula.

Pinnatus, a, um, geflügelt, was Federn hat. *Syn.* Pennatus, penniger.

Pinſo, is, ui, piſtum, ere. * ſchrotten, ſtoßen, backen.

Pio, as, avi, atum, are. verſöhnen. *Syn.* Expio. *Uſus.* Oſtenta piare. V. *Expio.*

Pirata, æ, m. Seeräuber *Syn.* Prædo; lactociniis maritimis infamis; qui piraticam facit; prædas maritimas agit; maritimis excurſionibus littora populatur; piraticam exercet; gens navigiorum ſpoliis quæſtuoſa, *piratæ. Epi.* Barbarus, conſceleratus, neſarius nobiliſſimus. *Uſus.* Pirata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium.

Pirati-a, æ, f. Seeräuberey. *Uſus.* Neceſſitate coactus piraticam fecit.

Piraticus, a, um. Seeräuberiſch.

Piſcator, oris, m. Fiſcher.

Piſcatorius, a, um. * fiſcheriſch. *Uſus.* Navis piſcatoria.

Piſcatus, us, m. Fiſchfang *Uſus.* Hic piſcatus mihi lepide evenit.

Piſcina, æ, f. Fiſchteich. *Uſus.* Piſcina publica.

Piſcinarius, a, um. der viele Fiſchteiche hat. *Syn.* Qui piſcinis delectatur.

Piſcis, is, m. Fiſch. *Epi.* Squammoſi. *Uſus.* Piſces hamo capiuntur. Quot genera, quam diſparia piſcium, partim ſubterforum, partim fluitantium, partim ad ſaxa nativis teſtis inhærentium.

Piſcor, aris, atus ſum, ari, fiſchen. *Syn.* Piſcatu me oblecto.

Piſculentus, a, um. * Fiſchreich.

Piſtor, oris, m. Bäcker, Pfiſter. *Syn.* Qui panes conficit.

Piſtrinum, i, n. Stampfmühle. *Syn.* Locus, ubi frumentum tunditur mola verſatili. *Uſus.* Alſquem in piſtrinum contrudere, compingere, dare, dedere, tradere.

Pituita, æ, f. ſchleimiges Waſſer im Gehirne, Roß. *Uſus.* Cum pituita, aut bilis redundat in corpore.

Pituitoſus, a, um. roßig, voll Schleim, ſchleimig.)(*Exſiccatus, aridus. Uſus.* In aliis locis ſunt homines pituitoſi, & quaſi redundantes, in aliis aridi atque exſiccati.

Pius, a, um. gottesfürchtig. *Syn.* Qui pietatem colit, religioſus. *Phraſ. Non ſatis pius es*, du biſt nicht genug gottesfürchtig. Sunt qui pietatem in te deſiderent majorem; non eam pietatem religionem, quæ Deo debetur, præſtas; minus religioſe, quam conveniat, ſacris operam das; abeſt a te pietatis ille ardor, quem divini cultus ratio a nobis poſtulat; parum pie in iis verſaris, quæ ad religioſum Numinis cultum pertinent. V. *Probus, Religioſus, Pietas. Uſus.* Ne pius quidem ſine ſcelere eſſe potuit Oreſtes.

Pix, icis, f. * Pech. *Epi.* Liquida.

Placabilis, e. verſöhnlich. *Syn.* Exorabilis. *Uſus.* Placabilem ſe præbere, & æquum.

Placabilitas, tis, f. Verſöhnlichkeit. *Syn.* Clementia, lenitas, manſuetudo *Uſus.* Nihil magno viro dignius placabilitate.

Placate. ſanft gütlich. *Syn.* Sedate, placide, patienter, humaniter, remiſſe. *Uſus.* Omnia placate, & moderate feramus.

Placatio, onis, f. Ausſöhnung, Verſöhnung. *Syn.* Pax, tranquillitas. *Epi.* Tanta Deorum. *Uſus.* Perturbatio animorum placatione abluatur. Placatione Deorum peſtis avertenda eſt.

Placatus, a, um. verſöhnt. *Syn.* Pacatus, tranquillus, quietus,)(*iratus, turbulentus. Uſus.* Homo in aliquem mitis & placatus.

Placeo, es, ui, ere. gefallen, anſtändig ſeyn. *Syn.* Non displiceo, ſatisfacio, arrideo: jucundum eſt, videtur, probatur, cordi eſt.)(*displiceo. Adv.* Admodum, conſtanter, egregie, perpetuo plane, prorſus recte, valde, vehementer. *Phraſ. Placuere mihi multum, quas ad me dediſti litteras*, dein Brief hat mir ſehr gefallen. Mihi perjucundæ fuere; maximopere me oblectarunt; maxime jucundæ acciderunt mihi; vehementer mihi probabantur; mirificam ex litteris tuis voluptatem cepi; plane mei ſtomachi fuere; ut perfectæ epiſtolæ ſpeciem adamavi tuas litteras; devorabam epiſtolam tuam, ita arriſit; tam grata fuit, quam quæ gratiſſima, multum te amo, quod ita ſcripſeris; non parum voluptatis præbuere tuæ mihi litteræ. V.

Digitized by Google

Gra-

Genius. Usus. Scribe, quid tibi de ea re placeat. Senatui placuit, Cæsarem proficisci. Nunquam mihi minus, ac heri placui.

Placet, cui, citum est. es gefället, beliebt. *Syn.* Scitum est. *Usus.* Non placet Stoicis. De Provinciis ita placitum est, ut Pompejus mitteretur.

Placide, sachte, gedulbig. *Syn.* Leniter, pacate. *Usus.* Placide ac sedate dolorem ferre.

Placidus, a, um. sanft, still. *Syn.* Pacatus, tranquillus. *Usus.* Semper in animo sapientis placidissimam esse pacem &c. Oratione placida, submissa, leni. Ex iratio placidum & mollem aliquem reddere. V. *Tranquillus.*

Placo, as, avi, atum, are. begütigen, besänftigen, befriedigen. *Syn.* Lenio, mitigo, placatum efficio, reconcilio, expio, procuro.)(*Ulciscor. Adv.* Aliquando. *Phras.* 1. *Placavi hominem facile*, ich habe ihn leicht wieder gut gemacht. Iram hominis mollire, animum hominis permulcere persacile fuit. Nullo negotio effectum est, ut ira homini deferveſceret; iram homini facile repressi; nihil laboris erat, mollire hominis animum. V. *Reconcilio.* 2. *Prima cura erat, placare Deos*, die erste Sorge war, die Götter zu besänftigen. Pacem Deum cæsa hostia adorare; ea, quæ ad pacem Deum pertinent, sacris perpetratis rite peragere; Divinum Numen sceleribus violatum precibus placare. V. *Lenio, Gratia. Usus.* Animos concordia placare. Odia improborum, iras judicum placare.

Plaga, æ, f. Jägergarn, Netz. *Syn.* Rete, laquei: vulnus, percussio. *Epi.* Gravissimæ, majores. *Usus.* 1. Si ex his laqueis te explicueris, in illas plagas incides. Tendere, texere plagas. Conjicere aliquem in suas plagas. 2. *Vulnus*, Wunde, Streich, Schlag. Plagam alicui imponere, injicere, infligere, facere. Plagam accipere, 3. *Regio*, Gegend, Cœli plagas scrutari.

Plagiarius, i, m. Menſchenräuber, räuberiſcher Menſchenſchmierer aus den Büchern. *Syn.* Qui liberum hominem, *aut etiam* servum nesciente domino vendit, emit, avertit.

Plagium, i, n. Menſchenraub, das Beſtehlen fremder Schriften.

Plane, gänzlich, ganz und gar. *Syn.* Clare, aperte, perspicue; omnino, prorsus. *Usus.* [redacted] erúditus. Res [redacted] perspectæ, planeque cognitæ. V. *Omnino.*

Planeta, æ, m. Planet, Irrſtern. R. a πλάνη, *error*, *Syn.* Stellæ errantes.

Plango, is, xi, ctum, ere. ſchlagen, klagen. *Syn.* Tundo, percutio; ploro, deflgo. *Usus.* Littora procellæ plangunt. V. *Lacrimo.*

Plangor, oris, m. [redacted] *Syn.* Ejulatus, ploratus. *Usus.* Plangore & lamentatione opplevere forum. V. *Lamentatio.*

Planities, ei, f. Ebene, Fläche. *Syn.* Campus, æquor. *Phras. Planities ampla*, ein weites platte Feld. Campestris regio, in qua ne stirpes quidem operiant solum, & liber prospectus oculorum ad ea etiam, quæ procul recedere, permittitur; intermissa collibus planities; sub radicibus montium spatiosa planities procumbit; laxant se montium sinus, & majus spatium aperiunt. In æquo ubi descenditur, velut vasti maris, sic immensa panditur planities, ut subjectos campos terminare oculis haud facile queas. Montes inter vasta porrigitur planities. *Usus.* In summo est æquata agri planities.

Planta, æ, f. Pflanze, Gewächs. *Syn.* Surculus, stirps. *Usus.* Malleoli, plantæ, sarmenta, vites, traduces, propagines.

Planus, a, um. eben, gleich, flach. *Syn.* Æquus, æquabilis.)(*Mons, præceps. Usus.* 1. Capua planissimo in loco explicata. Quid tam planum, quam mare? 2. *Apertus*, klar, offenbar. Id objicis, quod planum facere non possis. Oratio plana, & evidens.

Platanus, i, f. Maßholderbaum. *Arboris genus umbriferæ, & patulis ramis diffusæ.*

Platea, æ, f. Gaſſe. *Epi.* Ampla, frequens *Usus.* In hac platea habitat.

Plaudo, is, si, sum, ere. klatſchen mit Händen, vor Freudenbie Hände zuſammen ſchlagen. *Syn.* Approbo, assentior, plausum alicui do, ei tribuo. *Adv.* Valde, effuse. *Usus.* Omnes ei effuse plausere.

Plaustrum, i, n. Laſtwagen. *Syn.* Currus.

Plausus, us, m. Frolocken, das Händeklatſchen. *Syn.* Applausus, admuratio; vox, clamor, index lætitiæ; judicium, testimonium, studium populi, aut spectatorum.)(*Plo-*

Digitized by Google

Plangor. *Epi.* Æquabilis, facetus, incredibilis, infinitus, magnus, multiplex, perpetuus, popularis, similis. *Phras.* *Cum plausu dixit*, er hat seine Rede mit allgemeinem Frohlocken gehalten. Magno plausu accepta est ejus oratio; dicentem consecutus est strepitus, & grata concionis admurmuratio; omnes orationem ejus plausu prosecuti sunt. *Usus.* Plausum quærere, captare. Plausum alicui dare, tribuere, impertiri. Emoritur, refrigescit pristinus illi plausus.

Plebecula, æ, f. Völklein. *Syn.* Plebs, vulgus.

Plebejus, a, um, pöbelhaft, schlecht, gemein.)(*Patritius.* *Epi.* Importunus. *Phras.* *Plebeji maxime ex pestilentia sunt mortui*, die meisten sind nur aus dem gemeinen Volk an der Pest gestorben. Per ignota capita evagata vis morbi est; sordidissimus quisque opportunior cladi fuit, quam pestilentia civibus intulit. Infimum genus hominum, turba obscuris certius a pestilentia periculum adiit. V. *Ignobilis.* *Usus.* Plebejo sermone uti. De plebeja fæce sellulariorum. V. *Plebs*, *Villis.*

Plebicola, æ, m. Freund des Pöbels, der Bürger. *Syn.* Qui plebem colit, qui plebi servit. *Usus.* Pro truci insectatore plebis, repente plebicola, atque omnis auræ popularis captator evasit.

Plebiscitum, i, n. Satzung des gemeinen Volks. *Syn.* Populi scitum, tribunitia rogatio. *Usus* Plebiscito vetare fieri aliquid. Hoc plebiscitum est? hæc lex? hæc rogatio?

Plebs, is, f. Volk, Pöbel. *R.* *ex* πλήθος *multitudo* *Syn.* Plebes, vulgus, turba, infima multitudo, infima fæx populi, misera plebecula.)(*Optimates.* *Epi* Aliena, infima, optima atque modestissima, orba tribunis, suspensa & incerta, urbana, & perdita. *Usus* Plebs suspensa & incerta, orba tribunis. V. *Plebejus.*

Plecto, is, xui, xum, ere. strafen. *Syn.* Punio, in aliquem animadverto, pœnas peto. *Usus.* In suo quisque vitio plectatur, vis capite, avaritia mulcta, honoris cupiditas ignominia sanciatur. Culpa plectatur sine invidia. V. *Punio.*

Plectrum, i, n. Fiedelbogen. *Syn.* Instrumentum, quo citharœdi chordas lyræ feriunt.

Plene, völlig. *Syn.* Plane, perfecte, cumulate. *Usus.* Homo non plene sapiens, & perfecte.

Plenitudo, inis, f. Fülle.

Plenus, a, um, voll. R. *a* πλέος, *refertus.* *Syn.* Refertus, confertus, completus, repletus, oppletus, cumulatus, redundans, affluens; frequens, frequentatus; integer perfectus.)(*Jejunus*, *imminutus*, *exilis.* *Phras.* *Militum plena sunt omnia*, es ist alles voll Soldaten. Urbes militibus complentur, onerantur; referta militibus omnis & inundata; nulla regionis pars a militibus vacua; nullum in provincia oppidum, nulla in oppidis domus militaribus præsidiis non obsessa; omni in loco præsidia sunt posita; deposita sunt per omnia urbis loca firma militum præsidia; imposita ubique oppidis præsidia; præsidia in urbes collocata; oppida omnia præsidiis militaribus sunt occupata, firmata; præsidiis loca urbis omnia tenentur. *Usus.* Homa vini, stuprique plenus. Plenum & confertum ornamentis dicendi genus. Ratio belli gerendi plena fidei & pietatis. Pleno ore laudare aliquem.

Plerique, æque, aque, die meisten. *Syn.* Major pars, plerique omnes.

Plerumque, mehrentheils. *Syn.* Magna, *vel* majori ex parte; majore parte; majorem partem; maximam *vel* magnam partem, persæpe, fere; multo maxima ex parte; ex parte magna, ex majori parte)(*Nonnunquam*, *raro.* *Usus.* Fortuita sunt, quæ plerumque, non semper eveniunt. V. *Fere.*

Ploratus, us, m. das Weinen. *Syn.* Planctus, ejulatus. *Epi.* Virginalis, turpissimus. *Usus.* Ploratum edere. V. *Gemo*

Ploro, as, avi, atum, are weinen, heulen. *Syn.* Ploratum edo. *Usus.* Senatum plorare, & supplicare prohibuerunt. V. *Gemo*, *Lacrimor.*

Pluit, es regnet. R. *a* πλύνω, *Ant.* πλύω, *lavo.* *Syn.* Imber effluit, funditur. *Adv.* Sane. *Phras.* *Vehementer pluit*, es hat stark geregnet. Procellæ largum imbrem excussere; imber torrentis modo effusus est maximus; denso operuit campum nimbo fœda tempestas; nubes solicitata procella imbrem dedit, effudit; solicitatis procellæ nubibus densus imber in terram demittitur. V. *Pluvia.* *Usus.* Sanguinem pluisse senatui renuntiatum est.

Digitized by Google

Plui-

Pluma, æ, f. Pflaumfeder, *Syn.* Rutila, verſicolor *Uſus.* Pluma, *aut* folio facilius movetur.

Plumatus, a, um. voll Federn. *Syn.* Pinnatus.

Plumbeus, a, um. bleyern. *Uſus* Homo in phyſicis plane plumbeus. Illum plumbeo gladio jugulavit.

Plumbum, i, n. * Bley. *Metalli genus.*

Plumeus, a, um. federicht. *Syn.* Plumis refertus, *Uſus* Colloremus in culcita plumea.

Plurimum, ſehr viel, am meiſten *Syn.* Multum.)(*minimum. Uſus.* Plurimum ingenio tribuo, longeque plurimum induſtriæ.

Plus, ris, n. mehr. *Syn.* Magis, amplius, ultra, præter. *Phraſ.* 1. *Nolo tibi pluribus moleſtus eſſe*, ich will dir nicht mit mehrern überläſtig ſeyn. Non progrediar longius; non plus negotii faceſſam. Non exequar rem uberius; non excedam modum; non fatigabo te ſupra, quam velis. Nimio jam multo plus te detineo, alias de tota re agam abundantius. V. *Breviter.* 2. *Plus etiam faciam, quam exſpectes*, ich werde dir mehr thun, als du verhoffeſt. Exſpectationem tuam mea diligentia vincet. Plus quam pro virili parte, oneris ac muneris ſuſcipiam. Paullo etiam longius, quam officii fines poſtulent, progrediar. Plus quam pro virili parte annitar. Amplius etiam, quam officii ratio poſtulet, a me expecta. Plus etiam, quam pars virilis poſtulat, oneris ſubibo; ſupra vires ſe extendet mea induſtria. *Uſus.* Plus, plusque te indies diligo. Nunquam Romæ plus triduo fui. Tantundem, & plus etiam nunc vales gratia. Quæſo ne plus ſit annua provincia. Annos ſexaginta natus, aut plus eo. Plus hoſtium fuga, quam prælium abſumpſit.

Plusquam, mehr, als *Syn.* Supra, quam; ultra quam; amplius.

Pluteus, i, m. * Sturmdach, Sturmlaße. *Machinae bellicae genus.*

Pluvia, æ, f. der Regen. *Syn.* Imber, cœleſtes aquæ. *Phraſ.* 1. *Pluvia erat maxima*, es war ein großer Regen. Repente ingentibus procellis effuſus eſt imber; ingenti fragore cœli procella effuſa eſt; nimbus cum fragore cœli decidens repente obſtrepebat; imber ingens grandine miſtus omnia turbarat. Procella ingens imbrem vix ſub tectis tolerabilem effudit. Imber violentius, quam alias ſuſus campos lubricos fecit. Tanta vis aquæ dejecta fuerat, tanta repente cœlo miſſa vis aquæ, ut itinera abrumperet 2. *Aſſidue erant pluviæ*, es war ein anhaltender Regen. Magnos & aſſiduos imbres habebamus. Imbres continui, campis omnibus inundantes, iter prope intercluſerant. Aër concretus in nubes cogebatur, humoremque colligens terram augebat imbribus. Tanta erat continuatio imbrium, ut cum nimbo obruti, cœleſtibus aquis reſtagnarent. V. *Pluit.*

Pluvialis, e, regneriſch. *Uſus.* Venti pluviales.

Pluvius, a, um. von Regen. *Uſus.* Aqua pluvia arceatur.

Poculentus, a, um. trinkbar. *Syn.* Quod in potum ſumi poteſt. *Uſus.* Ea pars oris, qua eſculentis & poculentis iter natura patefecit.

Poculum, i, n Trinkbecher. *Syn.* Scyphus. *Epi.* Exhauſtum, mortiferum, aureum, frequens, immane, magnum, minutum, rorans, non cauca. *Uſus.* Poculorum magnitudine, bibendoque cunctos Græci ſuperant. Ioſcunt majoribus poculis, *ſeu provocant*

Podagra, æ, f. das Podagra, Zipperlein Gicht an Füßen, *Syn.* Dolor artuum, dolores pedum. *Phraſ. Podagra laborat*, er leidet am Podagra. Podagræ doloribus ardet maximis; ex pedibus laborat; articulorum dolores habet maximos; podagræ doloribus cruciatur maximis; pedum doloribus afficitur maximis, qui nihil omnino remittunt. *Uſus.* Cum podagræ doloribus arderet.

Poëma, atis, n. Gedicht. *Epi.* Elegum, recens. *Uſus.* Poëma facere, componere, condere.

Poena, æ, f. Strafe. R. a ποινή *Patroni a* puniendo. *Syn.* Supplicium, animadverſio, multa; damnum, incommodum)(*Praemium, beneficium, commodum. Epi.* Acerbiſſima, certa edicti, communis, crudelis, digna ſcelere alicujus, divina, humana, dulcior, gravis, iniqua, injuſta, inſignis, juſta, legitima, maxima, levior, nimis magna, minor, nova, par, præſens, recens, ſempiterna, ſingularis, tanta, tardior, triſtis. Poenæ certiſſimæ, dispares, juſtæ, & graves, patriæ, præpetes, ſeræ, ſed juſtæ tamen ac debitæ. *Phraſ.* 1. *DEUS graves poenas de perjuris ſumet.* Gott wird die Eidbrüchige ſehr ſcharf beſtrafen. Gra-

Digitized by Google

Graves de perjuris pœnas expetet, petet, repetet, perjuris graves pœnas irrogabit; gravibus pœnis perjuros afficiet, perjuros gravibus suppliciis addicet; perjurium gravi supplicio vindicabit; de perjuris grave supplicium sumet; perjuros gravi pœna mulctabit. V. *Punio*, *supplicium*. 2. *Perjuri graves pœnas subibunt*, die Eidbrüchige werden schwere Strafen ausstehen müssen. Pœnas dabunt, luent, ferent, sustinebunt gravissimas; pœnas DEO solvent, pendent, dependent gravissimas; gravissimas ad pœnas & supplicia trahentur, rapientur; pœnas dabunt, capient, suscipient gravissimas 3. *In transfugas gravis pœna constituta est*, man hat den Ueberläufern eine schwere Strafe gesetzt. Pœna statuta, comparata est; supplicium grave constitutum, inventum, excogitatum, exquisitum est. 4. *Non eris liber a pœna*, du wirst von der Strafe nicht frey seyn. In pœna eris; in pœnis hærebis; pœnam non effugies e pœna non elaberis; pœna non liberaberis; pœnam persolves integram; supplicium non condonabitur, non remittetur. V. *Impunitus*. *Usus*. Pœnas persequi judicio ab aliquo. Pœna teneri. Judiciorum pœnis obligari. Pœnas alicui expendere Judicio & legibus dare pœnas.

Pœnitens, tis, g. ö bußfertig. *Usus*. Optimus est portus pœnitenti mutatio consilii. V. *Pœnitentia*.

Pœnitentia, æ, f. * Reue, Buße. *Syn*. Dolor ob admissa peccata. *Phras*. 1. *Pœnitentiam agit*, er hat Reue hierüber, bereuet es. Serio de admissis a se criminibus dolet; ex flagitiorum suorum recordatione dolore afficitur gravissimo; seria illum erratorum pœnitentia subit; pœnitens consilii impii, factique serio resipiscit; pœnitet nunc hominem impii consilii, stultitiæ piget, pudetque; semet nunc ille acriter, dolenterque in usat; magnum ex flagitiorum suorum recordatione dolorem capit, suscipit; ex scelerum suorum memoria dolorem habet acerbissimum. 2. *Pœnitentiam facit de peccatis suis*, *vulg*. er thut scharfe Buß über seine Sünden. Voluntaria castigatione corporis propitiando Numini dat operam; præteritæ vitæ labem piaculo aliquo diluit; præteritæ vitæ peccata quam acerrime vindicat; vitæ licentius actæ supplicia a semetipso exigit; voluntariis suppliciis scelera sua expiat. Pœnas nunc a semetipso repetit vitæ liberius actæ; dignas nunc peccatis suis pœnas suscipit; voluntariis corporis afflictationibus, susceptisque sponte cruciatibus DEO, quas debet, pœnas dependit; corpus crebris & voluntariis afflictatum suppliciis, & nocturnis ægrum pervigilationibus pœnas nunc sustinet vitæ libere, intemperanterque actæ; durissimo vitæ genere, inedia, nuditate, frigoris, æstusque tolerantia semetipsum discruciat; omnia vitæ incommoda, famem, sitim, æstum, frigus, vigilias, laboresque admirabili patientia tolerat, & ab omni se, corporis voluptate abstinet. V. *Mortificatio*. 3. *Pœnitentium in confessione peregi*, *vulg*. ich habe die in der Beicht mir auferlegte Buße verrichtet. Illo, quod a Sacerdote mihi impositum est, piaculo peccata dilui; pœnas a conscientiæ arbitro statutas persolvi; pœnas in sacro tribunali mihi irrogatas dependi; id quod in multæ irrogatione præscriptum est, exegi; preces pœnæ nomine, loco, causa indictas, *vel* multæ, piaculi nomine indictas persolvi. *Usus*. Sera pœnitentia regem subiit.

Pœnitet, uit, es reuet. *Syn*. Tædet, piget me, dolore afficior. *Adv*. Vehementer intemperantiæ, vitæ valde. *Usus*. Suæ quemque fortunæ pœnitet. Sapientis est proprium, nihil, quod pœnitere possit facere. Si liceret, ut iis, qui in itinere deerrarunt, sic vitam deviam secutos, corrigere errorem pœnitendo, felicior esset emendatio temeritatis. Non me consilii mei pœnitet. V. *Pœnitentia*.

Poësis, is, f. Dichtkunst. *Syn*. Poëtica; poëma. *Epi*. Amatoria, tanta. *Usus*. Claris coloribus picta vel poësis est, vel oratio.

Poëta, æ, m. ein Poet, Dichter. *Syn*. Poëticæ peritus; auctor, conditor carminum; fabularum conditor. *Epi*. Adstrictior versu orator, bonus, non inutilis, clarissimus, disertissimus, divinus, durissimus, egregius Epicus, summus, facetissimus, familiaris, gravis & ingeniosus, ineus, ineptus, liber, magnus, malus, obscurus, rudis, prudens, sapiens, suavis, tragicus. Poëtæ veterrimi, æquales, comici, frequentiores, liberiores in re aliqua, nobiles, novi, sancti, veteres, veri. Finitimus oratori, numeris adstrictior paullo, verborum tamen licentia liberior,

berior. Multis generibus ornandi socius, ac pene par. *Usus.* Poëtam ajunt neminem bonum esse posse, sine inflammatione animorum & sine quodam afflatu velut furoris. Poëta virtutes Oratoris persequitur, cum sit numeris adstrictior, verborum autem licentia uberior. Poëta natura ipsa valet, & mentis viribus excitatur, & quasi divino quodam spiritu afflatur; quare sancti appellantur Ennio, quasi Deorum aliquo dono, & munere commendati nobis esse videantur. Plurimarum fabularum Poëtria, eine Poetin.

Poëtica, æ, f. Dichtkunst, Poesie. *Syn.* Ars & ratio faciendorum carminum. *Usus.* O præclaram emendatricem vitæ Poeticam!

Poëtice. dichterisch, poetisch. *Syn.* Poëtarum more, *vel* modo.

Poëticus, a, um. poetisch, dichterisch. *Usus.* Numerus, verbum poeticum.

Pol. fürwahr. *Vox jurandi.*

Polio, is, ivi, itum, ire. glatt machen, polieren, auszieren. *Usus.* Polire, expolire orationem. Absolvere & perpolire aliquid imperfectum. Polire, lævigare gemmas.

Polite, glatt, poliert, zierlich. *Syn.* Ornate, eleganter, splendide.

Politia, æ, f. Polizey, Art zu regieren. Institutum civile. *Usus.* In Platonis politica.

Politicus, a, um. bürgerlich, politisch. *Usus.* Philosophi, libri politici.

Politus, a, um. schön gepuzt, glatt gemacht, geschliffen, polirt.)(*Impolitus. Usus.* Vir omni liberali doctrina politissimus. Homo ad persuadendum concinnus, perfectus, scitus, politus e schola. Politus, urbanus, elegans. V *Elegans.*

Polleo, es, ui, ere. vermögen, gelten. *Syn.* Possum, valeo. *Usus.* Filius plus pollet, potiorque est patre. Pollere scientia & virtute. Ejus judicium, & voluntas plurimum apud eum pollet. V. *Valeo.*

Pollex, icis, m. Daume.

Polliceor, eris, citus sum, eri. verheissen, versprechen. *Syn.* Promitto, profiteor, defero, offero. *Adv.* Cumulatissime omnia, benigne, celeriter, gratis, liberaliter, liberalissime, prolixe, studiose, ultro. *Phras. Polliceor tibi pro certo*, ich versprehe dir dirs für gewiß. Hoc promitto ac spondeo, nec constantia, fidesque deerit promissis. Pro certo, hoc tibi polliceor, ac confirmo, me eam rem perfecturum. Promisso hoc teneri volo, & summam promissi mei complebo. Non frustra te fe[illegible], ac promissis tenebo. Stabo promissis. Promissa faciam. Promisso fides existet. Qua me obstrinxi sponsione; quo me vinculo sponsionis obligavi, teneri me volo. Fidem tibi do, me tua causa omnia facturum. Non te pluribus promissis, ac pollicitationibus onerabo, quam quæ solvere sit animus. V. *Promitto. Usus.* Ego tibi profiteor, ac polliceor singulare studium meum. Polliceor tibi hoc bona fide. Quæ polliceris, expectabo ego, nec exigam, sed grata erunt, si solveris. Ultro, benigne, liberaliter pollicetur, immo recipit. Græcia dextram tendit Italiæ, eique suum præsidium pollicetur.

Pollicitatio, onis, f. Verheissung, Zusage. *Syn.* Promissio. *Epi.* Finitæ. V. *Promissum.*

Pollicitor, aris, atus sum, ari. oft verheissen, thener versprechen. *Usus.* Sollicitando, & pollicitando eorum animos laxas.

Pollinctor, oris, m. * Todtensalber. *Syn.* Unctor cadaverum, funerum curator.

Pollinctura, æ, f. * Todtensalbung. *Syn.* Curatio funeris.

Polluo, is, ui, utum, ere. beflecken, verunreinigen, entheiligen. *Syn.* Maculæ afficio, inquino, contamino, maculo, fœdo, violo, perverto, conturbo. *Usus* Divina & humana jura inexpiabili scelere, omni flagitio polluit, labes illa impura.

Polus, i, m. Himmelsangel, *Pol. R. a.* πολέω, *verto. Circa polos enim cœlum vertitur. Syn.* Vertex.

Pomarium, ii, n. Baumgarten. *Syn.* Hortus arboribus consitus.

Pomeridianus, a, um. nachmittägig. *Syn.* Postmeridianus. *Usus.* Tempus, somnus, deambulatio pomeridiana.

Pomerium, ii, n. Zwinger, ein Raum von innen und außen um die Stadtmaur. *R. quasi* pone mœnia. *Syn.* Locus circum mœnia vacuus. *Usus.* Jura pomœriorum.

Pompa, æ, f. Pracht, Gepränge, Pomp. *Syn.* Spectaculum, apparatus solennis cum ostentatione & magnificentia quadam, qualis fieri solet in publicis supplicationibus, & triumphis. *Epi.* Aterba, molesta, tota. *Usus.* In dicendo speciem, & pompam adhibere. Cadaver exequiis,

Digitized by Google

pompa, laudatione ſpoliatum. Tota petitio illuſtris, ſplendida, pompæ plena, ſummam ſpeciem, ac dignitatem habuit.

Pomum, i, n. **Baumfrucht, als Apfel,** u. R. *a* πῶμα, *ſeu* πόμα, *potio: antiquitus enim ex pomis fiebat potio. Epi.* Crudum maturum & coctum. *Uſus.* Pomorum jucundus non guſtatus ſolum, ſed odoratus etiam & aſpectus.

Pondero, as, avi, atum, are. **wägen, ermeſſen.** *Syn.* Pendo, appendo: expendo. examino, æſtimo. *Uſus.* Cauſæ ratione, non vocibus ponderari debent. Quo animo fecerit, inprimis ponderandum eſt. Judicio certo aliquid ponderare. Fides ex fortuna non eſt ponderanda. Rem non ſuis ponderibus, ſed populari quadam trutina examinare, non convenit judici, cujus eſt, cauſas quaslibet ſuis momentis ponderare. V. *Examino, Expendo.*

Ponderoſus, a, um. **wichtig.** *Uſus.* Ponderoſam aliquam epiſtolam, plenam omnium non modo actionum, ſed etiam opinionum.

Pondo, n. *plur. indeclin.* **Pfund.** *R. a* Pendo. *Syn.* Libra. *Uſus.* Auri pondo centum.

Pondus, eris, n. **Gewicht, Schwere.** *Syn.* Gravitas, momentum. *Epi.* Contrarium, dignum æſtimatione, inæſtimabile, grande, grave, infinitum, innumerabile, magnum auri, majus argenti, permagnum argenti, naturale, par. *Uſus.* 1. In terram omnia feruntur ſuo pondere. Suis rem ponderibus examinare. 2. *Vis, auctoritas, gravitas, momentum,* **Anſehen, Werth, Nachdruck.** Tuæ litteræ maximi ſunt apud me ponderis. Verborum pondera. Singula verba, ſingula pondera.

Pone. **nahe, von hinten.** *Syn.* Poſt. *Uſus.* Ante, pone, ad dextram, ad lævam, ſurſum, deorſum.

Pono, is, poſui, poſitum, ere. **ſetzen, legen, ſtellen.** *R. a* πονέω, *tolero, ſuſtineo. Syn.* Propono. *Uſus.* 1. Rem in medio conſpectu ponere. Ponere alicui quæſtionem. 2. *Depono,* **ablegen.** Tunicam, arma, bellum, inimicitias ponere. 3. *Adhibeo, adjicio.* **anwenden.** In aliqua re multam operæ, curæ; totum animum, curam, diligentiam ponere. 4. *Conſumo,* **verzehren.** Diem, multum temporis in aliquo negotio ponere. Ponere longam orationem in re aliqua. 5. *Figo, ſtatuo, repono, cenſeo, reputo, colloco, judico, puto,* **dafür halten, darauf halten.** Ponere mortem in malis; aliquid in laude, vitio ponere; in beneficii loco, in minimis, in lucro ponere. Multum in alicujus fide, ac prudentia ponere. Beatam vitam multi in voluptate ponunt. In una celeritate poſita ſalus eſt. Salutem patriæ in hoc veſtigio temporis poſitam eſſe arbitror. Ponere beneficium apud ingratum. Se extra culpam ponere. **alle Schuld völlig von ſich ablehnen.** 6 Rem in medio ponere; ponere ante oculos, vor Augen ſtellen. Ponere in loco teſtimonii aliquid; loco ſceleris aliquid ponere. In te poſitum eſt, **es ſteht bey dir.** Ponamus, ſatis in eo fuiſſe orationis & ingenii, geſetzt es ſey ꝛc. Finge, rem ita habere; fac, ita eſſe; puta, ſtatim interrogari te.

Pons, tis, m. **Brücke, Steg.** *Epi.* Auguſtus, aureus. *Phraſ.* 1. *Ex inſula pontem ad urbem fecit, vulg.* **er hat von der Inſel über den Fluß bis zur Stadt eine Brücke geſchlagen.** Inſulam ponte facto conjunxit urbi; pons lapideus flumini impoſitus jungit urbem. Urbs anguſto ponte adjungitur & continetur. 2. *Pontem facere,* **eine Brücke ſchlagen.** Fluvium ponte jungere: ripas committere; pontem ſternere; pontem inducere; pontem conſternere; flumen ponte conſternere; pontem in flumine facere, fluvio pontem imponere; flumina aut foſſæ tranſitum ponte conjungere. 3. *Pontem reſcindere* **die Brücke abtragen, abwerfen.** Pontem a tergo interſcindere, reſcindere, diſſolvere, rumpere, interrumpere, disturbare, intercidere. *Uſus.* Pontem facere, efficere, Pontem reficere, inſtaurare. Pontem demittere, dejicere, **die Brücke herablaſſen.**

Pontifex, icis, m. **oberſter Prieſter.** *Syn.* Antiſtes Sacrorum Religionis; qui ſacris præeſt & publicis ſacerdotiis. *Epi.* Magnus, maximus, peritiſſimus, veteres, minores. *Phraſ.* 1. *Pontifex Romanus,* **römiſcher Pabſt.** Summus Dei in terris Vicarius; Chriſtianæ religionis ſummus Antiſtes, *vel* Interpres; Chriſtianæ reipublicæ Moderator & Rector; ſupremus Chriſtianæ rei Arbiter; ſummus Eccleſiæ Paſtor; Chriſtianæ reipublicæ Caput ac Princeps. 2. *Pontificem creare,* **einen Pabſt erwählen.** Summum alicui Pontificatum de-

Digitized by Google

ferre; summum, augustissimumque sacerdotium ali ui conferre; ad summi Pontificatus fastigium aliquem evehere; vicariam Christi in terris potestatem alicui permittere; Reipublicæ Christianæ gubernacula alicui conferre; ad Pontificii imperii principatum aliquem evocare, aliquem eligere, qui Dei vice in terris fungatur. 3. *Pontifex, nunc est Pius VI.* der Zeit ist römischer Pabst Pius der Sechste. Christianæ reipublicæ clavum tenet; gubernacula moderatur; vicariam Christi in terris potestatem obtinet; Christianæ reipublicæ præest, præsidet; Christianæ reipublicæ principatum tenet; Christi vices, personamque in terris gerit, sustinet; pontificatum gerit Pius VI. *Usus.* Metellus Pontifex diu ei sacerdotio præfuit. Pontificis partes, munia gerere, agere, sustinere.

Pontificalis, e. zum Amte eines obersten Priesters gehörig. *Usus.* Auctoritas, jus Pontificale.

Pontificatus, us, m die oberste Priesterwürde. *Poraf.* Summi Pontificis dignitas; supremi pontificatus honores; Pontificia potestas nullis terrarum finibus circumscripta; sacerdotalis Imperii Majestas; Ecclesiæ universæ, Christianæ reipublicæ Principatus. Vicaria Christi in terris potestas; summum augustissimumque sacerdotium. *Usus.* Statæ cerimoniæ Pontificatu continentur.

Pontificius, a, um. priesterlich, päbstlich. *Syn.* Pontificalis. *Usus.* Jus Pontificium.

Pontus, i, m. das Meer. *Usus.* Pontus Euxinus.

Popina, æ, f. eine Garküche. *Syn.* Ganea, culina. *Epi.* Teterrima, tenebricosa. *Usus.* In lustris, popinis, alea, vino, tempus ætatis omne consumere.

Poples, itis, m. Kniebug. *Syn.* Pars genu posterior.

Populabundus, a, um. * verheerend, verwüstend. *Usus.* Populabundi magis in fines excurrerunt, quam justi belli more.

Popularis, e. gemein, *Syn.* Vulgaris. *Adv.* Maxime, vere, fallaciter, ficte, sapienter, vehementer. *Usus.* 1. Verba popularia; ad popularem modum, sensumque accommodata. 2. *Populi studiosus*, dem Volke zugethan. A gravitate Patrum desciscere, & popularem fieri. Qui ea faciunt, dicuntque, quæ multitudini jucunda, populares dicuntur. Causa plausibilis & popularis. Rumusculos populares aucupari. Auræ popularis captator evasit. 3. *Civis conterraneus vulg.* Landsmann. Socrates non popularis alicujus loci, sed civis mundi. Solon popularis meus.

Popularíter, nach Art des gemeinen Volks. *Usus.* Popularíter vivere, loqui.

Populatio, onis, f. Plünderung, Verheerung. *Usus.* Illa gens populationibus, incursionibusque melior est, quam justa pugna. Late populationem facere. Hostem populatione prohibere.

Populor, aris, atus sum, ari. verwüsten, öde machen, verheeren. *Syn.* Vasto, vastitatem infero. *Poraf.* Hostis late populatus est omnia, der Feind hat alles weit und breit geplündert. Incursiones fecit in agrum Romanum; prædas egit; agrum depopulationibus & incendiis deformavit; populatione fines eos peragravit; cum agris, vicisque urendo, populandoque bella gessit, cum ferro ignique excursiones fecit in agrum Romanum; agrum excursionibus depopulatus est; omnis ira belli ad populationem agri vertit; fœdati agri, terror injectus oppidis; per expeditiones parvas nocturnis incursionibus vastitatem agris intulit; prædas ex villis, vicisque egit ingentes, nulla incolumi relicta re, cui ferro, aut igni noceri posset; vicos expugnavit, inflammavit tecta, hominum, pecudumque prædas egit; vicos per devastationem deuslit; incursavit in fines Rom. populationem fecit; vastati agri, ustique, nec solum modo vastum Romanis relictum, sed vicis quoque illatus ignis est; populabundus in agrum Romæ incidit; cumque ferret passim omnia, atque ageret cædes ac incendia faceret, nihil intactum bello reliquit, infesto exercitu populabundus ivit, multiplicemque prædam cepit; agrum populabundus iniit, neque latius unquam ætas prædæ sunt. V. *Vasto. Usus.* Noctu agros populabatur.

Populus, i, m. das Volk *Syn.* Multitudo, civium multitudo, plebs, vulgus, plebecula urbana. *Epi.* Absens, amicissimus, appetens omnium bonorum, desipiens, diversus, exorabilis, fidelis & illustris, fœderatus, fortis, frequens, gratus, ingratus, invictus, invitus, languens, effrenatus

Digitized by Google

tus, liber, levissimus, orbus, peculiaris, sollicitus, terribilior; virtute, justitia carior, vacuus metuum, vanus, urbanus, universus, omnium gentium dominus atque rector. Populi, procerissimi, boni, firmique, externi, florentes atque integri, immensi, immunes, imperiosi, parati, opulenti, potentes, privati, non solum conscii libidinis, sed etiam injusti. *Usus.* Populus Romanus victor omnium gentium. Populus ex incertissimo sumit animos.

Porcus, i, m. **Schwein, Sau.** *Syn.* Sus. *Epi.* Femina. *Usus.* Villa abundat porco, hædo, agno. Porco anima pro sale data est, ne putresceret.

Porrectio, onis, f. **das Ausstecken.** *Epi.* Facilis. *Usus.* Brachiorum, digitorum porrectio, *vel* contractio.

Porrigo, is, exi, ectum, ere. **ausstrecken, darreichen.** *Syn.* Tendo, incendo, extendo, amoveo.)(*Contraho.* *Adv.* Aliquando. *Usus.* Porrigere suam fidem, dextram supplici jacenti, afflicto. Manus in mensam porrigere. Urbs, in longum porrecta.

Porrigo, onis, f. ***Erbgrind.** *Genus morbi inter pilos.* *Usus.* Impexa porrigine fœdum caput.

Porro, **weiter, ferner, forthin.** *Syn.* Sed, igitur. *Usus.* 1. Vide porro cætera. 2. *Sane*, **fürwahr.** Restant plura, sed exigua porro & minima.

Porta, æ, f. **Thor, Pforte.** *Syn.* Janua. *Epi* Triumphalis. *Phras.* *Portas perfringere*, **die Thüren einsprengen.** Moliri obices portarum; portarum claustra effringere; seras, claustraque refringere; portas exscindere; portis vim afferre. *Usus.* Bibulus pedem porta non extulit. Porta cataracta dejecta clausa erat; eam partim vectibus levant partim funibus subducunt in tantum altitudinis, ut recti subire possent.

Portendo, is, di, tum, ere. **vorbedeuten.** *Syn.* Prænuntio, prædico, præmonstro. *Usus.* Significationes rerum futurarum, quæ tum vigilantibus, tum dormientibus portenduntur. Magnorum periculorum metus ex ostentis portenditur. Quod ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. V. *Omen.*

Portentosus, a, um. **ungeheuer, wunderbar.** *Syn.* Monstrosus, prodigio-

Portentum, i, n. **Wunderzeichen, Wunderding, Ungeheuer.** *Syn.* Monstrum, prodigium. *Epi.* Certissimum, maximum, fatale. *Usus.* Clodius fatale portentum reipublicæ. V. *Prodigium.*

Porticus, us, f. **Schwiebogen, ein bedeckter Gang.** *Syn.* Ambulatio, xystus. *Epi.* Excelsa, inferior, minus onerosa, & multo quidem facilior. *Usus.* Pavimentata porticus, in qua inambulavimus. Porticu ædes cingere.

Portio, onis, f. **Antheil.** *Syn.* Pars. *Usus.* Omnes Asiæ civitates pro portione in provincias descripsit. Frumentum Mamertinis pro portione imperatum.

Portitor, oris, m. **ein Mautner, Zöllner, Fährmann.** *Syn.* Publicanus, exigendis portoriis præfectus. *Usus.* Portitorum quæstus in omnium odium incurrit.

Porto, as, avi, atum, are. **tragen.** R. a Φόρτος, *onus, quod a* Φέρω, *fero.* *Syn.* Fero, comporto, defero, deporto, convoho. *Adv.* Undique furta. *Usus.* Ad Antonium frumentum omne portatur. Omnia mea mecum porto.

Portorium, ii. n. **Zoll, Fährgeld, Fuhrlohn, Schifflohn.** *Syn.* Vectigal, quod in portu exigitur pro mercibus &c. *Epi.* Certum. *Usus.* Portorium imponere; portorii nomine aliquid exigere; portorium dare; portorium locare alteri, *vel* conducere. Omnia Italiæ portotia sublata sunt. V. *Vectigal.*

Portuosus, a, um. **voll Schiffländen, Anfuhrten, Anländen.** *Usus.* Mare minime portuosum.

Portus, us, m. **Haven, Schifflande.** *Syn.* Locus in littore tutus appellendis navibus, portus claustra. *Epi.* Celeberrimus, plenissimus navium, optimus, propior, tranquillus & tutus, clausus, ultimus. Manufacti, munitissimi. *Phras.* *Portum contingere propter ventum non potuimus*, **wir haben den Port wegen des Winds nicht erreichen können.** Portum restante vento tenere non potuimus; rejecti sumus a portu restante vento; portum ventus eripuit; submovit nos a portu ventus; ne portum obtinere, ingredi, subire liceret, ventus effecit; portum restante vento inire, assequi non licuit. venti vis adversi portu nos arcuit, prohibuit, amovit, exclusit; portum

Digitized by Google

ſubire conantes vis adverſa venti repulit, rejecit. *Ufus.* Ex portu prodire, progredi, vom Lande abſtoßen, abſegeln In portum invehi, deferri, venire, ſe recipere; portum capere, portum tenere, in den Hayen einlaufen. Naves in portum cogere, conjicere, compellere, anländen, an das Land fahren. In portu eſſe, in portu navigare, *in tuto eſſe, extra periculum eſſe.* in Sicherheit ſtehen. Fugæ portus erat in tuis caſtris, & ſubſidium ſalutis. Portus ac perfugium, eine ſichere Zuflucht.

Poſco, is, popoſci, ere, fodern, begehren. *Syn.* Peto, flagito, requiro. *Uſus* Non definit a me litteras poſcere. V. *Peto.*

Poſitio, onis, f. Lage, Gegend des Orts. *Ufus.* Urbis poſitio pulcherrima.

Poſſeſſio, onis, f. Beſitzung, Eigenthum. *Syn.* Jus poſſidendi, bona, prædia, fundi. *Epi.* caduca, vacua, certa, ſtabilis, flagitioſa, incerta, infinita, libera & immanis, major, perpetua, privata, propria, pulcherrima, tota, vetus. Poſſeſſiones alienæ, diuturnæ, ineptæ, in caſu poſitæ, innumerabiles, invidioſæ, paternæ atque avitæ, reliquæ, relictæ, ſacroſanctæ, variæ & multæ, venales, proſcriptæ, voluptuariæ, urbanæ, ruſticæ. *Uſus.* Dare poſſeſſionem ſecundum tabulas; in poſſeſſionem ex edicto mittere, einem den Beſitz geben. In poſſeſſionem alienam irruere; in poſſeſſionem quaſi vacuam, & caducam involare; pedem in poſſeſſionem ponere; poſſeſſionem occupare; fremde Güter in Beſitz nehmen Poſſeſſionem habere, tenere. in poſſeſſione aliquid retinere; in poſſeſſione eſſe, conſiſtere, manere, in Beſitz behalten, bleiben. Poſſeſſione aliquem pellere, depellere, deturbare, exturbare, movere, dimovere, dejicere, einen aus dem Beſitze ſetzen vertreiben. Poſſeſſione cedere, decedere, den Beſitz abtreten. Poſſeſſionem recuperare, wiederum in Beſitz bekommen. Poſſeſſionem reſtituere, in ruhigen Beſitz wiederum ſetzen.

Poſſeſſor, oris, m. ein Beſitzer, Inhaber. *Epi.* Acerrimus, turpiſſimus. *Uſus.* Poſſeſſores ſuis ædibus pelluntur. Virtutum poſſeſſores num pauperes nominabimus?

Poſſideo, es, ſedi, ſeſſum, ere beſitzen, inne haben. *Syn.* Teneo. *Adv.* Honeſtus. communiter, longe aliter, precario, proprie, vere, imprudentiſſime, publice, recte. *Uſus.* Plus fidei, quam artis in ſe poſſidet. *Magnam vim*, & religionem poſſidet paternus ſanguis. Forum armatis poſſidet.

Poſſum, potes, potui, poſſe, können, mögen, vermögen. R. *potis ſum. Syn.* Licet, queo, valeo, polleo, poteſtas eſt, poteſtatem habeo, poteſtate valeo, facultas eſt, facultatem habeo, potis ſum, facultas, poteſtas datur; mihi liberum eſt, optio eſt & poteſtas; facultas fert. *Adv.* Amplius nihil, amplius quid commodiſſime, fortaſſe, cumulatiſſime, facillime, melius, multum auctoritate, multum ingenio, nusquam omnino, nihil, parum uſu, perridicule, plane, plane non, nullo modo, plurimum apud aliquem; plurimum in dicendo, multum mari, opibus, pecunia, viribus, pulchre, non cuivis, recte, quam maxime, quoquo modo ſupra nihil, tuto non. *Phraſ.* 1. *Si poſſem, libenter onus hoc ſubirem.* wenn ich könnte, wollte ich gerne dieſe Mühe auf mich nehmen. Si tantam rem efficiendi facultatem haberem; ſi res mihi integra foret, & libera; ſi liceret; ſi copia eſſet, & facultas; ſi facultatem res tempusque concederet; ſi ſoluta mihi eſſent omnia; ſi in manu eſſet; ſi meorum eſſet nervorum, ſi ferendo eſſem, libenter hoc onus ſubirem. 2. *Hoc tibi poſſum promittere,* dieſes kann ich dir verſprechen. Tantum polliceri habeo; affirmare iſtud pro certo habeo mihi nec animum, nec induſtriam defuturam; iſtud, quin promittam, nihil prohibet. 3. *Non potui me ultro defendere,* ich habe nicht länger können Widerſtand thun. Non reperiebam, quemadmodum me defenderem; nihil erat, quo me tuerer; jam me omnis defenſio defecerat; erepta mihi jam erat, & ademta omnis poteſtas me tuendi; nequidquam mihi porro conſulere; rerum mearum jam plane eram impotens; nec fugæ, nec pugnæ ſatis jam potens eram deprehenſus in medio: eo proceſſeram, ut receptum ad tutiora conſilia non haberem; ad ulteriorem defenſionem, loci & virium infirmitas me impediebat; copia jam non erat, nec facultas ultra hoſti obſiſtendi; non jam erat defendendi mei locus; præciſa mihi erat omnis porro defenſio; effugere jam hoſtis manus non poteram. 4. *Ego prodeſſe tua cauſa non multum poſſum,* ich kann dir zu deinem Handel nicht

nicht viel helfen. Minimum tibi in me momentum eſt ad cauſæ tuæ patrocinium; parum in me præſidii eſt ad cauſam tuam defendendam. 5. *Loqui præ lacrimis non potuit*, er hat vor Weinen nicht reden können. Dicenti lacrimæ ſimul ſpiritum, ſimul vocem intercluſere; nec jam natura ferebat, ut cœptum ſermonem pertexeret lacrimis impeditus. 6. *Defendam te, quantum poſſum, vel pro poſſe te defendam, vulg.* ich werde dich nach äußerſtem Vermögen beſchützen. Defendam te pro virili parte; quoad feret facultas, quoad ejus fieri poterit, quoad ejus facere potero; ſi quo pacto potero, ſtrenue tuas partes agam. *Uſus.* Ego uſu parum, nec ingenio ſatis poſſum. Quod fieri poterit, non negligam. Quantum valeo, quantumque poſſum. Non poſſum, quin exclamem. V. *Valeo*, *Poteſtas.*

Poſt, nach, hinter. *Syn.* Poſtea, poſthac, poſt ſd tempus, ſub, ſecundum.)(*Ante*, *a fronte*, *initio*. *primo*. *Phraſ. Paucis poſt illud prælium annis*, wenige Jahre nach jener Schlacht. Paucis annis, quam pugnatum erat; ſecundum atrociſſimum illud prælium; paucis interjectis annis; paucis ab illo prælio annis. *Uſus.* Aliquot poſt menſes, Conſul poſt urbem conditum feliciſſimus. Paucis poſt diebus. Paucos poſt annos.

Poſtea, darnach, hernach, nachgehends *Syn.* Poſt, poſthac, poſterius, præterea, deinceps, tum, inde, ſecundum ea, reliquo tempore. *Uſus.* Cedo, quid poſtea?

Poſteaquam, nachdem. *Syn.* Poſtquam *Uſus.* Poſteaquam ego veni. Poſtea vero, quam ego veni.

Poſteri, orum, m. Nachkömmlinge, Nachkommen. *Syn.* Poſteritas, qui inferioris ſunt ætatis. *Uſus.* Horum poſteri degenerarunt. Ut eſſet ad poſteros miraculi ejus monimentum. Maxima pars ejus gloriæ in poſterorum memoriam promineat.

Poſterior, oris, *g. c.* folgend, nachkommend.)(*ſuperior*. *Uſus.* 1. Poſteriores cogitationes, ut ajunt, ſapientiores eſſe ſolent. Poſterius iſta videamus. 2. *Minus carus*, weniger werth und angenehm. Suam ſalutem utilitati reipublicæ poſteriorem ducere Omnia libertate poſteriora ducere.

Poſteritas, tis, f. Nachwelt, Nachkommenſchaft. *Syn.* Poſteri. *Epi.* Immemor, infinita. *Phraſ.* 1. *Gloria tua ad poſteritatem perveniet*, dein Ruhm wird ſich bis auf deine Nachkömmlinge erſtrecken. Ad ſeros nepotes usque propagabitur; ad eos, qui ex te naſcentur, orientur; ad tuos ſucceſſores; ad eos, qui abs te originem, genus ducent; qui abs te deſcendent, dimanabit; poſteritas tuæ gloriæ particeps erit. 2. *Poſteritas omnis de te loquetur*, es wird die Nachwelt von dir reden. Nulla de te poſteritas conticeſcet; gloriam tuam poſteritas alet; commemoratio nominis tui non cum vitæ tempore dimittetur, ſed cum omni poſteritate adæquabitur. Eris in memoria ſeculorum omnium, nec poſteritas quidem infinita de tuis laudibus obmuteſcet. V. *Fama*, *gloria*. *Uſus.* Optimus quisque poſteritati maxime ſervit.

Poſterus, a, um. nachmalig, folgend. *Syn.* Conſequens.)(*primus*. *Uſus.* Die poſtero. Illud vero poſterum eſt, & conſequens. Ita præſentit in poſterum, ut nihil niſi ſempiternum ſpectare videatur. Longe in poſterum proſpicere, providere.

Poſthabeo, es, ui, itum, ere. nachſetzen, minder achten. *Syn.* Poſtpono, negligo, poſteriorem duco. *Uſus.* Omnibus rebus poſthabitis ſe Philoſophiæ dat totum. Privatum dolorem poſt communem cauſam habere.

Poſthac, hernach, hinfort. *Syn.* Deinde, deinceps.)(*antehac*, *hoc tempore*. *Uſus.* Nihil poſthac mihi tecum erit.

Poſthæc, hernach, hierauf. *Syn.* Deinde.

Poſthumus, i, m. Afterkind, Nachkind; welches nach des Vaters Tode iſt gebohren worden. *Syn.* Natus poſt humatum patrem.

Poſtica, æ, f. Hinterthüre. *Uſus.* Poſtica recedere dicitur, qui furtim abit, aliis inſciis ſe ſubducens

Poſtis, is, m. Thürpfoſte. *Syn.* Januæ tabula, latus portæ. *Uſus.* Poſtem teneri in conſecratione templi oportet, ibi enim poſtis eſt, ubi templi aditus, & valvæ ambulationis.

Poſtliminium, ii, m. Recht der Wiederkehr. *Uſus.* Poſtliminio redire.

Poſtmeridianus, a, um nachmittägig. *Syn.* Pomeridianus.

Poſtmitto, is, miſi, miſſum, ere. hintanſetzen, nicht achten. *Syn.* Poſtpono, omitto. *Uſus.* Quod in hominis agreſtis periculo non poſtmitteret,

Digitized by Google

teret, id in viri doctiſſimi inſidiis diſſimulandum putavit.

Poſtpono, is, poſui, poſitum, ere. **nachſetzen, mindet achten.** *Syn.* Poſthabeo, poſt aliquid habeo, poſterius duco. *Uſus.* Omnia poſtpoſui, dum patri obedirem.

Poſtmodo, & poſtmodum. * **hernach.** *Uſus.* Poſtmodum gaudebis, te iræ moderatum fuiſſe.

Poſtquam, **nachdem, demnach.** *Syn.* Ubi, ſimul, ſimul ac, ſimul ut, ſimul atque. *Uſus.* Poſtquam mihi propoſui.

Poſtremo, **letztlich, zuletzt.** *Syn.* Poſtremum, noviſſime, ad ultimum. *Uſus.* Quærò igitur primum, deinde &c. poſtremo.

Poſtremus, a, um. **der Letzte.** *Syn.* Ultimus, extremus, noviſſimus, qui agmen claudit *vel* cogit.)(*Primus.* *Uſus.* 1. Alia prima ponet, alia poſtrema. 2 *Peſſimus:* **ärgſte.** Hominis poſtremi. Servitus eſt poſtremum malorum omnium.

Poſtridie, **einen Tag hernach.** *Syn.* Poſtero die. *Uſus.* Poſtridie ejus diei; poſtridie Bacchanalium.

Poſtulatio, onis, f. **Begehren, Anfoderung.** *Syn.* Poſtulatum. *Epi.* Æqua & honeſta, brevis, impudens, turpis, valentior, opinione. *Uſus.* Conceſſit ſenatus poſtulationi meæ. Si vobis æqua & juſta poſtulatio videtur.

Poſtulatum, i, n. **Foderung, Begehren.** *Syn.* Poſtulatio. *Epi.* Commune, graviſſimum in aliquem, intolerabile, novum, ridiculum. *Uſus.* Reliquum eſt ut remittantur poſtulata per literas. Poſtulata interponere, edere, ad aliquem deferre, accipere, Poſtulata Geometrarum.

Poſtulatus, us, m. * **Foderung, Begehren.** *Uſus.* Matris poſtulatio.

Poſtulo, as, avi, atum, are. **fodern, begehren.** *Syn.* Peto, poſco, deſidero, requiro.)(*Recuſo. Adv.* Acrius amplius, arroganter, impudenter, nominatim, plane, præclare, vehementius, nimirum, ſtulte. *Uſus.* 1 Omnia a me poſtulas, & expectas. Ut temporis ratio, ut tua fides poſtulavit. Poſtularunt me de fœdere. Poſtulare fidem publicam. 2. *Accuſo*, **anklagen.** Ego Apium eadem lege de majeſtate poſtulavi. V. *Peto*, *Deſidero.*

Potatio, onis, f. **das Trinken, Saufen.** *Syn.* Perpotatio. *Epi.* Modica. *Uſus.* Heſterna potatione oſcitans.

Potator, aris, m. * **Säufer.** *Syn.* Potor. *Phraſ. Potator eſt magnus*, **er iſt ein groſſer Säufer.** Intemperantiſſimis perpotationibus deditus; diem mero frangere, obruere ſe vino, vino ſepeliri ſolitus; temulentiæ nota infamis eſt; vini pernicies, gurges & helluo vini eſt, qui ſe vino intemperantius ingurgitat; patrimonium ſuum, facultates ſuas potationibus intemperantiſſimis lacerat; potationibus inſanum in modum indulget; natus ad pocula exſiccanda; qui, ſi vino incaluerit, poſcere majoribus poculis, & Græco more bibere ſolet; largiore vino uti ſolitus; non modo invitare ſe plusculum, ſed in multum ſemper vini procedere conſuevit V. *Bibo*, *Ebrius.*

Potens, tis, g. *o.* **vermögend, mächtig.** *Syn.* Qui in magna potentia eſt, qui magnas vires, magnas opes habet; ſumma poteſtate præditus, magnis copiis & opibus affluens; firmus opibus, armis opibusque præpotens. *Uſus.* Ampla & potens civitas. Is potens, ac florens per medium ſorum volitabat. V. *Magnus*, *Poteſtas*, *Poſſum.*

Potentia, æ, f. **Macht, Gewalt.** *Syn.* Opes, vis, poteſtas, nervi, vires. *Epi.* Aliena, gratioſa, intolerabilis, invidioſa, inutilis, levis, inops, magna, nimia, nova, perniciosa, ſenatoria, ſingularis, ſumma, periculoſiſſima. *Uſus.* Potentia eſt ad ſua conſervanda, & alterius obtinenda, idonearum rerum facultas. Magnam potentiam conſequi. Intolerabilis eſt ejus potentia. V. *Poteſtas.*

Poteſtas, atis, f. **Macht, Gewalt, Kraft.** *Syn.* Facultas, copia, optio, ditio, imperium, magiſtratus, jus, jurisdictio, vis poteſtatis, munus. *Epi.* Incredibilis, infinita, integra, juſta, legitima, libera, magna, nimia, par, patria, peſtifera prætoria, privata, regalis, regia, ſempiterna, ſumma, tenuis, tota, tribunitia, ampliſſima, extraordinaria. *Phraſ.* 1. *Virtutis maxima eſt poteſtas*, **die Tugend hat eine überaus groſſe Gewalt.** Omnia ſunt in poteſtate, ac ditione virtutis. Plane rerum omnium domina virtus eſt. Virtus late dominatur. Virtus una regnat ubique locorum; ſummum jus, ſummum imperium habet in res omnes; vim habet infinitam; omnes ſuperat difficultates; duriſſima quæque perrumpit; nullos formidat impetus, nul-

los

Digitized by Google

sos fortunæ casus extimescit; omnia jure, ac potestate complectitur; præest cunctis rebus humanis; imperium habet in omnia; virtuti cuncta parent, cedunt; virtuti subjecta sunt humana omnia. Quid est, quod assequi virtus non possit? 2. *Cæsar habuit summam potestatem*, Cäsar hat die höchste Gewalt und Macht gehabt. Cæsaris infinita erat Romæ potestas, nec ullis legibus circumscripta; Cæsar sub jus suum, ac potestatem terrarum orbem subjunxit; omnia suis armis obtinebat; orbem terrarum in sua potestate, ac ditione tenuit; fortuna summam rerum ad Cæsarem detulit; penes Cæsarem potestas & dominatus erat rerum omnium; omnia in unius Cæsaris potestate vertebantur; Cæsar unus omnium maxime opibus, armis, potentia valebat. 3. *Hoc in tua potestate est*, das steht in deiner Macht. Per te stat, quo minus &c. In tua voluntate id totum vertitur; tua in manu est; integrum tibi est; ejus rei arbitrium penes te est. Est hoc in tua potestate situm; ejus rei penes te potestas est; in tua potestate positum est; potestas ejus rei tota tua est. 4. *Potestatem alicujus restringere*, Jemandes Gewalt und Macht einschränken. Habenas adducere; in ordinem cogere; alicujus potestatem arctioribus cancellis concludere, circumscribere, constringere. 5. *Potestatem ampliare*, einem eine größere Gewalt zulassen. Habenas remittere, ampliorem potestatem facere, dare, concedere, permittere, deferre. 6. *Est sub potestate mea*, er steht unter meiner Bothmäßigkeit. In mea illum potestate habeo, teneo, contineo; in mea potestate ac ditione hominem teneo; meo imperio obnoxius est, ac subjectus. *Usus.* Magistratum potestatem obsidere; redigere aliquem in suam potestatem ac ditionem; sub alterius se potestatem subjicere. Iram in potestate habere, den Zorn zu mäßigen wissen. Judices cum sui potestatem non facerent. sich nicht sehen lassen: niemanden vor sich lassen. Se in potestate senatus futurum dixit, er versprach sich dem Rathe zu unterwerfen. De potestate exire, unsinnig werden. Pro potestate aliquid imperare. Loquendi potestatem facere. Liberum spiritum ducendi nullam habeo potestatem. E sua potestate dimittere aliquem. Est mihi ejus rei amplissima potestas, ich habe alle Gewalt, Potestatem nocendi adimere; præcidere, eripere; potestate nocendi exuere, privare, alle Gewalt zu schaden benehmen. V. *Possum.*

Potio, onis, f. Trank. *Syn.* Potus. *Epi.* Dulcicula, medica, prima, modica, contentissima. *Usus.* Medicus prima potione mulierem sustulit.

Potior, oris, *g. o.* besser, lieber, angesehner. *Syn.* Antiquior, carior, melior, prior. *Phras. Cives potiores esse debent peregrinis*, die Bürger gehen den Fremdlingen vor. Civium in urbe partes sunt præcipuæ; cives anteferendi sunt exteris; potior habenda est ratio civium, quam advenarum. Primum officium civibus, alterum exteris ac peregrinis debetur. *Usus.* Mors mihi servitute semper erit potior. Nihil mihi mea fama potius. V. *Præfero.*

Potior, iris, itus sum, iri. erlangen, bemächtigen. *Syn.* Impetro, teneo, possideo, fruor.)(*Careo. Ad.* Abunde rebus. *Usus.* Rerum, civitatis, regni potiri. Pace potimur. V. *Fruor, habeo, possideo.*

Potissimum, hauptsächlich, vornehmlich. *Syn.* Maxime, quam maxime, præcipue. *Usus.* Quærenti mihi, quid ad te potissimum scriberem.

Potius, eher. *Syn.* Citius, prius, magis. *Usus.* Magnus homo, vel potius summus.

Poto, as, avi, atum, are. trinken. R. *a* πότος *Syn.* Bibo, perpoto. V. *Bibo, Potator.*

Potor, oris, m. Trinker, Säufer. *Usus.* Aquæ potores. V. *Potator.*

Potus, us, m. Trank. *Syn.* Potio, *Epi.* Immoderatus. *Usus.* Immoderato potu, pastuque obstupefactus animus.

Præ, vor, gegen, vorher. *Syn.* Propter. *Usus.* 1. Non possum præ lacrimis scribere. 2. *Comparando*, da man einen Vergleich machet. Hominem præ se neminem putat. Præ nobis felix & beatus.

Præbeo, es, ui, itum, ere. darreichen, erzeigen. *Syn.* Impertio, do, præsto, exhibeo, *Adv.* Libenter se credulum, minutatim, perexigue, publice victum, vicissim se auditorem præbere. *Usus.* Lenissimum se, duriorem alicui, æquum se judicem præbere. Os suum ad contumeliam præbere.

Præbitor, oris, m. Verweser, Diener. *Usus.* Macedones non te regem, sed mini-

Digitized by Google

miniſtrum ſuum, & præbitorem putant.

Præcaveo, es, avi, cautum, ere. verhüten, Vorſehung thun. *Syn.* Declino, vito. *Adv.* Diligentiſſime peccata, difficillime. *Uſus* Peccata diligentiſſime præcavere. V. *Caveo.*

Præcedo, is, ceſſi, ere vorhergehen, übertreffen. *Syn.* Præco, præcurro, prægredior, antecedo. *Uſus.* Agmen præcedere, aliquem auctoritate. V. *Præco*, *Antecedo*, *Excello.*

Præcellens, tis, *p. o.* vortrefflich. *Syn.* Excellens, præſtans. *Uſus.* Vir animo, virtute, rebus omnibus præcellentiſſimus. V. *Egregius.*

Præcentio, onis, f. das Anſtimmen *Syn.* Cantus, qui aliquid præcedit. *Epi.* Firma animi, ſimilis, propria, diverſa, tribunitia.

Præceps, cipitis, *g. o.* ſchnell, unbedachtſam. *Syn.* Inconſideratus, periculoſus. *Adv.* Jam pridem ad pœnam. *Phraſ* 1. *Locus præceps*, ein gäher Ort. Rupes abſciſſa undique & abrupta; collis aſcenſu, aditu minime molli, ac clementi. 2. *Homo præceps*, ein unbeſonnener, gäher Menſch. Vitio ingenii vehemens, & impotens; in omnibus conſiliis præceps & devius, ferox, rapidusque in conſiliis, ac lingua immodicus; impepotens iræ, animi; amentia cæcus & præceps; qui nullo conſilio fertur; qui auferri ſe ſinit impotentis animi vitio. V. *Inconſideratus. Uſus.* Dignus, qui præceps ex urbe exturbetur, in præcipitem ſe locum, ac lubricum committere. Hominem conſcientiæ ſuæ præcipitem agunt. V. *Inquietus.*

Præceptio, onis, f. Lehre, Lehrſatz. *Syn.* Præceptorum explicatio, doctrina *Uſus.* Propria ea eſt Stoicorum præceptio.

Præceptor, oris, m. Lehrmeiſter. *Syn.* Doctor, magiſter. *Epi* Fortis. *Uſus.* Præceptorem aliquem habere; præceptore uti aliquo. Scribendi præceptores, atque dicendi.

Præceptum, i, n. Lehre, Geboth. *Syn.* Monita, admonitio, inſtitutum, juſſum, vla, ratio, præceptio. *Epi.* Acutum, breve, commune. diſſimile, extremum, majus, neceſſarium, vetus. Præcepta certa, contraria, communia, firma, ſtabilia, conjuncta naturæ, hiſtorica, magna, mortifera, ſalutaria, multa, oratoria, peracuta, pervulgata, plurima, præclara, propria, reliqua, ſumma, ſuperiora, vetera. *Uſus.* Præcepta, de re militari alicui dare, tradere: præceptis aliquem erudire. Hoc præceptum diligenter noſcendum, diſcendum, tenendum, ſervandum. His præceptis te obtemperare oportebit.

Præcerpo, is, pſi, ptum, ere. vorne abreißen, vor einem andern nehmen. *Syn.* Præcipio. *Uſus.* Non præcerpo fructus officii tui.

Præcertatio, onis, f. Vorſpiel zum Streite.

Præcido, is, cidi, ciſum, ere. abhauen. *Syn.* Incido, ſeco, amputo, præcludo. *Adv.* Plane aliquid, plane ſine ulla exceptione. *Uſus.* Amicitiam magis ſenſim diſſuere decet, quam repente præcidere. Spem alicui omnem; ſibi ipſi licentiam, libertatemque præcidere. Sermonem præcidere, & abſcindere; Præcide ſemel, & ſtatue, quid velis.

Præcingo, is, xi, ctum, ere. umgürten. *Syn.* Cingo.

Præcino, is, cinui, centum, ere. vorſingen. *Syn.* Prænuntio, prædico, antecapio. *Uſus.* Ea re magnum aliquid Dii præmonſtrant, & præcinunt.

Præcipio, is, cepi, ceptum, ere. vorher nehmen, empfinden, *Syn.* Prænoſco, præſentio. *Adv.* Accuratius, amiciſſime, bene, commodiſſime, deinceps, leviter, pro auctoritate ſua, male, recte, ſapienter, communiter, præclare multa, ſeparatim. *Uſus* 1. Cognitione præcipere, quæ futura ſunt, ſich voraus etwas bilden, was geſchehen wird. Spem victoriæ tentato paullatim certamine præcipere. Præcipere gratiam publici beneficii. Gaudia animis præcipere. Pecuniam præcipere, *id eſt*, prius capere. 2. *Mando*, befehlen. Item ille hortatur & præcipit. V. *Jubeo*, *mando*, *impero.*

Præcipito, as, avi, atum, are. herabſtürzen. *Syn* Præcipitem ago, dejicio, exturbo, deturbo; *item*: ruo, deſcendo.)(*Sustineo*, *jaceo. Phraſ.* 1. *E ponte ſe in fluvium præcipitavit*, er hat ſich von der Brücke in das Waſſer geſtürzet. Præcipiti ſaltu ſe in profluentem immiſit; præcipitem ſe jactavit e ponte, e ponte in præceps ſe dedit; præcipitem ſe dedit. 2. *E manibus præcipitatus eſt*, er iſt von der Ringmauer hinab geſtürzet worden. Ex præcipiti mœnium loco devolutus eſt; detruſus in proclive; de muro deturbatus, devolutus; in præceps datus eſt; e muro præ-

Digitized by Google

præceps actus est; in præceps delatus est. *Usus.* Hoc quidem præcipitare est, non descendere. Sol, hiems præcipitat. Præcipitantem rempubl. sustinere, retinere. Jacentem non erigere, inofficiosum est; præcipitantem impellere, inhumanum. Ubi Nilus in mare præcipitat.

Præcipue, vornehmlich, insonderheit. *Syn.* Potissimum, maxime.)(*Communiter. Usus.* Omnes Brutum præcipue observant.

Præcipuus, a, um. sonderbar, ausnehmend. *Syn.* Peculiaris, proprius.)(*Commune, item.* Primarius, singularis. *Phras* 1. *Præcipuus in aula est*, er ist der Vornehmste bey Hof Princeps est nobilitatis, aulicæ juventutis; flos est aulicæ juventutis, nobilitatis; primas artes habet apud Regem. Secundus a Rege est 2. *Præcipuus erat inter Latinos*, er war unter den Lateinern der Vornehmste. Longe tum princeps erat Latini nominis. Qui jam dudum venerat in dignationem principum, tum etiam inter omnes in omni genere laudis eminebat. Primus longe Latinæ juventutis habitus erat. Principem locum inter Latini nominis populos tenebat; Latinos omnes auctoritate ac potentia anteiit. 3. *Præcipuum illud est inter omnia*, das Vornehmste aus allen ist jenes. Caput est, illud in maximis rehus, & maxime necessariis, velim, habes. Illud primum, ac summum est; labor in hoc præcipue vester sit; nihil prius, quam de illo agendum; id caput, & arx est totius controversiæ: opera vobis princeps, ac prope omnis in hoc collocanda erit; antiquissimum illud est habendum V. *Excellens. Usus.* 1. Quod mihi præter cæteros præcipuum fuit, nunc cum cæteris est commune. 2. *Insignis*, sonderbar. Præcipuo quodam dolore angi; amore in eum fertur singulari, ac studio præcipuo.

Præcise, kürzlich, ohne Ausnahm. *Syn.* Breviter.)(*Plene, perfecte Usus.* Præcise alicui negare aliquid ac fine exceptione ulla præcidere.

Præcisio, onis, f. Abschnitt. *Figura Rhetorica.*

Præclare herrlich, vortrefflich *Syn.* Recte, probe, optime. *Usus.* Præclare cum iis agitur, si habeam vel simulacrum virtutis. Præclare aliquid dicere, facere.

Præclarus, a, um. herrlich, vortrefflich. *Syn.* Eximius, egregius, commemorandus, rarus, præcipuus, insignis.)(*Vulgaris. Phras. Vir, præclarissimus*, ein sehr vortrefflicher Mann. Omnis ætatis, omnis memoriæ clarissimus. Insignis ad laudem vir; omnibus rebus ornatus; in quo summa probitas, summa virtus, summa doctrina; genere, honore, copiis, existimatione facile princeps; Reipublicæ columen, ac fidus; seculi sui decus egregium; vir exempli rectissimi domi, militiæque; longe ante alios eminens; sanctus, innocens, ac divina quadam virtute præditus; vir cumprimis honestus, summo honore & pudore, & summo officio spectatissimus Ordinis sui. V. *Egregius. Usus.* Multi in Philosophia præclari, ac nobiles. Egregia & præclara indoles. V. *Præcipuus, excello.*

Præcludo, is, si, sum, ere. verschliessen. *Syn.* Claudo, intercludo; præcido.)(*Aperio. Adv.* In perpetuum sibi curiam, curiæ aditus præclusit. *Phras. Spem veniæ sua sibi pertinacia præclusit*, er hat sich selbst alle Hoffnung zur Verzeihung durch seine Halsstarrigkeit benommen. Miserationem omnem sua pertinacia exemit; de spe veniæ sua illum pertinacia depulit; spem omnem veniæ sua sibi pertinacia præcidit, incidit ipse; ut spes veniæ extenuaretur indies; ut evanesceret; ut spes jam reliqua esset nulla, sua ipse pertinacia effecit. *Usus.* Omnem sibi spem defensionis, omnem exitum ipse præclusisti. Animus mihi præcluditur ad exponendam rei indignitatem. V. *Tollo.*

Præco, onis, m. Ausruffer, Herold, Verkündiger. *Syn.* Prædicator, buccinator, qui præconium facit. *Epi.* Humanus, publicus, verecundus. *Usus.* Alexander egregium laudum suarum præconem invenit Curtium. Præconis voci bona alicujus subjicere Per præconem sibi audientiam facere.

Præcognosco, is, novi, gnitum, ere. zuvor erkennen. *Syn.* Præsentio.

Præconium, ii, n. das öffentliche Ausruffen. *Syn.* Præconis actio. *Epi.* Acerbum, æternum suorum laborum, domesticum, miserum *Usus.* 1. Præconium facere, alicui deferre. 2. *Laudatio*, Lob. Non præconium mihi solum tributum, sed grave etiam

Digitized by Google

etiam clari hominis testimonium impertitum.

Præcordia, orum, n. Häutlein um das Herz *Syn.* Pectus, intestina; animus. *Usus.* 1. Iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit. Annulus in præcordiis piscis inventus est. 2. *Animus*, Gemüth. Cum jam in præcordiis conceptam mortem contineret.

Præcox, ocis. g. o. frühzeitig. *Syn.* Præmaturus.

Præcurro, is, cucurri, cursum, ere. vorlaufen *Syn.* Anteeo, supero, excello. *Usus.* Appetitus rationem præcurrere, ac prævertere non debet. Lingua præcurrit mentem. Socratis ætatem præcurrit. Aliquem ætate, virtute, moribus præcurrere. V. *Excello.*

Præcursio, onis, f. das Vorlaufen. *Syn.* Antecessio, prægressio. *Usus.* Non fieri assensiones sine præcursione visorum.

Præcursor, oris, m. Vorläufer. *Syn.* Prodromus, emissarius, excursor.

Præda, æ, f. Raub, Beute. *Syn.* Rapina, spolium, manubiæ. *Epi* Certissima, communis, frumentaria, ingens, immanis, integra, magna, mediocris, opima, optima, præclara, parta, popularis, præsens, prætoria, tanta, universa. Prædæ judiciales, novæ. *Phras. Prædas maximas fecere milites nostri*, unsere Soldaten haben sehr große Beute gemacht. Prædas egere ingentes ex agris; omni clade belli pervastarunt agrum, & diripuerunt; quidquid ferri, agique potuit, id totum prædæ fuit militibus nostris; præda ingenti potiri, locupletati sunt ex hostium agro; præda tantum fuit, ut prædantium tot manus iis spoliis vix sufficerent; auri, argentique pondus ingens diripuere milites nostri; prædæ captum est plus, quam credi possit. V. *Populor*, *Diripio.* *Usus.* Prædas facere, agere, agitare, Beute machen. Prædæ fuere hostium castra Prædam captam inter se dividere, condonare. Militem a præda cohibere, repellere. Prædæ pars major ira corrupta. V. *Prædor.*

Prædamno, as, avi, atum, are. * voraus verdammen. *Usus.* Prædamnata spe dimicant.

Prædator, oris, m. Räuber, Freybeuter. *Syn.* Prædo, direptor

Prædatorius, a, um. räuberisch. *Usus.* Navis prædatoria.

Prædator, oris, m. der die Sachen liegender Güter wohl versteht. *Syn.* Juris prædatorii peritus.

Prædatorius, a, um. die Sachen angehend. *Syn.* Quod ad prædia, possessionesque pertinet. *Usus.* Jus prædatorium.

Prædicabilis, e rühmlich, preißwürdig. *Syn.* Prædicandus. *Usus* In misera vita nihil est prædicabile, aut gloriandum.

Prædicatio, onis, f. das Rühmen, öffentliches Ausruffen. *Syn.* Celebratio, commemoratio, laudatio. *Epi.* Acerba & luctuosa, grata, non grata potius, quam arrogans beneficiorum, veteres, furibundæ. *Usus.* Grata hæc beneficiorum prædicatio. Prædicatio de laude alicujus. Philosophorum est, prædicationem fugere. V. *Laus.*

Prædicator, oris, m. Lober, Rühmer. *Syn.* Laudator, præco, buccinator. *Usus.* Te ipso prædicatore & teste, & auctore facti.

Prædico, as, avi, atum, are. preißen, rühmen, ausruffen. *Syn.* Celebro, commemoro, glorior, canto, decanto. *Adv.* Falso de aliquo, honorifice, gloriosius, graviter, ornate, optime *Phras. Ille ex hoc facto mire ubique prædicabatur*, er ist dieser That halber aller Orten sehr angerühmet worden. Ille ex eo facto magnam gloriam apud omnes gentes consecutus est; ejus facti memoria in omnium ore, sermoneque versata est; res ea fama celebratissima erat; ejus facti prædicatione aures omnium tum personabant. V. *Laudo*, *facto.* *Usus.* Mihi licet ista de me cum vera gloria prædicare. Multa de aliquo graviter & honorifice prædicare. Omnes de se prædicari volunt.

Prædico, is, xi, ctum, ere. weissagen, wahrsagen *Syn.* Antedico, cano, præcino, prænuntio, denuntio, præsignifico, præmonstro; oraculum edo; moneo, testificor. *Adv.* Multo ante defectiones solis & lunæ, non obscure, temere, divine. *Usus.* Prædicare futura. Prædicere solis defectionem. V. *Divino*, *Vates.*

Prædictio, onis, f. Weissagung, Wahrsagung. *Syn.* Prædictum, divinatio, vaticinatio, præsensio, significatio. *Epi.* Divina. *Usus.* Prædictiones, & præsensiones rerum futurarum debent habere fidem.

Digitized by Google

Prædictum, i, n. **Weiſſagung.** *Syn.* *Prædictio.* *Epi.* Divinum, natalitium. *Uſus.* Aliqui Chaldæorum, Aſtrologorum prædicta defendunt.

Prædiolum, i, n. **kleines Landgut.** *Uſus.* Prædiola noſtra belle ædificata ſunt.

Prædiſco, is, didici, ere. **zuvor lernen.** *Uſus.* Prædiſcere & meditari dicenda.

Præditus, a, um. **begabt.** *Syn.* Ornatus, decoratus, inſtructus. *Adv.* Maxime virtute. *Uſus.* 1. *In laude.* Adoleſcens optimis artibus, ſumma ſpe ingenii, auctoritate, virtute præditus. 2. *In vitiis.* Homo ſingulari audacia, amentia &c. præditus.

Prædium, ii, n. **Gut, Landgut.** *Epi.* Deterius, par, parvum, præclarum, propinquum. Prædia aliena, colenda, continentia fundo, dotalia, immunia, libera, mediocria, nobiliſſima, paterna, plurima & pulcherrima, pretioſa, propria, propinqua, pulchra, fructuoſa, ruſtica, urbana, vacua. *Uſus.* Prædia colere.

Prædo, onis, m. **Räuber, Placker.** *Syn.* Prædator; Pirata, graſſator. *Epi.* Amantiſſimus, barbarus, immanis, communis, felix, frumentarius, improbiſſimus, maritimus, nefarius, domeſtici, multi. *Uſus.* Omnium templorum, tectorum, totius urbis prædo.

Prædor, aris, atus ſum, ari. **rauben.** *Syn.* Prædam facio, prædas ago, rapto vivo, diripio, vaſto, infeſto regionem, regionem damnis afficio. *Adv.* Aperte, palamque, improbe, imprudentiſſime, varie. *Uſus.* Spes rapiendi & in omnibus rebus prædandi illorum animos excæcat. V. *Præda.*

Præeo, is, ivi, ire. **vorangehen** *Syn.* Anteeo. *Uſus* Huc natura præeunte ducimur. Præire ſacramenti verba, **den Eidſchwur vorſagen, vorleſen,**

Præfari, fatus ſum **vorſagen.** *Uſus.* Veteres omnibus rebus agendis, *quod bonum fauſtumque eſſet*, præfabantur. Honorem præfari, *cum quid turpicule eſt dicendum.*

Præfatio, onis, f. **Vorrede.** *Syn.* Exordium.

Præfectura, æ, f. **Vogtey, Pflege.** *Uſus.* Dare, deferre præfecturam alicui, petere præfecturam. V. *Magiſtratus.*

Præfectus, i, m. **Vorgeſetzter, Befehlshaber.** *Syn.* Præpoſitus negotio alicui; rei alicui præfectus. *Phraſ. Claſſis Præfectus eſt creatus*, **er iſt zum Admirale über die Schiffflotte gemacht worden.** Rei maritimæ Prætor renuntiatus eſt; cum imperio claſſi eſt præpoſitus; rei maritimæ præfectad. ra illi demandata, illum delata eſt; claſſi præfectus eſt, claſſi præeſſe juſſus eſt; oræ maritimæ ſummum imperium illi datum eſt; imperium claſſis obtinet. *Uſus.* Claſſis, urbis Præfectus. Præfectus moribus.

Præfero, fers, tuli, latum, ferre, **vortragen.** *Syn.* Antefero; præ me fero. *Adv.* Aperte ſenſus. *Uſus.* Cui non ad libidinem facem prætuliſti? Præferre ſalutem reipubl. omnibus commodis ſuis. Eum ſenſum præferf. V. *Antepono, potior, excello, præpono.*

Præferratus, a, um. **vorne mit Eiſen beſchlagen.** *Syn.* Ferro præfixus.

Præficio, is, feci, fectum, ere. **vorſetzen.** *Syn.* Præpono. *Adv.* Nominatim rei maximæ. *Uſus.* Huic procurationi certum magiſtratum præfecerat Aliquem curatorem, cuſtodem exercitui, negotio, regioni præficere. V. *Præfectus, præſum.*

Præfido, is, di, ſum, ere. **zu viel trauen.** *Syn.* Confido. *Uſus.* Homines fecundis rebus elatos, ſibique præfidentes, legum habenis comprimere. V. *Audax.*

Præfigo, is, xi, xum, ere. ***vorſtecken.** *Uſus.* Lineas itineri præfigere. Jacula ferro præfixa.

Præfinio, is, ivi, itum, ire. **vorſchreiben, vorbeſtimmen.** *Syn.* Præſtituo, præſcribo. *Adv.* Reſtricte. *Uſus.* Præfinire diem alicui. Cætera ego non tam ſtricte tibi præfinio.

Præfracte, **ſehr hartnäckig.** *Syn.* Pertinaciter, pugnaciſſime.

Præfractus, a, um. **hartnäckig, unbiegſam, rauh.** *Syn.* Pertinax, pugnax, ferreus. *Uſus.* Thucydides præfractior, nec ſatis rotundus. V. *Pertinax, Obſtinatus.*

Præfulcio, is, fulſi, fultum, ire. **vorher unterſtützen.** *Syn.* Præmunio, ſuſtento. V. *Fulcio.*

Præfulgeo, is, fulſi, ere. **vorleuchten, vor andern glänzen.** *Syn.* Præter modum fulgeo.

Prægeſtio, is, ivi, ire. **inbrünſtig verlangen.** *Syn.* Valde cupio, geſtio. *Uſus.* Prægeſtit animus videre quamprimum.

Prægnans, tis, g. o. **ſchwanger.** *Syn.* Gravida ſum, ventrem fero, plena, gravidata ſum. *Uſus.* Cum illum prægnans mater alvo contineret.

Digitized by Google

Prægravo, as, avi, atum, are. überladen. *Usus.* Multitudine urbem prægravante.

Prægredior, eris, greſſus ſum, gredi. vorgehen. *Syn.* Præeo, antecedo.

Prægreſſio, onis, f. Vorgang. *Syn.* Præcurſio.

Prægustator, oris, m. ein Kredenzer, der vorher koſtet. *Syn.* Qui cibos Principis praegustat *Usus* Ilodius praegustator libidinum tuarum.

Praegusto, as, avi atum, are vorher koſten. *Usus.* Cibos praegustare.

Praejudicatus, a, um. vorher geurtheilet. *Usus.* Res ſemel, iterumque praejudicata. Tantum opinio praejudicata poteſt, ut etiam ſine ratione valeat auctoritas. Pro praejudicato aliquid ferre, für eine ausgemachte Sache halten.

Praejudicium, ii, n. Vorurtheil. *Syn.* Exemplum judicii facti in ſimili cauſa, judicii conceptum ſpecimen. *Epi.* Proximum, grave in aliquem ordinem. *Usus.* Cur non ejus damnatione aliquid ad hoc judicium praejudicii comparaſti. Duobus jugulatus praejudiciis. Eos tot praejudiciis conſoſſos, praedamnatosque venire ad populi judicium?

Praejudico, as, avi, atum, are. vor der Zeit richten. *Syn.* Praejudicium facio. *Adv.* Arroganter, ſemel atque iterum. *Syn.* Quod ſenatus nondum cenſuit, id arroganter non praejudico, neque revoco ad arbitrium meum.

Praelabor, eris, lapſus ſum, labi, vorher fallen.

Praefigo, as, avi, atum, are. vorne anbinden.

Praelior, aris, atus ſum, ari. eine Schlacht thun. *Syn.* Praelio dimico, pugno, certo; praelium facio, committo, cieo; acie certo; dimicationem facio; manus conſero; ad certamen deſcendo; praelium ineo. *Adv.* Acriter, vehementer. V. *Certo, pugna, praelium.*

Praelium, ii, n. Schlacht. *Syn.* Pugna, dimicatio, certamen. *Epi.* Calamitoſum, difficile, magnum, fatale, firmiſſimum, maximum, rectum, ſecundum. Praelia acerrima, multa, plurima, praeclara. *Phraſ. Praelium committere*, eine Schlacht halten. Totis copiis cum hoſte contendere; inſtructa acie confligere; arma conferre; acie, *vel* armis contendere; manus conſerere; ſigna, manus, pedem conferre; armis concurrere; armis, ferro, acie decernere; praelium conferere; praelium facere; praelio decertare, contendere confligere V. *Pugna, certamen, pugno. Usus.* Praelium in certum diem pronuntiare, den Tag zur Schlacht benennen. Praelio hoſtem laceſſere; ad praelium elicere hoſtem, praelium ciere, den Feind zur Schlacht heraus locken Praelium inire, incipere, conferre; praelium inferre; in praelium ruere, die Schlacht anfangen. Praelium facere, edere, committere, pugnare, contendere, confligere, decertare praelio, Schlacht thun. Praelium conficere; praelio defungi, die Schlacht endigen. Praelium ſuſtinere, die Schlacht aushalten. Praelium dirimere, die Schlacht unterbrechen. Praelium intermittere; praelio abſtinere, ſuperſedere, die Schlacht vermeiden Praelio excedere, aus der Schlacht gehen. Klabi e praelio, aus der Schlacht entrinnen. Praelium renovare, redintegare, reſtituere, & rem proclinatam adjuvare, die Schlacht wieder auf das neue anheben, und dem verlierenden Theile aufhelfen.

Praeloquor, eris, locutus ſum, loqui. eine Vorrede thun.

Praeluceo, es, luxi, ere. vorleuchten. *Syn.* Lucem *vel* lumen praefero. *Adv* Inpoſterum *Usus.* Majoribus meis virtute praeluxi.

Praeludium, ii, n. Vorſpiel. *Syn.* Praecentio.

Praemando, as, avi, atum, are vorher befehlen.

Praematurus, a, um. frühzeitig. *Syn.* Praeroperus, immaturus, intempeſtivus

Praemeditatio onis, f. vorhergehende Betrachtung. *Syn.* Meditatio; praeviſio. *Epi.* Diuturna. V. *Meditatio.*

Praemeditor, aris, atus ſum, ari. vorher bedenken. *Syn.* Meditor, cogito, domo affero, paro, praeparo. *Adv.* Optime, jam. *Usus.* Ex qua forma me fingere poſſim & praemeditari, quo animo accedam ad urbem. Sapientis eſt, quidquid homini accidere poſſit, praemeditari. V. *Meditor.*

Praemefero, tefers, tefert, teferre. vorgeben, den Schein haben. *Syn.* Profiteor, confiteor, indico, vultu promptum habeo & lingua. *Usus.* Sapientiæ ſpeciem; probitatem quandam praeferre. Id me conſecutum non profiteor, ſecutum eſſe praemefero. V. *Species.*

Praemitto, is, miſi, miſſum, ere, vorausſchicken. *Usus.* Praemittere in locum aliquem.

Prae-

Digitized by Google

Praemium, ii, n. Belohnung, Vergeltung. *Syn.* Merces, fructus, beneficium.)(*Poena, supplicium Epi.* Alienum, amplissimum, eximium sceleris, invidiosum, satis magnum, mercenarium, meritum, novum, par, pervulgatum, erectum, summum. Praemia humana, juncta & casta virtutis & officii, moderata, infinita, permagna, tanta. *Phras. Bene merentibus praemia danda sunt.* man muß den Wohlverdienten ihre Belohnung geben. Oportet, ut bene de quoquam meriti laborum suorum praemia ferant, capiant; ut praemiis donentur; extare omnibus debent laborum suorum praemia; praemio afficiendi, honestandi sunt, qui laborem alterius gratia sustinuerunt; bene merentibus pretium, praemiumque debetur; susceptus alterius causa labor praemio decorandus est; praemia tribuenda, deferenda, persolvenda sunt recte de alio merentibus. *Recte agentibus magna praemia constituta sunt*, denen, die recht thun, ist eine große Belohnung bestimmet. Summa recte agentes manent praemia; fructum certum, uberrimum, praestantissimumque ferent, capient, percipient, qui vitam cum virtute agunt; vitae laudabiliter actae praemium est earum rerum copia, quas qui possidet, optime cum illo agi existimatur. Praemiorum spe magna, admodumque firma niti possunt ii, quorum vita cum virtute traducitur. Egregia praemia pro certo expectare; sine dubio sibi polliceri; plane sperare licet iis, qui virtutem colunt, qui vitam vivunt, ducunt, peragunt cum virtute. Mercedem actionum suarum, virtutis suae, suae probitatis, officii sui, optimorum consiliorum, atque factorum exspectare certissimam possunt, qui virtutem in vita non vulgari studio colunt, quibus in vita virtus erat in pretio. Praeclaram, honestamque vitam magna praemia manent, consequuntur. V. *Remuneror, Merces. Usus.* Duabus rebus continetur Respublica praemio, & poena. Praemiis invitare virtutem. Militibus praemia solvere, persolvere. Legibus & virtuti proposita sunt praemia, & peccatis supplicia. Nullum ego a vobis praemium virtutis, nullum insigne honoris, nullum monumentum laudis postulo, praeterquam hujus diei memoriam sempiternam.

Praemoneo, es, ui, itum, ere. vorher warnen. *Usus* Me magnopere, ut caverem, praemonebat.

Praemonstrator, oris m. Vorzeiger, Anleiter. *Usus.* Hic adjutor meus, & monitor, & praemonstrator.

Praemonstro, as, avi, atum are. vorher weisen. *Syn.* Praenuntio, monstro.

Praemorior, eris, mortuus sum, mori. eher sterben. Ante tempus morior.

Praemunio, is, ivi, itum, ire. vorher befestigen. *Syn.* Praefulcio, praeparo.

Praemunitio, onis, f. vorher gemachte Versicherung. *Syn.* Praeparatio. *Usus.* Sine praemunitione acerbe in aliquem invehi.

Praenomen, inis, n. Vornamen. *Epi.* Vetus. *Usus.* Aliquis, cui praenomen fit Decio.

Praenosco, is, novi, notum, ere. vorher wissen.

Praenotio, onis, f. vorher gefaßte Meynung. *Syn.* Prima notio, ante capta animo rei informatio. *Usus.* Hanc habemus seu anticipationem, seu praenotionem Deorum.

Praenuntio as avi atum, are. vorher verkündigen. *Syn.* Praemonstro, praedico. V. *Nuntio.*

Praenuntius a, um Vorboth. *Usus.* Stellae magnarum calamitatum praenuntiae.

Praeoccupo, as, avi, atum, are. vorher einnehmen. *Syn.* Occupo, anteoccupo, anteverto, anticipo. *Usus.* Quas partes mihi sumpseram, praeoccupasti.

Praeopto, as, avi, atum, are. lieber wünschen. *Usus.* Mortem in certamine, quam vinci, praeoptantes

Praeparatio, onis, f. Vorbereitung, Anstalt. *Syn.* Praevisio, praemeditatio. *Epi.* Diligens. *Usus.* In omnibus negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda est praeparatio diligens. Provisio animi, & praeparatio multum prodest ad minuendum dolorem.

Praeparo, as, avi, atum, are. vorbereiten. *Syn.* Praeparationem adhibeo, praemunio, paro, comparo. *Adv.* Diligenter. *Usus.* Ad vitam agendam praeparare res necessarias. Praeparato animo, auribus praeparatis, ad concionem accedere. Litteris ante excoli animos & ad concipiendam sapientiam imbui, ac praeparari decet. V. *Paro, parotus.*

Praepedio, is, ivi, itum, ire. verhindern. *Syn.* Impedio, irretio. *Usus.* Morbo praepeditus. V. *Impedio.*

Praepes, petis, g. o. schnell. *Syn.* Celer, citus. *Usus.* Avis praepes. V. *Celer.*

Prae-

Digitized by Google

Præpondero, as, avi, atum, are. überwägen, den Vorzug haben. *Syn.* Ponderis plus habeo. *Usus.* Qui omnia metiuntur utilitate, neque eam honestate præponderari volunt.

Præpono, is, posui, positum, ere. vorsetzen. *Syn.* Antepono, præfero, antefero; antiquior, potior mihi est. *Adv.* Recte, longe. *Phras. Latina lingua omnibus aliis est præponenda*, die lateinische Sprache ist allen andern vorzuziehen. Latina Lingua principem inter alias locum tenet, primas tenet; principatum tenet, obtinet; in tanta linguarum varietate princeps est; primas fert; principatum fert. Latinæ linguæ principatus dandus, deferendus, tribuendus est; nemo tam iniquus causæ judex est, quin primas Latinæ linguæ deferat, det, concedat. Prima in tot linguis habenda est Latina; cum Latinâ nulla aliarum linguarum venire in contentionem potest. Latina lingua una inter omnes eminet, longo intervallo reliquas post se relinquit. V. *Potior. Usus.* Præponere amicitiam patriæ. 2. *Præficio*, für eine Obrigkeit setzen. Aliquem legioni præponere.

Præpositio, onis, f. Fürsatz, Fürwort. *Pars Orationis.*

Præpositus, um. vorgesetzt. *Syn.* Præfectus. *Epi.* Turpissimus. *Usus.* Negotio, navibus præpositus.

Præpostere, verkehrt, das hinderste zu vorderst. *Syn.* Perverse, perperam.)(*Ordine. Usus.* Præpostere tecum agam mox ad ordinem me referam.

Præposterus, a, um. verkehrt, das hinterste zu vorderst. *Syn.* Perversus. *Usus.* Ut erat semper perversus, & præposterus. Præposteris consiliis utimur.

Præpotens, tis, g. *o.* hochmögend. *Syn.* Valde potens. *Usus.* Clarus vir, ac præpotens. Præpotentium virorum amicitiæ infidæ. V. *Potens.*

Præproperus, a, um. übereilt. *Syn.* Prænaturus, nimis celer. *Usus.* Præpropera festinatio. V. *Præceps.*

Præripio, is, ui, reptum, ere. vorgreifen. *Syn.* Præcerpo, occupo, anteoccupo, præoccupo. *Usus.* Cui desponsam jam, & destinatam laudem præripere iniquum est. Non præcerpam fructum consilii tui, nec præripiam victoriam. V. *Eripio, præcerpo, præoccupo.*

Prærogativa, æ, f. Vorzug, Vorrecht. *Syn.* Dictum aut factum liberaliter ab eo, qui nobis benefacturus est, ante præstitum beneficium: *Specimen*, & præjudicium benevolentiæ. *Usus.* Suæ voluntatis prærogativam dare.

Prærogativus, a, um. das einen Vorzug hat. *Usus.* Centuria prærogativa, quæ prima fert suffragium. Omen prærogativum.

Prærogatus, a, um. zuerst gefragt. *Syn.* Primum rogatus.

Præruptus, a, um. jäh, steil. *Usus.* Prærupti montes, saxa.

Præs, prædis, m. Bürge. E. *ex* Præsum. *Festo ex* Præsto. *Syn.* Sponsor, qui pro altero se obligat, in causa præsertim pecuniaria. *Epi.* Bonus. *Usus.* Prædem dare, accipere; prædem pro aliquo esse. Prædibus & prædiis cavere.

Præsagio, is, ivi, ire. weissagen, vorher bemerken, ahnen. *Syn.* Præsentio. *Phras. Dudum id futurum præsagiebam*, ich habe es längst vorhergesagt. Divina quadam præsagitione id præsenseram; nescio qua permotus animi divinatione futurum prævidebam; animus meus, maximus ad hoc tempus vates, id mihi præsagiebat; præsagientis animi divinatione, id ita eventurum prævideram. *Prævideo, divino, conjicio. Usus.* Præsagiebat mihi animus.

Præsagitio, onis, f. Weissagung, das Ahnen. *Epi.* Divina. *Usus.* Inest in animis præsagitio extrinsecus injecta, & inclusa divinitus.

Præsagus, a, um. * vorher merkend, empfindend. *Usus.* Mens malorum, futuri præsaga.

Præscio, is, ivi, itum, ire. vorher wissen. *Syn.* Ante scio. *Usus.* Nonne hoc præsciisse oportuit. V. *Præsagio.*

Præscius, a, um. * vorherwissend. *Syn.* Præsagiente animo. *Usus.* Vates futuri præscius.

Præscribo, is, psi, ptum, ere. vorschreiben. *Syn.* Definio, præfinio, præstituo, voce præeo. *Adv.* Commode, diligenter, ante, nominatim alicui. *Phras. Nihil tibi præscribo*, ich schreibe dir nichts vor. Leges tibi nullas impono; agendarum rerum modum tibi non præscribo; tuo arbitratu ages, nihil tibi certum præfinio; nihil præstituo, quid te agere velim; non ad meum præscriptum, sed tuum arbitrium vives; nihil imperabo, ages, ut voles. *Usus.* Natura homini præscripsit. ita majorum mores, legesque, ratio ac doctrina præscribunt. Jura civibus præscribere. V. *Jubeo.*

Præ-

Digitized by Google

Præscriptio, onis, f. Vorschrift, Maßgebung *Syn.* Præscriptum. *Usus.* Hæc norma, hæc regula, hæc præscriptio est naturæ. Præscriptio vitæ, moderatioque tenenda Intemperantia a præscriptione rationis aversa.

Præscriptum, i, n. Vorschrift gemessener Befehl. *Syn.* Præscriptio, formula, norma, regula, certa quædam, & definita lex. *Epi.* Commune, certum. *Usus* Ex communi praescripto civitatis rem administrare. Plura homines affectu judicant, quam veritate, aut praescripto & Juris norma.

Praesens, tis, g. o. gegenwärtig. *Syn.* Testis, arbiter; instans)(*absens.* *Adv.* Inposterum. *Phras.* 1. *Ipse praesens fuit*, er ist selbst gegenwärtig gewesen. Adfuit ipse, interfuit, praesto fuit; praesentem habuimus; illic in re praesenti fuit; coram fuit, adfuit. 2. *Ea, quae praesentia sunt, non curamus*, wir achten jenes nicht, was uns wirklich gegenwärtig ist. Quod ante oculos est; quod ante pedes est; quod in manibus est; quod prae manibus habemus; quod in oculis nostris haeret; quod sub oculis habemus; quod in oculis est omnium; quod in oculis habemus; quae instant in praesentia; quod praesens tanquam in manus datur; quae in oculis sita sunt; quae ad manum sunt, ad ea animum advertit nemo; ea, quae nostra tot per annos vidit [illegible], ne nunc quidem attentos nos habent. 3. *Me praesente haec facta sunt*, in meiner Gegenwart ist dieses geschehen. Praesente me & inspectante; sub oculis meis; ante oculos, ante pedes meos; me teste ac arbitro; in meo multorumque civium conspectu; cum ab oculis meis abfuisset nunquam; cum in oculis esset omnium nostrum; cum in ore omnium versaretur, haec ab eo gesta sunt. 4. *Praesentem videre cupio*, ich will ihn persönlich sehen. Praesentem habere, cum praesente agere cupio; mentem ejus, sensus, os intueri libet; in aspectum adducatur, profe ratur, velim; in conspectum veniat, os suum ferreum ac importunum ostendat nobis; audaciam suam in oculis nostris, mentibusque defigat; in conspectum se nostrum det, committat velim. V. *Conspectus.* 5. *Prae dolore vix mihi praesens sum*, ich bin vor Schmerzen kaum bey mir selbst. Dolor me ipsum mihi adimit; vix mentis compos sum; dolor animi sensus prope omnes obstupefa it; vix animus mihi constat, mens pene excidit dolore alienata. 6. *Importuni homines ubique nobis praesentes sunt*, diese unruhigen Köpfe sind uns immer über den Hals. Homines sordidi ac levissimi in capite, ac cervicibus nostris; in oculis atque si liceat, in faucibus hærent; consiliis omnibus, *vel* in consilia interfunt; imminent rebus nostris omnibus, ac consiliis. *Usus.* 1. Ipse interfuit & præsens vidit. Si facultas mihi tui præsentis esset. Hæc ad te in præsens, in præsenti scribenda habui. 2. *Magnus, alacer*, munter, herzhaft. Animus alacer, & præsens. Præsentes ad nocendum vires habere. Praesente Deo ac propitio. 3. In rem præsentem venire, *nempe in locum* vel *fundum de quo lis est*, den Augenschein einnehmen. Placuit de amicorum sententia constituere, quo die in rem præsentem veniretur. V. *Coram.*

Præsensio, onis, f. das Vorhermerken, Ahnen. *Syn.* Præsagitio. *Epi.* Artificiosa, divina non fortuita, innumerabilis. *Usus.* Præsensiones, & prædictiones rerum futurarum.

Præsentia, æ, f Gegenwart. *Syn.* Conspectus, aspectus *Usus.* 1. Alicujus præsentiam & aspectum vitare. Præsentiæ tuæ desiderium meo labore minuam. 2. *Vis, virtus*, Herzhaftigkeit. Præsentia animi & fortitudo.

Præsentio, is, sensi, sensum, ire. vorher merken. *Syn.* Præsagio, prænosco, præcognosco *Phras.* *Praesentio rei eventum*, ich merke es schon voraus, was geschehen wird. Rei eventum cogitatione præcipio; omen aliquod futurorum insidet animo; præcipio animo rei exitum, ac provideo; quanquam divinandi disciplinam haud teneam; exploratum mihi tamen est, pro explorato habeo, quid futurum sit V. *Praesagio.* *Usus.* Furore divino incitatus animus futura præsentit. V. *Praevideo.*

Præsepe, is, n. Stall, Krippe.

Præsepio, is, sepsi, septum, ire. verzäunen. *Usus.* Maximis defixis trabibus aditus omnes præsepit.

Præsertim, sonderlich, insonderheit. *Syn.* Cumprimis, maxime, præcipue. *Usus.* Admiror, & te præsertim.

Præses, idis, m. Oberhaupt, Statthalter, Vorsteher. *Syn.* Custos, vindex, antistes. *Usus.* Custos, præses, propugnator libertatis.

Digitized by Google

Præſideo, ēs, ſedi, ere. vorſtehen, verwalten. *Syn.* Cuſtos, præſes ſum, præſum, in cuſtodia urbis, provinciæ, tanquam in ſpecula collocatus ſum; ad gubernacula ſedeo. *Uſus* Dii huic loco, temploque præſident.

Præſidium, ii, n. Beſatzung in der Feſtung: Schutz, Zuflucht. *Syn.* Statio; manus militum; auxilium, perfugium. *Epi.* Bonum, certiſſimum, tutiſſimum, civile, commune, extraordinarium, firmum, fortiſſimum, graviſſimum, honeſtum, improviſum, inſperatum & repentinum, leve, maximum, neceſſarium & voluntarium, nocturnum, populare, publicum, ſtativum, ſummum, tenue, terreſtre. Præſidia aliena, contraria, firmiſſima, gratiora alicui, multa ac firma, neceſſaria, parva, publica, regia, ſalutaria, tanta, urbana, utiliora alicui. *Uſus* 1. Armati in præſidiis collocentur. 2. *Cuſtodia, numerus militum, comitatus armatorum,* Beglettung, Menge, Soldaten. Magna & firma præſidia parare, comparare; præſidia ponere, diſponere, collocare. Præſidium urbi imponere; militem in præſidium mittere, in præſidiis collocare; urbem præſidiis obſidere, intercludere, inter luſam tenere. Præſidiis firmare; regionem ſepire, munire, confirmare. Præſidia dimittere, prædiis nudare provinciam. De provincia decedere, abire; præſidium relinquere. 3. *Auxilium, ſpes, ſecuritas, perfugium,* Hülfe, Zuflucht. Alicui laboranti præſidium afferre; ferre; præſidio eſſe. Ego amicorum, virtutis bellicæ præſidio teſtus, hoſtem repreſſi. Is magnum ſibi præſidium & adjumentum ad beate videndum comparat, qui &c.

Præſignifico, as, avi, atum, are. vorher anzeigen. *Syn.* Prænuntio, cano, præcino, præmonſtro, portendo.

Præſtabilis, e. vortrefflich. *Uſus.* Nihil virtute homini præſtabilius, nihil pulchrius.

Præſtans, tis, *g. o.* trefflich, ausbündig. *Syn.* Excellens, præſtabilis, egregius, eximius, præclarus. *Uſus.* Vir ingenio, virtute præſtans. In Poëtica præſtans. V. *Egregius, præclarus, optimus.*

Præſtantia, æ, f. Vortrefflichkeit, Werth. *Syn* Excellentia *Epi.* Cœleſtis & divina, excellens, major & divinior; minima, ſingularis. *Uſus.* Dii omnium rerum præſtantia excellentes. Præſtantiam aliquam doctrinæ & virtutis conſequi.

Præſtat, es iſt beſſer *Syn* Melius eſt. *Uſus.* Emori præſtat, quam ſervire. V. *Expedit.*

Præſtigiæ, arum, f. Zauberey, Blendwerk, Gaukeley *Syn* Incantamenta. *Uſus.* Doli, machinæ, præſtigiæ, fallaciæ, captiones, verborum præſtigiæ. V. *Decipio.*

Præſtigiator, oris, m. ein Tauſendkünſtler, Zauberer, Gaukler, Taſchenſpieler.

Præſtino, as avi, atum are. * kaufen. *Uſus.* Piſces in macello præſtinate.

Præſtituo, is, ui, utum, ere. beſtimmen, vorordnen, anberaumen. *Syn.* Præfinio, præſcribo, dico. *Uſus.* Tempus alicui præſtituere.

Præſto, as, ſtiti, ſtitum, are. übertreffen. *Syn.* Excello, antecello, ſupero, præcurro. *Adv.* Longe, multumque. longe inter æquales ſuos, longe lepore, humanitate multum, gloria ceteris hominibus, nimirum omnibus ingenio, fortuna, plurimum æqualibus virtute. *Uſus.* 1. Longe inter æquales humanitate præſtat. Contemplatio rerum longe omnibus ſtudiis præſtat. Multum ingenio, plurimum virtute præſtat æqualibus. V. *Excello.* 2. *Exequor, perficio, præbeo, exhibeo, facio, ſervo.* erweiſen, erzeigen, leiſten. Fidem, officium, benevolentiam, memorem animum alicui præſtare. Promiſſa præſtare, & perſolvere. Præſtare ſuum munus. Gratum ſe, ſapientem, gravem præſtare. 3. *Fidejubeo, vulg.* für etwas gut ſtehen, Bürge ſeyn. Vitium vendinæ rei, ſi ſcit venditor, præſtare debet. Communes illos caſus præſtare nemo poteſt. Quis præſtare poterit, nullos fore prædones. Culpam ejus rei præſtare quis velit? Horum dicta omnia, ac facta nobis præſtanda ſunt, wir müſſen für alles Gewährſchaft leiſten.

Præſto, gegenwärtig, vorhanden. *Syn.* Paratus, in promptu. *Uſus.* De mea autem voluntate ſic judices, me opera & conſilio, ſtudio quidem certe, rei, famæ, ſaluti tuæ præſto fuiſſe rum. Amicis ad præſidium præſto eſſe.

Præſtolor, aris, atus ſum. ari. warten. *Syn.* Exſpecto *Uſus.* Ego tibi, ſpei illi, & exſpectationi diu præſtolabor. V. *Exſpecto.*

Præſtringo, is, ſtrinxi, ſtrictum, ere. feſt zuſammen binden. *Syn.* Hebeto, fallo. *Uſus.* Horum utrumque præſtringere aciem mentis ſolet.

Præſtruo, is, xi, ctum, ere. vorher bauen. *Uſus* Sibi fidem præſtruxit, luminibus aliorum præſtruere.

Digitized by Google

Præſulto, as, avi, atum, are. * vortanzen. *Uſus.* Ferox hoſtium ſignis præſultans Gallus.

Præſultor, oris, m. Vortänzer. *Syn.* Princeps Saliorum.

Præſum, es, fui, eſſe. vorſtehen. *Syn.* Præſideo, præpoſitus, præfectus ſum. *Adv.* Crudeliſſime conſiliis, omnino reipublicæ ædificandæ navi, negotio, ſacris. *Uſus.* Quæſtioni, negotio, provinciæ, præeſſe. V. *Præſideo*, *Adminiſtro*, *Magiſtratus.*

Præſumptio, onis, f. Vorſtellung, das Vorbiegen. *Uſus.* Præſumptio, quam Græci Prolepſin vocant. *Pro* Arrogantia, Uebermuth. *vulg eſt.*

Prætendo, is, di, tum *vel* ſum, ere. vorſpannen, vorwenden. *Syn.* Prætexo. *Uſus.* Hominis integerrimi ſpeciem turpiſſimis ſuis moribus prætendere. V. *Contendo.*

Prætento, as, avi, atum, are. vorher verſuchen. *Uſus.* Tota cauſa prætentata, & perfecta.

Præter, außer, ausgenommen. *Syn.* Supra, extra. *Phraſ. Præter minas etiam vim intulere*, nebſt den Drohungen haben ſie auch Gewalt gebraucht. Præterquam quod minarentur, etiam violenti erant; ſupra minas etiam facta addidere. Super quam quod minas primo jactarunt, etiam manus attulere; ſuper cæteras minas etiam vis acceſſit. V. *Excipio Uſus* 1. Hoc nemini præter me videtur. Id videris præter ætatem facere. Id præter modum, præter ſpem accidit. 2. *Supra*, über. Quid me res præter cæteras impulit. 3. *Ante*, vor. Præter domini oculos hæc omnia ferebant ſervi.

Præterea, über dieſes, noch dazu. *Syn.* Tum etiam, ad hoc, inſuper. *Phraſ. Præterea addendum*, man muß auch dieſes hinzuſetzen. Accedit etiam, quod &c. huc accedit quod &c. quin & illud accedit, quod &c. Adde eodem & illud: adde ad hoc; adde, quod &c. illud inſuper adde. Nam quid ego de illo dicam? quid? quod etiam; quid multa? aliud quid etiam? quid eſt præterea? quid aliud? nihil niſi illud? quod reliquum eſt; videte jam porro cætera; cæterum, deinceps & illud dicendum; quid jam de illo? exinde & illud non tacendum. Quid eſt præterea? nihil ſane, niſi illud. De reliquo. Accedit ad cumulum. Jam vero nec illud omittendum. *Uſus.* Addebant præterea, rempublicam ſalvam fore.

Prætereo, is, ivi, itum, ire. übergehen. *Syn.* Omitto, miſſum facio prætermitto, reticeo. *Adv.* Conſulto multa, omnino neminem, tacite, temere, turpiter, pene auctoritatem. *Phraſ. Vide, ut nihil prætereas*, laß nichts aus. Ne quid tranſiliat oratio tua; nequid in præteritis relinquatur; nequid nos fugiat, aut prætervolet; nequid prætermittas; vide, nequid præterfluat, præterlabatur. *Uſus.* 1. Ut reliqua tua ſcelera prætream, & miſſa faciam, illud præterire non poſſum. 2. *Vegligo.* Populus ſæpe dignos præterire ſolet. 3. *Fugit*, nicht wiſſen. Non me fugit, non præterit, quam ſit difficile. V. *Prætermitto.*

Prætorequito, as, avi, atum, are. vorbeyreiten. *Syn.* Equo prætervehor, equo prætervolo, equo præterlatus ſum.

Præteritus, a, um. vergangen. *Syn.* Transactus, ante actus. *Phraſ. Juvat præteritorum meminiſſe*, wir wollen uns des vorigen noch erinnern. Juvat hic, quoad longiſſime mens poteſt reſpicere, ſpatium præteriti temporis repetere; veteris illa & jam pene oblitteratæ commeminiſſe placet; juvat hic ſuperioris ætatis memoriam: vetuſtatis imaginem & reliquias repetere. *Uſus.* Præterita mutare non poſſumus. Præteritorum memoria, providentia futurorum.

Præterfluo, is, fluxi, xum, ere. vorbey fließen. *Syn.* Præterlabor, elabor, prætergredior. *Uſus*, Animus præſentem voluptatem percipit, venientem proſpicit, nec præteritam præterfluere ſinit.

Prætergredior, eris, greſſus ſum, gredi, vorüber gehen. *Syn.* Præterlabor.

Præterlabor, eris, lapſus ſum, labi, vorbey laufen. *Syn.* Præterfluo, prætervolo.

Prætermiſſio, onis, f. Vorbeylaſſung. *Uſus.* Formæ, in quas genus dividitur ſine ullius prætermiſſione.

Prætermitto, is, miſi, miſſum, ere. unterlaſſen. *Syn.* Prætereo, relinquo, omitto, negligo. *Adv.* Neceſſario, omnino. *Phraſ. Ut iſta prætermittam*, von dieſen zu geſchweigen. Ut ſilentio id prætream; ut miſſum faciam; ut ſilentio involvam; ut ſilentio premam illud; ut verbum de hoc non faciam; ut ſilentio partem hanc totam prætervehar; ut ſilentio percurram cætera; ut de re tota, taceam, fileam; ut nem omnem tacitam relinquam; ut de hoc nihil.

V. *Præterco Usus.* Nihil prætermisi. Quantum eniti potui, nullum hominis amantissimi officium prætermisi. Diem nullum, quin de te cogitarem. prætermisi. V. *Omitto.*

Præterquam, ausgenommen. *Syn.* Præter, extra, extraquam. *Usus.* Hæc, præterquam tibi, omnibus fuere jucunda. Videris id mihi facere, præterquam res tua postulat. Campanos omnes liberos esse jussit, extra quam *seu* præterquam, qui hostes essent. Extra unam mulierem, præterque ejus prolem, nulli, præterquam tibi hostis pepercit. Præterquam, quod fieri non potuit, ne fingi quidem valebat.

Prætervectio, onis, f. **das Vorbeyfahren.** *Syn.* Vectio.

Præterveho, is, xi, ctum, ere **vorüberführen.** *Usus.* Sirenes morabantur eos, qui prætervehebantur. Insulam totam est prætervectus. Non est prætervecta aures vestras oratio, sed animis totis insedit.

Prætervolo, as, avi, atum, are. **vorbeyfliegen.** *Syn.* Prætereo, præterfluo. *Usus.* Prætervolat oratio. Id me fugit & prætervolavit. Non prætervolabo ista, sed dilatabo.

Prætexo, is, xui, xtum, ere. **vorspannen, vorwenden.** *Syn.* Prætendo, *Phras. Voletudinis causam inertiæ prætexit*, er wendet vor, er sey krank, da er doch nur zu faul ist. Per causam curandæ valetudinis inertiæ suæ patrocinatur; valetudinem obtendit, prætendit, causatur, sed inertiam esse, nemo non intelligit; per simulationem, speciem, causam valetudinis curandæ, inertiæ se dat; causam interponit, interserit, valetudinem tentari; obtentu, simulatione, specie, nomine valetudinis inertiæ suæ servit. *Usus.* 1. Nemo exercitum petit, nisi triumphi cupiditatem prætexat. 2. Omnia quæ fiunt, natura lenioribus principiis prætexuit. V. *Causor, excuso.*

Prætexta, æ, f. **ein Rock mit Purpur unten verbrämt, Ehrenkleid** *Syn.* Toga prætexta. *Usus.* Pueri togam sumentes prætextam abjiciunt.

Prætextatus, a, um. **der einen solchen Rock trägt.** *Syn.* Adolescens, qui nondum virilem togam sumpsit. *Epi.* Grandis, magnus. *Usus.* Scin, te prætextatum deroxisse? Prætextatus pupillus.

Prætor, oris, m. **Feldherr, Schultheiß, Landpfleger.** *R. q.* Prætor a præeundo. *Syn.* Qui cum imperio prætorio est. *Epi.* Æquus & sapiens, cupidus bonæ existimationis, gravissimus, improbus, infestus alicui, integerrimus, honestissimus, fortissimus, laboriosus ac diligens, mediocris, mercenarius, nequissimus, inertissimus, palæstricus, proximus, pulcher ac beatus, sapiens, severus, turpissimus, improbissimus, urbanus. Prætores amicissimi, innocentes, justissimi, jurati. *Usus.* Prætores jus dicunt, exercent judicia, causas cognoscunt. Postulare aliquem apud Prætorem.

Prætorianus, a, um. **das dem Prätor eigen ist, oder zugehört.** *Usus.* Comitia prætoriana.

Prætorium, ii, n. **Haus des Landpflegers, Richthaus, Hauptquartier.** *Syn.* Domus prætoria. *Epi.* Certum.

Prætorius, a, um. **richterlich.** *Usus.* Cohors, Provincia, classis prætoria.

Prætura, æ, f. **Landpflege, Schultheißenamt.** *Syn.* Prætoris munus, dignitas. *Epi.* Acerba multis indigna, misera, innocentissima, diligentissimaque.

Prævaricatio, onis, f **das Tragen auf beyden Achseln; untreue Handleistung bey Gericht.** *Usus.* Prævaricatio est accusatoris corruptela ab reo. V. *Fulsus.*

Prævaricator, oris, m. **ein untreuer Ankläger, Achselträger.** *Syn.* Accusator pecunia corruptus, *item.*: Reus, corrumpens pecunia judicium. *Usus.* 1. Prævaricatoris nomen significat eum, qui in contrariis causis quasi varie positus. Prævaricator causæ publicæ. 2. *Corruptor.* **Verführer.** Piso prævaricator Catilinæ.

Prævaricor, aris, atus sum, ari. **vor Gericht untreu handeln.** *Syn.* Colludo. *Adv.* Turpissime. *Usus.* Non defendere, sed prævaricari accusatione videbatur.

Præveho, is, xi, ctum, ere. **vorüberführen.** *Usus.* Equites per obliqua campi prævecti fugientibus se obtulere.

Prævenio, is, veni, ventum, ire **vorkommen.** *Syn.* Præverto, antevertor, præripio. *Phras. Malum prævenire oportet*, man muß dem Uebel vorkommen. Occurrendum malo est; malum *vel* malo prævertere convenit; præoccupanda est vis mali; occupanda malorum remedia; præmollendum est aliquid, quo malum avertatur; præcipere consilio, prudentiaque debemus, quæ ertinde ma-

Digitized by Google

le

lo opportuna erunt. *Usus.* Reciſſet, *ni* caſus aliquis, aut occupatio conſilium prævenisſet.

Præverto, is, ti, verſum, ere. vorkommen, vorbiegen. *Syn.* Anteverto, prævenio. *Usus.* Fuga ſupplicium prævertere. Pietatem omnibus rebus præverti decet. V. *Prævenio.*

Prævideo, es, di, ſum, ere. zuvor ſehen. *Syn.* Proſpicio; animo proſpicio, cogitatione præcipio, præſentio, præſaveo. *Adv.* Multo ante, maxime. *Phraſ.* 1. *Dudum hoc prævideram*, ich hatte es längſtens vorgeſehen. Conjectura, mente, cogitatione proſpexeram; res tota mihi prævisa, & præcauta fuerat; dudum iſta præſenſeram; dudum cogitatione præceperam; animus mihi divinatione quadam iſta ſuggeſſerat; horum præmeditatione malorum dudum adverſus dolorem me præmuniveram; odorabar ego iſta dudum, & mente augurabar. V. *Præſagio. Usus.* Qui ſemper animo excubat, multa prævideat, neceſſe eſt.

Prævius, a, um, vorhergehend. *Usus.* ſtella aurorae prævia.

Prævolo, as, avi, atum, are. vorfliegen. *Usus.* Grues in tergo prævolantium colla reponunt.

Præuro, is, uſſi, uſtum, ere. * vorne an brennen *Usus.* Haſtæ, ſudes præuſtæ.

Pragmaticus, a, um. des Handels erfahren, in Staatsſachen geübt. *Syn.* Vir in agendis rebus verſatus, expertus. *Usus.* Pragmatici homines cavere jubent. Tu ſiquid pragmaticum habes, ſcribe. V. *Actuoſus.*

Prandeo, es, di, pranſum, ere. zu Mittag eſſen. *Usus.* Caninio Conſule neminem ajunt prandiſſe. V. *Corno.*

Prandium, ii, n. das Mittageſſen. R. *a* πρὸ, *ante*, & ἔνδιον, *meridianum, vel ex Dor.* πρὰν προπρωΐ, *mane* & ἔδω, *edo. Usus.* Aliquem ad prandium vocare, invitare, einladen. Alicui ad prandium condicere, die Einladung zum Mittagmahle annehmen. Prandium parare, præbere, dare, apparare, anteponere, aufſetzen. Prandio aliquem accipere lauto & magnifico, zu Gaſt haben.

Pranſor, oris, m. * der zu Mittag ißt. *Usus.* Prandium anteponere pranſoribus.

Pratum, i, n. eine Matte, Wieſe. R. *a Dor.* πρᾶτος, *viridis. Usus.* Pratorum viriditas. Prata herbis conveſtita.

Prave, unſeraden, unrichtig, böß. *Usus.* Ille vero, prave, male, nequiter.

Pravitas, atis, f. Krümme, Bosheit. *Syn.* Vitium, deformitas, perverſitas. *Epi.* Tanta, perinſignis. *Usus.* Ne mala conſuetudine ad aliquam deformitatem, pravitatemque veniamus. Alieni oris pravitatem, & diſtortionem imitari. Quæ te tanta pravitas mentis tenet? quo pravitatis errore imbutus es? quis hominem de hac pravitate deducet? V. *Malitia, pravus.*

Pravus, a, um. unſeich, verkehrt, arg, böß. *Syn.* Perverſus, diſtortus.)(*Rectus. Usus.* Siqua in membris prava, debilitata, imminuta ſunt. Recti, pravique partes. Ut inter rectum ac pravum; ſic inter verum & falſum intereſt. V. *Malus, nequam.*

Precario, Bittweiſe. *Syn.* Prece, *vel* precibus. *Usus.* Precatio aliquid poſſidere.

Precarius, a, um. was man erbittet. *Usus.* Petere ſalutem precariam ab aliquo. Facere quæſtum precarium.

Precatio, onis, f. Bitte. *Epi.* Externa, ſimilis, ſolennis, ſumma. *Usus.* Illa ſolennis comitiorum precatio. Simili precatione Agamemnon uſus eſt. Precationem peragere. V. *Preces, precor.*

Precator, oris, m. * Fürſprecher, Fürbitter. *Usus.* Ne tibi precatorem, aut aram paraveris.

Precis *vel* Preces, cum, f. Gebeth. *Syn.* Precatio, obſecratio, obteſtatio, rogatus, rogatio. *Epi.* Diuturnæ, faciles, fraternæ, juſtæ, longæ, miſeræ atque luctuoſæ, quotidianæ, ſceleratæ. *Usus.* Nec prece, nec gratia. Sceleratæ preces, & nefaria vota. Precibus agere cum populo. Precibus aliquid petere. Preces audire; precibus cedere. Preces ſuperbe repudiare.

Precor, aris, atus ſum, ari. bitten, wünſchen. *Syn.* Precibus peto, preces adhibeo, peto, imploro, deprecor, ſupplico, quæſo; precibus veneror, imploro. *Adv.* Male alicui. *Phraſ.* 1. *Deum precamur, ut reipublicæ in hac perturbatione temporum ſit propitius.* laſſet uns Gott bitten, daß er uns bey ſo verwirrten Zeiten beyſtehe. Vota pro communi ſalute nuncupemus; vota faciamus ad Deum; ad vota nos vertamus, ſupplicatum eamus, pacemque Superum expoſcamus; precibus a Deo petamus; obſecrationes in templis faciamus, manus ad cœlum tollentes precemur; ſtrati ante aras veniam iratum cœleſtium

leſtium finemque malorum expoſcamus; ad preces, obteſtationesque convertamur, ſupplicationibus, votisque Deum fatigemus; ut exitium ab urbis tectis, ac moenibus avertat. V. *Oro.* 2. *Non ſuſtra Deum precatus eſt*, er hat nicht umſonſt Gott angeflehet. Non incaſſum miſſæ ad Deum preces; non fruſtra vota pro ſalute ſuscepta ſunt; non fruſtra ad Deum vota vertit; non fruſtra rem tantam Deo precibus commendavit; annuit precationi Deus, votaque rata habuit. 3. *Ler tibi benevertat, precor*; ich wünſche dir viel Glück auf die Reiſe. Iſtud tibi iter feliciter evenire volo; iter tibi Deum fortunare volo; proficiſcere optimis ominibus; quod tibi bene vertat; quod bonum, felix, faustumque ſit; iter ingredere! Superi approbent, quod agis, quodque acturus es; bene ac feliciter eveniat, quod nunc ingrederis iter! proficiſcere bonis auſpiciis, Superique omnes omnia tibi optata adferant. 4. *Deus te diu in ſolumem conſervet, precor.* GOTT ſchenke dir ein langes Leben. Deus te longiſſimo tempore ſalvum ac ſoſpitem præſtet; precor cœleſte Numen, ut te quam diutiſſime, ſuperſtitem ac ſoſpitem eſſe jubeat ut ætatem quam longiſſime extendat; Deum ego vehementer oro, ut incolumem te clementiſſime conſervet; Deum quæſo, ut vitæ meæ ſuperſtes ſis; ut te ſoſpitet ad ultimam usque ſenectutem; ſervet te Deus; Deum oro, ut incolumem te, ſuperſtitemque diu habeamus. 5. *Male precandi formulæ*, Formeln einem böſes zu wünſchen. Quod tuo capiti male ſit! Dii te perdant! Dii tibi male faciant! Dii tibi irati ſint! Jupiter te, tuosque peſſimo leto afficiat, peſſimis exemplis interficiat! Abi in malam rem! Quin abis in malam cruçem, peſtem, cruciatum? Iratis Diis omnibus abito! Abi malis omnibus, & execrationibus omnium? 6. *Omnes tibi male precantur*. es wünſchen dir alle alles Uebel über den Hals. Tibi peſtem omnes exoptant & execrantur; perire te malis modis omnes volunt; caput tuum diris devovent. *Uſus* Quid precamur Deos? Utinam eveniant quæ precaris. Omnes tibi cives ſalutem, atque incolumitatem precantur A Deo bona precari. Si unquam vobis male precarer &c. V. *Rogo.*

Prehendo, is, di, ſum, ere. ergreifen, anfaſſen. *Syn.* Capio, prendo. *Uſus.* Craſſum manu prehendit.

Prehenſo, as, avi, atum, are. anfaſſen. *Syn.* Prenſo.

Premo, is, preſſi, preſſum, ere. drucken, preſſen. *Syn.* Urgeo. *Adv.* Merdicus caput, valde cauſam, vehementius, probe aliquem, leniter. *Uſus* 1. Quæ neceſſitas te premebat? Bello, inopia, ære alieno premi. Odio communi, & invidia premi. 2. *Occulto*, verbergen. Odium, dolorem, iram premere.

Prendo, is di, ſum, ere. ergreifen, faſſen. *Syn.* Prehendo, prenſo.

Prenſatio, onis, f. das Anwerben. Ergreifen. *Syn.* Ambitio. *Epi.* Aliena, pr propera.

Prenſo, as, avi, atum, are. werben um ein Amt, ergreifen. *Syn.* Ambio. *Phraſ. Nullum in prenſando ſtudium prætermittit*, er ſpart keine Mühe ſich um dieſes Amt zu bewerben. Tam prehenſat diligenter, quam qui maxime; diligentiſſima ejus eſt prenſatio; in prenſandis hominibus nemo eſt te diligentior; imminet tanta ſpei adeo, ut nullam in prenſando officium intermittat; in prenſandis rogandis, appellandis civibus ſtudium ac diligentiam adhibet, quam licet, maximam; agit de ea re cum civibus diligenter & aſſidue. V. *Ambio. Uſus.* Prenſat ſine fallaciis, ſine fuco, more majorum.

Preſſe, kurz, ohne Umſchweif. *Uſus.* Preſſe, anguſte, breviter dicere, definire V. *Breviter.*

Preſſus, us, m. das Drücken, Druck. *Syn.* Compreſſio. *Uſus.* Ipſo preſſu oris, & ſono.

Pretioſe, koſtbar, theuer. *Syn.* Magno pretio, eleganter, artificioſe, operoſe. *Uſus.* Vaſa magnifica, pretioſe cælata.

Pretioſus, a, um. koſtbar, theuer. *Syn.* Magni pretii, multorum ſumptuum. *Phraſ.* 1. *Pretioſam Bibliothecam habeo*, ich habe eine koſtbare Bücherſammlung. Magni pretii libris refertam bibliothecam habeo; caro conſtant, qui bibliothecam meam efficiunt. libri; bibliotheca mihi eſt a rari operis libris, & multo pretio commendata; caro emi, qui bibliothecam meam ornant, libros. 2. *Pretioſo ornatu indute erat*; ſie war koſtbar gekleidet. Auro & purpura inſignis, gemmis adornata incedebat; veſtis illi erat auro, gemmisque diſtincta; aureas armillas magni ponderis,

Digitized by Google

deris, gemmatosque magna specie annulos habuit, nihil ei deerat eorum, quæ hominibus sancta, caraque ac magni pretii esse solent, & prima ducuntur. *Usus.* Pretiosa vestis, horti, vasa.

Pretium, ii, n. **Werth.** *Syn.* Merces, præmium. *Epi.* Certum, incertum, magnum, pactum, parvum, summum, tantum. *Usus* Certum rei, seu merci pretium statuere, constituere. Certum pretium pacisci. Habet ea res maximum pretium. Maximi est pretii. Mercari aliquid magno pretio. Pretio & mercede duci ad faciendum aliquid. Constitutum pretium solvere, dare, persolvere, enumerare, pendere. Jacent agrorum pretia, tanta est annonæ vilitas. Nullo pretio me induci fiam. Operæ pretium facere. V. *Æstimo.*

Pridem, **längſt.** *Syn.* Dudum.

Pridie, **am vorigen Tage, voriges Tags.** *Syn.* Ante eum diem.)(*Postridie. Usus.* Pridie, quam has litteras dedi, usque ad pridie calendas Septembres. Ad pridie idus Maji. Pridie ejus diei venit.

Primarius, a, um. **einer aus den Vornehmſten.** *Syn.* Principum aliquis.)(*Posterior. Phraſ. Primarius civis Romanus*, **einer aus den vornehmſten Römern.** Romani nominis longe princeps; inter primores, optimates, & capita civium, auctoritate atque opibus longe primus; lumen & ornamentum suæ civitatis; princeps senatus Romani; qui excellentem apud suos dignitatis gradum tenet; qui inter capita rerum erat Romæ. V. *Princeps, primus. Usus.* Vir, Senator, locus primarius.

Primigenius, a, um. **Erſtling.**

Primipilus, i, m. **ein Hauptmann der erſten Rotte.** *Syn.* Primæ cohortis Centurio.

Primo, **erſtlich.** *Syn.* Primum, initio, principio.)(*Post. Usus.* A primo visum est.

Primordium, ii, n. **Anfang, Urſprung.** *Syn.* Principium, causa præcurrens. *Epi.* Majus, princeps. *Usus.* A Diis capienda sunt agendi primordia.

Primores, um, *g. c.* **die Vornehmſten.** *Syn.* Summæ *vel* extremæ quæque res. *Usus.* Primoribus labris aliquid degustare. V. *Optimates.*

Primum, **erſtlich.** *Syn.* Primo, a primo. *Usus.* Ut primum attigit forum. Cum primum veni. Ut modo, primumque nascentia.

Primus, a, um. **der erſte.** *Syn.* Primarius, princeps.)(*Postremus. Adv.* Facile municipii, longe civitatis. *Phraſ.* 1. *Primus filiorum, vulg. primogenitus*, **der Erſtgebohrne.** Maximus stirpis; maximo natu filius; liberorum natu maximus. 2. *Primus ille sit, qui reliquis senior est*, **der älteſte, ſoll auch der erſte ſeyn.** Priores partes, primas partes, primum locum habeat, teneat; obtineat; primas partes agat; agmen ducat, qui ætate potior: princeps ac signifer ille sit, qui natu major inter cæteros. *Usus.* Genere, nobilitate, opibus sui municipii facile primus. Primus in suam familiam consulatum intulit. Vir magnus in primis, cum primis locuples. Primas tibi sapientiæ defero. Prima quoque tempore te exspecto.

Princeps, ipis, *g. c.* **Fürſt, Vornehmſter.** R. *q.* Primum caput. *Syn.* Primus, primarius, dux, caput, auctor, inventor, qui principatum tenet; obtinet; qui primos ordines ducit, qui honestissimum dignitatis locum tenet. *Phraſ.* 1. *Est Princeps hereditarius*, **er iſt Erbprinz.** In spem imperii genitus; Regni heres; regiæ juventutis princeps. 2. *Creatus est S. R. Imperii Princeps*, **er iſt zum Reichsfürſten gemacht worden.** In Principum dignationem pervenit; in amplissimum S. R. Imperii Principum Ordinem cooptatus, adscriptus, relatus est, ad amplissimum Imperii Principum Ordinem aggregatus est; Principatus titulos in familiam suam intulit; auctus est honore S. R. I. Principum. *Usus.* 1. Rerum caput, & orbis princeps Roma. Princeps Philosophiæ Cicero in Eloquentia princeps. Principem locum tenere. Profiteri se principem & auctorem senatui. 2. *Primus ordine, tempore que*, **der Erſte, der Zeit und Ordnung nach.** Sicilia princeps se ad Romanos applicuit. Qualitatum aliæ sunt principes, aliæ ex iis ortæ. Herodotus princeps hoc genus ornavit.

Principalis, e. **fürſtlich, vornehm.** *Syn.* Princeps. *Usus.* Causæ principales aliæ, aliæ adjuvantes.

Principatus, us, m. **Oberherrſchaft, Vorzug.** *Syn.* Dominatus, primæ. *Epi.* Divinus, præstans, regius. *Usus.* Principatum *petere*, concupiscere appetere. Principatum Eloquentiæ alicui *deferre*, dare, tribuere. Delere principatum, & auferre. V. *Potestas, guberno, ditio.*

Digitized by Google

Principio, anfänglich, erſtlich. *Syn.* Primo, initio, primum omnium. *Uſus.* Principio omnibus animantibus eſt inſitum, ut &c.

Principium, ii, n. der Anfang. *Syn.* Initium, primordium, origo.)(*Exitus, finis. Epi.* Accuratum, immortale, naturale, ultimum, acutum, breve & longum, optimum, parvum, non bene proviſum & diligenter exploratum, ſolidum & expreſſum, ſuſpicioſum, tardum, verecundum, non elatis intenſum verbis, ſed acutum ſententiis. *Uſus.* 1. Omnium rerum magnarum principia a Diis ſunt petenda, ducenda. Hujus rei ego nec principium invenire, nec evolvere exitum poſſum. Omnium rerum principia parva ſuis progreſſionibus augentur. A principio inſtituere aliquid, idque perficere. Principium natum eſt a me. 2. *Cauſa efficiens, auctor,* Urſache, Urheber. Principii nullus eſt origo. Omnium cauſarum unius eſt naturale principium. 3. *Rudimentum, elementum, ſeminarium,* Grundſatz, Anfang, Pflanzſchule. Nunc juris principia videamus. Naturæ principia, quibus parendum. Fuit hoc principium, & velut ſeminarium urbis. V. *Initium, inchoo, incipio, origo.*

Prior, oris, g. c. der Erſtere.)(*Poſterior. Syn.* Primus. *Uſus.* 1. Poſterius priori non convenit. Priori loco cauſam dicere. 2 *Superior, Tranſactus,* vorig. Priori æſtate, anno.

Priſce, auf alte Weiſe *Syn.* Antique horride, aſpere, priſco more. *Uſus.* Severe, graviter, priſce agere cum aliquo.

Priſcus, a, um. alt. *Syn.* Antiquus. *Uſus.* Verba priſca & obſoleta. Veteres & priſci viri. V. *Antiquus.*

Priſtinus, a, um. vorig, ehemalig. *Syn.* Vetus, antiquus, prior. *Uſus.* Ut priſtinam tuam gloriam conſequare.

Privatim, für ſich, beſonders. *Syn.* Proprie, clam. ſeorſim a reliquis.)(*Publice. Phraſ. Privatim de re agemus,* wir werden die Sache unter uns in geheim abhandeln. Inter parietes domeſticos disceptator adero; privato conſilio de re ſtatuemus; privata ſeductaque a conſcientia plurimum conſilia miſcebimus; in ſecreto, inter parietes nos continebimus, ut nihil ut in publicum effluat. V. *Clam. Uſus.* Beneficia ſingulis privatim dare. Privatim ſe tenuit. V. *Privatus.*

Privatio, onis, f. Beraubung. *Uſus:* Dolori non voluptas contraria eſt, ſed doloris privatio.

Privatus, a, um. für ſich, beſonders. *Syn* Domeſticus, ſuus, proprius.)(*Publicus, ſeu qui cum poteſtate & imperio eſt. Epi.* Furioſus, opulentus, potens, plurimus. *Phraſ. Eſt privatus civis,* er iſt ein gemeiner Bürger: *et lebet für ſich.* Æquo cum cæteris jure in civitate vivit; ſuarum rerum eſt; eſt unus multorum, *vel* de multis; in magiſtratu non eſt; omni curatione publicæ rei vacat. *Uſus.* Res privata & publica. Bellum in privatam curam, privata arma verſum eſt.

Privigna, æ, f. Stieftochter.

Privignus, i, m. Stiefſohn *Uſus.* Mulier in privignorum ſunus nupſit.

Privilegium, ii, n. Begnadigung, Befreyung von den Geſetzen. *vulg.* R. q. privum legis. *Epi.* Tyrannicum, injuſtum, nefarium. *Phraſ. Privilegium habet ab oneribus publicis. vulg.* er hat eine beſondere Freyheit und Erlaß von bürgerlichen Anlagen. Omnium rerum onerumque publicorum immunitatem habet; immunis eſt a publicis veſtigalibus; immunitate nominatim affectus, donatus eſt; exſolutus legum earum vinculis, quæ veſtigalia imperant; data eſt illi immunitas a publicis veſtigalibus; legum earum omnium facta eſt illi venia, quæ de veſtigalibus latæ ſunt. V. *Eximo, Diſpenſo. Uſus.* Leges privatas hominibus irrogare; in privatos leges ferre; *id eſt enim privilegium.* Privilegia irrogare. Privilegium tulit, ut ſi ſacra Bonæ Deæ acceſſiſſes, exulares. Tyrannica privilegia. *Unde* Privilegium *pro* gratia legis facta, Freyheitsbrief. *vulg. eſt. Pro Privilegiatus, vulg.* privilegirt, *Latine dices:* exſolutus legum vinculis; ſolutus legum verecundia

Privo, as, avi, atum, are. berauben. R. a πρόω, *divido. Syn.* Orbo, ſpolio; exuo, excludo, exſpolio, expertem facio.)(*augeo, orno. Adv.* Indigniſſime, in perpetuum, crudeliſſime, paullo amplius. *Phraſ.* 1. *Bonis omnibus privatus eſt,* er iſt aller ſeiner Güter beraubt worden. Ornamentis omnibus nudatus; præſidiis omnibus exutus; bonis funditus everſis, e patrimonio tanquam e naufragio nudus expulſus eſt; inanis, egens paterna bonis deturbatus; ejectus.

Digitized by Google

ſtus, abire, cedere coactus eſt. 2. *Tot amicis, me privari vehementer doleo*, es fällt mir ſehr ſchwer, daß ich ſo viele Freunde vermiſſe. Tot amicorum jacturam graviter moleſteque fero; tot amicis orbatum, ſpoliatum, deſtitutum me ſine graviſſimo dolore intueri non poſſum; fieri non poteſt, quin ſim miſerrimus talibus amicis orbatus, quales nulli unquam erunt, & ut arbitror, & confirmare poſſum, nulli certe fuerunt. Quis me tot ab amicis orbum, non miſerrimum eſſe fateatur? Quæ mihi reliqua eſſe poteſt vitæ cupiditas, cum tot amicis caream; cum eos amicos, quos fideliſſimos expertus ſum, deſiderem; cum tot amicos uno tempore mihi ereptos eſſe videam. V. *Eripio*, *adimo Uſus.* Aliquem civitate, ſuo jure privare.

Prius, eher. *Syn.* Ante. *Uſus.* Nihil prius mihi faciendum putavi.

Priusquam, eher als. *Syn.* Antequam. *Uſus.* Priusquam illa attingam. Id ego ſenſi, priusquam loqui cœpiſti.

Pro, für. *Syn.* Loco. *Uſus.* 1 Hæc pro certis ad te ſcribo. Jam pro hærede ſe gerit. Jam pro damnato habebatur. Unus mihi Cato pro millibus. 2 *Propter*, wegen. Pœnam pro peccato metuit. Pro jure amicitiæ id a te peto. Pro conſulari auctoritate te moneo. Is a me pro ſummis ſuis virtutibus valde obſervatur. 3. *Secundum pro ratione*, nach Art, Zeit Weiſe, Würde. Hunc pro dignitate ſatis laudare non poſſum. Reliqua pro tua prudentia, pro tempore, pro re nata curabis. Pro opibus, pro virili parte juvabo. Id pro mea conſuetudine, breviter. 4. *Alicujus gratia, cauſa.* für: einem zu gefallen. Hoc non pro me ſed contra me eſt. Venditare aliquid pro ſuo. Pro aliquo decernere. Pro ſe quisque certabat. 5. *Ante*, vor. Pro tribunali; pro æde Caſtoris ſedens. Pro templis omnibus; vor allen Kirchen. 6 *Cum Comparativis*, wo etwas verglichen wird Turba majorem, quam pro numero, ſpeciem gerens. Sella, quam pro habitu corporis, excelſior.

Proavus, i, m. Aeltervater, des Vaters Anherr. *Syn* Avi paterni vel materni. *Epi.* Privatus.

Probabilis, e. glaublich, wahrſcheinlich. *Syn.* Verisimilis, credibilis. (*Incredibilis. Adv.* Leviter, maxime, ſane, omnino. *Uſus.* 1. Probabile eſt, quod fere fieri ſolet, aut in opinione poſitum eſt. Probabilem facti rationem reddere Cauſam alicujus reddere probabilem. 2. *Laudandus*, *tolerabilis*, löblich, leidlich. Probabilis orator Probabile ingenium.

Probabilitas tis, f. Wahrſcheinlichkeit. *Syn.* Veriſimilitudo. *Epi.* Captioſa, magna. *Uſus* Multa ſunt, quæ nos aliqua probabilitate fallunt.

Probabiliter, wahrſcheinlich. *Syn.* Credibiliter. *Uſus*, Ex quo poteſt probabiliter conſici.

Probatio, onis, f. Beweis, Bewährung. *Syn.* Approbatio.)(*Improbatio. Epi.* Gratuita, locuples, grata. Non ob probationem datum eſt pretium, cum multa ſint improbata.

Probator, oris, m. der etwas gut heißt. *Syn.* Approbator. *Uſus.* Nihil intereſt inter ſuaſorem facti, & probatorem.

Probatus, a, um. bewieſen, bewährt. *Syn.* Spectatus. *Uſus.* Vita ſpectata & probata. V. *Probus.*

Probe, wohl. *Syn.* Recte, præclare. *Uſus.* Quod cum probe ſcirem, tenerem. De ea re probe curaſti.

Probitas, tis, f. Redlichkeit, Frömmigkeit. *Syn* Bonitas, integritas, virtus. *Præſ Probitatem qui habet, nihil præterea ad felicitatem requirit*, wer redlich iſt, dem mangelt nichts mehr um glücklich zu ſeyn. Unam qui colit virtutem, ei deeſſe ad felicitatem nihil poteſt. Bene ſentire, rectèque facere ſatis eſt ad bene beateque vivendum. Quicunque rationem ducem in vita ſequitur, ei ad felicitatem ampla maximeque certa patet via. Boni mores & honeſtæ rationes felicitatem pariunt. Felicitas integritate comparatur; ſiquis in colenda probitate totus eſt, feliciter admodum, ac beatiſſime cum illo agitur. *Uſus.* Tanta vis eſt probitatis, ut eam vel in hoſte diligamus.

Probo, as, avi, atum, are. billigen, gut heiſſen, genehm halten, beweiſen. *Syn.* Approbo, aſſentior; confirmo, fidem facio, argumentis tueor. *Adv.* Admodum, brevi, faſtidioſe, lente, maxime, mirifice, nimium, non perfacile, plane, plane non, profuſus, recte, vehementer, valde, vulgo, magis magisque, non ſane, inprimis, multum. *Præſ. Probare crimen non potuit.* er hat das vorgegebene Laſter nicht beweiſen können. Convincere illum criminis; crimen planum facere; certis argumentis firmare non potuit; non ſatis docuit hæc

ab eo commissa; id quidem efficere, cum multa argueret, non potuit, ut de crimine constaret; ex ejus tot criminationibus liquere non potuit, criminisne reus esset; fidem facere ejus criminis suis argumentis non potuit. *Usus.* 1. Libros meos, spero, tibi valde probari. Quis est, qui non probet, non laudet, non in eadem voluntate ac opinione sit? 2. *Satisfacio*, genug thun. Qua in legatione ita se omnibus probavit. 3. *Argumentis tueor, stabilio: confirmo, fidem facio*, beweisen, darthun. Quod tibi probare non poteris, alteri ne persuaseris. Id vel severissimis disceptatoribus probabo. Nullam rem defendit, quam non probaret; nullam oppugnat, quam non everteret. V. *Approbo, laudo, assentior.*

Probrosus, a, um. schimpflich, schändlich. *Syn.* Ignominiosus. *Usus.* Probrosum crimen, factum. V. *Probrum.*

Probrum, i, n. Unthat, Schimpf, Schande. *Syn.* Dedecus, convitium, maledictum. *Epi.* Paternum, magnum, privatum. *Phras* 1. *Probrum alicui objicere*, einem eine Unthat vorwerfen. Objectare probrum; probri insimulare aliquem; probra inferre, ingerere; probra in aliquem jacere, maledictis probrisque vexare. V. *Convitium, Calumnia.* 2. *Probro alicui vertere*, einem etwas für eine Schande ausrechnen. Probro aliquid dare alteri; in probri loco ponere; crimini dare. V. *Dedecus.* 3. *Probro sibi aliquid ducere*, etwas für eine Schande halten. Ignominiæ loco aliquid ferre; in contumeliam accipere; in contumeliam vertere. *Usus.* Id tibi probro futurum est. E paternis probris emergere. V. *Ignominia, dedecus.*

Probus, a, um. fromm, redlich, rechtschaffen. *Syn.* Bonus, moratus, bene institutus, spectatus, probatus, integer, frugi, religiosus, castus, antiquus, purus, sanctus, modestus.)(*Improbus. Phras.* *Pauci sunt probi*, es sind gar wenig rechtschaffene Männer. Pauci sunt, qui probitatem colant, ament, sequantur; qui suum studium in probitate ponant, paucos invenies. Probati mores a paucis hodie coluntur; virorum recti exempti, & quibus vita cum virtute traducatur; quibus in pretio & amore sit morum integritas, quam exiguus est numerus? Abest a plerisque mortalium laudata illa morum probitas. V. *Bonus. Usus.* Probus & bene moratus filius. Probum navigium. V. *Conscientia bona, pius.*

Procacitas, tis, f. Muthwille, Frechheit. *Syn.* Petulantia. *Usus.* Non enim procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur. V. *Petulantia.*

Procaciter, frevenlich. *Usus.* Flagitatum stipendium procacius, quam ex more & molestia militari erat, & probra in tribunos jacta.

Procax, acis, g. o. frech, muthwillig. *Syn.* Petulans, temerarius. *Usus.* Scio te non esse procacem in lacessendo V. *Petulans.*

Procedo, is, cessi, cessum, ere. fort gehen. *Syn.* Progredior, prodeo, exeo, gradum infero; proficio; evenio. *Adv.* Bene, longius in dando & credendo; minus, diutius, contrarie, multum, non ita multum, obviam, longissime, parum, paullum, prospere, temere, pulcherrime. *Usus.* 2. Ætate multum processit. A primis ad ultima procedere. Longius processit, & in ipsum Pompejum invehi cœpit. In medium procedere, atque in concionem prodire. Procedere in publicum. Tota urbs illi obviam processit. 2. *Proficio*, zunehmen. Procedere in virtute & doctrina. Honoribus processit. Longe ad virtutem processit doctrina & natura. 3. *Evenio, cado*, von statten gehen. Non satis e sententia res procedit. Quid agam, cui nihil procedit, eaque, quæ cogitata sunt diligentissime deterrime cadunt. Omnia ei belle, pulcherrime procedunt. *Pro* durius procedere cum aliquo, *vulg.* übel mit einem verfahren, *Latine*; graviter, crudeliter, male consulere in aliquem, de aliquo.

Procella, æ, f. Sturmwind, Verwirrung. *Syn.* Tempestas. *Epi.* Horribilis. *Usus.* Imbres, nimbi, procellæ, turbines. Tu procella patriæ, turbo pacis. Vitare procellas temporum. Equestrem procellam excitare; einen Einfall mit der Reiterey thun. V. *Tempestas.*

Procellosus, a, um. ungestümm. *Usus.* Venti procellosi.

Proceres, um, m. die Vornehmsten einer Stadt. *Syn.* Principes.

Proceritas, tis, f. die Länge. *Syn.* Longitudo.)(*Brevitas. Usus.* Proceritates arborum admirantur.

Pro-

Digitized by Google

Procerus, a, um. lang. *Syn.* Longus. *Usus.* Procerum & tenue collum. V. *Magnus, longus.*

Proceſſus, us, m. Fortgang. *Syn.* Progreſſus. *Epi.* Longior, tardus. *Usus.* Gradus tuos, & quaſi proceſſus dicendi velim cognoſcere. Tantos proceſſus in dicendo faciebat, ut evolare, non excurrere videretur.

Proci, orum, m. Buhler, Freyer. *Syn.* Qui eandem amant. *Usus.* Proci imprudentes,

Procido, is, cidi, ere. niederfallen. *Syn.* Pronus cado, procumbo. *Usus.* Ad pedes alicujus procidere. V. *Cado, corruo.*

Procinctus, us, m. Zurüſtung, Anſtalt. *Syn.* Sine ritu ſolenni, ut in caſtris. *Usus.* Facere teſtamentum in procinctu ſine tabulis. *Pro* in procinctu operis, in Bereitſchaft ſtehen. *rectius dicitur* in ipſo rei gerendæ articulo. V. *Expedio.*

Proclamator, oris, m. ein Ausruffer. *Syn.* Præco, cantor, tabula.

Proclamo, as, avi, atum, are. ausruffen. *Syn.* Vociferor. *Usus.* Adſunt, proclamant, fidem hujus implorant.

Procliyis, e. geneigt, abhängig. *Syn.* Propenſus, facilis, pronus.)(*Laboriosus. Usus.* Adoleſcentiæ proclivior eſt ad libidinem. Incitata ſemel in proclive labuntur. Dictu quidem proclive eſt, ſed effectu arduum. V. *Facilis.*

Proclivitas, tis, f. Neigung, Gähe. *Syn.* Facilitas. *Usus.* Proclivitas ad varios mores, varia vitia.

Procliviter, leichtlich, gäh. *Usus.* Facilius & proclivius ad laudem nobilitatis perveniunt.

Proconſul, is, m. geweſener Konſul, Statthalter. In provinciam miſſus cum poteſtate conſulari.

Procraſtinatio, onis, f. Verzögerung, Aufſchub. *Epi.* Odioſa. *Usus.* In rebus gerendis tarditas & procraſtinatio odioſa eſt.

Procraſtino, as, avi, atum, are. verzögern, aufſchieben. *Syn.* Differo, tardo, rem longius duco. V. *Differo, Mora.*

Procreatio, onis, f. Zeugung. *Syn.* Proles, progenies. *Epi.* Cariſſima. *Usus.* Cariſſimam ſuam quisque procreationem habet.

Procreator, oris, m. Schöpfer. *Syn.* Genitor.

Procreo, as, avi, atum, are. zeugen, gebähren. *Syn.* Creo, pario, gigno, vitam traho, liberos ſuſcipio. *Usus.* Multiplices fetus procreant. Procreare alicui periculum. V. *Creo.*

Procudo, is, di, ſum, ere. lang oder breit ſchmieden. *Syn.* Exacuo.

Procul, weit, ferne. *Syn.* Longe, longius *Phraſ. Procul a nobis abeſt,* er iſt weit von uns entfernet. Magno locorum intervallo disjuncti ſumus; disjunctiſſimis terris habitamus; in ultimis terris habitamus; in ultimis terris, in extremis terræ finibus, apud homines in extremis terrarum finibus poſitos, nimia longinquitate locorum remotus degit; magnis intervallis diſtamus; longe ab domo excitus, in ultimas terrarum oras devectus, quas natura longe ſubmovit regiones, colit. Eo ablegatus eſt, unde nec nomen, nec fama ejus accedere ad nos poſſit; inter nos multa maria regionesque interſunt. V. *Longinquitas. Usus.* Cœleſtia procul ſunt a noſtra cognitione. Procul remotus a vero. Procul ab omni metu. Procul videre; auſcultare aliquid. Procul a patria. V. *Remotus, diſto.*

Procumbo, is, cubui, cubitum, ere. ſich niederlegen. *Usus.* Feſſus via procubuit. V. *Genu.*

Procuratio, onis, f. Verwaltung, Anwaltſchaft. *Syn.* Curatio, adminiſtratio, gubernatio. *Epi.* Frumentaria, magna, plena, quæſtoria. *Usus.* 1. Aliquem ad civitatis, negotii procurationem vocare, procurationi præficere; procurationem alicui committere, einem eine Verwaltung anvertrauen. Procurationem multarum rerum habere, viel zu verwalten haben. Aliquem a procuratione amovere; liberare aliquem procuratione, quæ illum multis officiis implicatum & conſtrictum tenebat, einem ſeine Verwaltung nehmen, entſetzen. 2. *Expiatio*, Verſöhnung. Conſtituendæ, faciendæ nobis ſunt procurationes & obſervationes. V. *Adminiſtratio.*

Procurator, oris, m. Schafner, Verwalter, Verweſer. *Syn.* Qui alienæ negotia procurat; alieno præpoſitus negotio; alieni juris vicarius; qui aliquid noſtri negotii gerit; qui res domeſticas dispenſat; qui curationem ac diſpenſationem rerum habet, ſuſcepit. *Epi.* Æquus, diligens, familiaris; propinquus, neceſſarius, voluntarius; villicus. *Usus.* Cum villicos procuratores deligiem. Procuratores ludorum. Procuratoris negligentia factum eſt, ut &c.

Pro-

Digitized by Google

Procuro, as, avi, atum, are. verſchaffen, verwalten. *Syn.* Curo, adminiſtro, guberno, gero. *Phraſ. Rem meam diligenter procura*, verwalte meine Sache fleißig. In rerum mearum procuratione nihil diligentiæ prætermittas, velim; rei iſtius curatio, ut cordi tibi ſit, etiam atque etiam a te peto; tu ſi me amas, omnia diſpicies, remque ut tuam, ſumma fide geres. V. *Adminiſtro, euro, gero, facio. Uſus.* 1. Hereditatem, negotia, rationes alicujus procurare. 2. *Expio*, verſöhnen. Vide, ut ea prodigia procurentur & expientur.

Procurro, is, curri, curſum, ere. hervorlaufen. *Syn* Excurro. *Uſus.* Sed ut productus ſtudio ultra procurras. Cum ab ſtationibus procurreretur.

Procurſitio, onis, f. Streiferey, Scharmützel. *Uſus.* A quibus per procurſationem commiſſa pugna.

Procurſator, oris, m. Parthengänger. *Syn.* Breve certamen cum procurſatoribus fuit.

Procurſo, as, avi, atum, are. hervorlaufen. *Uſus.* Procurſantibus a ſtatione, qui laceſſerent.

Procurſus, us, m. Ausfall. *Uſus.* Tumultuario prælio ac procurſu magis militum, quam ex præparato certatum.

Prodeo, is, ivi, itum, ire. hervorgehen. *Syn.* Exeo, in medium procedo. *Adv.* Obviam, neceſſario. *Phraſ.* 1. *Hoſtes e latebris prodivere*, die feindlichen Soldaten ſind aus ihren Schlupfwinkeln hervorgegangen. E latebris erupere, proſiluere; e latebris in apertum campum prævolarunt; conſurrectum eſt repente e latebris, & in patentem ad conſpectum undique campum prolata ſigna; hoſtes ab ſuis quisque latebris pariter exorti, repente exiſtebant; cuniculus delectis militibus plenus armatos repente edidit; militum ingens manus repente ex dumoſis tumulis exiſtebat, palamque armata volitabat. 2. *Res tota prodiit, vulg.* die Sache iſt ganz entdeckt worden. Patefacta omnia & in medium prolata; ut mora temporis interpoſita illuſtrantur omnia & erumpunt, ita detecta quoque fraus eſt. Res tota in lucem extracta, in lucem prolata eſt. Haud ita res latuit, quin in conſcientiam multorum brevi tempore efferretur; quin ſecretum omne brevi tempore effunderetur. V. *Exeo, vulgo, manifeſto. Uſus.* In publicum prodire, in concionem, in lucem, in aciem prodire. Prodire obviam alicui.

Prodige, verſchwenderiſch. *Syn.* Effuſe.

Prodigium, ii, n. Wunderzeichen. *Syn.* Monſtrum, portentum, oſtentum. *Epi.* Fatale, exitioſum, importunum, recens, religioſum. *Uſus.* Clodius fatale portentum prodigiumque reipublicæ. Hæc ſunt prodigiis ſimilia V. *Miraculum.*

Prodigo, is, egi, ere. verſchwenden. *Syn.* Conſumo, effundo, ultra modum erogo. V. *Prodigus.*

Prodigus, a, um. verſchwenderiſch. *Syn.* Profuſus, effuſus, nimius; nepos luxurioſus, diſſolutus, perditus, luxu profligatus. *Phraſ.* 1. *Prodigus rerum ſuarum, ſi quisquam alius*, ein über die maßen verſchwenderiſcher Menſch. Homo largitor & prodigus; alieni appetens, ſui profuſus; homo perdita nequitia & inſolens in aliena re, in quo tamen, pecuniæ, an famæ minus parceret, non facile diſcernas. Quis in largitione effuſior, qui poſt effuſos cum probro ac dedecore immenſos ſumptus, pecuniæ ſic illudat, tanquam in ſumma abundantia omnibus copiis fortunisque affluereat? Quæ iſta tam profuſa luxuries, poſt fractas everſasque opes, poſt patriam rem comeſtam ac perditam? Vides hunc hominem? decoxit, & patrimonium omne profundo ventre circumſert. 2. *Patrimonium ſuum omne prodigus abſumpſit*, er hat ſein Erbtheil alles verſchwendet. Patrimonium omne per luxum effudit, comedit, devoravit; patriam rem perdidit, confecit, diſſipavit; relictas a patre fortunas per luxum conſumpſit, dilapidavit; rem familiarem pecuniamque omnem per luxuriam profudit, effudit, adedit; exhauſit; rem omnem paternam confregit; per luxum ac nequitiam laceravit. V. *Nepos. Uſus.* In honoribus decernendis prodigus, ac fere nimius.

Proditio, onis, f. Verrätherey. *Epi.* Grata, ſcelerata. *Uſus.* In proditionis crimen vocari. Proditionis conſilia agitare. V. *Prodo.*

Proditor, oris, m. Verräther. *Syn.* Deſertor, oppugnator patriæ, qui proditionis conſilia agitat. *Epi.* Vetus, nefarius. *Uſus.* Patriæ exſtinctor, imperii proditor.

Prodo, is, didi, ditum, ere. verrathen. *Syn.* Trado, mando, commendo, edo, ſcribo, aperio, manifeſto, mani-

Digitized by Google

manifestum facio, indicium facio; patriæ exitium molior. *Adv.* Impostorum, nefarie falsè, temere. *Phras.* 1. *Hostibus omnia prodidit*, er hat den Feinden alles verrathen. Rem omnem ad hostes protulit, perrulit; rem omnem hostibus enuntiavit; arcana consilia ducum cum hostibus communicavit; earum rerum indicium illo auctore ad hostes permanavit. Nihil eorum omnium clam hostibus fuit, indice servo, & civium dissensiones foras efferente: *Diu se prodere noluerunt*, sie haben sich lange nicht heraus lassen wollen. Diu cunctati animos nudari; diu tergiversati promere, quae in animo laterent; multis agendum erat, palam ut facerent tandem, quae sentirent, haud levis erat operae, ut quae staret ipsis sententia, aperirent, in aperto esset. *Usus* 1. Prodere posteris memoriam alicujus facti. Quod est memoriae litteris, litterarum monumentis proditum. Liberis perniciosum exemplum ad imitationem prodere. 2. *Pronuntio, dico, creo*, benennen. Consulem prodere. 3. *Oppugno, vexo perfide, desero, fidem violo, ad adversarios transeo*, verrätherischer Weise mit einem umgehen, verlassen, meineidig werden. Fidem suam, salutem alicujus, conscios, patriam prodere. Tu nos repente relinquas? deseras? ad adversarios transeas? prodas? oppugnes?

Prodromus, i, m. Vorläufer, Vorbot. *Syn.* Praecursor.

Produco, is, xi, ctum, ere, hervor führen, hinaus ziehen. *Syn.* Duco, in longius duco, profero; educo, extraho, in publicum, conspectum do. *Adv.* Longius ab homine, vitam mirabiliter, doctrinam, ultra quam satis est, coram, valde *Usus.* 1. Convivium, sermonem longius, in multam noctem producere. Vitam, bellum producere, in die Länge hinausziehen. Conditionibus aliquem, verbis, falsa spe producere, einen bey der Nase herumziehen. 2. *Educo, adduco, in conspectum do, in conspectu constituo*, hervor führen. Copias in aciem, testes ad judices, aliquem in conspectum & concionem populi producere. 3. *Gigno, creo, suscipio, procreo, progenero, proseminо*, erzeugen, hervorbringen. Pater simillimum sibi filium produxit. V. *Profero.*

Producte, lang.)(*breviter.*

Productio, onis, f. Verlängerung.)(*brevitas. Usus.* Productio verbi, syllabae, temporis

Profano, as, avi, atum, are. verunehren, entheiligen. *Syn.* Violo, polluo, profano ritu tracto. *Usus.* Profanare dies festos

Profanus, a, um. unheilig, gemein. *Syn.* Nihil habens religionis, a religione remotus.)(*conse ratus, sacer, religiosus. Usus.* Cum omnia illa ex sacris profana fecisset. Locus profanus.

Profectio, onis, f. eine Reise. *Syn.* Discessus, iter.)(*Reditus, reversio. Epi* Misera, praeceps, inutilis, periculosa, subita. *Usus.* Consilium profectionis & reversionis meae accipe. V. *Iter.*

Profecto, fürwahr, allerdings. *Syn.* Certe, quidem.

Profero, fers, tuli, latum, ferre. herfürbringen *Syn.* Recenseo, dico, prodo, promo adduco, commemoro. *Adv.* Absurde, foras, jam dudum, latius diem, longius fines officiorum, immoderate. *Phras.* 1. *Multa in medium protulit*, er hat vieles an das Taglicht gebracht. Multa in lucem protulit, patefecit; in lucem extraxit, manifesta fecit; in aspectum lucemque protulit; ex occultis tenebris in lucem extraxit; occultissima quaeque aperuit, & exprompsit. 2. *Tellus omnis generis herbas & fructus profert.* Terra flores, ac fruges fundit, profundit ager herbas; omnis generis fruges procreat; quotannis novis frugibus induitur; leges ex agro quotannis laetissima provenit; gignendae herbae non alius aptior est locus, quidquid alluit vicinus amnis, floribus vestitur. *Usus.* 1. Aliquid in medium, in lucem proferre. Sua merita, leges, testes proferre. *vulg allegare.* 2. *Produco, prorogo, differo, longius rem duco*, etc weitern, aufschieben. Fines imperii, limites regni proferre. Judicii diem proferre. Audaciam suam ultra proferre

Professio, onis, f. Bekenntniß. *Syn.* Certa confessio, & denuntiatio apud praetorem eorum, quae quis possideret. *Usus.* 1. Jugerum subscriptio ac professio. 2. *Promissio, pollicitatio*, Verheißung Sciebam fructuosam mihi fore tuae voluntatis professionem. 3. *Facultas.* Uebung in der Kunst oder Wissenschaft. Vis oratoris, ipsaque dicendi professio. *Professionem in religione fingere, vulg.* die

Digitized by Google

die Profeßion thun, die gewöhnlichen Ordensgelübde ablegen. *Latine*: Solemni ac perpetua votorum sponsione se obstringere, obligare; vota solemni ritu nuncupare. Conceptis verbis publicaque sponsione se Deo in perpetuum consecrare, dedicare; conceptis ex sacri sodalitii formula verbis sacramentum Deo dicere; sacramenti solemnis sponsione sacræ se familiæ adstringere.

Professus, a, um. werktäglich. *Usus.* Dies professi, Werktage.

Proficio, is, feci, fectum, ere. zunehmen, wachsen, ausrichten, nutzen. *Syn.* Procedo, progressum facio, valeo, possum, prosum. *Adv.* Aliquantum, multum, necessario multum, permultum; plurimum lepore, facetiis. *Phras. Multum in Philosophia profecit*, er hat in der Weltweißheit viel zugenommen. Multum processit; magnos in Philosophicis progressus habuit; magnas professiones fecit; doctior fit in dies, & naturæ intelligentior; ad summi Philosophi laudem profecit; magnos in Philosophia progressus effecit. *Usus.* Nihil ea re ad summam profectum puto. Nulla res tantum ad virtutem proficit. Contentio tam diu sapiens est, quam diu proficit aliquid. Si modo in dicendo profeci.

Proficiscor, eris, fectus sum, ficisci reisen. *Syn.* Discedo, iter facio. *Adv.* Celeriter, clam, communiter, suspiciones ex negotio, copiose, cupide, festinanter, inde, unde, longe a sedibus suis, mature, non ita multo post, obviam, privatim quoquam, protinus a disciplina, publice, recta, separatim, tandem aliquando, tarde. *Phras. Athenas in Græciam cogito proficisci*, ich bin des Willens, nach Athen in Griechenland zu reisen. Athenas in Græciam iter facere, ire cogito; Athenas accedere, me recipere cogito. Iter Athenas in Græciam dirigo; Athenas in Græciam me trajiciam; excurrere Athenas in Græciam cogito; Athenas in Græciam transire est animus; Athenas concedere, iter inire; in Græciam tendere; Athenas petere, iter convertere in Græciam cogito. V. *Iter. Usus.* 1. Roma in Asiam profectus. 2. *Auctor sum*, Urheber seyn. Multa a me beneficia in illum profecta sunt. Ea doctrina ab Aristotele est profecta.

Profiteor, eris, essus sum, eri, bekennen. *Syn.* Polliceor, præbeo. *Adv.* Amplius, apertissime, palam, vere. *Usus.* 1. Ad aliquid operam suam profiteri. Contra facere, quam quis professus, aut pollicitus sit. Suscipere & profiteri magnum aliquid. Triduo me jurisconsultum professurum. 2. *Doceo*, lehren. Qui profitetur Philosophiam, gravem personam sustinet. 3 *Prae me fero, jacto me, glorior*, sich ausgeben. Grammaticam se, sapientem, oratorem profiteri. Tantam facultatem consecutum me non profiteor. 4. *Professionem meorum modum magistratui denuntio, significo*, sein Vermögen ansagen. Quisque, quantum habeat prædæ, manublarum; aratores jugerum modum apud prætorem profiteantur.

Profligatus, a, um. verderbt, ruchlos. *Syn.* Perditus. *Usus.* Homo omnium profligatissimus ac perditissimus. V. *Perditus.*

Profligo, as, avi, atum, are. zu Boden schlagen. R. *ex* pro & *antiq.* fligo *Syn.* Affligo, prosterno, depello, exturbo campo copias. *Usus.* Hostium copias, rempublicam profligare ac perdere. V. *Perdo.*

Profluens, tis, m. ein Fluß. *Syn.* Fluvius, Flumen, torrens. *Usus.* 1. Eam in profluentem abjici jussit. 2. *Liquidus, expeditus*, fließend. Expedita & profluens oratio. *Adject.*

Profluenter, überflüßig. *Syn.* Abundanter, copiose.

Profluentia, æ, f. Ueberfluß. *Syn.* Affluentia, abundantia, copia. *Opp.* Inanis. *Usus.* Oratoriam vim inanis quædam profluentia imitatur.

Profluo, is, xi, ere. hervorfließen. *Syn.* Mano, emano. *Usus.* Cujus ore melle dulcior profluebat oratio.

Profugio, is, fugi, itum, ere. davon fliehen. *Syn.* Perfugio, transfugio. *Adv.* Clam, plane. *Usus.* Filius domo ad me profugit. Extorrem in exilium profugere. V. *Fugio.*

Profugium, ii, n. Zuflucht. *Syn.* Perfugium, portus.

Profugus, a, um. flüchtig, ein Flüchtling. *Usus.* Æneæ duce profugi seditibus incertis vagabantur. V. *Fugitivus.*

Profundo, is, fudi, fusum, ere. ausschütten, vergießen. *Syn.* Effundo. *Adv.* Sæpe & multum. *Usus.* Profundere patrimonium suum, sein Erbtheil liederlich verthun. Laborem omnem, omnes ingenii vires profundere & perdere. Vitam, sanguinem, animum pro aliquo profundere.

dere. Magnam vim lacrimarum profundere. Profundere se in aliquem. Odium suum intus inclusum in aliquem profundere. Lacrimæ se profundunt. Voluptates prima ætate compressæ se nonnunquam subito profundunt. V. *Effundo.*

Profundus, a, um. **tief.** *Syn.* Altus. *Phras. Vallis profunda*, **ein tiefes Thal.** Vallis in immensam altitudinem depressa; vallis infinita altitudine; vallis inexsuperabilis altitudinis. *Usus.* Fossæ profundæ multos pedes altæ. Spelunca profunda, & multos pedes humi depressa. Scrobes profundæ in altitudinem quinque pedum fodiebantur.

Profuse, **überflüßig.** *Usus.* Profuse intendentibus obstitit.

Profusus, a, um. **verschwenderisch, übermäßig.** *Syn.* Immoderatus, immodestus, prodigus, nimius. *Usus.* Quanti, & quam profusi sumptus. Profusæ epulæ. Hilaritas profusa. V. *Nepos*, *prodigus.*

Progenero, as, avi, atum, are. **zeugen, gebähren.** *Usus.* Aquilæ columbam non progenerant. V. *Genero.*

Progenies, ei, f. **Stamm, Geschlecht.** *Syn.* Proles, genus. *Epi.* Divina, optima, tanta. *Usus.* Veteres se progeniem deorum dicebant.

Progigno, is, genui, genitum, ere. **zeugen, hervorbringen.** *Syn.* Procreo, gigno.

Prognatus, a, um. **erzeugt.** *Syn.* Natus. V. *Filius.*

Prognosticon, ci, n. **Vorbedeutung.** *Syn.* Conjectura, signum, rei futuræ divinatio. V. *Divinatio.*

Progredior, eris, gressus sum, gredi. **fortgehen.** *Syn.* Progressionem, *vel* progressum facio, procedo; serpo.)(*Regredior.* *Adv.* Impune, longius, senfim, pedetentim, nusquam, paullulum. *Phras. Longius, quam voluissem, progressus sum.* **ich bin weiter fortgeschritten, als ich wollens war.** Eo accessi, unde receptum vix habeo; latius opinione evagatus, elatus sum. Cancellos, quos mihi ipse circumdedi, egressus sum; lineas transii, transilii. V. *Proficio.* *Usus.* Multorum dierum iter jam progressus. Quo pervenire potuit hominis furor, progressus est. Progredi in virtute.

Progressio, onis, f. **Fortgang** *Syn.* Progressus. *Epi.* Admirabilis. *Usus.* Progressionem ad virtutem ajunt fieri, non item levationem vitiorum.

Progressus, us, m. **Fortgang** *Syn.* Progressio, processus. *Epi.* Firmus, præceps, constans. *Phras.* 1. *Progressu temporis*, **mit der Zeit.** Progrediente ætate; progressu ætatis; procedente tempore. 2. *In tanto progressu rerum*, **bey so glücklichem Zustand der Sachen** In tanto impetu cursuque rerum; tam secundis omnibus; tam læta in re; rebus tam bene fluentibus; cum cursum res tenerent suum. V. *Status*, *successus.* *Usus.* Qui rerum causas, earumque progressus sciunt. Magnos in studiis progressus fecit a progressu arcere.

Proh! O! *Usus* Pro scelus!

Prohibeo, es, ui, itum, ere. **verwehren, verbieten.** *Syn.* Inhibeo, veto, impedio, interdico, intercludo, excludo, obsto, non permitto. *Adv.* Acriter, diutius, omnino, neque semel, sed sæpius, maxime. *Phras. Nihil hominem prohibebit, quin insanire pergas*, **nichts wird den Menschen von seiner Raserey abhalten.** Non religio, quam nullam habet, non verecundia a furore arcebit; non magnitudo pœnæ a maleficio submovebit; nihil furentis impetum continebit. V. *Cerceo*, *cohibeo*, *refreno.* *Usus.* 1. Aditu, provincia, sepultura aliquem prohibere. 2. *Arceo*, *submoveo*, *repello*, **abhalten, behalten.** Vim hostium ab oppido, ignes a navibus, a tectis fures prohibere. 3. *Tueor*, **beschützen.** Aliquem injuria, periculo, convitiis, calamitate prohibere.

Projectio, onis, f. **das Auswerfen, Ausstrecken.** *Syn.* Porrectio. *Usus.* Projectio brachiorum.

Projectus, a, um. **hingeworfen weggeworfen.** *Syn.* Abjectus, porrectus. *Usus* 1. Brachium projectum. Cum esset projectus inhumatus. Urbs in altum projecta. Insula in portus ostium projecta. 2. *Impudens*, *profligatus*, *contumax*, **kek, vermessen.** Projectus ad audendum. Projecta audacia. Projecta & effrenata cupiditas. V. *Audax.*

Projicio, is, jeci, jectum, ere. **wegwerfen.** *Syn.* Rejicio, expello. *Adv.* Foras. *Usus.* 1. Quando tandem hanc pestem urbs evomet, forasque projiciet? 2. *Negligo*, *amitto*, **vernachlässigen, verscherzen.** Se, libertatem ac vitam projicere. 3. *Abjicio*, **zu Füssen werfen.** Se ad pedes alicujus projicere. 4. *Proripio*, **aus dem Staube machen.** Quæ libido se non proripiet ac projiciet? V. *Abjicio.*

Digitized by Google

Proin,

Proin, proinde, derohalben. *Syn.* Itaque. *Usus* Proin aut exeant, aut quiescant. Proinde bono animo sis. Proinde, ut se res habuerit Proinde, quasi isti aliter sentiant.

Prolabor, eris, psus sum, labi niederfallen. *Syn.* Delabor, corruo, ruo. *Adv.* Longius. *Usus.* 1. Timore prolabi 2. *Venio, accedo*, kommen, gerathen. Libenter ad eum sermonem delapsus sum. V. *Labor.*

Prolapsio, onis, f. das Hinfallen *Syn.* Lapsus, lapsio. *Usus* Viam tam lubricam vix sine prolapsione confecies.

Prolato, as, avi, atum, are. aufschieben, verlängern. *Syn* Procrastino, differo, longius duco. *Usus* Illud malum sustentando & prolatando vix opprimi potest. V. *Differo.*

Prolatio, onis, f. Aufschub, Verlängerung. *Syn.* Dilatio. *Usus.* 1. Judicii prolationem impetravit. 2. *Commemoratio*, Erzählung. Exemplorum prolatio fidem facit V *Mora.*

Prolecto, as, avi, atum. are. anlocken. *Syn.* Allecto allicio V. *Allicio.*

Proles, is, f. Kind, Leibsfrucht. *Syn.* Progenies, soboles. *Epi.* Ferrea.

Proletarius, a, um. gemein, schlecht. *Syn.* Vilis, plebejus. *Usus.* Sermo proletarius. V. *Tenuis, ignobilis.*

Prolixe, freygebig, weitläuftig. *Syn.* Large, liberaliter, cumulate. *Usus.* Id mihi prolixe pollicitus est & promissis prolixe celeriterque stetit.

Prolixus, a, um. willfährig. *Syn* Liberalis, benignus *Usus.* 1. Animus, natura prolixa, benefica. 2. *Facilis, expeditus*, leicht, fertig. Caetera spero tibi omnia prolixa fore. V. *Longus.*

Prologus, i, m. Vorrede. *Syn.* Praefatio, exordium.

Proloquor, eris, locutus sum, loqui. herausſagen. *Syn.* Profiteor, loquor. V. *Loquor.*

Preludo, is, lusi, lusum, ere. von vielen ein Versuch thun. *Syn.* Speciem exhibeo. V. *Praeludium.*

Prolvo, is, ui, ere. waschen, wegspülen. *Usus.* Vino se proluit.

Preludio, onis, f. Vorspiel. *Syn.* Praeludium, prooemium.

Proluvies, ei, f. Wust, Unflath, Ueberschwemmung. *Syn.* Eluvies, eluvio. *Epi.* Mira. *Usus.* Mira Romae proluvies, magna vis aquae.

Promereor, eris, meritus sum, ēri. verdienen. *Syn.* Mereor. *Adv.* Optime. V. *Mereor.*

Promeritum, i, n. Verdienst. *Syn.* Meritum, beneficium. *Epi.* Universum, majus. V. *Meritum.*

Promineo, es, ui, ere. hervorgehen, hervortragen. *Syn.* Projicior, emineo. *Usus.* Tecti pars projecta, quae prominet A tota acie prominens Id factum in memoriam ac posteritatem prominebit.

Promiscue, durcheinander. *Syn.* Sine discrimine. *Phraf. Omnes promiscue caesi*, sie sind alle, ohne Unterschied erschlagen worden. Nullum aetatis discrimen ira fecerat in cordibus; promiscua omnis aetatis, ordinisque caedes facta est: modum ira non habuit promiscue in omnes versa. Saevitum in omnes nullo discrimine; ferrum effugere nemo potuit; non aetas, non sexus quemquam victoris irae subduxerat; non aetatis non sexus verecundia belli injuria quemquam prohibuit; ne imbelli quidem aetati temperatum. *Usus.* Promiscue & communiter datum. Poterunt iis uti promiscue.

Promiscuus, a, um. unterschieden. *Syn.* Mistus, confusus, incertus. *Usus.* Connubia, caedes promiscua. Divina atque humana promiscua habere.

Promissio, onis, f. Verheißung, Zusage. *Syn.* Pollicitatio. *Epi.* Perniciosa. *Usus* Promissiones auxilii aliquem solari. V. *Promissum.*

Promissum, i. n. Versicherung, Versprechung, Verheißung. *Syn.* Fides, receptum. *Epi.* Uberius, majus. Promissa cruenta, tetra, scelerata, Dis hominibusque invisa, nec diuturna; nec salutaria, honesta, integra, gloriosa, plena laetitiae, plena pietatis, firma, certa, rata, inutilia, multa. *Phraf* 1. *Volo, ut promissa servet*, ich will, daß du dein Versprechen halten. Volo ut stes promissis; fidem exsolvas; fidem tuam liberes; promissa solvas, exsolvas; promisso satisfacias; solvas quod promisisti; re praestes, quae pollicitus es; velim, ut cum tuis verbis facta consentiant; promissa tua exitus confirmet; persolvas, dependas, quod promisisti. 2. *Dabo operam, ut promissis faciam satis*, ich werde sehen, daß ich meinem Versprechen ein Genügen thue. Dabo operam, ut praestem fidem meam? ut fidem tibi probem meam, fidem non deseram; fidei ne defim; ut exequar, efficiam, quod promisi; promissa praestem, promissa exitu confirmem; ut a meis verbis exitus non dissentiat;

Digitized by Google

ut verba res confirmet; ut a promissis pactisque ne discedam. 3. *Turpe est promissa non servare*, es ist schändlich, sein Versprechen nicht halten. Fidem, promissa fallere; frangere promissum, fidem; mutare fidem; a pactis promissisque discedere, recedere; fidem deserere; fidei deesse; inania, irrita promissa reddere; fraude liberare animum nolle. *Usus.* Cæsar multa multis promissa fecit. Promissis suis tenetur. Multi ab eo promissa repetunt, exigunt, flagitant, expetunt. Promissa servabo, solvam, exsolvam, persolvam; promissa efficiam; promisso satisfaciam.

Promitto, is, misi, missum, ere. verheißen, versprechen, zusagen. *Syn.* Polliceor, spondeo, recipio, promissum facio, fidem meam obligo; profiteor, pacisco, offero, defero; constituo. *Adv.* Affirmate, quasi Deo teste, bene, benignissime, exploratius, honeste, honorifice, large, liberaliffime, prolixe alicui, separatim, prompte. *Phras.* 1. *Promisit mihi omnia*, er hat mir alles versprochen. Oneravit me ingentibus promissis; dextram fidemque dedit; auctor fuit, nihil mihi quod in rem meam sit, defuturum; aureos montes mihi pollicitus est. 2. *Hoc tibi sancte promittere possum, nulla in re me tibi defuturum*, ich versichere, daß ich mich überall um dich werde annehmen. A me omnia in te studia atque officia, quæ quidem ego præstare potero, velim exspectes. Præsto me tibi semper fore existimes, planeque tibi persuadeas, velim. Hoc tibi confirmo ac re præstabo, nullum me studii aut officii genus, quod in rem tuam sit, *vel* quod ad laudem dignitatemque tuam pertinere videatur, ullo esse loco prætermissurum. Siquid valebo, valebo tibi. Fidem do, nihil in te studii, nihil officii, quod e re tua sit desiderari me assurum. V. *Polliceor. Usus.* 1. Quod promitto, præstabo. Prolixe de sua voluntate polliceri. Alicui ad cœnam promittere. 2. *Alo*, wachsen lassen. Barbam promittere.

Promo, is, prompsi, promptum, ere. hervorbringen. *Syn.* Profero. *Usus.* Pecuniam ex ærario, vestem ex armario, libros e bibliotheca promere. Animus semper ex se aliquid promit, quod delectat.

Promontorium, ii, n. Vorgebürge. *Syn.* Mons in mare projectus; lingua in altum excurrens.

Promoveo, es, movi, motum, ere. befördern. *Syn.* Proveho, perduco. *Phras.* 1. *Multos promovit ad honores*, er hat viele zu Ehrenstellen befördert. Ad dignitates perduxit; ad honores extulit, honoribus auxit, ornavit; ad maxima fastigia provexit; multis hunc fortuna dedit amplificatorem dignitatis suæ. Multi ejus opera crevere; in altiorem locum ascendere; altiorem dignitatis gradum ejus beneficio consecuti sunt; per eum in ampliffimum locum pervenere; in altissimo gradu positi sunt; evolarunt ad summum gradum; ad honores ejus opera processere; in principum dignationem venere; ejus gratia ad id fastigii sunt extracti; ab humili ordine ad sublimem gradum promoti; ad magna & honorata ministeria, ejus suffragatione producti; in magnum fastigium emersere; eo magnitudinis processere. 2. *Ad summum dignitatem promotus est*, er ist zur größten Würde erhoben worden. Honoribus longissime processit; ex infima fortuna ad summum fastigium profectus est: e tenebris extractus, ac in lucem famamque provectus est; secundo cursu ad summum fastigium evectus est; in summo fastigio positus est; eo magnitudinis processit, quæ omnium temporum dignitatem ac gratiam antecederet; ex infima fortuna crescendi occasionem nactus, gradum ad summa quæque fecit. V. *Gradus, Dignitas, Honor. Usus.* Sedulo movens sese, nihil promovet.

Prompte, hurtig. *Syn.* Alacri animo, sine cunctatione.

Promptus, a, um. fertig, bereit, hurtig. *Syn.* Paratus, expeditus, alacer, hilaris, ardens, erectus; expositus, propositus, in promptu. *Adv.* Æque. *Phras.* 1. *Promptus sum ad te juvandum*, ich bin bereitwillig dir zu helfen. Aderit opitulandi studium, quod in te semper habui; omnis cunctatio aberit, ubi studii in te locum mihi aliquem esse intellexero; ipsum nomen amicitiæ mirabilem mihi alacritatem addet ad te omnibus in rebus juvandum. Quæ mihi animi incitatio, atque alacritas est innata, ea amicitiæ studio incensa, prompta tibi est, & expedita. 2. *Res in promptu est*, die Sache ist schon zur Hand. Res ad manum est; sub manum est; in manu est. *Usus.* Prompta & parata in respondendo celeritas; ad jocandum hilaritas;

tas. Ore ac vultu alacri ac prompto intueri. Quod animo sentio, & vultu, & lingua promptum habeo, wie mir im Herzen ist so ist mir auf der Zunge. Promptissimus homo, & experiens. V. *Paratus*, *expedito*.

Promulgatio, onis. f. Ausruffung, Kundmachung. *Epi.* Nefaria, fatidica. *Usus.* Leges promulgatione latæ, antequam scriptæ.

Promulgo, as, avi, atum, are. ausruffen, kund machen. *Syn.* Edo, prodo, publice propono. *Adv* Nominatim, publice, seperatim. *Usus.* Rogationem legem promulgare. De salute alicujus, vel honore, de constituendo imperatore promulgare.

Promulsis, idis, f. ein Trunk von Honig gemacht. *Syn.* Potio mulsi condita.

Promus, i, m. Schließer, Speisemeister. *Syn.* Cellarius, qui cellæ præest.

Pronepos, otis, m. Urenkel

Pronominatio, onis, f. rhetorische Figur.

Pronuntiatio, onis, f das Aussprechen, die Aussprache. *Syn.* Prolatio; Propositio legis. *Epi* Dulcis, vera & falsa. *Usus.* 1. Nondum lege & pronuntiatione damnatus. 2. *Oratorum munus moderandi vocem*, die Aussprache eines Redners. Quis cantus moderatæ orationis pronuntiatione dulcior? 3. *Dictum, enuntiatio*, Ausspruch, Satz. Omnis pronuntiatio aut vera, aut falsa est. V. *Pronuntio*.

Pronuntiator, oris, m. ein Aussprecher. *Epi* Grandis, sincerus. *Usus.* Thucydides pronuntiator sincerus.

Pronuntiatum, i, n. Ausspruch. *Syn.* Effatum, axioma.

Pronuntio, as, avi, atum, are. aussprechen, vorbringen. *Syn.* Dico, edico; lingua nuncupo, litteras appello. *Adv.* Amplius, memoriter. *Phras Orator is egregie pronuntiat*, dieser Redner hat eine stattliche Aussprache. Orator eximia est in dicendo pronuntiatione; sonus in illo dulcis, litteræ nec expressæ putidius, nec oppressæ. Non exprimit litteras putidius, nec obscurat negligentius. Verba non exiliter exanimata exeunt, non inflata & quasi anhelata gravius; sonus vocis, & appellandarum suavitas litterarum gratiam dicentis augent. Lenis appellatio litterarum, & emendata, cum suavitate vocum explanatio quid leporis habeant, in nullo magis, quam in illo cernitur. Sono. vocis utitur ita recto & simplici, ut nihil ostentationis aut imitationis afferre videatur; verba dicentis sic expressa sunt, ut suis litteræ quæque sonis enuntientur. *Usus* Memoriter multos versus pronuntiare. Pugnam in posterum diem, victorum nomina, militibus certa præmia pronuntiare.

Pronus, a, um. hängend, gebückt, geneigt *R. a* πρανὴς, *Dor.* πρανής. *Syn.* Flexus, inclinatus.)(*Supinus.* *Usus* Motus corporis pronus. V. *Inclino*.

Procemium, ii, n eine Vorrede. *Syn.* Exordium, principium orationis. *Epi.* Novum, mercenarium. *Usus.* Longum, & alte petitum procemium. Exordium habet procemium & insinuationem.

Propagatio, onis, f Fortpflanzung. *Syn.* Procreatio, amplificatio *Usus.* Propagatio imperii, vitæ, temporis, miseriarum.

Propagator, oris, m. Fortpflanzer. *Syn.* Amplificator.

Propago, as, avi, atum, are. erweitern, fortpflanzen. *Syn* Profero, produco, amplifico, dilato. *Phras Malum latius propagatur*, dieses Uebel breitet sich weiter aus. Mali contagio latius in dies serpit; plures jam imperii provinciæ mali contagione contaminatæ sunt; patet id mali genus latius, quam credi possit; ad plures reipublicæ partes pertinet, manat, vulgatur, disseminatur in dies latius, & corroboratur: alpes ascendit, provincias non jam finitimas, sed remotissimas occupat ac involvit. V. *Contagio*. *Usus.* Vitam propagare victu ferino Gloria ejus latissime propagata est. Ad memoriam propagandam, & posteritati prodendam. V *Amplifico*.

Propago, inis, f ein Rebenschoß, Grubrebe. *Syn.* Vitis ad sobolem suppressa.

Propalam, öffentlich. *Syn.* Palam, in aperto, in propatulo. V. *Palam*.

Propatulus, a, um. offen, frey. *Syn.* Apertus. *Usus* In propatulo, more ferarum vivere.

Prope, nahe. *Syn.* Propter, juxta.)(*longe, procul, remote. Phras. Hostis prope est*, der Feind ist ganz nahe. Haud procul abest; in ipsis prope portis est; in conspectu est; in foribus est: tergo imminet; *vix teli jactum abest*; modicis spatiis distat; cervicibus incumbit; supra caput

Digitized by Google

put est; in propinquo est. V. *Vicinus. Usus.* 1. Prope urbem, ripam. Propius a me abest. Propius urbem movere castra. 2. *Pene, fere, propemodum, quasi*, fast, beynahe, schier. Prope centum annos natus. Ille, prope dicam, insanit. V *Propemodum.*

Propediem, ehester Tagen. *Syn.* Brevi *Usus.* Propediem te videbo. V *Brevi*

Propello, is, puli, pulsum, ere fort treiben *Syn* Impello, propulso. *Adv.* Paullum remis. *Usus.* Hostium impetum; navem remis propellere. V. *Pello.*

Propemodum, fast, beynahe, schier. *Syn.* Prope, fere. *Phras. Acies nostra propemodum in fugam versa est*, unser Krieg-heer ist fast in die Flucht gerathen. Haud procul abfuit, quin terga verteret nostra acies; nihil propius factum est, quam ut in pedes se conjiceret acies tota; jam in eo res erat, ut in fuga sibi pretium poneret acies nostra; accisæ res erant; inclinata res erat, vix ut sustineri jam posset, quin effusam in fugam converteretur miles noster: jam ad fugam spectabant omnia *Usus.* Propemodum manere in instituto meo mihi videor. V. *Pene.*

Propendeo, es, endi, sum, ere. vor hangen. *Syn.* Inclino, incumbo, aliquo animum inclino. *Phras. Omnes eo propendebant*, alle waren dahin geneigt. Sententiæ omnium eo inclinabant; inclinabat animus; mente atque animo in eam partem trahebantur. Naturali quodam studio, naturæ inductu eam partem sequebantur, in eam partem præcipites erant. V. *Inclino. Usus.* Summa voluntatis inclinatione ad nos propendet. Quocunque incubuerint ac propenderint, impellam.

Propense, mit gutem Willen. *Syn.* Ex animo, libenter, sponte, summa voluntate.

Propensio, onis, f. Zuneigung, guter Wille. *Syn.* Inclinatio voluntatis, proclivitas. *Usus* Summa in virtutem, aut vitia propensio. V. *Inclino.*

Propensus, a, um. geneigt, bereitwillig. *Syn.* Proclivis. *Usus.* Ad lenitatem, misericordiam natura propensus. Sua sponte ad dicendum propensus. V. *Inclino, propendeo.*

Properantia, æ, f. Eilfertigkeit, Eile. *Syn.* Properatio.

Properatio onis, f. Eile, das Eilen. *Syn.* Festinatio.

Propere, in aller Eile, unverzüglich. *Usus.* Propere se recepit.

Pro. ero, as, avi, atum, are. eilen. *Syn.* Festino, accelero, celeritate utor, maturo. *Adv.* Magnopere, necessario, protinus, vehementer. *Phras.* 1. *Properandum est domum*, man muß nach Hause eilen. Accelerandus gradus est; ventis remisque in patriam iter maturandum; omni festinatione domum properandum; quantum accelerari potest, iter maturandum est: cursu magis quam itineris modo domum contendendum est; præcipitandum iter est, festinatio, celeritas in re petenda patria adhibenda est; maturato opus est. 2. *Hæc properans scripsi*, dieses habe ich in der Eile geschrieben. Præpropera festinatione hæc exaravi; approperato opere hæc in chartam conjeci, quod ad alia festinaret animus, ista deproperavi summa festinatione. 3. *Non potui melius scribere, quia properandum erat*, weil ich eilen muß te, habe ich es nicht besser schreiben können. Festinatio curam exemit nitidius scribendi; festinantius scribendum erat, quam ut opera pingendis litteris dari posset. Utli tantum non erat; non vacabat tantum boni temporis, ut non vacillantes interdum litteræ, aut minus compositæ exirent. *Usus.* Remis & velis in patriam properare. Sive retardabis sive properabis V. *Festino.*

Propino, as, avi, atum, are. zutrinken, zubringen. *R.* προπίνω, *præbibo. Syn.* Trado, effero.

Propinquitas, tis, f. Verwandschaft, Nähe. *Syn.* Agnatio, conjunctio sanguinis, affinitatis necessitudo; vicinitas.)(*longinquitas. Epi* Maxima, pia. *Usus.* 1. Pietate propinquitas colitur. Cum illo maximis vinculis cognationis & propinquitatis conjunctus. 2. *Vicinitas*, Nähe. Municipium propinquitate finitimum

Propinquo, as, avi, atum, are. nähern, näher kommen. *Syn.* Accedo propius, propinquior fio. V. *Prope.*

Propinquus a, um. der nahe ist. *Syn.* Vicinus, proximus, finitimus, citimus, cognatus, necessarius.)(*longinquus. Phras.* 1. *Domus propinqua foro est*, das Haus ist nahe an dem Platze. Foro imminet; in conspectu fori est; haud longe abest a foro;

Digitized by Google

foro; a foro paucis vix passibus recedit, V. *Vicinus, prope.* 2. *Propinquis abundas*, du hast viele Anverwandte. Propinquis & affinibus flores; a propinquis optime paratus, munitus es; cum multis tibi conjunctio sanguinis intercedit; multos habes conjunctione sanguinis devinctos; multi sunt cognationis, propinquitatis ac necessitudinis inculis tecum conjuncti; quorum cognatione teneris, multi sane sunt & illustres; quos sanguine conjunctos habeo, populus sunt. V. *Cognatus, affinis. Usus.* 1. *Loco, intervallo, spatio vicinus*, nahe dem Orte nach. Propinqui horti & finitimi. 2. *Tempore*, der Zeit nach. Propinquam mortem denuntiat. 3. *Cognatione, amicitia, propinquitate conjunctus*, verwandt, angehörig. Arctior colligatio est propinquorum. 4. *Natura proximus*, ähnlich der Natur nach. Gravi propinquum est inflatum.

Propior, oris, *g. c.* näher. *Syn.* Arctior, junctior, interior. *Usus.* Omnibus sua pericula propiora videntur, quam aliena. Causa fuit propior, & exitu similior. Propior est ejusdem generis, nationis, linguæ societas, arctior interiorque conjunctio eorum, qui ejusdem sunt civitatis.

Propitio, as, avi, atum, are versöhnen, begünstigen. *Syn.* Propitium reddo, placo. V. *Placo.*

Propitius, a, um. günstig, gnädig. *Syn.* Secundus, præsens.)(*Infestus, iratus. Usus.* Ita mihi omnes deos propitios velim. V. *Benevolus, Placatus.*

Propola, æ, m. Vorkäufer. *Syn.* Qui mercatur a mercatoribus, quod statim vendat.

Propono, is, posui, positum, ere. vortragen, vorstellen, vorlegen. *Syn.* Pono, ante oculos mihi constituo. *Adv.* Breviter, paullo post, vehementer, aliquando tandem, amantissime quid. fidissime quid. *Phras.* 1. *Nihil mihi præter salutem & libertatem reipublicæ proposui*, ich habe mir nichts anders vorgenommen, als das Heil und die Freyheit des gemeinen Wesens zu erhalten. Nihil mihi deliberatius est, quam salutem reipublicæ tueri; hoc unice intendo, hoc unum institui; me in hoc studium præclare confirmavi; hoc unum destinatum habeo; hoc unum prosequi in animo est; certum mihi est, & deliberatum; hoc totis animis imbibi; fixum hoc est in animo & destinatum, quem ad defendendam reipublicæ libertatem impetum cepi, prosequar. Curas meas omnes ad communem omnium libertatem intendi; ad libertatem reipublicæ meas cogitationes omnes contuli. Nihil aliud a communi libertate quæsivi; nihil præter communem libertatem curavi, spectavi, secutus sum præter libertatem reipublicæ proposita mihi res nulla fuit; ad hoc animum retuli meum; hoc spectabat animus; ad hoc consilia, cogitationes, totamque mentis aciem direxi. 2. *Propone tibi sæpius imaginem patris tui*, stelle dir selbst öfters das Bildniß deines Vaters vor Augen. Pone tibi ob oculos; statue, constitue tibi ob oculos, ante oculos, imaginem patris tui; illam tibi in mente atque oculis defige; subjice sub oculos, sub aspectum, imaginem patris tui; versetur sæpe ob oculos imago clarissimi patris tui; obversetur oculis; ante oculos versetur. 3. *Proposui mihi firmiter*, ich habe mirs fest vorgenommen. Constitui mecum; in animum induxi; apud animum statui; animum induxi, in animo est; deliberatum habeo; id certum mihi obstinatumque est; fixum mihi destinatumque in animo est; obstinavi animo; ratum fixumque est, certum mihi est; sententia stat. V. *Statuo, constituo.* 4. *Proponam rem omnem populo*, ich werde die ganze Sache dem Volke vortragen. Ad populum feram; cum populo communicabo; populum de re tota certiorem faciam: populum de re tota edocebo. *Usus.* Edisendum aliquid publice proponere, Ab eo, quod tibi proposueris, minus aberrabis. Propone tibi duas leges, idque contemplare animo, quod oculis non potes. Qui leges scribunt, utilitatem sibi reipublicæ proponere debent. Rei alicujus imaginem & memoriam sibi proponere.

Proportio, onis, f. Verhältniß, Gleichheit. *Syn.* Comparatio. *Usus.* Quod aer aquæ, hoc aqua terræ proportione reddit. Habent hæ lineæ proportionem & comparationem, quam habent centum ad sexaginta. Pera qua proportio, quod omnes partes inter se cum quodam lepore consentiant. *Proportionaliter, adv.* gleicher Maß nach. *Lat.* pro rata parte.

Digitized by Google

Propositio, onis, f. Vortrag, Satz. *Epi.* Ampla & splendida, infirma, perspicua. *Usus.* Hujus vitæ propositio cogitatioque.

Propositum, i, n. Vorhaben, Vorsatz. *Syn* Mens, consilium, scopus, proposita ratio; susceptum consilium, institutum. *Phr. f. Propositum meum non mutabo*, ich werde mein Vorhaben nicht ändern. Non mutabo institutum meum; perstabo in proposito; manebo, permanebo in suscepto consilio; tenebo, servabo institutum meum; a proposito nec latum unguem discedam; perficiam, quod animo intendi; destinata exequar; nunquam ego me a suscepto consilio, a sententia depelli, dimoveri patiar; retinebo, quam proposui, firmitatem animi, nec latum unguem a proposito deflectam. V. *Cogitationum scopus*, *Opinio*, *Sententia*. *Usus.* A proposito declinare & deflectere sententiam; egredi, aberrare a proposito, von seinem Vorhaben abweichen. Permanere in proposito, susceptoque consilio, auf seinem Vorhaben bleiben. Nulla re a proposito deterreor, sich nicht abschrecken lassen. Ad propositum redire, reverti, wiederum auf sein Vorhaben kommen. V. *Propono*, *Consilium*.

Propositus, a, um. vorgesetzt, ausgesetzt *Syn.* Destinatus; expositus, objectus. *Usus.* Hoc mihi in omni vita propositum est. Omnibus fortunæ telis proposita est vita nostra,

Prapræter, oris, m. Vogteyverweser. *Syn.* Cum Prætoris potestate missus.

Proprie, eigentlich. *Syn.* Privatim.)(*Communiter*, *publice*, *promiscue*. *Usus.* 1. Quod me amas, tibi commune est cum multis; quod ipse amandus es, proprie tuum est. 2. *Ad rem*, *legitime*, *vere*, eigentlich zur Sache, wahrhaftig. O hominem nequam! nihil enim magis proprie dicere possum.

Proprietas, atis, f. Eigenschaft. *Syn.* Naturæ vis, natura propria. *Usus.* Singularum rerum proprietates & naturæ.

Proprius, a, um. eigen. *Syn.* Singularis, peculiaris; germanus, legitimus. *Adv.* Maxime. *Phras.* 1. *Laus ea tibi propria est*, dieses Lob ist dir allein eigenthümlich. Hujus gloriæ socium habes neminem; id quantum est, totum tuum est; nihil sibi ex ea laude decerpere quisquam potest; neme se in societatem ejus laudis, in communionem ejus gloriæ offerre potest; hoc tibi præcipue a natura datum est; est ea laus singularis plane & domestica, quæ a te orta, te uno nititur. 2. *Consulatus non tuum, sed familiæ proprium decus est*, die Bürgermeisterwürde gereicht nicht so viel dir als deiner Familie zur Ehre und Zierde. Consulatus honorem non tibi, sed familiæ debes. Ad familiam tuam, non ad te pertinet, quidquid id splendoris est ex consulatu; non hoc tu tibi, sed familia tibi tua præstitit. *Usus.* 1. Artis maxime proprium est, creare & gignere. 2. *Legitimus*, *germanus*, *certus*, eigenthümlich. Certa & propria rei nota. Nomen, vocabulum rei proprium. 3. *Constans*, beständig. Illud perpetuum ac proprium manebit. 4. *Mancipatus*, leibeigen. Domini proprius, non usu tantum & fructu, sed mancipio & nexu.

Propter, wegen *Syn.* Ob, pro. *Phras.* 1. *Non propter quæstum id egi*, das habe ich nicht wegen des Gewinns gethan. Non quæstus causa, non lucri nomine ea feci. Ea in re non cupiditati serviebam; non auchpabar utilitatem; non tam de mea re solicitus, nec tam ad spem mercedis, quam ad fidem & officium attendebam, Non avaritia, nec studio alio id officium tibi præstiti; lucri ergo nunquam me huc demissurus eram, amicitiæ id dederam, quidquid a me præstitum est. Ut ea præstarem, non quæstu ducebar, movebar. 2. *Unus propter alterum flebat*, einer weinte wegen des andern. Alter de altero flebat; alter alterius vicem mœstus ac solicitus in lacrimis jacebat; materia luctus alter alteri extitit; lacrimas alter alteri impendit. 3. *Propter acceptam injuriam alteri semper erat infensior*, er war ihm wegen erlittener Beleidigung allezeit gehässig. Per causam acceptæ injuriæ, ab accepta injuria; ex injuriæ recentis sensu, per memoriam acceptæ injuriæ semper infensiorem gerebat animum. *Usus.* 1. Propter reliquæ ætatis peccata pœnas persolvo. Legibus propter metum pārere. Tironem propter humanitatem ejus amo. 2. *Prope*, *juxta*, neben. Propter flumen ambulare.

Propterea, darum. *Syn.* Ideo, idcirca, ex eo, ea re. *Usus.* Atque hæc propterea dixi.

Digitized by Google

Propterea, quod, darum, daß. *Syn.* Ob eam rem, quod; ob eam causam, quod; eo nomine, quod. *Usus.* Etsi hæc consolatio sera est propterea, quod &c.

Propudium, ii, n. Schandfleck *Syn* Res pudenda. *Usus.* Propudium illud, ac portentum. V. *Probrum*

Propugnaculum, i, n. Festung, Bollwerk *Syn.* Locus munitus. *Usus.* Leges propugnacula sunt, & muri, & præsidia tranquillitatis publicæ. Propugnaculum opponere objicere; dejicere; propugnaculis urbem defendere. Adjutoria senectutis & propugnacula præparare.

Propugnatio, onis, f. Schutz, Vertheidigung *Syn.* Defensio. *Epi.* Perpetua

Propugnator, oris, m. Schützer, Vertheidiger. *Syn* Defensor. *Epi.* Acerrimus, communis libertatis, studiosissimus, levior, timidior *Usus* Communis libertatis propugnator acerrimus V. *Defensor.*

Propugno, as, avi, atum, are. vertheidigen, schützen. *Syn.* Defendo, pugno.)(*Oppugno. Adv.* Acerrime. *Phras. Patriam fortiter propugnavit*, er hat für das Vaterland tapfer gefochten. Acerrimus patriæ propugnator ac defensor fuit; acerrimum se patriæ libertatis defensorem præbuit, præstitit, ostendit. Hostibus patriæ sæpe suum corpus oppositit, objecit; pro patria pugnavit strenue & summa cum fortitudinis laude. Multa ille prælia pro patria sustinuit: vires omnes ad salutem patriæ contulit; pro salute patriæ defendenda nullum laborem, nullum capitis discrimen defugit. *Usus.* Bestiæ pro partu suo acerrime propugnant. Pro salute alicujus propugnare.

Propulsatio, onis, f. Abwendung. *Syn.* Depulsio.

Propulso, as, avi, atum, are. abwenden, vertreiben. *Syn.* Repello, arceo, depello, propello. *Usus.* Injuriam a se, impetum inimicorum, frigus & famem propulsare. V. *Pello, arceo.*

Propylæum, i, n. Vorhaus, Vorhof. *Syn.* Vestibulum. *Epi.* Præclarum

Proquæstor, oris, m. Untereinnehmer. *Syn* Quæstoria potestate præditus.

Prora, æ, f. der Vordertheil des Schiffs. *Syn.* Anterior pars navis. *Usus.* In navigio latera, carina, prora, puppis.

Prorepo, is, repsi, ere. fortkriechen. *Syn.* Ultra repo.

Proripio, is, ripui, reptum, ere sich fort machen. *Syn.* Repente me subduco. *Adv.* Repente se, undique se. *Usus.* E curia se proripuit, ejecit. V. *Prodeo, fugio, evado.*

Prorogatio, onis, f. Aufschub, Verlängerung. *Syn.* Prolatio. *Usus.* Utar unius diei prorogatione.

Prorogo, as, avi, atum, are. verlängern, verschieben. *Syn.* Produco profero, extraho, propago, differo. *Usus.* Imperium alicui, provinciam prorogare. V. *Differo.*

Prorsus gänzlich, durchaus. *Syn.* Penitus plane omnino, omni ex parte, usquequaque, funditus, radicitus, sine ulla exceptione.)(*Nulla ex parte. Usus.* Prorsus non est dubium. V. *Plane, omnino.*

Prorumpo, is, rupi, ruptum, ere. hervorbrechen. *Syn.* Erumpo. *Usus.* Prorumpet hominum audacia. V. *Impetus, erumpo.*

Proruo, is, rui, rutum, ere. zerstören, niederwerfen *Usus.* Pars vallum vellere, pars aggeres proruere, pars fossas explere.

Prosapia, æ, f. Geschlecht, Stamm. *Syn.* Genus, stirps, V. *Genus.*

Proscenium, ii, n. Gerüst vor dem Theater *Syn.* Locus ante scenam

Prascindo, is, scidi, scissum, ere. zerspalten. *Usus.* Terram aratro proscindere.

Proscribo, is, psi, ptum, ere. verdammen, in die Acht erklären. *Syn.* Proscriptionem facio, publico. *Usus.* Familia Catonis tota proscripta est. V. *Exilium.*

Proscriptio, onis. f. Landesverweisung. *Syn* Damnatio, publicatio. *Epi.* Acerbissima, infortunata, mediocris, nova & multo crudelior præclara, irrita *Usus.* Ferre, facere, instaurare proscriptionem de capite & bonis civium. V. *Exilium.*

Proscriptus, a, um. feil geboten, vogelfrey *Syn.* publicatus, neci addictus, in exilium actus. V *Exul.*

Prosemino, as, avi, atum, are. ausstreuen. *Syn.* Procreo. *Usus.* Multæ familiæ Philosophorum a Socrate proseminatæ. V. *Semino.*

Prosequor, eris, secutus sum, sequi. nachfolgen *Syn.* Sequor, insequor, subsequor, persequor *Adv* Longius. *Usus.* 1. Discedentem lacrimis, animo, corpore, copiis prosecutus est. Aliquem benevolentia prosequi. Bona existimatio eum usque

Digitized by Google

que ad rogum profecuta eſt. 1. *Orno, officio*, zieren, anthun. Plauſu aliquem, officiis alicujus memoriam proſequi. Vehementioribus aliquem verbis proſequi. 3 *Ago, tracto, exequor*, abhandeln, fortſetzen. Non id proſequor longius. Laudes clarorum virorum proſequi. Jus ſuum proſequi, *vel* exequi. 4. *Comitor*, begleiten. Mirabilis eum civium benevolentia proſecuta eſt. V. *Sequor*.

Proſerpo, is, pſi, ptum, ere. hervorkriechen.

Proſilio, is, ui, *vel* ii, ultum, ire. hervorſpringen. *Syn.* Exſilio, prorumpo. V. *Erumpo*.

Proſpecto, as, avi, atum, are. ausſehen. *Syn.* Proſpicio, ſpecto.

Proſpectus, us, m. das Ausſehen. *Syn.* Locus editus, & apertus ad proſpiciendum: ſpecula. *Epi.* Præclarus, pulcherrimus. *Phraſ.* 1. *Proſpectum impedire*, die Ausſicht verhindern. Obſtruere luminibus; proſpectui officere; officere luminibus. 2. *Pulcherrimus eſt proſpectus*, es iſt ein überaus ſchönes Ausſehen. Locus, unde liber proſpectus oculorum, etiam quæ procul receſſere, emetiri poſſit; unde omnis ora maris, late patente ex tam alto jugo proſpectu, oculis ſubjicitur. *Uſus.* Neſcio, an magis tumulis, & proſpectu, an ambulatione delecter. Proſpectu in agrum capto.

Proſpeculor, aris, atus ſum, ari. vorher ausſpähen. *Syn.* Speculor. *Uſus.* Ad locum caſtris capiendum, proſpeculatum miſit.

Proſper, ra, um. glücklich, R. *ex* Pro & Spero. *Syn.* Secundus, felix, ad voluntatem fluens. *Uſus.* Cum proſpero fortunæ ſtatu utaris. Proſpera, æquabilis perpetuaque fortuna; vitæ ſine ulla offenſione curſus proſperrimus. V. *Felix*.

Proſpere, glücklich, nach Wunſch. *Syn.* Feliciter. *Uſus.* Omnia tibi proſpere cedent, evenient, procedent.

Proſperitas, tis, f. Wohlſtand, Glückſeligkeit. *Syn.* Res ſecundæ, felicitas, ſecundus fortunæ ſtatus, proſpera fortuna; vitæ ſine ulla offenſione curſus proſperrimus. *Adverſæ res, fortunæ ſiniſtra. Uſus.* Improborum proſperitates, & ſecundæ res. V. *Felicitas, fortuna, bona*.

Proſpicio, is, ſpexi, ſpectum, ere. vorſehen, anſehen. *Syn.* Præveideo, præſentio; conſulo, provideo. *Adv.* Æque, alte, ante, impoſterum, longe, multo, ante, multum. *Phraſ. Suis commodis proſpexit*, er hat ſchon für ſeinen Nutzen geſorget. Commodis ſuis ſervit, conſuluit naviter; ex re conſultavit ſua, res ſuas meliuſculas fecit; conſtabilivit res ſuas naviter; auxilia ſuis rebus undique circumſpexit. V. *Conſulo. Uſus.* 1. Animo, conjectura longe ante futuram reipublicæ tempeſtatem proſpexi. 2. *Conſulo*, Vorſehung thun. Famæ, ſocliis, veſtigalibus proſpicite. V. *Prævideo. Provideo, Conſulo*.

Proſterno, is, ſtravi, ſtratum, ere. zu Boden ſchlagen, niederwerfen. *Syn.* Abjicio, affligo, ad caſum do, perdo, obtero, perverto. *Phraſ. Gigantem proſtravit*; er hat den Rieſen zu Boden geſchlagen. In ſpatium ingens ruentem porrexit corporis molem; ad terram dedit; in terram ſtatuit; ad terram afflixit. V. *Dejicio. Uſus.* Hoſtem proſternere. Perfringere ac proſternere omnia. Proſternere ac obterere malevolorum obtrectationes. Abjicere & proſternere ſe ad pedes, & ſupplicare alicui. V. *Sterno*.

Proſtibulum, i, n. Schandbalg. *Syn.* Scortum.

Proſtituo, is, ui utum, ere. feil bieten. *Syn.* Corporis poteſtatem promiſcue facio, corpus vulgo. *Uſus.* Pudicitiam proſtituere. *Proſtituere ſe vulgo*, ſich ſelbſt zu Schanden machen *Latine*: Os præbere ad contumeliam.

Proſto, as, iti, are. hervorragen, hervorſtehen.

Proſum, prodes, fuit, prodeſſe. nützlich ſeyn. *Syn.* Proficio, utilitatem *vel* fructum affero; præſidio ſum; juvo. *Adv.* Admodum, multum facetiis, neceſſario, poſterius, vehementer. *Phraſ. Multum mihi prodeſt*, es nutzet mir viel. In rem meam eſt; e re mea eſt; in rem mihi eſt; multum affert, habet commodi. V. *Utilis. Uſus.* Nec ſibi, nec aliis prodeſt.

Protego, is, texi, tectum, ere. beſchützen, beſchirmen. *Syn.* Tueor, defendo, tutor. *Phraſ. Homo nequam a principe protegitur*, dieſer Böswicht wird von einem Fürſten geſchützet. Latet ſub umbra magni Principis, latet in præſidio & tutela; hominem nefarium magnus Princeps tutum præſtat; nequam homo in tutela eſt Principis, qui ejus capitis cuſtodiam nunquam dimittit, præſidio

Digitized by Google

homini nequam est nomen viri Principis V. *Tutor. Usus.* Jacentem & spoliatum protegere.

Protendo, is, di, sum, ere. **hervorstrecken** *Syn.* Prorogo. *Usus.* Comitia in alterum mensem protendimus.

Protero, is, trivi, tritum, ere. **zertreten.** *Syn.* Conculco.

Proterve, **muthwillig, ungebärdig.** *Syn.* Superbe, fidenter. *Usus.* Proterve loqui.

Protervitas, atis, f. **Muthwille, Unverschämtheit.** *Syn.* Petulantia. V. *Petulans.*

Protervus, a, um. **frech, muthwillig.** *Syn* Petulans, audax. V *Petulans.*

Protinus, **alsbald.** *Syn.* Statim. *Usus.* Protinus Romam perge. V. *Statim.*

Protraho, is, xi, ctum, ere. **hervorziehen** *Syn.* Traho. *Phras. Prælium in noctem protrahere*, die Schlacht in die Nacht hinausziehen. Prælium in noctem conjicere; in noctem deducere; extrahere diem pugnando; prælium in noctem protendere. V. *Mora*

Protrudo, is, si, sum, ere. **hervorstossen.** *Syn.* Impello, propello.

Proturbo, as, avi, atum, are. **wegtreiben.** *Syn* Repello. *Usus.* Hostem telis missilibusque proturbare. V. *Pello.*

Provectus, a, um. **fortgeführt.** *Syn.* Natu grandior. *Usus.* 1. Non admodum grandis natu, sed tamen ætate provectior. 2. *Progressus*, **weiter gekommen.** Longius, quam valuissem, provectus sum.

Provehо, is, xi, ctum, ere. **fortführen.** *Syn.* Produco, promoveo. *Adv.* Longius, paullo longius, multum, nec ita multum. *Usus.* Res nostræ ad optatum exitum provehuntur. Populari aura latissime provehitur. Navis in portum provehitur. V. *Progredior.*

Provenio, is, veni, ventum, ire. **hervorkommen.** *Syn.* Exorior, venio. *Usus* Nec, quid proventurum sit, provident.

Proventus, us, m. **das Einkommen**, Gefälle. *Usus.* Calamitatum & miseriarum proventus. Superioris anni proventus. Fructus prædiorum ac proventus V *Reditus.*

Proverbium, ii, n. **ein Sprichwort.** *Syn.* Adagium. *Epi.* Contritum vetustate, sermone, verum & vetus, laudatum, vulgare, commune. *Phras. Vetus est proverbium*: Summum jus, summa injuria, **es ist ein altes Sprichwort** it. Vetus verbum est; in proverbii consuetudinem venit; tritum sermone, decantatum, contritum vetustate proverbium est; jactatum vulgo proverbium est; proverbii locum obtinet; in proverbio est; in proverbium abiit; vulgo dici solet; vulgo dicitur; Summum jus, &c. ut ajunt, quemadmodum ajunt, quomodo ajunt, quod vulgo dici solet, ut in proverbii loco dicitur. *Usus.* Vetus laudatumque proverbium est; res est in communibus proverbiis versata.

Providentia, æ. f. **Vorsichtigkeit, Behutsamkeit.** *Syn.* Numen, divinum imperium, consilium, prudentia, cura, gubernatio, administratio. *Epi.* Diligens & solers, divina, victrix & moderatrix. *Phras. Divina providentia mundus regitur*, die Welt wird durch die göttliche Vorsicht regieret. Æternæ mentis numine atque consilio universa pariter & singula gubernantur. Dei nutu atque potestate summa pariter & ima administrantur. Res omnes cœlesti dispensatione temperantur. Interest rebus humanis cœleste numen. Dei immortalis nutu atque consilio omnia geruntur. Deo res humanæ curæ sunt. Commoda vitamque omnium tuetur æternæ mentis numen. Terras & maria contemplatur Deus, rerumque omnium curam agit. Idem rebus humanis consulit non modo universis, sed singulis. V. *Deus. Usus.* Providentia est, per quam futurum videtur, antequam eveniat. Dei providentia mundus, ut constitutus est, ita regitur & administratur. V. *Prudentia*

Providenter, **vorsichtig.** *Usus.* Ratio providentissime constituta.

Provideo, es, di. sum, ere. **versehen, voraussehen.** *Syn* Prospicio, consulo, medeor: prævideo, præsentio, præcaveo. *Adv.* Ante, diligenter, divinitus, in posterum, longissime, magnopere, multum, publice, sapienter, vehementer, bene, fortuito, nihil. *Phras. Ego inimicorum insidias sapis provideo*, ich sehe die Nachstellung meiner Feinde wohl voraus. Insidias inimicorum prope perspicio, odoror, cerno, intelligo, prævideo, cognosco, sentio, non me latet, fugit, fallit, præterit, quid insidiarum mihi paretur; obscuræ mihi non sunt, clam mihi non sunt, quas inimici in me comparant insidias. Quos mihi laqueos tendant video, novi,

Digitized by Google

novi, didici, comperi, detexi. Quæ ſpimici mei moliuntur adverſum me, mihi ignota minime ſunt, mihi patent, aperta ſunt, liquent, me imprudente non fiunt; explorata mihi ſunt iſta comperta, certa, nota, clara, manifeſta, perſpicua, apprime cognita. *Uſus* 1. Providere ſaluti; incommodis mederi. 2. *Provideo*, *præſentio*, vorausſehen. Rebus e ſententia paratis, compoſitis, proviſis. In poſterum providere. 3. *Præcaveo*, verhüten. Ante animus occupatur iracundia, quam providere potuerit. V. *Proſpicio.*

Providus, a, um. vorſichtig, behutſam. *Syn.* Providens, cautus, multum in poſterum providens, ſagax, proſpiciens. *Phraſ. Sapientes providi ſunt*, die Weiſen ſind vorſichtig. Sapientia præditi res futuras, ut præſentes, intuentur; tanquam oculis cernunt; longe in poſterum proſpiciunt; conjectura res futuras aſſequuntur; ea, quæ impendent, tanquam ex aliqua ſpecula proſpiciunt. Sapientibus rerum omnium ſumma cautio eſt atque proviſio. V. *Prudens Uſus.* Homo animal natura providum, ſagax Natura ſolers, providaque utilitatum omnium. V. *Prudens.*

Provincia, æ, f. Landſchaft. *Syn.* Regio bello occupata: munus, partes. *Epi.* Aliena, annua, antiquiſſima, fideliſſima, proxima, apta, explicata, aptiſſima, aquaria, citerior, clariſſima, corruptior, cuncta, egregia, expeditiſſima, fidelis & amica, fructuoſiſſima & opportuniſſima, non tam gratioſa & illuſtris, quaſi negotioſa & moleſta, infeſta alicui, legatoria, levis atque inops; libera a prædonibus, locuples, referta, vetus, longa, maxima, miſera, perdita, nuda, officioſa, ornata, pacata per ſe & quieta, afflicta, plena laboris, periculi, detrimenti, propinqua, recens, ſalva, ſplendida, ſuburbana, plena o timorum ſociorum, tribunitia, triumphalis, uberrima, vectigalis, urbana. Provinciæ conſulares, digniſſimæ aliquo, finitimæ, frumentariæ novæ, graviſſimæ, prætoriæ, totæ. *Uſus.* 1. Provinciam obtinere conſulari imperio. 2. *Tranſl. Munus, partes, negotium, labor, opera, opus*, Amt, Geſchäfft, Arbeit ꝛc. Provinciam ſibi *deposcere*, Amt begehren. Provinciam alicui aliquam decernere, dare, tribuere, conferre; provinciæ aliquem præficere, Amtsverwaltung auftragen Provinciam capere, accipere, habere, ſuſtinere obtinere, gubernare, adminiſtrare, obire, Amt verwalten Provinciam deponere; provincia ſe abdicare, Amt ablegen. Provinciam alicui abrogare, ein Amt nehmen. In provincia verſari, in einem Amte oder Verwaltung ſeyn. Provinciam finire, das Amt enden.

Provincialis, e. zur Vogtey, Provinzgebörig *Uſus.* Viri, negotia, hoſpitia provincialia.

Proviſio, onis, f. Fürſehung. *Syn.* Remedium, cautio. *Uſus.* 1. Horum incommodorum ſumma cautio eſt, atque proviſio, ne nimis cito diligere incipiamus. 2. *Præſenſio*, Vorſehung. Multum poteſt proviſio animi & præparatio ad minuendum dolorem.

Provocatio, onis, f. Ausfoderung, Beruffung auf etwas. *Uſus.* Provocatio patrona illa civitatis, ac vindex libertatis. Ad populum provocatio eſto.

Provocator, oris, m. Ausfoderer.

Provoco, as, avi, atum, are. ausfodern, auffodern, ſich beruffen auf jemanden. *Syn.* Laceſſo, voco, tento.)(*Reſpondeo. Adv.* Vehementer. *Phraſ.* 1. *Ad certamen provocavit*, er hat ihn zu einem Streite herausgefodert. Ad pugnam laceſſivit; magna verborum contumelia ad pugnam evocavit, excivit; in certamen poposcit. 2. *Provoco ad tribunos*, ich beruffe mich auf die Zunftmeiſter. Tribunos appello; tribunis disceptatoribus uti volo *Uſus.* Aliquem ad pugnam provocare. Injuriis aliquem provocare. Ad Catonem provoco.

Provolo, as, avi, atum, are. hervor fliegen. *Uſus.* Ingenti clamore in locum aliorum ante ſigna provolant.

Provolvo, is, volvi, volutum, ere. hervorwälzen, legen *Uſus.* In mediam viam aliquid provolvere. Ad genua, ad pedes alicujus ſe provolvere.

Prout, *wie. Syn.* Ut, perinde, ut; *Uſus.* Prout res tulerit, agam. Pro re nata, prout res poſtulabit; conſilium capiam.

Proxime, unlängſt, nächſtens. *Syn.* Nuperrime, poſtremo, paullo ante, nuper admodum; in proximo. *Uſus.* 1. Litteras, quas ad te proxime. 2. *Valde, prope*, ſehr nahe Quam proxime hoſtem caſtra ponit. Equites ad ſenatorem quam proxime accedunt.

Digitized by Google

Proximus, a, um der nächste.)(*maxime remotus. Usus.* 1. *Ratione temporis*, der Zeit nach. Consul anno proximo. 2. *Ratione loci*, dem Orte nach Proximus Pompejo sedebam. 3. *Ratione dignitatis, meritorum &c.* der Würde oder den Verdiensten nach. Eques senatori dignitate proximus. V. *Vicinus.* In proximo ædes conducere. Proximus a postremo, *penultimus*, *vulg.* der Vorletzte.

Prudens, tis, *g. o.* klug, fürsichtig. R. *contract. ex* Providens. *Syn.* Prudentia præditus, sapiens, multarum rerum peritus; magni usus, magni consilii. *Adv.* Satis superque. *Phras.* 1. *Vir prudens est*, er ist ein kluger Mann. Et animo & consilio paratus; sapientia præditus prope singulari; quo consideratiorem vix reperias; ad perspicienda incommoda ac pericula insigni prudentia; qui consilio plus quam fortunæ confidat; qui prudentia, tanquam divinatione quadam utatur; qui considerate facias omnia; sagax & cordatus; in existimando solers admodum ac prudens; consideratus idem, ac ab ingenii acumine judiciique vi commendatus. 2. *Esne prudens?* bist du wohl geschickt? Mentisne te compotem esse dicam? mentene constitere; mentene ego constare te credam? an ratione uteris? an sanum est consilium? an satis a temeritate remotum? consilione, ac ratione satis firmatum est, quod moliris? pectus tibi ego sapere existimem? *Usus.* Vir peracutus, gravis, & ad consilia prudens. V. *Provido, sapiens, sapienter.*

Prudenter, klug, fürsichtig. *Syn.* Sapienter, provide. *Phras. Prudenter agendum est*, man muß fürsichtig handeln. Consilio & ratione agendum; rationi hic dandus locus est; rationi parendum, obediendum; magna circumspectione hic utendum est. *Usus.* Multa prudenter prævisa. V. *Sapienter.*

Prudentia, æ, f. Klugheit, Fürsichtigkeit. *Syn.* Sapientia, consilium, ratio; intelligentia, mentis acumen, vis eximia mentis. *Epi.* Civilis, communis, domestica, dulcis alicui, eximia, fidelis, grata, valde grata, non indiserta, mediocris, moderatrix eloquentiæ, naturalis quædam, perspicua, præstans; non præstans, sed prope vulgaris & communis, similima rerum omnium, singularis, summa, tanta, vacua, vetus illa & excellens. *Usus.* Prudentia in delectu bonorum & malorum cernitur. Prudentia in judicando & differendo. Hoc sentire prudentiæ est; facere fortitudinis. V. *Consilium, sapientia, providentia.*

Pruina, æ, f. Reif. R. *q.* πρύϊνη, matutina, *quod mane cadat*; *vel q.* Perurina, *a* peruro, *quod frumenta perurat. Usus.* Aqua nive pruinaque concrescit. Obrigescere pruina.

Prurio, is, ire. beißen, jucken. *Usus.* Animus mihi prurit

Psallo, is, ere. singen, auf Saiten spielen. *Syn.* Fidibus cano, lyram pulso. *Hinc* Psaltria.

Pseudothyrum, i, n. Hinterthüre, heimliche Thüre. *Syn.* Posticum: janua in aversa parte domus. *Usus.* Voluptates non janua, sed pseudothyro intromissæ.

Puber, beris, *g. o.* mannbar, erwachsen. *Syn.* Adolescens. *Usus.* Ad puberem ætatem. Nemo puber tum fuit, qui arma non caperet.

Pubertas, tis, f. mannbares Alter. *Syn.* Pili, qui primi puberibus efflorescunt.

Pubes, bis, f. Mannbarkeit, junge Mannschaft. R. *ab* ἥβη. *Usus.* Pube tenus. Omnis Italiæ pubes.

Pubesco, is, ere. mannbar werden. *Syn.* Adolesco. *Usus.* Cum primum pubesceret Hercules, in solitudinem abiit.

Publicanus, i, m. Zöllner. *Syn.* Qui vectigal exercet & exigit. *Epi.* Paulle cupidior, fortissimus, maximus, novus, afflictus, amantissimus alicujus, non firmus, alicui amicissimus, levis in exigendis vectigalibus, miser, molestus. *Usus.* Ordo publicanorum.

Publicatio, onis, f. öffentliche Einziehung der Güter. *Syn.* Proscriptio bonorum.

Publice, öffentlich. *Syn.* Palam, vulgo)(*privatim. Phras. Res publice gesta*, die Sache ist öffentlich geschehen. Res in oculis omnium; ante oculos; in luce, in publico; palam populo: in propatulo; propalam gesta. V. *Conspectus.*

Publico, as, avi, atum, are. die Güter einziehen. *Syn* Proscribo, præconi subjicio. *Phras. Publicare bona alicujus*, die Güter einziehen, confiscieren. Addicere bona in publicum; hastam ponere: hastæ subjicere; præconi, *vel* præconis voci bona subjicere; facere bonorum proscriptionem; venditionem indicere; sub co-

rona

Digitized by Google

rona vendere. *Ufus.* Agros, domum publicare.

Publicus, a, um. gemein, öffentlich. *Syn* Communis. *Phraſ.* 1. *Prodire in publicum*, unter die Leute kommen, ſich öffentlich ſehen laſſen. In concionem populi prodire; in publicum cœtum prodire; in ſolem ac pulverem procedere; in civium conſpectu, in luce habitare; velut in theatro verſari; in foro verſari. 2 *In publicum conſulere* öffentlich ſeine Meynung beybringen. Ferre, proferre, quæ in rem communem ſint, in medium conferre; in medium conſulere, quid optimum factu reipublicæ. 3. *Tune in publico comparere audes?* darfſt du dich wohl unterſtehen, öffentlich zu erſcheinen? Tu lucem aſpicere audes? Tu in foro, tu in urbe, tu in civium conſpectu obſervari audes? Quæ iſta eſt audacia, in publicum procurrere, obſidere vias, occurrere in triviis, forum premere, in oculis habitare? Includi te domi, carere publico, lucem non aſpicere te oporteret. *Ufus.* Proponere epiſtolam in publico. De publico ſtipendium ſtatuere. De publico eſt elatus, die Leichkoſten ſind von der Rentkammer hergeſchoſſen worden.

Pudens, tis, *g. o.* ſchambaftig. *Syn.* Verecundus. *Ufus.* Eſt in eo liberale ingenium, pudens, pudicum.

Pudenter, züchtig, ſchambaftig *Syn* Verecunde. *Ufus.* Pudenter vivere, pudenter appellare aliquem & rogare.

Pudet, uit, ſich ſchämen. *Syn.* Pudore afficior. erubeſco. *Adv.* Sero & nequicquam. *Phraſ.* 1. *Pudebat eum plura proloqui*, er ſchämte ſich etwas mehreres vorzubringen. Eruburt ora veſtra; pudor eum pene ſubruſticus, ne plura diceret, deterruit, abſterruit; ne pluribus ageret, verecundia impedichatur; pudore tractus, confectus, victus conticuit; plura dicendi verecundia fuit; verecundia motus, præpeditus, deterritus plura non addidit. Tot hominum conſpectus ruborem ei incuſſit, loquendi verecundiam attulit timentem jam, & ſui vix compotem pudor quidam obſtupefecit. 2. *Reputantem iſta pudere cœpit*, da er ſich deſſen erinnerte, fieng er ſich anzu ſchämen. Reputantem iſta verecundia cepit; animum verecundia ſubito reputanti iſta jam dudum pudor verſabat animum; reputantem iſta pudor facinoris angebat, nec aut vultum erigere, aut loqui jam ſuſtinebat; facinoris recordatio verecundiæ fuit; plura meminiſſe rubori fuit; facti recordatio hominem in ruborem dedit. 3. *Nullius te rei pudet*, du ſchämeſt dich keines Dings mehr, haſt alle Scham verlohren. Os dudum perfricuiſti; perfrictæ frontis es; pudorem omnem abjeciſti, exuiſti, abſterſiſti; quidlibet audendi nulla tibi jam verecundia; quæ jam tanta eſt magiſtratuum auctoritas; quæ verecundiam tibi imponat? quæ te res, quis pudor a licentia revocet? Pudor omnis jam dudum exulat; pudorem vivendi licentia excuſſit; pudorem omnem non tam dimiſiſti, quam ejeciſti. V. *Impudens, impudentia. Ufus.* Sunt homines, quos infamiæ ſuæ neque pudeat, neque tædeat. Quem non pudet, hunc pœna dignum cenſeo.

Pudicitia, æ, f. Schamhaftigkeit, Zucht. *Syn.* Pudor. *Epi.* Aliena, ſumma. *Ufus.* Parcat juventus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet, expugnet, eripiat alienam. Hunc nec pudicitia a cupiditate revocavit. Erubeſcunt pudici etiam laqui de pudicitia. V. *Verecundia.*

Pudicus, a, um. geſchämig, keuſch. *Syn.* Verecundus, caſtus, homo virginali verecundia, pudentiſſimus & optimus. *Ufus.* Domus pudica. V. *Verecundus.*

Pudor, oris, m Scham, Schamhaftigkeit. *Syn.* Verecundia, rubor, ingenuitas, integritas, modeſtia.)(*Petulantia, protervitas. Epi.* Honeſtus, mirificus, moderator cupiditatis, periculoſus, ſingularis, ſubruſticus, ſummus. *Ufus.* Pudor eſt moderator cupiditatis; ornamentum florentis ætatis. Si non famæ pudor, ſupplicii metus te abſterreat. Pudorem dimittere. V. *Modeſtia, Verecundia.*

Puella, æ, f. Mägdlein. *Syn.* Virgo, muliebris ſexus liberi.

Puer, eri, m. Knab, Bube. *Syn.* Puerulus, filius; infans; ſervus. *Epi.* Acerbus, carus & jucundus, clarus & nobilis, conſcius, egregius, fatuus & non gravis, non continens, feſtivus, formoſus, non grandis, humaniſſimus, infans, inſignis, miſer, modeſtiſſimus, ſuaviſſimus, nobilis, optimus, parvulus, parvus, patrimus, matrimus, prætextatus, pulchellus, pulcherrimus ſapientior. ſuavis, amans alicujus, ſuppleo, teter

Digitized by Google

teter & fœdus. Pueri delicati, festivi, formosi, ingenui, meritorii, lepidi, regii, symphoniaci, venales. *Phras. A puero*, von Jugend auf. A teneris unguiculis, ab ineunte ætate; a primis temporibus ætatis nostræ; inde usque a toga pura; ab incunabulis; jam inde usque a pueritia; a parvo; a puero parvulo; ab adolescentulo; ab adolescentia; ab ineunte adolescentia; a prima adolescentia; a primo tempore ætatis; ab ineunte pueritia, a primo tempore adolescentiæ; a teneris; a pueris; a parvis; a primæ ætatis initio. *Usus.* His pueris nihil potest esse festivius. Infirma ætate puer, imbecillaque vi mentis. Artes, quibus a pueris dediti fuimus.

Puerilis, e. kindisch. *Usus.* Ætas, exercitatio, delectatio, species puerilis.

Pueriliter, kindischer Weise. *Syn.* Stulte.

Pueritia, æ, f. Kindheit. *Syn.* Primum tempus ætatis, ætas puerilis, prima ætatula, ætatis tirocinium, pueriles anni. *Epi.* Extrema, iners, petulans. *Usus.* A pueritia mihi cognitus es. V. *Puer.*

Puerulus, i, m. Knäblein, Kindlein. *Syn.* Pusio.

Pugil, is, m. Kämpfer, Fechter. *Syn.* Athleta. *Epi.* Olympionices, cupidus olympiorum, inexercitatus.

Pugilatio, onis, f. das Fechten, Kämpfen. *Syn.* Pugilum exercitatio. *Usus.* Pugilatio, luctatio.

Pugio, onis, f. Dolch. R. *a Pungo. Syn.* Gladius brevis, sica. *Epi.* Cruentus, plumbeus, præsens, stillans.

Pugna, æ, f. ein Streit, Schlacht, Gefecht R. *a* pugnus: *veteres ante armorum usum pugnis certabant Syn.* Prælium, certamen. *Epi.* Acerrima, calamitosa, equestris, gladiatoria, incredibilis, mala, navalis. Pugnæ innumerabiles, maximæ, præclarissimæ, mirificæ, pedestres. *Phras.* 1. *Pugnam indicere in certum diem*, den Tag zur Schlacht bestimmen. Certum pugnæ diem constituere; pronuntiare prælium in certum diem. 2. *Ad pugnam elicere hostem*, den Feind zur Schlacht herauslocken. Ad pugnam evocare; ad prælium, pugnam elicere; tumultuoso & minaci genere pugnæ hostem excire; hostem prælio lacessere; pugnam, prælium ciere. 3. *Pugnam tentare*, sich in eine Schlacht einlassen. Prælio belli fortunam experiri; pugnæ copiam & potestatem hostibus facere; ire in pugnam; certamen tentare, experiri; dimicationem subire; pugnam subire; aleam universi certaminis adire, subire; in certamen descendere; certamen inire; rem prælio committere. 4. *Pugnam ordiri*, die Schlacht anfangen. Pugnam capessere, manus conserere; certamen contrahere; armis congredi; prælium inire, incipere, conserere; in prælium ruere, ad certamen copias agere; signa conferre; arma conferre. 5. *Pugnam facere*, eine Schlacht halten. Acie decernere, dimicare acie; æquo campo, collatisque signis certare; prælium facere, edere, committere; decertare prælio; prælio contendere; confligere; pugnam facere, committere; pugnam edere; ad manus venire; armis contendere, disceptare. 6. *Pugnis minoribus præludere*, kleine Scharmützel halten. Parva, sed frequentia certamina serere, conserere, facere, miscere; parvis certaminibus in summam totius spei preludere; levia prælia facere: procursationes leviaque certamina inire; parvulis præliis, minutis præliis, pugna velitari; procursationibus cum hoste contendere, concurrere, discrimen universi belli experiri. 7. *Pugnam decretoriam facere*, *valg.* eine Hauptschlacht liefern. In discrimen summæ rerum pugnare; ad universæ rei dimicationem venire; ab ultima spe dimicare; in summam totius spei decertare; aleam universi certaminis jacere, subire; discrimen universi belli uno prælio facere. 8. *Pugna jam incipit*, die Schlacht fängt schon an. Hæret jam acies collato pede; undique jam pugna se movet; certamen accenditur, contrahitur; exardescunt prælii initia. 9. *Pugna adhuc anceps est*, die Schlacht ist noch zweifelhaft. Communis adhuc Mars est belli, & fortuna necdum discrimen facit; qua datura sit vires; Marte adhuc incerto & dubia victoria pugnatur; pugna utrinque æquis adhuc stat viribus; æquo adhuc Marte nusquam inclinante victoria dimicatur; æquatum omnium periculum, æquata dimicatio; pari adhuc Marte certatur; æquo prælio concurritur, disceditur. 10. *Pugna quæ jam paullo erat lentior, iterum ingravescebat*, die Schlacht, die schon allgemach abnahm, gieng wiederum aufs neue an. Pugna, quæ jam laxabatur, senescebat, [illegible] recruduit, exarsit; renovatum, [illegible]

Digitized by Google

integratum, reſtitutum eſt prælium. V. *Certamen*, *prælium*. *Uſus.* Pugnæ locum quærere. Pugnam ciere. Ad pugnam procedere. In pugnam procurrere. Pugnam pugnare, eine Schlacht liefern. Pugna laxata eſt, remiſit, inclinata eſt, ſenuit, die Schlacht hat nachgelaſſen. Pugnam extendere, extrahere; in noctem conjicere; in noctem deducere, die Schlacht ſpät hinaus ziehen. Pugnam detrectare; pugnam aliis delegare & eventum in virtute aliena ponere, ſich in die Schlacht nicht einlaſſen. A pugna ſuos prohibere, continere, cohibere, ſeine Soldaten von der Schlacht zurück halten. Pugnam iterare, die Schlacht wiederholen. Pugnam nox diremit, die Nacht hat dem Streite ein Ende gemacht. Pugna ſuperiorem discedere, überwunden. Æquo Marte e pugna discedere, mit gleichem Recht die Schlacht enden. Pugna prælio inferiore discedere; adverſum prælium facere, überwunden werden. Denuo in pugnam ſuccedere, ſich wiederum ins Treffen wagen.

Pugnaciter, ſtreitbar. *Syn.* Pertinaciter. *Uſus.* Pugnaciſſime defendere ſuam ſententiam.

Pugnator, oris, m. Kämpfer, Streiter. *Epi.* Maximus, conſideratus, lentus. *Uſus.* Fortiſſimi quique pugnatores cecidere.

Pugnax, acis, *g. a.* ſtreitbar. *Syn.* Bellicoſus, pertinax. *Uſus.* Centurio pugnax & lacertoſus. Oratio pugnax & contentioſa. Perpugnax in diſputando.

Pugno, as, avi, atum, are. ſtreiten, kämpfen, fechten. *Syn.* Dimico, certo, depugno, congredior; contrarius ſum. *Adv.* Acriter, apertiſſime, cominus in acie, contra, magnopere, mirabiliter, mirifice, periculoſe, ſimulate, vehementer, vere. *Phraſ. Pugnatum eſt acerrime*, man hat ſehr ſcharf geſtritten. Tumultuoſo & minaci pugnæ genere exercitus hoſtis, cui potius, in aciem deſcendere viſum, quam incluſus de tectis mœnibusque decertaret; manus conſertæ cominus cum hoſte, ſigna collata, tandem ad univerſæ rei dimicationem ventum eſt; pugnam capeſſivere duces, ſuisque ipſi corporibus miſcuere certamina; jam ad manus, ad gladios, ubi Mars eſt atrociſſimus, ventum; aliquoties æquo campo, collatisque ſignis certatum; infeſtis ſemper cuſpidibus, infeſtis animis concurſum; anceps prælium multas utrinque, & fortiſſimum denique abſumpſit. Ubi ferro decernere viſum, coorti omnes in pugnam, equeſtri inprimis prælio contendere; deſcenſum deinde in aciem, ſignisque collatis juſto prælio per multas horas pugnatum; peditum ibi acies ingenti vi conflixit, deſideratis hoſtium quinque facile millibus, quos cruenta ex pugna ſuſtulit. Procurſationes primum leviaque certamina vario eventu inita; acie deinde decernere viſum, ſed inclinante in neutram partem victoria cruenta pugna denique depugnatum eſt. Tumultuario prælio ac procurſu magis millitum, quam ex parato aut juſſu imperatorum atrox dimicatio fuit; hoſtes denique ingenti cæde proſtrati ſunt. V. *Pugna*, *prælium*, *certamen*, *certo*. *Uſus.* 1. Pacem accipere malui, quam pugnare. Hæc inter ſe Stoici cum Peripateticis pugnant. 2. *Curo*, *contendo*, ſich beſtreben, bemühen. Illud pugna & enitere. Hoc non magnopere pugno. 3. *Oppugno*, *repugno*, *contrarius ſum*, zuwider ſeyn. In oratione tecum pugnas.

Pugnus, i, m. Fauſt. *R. a.* πυγμὴ. *Uſus.* Pugnis & calcibus conſcindere aliquem, verbis inter ſe & pugnis contendere. Pugnis, calcibus, morſu, unguibus certare. Pugnis cædere, pectere, contundere, percutere; pugnum in os impingere.

Pulcher, a, um. ſchön, hübſch, wohlgeſtalt. *Syn.* Formoſus, decorus, egregia facie, eximia ſpecie, formæ præſtantia viſendus. *Phraſ. Adoleſcens pulcher eſt*, es iſt ein wohlgeſtalter Jüngling. Adoleſcens mira quadam ſuavitate & lepore; ſumma formæ dignitate; apta membrorum figura, mira coloris ſuavitate; inſigni venuſtate & corporis pulchritudine; forma liberali, facie concinna & venuſta. Scitus adoleſcens, & longe feſtiviſſimus æqualium. Adoleſcens erat mira ſpecie; eximius pulchritudine; forma excellens, unus ante alios ſpecie ac pulchritudine inſignis, pulchritudine eſt eximia; eſt in eo egregia oris vultuſque dignitas; forma præditus eſt præſtanti. Summa eſt in eo ſuavitas oris formæque dignitas; præcipuam laudem habet pulcherrima corporis forma in eo adoleſcente; inter multa alia decora, forma commendationem habet præcipuam; omnium ætatis

Digitized by Google

tis suæ multo formosissimus V. *Pulchritudo, Forma. Usus.* Suum cuique pulchrum est. Hominem pulchre noram tam animo deformem, quam pulchrum corpore. Ne pulchrum te, ac beatum putes.

Pulchre, schön, fein, gar wohl *Syn.* Belle, decore. *Usus.* Mihi pulchre est. Pulchre hominem nosco. Pulcherrime ferre fortunam adversam.

Pulchritudo, inis, f Schönheit. *Syn.* Forma, species oris aut formæ dignitas, forma & species liberalis; venustas *Epi.* Excellens, formæ muliebris eximia, insatiabilis, mera, recens atque integra, tanta. *Phras. Lucretia erat eximia pulchritudine,* Lukretia war von einer vortreflichen Schönheit. Incredibili venustate, gratia, decore, formæ dignitate, bellissima erat specie; efloreſcebat in Lucretia mira coloris suavitas candorque eximius; una erat longe ante alias specie ac pulchritudine insignis; eximia erat corporis specie ac decore; Lucretia forma notissima, & castimonia matrona ætatis suæ feminas pulchritudine supergressa; luculenta ac festiva femina, & pulchritudinis omnis exemplar erat Lucretia. V. *Forma. Usus.* Pulchritudo corporis, apta compositione membrorum movet oculos & delectat. Virtus tantam habet pulchritudinem ac splendorem, ut nulla species excogitari possit ornatior.

Pullarius, ii, m. ein Hünerwärter, der aus dem Fressen und andern Bezeigen der Hühner weissaget. *Usus.* Oblata est religio pullariorum admonitu.

Pullus, a, um. schwarzgrau *Syn.* Ater, atratus, niger. *Usus.* Vestis tota pulla.

Pullus, i, m. das Junge eines Thiers besonders der Vögel. *Epi.* Columbinus, milvinus, saturi. *Usus.* Attulit in cavea pullos.

Pulmentum, i, n. Mus, Brey. *Syn.* Obsonium.

Pulmo, onis, m. Lunge. *Usus.* In pulmonibus inest raritas quædam, & similis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima.

Pulpamentum, i, n. Fleisch ohne Knochen, Leckerbislein. *Syn.* Cibus lautior. *Usus.* Mihi pulpamentum fames est.

Pulpitum, i, n. Bühne, Kanzel, Pult. *R. a* Ϭολβὸς, *eminentia. Syn.* Locus ante scenam editior, suggestus.

Puls. tis, f. Brey. Mus. *R. a.* πόλτος. *Usus.* Offa pultis.

Pulsatio, onis, f das Schlagen, Klopfen. *Syn.* Verberatio.

Pulso, as, avi, atum, are. schlagen, klopfen. *Syn.* Verbero, percutio. *Adv.* Vehementius, extrinsecus. *Usus.* Pueri tui modo me pulsabant. Januam pulsare.

Pulsus, us, m ein Stoß, Schlag das Klopfen. *Syn.* Motus, impulsus, agitatio *Epi.* Adventitius, allenus, externus, extremus *Usus.* Intermisso impetu pulsuque remorum. Inanimum est, quod pulsu agitatur externo

Pulverulentus, a, um staubig

Pulvinar, aris, n. Polster, Hauptküssen, erhabener Ort in den Häusern worein. *Syn.* Lectus in templo religionis ergo positus & diis consecratus. *Epi.* Sanctissimum *Usus.* Ad omnia pulvinaria deorum supplicatio decreta est.

Pulvinus, i, m. Küssen, Polster zum Sitzen *Usus.* Sella cum pulvino rosa Melitensi farto.

Pulvis, eris, m. Staub, Pulver. *Syn.* Trita aridaque terra *Epi.* Eruditus, multus *Phras. Pro pulveribus videri nihil poterat, vulg.* man hat vor Staub nicht sehen können. Prospectum ademerat pulveris nubes; ortus ex distantibus locis pulvis, velut nube inducta, omnia oppleverat; pulveris nubes, quæ ad cœlum ferebatur, prospectum abstulit; discrimen omne sustulit obducta cœlo nubes pulveris, donec rursum conspideret *Usus.* 1. Multus in calceis pulvis. Altior sublatus pulvis hostis adventum indicabat. 2. *Publicum,* öffentlich. Educere orationem ex umbratili exercitatione in pulverem, *id est* in forum & curiam. 3. Pulvis nitratus Schießpulver.

Pumex, icis, m Reibstein Bimsenstein. *Usus.* Pumice levi perpolitum. Aquam e pumice postulare.

Punctim, Stichweise. *Usus.* Hastam punctim magis, quam cæsim feriunt.

Punctum, i, n. ein Punkt, Tüpflein. *Syn.* Linea extremum, quod magnitudinem nullam habet: momentum; rationum *vel* quæstionum capita; suffragia. *Usus.* 1. Uno puncto temporis tot cædes editæ. Minimis temporis punctis diligenter utere. Ne punctum quidem temporis oppugnatio respiravit. 2. Suffragia, Wahlstimmen. Quot in singulis tri-

Digitized by Google

tribu puncta tulisti? Punctis singulis honorem colligere. 3. *Capita rerum*, Hauptursachen, oder Schlußreden. Minutis interrogatiunculis, quasi punctis conficit, quod proposuit.

Pungo, is, pupugi, punctum. stechen, *Syn.* Ango, molestiam affero, perstringo, mordeo, stimulo, stimulum admoveo, stimulis fodio; aculeum relinquo in animo. *Adv.* Perleviter. *Usus.* Hunc mihi ex animo scrupulum evelle, qui me dies noctesque stimulat & pungit Pupugit me tua epistola Si paupertas momordit, si ignominia pupugit, spes te fefellerit.

Punio, is, ivi, itum, ire strafen. *R. a poena. Syn.* Castigo, plecto, vindico, ulciscor, pœna *vel* supplicio afficio; supplicio constringo; animadverto, pœnam sumo; multam, pœnam, supplicium irrogo, exemplum in aliquem edo *Adv.* Crudelius, levius. *Phras.* 1. *Aequum est, ut judices reos severe puniant*, es ist billig, daß die Richter die Schuldigen scharf abstrafen. Animadvertendum est in homines nocentes; severa sit in nocentes animadversio & castigatio; id agendum est judicibus, ut pœnas a nocentibus severissimas exigant: improborum audaciam judices severissimis pœnis comprimere debent; æquum est, ut judices severa de nocentibus sumant supplicia; ut auctores facinoris ad piaculum noxæ objiciant; ut pœnas a nocentibus petant, expetant, repetant, quam gravissimis afficiant; ut manum admoveant nocentibus, & pœnas ab iis quam severissimas judicio persequantur. Æquum est, ut judices reos non tantum verbis castigent, sed mulcta, vinculis, verberibusque coerceant; severe in nocentes animadvertant; scelera acerrime vindicent; pœnas nocentibus irrogent; pœnas in sontes capiant. 2. *Rei puniantur*, die Missethäter soll man strafen. Rei scelerum pœnas pendant, dependant, persolvant; pœnis legibusque judiciorum teneantur; pœnam habeant sceleribus parem; supplicium de se dent; in pœna sint; pœnas dent suorum scelerum, plectendi, castigandi, male multandi sunt; luant improbi dignas facinoribus pœnas; supplicium persolvant; digna eorum factis animadversione afficiantur. 3. *Nondum puniti sunt*, sie sind noch nicht gestraft worden. Nondum ad supplicium dati sunt; nondum pœnam suorum facinorum solverunt; nondum severe satis in illos vindicatum; nihil adhuc gravius in illos consultum; nondum expiata sunt eorum flagitia; nondum pœnam habent noxia carita. 4. *Sat s punimur* wir werden genug gestraft. Satis pœnarum subimus, suscipimus, ferimus, sufferimus; satis pœnarum damus, habemus; satis superque pœnarum pendimus; satis supplicii innoxio præbemus sanguine; satis pœnarum est, quod in nos constitutum est. V. *Pœna. Usus.* Sontes, maleficium, peccata punire

Punitor, oris m Strafer, Rächer. *Syn.* Ultor, vindex, exactor supplicii.

Pupilla, æ, f Augapfel. *Usus.* Feminæ visu nocent, quæ duplicem pupillam habent.

Pupillus, i, m. ein Pflegekind. *Syn.* Impuber, qui desiit esse in patris potestate. *Epi* Infans. *Usus.* Pupillum fraudare, cujus ætatem & solitudinem, etiam si tutores non essent, defendere prætor debuit.

Puppis, i, f. Hintertheil des Schiffes. *Syn.* Pars navis posterior.)(*Prora. Usus.* Gubernator sedens in puppi. Convertere navem ad puppim.

Pure, rein, sauber. *Syn.* Caste, simpliciter, candide. *Usus* Quiete, pure, eleganter acta ætas.

Purgatio onis, f. Reinigung, Entschuldigung. *Syn.* Satisfactio, excusatio. *Usus.* Inedia, purgationibus, vi morbi consumptus. Purgatio est, cum factum conceditur, culpa removetur.

Purgatorium, ii, n. Fegfeuer. *Phras.* 1. Locus & regio apud inferos, in quo elapsi e corporibus humanis piorum animi, antequam in beatorum sedes transferantur, salutarium flammarum ignibus lustrantur & perpoliuntur. Locus expiandis post mortem peccatis destinatus. Animorum vitæ noxas expiantium post mortem sedes. Locus ubi contracta piacula per ignem expiantur a morte. Piacularis animorum carcer. Piacularia demortuorum stativa. Piaculares, purgantes post mortem flammæ. Locus, ubi contractæ per vitam animorum labes acerba, sed salutari expiatione absterguntur. Pœnæ piaculares, quas solutæ corporibus animæ luunt, persolvunt. 2. *Liberare animos ex purgatorio*, vulg. Seelen aus dem Fegfeuer erlösen. Expiatas lustrali igne animas cruciatibus

Digitized by Google

bus eximere; ex piacularibus ignibus animas ad æterna gaudia transferre; addictos piacularibus flammis animos ad cœlum evehere; animos e piaculari carcere erectos in libertatem afferere luſtralibus flammis eripere animas, quæ admiſſas in hac vita noxas illo in igne expiant

Purgo, as. avi, atum. are. reinigen, ſäubern. *Syn.* Expurgo; excuſo. *Adv.* Diligenter, præcipue *Phraſ* *Purgare, vulg.* purgieren. Humores noxios extrahere, medicamentis abigere, discutere, diſſipare; purgatione alvi, alvi ductione uti; purgare alvum, laxare, ſolvere, mollire; alvum ciere, medicamentis citare, movere. *Uſus* 1. Alvum purgare. Educ tuos tecum, purga urbem. 2. *Excuſo, defendo, culpa libero*, entſchuldigen, rechtfertigen. Purgavit ſe mihi per litteras de negligentia ſcribendi. V. *Excuſo, cauſor.*

Purpura, æ, f. Purpur, Purpurſchnecke. *R. a.* πορφύρα. *Epi.* Demiſſa ad talos, plebeja, ac pene fuſca. *Uſus.* Purpura fulget. Regali purpura ornatus.

Purpuraſco, is, ere. roth werden. *Syn.* Purpureum fieri.

Purpuratus, a, um. mit Purpur bekleidet. *Syn.* Conchyliatus, purpura ornatus. *Uſus.* Illum regnantem, hunc illius purpuratum crederes.

Purpureus, a, um. Purpurfärbig. *Uſus.* Veſtis, pallium purpureum.

Purus, a, um. rein, ſauber. *R. a.* πῦρ, ignis, *qui omnia purificat.* *Syn.* Mundus, caſtus, inviolatus, integer, nitidus. *Contrarius, craſſus. Uſus.* Caſtus animus & purus, omni admiſtione corporis liberatus Mens pura & integra Aer tenuis & purus. Nihil in hiſtoria dulcius pura & illuſtri veritate. V. *Mundus, caſtus.*

Pus, ris, n. Eyter. *R. a.* πῦος. *Syn.* Sanies.

Puſillus, a, um. klein, ſehr klein. *Syn.* Parvus, brevis. *Adv.* Valde. *Uſus.* Puſilla epiſtola, liber. V. *Parvus.*

Puſio, onis, m. kleines Kind. *R. a.* παῖς. *Syn.* Puerulus.

Puſtula, æ, f. Blatter. *Syn.* Tuberculum in ſummo cutis naſcens.

Putamen, inis, n. eine Schale, Hülſe *Syn.* Nucis durior cortex.

Putatio, onis, f. das Schneiden der Bäume, oder Weinreben. *Uſus.* Putatio vitium & arborum.

Puteo, es, ui, ere ſtinken. *Syn.* Male oleo. V *Foetor*

Puteus, i, m. Schöpfbrunn. *Uſus.* Haurire aquam de puteo.

Putide, ſtinkend, unangenehm. *Syn.* Faſtidioſe, moleſte, inepte, odioſe dicere.

Putidus, a, um. ſtinkend, unangenehm. *Syn.* Odoris mali, male olens, inſuavis, moleſtus. gravis, faſtidioſus. *Uſus.* Hæc moleſta fortaſſe tibi, & putida videntur V. *Odioſus*

Puto, as, avi, atum, are. meynen. *Syn.* Reor; ſentio, cenſeo, judico, exiſtimo, æſtimo, autumo, mihi perſuadeo *Adv.* Acute, ad extremum; etiam atque etiam, falſo, plane ita, recte, non valde. *Phraſ.* 1. *Certo putabam*, ich habe gewiß vermeynet. In animum induxi: in ea opinione eram; opinio mea ferebat; ea me opinio tenebat; pro certo habebam; in eam opinionem veni. incidi; in eam opinionem adductus ſum; eam opinionem imbibi; ea opinione imbutus eram; opinio ea inſedit animo 2. *Ut ego puto*, wie ich vermeyne. Ut mea fert opinio; quantum ego quidem aſſequi judicio poſſum; ut ego equidem ſentio; quomodo ego quidem exiſtimo; ut eſt opinio mea; ut ego quidem ſtatuo; ut mihi videtur; quantum conjicio; quantum conjectura conſequor. V. *Opinio, judico. Uſus.* 1. Primum illud debes putare, nihil eſſe, quod &c Pro nihilo putare aliquem. Ego te unum plurimi puto. 2. *Diſcepto*, unterſuchen. Rem ipſam putemus 3 *Ineo, conſicio*, Rechnung machen. Putare rationes cum publicanis.

Putefacio, is, feci, factum, ere. faul machen. *Syn.* Corrumpo, diſſolvo.

Putreſco, is, ere. verfaulen. *Uſus.* Sal, ne putreſceret, animâ pro ſale data eſt.

Putridus, a, um. faul, vermodert. *Syn.* Rancidus.

Putris, e faul, morſch, vermodert. *R. a.* πύθω, *putrefacio. Syn.* Putridus; corruptus.

Putus, a, um rein, lauter. *Syn.* Purus, ſincerus.

Pyxis idis, f. Büchſe. *Uſus.* Vinum pyxidem tradere, tenere.

Digitized by Google

Q.

Qua, wodurch, sowohl, als. *Syn.* Partim; qua parte *vel* ratione. *Usus.* Qua domini, qua servi. Qua itineris, qua navigationis consilio. Licet mihi vagari, qua volo.

Quacunque, wo immer durch. *Usus.* Quacunque velis vagari.

Quadrageni, æ, a, je vierzig und vierzig. *Usus.* Quadragena millia.

Quadragesima, ae, *f.* die vierzigtägige Fasten. Quadraginta dierum solenne jejunium: vernum jejunium; quadraginta dies solennis jejunii; feriæ quadraginta dierum jejunio nobis statæ ac solennes; feriæ in quas jejunium majus nobis constitutum est; hebdomades, quæ anniversariam Christi morientis memoriam præcurrunt. V. *Jejunium.*

Quadraginta horarum preces, das vierzigstündige Gebeth. Quadraginta horarum comprecatio; preces publicæ coram augustissimo Christi corpore in horas quadraginta indictæ, extractæ; quadraginta horarum supplicatio ad sanctissimum Christi corpus in ara propositum.

Quadrans, tis, m. der vierte Theil. *Syn.* Quarta pars assis.

Quadrantarius, a, um. einen Heller werth. *Syn.* Qui quadrante nummi meret.

Quadratus, a, um viereckig. *Usus.* Quadrato agmine. Triangula illa Geometrarum & quadrata.

Quadriennium, ii, n. Zeit von vier Jahren.

Quadrifariam, vierfach, in vier Theile. *Usus.* Quadrifariam diviso exercitu.

Quadrigæ, arum, f. vierspänniger Wagen, vier neben einander gespannte Pferde. *Syn.* Rheda quatuor equis tracta. *Epi.* Poeticæ, pomeridianæ. *Usus.* Bruti adolescentia per medias laudes, quadrigis vecta.

Quadrigarius, ii, m. Fuhrmann der mit vier Pferden fährt. *Syn.* Qui quadrigas agitat.

Quadrijugus, a, um. vierspännig. *Usus.* Curru quadrijugo raptari.

Quadrimus, a, um vierjährig. *Syn.* Quatuor annos habens.

Quadringenti, æ, a. vierhundert. Quadringentesimus, der vierhundertste. Quadringenties, vierhundertmal.

Quadringeni, æ, a. je vierhundert.

Quadripartitus, a, um. in vier Theile getheilt.

Quadriremis, e, das vierRuderbänke hat.

Quadro, as, avi, atum, are viereckig machen, paßen, reimen. *Syn.* In quadrum redigo; convenio. *Adv.* Aperte. *Phras.* 1. *Haec optime in te quadrant*, dieses schickt sich sehr wohl auf dich. Hæc in te belle cadunt; ista nullum in hominem aptius, quam in te conveniunt, accidunt. *Calceus quadrat optime*, der Schuh paßt mir wohl an. Calceus apte ad pedem *vel* optime convenit. *Usus.* Omnia turpia in hunc hominem quadrant. Hoc ad multa quadrat. V. *Aptus.*

Quadrum, i, n. ein Viereck. *Usus.* Redigere sententias in quadrum numerumque. Arripe inconditam alicujus sententiam & dissipatam eamque verborum commutato ordine in quadrum redige.

Quadrupes, dis, g. o. vierfüßiges Thier. *Syn.* Bestia. *Epi.* Vasta, multæ. *Usus.* Nihil inter te & quadrupedem interest.

Quadruplator, oris, m. ein Angeber bey Gerichte. *Syn.* Index & accusator publicorum criminum, cui pars quarta cedit bonorum ejus, quem detulit. *Usus.* Homo omnium quadruplatorum teterrimus.

Quadruplex, icis, g. o. vierfach.

Quadruplum, i, n. vierfacher Theil. *Usus.* Dare judicium in aliquem in quadruplum. Quadrupli condemnari.

Quæro, is, sivi, situm, ere. forschen, suchen, fragen. *R. ex* ἐρέω *vel* ἐπερέω. *Syn.* Scrutor, vestigo, indago, exquiro, requiro, aucupor. *Respondeo. Adv.* Aliunde, amplius, aperte, contumeliose, opiosius, curiose de aliquo, diligenter, extrinsecus, falso, foris, honeste, magnopere, multum diuque, otiose, non proprie, omnino, privatim, procul, recte, omnino separatim, sigillatim, subtilius, usquequaque. Quæri commodius, comparare, communiter, generatim; obscure, secreto, simpliciter, vehementer, maxime. *Phras.* 1. *Undique hominem quæsivi*, ich habe den Menschen überall gesucht. Hominem oculis quærebam, voce posebam; scrutatus sum omnia, circumspexi, lustravi, perquisivi omnia, neque tamen vestigium illius

ullum apparebat. Defessus sum urbem totam pervestigando ; omnia circumcursavi, omnes latebras perreptavi, ut hominem reperirem. Multum studii posui in perquirendo homine, quo non ivi, quo non accessi, ut hominem reperirem? perlustravi omnia, omnes latebras excussi, ut in hominem inciderem. 2. *Quaerit ubique gloriam*, er sucht überall seine Ehre. Omnes umbras falsæ etiam gloriæ consectatur ; omnem occasionem consectandæ gloriæ aucupatur ; totus est in captanda populari aura. V. *Gloria. Usus.* 1. Rem mercaturis faciendis honeste quærere. 2. *Interrogo, percontor, scisciter.* Multa ex eo quæsivi. 3. *Quæstionem habeo*, gerichtliche Nachfrage thun. More majorum de servis in dominum quærere non licet. Quærere de cæde, de repetundis. V. *Indago, Aucupor, Inquiro.*

Quæsitor, oris, m. Untersucher in gerichtlichen und peinlichen Händeln. *Syn.* Judex, Prætor, qui judicium exercet, qui præest quæstioni rerum capitalium, cognitor causarum capitalium. *Epi.* Æquus, gravis, firmus. *Usus* Hunc quæsitorem & judicem fugiebant.

Quæso, ich bitte dich, ey lieber. *Syn.* Obsecro, amabo te, rogo, peto. *Adv.* Magnopere, maximopere. *Usus.* Quæso, quid mihi faciendum? quid consilii das? quid agendum suades?

Quæstio, onis, f. Frage, *Syn.* Controversia, dubitatio, disceptatio. *Epi* Absoluta, acerrima, communis, definita, constituta diffusa, ficta, incorrupta, infinita, iniqua, integra, judicialis, legitima, magna ; nova, obscura, periculosa, perdifficilis, perpetua, plena catenarum, publica, pulcherrima, necessaria, superior, tota. Quæstiones crudelissimæ, maximæ, minimæ, salutares, naturales, perpetuæ, remotæ, universæ, modicæ & paucæ. *Phras.* 1. *Non est quæstio de hoc*, von diesem ist die Frage nicht. Non id agitur, non id quæritur ; non venit in quæstionem ; non vocatur in controversiam istud. Hac de re non disceptatur, non quæritur, non contenditur ; non est controversia ; non versatur id in quæstione. 2 *Hic occurrit difficilis quæstio*, hier entsteht eine schwere Frage. Existit, oritur, nascitur hoc loco difficilis quæstio ; acriter hoc loco disceptatur inter doctos ; quæstio hac de re perdifficilis sapientum torquet ingenia ; hic vero non parva contentio est inter doctos ; incidit hoc loco res controversa, & plena dissensionis inter doctos. *Usus.* 1. Aliquid in quæstionem ac disceptationem vocare. Id in quæstione versatur. Quæstionem ponere, afferre, movere, quæstionem explicare, enodare, dissolvere. In quæstionem venit ; in quæstione est. *Est quæstio de nomine, vulg.* omnis contentio est in verbi controversia posita. 2. *Forensis inquisitio criminis*, gerichtliche Nachfrage. Quæstionem de injuria a judice postulare. Quæstionem decernere, statuere, constituere. Quæstionem habere, exercere de perduellione ; in caput alicujus de futuro quæstionem habere.

Quæstor, oris, m. Rentmeister, Einnehmer. *Syn.* Ærarii & pecuniæ publicæ præfectus. *Epi.* Ædilitius, bonus, custos pecuniæ, dignus, infirmus & inops, levis, libidinosus, optatior, salax, sordidior, urbanus.

Quæstorium, ii, n. Rentkammer. *Syn.* Domus quæstoris.

Quæstorius, a, um. zum Rentmeisteramte gehörig. *Usus.* Vis, comitia quæstoria.

Quæstuosus, a, um. einträglich, nützlich. *Syn.* Qui quæstum facit ; & ex quo quæstus capitur. *Usus.* Homo quæstuosus ; mercatura, prædia quæstuosa.

Quæstura, æ, f. Rentmeisteramt. *Syn.* Quæstoris munus. *Epi.* Funesta, grata & clara, hereditaria, nefaria, tota.

Quæstus, us, m. Gewinn, Wucher. *Syn.* Lucrum, compendium, commodum, emolumentum. *Epi.* Domesticus, paternus, fecundus, uber, totus, campestris, forensis, frumentarius, honestus, concessus, illiberalis, sordidus, immortalis, improbissimus, judiciarius, magnus, maximus, mediocris, meretricius, nocturnus, precarius, quotidianus, turpis & odiosus. Illiberales & sordidi, immanes, immensi & intolerabiles, improbissimi, liberales, magni & uberes. *Phras. Ubique quæstum suum spectat*, er sucht überall seinen eigenen Gewinn, *vulg. interessatus est.* In re qualibet privatas utilitates, compendia, emolumenta, commoda sua spectat ; suo privato compendio servit ; quæstu suo, suis commodis omnia metitur ; omnia refert ad utilitates & privata commoda ; ex re qualibet, immo vel ex incommodo alieno occasio-

Digitized by Google

casionem petit; occasionem crescendi sibi datam censet; omnia quæstus ac compendii sui causa facit; res omnes quæstui habet. *Usus.* Rempublicam quæstui habet. Vocem, linguam, se totum in quæstum confert. um Geld ist ihm alles feil. Corpore quæstum facere; furtis quæstum facere, sich mit Stehlen ꝛc. erhalten. In quæstu relinquere talentum. V. *Lucrum, commodum.*

Qualis, e. welcherley, was für ein. *Syn.* Cujusmodi, qui, quod genus. *Usus.* Qualis sit status rerum, inde cognosces. Quid hominis, & cujusmodi, qui vir sit qualisque, nescio.

Qualiscunque, welcherley, welcher Art immer. *Syn.* Qualis is cunque, cujusmodicunque cuicuimodi, cujusmodi, cujuscemodi, cujusquemodi.

Qualitas, atis, f. Art, Beschaffenheit, Eigenschaft *Usus.* Qualitatum aliæ sunt principes, aliæ ex iis ortæ.

Quam, als. *Usus.* 1. *Cum.* Ante. Post &c. Duobus ante seculis, quam Plato floreret. Tertio post die, quam veneram. 2. *Cum comparativo*, als, denn. Sed hoc majus est, quam ut a te postulem. Vehementior dolor, quam ut ferri possit. Suscipere plus, quam quantum præstare possis. 3. *Cum* Possum *& Superlativo*, so viel, als ich kann ꝛc. Dico ergo, quam possum maxima voce. Nidos quam mollissimos struunt aves. 4. *Contra, quam*, anders, als. *Supra, quam*, mehr, als. Contra faciunt, quam pollicentur. Supra fere, quam fieri possit. 5. *Pro Valde*, sehr. Sunt vestrum quam multi. Sane quam gaudeo. Quam volueris, multa dicam. Oratio quam elucubrata.

Quamobrem, warum, weswegen. *Syn.* Quare, quid ita, cur, quo. *Usus.* Quamobrem ita statuas, velim.

Quamprimum, alsbald, mit ehestem. *Syn.* Primo quoque tempore, quam mox, nulla mora, quam maturissime, e vestigio, sine cunctatione, abjecta omni mora.

Quamvis, wiewohl. *Syn.* Quantumvis, quanquam, licet, etsi, tametsi.

Quamdiu, wie lang, so lange. *Syn.* Dum, quantum, quoad, quousque, usque dum, quem ad finem? *Usus.* Quamdiu nos furor iste tuus eludet?

Quando, wann. *Syn.* Cum, ubi; ecquando. *Usus.* 1. Quando tandem? 2. *Cum, quia, quoniam, quandoquidem, postquam*, weil, sintemal. Quando te video ita desiderare, obsequar voluntati tuæ.

Quandocunque, wann immer. *Syn.* Quocunque tempore.

Quandoque, dermaleinst, manchmal. *Syn.* Aliquando.

Quandoquidem, sintemal, massen, allermassen. *Syn.* Nam, quia *Usus.* 1. Quandoquidem potes, fac promissa. 2. *Cum, postquam*, weil. Quandoquidem honestum ipsa virtus est.

Quanquam, wiewohl, obgleich, obschon. *Syn.* Tametsi, etsi, scilicet, quamvis. *Usus.* Quanquam ea verba satis sunt impropria.

Quantopere, wie sehr.)(*Tantopere. Usus.* Non tantopere desiderabam, quantopere nunc delector

Quantuluscunque, so gering als es ist. *Usus.* Quantulum id cunque tibi est.

Quantum, wie viel, so viel. *Syn.* Quam, ut maxime, quatenus. *Phras. Enitar, quantum possum*, ich werde daran seyn, so viel ich kann. Qua licebit; quoad fieri poterit; pro virili parte enitar: quam potero, studiosissime; quoad res patietur, contendam; operam dabo, & quam dignum est amicitia nostra, elaborabo; laborabo, quantum maxime potero; quantum in me erit; quantum in me situm est, adnitar *Usus.* Quantum ex illo cognovi. Quantum est in occasione, celeritate. Laborabo, quantum possum maxime.

Quantumvis, wiewohl, obschon. *Syn.* Licet, quamvis

Quantus, a, um. wie viel, wie groß. *Usus.* Dixi tanta contentione, quantum forum est. Ignoras, quæ, qualis & quanta sit vis amicitiæ.

Quanto, wie viel, je. *Syn.* Quo. *Usus.* Quanto magis philosophari delectabit.

Quantuscunque, so groß und viel es sey. *Usus.* Totum hoc, quantumcunque est, tuum est.

Quapropter, warum, darum, derohalben. *Syn.* Quare, quamobrem, quocirca. *Usus.* Quapropter vos oro judices.

Quaquaversus, allenthalben überall.

Quare, warum, weshalben. *Syn.* Quamobrem, quapropter, ex quo. *Phras. Quare id consilii cepisti?* warum hast du dieses vorgenommen? Quem in finem? quid erat, quod ita statueres? Ut quid, quid ita, quam ob causam ita apud te constituisti; quid erat, quamobrem; quid accidit, cur ista velles? Quibus rebus adductus, quid erat causæ, cur ita potissimum velles? Quo tandem nomine ita constituisti? Qua gratia, quid

Digitized by Google

erat, quapropter ita ſtatueres? Quid tibi iſthoc in mentem venit? Qua de cauſa, quibus de cauſis id conſilium ſuscepiſti? *Uſus.* 1. Quare iſtud reſtat. 2. *Cur?* warum? Quare hoc negaſti?

Quartana, æ, f. viertägiges Fieber. *Uſus.* In quartanam converſa eſt vis morbi.

Quaſi, als ob, als wenn, gleichſam *Syn.* Tanquam, quodammodo, perinde, ac ſi. *Phraſ. Negotium tuum, quaſi rem meam procurabo*, ich werde dein Geſchäft, gleich als wäre es meine Sache, beſorgen. Tanquam mea res eſſet; perinde, quaſi de me ageretur? velut meam cauſam tractabo. Negotium tuum, inſtar rerum mearum, mearum rerum modo curabo; non ſecus, ac res meas curabo; mearum rerum ſimilem curam de tuis negotiis geram; ſic tuam cauſam agam, ut ſi *vel* quaſi ſi meam tuendam ſusciperem. *Uſus.* Quaſi deſperatos eos relinquamus.

Quaſſatus, a, um. zerquetſcht, zerſtoſſen, erſchüttert. *Syn.* Fractus, debilitatus.

Quatefacio, is, feci, factum, ere. über den Haufen werfen. *Syn.* Concutio. *Uſus.* Nullo præſidio quatefeci Antonium.

Quatenus, wie weit, in ſo weit, in ſo fern. *Syn.* Quantum, *finis*, *termini*, *menſuræ ratione*. *Uſus.* 1. In omni re videndum & ſtatuendum eſt, quatenus. Id videamus, quatenus amor in amicitiis progredi debeat. 2. *Quod attinet*, *ex ea parte*, *quo*, *qua in parte*, wie weit ꝛc. Advertendum eſt, quatenus ſermo delectat. Accipio excuſationem ex ea parte, quatenus &c.

Quater, viermal Quaterdecies, vierzehnmal.

Quaterni, æ, a je vier und vier. *Uſus.* Quaternos denarios in ſingulas vini amphoras exegit.

Quatio, is, quaſſi, quaſſum, ere. erſchüttern. *Syn.* Quatefacio. *Uſus.* Eſt in animis tenerum quiddam, quod ægritudine, quaſi tempeſtate quatiatur,

Quatuor, vier. *Phraſ. Quatuor anni tempora*, die vier Jahrszeiten. Quadripartitæ temporum commutationes; annuæ commutationes temporum. 2. Quatemberfaſten. Stati per quatuor anni tempeſtates jejunio dies; quadripartita per annum jejunia per leges inſtituta. Quatuordecim, vierzehn. Quatuorviri, Viermänner.

Quatuorviratus, us, m. Würde der Viermänner.

Quatriduum, ii, n. Zeit von 4 Tagen. *Uſus.* Quatridui abeſt. Quatriduo ante venit.

Que, und. *Syn.* Ac, atque, &. *Uſus.* Quique optime dicunt, quique faciunt.

Quemadmodum, gleichwie. *Syn.* Ut, ita ut, perinde ut, ſicut. *Uſus.* 1. Exquire, quemadmodum ſe nunc gerat. 2. Quomodo, qua ratione, qua via, auf was Weiſe und Wege. Semper providi, quemadmodum ſalvi eſſe poſſimus. V. *Sicut.*

Queo, quis, quivi, itum, quire, können. *Syn.* Poſſum. *Uſus.* Non queo ad te ſine lacrimis ſcribere. V. *Poſſum.*

Quercus, i, & us, f. Eichbaum. *Syn.* Arbor querna.

Querela, æ, f. Klage. *Syn.* Querimonia, conqueſtio, lamentatio, queſtus. *Epi.* Graviſſima, iniquiſſima, inveterata, invidioſa, juſta, magna, mira, miſera, luctuoſa, neceſſaria. Publicæ, aſſiduæ, inauditæ, multæ, quotidianæ *Uſus.* Nunc venio ad querelam & ſuſpicionem tuam. Querelis quotidianis nihil proficio. Epiſtola plena ſtomachi & querelarum. V. *Queror*, *lamentatio.*

Queribundus, a, um. kläglich. *Syn.* Lamentabilis.

Querimonia, æ, f. Beſchwerung, Klage. *Syn.* Querela, lamentatio. *Epi.* Communis, juſta, magna, quotidiana, fiſta, libera.

Queror, eris, queſtus ſum, queri, klagen, ſich beklagen. *Syn.* Conqueror, expoſtulo, deploro, querelam *vel* querimoniam habeo. *Phraſ.* 1. *Jure de te queror*, billig beklage ich mich deinetwegen. Æqua eſt mea de te expoſtulatio; æquitatem querelæ meæ cognoſcere ipſe potes; jure te accuſo; quod in me commeriſti, juſtam habet querelam; æquam de te querimoniam habeo. Locus hic eſt tecum expoſtulandi. 2. *Omnes querebantur*, alle beklagten ſich. Plena erant omnia querelarum; lacrimantes queſti ſunt, dolorem ſuum nobis imperſiverunt; fremebat urbs tota; querebantur cum luſtu & gemitu; jactabuntur tota urbe querimoniæ; querimoniæ de injuriis, conventusque tota urbe habebantur; fuit communis omnium vociferatio deplorantium querelas ſuas; tempeſtas querelarum ſecuta eſt. Se uta eſt comploratio omnium; concurſus plorantium magis magisque augeſcebat. Primo ſecretæ multorum indignationes exaudiebantur, dein ad crimi-

Digitized by Google

criminationem & publicam querimoniam res exceſſit. V. *Lamentatio. Uſus* Quererer tecum atque expoſtularem. Quid eſt, quod cum fortuna hoc nomine queri poſſis? Queri de injuriis aliorum. Multa de rege queſtus eſt.

Queſtus, us, m. Klage, Beſchwerung. *Syn.* Querela, lamentatio. *Uſus.* Qui queſtus, qui mœror in tanta calamitate? V. *Querela.*

Qui, quæ, quod. welcher. *Uſus.* 1. Qui Platonem ſuperaret, nullus fuit. Miſi, qui hoc tibi nuntiaret, Negat jus ei eſſe, qui miles non ſit, cum hoſte pugnare. 2. *Quis*, wer? Qui erit rumor populi, ſi id feceris? 3. *Ut.* daß, auf daß. Non ſum tam demens, qui hoc credam. 4. *Quia*, *quoniam*, weil. Vatem te eſſe oportet, qui futura prædixeris Vigilantem enimvero conſulem, qui ſomnum toto conſulatu ſuo non viderit, 5. *Qualis*, was für ein. Eum te eſſe puto, qui eſſe debes. Qui vir ille fuerit, conſidera

Qui, wie? *Syn.* Quomodo? *Uſus.* Qui hoc eſſe poterit?

Quia, weil. *Syn.* Quod. *Uſus.* Nemo dolorem, quia dolor eſt, amat.

Quicumque, welcher immer. *Syn.* Quisquis, quivis, quisque.

Quid? was? *Uſus.* 1. Quid eſt, cur? Quid pecunia fiet? Quid ejus ſit, video. Exponam vobis? quid hominis, gaudii, conſilii ſit. 2. *In quo*, in welcher Sache. Quid offendi? Quid ille indiget mei? 3. *Subaudito verbo*, mit Auslaſſung des Zeitworts Quid multa? Quid multis? Quid plura? Quid pater? vivitne? 4 *Augendi cauſa*, und noch dazu. Quid? quod ſapientiſſimus quisque animo æquiſſimo moritur.

Quidam, jemand. *Syn.* Aliquis, ullus, quisquam, certus, nonnullus, unus. *Uſus.* Hoc majus eſt quiddam, quam tu cenſeas. Quidam ex amicis.

Quidem, ja, zwar. *Syn.* Etiam, profecto. *Uſus.* Cupio quidem certe. Hoc quidem verum eſt profecto. Non ſatis prudenter ille quidem.

Quidquid, alles da. *Syn.* Quodcunque, quod velis.

Quies, etis, f. die Ruhe. R. *ex ἡσυχία*, *quies. Syn.* Requies, tranquillitas, laxamentum, otium, vacatio, ceſſatio, remiſſio, finis, reſpiratio.)(*Actio. Epi.* Diurna, & nocturna, placidiſſima, ſempiterna. *Phraſ. Utimur ſumma quiete*, wir ſind in der höchſten Ruhe. Summa nobis pax, ſumma tranquillitas data; in ſummo otio vivimus, reſpiramus denique, & acquieſcimus; otioſam ætatem, & quietam agimus. Loco vivimus quietis & tranquillitatis pleniſſimo; vitam tranquillam; remotam a procellis invidiarum, & judiciorum anfractu ſequimur; in viam beatæ, placatæ, tranquillæ vitæ deducti ſumus. Sine vi, ſine metu, ſine periculo ad otium nos totos referimus; tranquillis rebus, tacitis & pacatis utimur; in utramque, ut ajunt, aurem dormimus. Animis vacuis, ſine tumultu, aut periculo jucundiſſime reſpiramus. V. *Quieſco Uſus.* 1. Excubabat animo, nec partem ullam quietis admittebat. Me non quies, non remiſſio delectabat, non labor ad quietem revocabat. Nunquam ſibi quietem dabat aut otium. Quiete uti & ſuavitatibus nefas habebat. 2. *Somnus*, Schlaf. Ad quietem eamus; quieti nos tradamus. Sumpta quiete. In quiete ſecundum quietem ſæpe nobis videre aliqua & audire videmur. V. *Otium.*

Quieſco, is, evi, etum, ere. ruhen. *Syn.* Acquieſco, conquieſco.)(*Laboro, Adv.* Contra, ita. *Phraſ.* 1. *Poſt tot moleſtias quieſcas licet*, nach ſo vielen Beſchwerniſſen magſt du wohl ruhen. A tot moleſtiis quieſcas, reſpires, licet; poſt tot moleſtias quietem capias; quieti te tradas; quieto animo vivas; quietus eſto; vitam traducas quietam & otioſam; vitam traducas quiete; vitam in quiete degas, licet; otium ſequi, & clementem vitam licet; ſolutis animis eſſe licet; in otio eſſe licet. 2. *Paullum quievi*, ich habe ein wenig geruhet, geſchlafen. Horam unam, duas quieti dedi; quietem ſum ſi; quietem cepi; quieti me tradidi; laſſitudinem brevi quiete ſedavi. V. *Quietus, ſummus, dormio. Uſus.* Quieſcamus denique, & taceamus.

Quiete, ruhig. *Syn.* Tranquille.

Quietus, a, um ruhig. *Syn.* Tranquillus, compoſitus.)(*agitatus*, *fluctuans. Phraſ.* 1. *Quieto eſſe libet a negotiis*, es giebt itzt nichts zu thun. Quies nunc eſt a negotiis; negotiorum nihil eſt; quieſcunt negotia; feriæ ſunt a negotiis; forum ſilet, a cæteris etiam eſt ſilentium; conticeſcit negotiorum tumultus; nihil nunc geritur negotiorum; tranquillam nunc pacem agere licet; liberale nunc contigit otium; cura domeſticarum ac forenſium rerum om-

nis deduxit; vacatio eſt a rebus gerendis; quietem a negotiis, vacationem a rebus gerendis ipſum tempus concedit. 2. *Nunquam quieto eſſe licuit*, ich habe niemals ruhig ſeyn können. Usque ad extremum ſpatium nullum tranquillum atque otioſum ſpiritum ducere mihi licuit; nunquam per negotia quietus fui; curæ publicarum rerum nullam mihi partem neque diurnæ, neque nocturnæ quietis impertiunt; nunquam ſinunt me reſpirare, nunquam acquieſcere: nunquam licuit mihi animo conſiſtere & ad otium me referre; nunquam conquieſcere & animo vacuo eſſe mihi licuit. V. *Tranquillus*, *tranquillo*, *paco*. *Uſus*. Quieta mente conſiſtere. Vitam quietam ſine ullo labore & contentione traducere.

Quilibet, ein jeder. *Syn.* Quivis, unusquisque, unusquivis.

Quin, daß nicht. *Syn.* Ut non, cur non, qui non. *Uſus*. Prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus. Nemo eſt, quin acutius &c. Nemo eſt, quin malit.

Quincunx, uncis, m. fünf Unzen.

Quindecies, funfzehnmal. Quindecim, funfzehn.

Quin etiam, ja auch. *Syn.* Quin immo, atque etiam, quin præterea. *Uſus*. Id meum dolorem non levabat, quin etiam augebat.

Quingeni, je fünf hundert. Quingenti, fünf hundert. Quingenteſimus, der fünf hunderſte. Quinquageſimæ, der fünfzigſte Theil. Quinquageni, je funfzig. Quinquaginta, funfzig. Quinque, fünf. Quinquennalis, fünf jährig. Quinquennium, Zeit von fünf Jahren. Quinqueremis, mit fünf Ruderbänken. Quinqueviri, Fünfmänner. Quinqueviratus, das Fünfmänneramt, Quinquies, fünfmal. Quintilis, der Heumonat. Quintus, der fünfte. Quinus, je der fünfte.

Quippe, als, ſintemal. *Syn.* Nam, etenim nempe, nec mirum, utpote, videlicet. *Uſus*. Tibi vero aliud videtur, quippe viro erudito.

Quiritatio, onis, f. Jammergeſchrey. *Syn.* Lamentatio. *Uſus*. Fuga comitum, ut quiritatio facta eſt. V. *Querela*.

Quirites, um, m. römiſche Bürger. *Syn.* Populus Romanus.

Quirito as, avi, atum, are. jammern, klagen. *Syn.* Fidem alicujus implore. *Uſus*. Quiritanti, civis Romanus ſum, reſpondit: abi nunc, populi Romani fidem implora.

Quis, quæ, quod *vel* quid? wer? welcher? *Uſus*. Quis autem dubitet? Quisnam, wer? *Syn.* Quis? ecquisnam?

Quispiam, etwan einer. *Syn.* Aliquis, quisquam.

Quisquam, einer, jemand. *Syn.* Aliquis, quispiam. *Uſus*. Si quisquam eſt, qui Ciceronem legit. Nec quemquam omnium pluris facit, quam me. Nec quisquam unus credet deinceps. Non eſt alter hodie quisquam me felicior. Nec melior vir fuit Africano quisquam nec clarior. Virtus, ſine qua nihil quidquam egregium.

Quisque, ein jeder. *Syn.* Unusquisque, quivis, quilibet. *Uſus*. 1. Pro ſe quisque vim queritur. *Cum Comparativo*. Quo quisque eſt ingeniosior, hoc docet laboriosius. Ut quisque optime natus eſt, ita honoris cupidiſſimus.

Quisquilia, arum, f. das Auskehrig. *Syn.* Sordes.

Quisquis, wer immer. *Uſus*. Quisquis ille eſt, ſi modo eſt aliquis.

Quivis, ein jeder. *Syn.* Quilibet, unusquisque.

Quo, wohin. *Uſus*. Quo tibi tantum opus erat? Quo tantam pecuniam? Quo facilius, hoc tardius. Non quo dubitem. Quo ſe miſer vertet? Quo te agis? Quo te pedes? Quo magis cavendum eſt, nequis introeat. Quo ditior, eo liberalior. Quo minus ingenio poteſt, hoc curioſior eſt.

Quoad, wie lange, ſo viel, bis. *Syn.* Donec, usque dum, ut. *Uſus*. Quoad ejus fieri poterit. Eatenus progredere, quoad licebit. Commoda te ei, quoad tua fides patietur. Quoad fas erit, utque facultas foret, juvabo.

Quocirca, weswegen, deswegen. *Syn.* Unde, quare, quapropter, ex quo, quo, itaque, quamobrem. *Uſus*. Quocirca bene majores noſtri.

Quocunque, wohin auch. *Syn.* Quocunque veneris, quamcunque in partem te dederis. Quocunque res cadant, wie es immer ausſchlagen mag.

Quod, daß, weil. *Syn.* Quia. *Uſus*. 1 Gratum eſt, quod quieveris. Quod utinam minus cupidus vitæ fuiſſem. 2 *Nam ſi*, denn, wenn. Quodſi mihi permiſiſſes.

Quodammodo, etlicher Maßen. *Syn.* Quaſi.

Quo-

Digitized by Google

Quomodo, wie, welcher Gestalt. *Syn.* Quo pacto, qua ratione, quemadmodum, qua via, qui, ut, quibus præsidiis & adjumentis. *Usus.* Quomodo nunc sum, miserrimus certe sum. Quomodo exultat in victoria? Quomodo, inquis me roget &c.

Quomodocunque, wie es wolle, wie es auch ist. *Syn.* Utut, utcunque, quo, quo modo, quocunque modo, quibus rebus possis, quoquo pacto, quoquo animo. *Phras.* *Quomodocunque res sese habent*, es gehe, wie es wolle. Utcunque erit; quocunque res cadant; quoque pacto res se habebit; quocunque res evadat; quemcunque res exitum habebit. *Usus.* Quomodocunque se res habet, advola.

Quondam, ehedessen, vor diesem, weiland, vor Alters. *Syn.* Olim, alias, quodam tempore; fuit olim tempus, cum &c. *Usus.* Et alias sæpe & quondam in Hortensii villa.

Quoniam, weil. *Syn.* Quia, pro eo, quod, quando. *Usus.* Moriendum fuit, quoniam homo erat.

Quoquam, irgendwohin. *Syn.* Aliquo.

Quoquo, wohin auch. *Syn.* Quocunque.

Quoquomodo, auf was Art und Weise es seyn mag. *Syn.* Quomodocunque, quocunque modo, quacunque ratione, omni ratione. *Usus.* Quoquomodo sis meritus.

Quorsum, wohin? *Syn.* Quo, ad quid, quem in locum, quem in finem? *Usus.* Quorsum hæc oratio? Quorsum hæc spectant, pertinent? Quorsum hæc evadent, recident, erumpent?

Quot, wie viel? *Usus.* Quot, quantæque calamitates.

Quotannis, jährlich, alle Jahre. *Syn.* Singulis annis.

Quotcunque, wie viel immer.

Quotenus, a, um. wie viel jederzeit. *Usus.* Nescio quotenorum jugerum.

Quotidiánus, a, um. täglich. *Syn.* Vulgaris, communis. *Usus.* Sermo, victus, cultus vulgaris & quotidianus.

Quotidie, täglich. *Syn.* Singulis diebus, in dies, in singulas dies, nullo non die, quovis die. *Usus.* Quotidie magis obdurescit.

Quoties, *vel* Quotiens, wie oft, so oft. *Usus.* Quoties & quot nominibus auferes? Quotiens jam extorta est tibi fides, de manibus?

Quotiescunque, so oft immer, als. Quocunque tempore, quandocunque.

Quotquot, so viel es seyn. *Usus.* Duo vel quotquot fuerint.

Quotus, a, um. wie vielte. *Usus.* Quotus quisque est, qui &c. quotus est ille denarius?

Quousque, wie lange. *Syn.* Quamdiu, quem ad finem, quoad, quatenus. *Usus.* Quousque, inquies? quoad erit integrum.

Quum, f, cum, als da. *Syn.* Cum.

R.

Rabide, wütend, rasend. *Syn.* Rabiose, furiose, furenter. *Usus.* Omnia rabide appetens cum inexplicabili cupiditate.

Rabidus, a, um. toll, rasend, wütend. *Syn.* Furens, rabiosus. *Usus.* Aspectu rabido. V. *Furens.*

Rabies, ei, f, Raserey, Wuth, Unsinn. *Syn.* Furor. *Epi.* Invisitata. *Usus.* Hecuba propter animi acerbitatem & rabiem in canem versa fingitur. V. *Furor*, *ira.*

Rabiose, rasender Weise. *Syn.* Rabide, furiose. X *Leniter*, *quiete.*

Rabiosus, a, um. wütend, rasend, tobend *Syn.* Rabidus. V. *Furens.*

Rabula, æ, m. Zugendrescher, Plauderer, ein geschwätziger Advokat. *Syn.* Cauſidicus rabiosus & ineptus; qui nimia verbositate aures obtundit. *Epi.* Probabilis. *Usus.* Declamator de ludo, rabula de foro.

Radicitus, aus der Wurzel. *Syn.* Stirpitus, funditus, omnino. *Usus.* Opiniones aliquas radicitus ex animis extrahere, evellere. V. *Omnino.*

Radio, às, avi, atum, are. schimmern, glänzen. *Syn.* Radios emitto, fulgeo.

Radiosus, a, um. glänzend, strahlend. *Usus.* Sol radiosus.

Radius, ii, m. Strahl, Glanz. *Usus.* In radio solis cernuntur.

Radix, icis, f. Wurzel. R. a ῥίζα. *Syn.* Stirps. *Epi.* Altissima. *Usus.* Radices agere; radices mittere. Wurzel fassen. Vera virtus altissimis est defi-

Digitized by Google

defixa radicibus; firmiſſimis radicibus nititur, ſic, ut nulla vi labefactari poſſit. Conſuetudo altiſſimas habet radices. Non ramos ſolum amputare vitiorum, ſed ipſas radicum fibras evellere neceſſe eſt.

Rado, is, raſi, raſum, ere. ſchaben, kratzen, reiben. *Uſus.* Superciliis raſis.

Ramentum, i, n. Abſchabſel, Feilſtaub Feilſpäne *Uſus.* Argenti, auri ramenta.

Ramoſus, a, um. * äſtig.

Ramus, i, m. ein Aſt, Zweig. *Uſus.* Arboris ramum defringere.

Rana, æ, f. Froſch.

Rancidus, a, um ranzig, faul, ſtinkend. *Uſus.* Caro rancida.

Rapa, æ, f. * eine Rübe *Syn.* Rapum.

Rapacitas, tis, f. Raubbegierde. *Syn* Rapiendi cupiditas.

Rapax, acis g. *o.* räuberiſch *Syn.* Prædo. *Uſus.* 1. Iſte crudelis olim furunculus, nunc etiam rapax. 2. *Citus, velox,* reißend Rapax fluvius. V. *Prædo, rapio,*

Rapide, eilends, behend, ungeſtümm. *Uſus.* Velociter & rapide ferri.

Rapiditas, atis, f. Schnelligkeit *Uſus.* Rapiditate fluminis ad transeundum impediuntur,

Rapidus, a, um. behend, ſchnell. *Syn.* Velox.

Rapina, æ, f. Raub, Plünderung *Syn.* Furtum vi factum. *Uſus.* Spes prædæ & rapinarum.

Rapio, is, ui, ptum, ere. wegnehmen, hinreißen, rauben. *Syn.* Abripio, aufero, eripio, prædor, furor; impello, ago. *Phraſ. Hoſtis omnia rapuit,* der Feind hat alles geraubt. Rem noſtram furore ſuam fecit; prædam omnem avertit, loca omnia diripuit; quidquid agi ferrique poterat, avertit. V. *Diripio, prædo. Uſus.* 1. Detrahere aliquid alteri, & ſibi rapere. 2. *Impello, ago, allicio,* antreiben, anreizen. Voluptas omnes ad ſe rapit. Quo te effrenata tua cupiditas rapiet? Cura omni ac ſtudio ad philoſophiam rapitur. Milites in aciem rapit. 3. *Adduco,* bringen. In invidiam, in odium aliquem rapere, in Haß bringen. V *Aufero.*

Raptim, in der Eile. *Syn.* Curſim, ſubſecivis operis. *Phraſ Raptim in hoſtem ducere milites,* eilends auf den Feind anmarſchiren laſſen. Manipulos in aciem rapere, raptare legiones; agmen in hoſtem agere; pleno gradu in hoſtem inducere; quam proxime ad hoſtem ducere. *Uſus.* Raptim cum ageret ac turbulente.

Rapto, as, avi, atum, are mit Gewalt wegſchleppen, hinreißen. *Uſus.* Quem vexaſtis, raptaſtis, omni crudelitate laceraſtis.

Raptor, oris, m. ein Räuber, Dieb.

Raptus, us, m. Raub, Entführung. *Uſus.* Raptus virginum. V. *Ecſtaſis, Abſtractus, Alienatus.*

Raritas, tis, f. Dünne, Seltenheit. *Uſus.* In pulmonibus ineſt raritas quædam.

Raro, ſelten. *Syn.* Inſolenter, rarenter, minime ſæpe, non ſæpe, minus ſæpe. (*frequenter. Uſus.* Acipenſer raro admodum capitur.

Rarus, a, um. dünn, durchſichtig, ſelten. R. *ab ἀραιὸς. Syn.* Paucus, ſingularis, quotus?)(*multus, frequens. Adv.* Maxime. *Phraſ.* 1. *Rariores jam hoſtes erant in acie,* die Feinde waren ſchon nach und nach weniger. Vanior jam erat hoſtium acies; infrequens jam erat hoſtilis acies; nudata erat jam magna ſui parte acies; diſſipaverat aciem hoſtilem equeſtris procella; in acie ſumma infrequentia; rarus erat ad ſigna miles; ex hoſtili exercitu magna pars defluxerat; ex acie dilapſa erat. 2. *Rarum eſt,* es iſt gar was ſeltſames. Raro, perraro accidit; ita rarum eſt, ut ſi quando auditum ſit, portenti ac prodigii ſimile numeretur; infrequens illud, ac omnino peregrinum; id ſiquando accidat, tanquam album avem videre ſibi homines videntur. *Uſus.* In omni re optimum eſt rariſſimum.

Ratio, onis, f. die Vernunft, Verſtand, Urtheil, Beweisthum, Art und Weiſe. R. *a reor, ratus. Syn.* Vis cogitandi; judicium, mens, conſilium; argumentum; modus. *Phraſ. Hoc eſt contra rationem,* das iſt wider alle Vernunft. Hoc ne rationi quidem conſentaneum eſt; id agere hominis eſt a tota mente & recta ratione deficientis; a præſcriptione rationis averſi; id vero a ſana ratione alienum eſt. V. *Prudentia. Uſus.* 1. *Mens, animus,* Gemüth. Ratio præſit, appetitus obtemperet. 2. *Judicium, intelligentia, conſilium, prudentia,* Urtheil, Verſtand, Vernunft. Ratio, dux lumenque vitæ, domina omnium & regina. Rationis participem eſſe; ratione uti, vernünftig ſeyn. Rationi ac conſilio locum dare; rationi parere, obedire, der Vernunft

Digitized by Google

nunft folgen De ratione deduci, abire, discedere a mente & ratione deficere närrisch werden. 3. *Argumentum* Vernunftschluß, Beweisthum. Rationibus solum pugnas; veritatem rationibus exquiris, etwas beweisen, wollen beweisen haben Rationes suæ sententiæ colligere, afferre, exponere, explicare, Beweißthum beybringen. Rationem suæ sententiæ reddere, ostendere; rationibus disputare, etwas gründlich erweisen. Adversariorum rationes refutare, rejicere, widerlegen. Probare suam rationem alicui, glaublich machen. 4. *Modus, via, consilium, institutum, genus, conditio*, Art und Weise, Stand, Aufführung. Belli gerendi modus & ratio. Mea in dicendo ratio hæc solet esse. Meæ vitæ rationes me inde avocant. Tua ratio postmodum est commutata. Nunc alia ratio est rerum omnium. 5. *Res, negotium*. Sache, Geschäfft Meas rationes semper tuæ saluti posthabui. Incumbe toto animo in eam rationem, qua adhuc usus es. Adjungere se ad rationes alicujus; es mit einem halten. 6. *Commercium societas*, Gemeinschaft, Freundschaft. Aliquem in suam rationem & consuetudinem inducere; rationem contrahere cum aliquo, Gemeinschaft machen. Quibuscum mihi ratio fuit; quibuscum mihi ratio intercessit, mit denen ich zu thun gehabt. 7. *Cura, respectus*, achten, bedacht seyn. Habere, ducere rationem absentis. Sui commodi rationem ducere; alienæ dignitatis rationem habere. Habenda erat Tarenti ratio, sed vicit respectus Capuæ; man hätte zwar auf Tarent bedacht seyn sollen, aber die Sorge für Kapua drang vor. 8. *Ratio administrationis & rei pecuniariæ*, Rechenschaft, Rechnung. Rationem vitæ ab aliquo deposcere; rationem vitæ suæ reddere, Rechenschaft begehren, geben. Rationes cum aliquo putare, rationes subducere, inire, tractare; conficere; cum aliquo conferre, Rechnung mit einem machen. Rationes alicui edere; ad ærarium referre, Rechnung ablegen. Rationes in tabulas transferre, einschreiben Pecuniam in rationem inducere, verrechnen. Cum rationibus paria facere, gleich abrechnen.

Ratiocinatio, onis, f. Vernunftschluß. *Ep.* Diligens & considerata. *Usus.* Nullæ leges afferuntur, e quibus ratiocinatio nascitur.

Ratiocinativus, a, um. Vernunftmäßig. *Usus.* Ratiocinativum genus orationis.

Ratiocinator, oris, m. Rechenmeister. *Syn.* Rationum subducendarum peritus, *vulg. Calculator Epi.* Hilaris. *Usus.* Boni ratiocinatores vident, quæ reliqui summa fiat.

Ratiocinor, aris, atus sum, ari. schließen *Syn* Rationem ineo. *Adv.* Recte. *Usus* Ratiocinari quid in similibus fieri soleat. De pecunia ratiocinari, sordidum est. V. *Arguo.*

Rationalis, e, vernünftig. *Syn.* Quod in ratione versatur. *Usus* In causa rationali primum quæretur, ecquid &c.

Ratis, is, f. Floß. R. *a* ῥοώδης, *fluens. Syn.* Genus navigii planum, & trabibus tantum inter se nexis aptisque vinctum.

Ratus, a, um. fest beschlossen. *Syn.* Firmus, fixus. *Usus.* Astrorum rati & immutabiles cursus. Acta Cæsaris omnia rata habebantur, genehm halten, gut heißen. Hoc fixum, & in perpetuum ratum firmumque sit. Rato tempore fieri aliquid debet. Pro rata parte, nach jedes Antheil, nach Gebühr. V. *Firmus, approbo.*

Raucus, a, um. rauh, heiser. R. *a* βράγχος, *ravis. Syn.* Qui vocem obtundit dicendo, clamando fessus. *Usus.* Vox natura subrauca. Ipse rumor jam raucus est factus.

Raudusculum, i, n. ungeprägtes Erz. *Syn.* Pecuniola.

Ravis, is, f. Heiserkeit. *Usus.* Ad ravim clamore poscere.

Re, in der That, im Werke selbst. *Syn.* Exitu. *Usus.* Non tam verbo, quam re & exitu præstare aliquid.

Reædifico, as, avi, atum, are. wiederum bauen. *Syn.* Resarcio, instauro.

Reapse, in der That. *Syn.* Reipsa. *Usus.* Formæ reapse nullæ sunt, speciem tamen exhibent.

Rebellatrix, icis, f. Aufrührerinn. *Usus.* Ingenio ferocem & rebellatricem provinciam conficere.

Rebellio, onis, f. Aufruhr, Empörung. *Syn* Seditio, tumultus. V. *Seditio.*

Rebello, as, avi, atum, are. aufstehen, aufrührisch seyn. *Usus.* Plures diversis locis rebellare cœperunt. V. *Deficio, Descisco, Seditio.*

Recalcitro, as, avi, atum, are. hinten ausschlagen. *Syn.* Calcitro.

Recalesco, is, calui, ere. wieder warm werden. *Syn.* Concalesco, refervesco.

Digitized by Google

Recanto, as, avi, atum, are, widerruffen. Jacta in aliquem probra recantare. V. *Revoco*

Recedo, is, cessi, cessum, ere. zurück gehen, weichen. *Syn.* Discedo, abeo, defluo, decedo. *Adv.* Longius, ne tantulum quidem, necessario, paullulum. *Usus.* Ab armis, officio, causa, a veteri consuetudine recedere. Decedere de fide, defluere ex amicitia, ab officio recedere. V. *Deficio*, *discedo*.

Recens, erst, neulich, frisch. *Syn.* Nuper. *Usus.* Recens natus.

Recens, tis, g. o. neu, frisch. R. a νεωρὸς, *novellus*. *Syn.* Novus.)(*Antiquus*, *vetus*. *Usus.* Non ex recenti hominum sermone, sed annalibus. Aliter inveterata, aliter recentia. Est res in recenti memoria. Homo e schola, ludo, provincia recens. Recens ab illorum ætate. V. *Novus*.

Recenseo, es, ui, itum, ere. mustern, herrechnen. *Syn.* Percenseo, persequor, percurro. V. *Numero*.

Recensio, onis. f. das Zählen, Erzählung. *Syn.* Census; recognitio.

Receptaculum, i, n. Unterschleif, Schlupfwinkel, Behältniß, Herberge. *Syn.* Locus receptator, perfugium. *Usus.* Templum illud fuit arx perditorum civium, receptaculum seditiosorum, castellum forensis latrocinii. V. *Perfugium*

Receptator, oris, m. der Unterschleif giebt. *Usus.* Ille latronum occultator & receptator locus.

Receptrix, icis, f. die Unterschleif giebt. *Usus.* Messana furtorum receptrix.

Receptum, i, n. Verheißung, Zusage. *Syn.* Promissum. *Usus.* Promissum, & receptum intervertit.

Receptus, us, m Abzug vom Streite, Zuflucht. *Syn.* Perfugium, avocatio ex pugna. *Usus.* Receptui canere, signum dare. Nullum receptum nisi ad te & tuam opem habeo. Tempus jam non erat ad receptum pertinacis sententiæ, widerruffen.

Recessus, us, m. Rückgang, Abschied. *Syn.* Digressus.)(*Accessus*. *Usus.* 1 Luna accessu & recessu suo maris accessum recessumque gubernat. 2. *Latebra*, Winkel. Multæ in hominum animis latebræ, multi recessus.

Recido, is, cidi, cisum, ere. abhauen, abschneiden. *Syn* Incido. *Usus.* Recidere ornamenta superflua.

Recido, is, cidi. ere wiederfallen, zurück fallen. *Syn.* Convertor, cado, redundo, incido. *Phras.* *In eadem scelera recidit*, er ist wiederum in die vorigen Laster gefallen. De integro in eadem flagitia revolvi, relabi, incidere; iterum in eandem improbitatem incurrere; in eadem rursus flagitia se ingurgitare. V. *Peccatum*. *Usus.* Ex lætitia in luctum; in priorem fortunam recidere. Ea res ad hunc annum recidit. Mala consilia in auctorem recidunt. Huc tandem omnia recidere. Ad nihilum molitio tota recidit. V. *Cado*, *venio*.

Recino, is, cinui, centum, ere. wieder singen. *Syn* Resono.

Recipio, is, cepi, ceptum, ere. zurück nehmen. *Syn.* Accipio, recupero. *Adv.* Brevi, difficillime, tardius. *Phras.* *In gratiam receptus est*, er ist wiederum in Gnaden angenommen worden Supplici apud eum gratiæ locus fuit; restitutus est in antiquum gratiæ locum; reconciliata inter eos est ex inimicitiis gratia, voluntatesque copulatæ. V. *Gratia*, *Reconcilio*. *Usus.* 1. Aliquem in fidem, gratiam, amicitiam recipere. Aliquem splendide, hospitio, ad epulas recipere. 2. *Abeo*, *exeo*, *redeo*, *proficiscor*, zurück kehren. Domum se, in castra, in Italiam e provincia se recipere. Ad mores pristinos, ad ingenium suum, ad meliorem frugem se recipere. Recepit se hostis. 2. *Colligo*, wiederum erholen. Se a timore; animum e magno metu recipere. 4. *Polliceor*, verheißen. Mandata effice, quæ recepisti. Scis, quid tibi de me receperim. Recipere & confirmare aliquid alicui. Tibi spondeo, in meque recipio.

Reciproco, as, avi, atum, are. wiederholen. *Usus.* Quid Euripo in æstu reciprocando constantius.

Recitatio, onis, f. das Ablesen, Aufsagen. *Syn.* Lectio. *Usus.* Litterarum recitatio.

Recitator, oris, m. Leser. *Syn* Lector.

Recito, as, avi, atum, are. ablesen, aufsagen. *Syn.* Percenseo, pronuntio, e memoria reddo. *Adv* Clarius, denuo, identidem, palam. *Usus.* De tabulis publicis recitare. Epistolam, scriptum ex ordine recitare.

Reclamatio, onis, f. Widerruffung. *Syn.* Acclamatio. *Epi.* Præclara, luculenta.

Reclamo, as, avi, atum, are. widersprechen. *Syn.* Repugno, adversor, contradico. *Adv.* Fortissime, vehe-

Digitized by Google

vehementer. *Ufui.* Tota theatra, omnes una voce reclamarunt. V. *Adverſor.*

Reclino, as, avi, atum, are. zurück, nieder biegen. *Syn.* Reflecto, inclino.

Recludo, is, ſi, ſum, ere, eröfnen, wieder aufthun *Syn.* Aperio.

Recogito, as, avi, atum, re zurück denken, überlegen *Syn.* Meditor, tota mente repeto, recipio me ad cogitationem reliquam alicujus rei; priorum admoneor; rei præteritæ cogitatio me ſubit. V. *Memini, cogito.*

Recognitio onis, f. Beſichtigung, Betrachtung *Syn* Recenſio *Ufus* Ejus animus nunc in recognitione ſcelerum verſatur. *Recognitio*, Erkenntlichkeit. *vulg. eſt*; *Latine*: referendæ gratiæ ſtudium.

Recognoſco, is, novi, nitum, ere. wieder in Augenſchein nehmen. *Syn.* Cognoſco, conſidero, recenſeo, recolo. *Adv.* Penitus, perlibenter. *Ufus.* Nihil novi audietis, vetera ſolum recognoſcetis. Recognoſce mecum illam noctem. Reminiſcendo recognoſco aliquid. V. *Conſidero.*

Recolligo, is, legi, lectum, ere. wieder erholen. *Syn.* Colligo. *Phraſ. Vix recollegi me*, ich habe mich kaum erholet. Vix animum recepi; vix animum paullisper laxavi; vix animum a mœrore allevavi; ad ſpem & fiduciam torpentem animum erexi; vix animum languentem revocavi; vix animum ſolicitudine exoneravi; vix vitalem calorem recepi; vix rediit animus, & ſui compos factus eſt *Ufus.* Animum recolligere V. *Colligo.*

Recolo, is, ui, ultum, ere. wieder erholen erwägen. *Syn.* Recognoſco; memoria repeto. *Ufus* Priſtina ſua ſtudia recolere. Pueritiæ noſtræ artes inter nos recolimus

Reconciliatio, onis, f. Ausſöhnung, Verſöhnung, Vertrag. *Syn.* Reditus in gratiam. *Phraſ Reconciliatio gratiæ ejus mihi curæ erit*, ich werde bedacht ſeyn mir ihn zu verſöhnen. Ut ejus mihi voluntas reconcilietur, operam dabo; ut mecum in gratiam redeat; ut in antiquum gratiæ locum me reſtituat; ut mihi ſe reſtituat; ut ſiquid alienæ opinionis, aut parum amicæ voluntatis adverſus me ſuſceperit, deponat, abjiciat, dimittat. V. *Concilio. Ufus.* Cæſar agit de reconciliatione gratiæ ſuæ & Pompeji.

Reconciliator, oris, m. Verſöhner.

Reconcilio, as, avi, atum, are. verſöhnen, miteinandet vergleichen. *Syn.* Placo, in gratiam reduco, in veterem gratiam reſtituo, diſtractos in priſtinam concordiam reduco; pacem concilio; gratiam inter aliquos compono; gratiæ reconciliationem efficio. *Phraſ. Reconciliati ſumus*, wir ſind wieder ausgeſöhnt worden. In gratiam rediimus, odium amore commutavimus; depoſitis odiis mutuam benevolentiam ſuſcepimus. Inimicitias, ſimultates, odia depoſuimus, abjecimus, dimiſimus; omnem veterum injuriarum memoriam, omnem ulciſcendi voluntatem ex animo delevimus; odia miſimus ac finivimus; dexteras fidemque de integro dedimus. Pulſo odio ſucceſſit amor priſtinus. Orta eſt inter nos, vetere exſtincto odio, mutua benevolentia. Animorum noſtrorum mutua in amore conſenſio; animorum ac voluntatem ſimilitudo diuturno tandem odio ſucceſſit. V. *Gratia, Amicitia, Concilio Ufus* Hic me meus animus cum Cæſare reducit, reconciliat, reſtituit in gratiam. Inimici in gratiam reconciliabuntur

Reconcinno, as, avi, atum, are. wieder zurecht bringen, ausbeſſern, *Syn.* Reficio.

Reconditus, a, um. verborgen, geheim. *Syn* Occultus, abditus, abſtruſus, retruſus.)(*In promptu. Ufus.* Sepoſitum & reconditum habere aliquid. Interiores & reconditæ litteræ. Homo natura triſtis & reconditus. Natura in ſpecie oris reconditos mores effinxit.

Recondo, is, didi, ditum. ere. verbergen. *Syn* Condo, ſepono, abdo, abſcondo, *Adv.* Nimium, penitus. *Ufus* Gladium in vaginam recondere. Mens viſa arripit & recondit; inde memoria oritur. V. *Abſcondo*

Recoquo, is, coxi, coctum, ere. wieder kochen. *Ufus.* Nemo me tanquam Pelian recoxerit.

Recordatio, onis, f. Erinnerung. *Syn.* Memoria. *Epi* Acerba, apta, aſſidua, non ſatis explicata, grata, jucunda, ſana, ſecura, ſuavis. *Ufus.* Recordationes fugio, quæ quaſi morſu quodam dolorem efficiunt. Repetere animo veteris memoriæ recordationem. V. *Memoria.*

Recordor, aris, atus ſum, ari. ſich erinnern. *Syn.* Reminiſcor, memoria teneo. *Adv.* Diligentius, multum, vere. *Phraſ.* 1. *Sæpe recordor præteriti temporis calamitatem*, ich gedenke

Digitized by Google

te oft zurück auf das Elend der vorigen Zeiten. Subit animum perſæpe memoria temporis miſerrimi; ſæpe in memoriam redit calamitas temporis; animum perſæpe refero ad præteriti temporis calamitates; tenet me perſæpe memoria temporis calamitoſiſſimi; infixa eſt animo calamitas temporis ſuperioris; verſatur identidem in animo calamitas; ex animo nunquam discedit triſtiſſimi temporis recordatio; tangit perſæpe animum memoria funeſtiſſimi temporis. 2. *Recordor adhuc dictorum*, ich beſinne mich noch deſſen, was geredet iſt worden. Memoria teneo, memoria cuſtodio dicta tua; in memoria mihi ſunt, verſantur dicta tua; memoria retineo. quæ dixeras; memoriam eorum habeo, teneo, ſervo, conſervo, quæ tu mecum; reſedit in animo memoria dictorum; animo teneo ac memoria, quæ tu ad me; ſcripta ſunt in animo meo, quæ tu mecum olim; perſæpe in mentem venit eorum, quæ tu olim mecum; ſæpe redeo in memoriam eorum, quæ ex te audivi. V. *Memoria. Uſus.* Recordor tua conſilia, tuorum conſiliorum, de tuis conſiliis. Re ipſa admonitus recordor & reminiſcor. V. *Memoria.*

Recreo, as, avi, atum, are. ergötzen, erquicken, leben, erluſtigen. *Syn.* Reficio, relaxo, relevo; reſtituo, colligo *Adv.* Neceſſario, ocyus, paullulum *Phraſ.* 1. *Libenter me a magnis curis recreo*, ich erluſtige mich gerne nach großen Sorgen Triſtitiam, & ſeveritatem ludo aliquo relaxo & mitigo; a contentione ſtudiorum animos curasque laxo; ex diuturna perturbatione ſuavitate amicorum me recreo; vires amiſſas revoco; curam animi quiete aliqua remitto; me confirmo; relevo; requietem aliquam corpori & animo indulgeo; ad aliquam animi remiſſionem deſcendo; cum amicis me oblecto; varias a moleſtiis aberrationes, ac velut diverticula quædam quæro: inter labores jam exhauſtos, & mox exhauriendos intervallum aliquod interjicio; ab aſſiduis contentionibus ſtudiorum animum remitto. 2. *Pratorum ac nemorum aſpectus mirifice me recreat*, die Betrachtung der Wieſen und Wälder ergötzet mich ſonderlich. Pratorum ac nemorum aſpectus animum mirifice reficit; a moleſtiis abducit; mirifica voluptate animum perfundit; liquidiſſima voluptate animum complet; mirifice oculos animumque tenet, oblectat; pratorum aſpectu ſuaviſſime aberrat animus a moleſtiis curisque; ſuaviſſimam animi voluptatem capio. 3. *Recrea te parumper*, erluſtige dich ein wenig. A cæteris voluptatibus deſertus, jucundo otio ſuſtenta te paullulum & recrea; da te jucunditati paullulum; ad aliquam animi remiſſionem deſcende; habeat aberrationem quandam a negotiis animus; animum liberali otio, viresque revoca, ad ferendos novos de integro labores; relaxa animum, & abduc a contentione ſtudiorum; da laxamenti aliquid contentioni ſtudiorum; laſſum pondere curarum animum ludo refice & inſtaura; excedant animo curæ paullisper, ut acriore denceps impetu ad intermiſſa revertare. V. *Delecto, oblecto. Uſus.* Recreat me & reficit aſpectus veſter. Afflictum erigere, perditum recreare. Litteris tuis ſuſtentor & recreor. Cum animus ſe collegit, & e mœrore ſe recreavit. E morbo recreari & convaleſcere. V. *Relaxo.*

Recreſco, is, crevi, ere. wieder wachſen. *Syn.* Rurſum creſco.

Recrudeſco, is, dui, ere. ärger werden, wieder aufbrechen. *Uſus.* Illa, quæ conſanuiſſe videbantur, recrudeſcunt.

Recta, gerades Wegs. *Syn.* Recta via, directe.)(*oblique, per anfractus. Uſus.* Mihi recta iter Romam eſt. Recta e navi ad me venit.

Recte, recht, wohl. *Syn.* Bene, probe, præclare, jure, more, rite, ordine, ratione.)(*perperam, vitio, oblique, circuitione & anfractu. Uſus.* Recte atque ordine. & e republica factum eſt. Si recte homines novi. Recte an ſecus, nihil ad nos. Recte an contra fecerint. Recte, ordine, ratione ex æquo & bono feciſti. Atomi recte feruntur aliquæ V. *Bene.*

Rectio, onis, f. Verwaltung, Regierung. *Syn.* Gubernatio, adminiſtratio. *Uſus.* Non privatæ ſolum rei ratio, ſed reipublicæ rectio.

Rector, oris, m. Regierer, Herrſcher. *Syn.* Gubernator, præſes. *Epi.* Comior, juſtus, ſummus. *Uſus.* Rector publici conſilii, gubernator urbis & conſervator. Rector navis. Deus, rector & architectus tanti operis.

Rectus, a, um. gerad, recht, richtig. *Syn.* Directus, bonus.)(*pravus, obliquus. Uſus.* Rectam inſtas viam, du thuſt ſchon recht. A recta conſen-

Digitized by Google

tia transversum unguem discedere non oportet. Recta intelligentia, rectis oculis aliquid intueri. Rectissima sunt, quæ maxime conducunt.

Rectum, i, n. **das Recht, Billigkeit.**)(*Pravum. Usus.* Rectum est, quod cum virtute & officio fit. Rectum non solius laudis causa sequendum est. Te nihil scribere rectum vix est. V. *Honestum.*

Recubo, as, cubui, itum, are. **liegen, ruhen.** *Syn.* Recumbo, jaceo, quiesco. *Usus.* Molliter & delicate recubans.

Recudo, is, di, sum, ere. **umschmieden.** *Usus.* Vetera metalla recudunt.

Recumbo, is, cubui, itum, ere. **liegen, sitzen** *Syn.* Cubo *Usus.* In herba recumbo.

Recuperatio, onis, f. **Wiedererlangung.** *Usus.* Ista præclara est libertatis recuperatio.

Recuperator, oris, m. **verordneter Richter in privat Händeln.** *Syn.* Judex in causis civilibus & privatis. *Epi.* Improvidus. *Usus.* Recuperatorem dare alicui.

Recuperatorius, a, um. **zu solchem Richter gehörig.** *Usus.* Judicium recuperatorium.

Recupero, as, avi, atum, are. **wieder bekommen.** *Syn.* Recipio, redimo, reparo. *Usus.* Erepta recuperare. Recuperare existimationem perditam, & in antiquum statum restitui. V. *Restituo.*

Recurro, is, curri, cursum, ere. **zurück laufen, wiederkommen.** *Syn.* Redeo, revehor; perfugio, ad opem alicujus confugio. *Usus.* Velim, quamprimum ad nos recurras.

Recusatio, onis, f. **Weigerung.** *Epi.* Justa. *Usus.* Omnes sine mora, sine ulla recusatione, summo etiam studio & alacritate negotium susceperunt.

Recuso, as, avi, atum, are. **abschlagen, ausschlagen, verweigern.** *Syn.* Abnuo, defugio, declino, aspernor, nolo, repudio, rejicio, adversor, tergiversor, abhorreo; a me amoveo, amolior, deprecor, ejuro. *Adv.* Diu, honeste, vehementer, valde. *Phras. Si id crimen est, non recuso poenam*, **wenn dieß ein Verbrechen ist, so weigere ich mich nicht, die Strafe auszustehen.** Nihil de pœna recuso; pœnam non refugio, non deprecor, causam non dico, quin quod meritus sum, feram; causæ nihil est, quin; causæ nihil dico, quin pœnas, ut meritus sum, luam. *Usus.* Nihil quod homini accidere possit, recusandum est. V. *Nolo, nego.*

Redamo, as, avi, atum, are. **wieder lieben** *Syn.* Amori, *vel* in amore respondeo.

Redarguo, is, ui, utum, ere. **mit Worten strafen.** *Syn.* Coarguo, convinco.)(*Probo. Usus.* 1. Inconstantiam alicujus redarguere. 2. *Increpo, accuso*, **ausschelten.** Redargue me, si mentior. Fallebat multos, quod nemo eum redargueret. V. *Arguo, reprehendo.*

Reddo, is, didi, ditum, ere. **wieder geben.** *Syn* Restituo, refero, remunero, persolvo. *Adv.* Celeriter, commode, cumulate, diligenter, juste, latine, opportune, probabiliter, studiose, tarde, vicissim, verbosius. *Usus.* 1. Suum cuique reddere. 2. *Recito*, **aufsagen.** Quæ quisque dicerit, totidem verbis reddat. 3. *Verto*, **übersetzen.** Quæ græce legeram, latine reddebam. 4. *Do, tribuo*, **geben.** Sententiæ suæ rationem reddere. Reddere vitam pro republica. Litteras alicui; honorem cuique suum reddere. 5. *Similis sum*, **gleich seyn.** Filius matrem reddit. 6. *Efficio, praesto*, **machen.** Cupiditas reddit homines cæcos.

Redemptio, onis, f. **Kauf, Pacht.** *Syn.* Conductio. *Usus.* Publicani temeritate redemptionis pene everti.

Redemptor, oris, m. **Pachter, Auslöser.** *Syn.* Operis faciendi, *vel* vectigalium conductor, *qui & manceps a Cicerone dicitur. Usus.* Redemptor ille, qui Torquato columnam conduxerat faciendam. *Redemptor noster*, **unser Erlöser.** *vulg. Latine*: Auctor parensque salutis nostræ. Vindex salutis humanæ; nostræ salutis restitutor. *Similiter*, **unsere Erlösung.** Redemptio nostra, *vulg. Latine efferetur*: Nostræ salutis restitutio; salus hominum Christi cruciatibus morteque parta.

Redeo, is, ivi, itum, ire. **zurück kehren.** *Syn.* Reverto, revenio, me recipio. *Adv.* Gradatim, infidiose, peregre, sero, verissime. *Phras.* 1. *Cupio quamprimum ad vos redire*, **ich trachte, auf das ehefte zu euch zurück zu kommen.** Ad vos me recipere; in optatis mihi est, ut me aliquando vestri ac patriæ compotem fortuna faciat; ut in patriam me pedes referant; in domum meam remigrem, revertar; domum me referam; reditu aut potius reversione mea vos exhilarem; ut ad vos recurrere; patriæ

Digitized by Google

triæ me reddere poſtliminio liceat; ut expeditum in patriam receptum habeam; urbem patriam repetam. 2. *domum redibo*, ich werde nach Hauſe gehen. Domum me referam; domum repetam, domum me convertam, conferam; domum remigrabo, revertar; domum me recipiam. 3. *Vix ad ſe redit*, er iſt kaum wieder zu ſich gekommen. Vix ſe, vix animum ex timore collegit; vix ſe, vix animum recepit a timore; vix recreatus eſt ex illo pavore; vix ſe recuperavit ex illa trepidatione; vix redintegravit animum. V. *Colligo*, *recolligo*. 4. *Rediſti ad priſtinam conſuetudinem*, du biſt wiederum in die alte Gewohnheit gefallen. Ad tuam te intemperantiam innovaſti; in eandem vitæ conſuetudinem revolutus es; ad mores priſtinos rediiſti; ad tuam te conſuetudinem moresque te retuliſti. 5. *Sed ut redeam eo, unde coepi*, damit ich aber (in meiner Rede) wieder auf das komme, wo ich angefangen habe. Sed ut ad prima redeam; ut redeam ad id, unde exorſus ſum, ad ea, quæ conſtitueram; ſed ut ad ſuperiora illa redeat, revertatur oratio; ut ad præterita revertamur; ut ad eam partem, unde digreſſa eſt, revertatur oratio; verum ad jurgium illud, quo loco digreſſus ſum, revertar; ſed adhibeat oratio modum, & redeat illuc, unde deflexerat. Ut eo, unde digreſſa eſt, ſe referat oratio; ſed ut eo revocetur, unde huc declinavit oratio; ſed redeamus ad inceptum; ſed redeat, unde aberravit oratio. *Uſus.* Ad quos dies redibis? In gratiam redire cum aliquo, ſich wieder vergleichen. Ad ingenium ſuum & mores rediit, es geht mit ihm wiederum auf den alten Schlag. In priſtinum ſtatum res rediit, die Sache iſt wiederum auf den vorigen Fuß gekommen. Parum ex agro illo redit, dieſer Acker wirft mir wenig ab.

Redhibeo, is, ui, itum, ere. wieder geben. *Syn.* Reddo. *Uſus* Rem emptam, cujus vitium venditor non dixerit, vendenti redhibere. V. *Reddo.*

Redigo, is, egi, actum, ere. zu etwas bringen. *Syn* Adduco, pertraho, cogo, conficio, colligo. *Phraſ. Ad nihilum redactæ ſunt opes meæ*, mein ganzes Hab und Gut iſt zu Grunde gegangen. Ad nihilum omnia reciderunt; redit mihi res ad reſtim, ad raſtros. V *Perdo*, *gero* a *Uſus.* 1. Bellicoſas gentes in ditionem ſuam & poteſtatem, ſub imperium & jurisdictionem redigere. V. *Conficio*, *colligo*, zuſammen bringen. Ex præda, e bonis venditis magnam vim pecuniæ redigere. 2. *Revoco*, *reduco*, bringen. Inventa redigere in ordinem. Aliquid in memoriam redigere.

Redimiculum, i, n. Haupthinde.

Redimio, is, ivi, itum, ire. umbinden. *Syn* Orno, corono *Uſus.* Roſis, ſertis, coronis redimire ſe.

Redimo, is, emi, emptum, ere. etc. kaufen, auslöſen. *Syn.* Emo, recupero, conduco. *Adv* Palam, publice, recte, male. *Phraſ. Chriſtus nos ſua morte redemit*, *vulg.* Chriſtus hat uns mit ſeinem Tode erlöſt. Debitas primi hominis culpæ pœnas ſuis cruciatibus exſolvit; ſalutem mortalibus ſinemque diuturnæ ſervitutis moriendo attulit ſua morte perditum genus hominum in poſſeſſionem cœleſtis patriæ reſtituit; genus humanum afflictum ac perditum ſua morte recreavit & erexit; pro communi ſalute ſuum caput in omnes cruciatus obtulit, ut amiſſam noſtra primorumque parentum culpa cœleſtem nobis patriam recuperaret. *Uſus.* Re viliſſima maximam redemit. Culpam redimere. Ego vitam omnium meo unius periculo redemi. Iſta vel vita recte redimi poſſent

Redintegratio, onis f. Erneuerung, Ergänzung. *Syn.* Renovatio, iteratio. *Uſus.* Vehementer movet auditorem ejusdem verbi redintegratio.

Redintegro, as, avi, atum, are. etc. erneuern, ergänzen. *Syn.* Renovo, inſtauro. *Uſus.* Bellum, prælium, vires, animum redintegrare. Memoriam redintegrare. V. *Renovo*

Reditio, onis, f. Umkehr. *Uſus.* Celeritas reditionis.

Reditus, us, m. Zurückkunft. *Syn.* Reditio, reverſio. *Epi.* Acerbus, capitalis, peſtifer, celer, crudelis, difficilis, facilis, florens, glorioſus, gratuitus, illuſtris, conſtans maturus. *Phraſ. Valetudo reditum impedivit*, eine Unpäßlichkeit verhinderte ihn, daß er nicht zurück kam. Reditu prohibuit; regrediendi facultatem non dedit; valetudo obſtitit, quo minus iter domum fleſteret, retro concederet; ne in patriam eſſet reditus, valetudo in cauſa fuit. *Uſus* Patet tibi gratiæ reditus. Gratiæ reditum

tibi

Digitized by Google

tibi aperiam conficiam. Nemo te reditu prohibebit. *Reditus pro* fructibus annuis, *vide eſt.*

Redivivus, a, um. wieder lebendig. *Syn.* Renovatus, in vitam revocatus.

Redoleo es, ui, itum, ere. riechen *Syn.* Oleo. *Uſus.* Ejus ſermonis multa indicia redolent. Oratio redolens antiquitatem.

Reduco, is, xi, ctum, ere. zurück führen. *Syn.* Reſtituo, redigo, reporto. *Uſus.* Diſtractos aliquos in concordiam reducere. Aliquid in memoriam reducere. Medicina ægrum reducere ad ſalutem. De exilio aliquem domum reducere, reportare.

Reductio, onis, f. Wiederbringung.

Reductor, oris, m. Wiederbringer. *Uſus.* Plebis in urbem reductor. Litterarum ſeneſcentium reductor.

Redundantia, æ, f. Ueberfluß. *Syn.* Profluentia.

Redundo, as, avi, atum, are. überlaufen, überfließen. *Syn.* Supero, ſuperfluo, effluo. *Adv.* Aliquantum. *Uſus.* Pituita, aut bilis cum in corpore redundat. Homo omnibus ornamentis redundans. Infamia majorum fere in poſteros, amici laudes in amicum redundant. Nihil prætermittatur, nihil redundet. E tuo facto multum invidiæ in me redundabit. E rerum cognitione floreſcit & redundat oratio. Is redundantes nos, & juvenili licentia ſuperfluentes repreſſit. V. *Abundo.*

Reduvia, æ, f. Geſchwür am Nagel des Fingers. *Syn.* Ulcus digitorum. *Uſus.* Capiti mederi debebam, reduviam curavi.

Redux, ducis, g. o. wiederkommend. *Syn.* Ex periculo, aut exilio revocatus. V. *Redeo.*

Refello, is, felli, ere. widerlegen. *Syn.* Redarguo, refuto.)(*confirmo.* *Adv.* Palam, ſtudioſiſſime. *Phraſ. Ejus argumenta facile refellam*, ſeine Beweisgründe will ich leicht widerlegen. Criminationem totam nullo negotio diſſolvam; diluam, quæ objecit; propugnaculum iſtud, quo contra impetus meos ſe uſurum putat, facile dejiciam. Objecta facile infirmabo & convellam; eam illius opinionem ratio convellet, oratio labefactabit; veritas denique extorquebit; argumenta ejus facile obruam, proteram, proſternam. Sententiam hominis facile frangam; tela iſta haud difficulter repellam; facto brevi, ut argumenta ejus univerſa corruant; irrita reddantur. V. *Refuto.* *Uſus.* Refellere & coarguere mendacium alicujus. Ea exemplis magis, quam argumentis refellis. Moribus oratio refellitur.

Refercio, is, ferſi, fertum, ire. voll anfüllen. *Syn.* Repleo. *Adv.* Peranguſte. *Uſus.* Animos vulgi ſuperſtitionibus; ſermonibusque aures referciro.

Refero, fers, tuli, latum, ferre. wieder bringen. *Syn.* Reveho, reporto, reduco. *Adv.* Aperte, callide, cumulatiſſime, identidem, magnopere, occulte, pariter, publice, recte, ſeparatim, ſimpliciter, vere. *Uſus.* 1. Fedes me referunt in Tuſculanum. 2. *Renuntio*, hinterbringen. Miſit, qui nuntios exciperent & ad ſe referrent. 3. *Revoco*, wieder herſtellen. Veterum conſuetudinem laudem, legem referre. 4. *Reddo*, erſtatten. Meritam debitamque gratiam referre. 5. *Adſcribo*, *deſcribo*, aufſchreiben. Aliquid in commentarium, tabulas, volumen, codicem referre. Referre in deos, in deorum numerum. Rationes ad ærarium referre. 6. *Ad deliberandum propono*, vortragen, Bericht abſtatten. De re aliqua ad ſenatum; de rebus obſcuris ad Apollinem; de religionibus ad ſacerdotes referre. Ad alium, ad alterius arbitrium referre. 7. *Reſpondeo*, zur Antwort geben. Hoc ego non ad meam defenſionem attuli, ſed illorum defenſioni retuli. 8. *Dirigo*, richten, Abſehen haben. Omnia ſua conſilia ad gloriam; ad voluptatem referre omnia. 9. *Similis ſum*, gleich ſeyn. Vultu patrem refert, moribus avum. 10. *Converto*, *revertor*, zurück wenden. Se ad intermiſſa ſtudia litterarum referre. Animum, oculos aliquo referre.

Refert, es iſt daran gelegen. *Syn.* Intereſt, ad rem pertinet. *Phraſ. Meo quidem id parum refert*, mir iſt daran wenig gelegen. Rebus tuis ſunt illa conjunctiora; ad rem meam nihil intereſt. In eo fortunæ meæ poſitæ non ſunt. Nihil ad me iſta. Non eſt, cur ea de re me angam, discruciem. Mihi iſthic neque ferītur, neque metitur; utcunque fuerit, haud in magno equidem ponam discrimine. V. *Intereſt.* *Uſus.* Tua id maxime refert. Parvi refert abs te dici.

Refertus, a, um. voll, angefüllt. *Syn.* Confertus, plenus. *Uſus.* Locuples & referta domus, bonis omnibus abundans & affluens.

Refero

Digitized by Google

Refervesco, is, cui, ere. wieder aufsieden. *Usus* Jam quasi refervescit oratio. Sanguis refervet, *vel* refervescit.

Reficio, is, feci, fectum, ere. ausbessern, ergänzen. *Syn.* Reconcinno, recreo, restituo. *Phras.* *Corpus reficere*, mit Speise sich erquicken. Corpora curare; corpus cibo potioneque firmare; famem sitimque cibo & potione depellere; firmare cibo vires, instaurare. V. *Cibus*. *Usus*. Nihil est jam, quo nos reficiamus, aut ubi lapsi resistamus. Cum animus se a forensi strepitu refecerit & recreaverit. Reficere ædes, quæ vitium fecerant. Refecta spe. Reficit me ac recreat tua epistola. V. *Recreo*.

Refigo, is, fixi, fixum, ere. abheften, ausreißen. *Syn.* Rescindo, infringo, revello. *Usus*. Acta Antonii legesque refixistis. Num figantur rursus tabulæ, quas vos decretis vestris refixistis.

Reflatus, us, m. Gegenwind. *Syn.* Contrarius, adversus, reflans ventus. *Usus* Naves reflatu Uticam actæ. Fortunæ reflatus semper timendus.

Reflecto, is, xi, xum, ere. umbiegen, zurück wenden. *Syn.* Revoco, sedo. *Usus*. Animum ad vindictam incitatum reflecto & revoco. V. *Flecto*, *Pecordor*.

Reflo, as, avi, atum, are. entgegen blasen. *Syn.* Contra flo *Usus*. Cum fortuna reflarit, affligimur. Ventis reflantibus, cum aquilo mihi adversum teneret, in littus rejecti sumus.

Refluo, is, xi, xum, ere. * zurück fließen. *Syn.* Retro fluo.

Reformidatio, onis, f. Furcht. *Syn.* Formido, metus. V. *Metus*.

Reformido, as, avi, atum, are. sich fürchten, scheuen. *Syn.* Refugio, horreo. *Usus*. Dolorem imbelles horrent & reformidant. V. *Timeo*, *Abhorreo*.

Reformo Religionem, einen geistlichen Orden reformiren, in bessern Stand bringen. Ad disciplinam severiorem revocare; lapsam disciplinam ad vetera instituta revocare; instaurare disciplinam; e solutiore disciplina ad veterem sanctimoniam revocare; veterem disciplinam, quæ jacet ætatis vitio perculsa atque prostrata, excitare; constituere leges, revocare instituta, abhorrentes a vitæ sanctimonia mores abususque comprimere ac abolere, omnia denique, quæ dilapsa jam diffluxere, severis legibus vincire; dissolutam [illegible] sacræ disciplinam arctius [illegible] ac in veterem dignitatem vindicare; lapsam, prolapsam disciplinam erigere, solutam disciplinam [illegible], ad arctiorem disciplinam erudire; pravarum consuetudinum stirpes, quæ caput tollebant, elidere, exscindere; a veteri sanctimonia declinantem, in semitam reducere.

Refractariolus, a, um. ein wenig widerspenstig. *Syn.* Concertatorius, contentiosus.

Refragor, aris, atus sum, ari. widerstreben. *Syn.* Adversor *Usus*. Sed nolui homini amicissimo refragari. V. *Adversor*.

Refreno, as, avi, atum, are. bändigen, bezähmen, in Zaum halten. *Syn.* Coërceo, reprimo, comprimo, cohibeo, circumscribo, retardo, restringo, contraho, sedo, debilito, edomo, frango, moderor, tempero, restinguo Vinculum v. g. cupiditati injicio. V. *Cohibeo*, *coërceo*, *comprimo*. *Usus*. Refrenet prius libidinem, iram teneat, coërceat avaritiam.

Refrico, as, cui, ctum, are. auftratzen, erneuern. *Syn.* Renovo, revoco, retracto. *Phras.* *Noli mihi refrigare memoriam casus acerbissimi*, erneuere mir nur das Andenken jenes traurigen Falls nicht. Noli mihi revocare in memoriam casum acerbissimum; noli animum meum revocare in memoriam casus tristissimi; noli renovare, redintegrare memoriam casus acerbissimi; noli obductam vixdum cicatricem refricare. V. *Memoria*. *Usus*. 1. Dolorem, cicatricem, vulnus refricare. 2. *Iterum vexo*, aufs neue plagen. Hæc me refricant.

Refrigeratio, onis, f. Erfrischung, Kühlung, Erquickung.

Refrigero, as, avi, atum, are. kühlen, erfrischen, erquicken, laben. X *Calefacio*. *Usus*. Stella Saturni refrigerat. Umbris & aquis refrigerari.

Refrigesco, is, frixi, ere. wieder erkalten. *Syn.* Refrigeror, defervesco. *Adv.* Plane, sane quidem. *Usus*. Belli apparatus, impetus illi animorum refrixit. Interpellata bello studia refrixere. Causa illa omnino refrixit. V. *Remitto*.

Refringo, is, fregi, fractum, ere. wieder aufbrechen. *Usus*. Claustra [illegible] nobilitatis refregi.

Refugio, is, fugi, itum, ere. [illegible] fliehen, meiden. *Syn.* Abhorreo, [illegible], recedo, horreo, formido. X *Appeto*. *Adv.* Pro-

Prorſus, longe. *Uſus.* Refugit animus ea commemorare. Ab impiorum conſuetudine refugere. Refugit a dicendo animus. V. *Abhorreo.*

Refugium, ii. n. **Zuflucht.** *Syn.* Perfugium, portus, præſidium, arx. *Uſus.* Nationum omnium portus & refugium, ſenatus.

Refulgeo es fulſi, ere. **wieder glänzen.** *Syn.* Reluceo.

Refundo, is, fudi, fuſum, ere. **wieder gießen.** *Syn.* Rurſus fundo.

Refutatio, onis, f. **Widerlegung.** *Syn.* Conſutatio.

Refuto, as, avi, atum, are. **hintertreiben, beantworten, widerlegen.** *Syn.* Aſpernor, deſpicio, repello; confuto, refello.)(*complecto*; *confirmo. Adv.* Fortius, liberalius, gravius. *Phraſ. Erroris magiſtrum refutavit egregie*, **er hat den Urheber dieſes Irrthums ſtattlich widerlegt.** Quemadmodum erroris doctorem fregerit; quam docte illius fidem infirmarit; auctoritatem elevarit, quis ſatis deprædicet? ut illum ſtrenue refellerit, coarguerit, vicerit; ut firmiſſima quæque propugnacula ex ejus errorum defenſione dejecerit, quis ignorat? V. *Refello. Uſus.* 1. Refutare & aſpernari extera. Libidinem alicujus & conatus refutare 2. *Refello*, **widerlegen.** Noſtra confirmare argumentis, aliena refutare.

Regalis, e. **königlich.** *Syn.* Regius. *Uſus.* Poteſtas, nomen, ornatus, purpura regalis.

Regero, is, geſſi, geſtum, ere. **entgegen ſetzen.** *Syn.* Oppono, objicio. *Uſus.* Convitia regerere.

Regia, æ, f. **königlicher Pallaſt.** *Syn.* Domus, aula regia. *Epi.* Maxima.

Regie, **königlich, herrlich.** *Syn.* More regio.

Regifice, **königlich, köſtlich.** *Syn.* Apparatu regio.

Regimen, inis, f. **Regierung.** *Syn.* Rectio. *Uſus* Regimen totius magiſtratus penes Appium erat. V. *Magiſtratus*, *poteſtas.*

Regina, æ, f. **Königinn.** *Syn.* Regni ſocia, domina. *Uſus.* Omnium virtutum regina juſtitia.

Regio, onis, f. **Landſchaft, Gegend.** *Syn.* Provincia, ora, plaga, tractus, fines, termini, ſpatium. *Phraſ.* 1. *Regio fertilis*, **ein fruchtbares Land.** Regio tam ubere & pingui ſolo, ut a paſtu repellantur pecudes, ne ſatietas perimat. Regio omnium rerum ſoli fertilis. Regio uberrimo agro, mitiſſimo cœlo, clementibus accolarum ingeniis; regio fertilis inprimis, & omnium copia rerum opulenta; regio fidelis & fautrix ſuorum. V. *Fertilis.* 2. *E regione curiæ domus noſtra eſt*, **unſer Haus liegt dem Rathhauſe gegenüber.** Domus noſtra curiæ reſpondet; contra curiam domus noſtra eſt, domus noſtra curiæ eſt adverſa & contraria. Ex adverſo, e regione curiæ noſtra domus eſt. *Uſus* 1. Immenſa & interminata in omnes partes regionum magnitudo. Regio lunæ. 2. *Spatium*, **Raum, Gränze.** Vitæ ſpatium exiguis regionibus circumſcriptum. Officii regionibus ſe continere. E regione tuæ villæ mea eſt ſita.

Regius, a, um. **königlich.** *Syn.* Regalis.

Regnator, oris, m. **Herrſcher, Regierer.**

Regno, as, avi, atum, are. **regieren, herrſchen.** *Syn.* Impero, dominor. *Phraſ Regnabat apud Perſas*, **er regierte bey den Perſern.** Perfidem tenebat; Perſis imperitabat; ſummæ rerum apud Perſas præerat; imperium Perſarum tenebat; inter Perſas regnum agebat; ſumma imperii apud Perſas potiebatur; imperium gerebat apud Perſas; Perſicum dominatum imperio tenebat; ſummam rerum apud Perſas adminiſtrabat; regium principatum apud Perſas gerebat, tenebat, obtinebat, habebat; imperii clavum tenebat; rerum potiebatur, regio jure ac poteſtate imperabat apud Perſas. V. *Impero*, *Rego. Uſus.* Hic vero regnat & triumphat oratio. Regnat in centuriis.

Regnum, i, n. **Königreich.** *Syn.* Principatus, dominatus. *Uſus.* Regnum non modo Romano, ſed ne Perſæ quidem tolerabile. Regnum appetere. Regnum alicui dare, deferre. Regnum occupare, obtinere; regno potiri. Sub *vel* in regno alicujus eſſe, degere, vivere. Regnum in cervices accipere, **ſich einem, als ſeinem Könige unterwerfen.** Regno aliquem pellere, expellere, ejicere, regnum adimere, regno ſpoliare. In regnum reſtituere, reducere. Regnum recuperare; in regnum redire.

Rego, is, xi, ctum, ere. **regieren, lenken, beherrſchen.** *R. quaſi rem ago populi*, *Syn.* Guberno, moderor. *Phraſ. Totam rempublicam regit*, **er regieret den ganzen Staat.** Rempublicam unus gubernat adminiſtrat omnem;

Wagner.

Digitized by Google

unius nutum tota civitas *inflectur*; summæ rerum unus præest; omnia unus temperat ac moderatur; ei populus sui velut habenas tradidit; ad ejus ductum se applicuit; reipublicæ regimen penes eum est; ad gubernacula reipublicæ sedet, summa rerum illi tradita est; ad ejus arbitrium judiciumque summa rerum rediit; reipublicæ tenet gubernacula; moderator est totius consilii publici; omnia moderatur, movet, regit; jura dat unus reipublicæ; summæ rei præest; rempublicam cum imperio & potestate obtinet; reipublicæ arbiter ac moderator præsidet. V. *Impero*, *regno*. *Usus.* Animus regit corpus, & moderatur. Versare suam naturam, & regere ad tempus. Mundus regitur numine deorum.

Regredior, eris, gressus sum, gredi. **umkehren, zurück gehen.** *Syn.* Pedem referò. *Usus.* Regredi, quam progredi malo.

Regressio, onis, f. **das Umkehren.** *Usus.* Exponam vobis consilium profectionis & regressionis meæ.

Regressus, us, m. **das Wiederkehren.** *Syn.* Recessus.

Regula, æ, f. **Richtschnur, Regel.** *Syn.* Norma, lex, exemplum, formula, præscriptio. *Epi.* Notissima, optima, pravissima. *Phras. Regulas præscribere*, **Lebensregeln vorschreiben.** Privatam publicamque disciplinam, quæque alia cœtibus hominum regendis usui esse solent, præscribere; leges ferre; privatam publicamque vivendi rationem legibus constituere. *Usus.* Consilia sua omnia ad regulam virtutis dirigere & referre. Servare regulam de cœlo ad cognitionem omnium delapsam. Ab regula & præscriptione vitæ aberrare, **die Regel nicht halten.** Studia suæ naturæ regula metiri. Non egemus perpendiculis, normis & regulis. V. *Lex*, *Norma*.

Regulus, i, m. **kleiner König; Goldhähnlein; Königlein, ein Vogel.**

Regusto, as, avi, atum, are. **noch einmal verkosten.** *Syn.* Iterum gusto, degusto. *Usus* Crebro regusto tuas litteras.

Rejectanea, orum, n. **verwerfliche Dinge, Schlacke,** *Syn.* Rejecta.

Rejectio, onis, f. **Verwerfung.** *Usus.* Rejectio judicum facta est.

Rejicio, is, jeci, jectum, ere. **verwerfen, wegwerfen.** *Syn.* Aspernor, repudio. *Ado.* Plane, feliciter. *Phras.* *Ea sententia ab omnibus rejecta est*, **dieser Ausspruch ist von allen verworfen worden.** Ea sententia irrisa est ab omnibus; explosa & ejecta est; respuere hanc sententiam omnes, & pro nihilo putavere; eam sententiam plerique omnes ineptam judicavere, improbavere, refutavere; fuit ea sententia plerisque spreta & damnata. V. *Amoveo*. *Usus.* Deligere bona & rejicere contraria. Causam ad senatum rejicit. Ab iis libris obscuritas me rejecit. V. *Abjicio*.

Relabor, eris, lapsus sum, labi. **zurück fließen, zurück fallen.** *Usus.* Relabuntur, refluunt, revertuntur flumina, unde fluxerunt.

Relangueo, es, gui, ere. **kraftlos werden.** *Syn.* Oblangueo.

Relatio, onis, f. **Nachricht, Erzählung.** *Epi.* Salutaris, diligens. *Usus.* Quis audivit aut actionem, aut relationem tuam. *Pro* ex certa relatione, **aus gewisser Nachricht**, *rectius dicitur* ex certis auctoribus comperi.

Relator, oris, m. **Erzähler.** *Usus.* Te auctore & relatore.

Relaxatio, onis, f. **Erquickung, Labung.** *Syn.* Remissio. *Usus* Otii fructus est non contentio animi, sed relaxatio.

Relaxo, as, avi, atum, are. **nachlassen, auflösen, erquicken.** *Syn.* Remitto, dissolvo, solvo. *Phras.* *Rus concito*, *ut animum relaxem*. **ich habe im Willen mich auf das Land zu begeben, um das Gemüth zu erquicken.** Animi causa; ut animum parumper a molestiis abducam; ut animus parumper acquiescat a curis; ut animum curis distractum, varieque dissipatum recolligam; ut animus sine cura quiescat; ut animus ex curarum tædio recreetur; ut quam mihi negotiorum & curarum odiosa consuetudo hilaritatem ademit, absstulit, eripuit, in me existinxit, eam rerum jucundissimarum aspectu atque usu recuperem; ut aliquid vernæ amœnitatis degustem; ut verna jucunditate fruar; ut amissam animi hilaritatem recipiam; ut ex laboris assiduitate me reficiam; ut aberrem a molestiis, aberrationem habeam. V. *Remitto* *Usus.* Animum relaxare ac remittere. Risus tristitiam mitigat & relaxat. Longior dolor intervalla dat & relaxat. Se ab occupationibus relaxare, & jucunditati dare. Cum se animus corporis vinculis relaxarit ac libe-

Digitized by Google

rarit. Alvus aliquando vel adſtringitur, vel relaxatur. V. *Recreo.*

Relegatio, onis; f. Landesverweiſung. *Syn.* Amandatio. *Epi.* Jejuna, ruſticana.

Relego, as, avi, atum, are. verweiſen, ins Elend ſchicken. *Syn.* Amando, exilio multo, expello, ejicio.)(*Reduco. Uſus.* Pater filium ab hominibus in prædia ruſtica relegarat. V. *Exilium, Ejicio.*

Relego, is, legi, lectum, ere. wieder leſen, noch einmal leſen. *Uſus* Crebro tuas litteras relego & reguſto.

Relevo as, avi, atum, are wieder aufheben, erleichtern. *Syn* Levo, conſolor, minuo, levationem affero. *Uſus* Jam tandem relevata & recreata respublica videtur. Communem caſum relevare. Tu, qui toties dolorem meum tuis ſermonibus relevaſti V. *Conſolor, Recreo, Levo*

Relictio, onis, f. Verlaſſung. *Syn* Derelictio, deſperatio, proditio.

Religatio, onis, f. das Anbinden, Heften. *Syn.* Colligatio.

Religio, onis, f. Gottesdienſt, Religion. *Syn.* Pietas, ſanctitas, cultus divinus, res divinæ, ſacræ, religiones & cerimoniæ ſacræ, cultus Divini Numinis. *Epi.* Antiqua, communis, divina, domeſtica externa, ficta, inexplicabilis, juſta, magna, mira, nimia, perverſa, priſtina, privata, publica, pura, ſancta, ſempiterna, ſingularis, ſolennis, ſumma tanta, utilis. *Phraſ.* 1. *Deum ſumma religione colebat*, er diente Gott auf das eifrigſte. Deo ſuoremum cultum & honorem tribuebat, præſtabat, exhibebat; ſumma Deum religione venerabatur; Deum pura, integra, incorrupta mente venerabatur; ſacris impenſe dedebat animum, Deumque religione maxima colebat. Quæ divino cultu continentur ea ille caſte integreque tractabat; in ejus animo Numinis aſſidua inſidebat cura; exiſtebat in eo mira religionum ſanctitas, cultusque divini ardor. V. *Religioſus.* 2 *Religionem ingreſſus eſt, vulg.* er iſt in einen Ordensſtand getreten. Deo ſeſe in religioſam ſervitutem dicavit; totum ſe Deo religioſiſſima mente conſecravit; Deo dicatorum hominum inſtituta complexus, profeſſus eſt; abdicatis rebus omnibus in religioſorum hominum familiam nomen dedit; ſacræ militiæ ſe addidit, nomen dedit; inter ſacræ ſa miliæ candidatos nomen profeſſus eſt; a profanis ſtipendiis, ad Chriſti vexilla convolavit. 3. *Susceptus eſt ad religionem, vulg.* er iſt in den Orden aufgenommen worden. In ſacram familiam coöptatus eſt; ad ſacri ordinis alumnos aggregatus, adſcriptus eſt; ſacram familiam auxit; in numerum dicatorum Deo hominum relatus eſt. *Uſus.* 1 Religio Numinis pio cultu continetur. Religionem pie colere; religioni ſervire. Religiones omnes polluere. Ab omni religione declinare; a religione abducere. Novas religiones inducere, ſuscipere. Negligere religiones. 2 *Scrupulus conſcientiæ, vulg.* ein Gewiſſensſcrupel. Religionem alicui afferre, injicere, induere, einem ein Gewiſſen machen. Aliquid in religionem vertere, trahere, vermeynen, es ſey ein Gewiſſen dabey zu haben. Religione quadam tangi, aliquid ſibi religioni ducere, habere, ſich das bey einen Scrupel machen. Alicui religionem eximere, adimere, tollere, eripere, auferre, aliquem religione ſolvere, exſolvere liberare den Scrupel benehmen. Ea res in religionem venit populo, das Volk hat angefangen ſich dabey ein Gewiſſen zu machen. 2. *Sacramentum,* Eidſchwur. In re aliqua religionem interponere; adhibere. Religione obſtrictum, implicatum, impeditum eſſe; obligare ſe, aliquem alligare religione

Religioſe, gewiſſenhaft. *Syn.* Bona fide, ſancte, candide.

Religioſus, a, um. gottesfürchtig, gewiſſenhaft. *Syn.* Summa religione præditus, ſanctus, ſacris deditus, animus religione perfuſus.)(*Impius. Phraſ.* 1. *Religioſiſſimus vir eſt*, er iſt ein ſehr gottesfürchtiger, eifrigſter Mann. Magna eſt & antiqua religione; maxima cum religione vitam traducit; pius ſanctusque vir eſt; pietatem inprimis colit; exemplar eſt religionis. vitam ſancte pieque exigit. Is eſt, in quo tanquam in ſpeculo intueantur, qui religionem colunt; inſigni eſt pietate erga Deum. Ab ineunte ætate ad vitæ ſanctimoniam incumbit. pectus omni pietate imbuit. 2. *Vir religioſus optime ſibi conſulit*, ein Geiſtlicher rath ſich am beſten, iſt am beſten daran. Qui ſe Deo dicat, addicit, dedit, totum tradit; qui ſe ad unum Deum confert; qui ſuas omnes cogitationes, omnia ſtudia ſua in uno Deo figit ac locat, qui ab

Digitized by Google

uno Deo pendere vult; qui divina ſtudia, præterea nihil colit; qui Chriſtianam pietatem non communi vulgarique inſtituto, ſed proprio quodam ſtudio, propria quadam mentis inductione complectitur; qui præter Deum nihil animo ſpectat; qui ſuum animum, ſuas cogitationes, ſua conſilia ad unum refert Deum; qui omnibus in rebus duce Deo utitur; cujus eſt vita cum pietate conjuncta; qui nihil non pium, nihil non cum religione conjunctum cogitat, is omnium optime ſuis rationibus proſpicit. V. *Probus, pius, profeſſus Uſus.* 1. Integer, innocens religioſus, qui omnia, quæ ad cultum divinum pertinent, diligenter pertractat. Vir natura ſanctus, in teſtimonio religioſus. 2. *Scrupuli plenus,* woraus man ſich ein Gewiſſen machet. Religioſum erat, lucum Marti ſacrum exſcindere.

Religo, as, avi, atum, are. anbinden. *Syn.* Vincio, colligo. *Adv.* Extrinſecus. *Uſus.* Ad currum religatus Hector.

Relino, is, ere. aufthun. *Uſus.* Epiſtolam, dolium relinere.

Relinquo, is, liqui, lictum. ere. verlaſſen, hinterlaſſen. *Syn.* Linquo, reliquum, *vel* reliqui facio. miſſum facio; omitto, mitto; deſero, dimitto. *Adv.* Admodum nihil, trepide, diſſolute, feliciter, fortiter, in perpetuum, indigne, largiter, antequam, omnino, nihil ſcripti, omnino nullam memoriam, plane, prorſus nihil, ſapienter, ſtudioſe, ſtatuas, turpiter, intus, conſulto. *Phraſ.* 1. *Reliquit ſua ſtudia priora,* er hat das Studiren aufgegeben. Multam ſalutem bonis litteris dixit; depoſuit cum libris litteras; diseeſſit; deſcivit a priſtino conſilio; miſſa fecit ſtudia ſua; deflexit de curriculo ſuo; bona gratia dimiſit doctrinarum ſtudia; removit ſe ab honeſtis litteris; ſtudia ab eo deſerta obſolevere; ſegregavit a ſe penitus Muſas; abjecit bonas litteras; a litteris alio operam induſtriamque transtulit, traduxit; a Muſis, utſi bellum ipſis indixiſſet, ſe disjunxit. 2. *Amici omnes me reliquerunt,* alle Freunde haben mich verlaſſen. Ab amicis ita deſtitutus ſum, ut nemo afflictum erigat; cauſam meam omnes deſerunt; deſunt amico amici; proditum, inductum, conjectum in fraudem jacere patiuntur. Ab amicis repudiatus, a propinquis nihil ſublevatus in ſumma ſolitudine vivo; turpiſſima defectione deſeruerunt & dereliquerunt me amici omnes. V. *Deſero, Deſciſco, Deficio.* 3. *Tuo hoc arbitrio relinquo,* dieſes überlaſſe ich deinem Gutachten. Iſtam partem totam ad te defero; id omne ad arbitrium tuum libentiſſime confero; ejus rei æſtimationem tibi remitto; hujusce rei arbitrum, disceptatorem ac judicem te volo, conſtituo; hujusce rei tuum eſto arbitrium; hanc rem omnem in tua fide ac æquitate depono. *Uſus.* Nullum precibus meis locum; deſiderium ſui magnum reliquit. Aliquem non ſolum relinquere, ſed etiam prodere.

Reliquiæ, arum, f. Ueberreſt, Ueberbleibſel. *Syn* Reſidua. *Epi.* Anguſtæ, egentes, illuſtres, immortuæ, intermortuæ, magnæ, meliores, miſere, priſtinæ, ſeniles *Uſus.* In his miſeris fortunæ reliquiis. Reliquias hoſtium perſequi. Cibi reliquiæ, Voluptatum reliquias colligere.

Reliquus, a, um. übrig, übergeblieben. *Syn.* Reſiduus, relictus, rejectus. *Phraſ. Nihil mihi jam reliquum eſt,* es iſt mir nichts übergeblieben Nihil mihi ex tantis opibus fortuna reliquum fecit; ne reliquiæ quidem ullæ veteris fortunæ reſtant; ne tenues quidem reliquiæ priſtinæ felicitatis ſuperſunt; nihil mihi e fortunis meis ſupererat; præter vitam, eamque miſeram, nihil mihi ſupereſt. Nihil eſt reſidui; nihil mihi reliqui ex tantis opibus fortuna fecit. *Uſus* Nullum mihi jam ſolatium eſt reliquum in omni vita. De reliquo quid dicam?

Reluceo, es, luxi, ere glänzen, wieder ſcheinen. *Syn.* Refulgeo.

Reluctor, aris, atus ſum, ari. widerſtreben. *Syn.* Adverſor. V. *Adverſor.*

Remaneo, es, manſi, ſum, ere. zurück bleiben. *Syn.* Maneo, reſto, reſideo. *Uſus.* Nemo omnium apud me remanſit. V. *Maneo.*

Remanſio, onis, f. das Zurückbleiben. *Uſus.* Tuam remanſionem non probo.

Remedium, ii, n. Hülfsmittel. *Syn.* Medicina, medicamentum; cautio, proviſio, fomentum. *Epi.* Præclarum, præſens, præſentiſſimum. *Uſus.* In adverſis rebus ſine remedio atque allevamento permanere. Quærere remedium ad rem aliquam Suo malo, ſuis incommodis & vulneribus remedium comparare, invenire affer-

Digitized by Google

afferre, adhibere. Acrioribus remediis huic malo occurrendum. Præsens remedium ægro adhibere. V. *Medeor*, *Medicina*.

Remeo, as, avi, atum, are. **zurück kehren.** *Syn.* Redeo. *Usus.* Ex urbe remeare. V. *Redeo.*

Remetior, iris, mensus sum, iri, **wieder messen.** *Usus.* Iter remetiri

Remex, igis, m. **Ruderer, Bootsknecht.** *Syn.* Qui remos agit. *Epi.* Velanus. *Usus.* Remiges civitatibus imperare.

Remigatio, onis, f. **das Rudern.** *Syn.* Impetus pulsusque remorum, remigium.

Remigium, ii, n. **das Ruderwerk, die Anzahl der Ruderknechte** *Syn.* Remigatio; remigum multitudo.

Remigo, as, avi, atum, are. **rudern.** *Syn.* Remis navem propello, remis incito navigium, mare pertinacius remis everbero. *Adv.* Paullulum, *Navigo.*

Remigro, as, avi, atum are. **zurück reisen.** *Syn.* Redeo, remeo. *Usus.* Remigrare in domum suam

Reminiscor, eris, sci **sich wieder erinnern.** *Syn.* Subit animum memoria rei.)(*obliviscor. Usus.* Præterita reminisci. V. *Recordor*, *Memoria.*

Remisse, **nachläßig.** *Syn.* Leniter, molliter, levi animo & remisso. *Usus.* Remisse, urbane, leniter dicere, agere.

Remissio, onis, f. **das Nachlassen, Trägheit.** *Syn.* Languor, abjectio. *Epi.* Humanissima, liberalissima. *Usus.* 1. Remissio animi & dissolutio. 2. *Quies*, *otium*, *solatium*, **Ruhe, Erlustigung.** Ad omnem animi remissionem ludumque descendere. 3. *Relevatio*, *Imminutio*, **Abnehmen** Senescentis morbi remissio. 4 *Intermissio*, **Unterlassung.** Tales amicitiæ remissione usus sunt levandæ. V. *Relaxatio.*

Remissus, a, um. **liederlich, gelind, leise** *Syn.* Lenis, contractus, timidus,)(*acer*, *contentus. Usus* Animo esse leni & remisso. Sermo quietus & remissus. In ulciscendo, in bello gerendo, in disputando remissus. Dolor castigatus & remissus, **ein mäßiges Leid** V. *Luxus.*

Remitto, is, misi, missum, ere. **zurücksenden, nachlassen.** *Syn.* Retro mitto; relaxo; minuor. *Adv.* Aliquantum, dissolute, largiter, perscienter, nequaquam. *Phras.* 1. *Ventus remittit*, **der Wind läßt nach.** Ventus cadit, concidit; ventus, tempestas se frangit; ventus ponit; minuit ventus. 2. *Ira jam remittit*, **der Zorn läßt schon nach.** Languescit ira, defervescit, resedit, consedit; conquiescit ira; ira senescit, cadit, concidit; deflagrat ira. 3. *Industria remittit*, **der Fleiß nimmt ab.** Langueſcit, senescit industria & remittit. V. *Minuo.* 3 *Remittere culpam*, **einem die Schuld oder Strafe nachlassen.** Condonare crimen; gratiam delicti facere; veniam & impunitatem dare. V. *Ignosco. Usus.* 1. Librum, nuntium remittere. 2. *Dimitto*, **ablegen.** Opinionem ante conceptam remittere. 3. *Condono*, **nachlassen, weichen.** Pœnam remittere. De meo tibi aliquid remitto. 4. *Minuo*, *diminuo*, *detrabo*, **abnehmen, mindern.** De pristina severitate; de virtute remittere. Iracundiam remittere. Hiems, frigus, dolor remittit. 5. *Relaxo*, **sinken lassen, nachlassen.** Animum, vocem, arcum remittere. 6. *Relaxo*, *Condono.*

Remollesco, is, ere. **weich werden.** *Usus.* Otio remollescunt homines.

Remora, æ, f. **Verhinderung.** *Syn.* Retardatio. *Usus.* Multæ res obstant, remoramque faciunt rei privatæ & publicæ. V. *Mora.*

Remordeo, es, mordi, morsum, ere. **wieder beißen.** *Syn.* Crucio, solicito, uro, pungo. *Usus.* Multæ me curæ remordent. V. *Crucio.*

Remoror, aris, atus sum, ari, **verhindern, aufhalten.** *Syn.* Retardo, retineo, distineo. *Usus.* Quæ cæteros remorari solent, me nihil retardarunt. Nequid pacem distineat ac remoretur vobiscum meam. V. *Moror.*

Remotio, onis, f. **Entfernung, Ablehnung.** *Usus.* Remotio criminis est, cum facti intentio in alium derivatur.

Remote, **von weiten.** *Usus.* Stellæ aliæ propius, aliæ remotius.

Remotus, a, um. **entlegen, entfernet.** *Syn.* Alienus, abhorrens. *Phras. Locus longissime remotus est*, **der Ort ist weit von uns.** Locus a conspectu amotus longius; locus longius recedit ab urbe nostra; locus, quem natura longe submoverat, oculis subduxerat; locus extra terminos solis, atque in extremis terrarum finibus positus. V. *Procul. Usus.* 1. Hoc a moribus, sapientia, natura hominis optimi remotissimum est. Ab omni cupiditate remotissimus. Hæc

Digitized by Google

a vulgari intelligentia remotiora sunt. a *Distans*, fern. Res a memoria nostra remotæ. Locus remotus,

Removeo, es, movi, motum, ere. weg schaffen. wegräumen, wegthun. *Syn.* Amoveo, dimoveo, submoveo, moveo, abduco, aufero, ejicio: deduco, abstraho, avoco; averto; deterreo, deprecor. *Usus.* Removere se ab aliquo negotio, ad otium perfugere. Ab amicitia alicujus se removere. Ex præsidiis militem removere V. *Amoveo.*

Remugio, is, ii, ire. wiedertönen. *Syn.* Resono.

Remulcus, i, m. Ziehseil des Schiffs R. *a* ῥυμουλκων. *Usus.* Submersam navim remulco multisque funibus reduxerunt.

Remuneratio, onis, f. Vergeltung, Belohnung. *Syn.* Gratia, vicissitudo studiorum *vel* officiorum. *Epi.* Expedita. *Phras.* *Officiis tuis remuneratio nulla par erit*, deine Dienste werde ich niemals mit gleichem Gegendienste erstatten können. Officia tua nunquam paribus officiis æquabo; nullam unquam meritorum tuorum partem affequar; nunquam non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia, tua beneficia consequar. Nunquam, ne minima quidem ex parte tuis in me meritis satisfaciam. Nunquam omnino tibi solvam, quantum debeo, ac ne ulla quidem ex parte. Officia tua nunquam rependam, compensabo. V. *Remuneror.* *Usus.* Nihil remuneratione benevolentiæ, vicissitudine officiorum jucundius.

Remunero, as, avi, atum, are; *vel* Remuneror, atus sum, ari. wieder belohnen, vergelten, ersetzen. *Syn* Retribuo, compenso, beneficium reddo; mutuam gratiam reddo, refero; parem gratiam repono, mercedem do. *Phras.* *Remunerabor merita in me tua*, ich werde dir deine Dienste treulich vergelten. Cumulatis tuis in me meritis satisfaciam; gratum ac memorem paribus officiis probabo; beneficia beneficiis compensabo. Quæ in me contulisti, eadem recipies, aut majora; parem gratiam referam. Tuis beneficiis paribus officiis respondebo; quæ debeo, solvam, reddam beneficia. Qui tibi ex me fructus debentur, eos uberrimos colliges, capies percipies, ex me feres. Eo, quo premor, tuorum beneficiorum onere levabor; laxabo me vinculis quasi quibusdam, si plane solvere non potero, beneficiorum tuorum in id incumbam; eo curæ cogitationesque intendentur, ut par pari referam; efficiam profecto, ut in me gratum animum desidera, re non possis; omni studio enitar, ut officia tua paribus a me beneficiis compensentur; id in omni vita mihi erit antiquissimum, ut cumulate reddam gratiam tantis tuis in me promeritis; nihil agetur a me studiosius, quam ut de me optime meritum esse læteris. *Usus.* Quibus officiis tua beneficia remunerabo? Quo te munere remunerer, nescio.

Remus, i, m ein Ruder. *Usus.* Remis navem propellere. Detergere remos, *frangere.*

Ren, is, n. Niere. *Usus.* Ex renibus laborare.

Renascor eris, natus sum, nasci, wieder hergebohren werden, vom neuen an gehen. *Syn.* Denuo nascor, exorior; renovor. *Usus.* Renatum est bellum, nuper primo exstinctum.

Renavigo, as, avi, atum, are. zurück schiffen.

Renavo as, are. wiederum fleiß anwenden *Usus.* Renavabo operam.

Reniteo, es, ere. schimmern, glänzen, lächeln. *Syn.* Resplendeo, lætor, gaudeo.

Renitor, eris, nisus sum, niti. sich widersetzen, sprezen. *Syn.* Contra, *vel* adversum nitor. V. *Adverser*, *Obsisto.*

Renovatio, onis, f. Verneuerung. *Syn.* Redintegratio. *Usus.* Renovatio timoris magnam molestiam affert.

Renovo, as, avi, atum, are. erneuern. *Syn.* Instauro, redintegro, reficio, integro; refero, repræsento. *Phras.* 1. *Nolo renovare dolorem tuum*, ich will dein Leid nicht erneuern. Non faciam, ut quæ coaluere vulnera, recrudescant; ut quæ cicatricem duxerunt, refricentur vulnera; nolo dolorem tuum retractare, revocare; dolorem tuum jam senescentem irritare non cupio, nec enim novis vulneribus rumpendæ sunt cicatrices veteres. Nolo reviviscat, a longo intervallo se refe rit, redintegretur, renascatur dolor. 2. *Renovare bellum*, den Krieg aufs neue anfangen. Comparare de integro bellum; redintegrare bellum, instaurare belli reliquias ac renovare. V. *Bellum* 3. *Cy prianus filii renovavit dolorem*, die Gegenwart des Sohns hat den Schmerz

Digitized by Google

Schmerzen auf ein neues erwecket. *Conſpectus filii redintegravit lacrimas*; vulnus refricuit & dolorem; conſpectus filii renovatio erat doloris; conſpectus filii veteres dolendi cauſas retexuit; retulit; obductam cicatricem, quæ conſenuiſſe videbatur, refricuit; conſpectus filii integravit luctum; veteres dolendi cauſas revocavit; conſpectu filii redintegrata eſt memoria acceptæ ſœdiſſimæ cladis. *Uſus.* Renovare memoriam, amicitiam, bellum. Veterem furam ac moleſtiam mihi tuæ litteræ renovarunt. Jaſta diſcordiæ ſemina efferent ſe, & ad renovandum bellum revireſcent. V. *Iterum.*

Renuntiatio, onis, f. **Abkündigung.** *Syn.* Nuntiatio. *Uſus.* Suffragiorum renuntiatio.

Renuntio, as, avi, atum, are. **verkündigen, aufkündigen, aufſagen.** *Syn.* Significo, nuntio, expono; nuntium remitto. *Adv.* Auſpicato. *Uſus.* 1. Legati rem geſtam renuntiarunt. 2. *Pronuntio*, benennen, öffentlich erklären. Aliquem renuntiare conſulem. 3. *Remitto nuntium*, aufſagen, entſagen. Alicui hoſpitium, conductionem; ſocietatem, pactionem renuntiare. V. *Nuntio.*

Renuo, is, ui, ere. **weigern, abſchlagen.** *Syn.* Aſpernor, repudio, adverſor. V. *Nolo.*

Reor, reris, ratus ſum, reri. **dafür halten.** *Syn.* Puto, arbitror, cenſeo.

Repagula, orum, n. **Riegel, Lehne.** *Syn.* Vectes, quibus januæ claudantur. *Uſus.* Omnia pudoris, juris repagula convellere, perfringere, effringere.

Repandus, a, um **gebogen.** *Syn.* Incurvus, reflexus.

Reparatio, onis, f. **Verneuerung, Ausbeſſerung.** *Uſus.* Regni reparatio.

Reparo, as, avi, atum, are. **ausbeſſern, verneuern.** *Syn.* Recupero, iterum acquiro. V. *Renovo.*

Repaſtinatio, onis, f. **wiederholtes Umgraben.** *Syn.* Secunda occatio.

Repedo, as, avi, atum, are. **zurück gehen.** *Uſus.* Domum cum laude repedandum.

Repello, is, puli, pulſum, ere. **abtreiben, zurücktreiben** *Syn.* Pello, rejicio, ſubmoveo, impetum retundo; reprimo)(*impello.* *Uſus.* Vim vi repellere; a ſe dolorem repellere. Homines a foro, templo repellere. Hoſtem rejicere ac repellere. Vim hoſtium reprimere ac repellere. V. *Pello, arceo.*

Rependo, is, di, ſum, ere. **erſtatten.** *Syn.* Reddo, repono, vicem reddo. *Uſus.* Pro Gracchi capite aurum repenſum. V. *Compenſo*

Repens, tis, g. o. **kriechend, gähling.** *Syn.* Repentinus.

Repente, **plötzlich, gähling** *Syn.* Derepente, ſtatim, ſubito, repentino, ex tempore, extemplo. *Phraſ. Repente iratus fui*, **ich bin gäh zornig geworden.** Repente exarſi; repens me ira inceſſit; præſente iracundia exarſi; e veſtigio, repentino, de improviſo ira ſuccenſus ſum; veſtigio temporis nec opinata & minime provida ira me invaſit. V. *Subito.* *Uſus.* Repente amicitiam præcidere. Repente, præter ſpem agmen in conſpectum venit.

Repentino, **plötzlich.** *Syn.* Repente. *Uſus.* Repentino moritur.

Repentinus, a, um, **ſchnell, plötzlich.** *Syn.* Improviſus, inſperatus, inexſpectatus, repens, inopinatus. *Uſus.* Omnia repentina & nec opinata graviora. Magna ex nec opinato lætitia extitit repente. V. *Repente.*

Repercutio, is, cuſſi, cuſſum, ere. **wieder zurück ſchlagen.** *Uſus.* Valles clamoribus reperçuſſæ.

Reperio, is, peri, pertum, ire. **finden, antreffen.** *Syn.* Invenio. *Adv.* Difficillime, nusquam, peregre, recte, usquam. *Uſus.* Exitum rei, finemque reperiemus, Ineunda eſt ratio & via reperienda. Si quæras, reperies. V. *Invenio.*

Repetitio, onis, f. **Wiederholung.** *Epith.* Crebra. *Uſus.* Ejusdem verbi crebra repetitio

Repeto, is, ivi, itum, ere. **wieder fodern, wiederholen.** *Syn.* Exigo, peto, reposco; resumo, retracto. *Adv.* Alte & a capite, amplius, inde usque, longe, recte. *Phraſ.* 1. *Res ab initio eſt repetenda*, **man muß die Sache von dem erſten Urſprunge herholen.** Altius rei initium petendum; longius exordium rei petendum; ab ultima antiquitate, alte & a capite; a fonte repetenda, arceſſenda eſt; ab origine cauſisque primis res exponenda, repetenda eſt. 2. *Humaniores litteras repetam*, **ich werde die untern Schulen wiederholen.** Humaniorum litterarum ſtudia ex intervallo recolam; ad politiores litteras reguſtandas me referam, retractabo artes, quas ab ineunte ætate condidici; in gratiam cum bonis Muſis ex intervallo redibo; ſecundis curis bonas artes perpoliam; intermiſſa tanti-

Digitized by Google

ſpe litterarum ſtudia revocabo; me ad priſtinas artes revocabo; Latinitatis auctores ad manus revocabo. 3. *Semper idem repetit*, er wiederholet immer das vorige. Aures iisdem iisdem vocibus obtundit; eandem cramben recoquit; eandem cantilenam iterat, canit, inſuſurrat; eadem chorda oberrat; eandem tundit incudem, ſemper eodem revolvitur. *Uſus* 1. Jus ſuum, promiſſa; officii præmium & fructum; res ablatas ab aliquo repetere. 2 *Revoco*, *revoco*, erneuern, hervorziehen. Repetere memoriam ſuperiorum temporum Rem alte, a capite repetere. Sententiæ ſuæ gravitatem ab ipſa natura repetit. Repetere præcepta. V. *Iterum*.

Repetundæ, arum. entwendetes gemeines Geld. *Uſus*. Lege pecuniarum repetundarum teneri, damnari.

Repleo, es, evi, etum, ere. erfüllen. *Syn*. Impleo, refercio.

Replicatio, onis, f. das Umkehren. *Syn* Converſio *Uſus*. Replicatio mundi.

Replico, as, cui, citum, are. zurück gedenken, zurück blättern. *Syn* Repeto. *Uſus*. Si velis replicare annalium memoriam, invenies.

Repo, is, repſi, ptum, ere. * kriechen, ſchleichen.

Repono, is. poſui, poſitum, ere. wieder hin legen. *Syn*. Colloco. *Uſus*. 1. In aliquo, in alicujus humanitate, opibus ſpem omnem & ſalutem reponere. 2. *Annumero*, *recenſeo*, *aſſero*, *reputo*, zuzählen. Aliquem in numerum, *vel* numero amicorum, proborum civium; in ſuis reponere. 3. *Recondo*, aufheben. Fructus alimenta in hiemem reponere. 4. *Rependo*, vergelten, erſtatten Næ, ego tibi reponam, cum veneris. Pro damno quid repones?

Reporto, as, avi, atum, are. zurück tragen, davon tragen *Syn*. Refero. reduco, reveho; obtineo, conſequor. *Uſus*. 1. Exercitum a provincia reportare; laudem & benevolentiam omnium; victoriam de hoſte reportavit. 2 *Defero*, *denuntio*, anbringen, anzeigen. Rem reportare ad judices.

Repoſco, is, poſci, ere. wieder fodern, begehren *Syn*. Repeto. *Uſus* Bona ſua repoſcere, ac perſequi lite & judicio V. *Peto*.

Reporta, orum, n. Nachhochzeit.

Repræſentatio, onis, f. Bezahlung. *Syn*. Solutio pecuniarum.

Repræſento, as, avi, atum, are. darſtellen, zeigen; baar erlegen, ausgahlen. *Syn*. Præſentem pecuniam perſolvo; præſentem alicui gratiam refero; perſonam gero; aliquid re præſenti exhibeo, præſto. *Phraſ*. 1. *Repræſentavit in theatro ducem*, er hat auf der Schaubühne einen Feldherrn geſpielet. Perſonam ducis in theatro geſſit, retulit, ſuſtinuit, repræſentavit; perſonam ducis ſibi impoſuit; induit, ſuſcepit. 2. *Repræſenta tibi in animo veterem Romam*, bilde dir nur das alte Rom ein. Finge te cernere, intueri animo veterem Romam; propone tibi: pone tibi ob oculos; cogitatione depinge veteris Romæ majeſtatem. Verſetur tibi ante oculos; obverſetur animo Romanæ majeſtas urbis. Romanam illam majeſtatem menti tantiſper objice. V *Imaginor*. *Uſus* 1. Reliquam pecuniam, cum dies promiſſorum advenerit, repræſentabimus 2. *Refero*, *exhibeo*. *ſpeciem exprimo*, vorſtellen. Templum illud repræſentabat memoriam conſulatus mei. *Reſtituo*, *recupero*. wieder herſtellen Ego corpus libenter in cruciatus obtulerim, ſi repræſentari morte mea libertas civitatis poſſet 4. *Antecapio*, *prævenio*, vorkommen. Non exſpectanda eſt temporis medicina, quam ratione repræſentare poſſumus.

Reprehendo, is, di, ſum, ere. mit Worten ſtrafen, ſchelten. *Syn*. Increpo, argue, redarguo, accuſo; verbis caſtigo exagito, inſector; aliquem aſperius appello, objurgo, in crimen voco. *Adv*. Brevi, gravius, leviter, libere temeritatem, errorem male, magnopere, merito quid in aliquo, pergraviter, plane, recte, vere commode, ita valde, ſubtiliter, vehementer, vulgo judicium *Phraſ*. 1. *Cato vehementer reprehendit Pompejum*. Cato hat den Pompejus heftig geſcholten. Graviter invectus eſt in Pompejum; magna vocis libertate Pompejum perſtrinxit; verbis vehementer accepit Pompejum; gravioribus verbis inſectatus eſt; gravioribus verbis exagitavit? Cato Pompeji ambitionem verbis atrocibus caſtigavit; Cato Pompejum jurgio adortus, vitio illi dabat immoderatam honoris cupiditatem; carpebat liberrime ambitionem Pompeji; increpitabat identidem Pompejum, magiſtratum plus æquo appetentem; Pompejus non effugit; vitare non

potuit

potuit vituperationem Catonis Pompejus non in paucas Catonis reprehenſiones incurrit; Pompejus Catonis vituperationem ſubiit: in magnam vituperationem venit apud Catonem; Pompeji ambitio in vituperationem cadebat Catonis. Notavit Pompejum Cato perſæpe & gravi objurgatione conſcidit; jurgiis laceravit verbis increpuit, male verbis accepit. V. *Alloquor*, *Objurgo*, *Vitupero Uſus* 1. Graviſſimis verbis aliquem reprehendere & exagitare Difficile eſt in quo quis offenderit, alios reprehendere. 2. *Retrahe manu abduco*, bey der Hand zurück ziehen. Revocat virtus, vel potius manu reprehendit. V. *Reprobo*

Reprehenſio, onis, f. Tadlung, Verweis, Beſtrafung *Syn.* Vituperatio. *Epi.* Bella, difficilis & lubrica, familiaris falſa, juſta, levior, minima, nobilis. *Uſus.* Culpæ reprehenſio. Habet ea res juſtam reprehenſionem. In varias reprehenſiones incurrere. A reprehenſione longe abeſſe. Caret ejus vita reprehenſione. Omnem reprehenſionem fugere.

Reprehenſor, oris, m. Beſtrafer, Tadler. *Syn.* Exagitator, accuſator.

Repreſſor, oris, m. Abhalter. *Syn.* Vindex.

Reprimo, is, preſſi, preſſum, ere. zurück halten *Syn.* Contineo, comprimo, coërceo. *Adv.* Aliquantulum, valde, paulliſper. *Phraſ. Improbam ejus cupiditatem repreſſi*, ich habe ſeinen ungezähmten Begierden geſteuert, Einhalt gethan. Cupiditatem retudi, fregi & abjeci; perfeci equidem, ut ne poſſet cupiditati ſuæ ſatisfacere, libidini obtemperare, iniquæ cogitata perficere, improba conſilia ad exitum perficere. Longius cupiditate proceſſit, niſi ego incurriſſem, occurriſſem, obviam iviſſem, me objeciſſem, obſtitiſſem, reſtitiſſem, impediviſſem, impedimento fuiſſem, impedimenta objeciſſem. Rapiebat eum cupiditas, ego repreſſi; efferebat eum libidinis impetus, ego modum ſtatui; indomitam ejus cupiditatem domui; effrenatæ ejus libidini frenos injeci; eum ab effrenata cupiditate refrenavi. V. *Coërceo*, *cohibeo*. *Uſus.* Vim, conatum, audaciam reprimere Se a ſupplicio ſumendo, ab ira reprimere & continere

Reprobo, as, avi, atum, are. verwerfen, mißbilligen. *Syn.* Improbo, rejicio. *Phraſ. Non video, quid reprobare in vita ejus poſſint*, ich ſehe nicht, was man an ihm tadeln könnte. Non video, quæ pars vitæ ejus juſtam reprehenſionem habere quid incurrere in aliorum reprehenſiones poſſit. Non video, quid vitio illi dare, vertere; quid fraudi tribuere; quid culpæ in eum conferre; qua culpa eum condemnare; quid in eo carpere; quam culpæ notam ei inurere; quo crimine accuſare; cujus culpæ inſimulare eum poſſint. Vita ejus longiſſime abeſt a juſta reprehenſione; reprehenſione caret. Non video, quid ſequius ſit in ejus moribus, quod in juſtam reprehenſionem cadat. V. *Reprehendo*. *Uſus.* Reprobare alterius ſententiam. V. *Rejicio*, *Diſſenſio*, *Damno*.

Repromiſſio, onis, f. Gegenzuſage. *Syn.* Reſtipulatio. *Epi.* Recens.

Repromitto, is, miſi, miſſum, ere. dagegen verſprechen. *Syn.* Reſtipulor, ſtipulanti promitto, ſpondeo. *Uſus.* In referenda gratia hoc vobis repromitto. V *Polliceor*, *Promitto*.

Repudiatio, onis, f. Verwerfung, das Abweiſen. *Syn.* Rejectio. *Uſus.* Repudiatio ſupplicum ſuperbiam arguit.

Repudio, as, avi, atum, are. verwerfen. *Syn.* Nuntium remitto, rejicio, *Adv* Certe conſtanter, contumaciter, fortiter, funditus, ingrata, impie, plane, ſapienter, ſuperbiſſime, xalde. *Uſus.* Conſilium alicujus, vota, preces repudiare. Conditionem æquiſſimam repudiavit. V. *Rejicio*, *Abjicio*.

Repueraſco, is, ere. kindiſch werden. *Syn.* Ad puerilem ætatem redeo. *Adv.* Incredibiliter. *Uſus.* Utinam repueraſcerem

Repugnanter, widerſetzlich, gezwungen. *Syn.* Invite.

Repugnantia, æ, f. Widerſtrebung, Widerſtand *Syn* Pugna, contentio. *Uſus.* Tu tot rerum repugnantiam non vides?

Repugno, as, avi, atum, are. widerſtreben, widerſtehen *Syn* Adverſor, obſiſto, reclamo. *Adv.* Acriter, apertiſſime, leniter, multum, plane, valde, vehementer. *Uſus.* Fortunæ, crudelitati alicujus repugnare. Age, quod lubet, nemo repugnat. Illud vehementer repugnat, parumque conſentaneum eſt. V. *Adverſor*.

Repulſa, æ, f. abſchlägige Antwort *Syn.* Offenſio, repudiatio a magiſtratu. *Uſus.* Repulſam ferre, accipere.

Digitized by Google

Repulſam ferre & ſuffragiis præteriri.

Repulſus, us, m. das Zurückſchlagen. *Uſus.* Scopulorum repulſu.

Repungo, is, pupugi, punxi, punctum ere. wiederſtechen. *Syn.* Viciſſim pungo. *Adv.* Leviter. *Uſus.* Poſſem faceſſitus repungere.

Reputo, as, avi, atum, are. überlegen, bedenken. *Syn.* Cogito, expendo, animo agito, apud animum meum cogito. *Uſus.* 1. Hæc ego aſſidue mecum reputo. 2. *Statuo, conſtituo, decerno; intelligo, perſicio*, bey ſich beſchließen. Non eſt facile reputare, utrum recte, an perperam factum ſit. Hoc etiam reputo in ſenecta miſerrimum. V. *Cogito.*

Requies, etis, *vel* ei, f. Ruhe. *Syn.* Quies. *Uſus* Animo defatigato otium quærere, & requiem ab occupatione. Parum habeo requietis. Oblectationem animi, requiemque curarum alicui afferre. Quantum temporis conceditur ad requiem corporis & animi. V. *Quies.*

Requieſco, is, evi etum, ere. ruhen. *Syn.* Quieſco, conquieſco, acquieſco. *Adv.* Paullulum, diu, ſatis. *Uſus.* Curam animi remittere, in ſermone alicujus requieſcere. Solicitudines amicorum conſilio & ſermone requieſcunt. V. *Quieſco.*

Requiro, is, ſivi, ſitum, ere. ſuchen, fragen. *Syn.* Quæro, poſtulo, flagito, depoſco. *Adv.* Æque nihil, diligenter, magnopere, multum, recte, valde, vehementer, ultra. *Uſus.* Hominis in gerendo negotio fidem, & prudentiam requiro. Verum quidem dicis, ſed requiram diligentius. Beatus quid requirat, ut beatior ſit! V. *Quæro.*

Res, ei, f. ein Ding, Sache. *Uſus* 1. *Negotium*, Geſchäfft. Rem alicui committere, credere. Rem libenter ſuſcepit, naviter procurat, bene agit, gerit, obit. Rem expedire, conficere Res eſt plurimi otii, es iſt eine Sache, die wohl Zeit braucht. 2. *Status rerum, conditio*, Beſchaffenheit der Sachen. Rerum curſus. Rerum turba, perturbatio, motus, confuſio, varietas, gravitas, aſperitas ſtatus. *Res perturbatæ*, ein verwirrter Zuſtand der Sachen. Res turbulentæ, incommodæ, adverſæ, dubiæ, periculoſæ, deteriores, contractæ, calamitoſæ, deſperatæ, perditæ, everſæ Rerum interitus, occaſus *Res ſalvæ*, ein glücklicher Zuſtand der Sachen. Res integræ, bonæ, ſecundæ, florentes, ampliſſimæ. Ut tum res erant, wie dammal die Sachen beſchaffen waren. Pro re ac tempore conſilia capere, nach Geſtalt der Sachen einen Entſchluß machen, Rath einholen. Conſilium ex re natum, ein Entſchluß, den man aus Gelegenheit der Sache, nach den Umſtänden abfaſſet. 3. *Cauſa*, Handel. Ad rem accedere. Pertractare ea, quæ rem continent. Ita res ſe habet. Eo loco res noſtra eſt; in eum locum; in id diſcrimen res noſtra adducta eſt. Res eſt in integro. Res belliſſime ibant, proceſſerant. Re inclinata; extracta, procraſtinata, dilata, rejecta. 4. *Bona, opes, utilitas*, Gut, Geld, Nutzen. Res familiaris, domeſtica, pecuniaria, frumentaria. Rei familiari operam dare. Rem quærere, augere, amplificare. Rerum ſuarum ſatagere. Rebus ſuis providere, in rem ſuam aliquid convertere. Erit id in rem tuam *vel* e re tua, zu Nutzen kommen. Res tua hic agitur, es betrifft dein Hab und Gut. Rem ſuam conficere, diminuere, diſſipare, dilabi ſinere; naufragium rei familiaris facere, ſein Hab und Gut verſchwenden, verlieren. 5. *Imperium*, Herrſchaft, Oberhand. Rerum potiri. 6. *Contentio*, Zank, Streit. Res mihi cum hujusmodi portento fuit. 7. *Occaſio, opportunitas*, Gelegenheit. Colloquium pro re nata non incommodum. 8. *Factum*, That. Re præſtare aliquid. Res, non verba ad purgandum attulit. Non tam re; quam ſpe laudatus Ut res ipſa demonſtrat. 9. *Promiſcue*, in verſchiedener Bedeutung. Revera, in Wahrheit. Nihil ad rem, das gehöret nicht zu unſerm Vorhaben. Reipſa de maleficio confiteri, in der Sache ſelbſt ꝛc. Re ac ratione; non re, ſed opinione; re non verbis. Re omiſſa tantum nomen tenere.

Reſaluto, as, avi, atum, are. wieder grüßen. *Uſus.* Neminem reſalutavit.

Reſarcio, is, ſarſi, ſartum, ire. erſetzen, ergänzen, ausbeſſern. *Syn.* Reſtituo, reficio. *Uſus.* Veſtem, damna reſarcire. V. *Reſtituo.*

Reſcindo, is, ſcidi, ſciſſum, ere. abſchneiden, umſtoßen, abſchaffen. *Syn.* Reſeco; diſſolvo, infirmo, labefacto. *Uſus.* Acta alicujus, leges, pactiones, inſtituta majorum reſcindere. V. *Valeo.*

Re-

Digitized by Google

Rescisco, is, scivi scitum, ere. innen werden, erfahren. *Syn.* Intelligo, cognosco. V. *Scio*

Rescribo, is. psi, ptum, ere. zurück schreiben. *Syn* Litteris respondeo. *Usus* Non gravabor, epistolæ tuæ rescribere.

Reseco, as, cui, ctum, are. abhauen. *Syn.* Excido, exscindo, exseco *Usus.* Ad vivum resecare. Libidinem resecare.

Resero, as, avi, atum, are. eröffnen, wieder aufthun. *Usus.* Reserare januam, Italiam hostibus.

Reservo, as, avi, atum, are. vorbehalten; zurück behalten. *Syn.* Servo, conservo *Adv.* Inposterum. *Usus.* Non te urbi, sed carceri reservavi. Ad extremum reservatus. Aliquid sermoni proximo reservare. Vitam ad meliora tempora reservare. V. *Servo*, *Differo.*

Reses, idis, g. c. müßig, faul. *Syn.* Otiosus; ab opere, labore vacuus; cessator. *Usus.* Timebant patres residem in urbe plebem. V. *Piger.*

Resideo, es. sedi, sessum, ere. zurück bleiben, sich niederlassen. *Syn.* Consisto, maneo, remaneo, moror; supersum. *Usus* 1. In villa, in oppido residere. 2. *Perduro*, *permaneo*, *supersum*, verharren, übrig bleiben. Non patiar, eas inter vos inimicitias residere. Ne simultatis quidem ullæ reliquiæ in eo resident. Si quis in morte sensus residet. 3. *Insum*, *vigeo*, *reluceo*, an einem haften, ankommen. In eo tota reipublicæ auctoritas, residet Tota spes mea in te residet. 4. *Hæreo*, in einem stecken. Cujus culpa in re residet. Res gestæ, in quibus nulla potest residere inertiæ suspicio.

Resido, is, sedi, ere. sich senken, abnehmen. *Usus.* 1. Si montes resedissent. 2. *Sedor*, *placor*, vergehen, besänftiget werden, Cum iræ, cum timor animo resedissent. Cum bella pace resedissent, ac deferbuissent. V. *Remitto.*

Residuus, a, um. übrig. *Syn* Reliquus. *Usus.* Quid relatum, quid residuum sit. V. *Reliquus.*

Resigno, as, avi, atum, are. öffnen, aufbrechen, *Syn.* Aperio, solvo, relino (*obsigno Usus* Tabulas, litteras resignare. *Resigno officium*, *vulg.* sein Amt aufgeben. *Lat.* Abdico me munere. *Resignatus*, *vulg.* ganz ergeben zu allem. *Lat.* animo paratus.

Resilio, is, lui, *vel* lii, ultum, ire. zu springen. *Syn.* Refugio. V. *Refu abeo.*

Resipisco, is, sipui, ere. sich besse klüger werden. *Syn.* Ad sanitate ad me redeo, me colligo, erroris pœnitet. *Phras* *Tandem resipuit*, lich hat er sich gebessert. Tandem bonam, meliorem frugem se rece ad frugem rediit; ad sanitatem versus est; ad officium rediit; mores & ingenium, quod a na habuit, mite & tractabile se r pit; tandem se collegit. V. *Conv Conversio*, *frugi.*

Resisto, is, stiti, stitum, ere. wi stehen. *Syn.* Repugno, obsisto. Acriter, acutius, acerrime, ape fortiter, impudenter, necessario diosius, vehementer. *Phras.* 1. *stam hominis audaciæ*, ich werde der Kühnheit dieses Menschen en gensetzen. Obsistam pro viribus; non contentione modo, sed dim tione repugnabo; objiciam me, ad possum, & ejus conatus res bo; sceleri & audaciæ me oppon luctabor cum homine improbo; inermis contra armatum resist improbis ejus consiliis occurr audaciam frangam & debilitabo. quod in me telum contorserit, gum & judiciorum arma arripi lateris mei oppositu obnitar; ib hominem; obluctantem contund ferociam exultantis frangam. 2. *les irruenti hosti diu restitit*, die daten haben dem Feinde lange W stand gethan. Fortiter excepit petum hostium; rem Rom. in loco, animo atque audacia diu tinuit; itum egregie obviam hos ferocitati; hostium impetum ta vit; miles non consistere modo versus hostem ausus, sed repri etiam, & in castra rejicere. V. *sisto*, *Adversor*, *Obsto*, *Arceo.* 1. Libidini alicujus, dolori, h bus resistere. 2. *Persisto*, *insisto*, auf bleiben, verharren. Sed eg hoc resisto. Nihil est, ubi re mus a lapsu,

Resolvo, is, vi, utum, ere. aufl *Syn.* Dissolvo; persolvo, num *Usus.* Senatus quæ est pollici summo studio resolvet, bezal

Resono, as, ui, itum, are. wiedersch *Syn.* Persono, percrepo. *Adv.* U nius. *Usus.* 1. In hac vocum conc dulce quiddam, & amicum res 2. *Respondeo*, zusammentreffen.

Digitized by Google

ari virtuti resonat, tanquam imago.

Respecto, as, avi, atum, are. stets zurück schauen *Syn.* Respicio. *Usus.* Hæc ita prætereamus ut tamen intuentes, & respectantes relinquamus.

Respectus, us, m. das Zurückstehen *Syn.* Aspectus aversus. *Epi.* Mirabilis *Usus.* 1 Meus animus in acie est, nec respectum ullum quærit. 2. *Ratio*, Absicht. Sine respectu majestatis, ohne Ansehen der höchsten Gewalt. V. *Ratio*, *curo.*

Respergo, is, si, sum, ere. besprengen *Syn.* Aspergo, profundo, conspergo. *Usus.* Cum prætoris oculos prædonum remi respergerent.

Respersio, onis, f. Besprengung *Usus.* Sumptuosa respersio.

Respicio, is, xi, ectum, ere. zurück sehen *Syn.* Retro ad aliquem aspicio; os, vultumque in aliquem converto; oculos ad aliquem refero; retorqueo; aspectum refero in aliquid; oculis redeuntem sequor. *Adv.* Jucundius, longe, retro, melius, morose. *Usus.* 1. E tenebris lucem aliquam respicere. Respexit, & simul ad Consulem aspexit. Antiquam societatem respexit. Præteriti temporis memoriam cogitatione respicere. 2. *Rationem habeo*, *curo*, auf etwas acht haben Respicite salutem, reipublicæ commoda. 3 *Adjuvo*, helfen. Nisi quis Deus nos respiciat.

Respiratio, onis, f. das Athemholen. *Syn.* Interspiratio, interpunctio. *Usus.* 1. Alios intervalla, moræ respirationes delectant 2. *Exhalatio*, Dunst. Aer oritur ex respiratione aquarum. 3. *Spirandi actus*, das Athmen. Sine respiratione animal intermoritur. V. *Respiro.*

Respiro, as, avi, atum, are. Athem holen, verschnaufen. *Syn* Spiro, spiritum duco, anhelo animam reddo quæ ducta est spiritu; recreor, quiesco *Adv.* Libere, paullum. *Phras* *Nunc ægre*, *nunc liberius respiro*, bald kann ich hart, bald leichter Athem holen. Spiritus nunc ægre, nunc liberius meat; nunc arcte meat intercluſus spiritus, nunc commodius ducitur; difficultas spirandi nunc fauces strangulat, nunc relaxat. Nunc difficilius, nunc commodius spiritus redditur. Noxius humor nunc spiritum intercludit, nunc reciprocare animam sinit. Noxius humor nunc animam comprimit, nunc laxat. Tametsi anhelitum nonnunquam recipiam, humor tamen, qui fauces obsidet, spiritum sæpius edidit. Vix æquabilem tantisper spiritum traho, cum intercluſio animæ, & solitæ spiritus angustiæ mox sequuntur. *Usus.* 1. Pulmones ductam animam respirant & reddunt. 2. *Recreor*, *quiesco*, *animum recipio*, sich erholen, erquicken. Erigere animum, paullulum a metu respirare. Respirabo, si te videro, & in his miseriis requiescam. 3. *Cesso*, *intermitto*, aufhören. Oppugnatio ne punctum quidem temporis respiravit. V. *Recreor*, *instauro*, *colligo.*

Resplendeo, es, ui, ere. hell scheinen. *Syn.* Resulgeo.

Respondeo, es, di, sum, ere. antworten. *Syn.* Responsum do, refero, responsum reddo, referibo.)(*Interrogo.* *Adv.* Absurde, acute, æqualiter, amice, argute, aspere, audacter, bene, benigne, commodissime, considerate, constanter, copiose, cumulate, demisse, dolenter, dilucidè, falso, flebiliter, ferociter, graviter, honeste, honorifice, humane, impudenter, inhumane, inscite, lente, liberaliter, litterate, luculenter, male, memoriter, perbenigne, probè, recte, separatim, suppliciter, tristius, vehementer, venustissime, verissime, confuse. *Phras.* *Respondit ad hæc alter*, hierauf antwortete der andere. Excepit sermonem alter, subjecit alter; ad hæc responsum dedit, reddidit alter; ad ea alter paucis; ad ea placide alter & benigne verba fecit; unum, non amplius verbum retulit, reddidit. Responsi ratio hæc erat; reposuit alter ad hæc. V. *Responsum.* *Usus.* 1. Ad interrogata responde, extra ea, cave, vocem mittas. Aspere verbis vultuque respondit. 2. *Convenio*, *congruo*, übereinkommen. Extrema primis; virtus tua hominum opinioni; majorum laudibus respondet. Optatis meis fortuna respondit; inter eos mutuo officiis respondetur.

Responsio, onis, f. Antwort. *Syn.* Responsum. *Epi.* Brevis, inimica. *Usus.* Indigna responsione quæstio.

Responsum, i, n. Antwort. *Syn.* Responsio. *Epi.* Liberale, præclarum; homine docto dignum. *Usus.* Responsum dare, reddere, edere, Antwort geben. Responsum auferre. Antwort bekommen. Responsa Jurisconsultorum.

Respublica, æ, f. das gemeine Wesen. *Syn.* Res communis, publici consilii societas. *Epi.* Ægrota, afflicta, per-

Digitized by Google

perdita, aliena, amantissima, clara, conjunctissima, florens, fortunata, germana, grata, imbecilla, infirma, ingrata, labens, libera, misera, municipalis, perturbata, perdita, privata, quieta, sana, salva, summa, tenuis, tota, tranquilla, turbulenta, vetus, universa. *Phras.* 1. *Rempublicam condere*, einen neuen Staat aufrichten. Rempublicam constituere, ædificare, ferere; reipublicæ fundamenta jacere, ponere; statum civitatis jure & legibus & moribus de integro condere. 2. *Ad rempublicam gerendam sero accessit*, er ist spät zur Staatsverwaltung gekommen. Sero ad rempublicam se contulit, rempubl capessivit, accepit, attigit; gerere, tractare, administrare cœpit. 3. *Rempublicam strenue administrat*, er regieret das gemeine Wesen stattlich. Rempublicam pulcherrime gerit; legibus optimis temperat, sustinet, gubernat. Totus in rempublicam incumbit, ejusque formam pulcherrimam effingit. 4. *Magna ars est, rempublicam recte gerere*, es ist eine große Kunst, dem gemeinen Wesen wohl vorzustehen. Ad gubernacula reipubl. sedere; custodem gubernatoremque reipublicæ agere; clavum imperii tenere; res communem utilitatem continentes administrare; gubernacula reipublicæ tractare. V. *Rego*, *Regno*, *Impero*. 5. *Poenas dabunt, qui adversus rempublicam insurgunt*, die sich wider das gemeine Wesen auflehnen, werden nicht ungestraft bleiben. Qui rempublicam oppugnant, vexant, perturbant, labefactant, violant; qui rempublicam convellere, opprimere, delere, vastare nituntur; qui arma contra rempublicam ferunt; qui pestem patriæ moliuntur. V. *Oppugno*. 6. *Respublica ruinae est proxima*, das gemeine Wesen ist ihrem Sturze und Untergange sehr nahe. Respublica inclinata præcipitat in exitium; haud longe abest ab exitio, interitu; labat respublica, & perditis jam prope rebus, omnia ad exitium præcipitia sunt, omnia ad pernicem profligata atque perdita videntur. 7. *Rempublicam conserva*, erhalt das gemeine Wesen. Rempubl. consiliis tuis excita, erige, fulci, contine, serva, restitue, ac si fieri possit, ut resurgat ac reviviscat, effice atque elabora. *Usus.* Conversiones rerumpublicarum naturales esse, e philosophia didiceram.

Respuo, is, ui, ere. verwerfen, verachten. *Syn.* Repudio, aspernor. *Adv.* Vehementer. *Usus.* Respuere aliquid ac pro nihilo putare. Respuere consolationem omnem ac consilium. V. *Nolo*, *Recuso*, *Invito*.

Restinctio, onis, f. das Erlöschen *Syn.* Sedatio. *Usus*, Exstinctio sitis.

Restinguo, is, xi, inctum, ere. auslöschen. *Syn.* Sedo, comprimo.)(*inflammo* *Usus.* Ardorem restinguere. Eloquentia cupiditates restinguit. Ignem, sitim restinguere. V. *Comprimo*, *coërceo*.

Restipulatio, onis, f. Gegenversprechung. *Syn.* Repromissio.

Restipulor, aris atus sum, ari. dagegen verheißen. *Syn* Repromitto. *Adv.* Diligenter, porro.

Restis, is, f. Seil, Strick. *Syn.* Funis.

Restituo, is, ui, utum, ere. wieder setzen, vergüten. *Syn.* Instauro, corrigo. repræsento. *Adv.* Atque, dissolute honorifice, pernicioſe, plane, turpiter, in integrum. *Usus.* 1. Pretium, veterem potestatem reipublicæ restituere. Pecuniam, libertatem restituere ac repræsentare. Restituere ac corrigere depravata. 2. Repono, wieder einsetzen. Aliquem in integrum, in antiquum gloriæ & honoris locum, in veterem possessionem gratiamque restituere. Vix sibi e gravi calamitate restitui cœperat. Quam auctoritate, studio, sententiis vestris restituistis, nunc manibus quoque vestris in suis sedibus collocate. 3. *Veniam do*, Schuld, Strafe nachlassen. Condemnatum clementer restituit.

Restitutio, onis, f. Ersatz, Ersetzung. *Usus.* Restitutio damnatorum.

Restitutor, oris, m. Wiederbringer. *Usus.* Lentulus salutis nostræ restitutor.

Resto, as, stiti, stitum, are. stille stehen. *Syn.* Maneo, remaneo, resideo. *Adv.* Omnino. *Usus.* 1. Rom æ restiti paullisper, dum cœpta perficerem. 2. *Relinquor*, *supersum*, *superat*, *reliquum est*, *residuum est*, übrig seyn. Nihil ei præter hortos restat. Hæc reliqua pars est, hic restat actus. Unicus mihi amicus restat. V. *Reliquus*.

Restricte, streng, genau. *Syn.* Anguste, stricte. *Usus.* Cur id tam restricte parceque faciat, ignoro.

Restrictus, a, um. streng, karg. *Syn.* Tenax, parcus, avarus. *Usus.* Natura ad largiendum restrictior.

Digitized by Google

Resupinus, a, um. rücklings, überrücks gebeugt. *Syn.* Supinus.

Resurgo, is, surrexi, ctum, ere. wieder aufstehen. *Usus.* Resurgunt res Romanæ contra spem. V. *Pascha*, *Christus*.

Retardatio, onis, f. Verhinderung, Einhalt. *Syn.* Mora, impedimentum.

Retardo, as, avi, atum, are. verhindern, hemmen, Einhalt thun. *Syn.* Morer, moram affero, moram facio, moram & impedimentum infero. *Usus.* Celeritatem alicujus, hostium animos & impetum retardare, comprimere, frangere. Ne animum tuum a scribendo defatigatio ulla retardet. V. *Differo*, *Moror*, *Mora*, *Impedio*.

Rete, is, n. Netz, Fischernetz, Jägergarn. *Syn.* Plaga, laqueus.

Retego, is, texi, tectum, ere. entdecken. *Syn.* Aperio, evolvo. V. *Aperio*.

Retentio, onis, f. Beybehaltung, das Anhalten. *Usus.* Assensionis retentio.

Retexo, is, xui, xtum, ere. auflösen. *Syn.* Dissolvo. *Usus.* Dialectica quasi Penelopes telam retexens. Num, quod adolescens præstiti, commutem, & velut me ipse retexam? Retexo orationem meam, ich widerruffe das, was ich geredet habe; *palinodiam cano*.

Reticentia, æ, f. Verschwiegenheit. *Syn.* Taciturnitas.

Reticeo, es, ui, ere. verschweigen. *Syn.* Taceo, conticeo, obmutesco. *Adv.* Astute prorsus, nullo modo. *Usus.* Silentio utor, tacitum relinquo, silentio prætereo, silentio involvo, abstineo me ab hujus rei sermone. V. *Taceo*, *Sileo*.

Reticulum, i, n. ein Netzlein.

Retineo, es, ui, tentum, ere. behalten. *Syn.* Retineo, cursum inhibeo; teneo.)(*Dimitto*. *Adv.* Diligenter, diutius, in perpetuum, mediocriter, melius, vehementer, vix. *Usus* 1. Sui juris retinendi quisque cupidus. Retine hominem, ni profectus est. 2. *Conservo*, beybehalten. Retinent tamen caritatem in pastores. 3. *Delecto*, ergötzen. Ipse historiæ ordo nos retinet. V. *Detineo*, *Moror*.

Retorqueo, es, torsi, tortum, ere. zurück biegen, zurück wenden. *Syn.* Reflecto. *Usus.* Retorquet oculos in hanc urbem.

Retractatio, onis, f. Widerruffung. *Syn.* Revocatio, recognitio. *Usus.* Conficies igitur, idque sine dubitatione ulla, & retractatione. Sine retractatione ulla dicere libere audeo. V. *Palinodia*.

Retracto, as, avi, atum, are. widerruffen, wieder abhandeln. *Syn.* Revoco. *Usus.* Locus ille a me retractabitur Retractando dolorem vulnerum augemus. V *Revoco*

Retraho, is, xi, ctum, ere. zurück ziehen. *Syn.* Abstraho; revoco. *Adv.* Non sane, facile proficiscentem. *Usus.* Retrahere aliquem a coepto A turpi consilio a scelere retrahere aliquem, & revocare.

Retrecto, as, avi, atum, are. weigern. *Syn.* Detrecto. *Usus.* Sive retrectabis, sive properabis, pereundum est.

Retribuo is, ui utum, ere. zurück geben, vergelten *Syn.* Rependo, refero. *Usus.* Retribue, quod debes. V. *Reddo*.

Retro rückwärts. *Syn.* A tergo, post tergum, ab tergo, post. *Phras.* *Hostis retro cessit*, der Feind ist zurück gewichen, hostis pedem retulit; se recepit; receptu sibi consuluit; retro abiit. *Usus.* Tam longe retro respicere non possum. Quid retro & a tergo fieret, ne laboret.

Retrorsum, hinterwärts. *Usus.* Retrorsum, vicissim ex æthere aer oritur.

Retrudo, is, si, sum, ere, zurück stoßen. *Usus.* Deorum simulacra retrusa.

Retundo, is, tudi, tusum, ere. zurück halten, stumpf machen *Syn.* Obtundo. *Adv.* Belle. *Usus.* Sermones, improbitatem alicujus, districtos in rempublicam gladios retundere. V. *Repello*.

Reveho, is, xi, ctum, ere. zurück führen. *Usus.* Sed paullo longius ad superiorem ætatem revecti sumus.

Revelatio, onis, f. Offenbarung. *Syn.* Divinus admonitus. *Phras.* *Ista per revelationem intellexit*, dieses hat er durch göttliche Offenbarung verstanden. Divino admonitu; cœlesti admonitu; Deo aperiente; divinitus cognovit; ista Deo patefaciente, manifestante cognovit; ejus rei notitiam e cœlo hausit, accepit.

Revello, is, revelli, vulsum, ere. abreißen, umreißen. *Usus.* De corpore saucii tela revellere. Claustra, januam revellere. Superiores injurias revellimus. Crucem, quæ ad portam fixa erat, revellistis.

Revenio, is, veni, ventum, ire. zurück kommen. *Syn.* Redeo. *Usus.* Cum domum revenero. V. *Redeo*.

Revera, fürwahr, allerdings. *Syn* Reipsa, reapse. *Usus* Cujus igitur hoc crimen est? revera nullius. V. *Certe*.

Digitized by Google

Reverentia, æ, f. Ehrerbiethung. *Syn.* Honor, obſervantia. *Phraſ.* 1. *Reverentiam parentibus liberi debent*, die Kinder ſind ſchuldig, ihren Aeltern alle Ehrerbietigkeit zu erweiſen. Par eſt, ut liberi parentum auctoritatem vereantur, judicium ſequantur; cavendum, ne parentum reverentia liberorum animis excedat unquam; æquum eſt, ut liberi parentibus præcipuum honorem habeant; præcipua obſervantia colant; reverentiam adverſus parentes adhibeant; omni cultu ac veneratione proſequantur; ut aſpectabiles quosdam deos obſervent & vereantur; ſecundum deorum immortalium numen primo in honore ac caritate habeant; ut parentum quadam verecundia ducantur; pudore regantur; parentum quandam verecundiam habeant; præcipuam parentum rationem habeant. V. *Honor.* 2. *Nullam erga majores reverentiam habet*, vulg. *irreverens eſt*, er iſt gar unehrerbietig. Omnis exceſſit animo majorum reverentia; nulla majorum verecundia ducitur; majoribus nulla ſe verecundia obſtrictum reputat; inofficioſus, illiberalis erga majores eſt; nulla illi majorum reverentia, verecundia nulla. Majorum nec auctoritatem veretur, nec vim pertimeſcit; nulla illum majorum verecundia a vitæ licentia arcet. V. *Revereor. Uſus.* Adhibenda eſt quædam adverſus homines reverentia. V. *Revereor*

Revereor, eris, veritus ſum, eri. Ehre erweiſen, Ehrfurcht tragen. *Syn.* Vereor, colo, obſervo, cultu quodam & honore dignor. *Phraſ. Quos maxime debuit, eos minime reveritus eſt*, er hat denen gar keine Ehrerbietigkeit erwieſen, welchen er es meiſtens ſchuldig war. Quorum maxime debuit, eorum nullam rationem duxit; quibus præcipuum debuit, illis nullum honorem habuit. Quorum judicium ſequi, voluntati parere, auctoritatem vereri debuit. eos nullo loco habuit, nullo honore cultuque dignatus eſt; illis minimum tribuit; honorem nullum detulit; eos obſervantia nulla proſecutus eſt; iis ſtudium obſervantiamque nullam præſtitit, exhibuit. *Uſus.* Obſervantia eſt, per quam ætate, aut honore antecedens reveremur & colimus. V. *Honor*, *Reverentia*, *Obſervantia*

Reverſio, onis, f. Rückreiſe, Heimkunft. *Syn.* Reditus.)(*Profectio. Uſus.* Reverſio & motus febrium. De reditu, vel potius reverſione mea lætantur.

Reverto, is, f. Revertor, eris, verſus ſum, verti. zurück kehren, wiederkommen. *Syn.* Reverto, revenio, redeo, refero me, remigro. *Adv.* Acriter, crebro, retro. *Uſus.* Ad propoſitum revertor. Sed ad jus publicum revertor. Domum reverti. Ad ſuperiorem conſuetudinem revertit. V *Redeo.*

Revincio, is, vinxi, vinctum, ire. rückwärts binden. *Uſus.* Revinctis poſt terga manibus.

Revinco, is, vici, victum, ere. überweiſen. *Syn.* Convinco. *Phraſ. Manifeſte eum revici*, ich habe ihn augenſcheinlich überwieſen. Manifeſtis indiciis hominem tenui; jugulavi teſtibus & elinguem reddidi. V. *Convinco. Uſus.* Nunquam is argumentis revinci ſe patietur.

Revireſco, is, virui, ere. wieder grünen, empor kommen. *Syn.* Fruticor, renovor, refloreſco, reviviſco. *Uſus.* Reipublicæ rationes ſenatorum opera revireſcunt.

Reviſo, is, ſi, ſum, ere. wieder ſehen, beſuchen. *Syn* Iterum viſo, inviſo. *Uſus.* Cum poteris, nos reviſes.

Reviviſco, is, vixi, ere. wieder lebendig werden. *Syn.* In vitam redeo, renaſcor; reſpiro, recreor ex metu, e fluctibus emergo. *Adv.* Neceſſario. *Uſus.* Ut tua cauſa toties jugulata facilius reviviſcat. Ex metu mortis luce libertatis recreatus revixit.

Revocatio, onis, f. Zurückrufung. *Epi.* Contraria, brumalis, ſolſtitialis. *Uſus.* Receptui ſignum, aut revocationem a bello nondum audivimus.

Revoco, as, avi, atum, are. zurück rufen, wiederrufen. *Syn.* Removeo, avoco, abſtraho)(*Voco. Adv.* Acrius, arroganter, identidem. *Uſus.* 1. Revocare mentem a ſenſibus. Aliquem a ſcelere, ab incepto, ab inſtituto curſu, a cupiditate & furore revocare. 2. *Refero*, auf etwas ziehen. Revocare omnia ad ſcientiam, ad veritatem. 3. *Repeto, inſtauro*, wiederum vor ſich nehmen, erneuren. Studia, longo intervallo intermiſſa revocare. Vires amiſſas revocare. Revocare ſe ad priſtinam induſtriam. 4. *Promiſcue*, in verſchiedenem Verſtande Aliquid in dubium, in memoriam, in animum revocare. Cum fortuna ex adverſo in meliorem ſtatum revocatur. Ad incertum

Digitized by Google

tum revocabantur poſſeſſiones omnium

Revolo, as, avi, atum, are. zurück fliegen. *Syn.* Retro volo.

Revolvo, is, volvi, volutum, ere. umwälzen. *Syn.* Rapio, reduco. *Adv.* Neceſſario. *Uſus.* Identidem eodem revolvor. Imprudens eo, quo minime vult, revolvitur. V. *Iterum.*

Reus, a, um, beklagt, ſchuldig. *Syn.* Is qui cauſam dicit; qui lege aliqua tenetur; qui aliqua culpa erroris tenetur humani; qui arguitur; de cujus re disceptatur; qui de capite, civitate, fortunis dimicat; is unde petitur: ſons, nocens. *Epi.* Afflictus, humilis, improbus, innocens, invidioſus, locuples, mœſtus, nobilis, nocens, perditus, turpis. *Phraſ. Certe reus eſt*, er iſt gewiß ſchuldig an einer Sache. Culpa tenetur; in culpa eſt; eſt quædam in illo culpa; culpa nonnulla in eo hæret, reſidet; culpa ejus facinoris in illo conſiſtit; incurriſſe in id crimen hominem dubitat nemo; in ea noxa fuiſſe hominem, pro comperto eſt; verſari in ea culpa, eo facinore contaminatum eſſe; in reos referendum nemo dubitat, haud expertem criminis; culpa non vacare, certum habeo. Crimen non quisquam certius ſubiit; culpam ſine dubitatione ſuſtinet. *Uſus.* Aliquem capitalis rei, de furto reum facere, agere, peragere. Inter reos referre. Crimini ſe reum pro aliquo ſupponere. Sontibus, reis opitulari.

Rex, gis, m. König. *Syn.* Princeps, dominus. *Epi.* Afflictus, alienus, clariſſimus, doctiſſimus, generoſus, ignobilis impius, impudens, nobilis, opulentus, potentiſſimus, præſtans. *Phraſ. Rex erit*, er wird König werden. Regis fortuna in eum tranſitura eſt. Rector terrarum earum erit; ſummam imperii obtinebit; civium omnium dominus erit; regiis inſignibus conſpicuus erit; regalem poteſtatem habebit; regali poteſtate præditus erit; regno præficietur; ſummæ imperii præerit; ſumma imperii potietur. V. *Impero, Regno. Uſus.* Reges orbis terrarum domini.

Rheda, æ, f. eine Kutſche, Kaleſche. *Syn.* Eſſedum, vehiculum. *Uſus* Rheda vehor; in rheda ſedere. Cum duobus eſſedis & rheda equis juncta

Rhedarius, ii, m. Kutſcher. *Uſus.* Rhedarius Milonis occiſus eſt.

Rhetor, oris, m. ein Redner, Lehrer der Redekunſt *Syn.* Orator, dicendi artifex, rhetoricæ diſci linæ doctor, qui dicendi præcepta tradit. *Epi.* Antiquiſſimus, doctiſſimus, eloquens, magnus, nobilis. *Uſus.* Vis & artificium rhetoris. V. *Orator.*

Rhetorica, æ, f. Redekunſt. *Syn.* Ars Rhetorica, rhetorum ars, dilciplina dicendi, vis oratoria, oratoris facultas, ratio dicendi, copia dicendi. *Epi.* Forenſis, paullo hebetior, ſimilis palmæ. *Uſus.* Scripſit artem rhetoricam Cleanthes. Rhetoricam palmæ, dialecticam pugno ſimilem Zeno voluit.

Rhetorice, redneriſch. *Syn.* Rhetorum more, copioſe, ornate, ſplendide. *Uſus.* Rhetorice, mavis, an dialectice disputem.

Rhetoricus, a, um, redneriſch. *Uſus.* Exercitationes, libri, artes rhetoricæ.

Rhythmici, orum, m. Gattung der Dichter, Reimer. *Syn.* Poetæ lyrici, muſici, numerorum, qui Græcis rhytmi, ſtudioſiores.

Ricinium, ii, n. Trauerkleid der römiſchen Frauen *Veſtimenti genus.*

Riſtus, us, m. der Rachen. *Syn.* Os minax & hians.

Rideo, es, riſi, riſum, ere. lachen. *Syn.* Riſum edo; derideo, irrideo. *Adv.* Familiariter, docte vehementius, valde. *Phraſ* 1 *Omnes ad hæc riſere*, alle haben dazu gelacht. Maximus ad hæc omnium riſus eſt conſecutus; nemo tenebat riſum; riſus omnibus obortus eſt cachinnos ſuſtulere omnes; riſu pene corruere; riſu prope emortui ſunt riſu excepere iſta plerique; in riſum effuſi omnes. 2. *Nos interea ridemur*, unterdeſſen lacht man uns aus. Interea fabula ſumus; in ora hominum pro ludibrio abimus; deridiculo habemur. V. *Irrideo. Uſus.* Riſi imprudentiam hominis. Riſi nivem atram, teque hilari eſſe animo & prompto ad jocandum gaudeo.

Ridicule lächerlich. *Syn.* Facete, perridicule, joco. *Uſus.* Quidam ridicule inſanus

Ridiculum, i, ein Spaß, lächerlicher Scherz. *Syn.* Jocus, facetiæ, digna res, quæ omnium irriſione ludatur. *Epi* Civile, frequens, impatiens, lentum, ſubobſcenum. *Uſus.* Vitabit ridicula quæſita, nec ex tempore ficta, ſed domo allata, quæ plerumque ſunt frigida.

Ri-

Digitized by Google

Ridiculus, a, um. lächerlich, poßierlich, scherzhaft. *Syn.* Jocularis. *Epi.* Petulans. *Usus.* Facie magis, quam facetiis ridiculus Homo perridiculus.

Rigeo, es, ui, ere. erstarren. *Syn.* Conglacio congelo. *Usus.* Aut frigore rigent, aut calore uruntur. Vestes gelu rigent. V. *Frigus.*

Rigidus, a, um. starre, gefroren, rauh, hart. *Syn.* Durus, severus, austerus, ferreus, præfractus, acerbe severus. *Usus* Aves rigidis cruribus, procero rostro. V. *Severus.*

Rigo, as, avi, atum, are. begießen, befeuchten. *R. a.* βρέχω *Syn* Respergo, irrigo, aquarum inductione terræ fecunditatem do. *Usus.* Isti cum se fontes esse dicant, & omnia rigare debeant ingenia. Nilus Ægyptum rigat.

Rima, æ, f. Riß, Ritze, Spalt. *R. a.* ῥῆγμα. *Syn.* Hiatus. *Phras.* *Paries rimas agit*, die Mauer hat einige Ritze. Vitium facit; labem ducit. V. *Hiatus.* *Usus.* Ne inserciat verba orator, tanquam rimas expleat.

Rimor, aris, atus sum, ari. nachgrübeln. *Syn.* Scrutor, inquiro. V. *Indago, meditor.*

Ringor, eris, ringi. schnauben, unmuthig werden.

Ripa, æ, f. Ufer, Gestad eines Flußes. R. a ῥιπή *Syn.* Littus, ora. *Epi.* Aversa, contraria, viridis, opaca. *Usus.* Fluvium extra ripas redundantem coërcere. In viridi & opaca ripa obambulare. Viridissimi riparum vestitus. Impetus aquæ ripas alluentis.

Risus, us, m. Gelächter. *Syn.* Cachinnus. *Epi* Magnus, maximus, mediocris. *Phras.* 1. *Risum commovit*, er hat ein Gelächter verursachet. Risum excitavit; cachinnum commovit; risum movit omnibus; risum fecit; risum omnibus excussit, elicuit; solutissimum risum movit; in risum convertit. 2. *Risum comprimere non potui*, ich habe das Lachen nicht verbeißen können. Risum tenere; continere non potui; non potui, quin risum ederem; cachinnum tollerem: obstinatum silentium in risum transferrem; in effusos risus solverer; temperare mihi a risu non poteram. V. *Rideo.* *Usus.* Risum captare, quærere. Risum edere. Risu corruere, emori.

Rite, geziemend. *Syn.* Recte, modo ac ordine. *Usus.* Nihil rite, nihil more institutoque perfecit. V. *Recte.*

Ritus, us, m. Gebrauch. *R. a.* ῥητὸς *constitutus.* *Usus* Mos, consuetudo rata & firma, præ ipue sacra, institutum vetus. *Epi.* Optimi, patrii. *Usus.* Ex ritu patrio deos colere. Ritu pecudum vivere. Variis ritibus fana dedicantur. V. *Cerimonia.*

Rivalis, is, m. Mitbuhler. *Syn.* Æmulus, competitor. V. *Æmulus*

Rivalitas, tis, f. Eifersucht. *Syn.* Æmulatio. V *Æmulatio.*

Rivus, i, m. Bach. *Syn.* Rivulus. *Usus.* Rivorum a fonte deductio. Rivulus arcessitus & ductus ab ipso capite.

Rixa, æ, f. Zank, Hader. *R. a.* ῥῆξις, *ruptura.* *Syn.* Turba, jurgium, verbosa & plena jurgii contentio. *Epi.* Nova, magna. *Phras.* *Rixam excitare*, Hader anrichten. Rixam concire, concitate; certamina serere; in disceptationem aliquos trahere. V. *Contentio, jurgium.* *Usus.* Nostræ Academiæ cum veteri magna rixa est. In quorum rixam siquis incurrerit. V. *Certamen.*

Rixor, aris, atus sum, ari. zanken, hadern *Syn* Contendo, jugor. *Usus.* De amicula rixantur. V. *Contendo.*

Roboro, as, avi, atum, are. stärken, befestigen. *Syn.* Corroboro, confirmo. *Usus.* Ut hæc auctoritate sua roboraret. V. *Confirmo.*

Robur, oris, n. Stärke, Eiche. *Syn.* Vis, firmitas, virtus, nervi, firmamentum; quercus, lignum durissimum. *Epi.* Firmissimum, incredibile animi. *Usus.* Quantum in animo cujusvis roboris est & nervorum. Copiarum robur deletum est, der Kern von Leuten ist umgekommen. Milo incredibili animi robore septus. Animi invicti magnitudo & robur. V. *Vires.*

Robustus, a, um. stark, Baumstark. *Syn* Fortis, valens, nervosus, lacertosus, maximis corporis viribus. *Adv.* Bene. *Phras.* *Robustiorem illo vidi neminem*, ich habe keinen stärkern Menschen gesehen. In quo plus roboris, firmitatis, virium inesset; qui firmior esset a viribus; qui virium firmitate præstaret; qui corporis robore anteiret; qui viribus magis valeret; in quo tam eximia virtus virium; cui tantum roboris & nervorum, cognovi neminem. V. *Fortis.*)(*Confectus.* *Usus.* Robustio-

Digitized by Google

stioris jam impietatis est. Malum inveteratum fit robustius. Audax & robustus satelles. V. *Firmus.*

Rodo, is, rosi, rosum, ere. nagen, beißen. *Syn.* Corrodo, arrodo, exedo *Usus.* 1. Mures noctem & diem rodentes aliquid. 2. *Carpo*, tadeln Qui aliquem in convivio rodunt, in circulis vellicant, ubique carpunt.

Rogatio, onis, f. Bitte. *Syn.* Rogatus, obtestatio, preces. *Epi.* Consularis, gratiosissima, justa, sceleratissima, similis, tribunitia. *Usus.* 1. Ego Curtium rogatione tua diligo. 2. *Lex*, Gesetz. Rogationem ferre, perferre, promulgare. Rogationi intercedere. Rogationem abrogare. 3. *Interrogatio*, Frage. Chrysippus quadam rogatiuncula delectatur.

Rogator, oris, m. der um etwas fraget, bittet. *Syn.* Qui rogat, petit, quærit; qui cistas defert colligendis per tribus suffragiis. *Epi.* Justus. *Usus.* Vos rogatores, vos diribitores, vos custodes fuistis tabularum.

Rogatus, us, m. Bitte. *Syn.* Rogatio, oratus. *Usus.* Meo rogatu rem impetravit.

Rogo, as, avi, atum, are. bitten, ersuchen, fragen. *Syn.* Oro, precor, quæso, deprecor, obsecro, obtestor, interrogo, ex aliquo quæro. *Adv.* Acrius, arroganter, auspicato, blande, breviter, diligenter, contumaciter, familiariter, etiam atque etiam, iterum & sæpius, magnopere, modeste, nominatim, penitus, precario, proprie, prorsus tacite, vehementer *Phras.* 1. *Rogo te per omnia*, vulg. ich bitte dich um alles. Hoc te vehementer rogo, immo obsecro; hoc maxima obtestatione a te oro; hic ego imploro fidem tuam; hoc te summis precibus obsecro; ad pedes tuos stratus, jacensque supplico, supinas hic manus tendo, infimisque a te precibus contendo; hic ego te flens obtestor, neque te unquam fatigare precibus desinam; rogo te, quam studiose possum; id a te maximopere pro summa nostra conjunctione peto quæsoque; id a te precibus etiam atque etiam exposco; valde hoc & ex animo a te contendo; hoc te infimis oro precibus. Hoc a te ita postulo, ut majore studio magisque ex animo petere non possim. Hoc ego per hanc te dexteram oro; per tuam te fidem oro atque obsecro. Hoc a te ita postulo, ac contendo, ut nihil magis unquam, tanquam fortunæ meæ omnes in eo sitæ, positæ, repositæ, locatæ essent; tanquam id ejusmodi esset, ut rationes meæ ex eo unice pendeant; tanquam in eo mihi essent omnia. 2 *Concede, quaeso, quod te rogo*, thu mir diese Gnade, um die ich dich bitte. Sit, quæso, precibus meis apud te locus; facilem, oro te, precibus te meis præbe; ne me, rogantem suppliciter, a te rejice; sine me istud a te impetrare; da, largire hoc precibus meis. Sine, te exorem, quodque a te singulari studio contendo, imperti. 3. *Rogavit illum vehementer*, er hat ihn sehr gebethen Precibus cum illo egit quam diligentissimis; preces suppliciter admovit; magnis ab illo contendit precibus; ad ejus pedes suplicem se abjecit; in pedes abjectus supplicem vocem misit; passis manibus flens imploravit; infimis precibus obsecravit V. *Oro.* *Usus.* Hoc beneficium ita te rogo, ut majore studio non possim. Sententiam ejus rogavi. Hæc ego de te rogo.

Rogus, i, m. der Scheiterhaufen. *Epi.* Ardens, exstinctus. *Usus.* Metellum filium in rogum posuere. Bona existimatio nos neque ad rogum comitetur.

Roro, as, avi, atum, are. tröpfeln, thauen. *Usus.* Rorantia pocula.

Ros, oris, m. Thau. *S. ex* δρόσος. *Usus.* Nocturnum rorem excipiunt.

Rosa, æ, f. eine Rose. *Usus* Cum rosam videret, tunc incipere ver autumabat. Sertis redimiri & rosa.

Rostratus, a, um, geschnabelt. *Usus.* Navis rostrata.

Rostrum, i, n. Schnabel, Rüssel. *Syn.* Os avium, aut aliorum animalium. *R. a* Rodo, *ut* Rastrum *a* Rado. *Usus.* Avis corneo proceroque rostro. Aduncitas rostrorum. Sus rostro humi litteram impressit. Rostrum canis. Rostrum in camelis. Rostra navium. De Rostris descendere, *suggestu oratorum Romae.*

Rota, æ, f. ein Rad. *Syn.* Orbis. *Epi.* Fervida. *Usus.* Fortunæ rotam pertimescere.

Rotunde, rund, nett. *Syn.* Continuo, explicate.

Rotundo, as, avi, atum, are. rund machen. *Syn.* Rotundum facio. *Usus.* Orbem rotundavit ad volubilitatem.

Rotundus, a, um, rund. *Syn.* Globosus. *Usus.* Stellarum rotundi am-

Digitized by Google

bitus, quarum motus in orbem circumferuntur. Forma urbis rotunda, quod eam flumen pene, ut circino circumductum, ambiat. Forma rotunda ullam negat esse pulchriorem Plato. Rotundus orator Thucydides. Apta & quasi rotunda verborum constructio.

Rubeo, es, ui, ere. roth seyn. *Syn.* Erubesco, pudet.

Ruber, a, um roth. *Syn.* Rubens. *Usus.* Mare rubrum.

Rubens, tis, g. o. roth. *Syn.* Ruber.

Rubicundus, a, um. röthlich. *Syn.* Rubore plenus.

Rubiginosus, a, um. rostig, verrostet. *Syn.* Rubigine plenus.

Rubigo, inis, f. Rost. *Syn.* Ærugo.

Rubor, oris, m. Röthe. *Usus.* Pudorem rubor consequitur. Fusus & candore mixtus rubor. Verborum obscœnitate vitanda præstare ingenuitatem & ruborem suum. Rubore suffundi.

Rubrica, æ, f. rothe Erde, Röthelstein. *Syn.* Terra rubra. *Usus.* Rubrica delibutus.

Rubus, i, m. Brombeerstaude, Dornbusch.

Ructo, as, avi, atum, are. rülpsen, rülpsen *Syn.* Cruditatem exhalo. *Usus.* Ructans, & nauseans. Alicui in os ructare.

Ructus, us, m. Schlucker, Rülps, Rölzer, das Aufstoßen aus dem Magen. *Syn.* Cruditatis exhalatio. *Usus.* Stoici ajunt, crepitus æque, ac ructus liberos esse oportere. Cruditatis signa sunt crebri ructus.

Rudens, tis, m. Ancker. *Syn.* Anchorarius funis, ora. *Usus.* Rudentis explicatio. Oras & rudentes solvere.

Rudimentum, i, n. der Anfangsgrund etwas zu lernen. *Usus.* Sunt hæc rudimenta & incunabula virtutis. Rudimentum aliquod ponere.

Rudis, e. unwissend, roh, grob, unbeleitet. *Syn.* Imperitus, indoctus, ignarus, insçius, tiro; hebes, tardus, stupidus, hardus, agrestis, impolitus. *Exercitatus. Adv.* Omnino, plane. *Phras. Rudis es adhuc.* Du bist noch unerfahren. Rudis es, ac hospes in ea re, novus plane peregrinus in rebus es, rerum insciens, ignarus es, in ea re adhuc tiro es; ab usu rerum imparatus; usu parum doctus; in tractandis rebus minime versatus es. Usum rerum nondum habes; ad hanc rem assuefactus, consuefactus non es. Nondum exercitatus in re; usu non bene firmatus, confirmatus: inexercitatus tantam rem aggrederis. V. *Imperitus. Usus.* Multitudo imperita & rudis. Rudis in jure civili. Rudis, & ingenii expers. Homo sine sensu, sine sapore, elinguis, rudis, tardus. V. *Stupidus, discipulus.*

Rudis, is, f. Spießruthe. *Syn.* Virga, qua donabantur emeriti gladiatores, & qui vacationem a munere aliquo accipiebant. *Usus.* Tum bonus gladiator, tam cito rudem accepisti; rude aliquem donare, frey lassen. Gladiatores ad rudem compellere.

Rudo, is, ere. schreyen wie ein Esel. *Syn.* Asinorum vocem mitto.

Ruga, æ, f. Runzel. *Syn.* Cutis a senectute contracta. *Usus.* Hic rugis nos, & supercilio decepit.

Rugosus, a, um runzlicht. *Usus.* Rugosi, senes.

Ruina, æ, f. Fall, Verfall, Untergang. R. *a ruendo. Syn.* Casus, pernicies, pestis, exitium. *Epi.* Magna, nimia, propria alterius legibus. *Phras. f. Fortunarum omnium ruinam passus sum, vulg.* mir ist alles Hab und Gut zu Grunde gegangen. Mearum omnium fortunarum jacturam feci; fortunarum omnium, rei familiaris naufragium feci; perierunt omnes fortunæ meæ; afflictæ, eversæ, extinctæ, perditæ; profligatæ sunt res omnes meæ; & industriæ & fortunæ fructus omnes perdidi; ex meis pristinis ornamentis ac commodis nihil reliquum est; actum est de fortunis meis; nihil mihi reliqui fortuna fecit; oppressæ jacent, eversæ fortunæ omnes. Res meæ eo loco sunt, ut eas servare nec salus ipsa possit; evertit me omnibus bonis meis fortuna. Eversus sum fortunis omnibus. Rerum mearum quid jam superest? Quid mihi reliquum fortuna fecit? 2. *Respublica in ruina est, vulg.* das gemeine Wesen liegt ganz darnieder. Res publica periit; concidit, nulla est; formam respublica amisit; actum est penitus de republica. Formam, imaginem, simulacrum, veteris reipublicæ nullum agnoscis. Communis res ita dilapsa est, ut ne spes quidem ullæ ejus restituendæ relinquatur. Rempublicam dudum jam habemus nullam. De ossa est reipublicæ talus. Non adversa tantum, verum etiam penitus eversa reipublicæ fortuna. Tractæ sunt opes, afflictæ vires, amissa

amissa dignitas, salus ipsa reipublicæ exstincta. 3. *Urbes etiam ruina involvet*, so gar die Städte werden dem Untergange nicht entgehen. Vi fortunæ aliquando percussæ & prostratæ jacebunt urbes præstantissimæ. Fortunæ viribus perculsæ concident; præclaras etiam urbes, florentesque vis fortunæ aliquando perdet, opprimet, affliget, tollet, evertet, exstinguet, delebit. *Usus.* Ruina nobis impendet, inferetur, Ruina oppressus interiit. Ingentes ruinas edet. Prætermitto ruinas fortunarum mearum. Non fuit hoc judicium, sed vis, sed ruina, ac tempestas.

Ruinosus, a, um. baufällig. *Syn.* Quod ruinam minatur, quod vitium facit, rimas agit, labem ducit; casui, ruinæ proximus, caducus. *Usus.* Ædes male materiatæ, & ruinosæ.

Ruminatio: onis, f. das Wiederholen, Wiederkäuen. *Syn.* Recordatio. *Epi.* Quotidiana. *Usus.* Ruminatio quotidiana.

Rumor, oris, m. gemeine Sage, Gerücht, Geschrey. *R. a* ῥῆμα *verbum.* *Syn.* Fama. *Epi.* Bonus, falsus, firmus, inanis, jucundus, magnus, nuntius, secundus, raucus, plenus timoris. *Prov.* 1. *Rumor est quidem, sed is incertus*, es ist zwar die gemeine Sage, jedoch ohne gewissen Grund. Rumores sunt satis illi quidem constantes, sed sine auctore. Sermones exaudiuntur, prorsus tamen incerti, inanes, orti ex voluntate. Sermones dissipantur, sed quibus haberi certa fides non possit. Jactantur hæc sermonibus incertis, & rumore ipso nuntio. Manat in vulgus rumor, sed nullo satis firmo testimonio; sermones audiuntur, sed qui nihil certum sequantur, qui neque nuntiis, neque litteris comprobentur; de quibus incertum, an veritate nitantur; sed quibus dubia fere fides; qui fidem tamen non faciunt. 2. *Magnus ubique erat rumor ea de re*, es gieng ein Gerücht von der Sache. Res ea in ore erat omnium; in ore omnium versabatur; serpebat hic rumor in dies latius; latius opinione dissemination erat; manavit ea fama non solum per Italiam, verum etiam ascendit alpes, & obscure primum serpens, multas provincias occupavit. Sermo per totam civitatem datus erat; manavit ea fama longius, nec jam obscure. V. *Fama.* 3. *Sunt qui quamvis rumorem temere credant*, es giebt Leute, die alles glauben, was man erzählet. Qui rumoribus incertis serviant; auditionem quamlibet pro re comperta habeant; rumores omnes colligant, excipiant, & res incertissimas pro visis renuntient. Sunt, qui, quidquid rumoris afflavit, quidquid rumor incertus attulit, pertulit, pro certo habeant. 4. *Rumor nunc augetur, nunc minuitur*, das öffentliche Gerücht nimmt bald zu, bald ab. Rumor nunc calet, nunc refrigescit; late manaverat nuper fama, nunc perobscura est. 5. *Rumores paullatim desiuunt*, man redet nicht so viel mehr von der Sache. Refrigescit paullatim rumor, raucus fit, sedatur, exstinguitur, moritur. Ejus famæ vix tenues supersunt reliquiæ. *Usus.* Rumores aucupari; rumorum ventos colligere, rumores excipere, alle Reden auffangen. Rumores spargere, dissipare, ein Geschrey ausbreiten. Rumor ortus est, es ist ein Gerücht ausgekommen. Rumor crescit, calet, nimmt zu. Rumor refrigescit, nimmt ab. V. *Fama*,

Rumpo, is, rupi, ruptum, ere. brechen, zerreißen. *Syn.* Dissolvo, discindo. Fœdera rumpere. Testamentum rumpere. Dolore rumpi.

Rumusculus, i, m. kleines Gemurmel, gemeine Sage. *Syn.* Rumor levis. *Usus.* Imperitorum hominum rumusculos aucupari.

Ruo, is, ui, uitum, ere. fallen, überhauen fallen. R. *ab* Ὀρόω, *impetum facio.* *Syn.* Cado, præceps agor, vel feror, præcipito; ruinam edo. *Usus.* Ruere illa non possunt, nisi hæc eadem labefacta motu concidant. Ad interitum voluntarium ruunt. In agendo ruere, & sæpe peccare. V. *Cado*, *Præceps.*

Rupes, is, f. Klippe, oder Fels. *Usus.* Cum ex omni parte altissimas rupes haberet, una ea parte aditus patebat.

Ruptor, oris, m. Zertrenner. *Usus.* Ruptor fœderis.

Rursum, *vel* Rursus, hinwieder, wiederum. *Syn.* Iterum, denuo, de integro. *Prov. Rursus pugnare*, wiederum streiten. Redintegrare prælium, pugnam; retractare arma; instaurare certamen; prælium intermissum reparare; révocare ad signa, novo impetu signa inferre. V. *Iterum.*

Digitized by Google

Rus, ris, n. Feld, Acker. *Syn.* Locus extra urbem, ubi agri sunt, & villæ; villa. *Epi.* Amœnum, suburbanum. *Phras. Rure libenter habito*, ich bin gerne auf dem Lande, am Landleben habe ich mein Vergnügen. Libenter ruri, & procul a cœtu hominum ætatem ago; otium & quies rustica mirum in modum delectat, oblectat, capit, afficit; ruri esse, habitare, perjucundum est. Otio illo, quod rustica præbet habitatio, libentissime fruor; voluptatem ex rusticatione capio maximam. Si ulla re, otio capior & quiete rustica. Rusticari summæ voluptatis est; rus colere, rusticam agere vitam in deliciis habeo. V. *Rusticor. Usus.* Animi causa in sua rura venire. Ruri esse, habitare. Rus amœnum & suburbanum.

Rusticanus, a, um. bäurisch. *Syn.* Rusticus. *Usus.* Homines rusticani ex municipiis.

Rusticatio, onis, f. Landleben. *Epi.* Communis. *Usus.* Labores pacis & belli, id est, rusticationis & militarium stipendiorum. V. *Rus.*

Rusticatus, us, m. das Wohnen auf dem Lande, Landleben. *Syn.* Rusticatio.

Rustice, bäurisch, grob. *Syn.* Inurbane, duriter, importune.)(*urbane. Usus.* Rustice aliquid urgere.

Rusticor, aris, atus sum, ari. auf dem Lande leben, *Syn.* Ruri habito; ruri ætatem ago; autumni otium ruri fallo, exigo, rusticani recessus amœnitate fruor, utor. *Usus.* Literæ rusticantur nobiscum. V. *Rus.*

Rusticus, a, um. bäurisch, Bauer, Ackersmann. *Syn.* Agrestis, rusticanus; inurbanus, insuavium morum, difficilis.)(*Urbanus. Epi.* Mendiculus, non incautus. *Usus.* Vita rustica honestissima & suavissima. Homo morum imperitus, voce rustica. Rusticis vir moribus, vita inculta atque aspera. Homines urbis immemores, procul a foro & ambitione inter pecudes habitantes, operi rustico intenti. Vita agresti atque rustico cultu. Rustici Romani.

Ruta, æ, f. Raute. R. *a* ῥύτη. *Herba amara genus.*

Ruta, orum, n. allerley Hausgeräthe. *Syn.* Omnis generis supellex mobilis, lapides etiam & ligna. *Usus.* Ne in rutis quidem & cæsis.

Rutilo, as, avi, atum, are, schimmern. *Syn.* Splendeo. *Usus.* Rutilantia arma.

S.

Saburra, æ, f. grober Sand. *Syn.* Arena, qua naves onerantur. *Usus.* Onerarias duxit multa saburra gravatas,

Saccus, i, m. ein Sack. R. *a* σάκκος. *Usus.* Coria, saccos, cilicia imperavit.

Sacellum, i, n. Kapelle, Kirchlein. *Syn.* Ædicula, cella, templum. *Epi.* Maximum, sanctissimum. *Usus.* Sunt loca publica urbis, sunt sacella.

Sacer, cra, crum. heilig, Gott geweihet. *Syn.* Religiosus, consecratus, habens religionem.)(*profanus. Usus.* 2. Sacra & religiosa signa. Rem sacrum facere. Sarta tecta ædium sacrarum tueri. Insula Jovi sacra dicataque. 2. *Execrandus, diris devotus*, verwünschet, verdammet. Homo sacer & intestabilis. Ejus caput Jovi sacrum est.

Sacerdos, tis, g. c. Priester. *Syn.* Minister publicus Dei, sanctissimo sacerdotio præditus; antistes cerimoniarum & sacrorum; qui rebus divinis, qui sacris præest; qui sacrificia publica & privata procurat; sacerdotii religionibus venerandus. Flamen, fani antistes, sacrificulus, Götzenpriester. *Epi.* Castissimus, expulsus & exspoliatus sacerdotio, religiosus, sibyllinus. *Usus.* Præsto mihi fuere sacerdotes cum insulis. In collegio sacerdotum est. In numerum sacerdotum accipere.

Sacerdotalis, e. priesterlich. *Syn.* Quod ad sacerdotem pertinet.

Sacerdotium, ii, n. Priesterthum, priesterliches Amt, oder Pfründe. *Syn.* Sacerdotis munus. *Epi.* Amplissimum, populare, sanctissimum. *Usus.* Sacerdotium alicui mandare, dare, conferre, tribuere. *vulg. Beneficium*, ein priesterliches Amt, eine Pfründe verleihen. Sacerdotium amplissimum consequi, inire, ad sacerdotium eligi, in sacerdotium venire, zu einem prie-

priesterlichen Amte gelangen. Sacerdotium habere, sacerdotio præesse, sacerdotio præditum esse, ein solches Amt haben. Sacerdotio inaugurari, Priester werden. Expelli & exspoliari sacerdotio, des priesterlichen Einkommens beraubet; seines Amts und Würde entsetzet werden, *exaugurari*.

Sacra, orum, n. Gottesdienst. *Syn.* Religiones, sacrificia, res divina. *Phras.* *Sacra peragere*, den Gottesdienst verrichten. Res divinas facere; Deum anniversariis sacris rite colere; sacra annive saria facere, conficere; res divinas rite perpetrare; sacra obire; solennia & stata sacrificia facere; sacra rite curare; perpetrare, quæ ad pacem Deum pertinent; sacrificia publica & privata procurare; sacrum suscipere; solennia suscipere; sacris operari.

Sacramentum, i, n. Eid. *Syn.* Solenne jusjurandum. *Epi* Justum, injustum. *Usus.* Obligare, adstringere aliquem militiæ sacramento. Sacramento teneri; solvere aliquem sacramento. Justo sacramento cum aliquo contendere. Injustis sacramentis fundos alienos petere.

Sacramenta, orum n. die heiligen Sakramente der Kirche. *Syn.* Sacra mysteria. *Phras.* *Sacra mysteria obire*, die heiligen Sakramente empfangen. Sacra mysteria participare; divinorum mysteriorum usu animum procurare. V. *Eucharistia.*

Sacrarium, ii, n. geheiligter Ort. *Syn.* Locus, ubi res sacræ reponuntur, aut asservantur. *Epi.* Intimum, patrium, perantiquum. *Usus.* Sacrarium facere, constituere. V. *Templum.*

Sacratus, a, um. geheiliget, geweihet. *Syn.* Consecratus, dedicatus, dicatus, sacer: inauguratus, cum religione, tum lege inviolatus. *Usus.* Sacratæ leges. V. *Sacro.*

Sacrificatio, onis, f. Opferung. *Syn.* Sacrificium. *Epi.* Extrema.

Sacrificium, ii, n. Opfer. *Syn.* Sacrum, res divina, res sacra. *Usus.* Sacrificia statuere, facere, factitare. Sacrificia violare, polluere. Ad sacrificium hostias præbere. V. *Missa*, *Sacro.*

Sacrifico, as, avi, atum, are. opfern. *Syn.* Sacris operor; sacra facio conficio, facio *absolute.* *Usus.* Summo Jovi sacrificare. V. *Sacra lito.*

Sacrificulus, i, m. Götzenpriester. *Syn.* Qui sacra facit.

Sacrilegium, ii, n. Kirchenraub. *Syn.* Furtum rei sacræ. *Usus.* Sacrilegio se obstringere. V. *Sacrilegus.*

Sacrilegus, a, um. Kirchenräuberisch. *Syn.* Impius, sacrorum omnium hostis, ac prædo nefarius. *Phras.* *Sacrilegus erat*, er hat recht Kirchenräuberisch gehandelt. Fana expilavit; simulacra sanctissima e delubris religiosissimis sustulit; per scelus & latrocinium signa sanctissima nefario ausu sustulit; religiones maximas violavit; templa depopulatus est; sacella suffodit, incendit, oppressit, fana depeculatus est; templis antiquissimis impias & sacrilegas manus afferre conatus est; templo sanctissimis religionibus consecrato manus sacrilegas admovit, admolitus est. Templorum spoliator & expugnator; sacrorum omnium hostis, religionumque prædo erat.

Sacristia, æ, f. Sakristey. *Syn.* Vestiarium templi; sacrarium, in quo reponitur sacer ornatus, & instrumentum; locus instrumenti sacri; *vel* supellectilis sacræ. *Sacristæ*, vel *Sacristanus vulg* Meßner, Kirchner; *Latine.* Ædituus, custos ædis sacræ.

Sacro, as, avi, atum, are. weihen, heiligen, einweihen. *Syn.* Consecro, dedico, inauguro; religiosis ceremoniis augustius aliquid facio.

Sacrosanctus, a, um. hochheilig. *Syn.* Religione, ac lege inviolatus. *Usus.* Sacrosanctum in republica esse nihil potest, nisi quod populus sanxisset. Ut sacrosancti viderentur. Sacrosanctam vocationem habere.

Sacrum, i, n. Gottesdienst. *Syn.* Sacrificium, res divina. *Usus.* Sacris initiari. Sacra polluere. Sacrum facere. V. *Missa*, *Sacra.*

Sæpe, oft. *Syn.* Frequenter, crebro, identidem, sæpenumero, frequens. *Phras.* *Sæpe in foro est*, er ist oft auf dem Platze. Multum in foro est; sæpenumero totos dies, frequentissime in foro versatur; raro a foro abest; quam sæpissime in foro est; forum urget assiduus; frequens in foro est; forum frequentat assidue, aut ut rectius dicam, illic habitat. *Usus.* Sæpe & multum; semel & sæpius hoc mecum cogitavi. Semel atque iterum ac sæpius. Nimium sæpe id mihi venit in mentem.

Sæpenumero, sehr oft. *Syn.* Sæpe.

Sævio, is, ii, itum, ire. wüten, toben. *Syn.* Sævitiam in aliquem adhibeo, exerceo; crudelitatem in aliquem ex-

Digitized by Google

exerceo, adhibeo; in humillores libidinose, crudeliterque consulo; foede in captos exerceo victoriam,

Sævitia, æ, f. Grimm, Grauſamkeit, Wuth. *Syn.* Crudelitas.) *Clementia.* *Usus.* Adhibere in famulos sævitiam. V. *Crudelitas.*

Sævus, a, um. grauſam, wütend. *Syn.* Crudelis, ferus. *Usus.* Sævi turbines extitere. V. *Crudelis.*

Saga, æ, f. Hexe, Zauberinn. *Usus.* Saga anus.

Sagacitas, tis, f. Witz, Verſchlagenheit. *Syn.* Calliditas, solertia. *Epi.* Incredibilis, tanta. *Usus.* Incredibili ad insectigandum sagacitate præditus. V. *Solertia.*

Sagaciter, ſcharfſinnig, witzig. *Syn.* Callide. *Usus.* Tu illud sagacissime præsensisti. Sagacius adorari.

Sagatus, a, um. ſoldatiſch gekleidet. *Usus.* Galli sagati & togati,

Sagax, acis, g. d. verſchlagen, ſcharfſinnig, *Syn.* Callidus, acutus, prudens. *Usus.* Sagax ad perspicienda pericula. Sagaces canes, quod acute sentiant. Homo, animal providum, sagax, multiplex. Mens acris & sagax. V. *Ingeniosus, acies, perspicax.*

Sagina, æ, f. Maſtung. R. σάγμα, *onus jumenti*, vel σηκίζω, *sagino.* *Syn.* Cibus, ossa ad saginandum apta. *Usus.* Plebem non auctoritate, sed sagina sibi conciliat,

Sagino, as, avi, atum, are. mäſten, fett machen. *Usus.* Sanguine saginatur.

Sagitta, æ, f. ein Pfeil. *Syn.* Jaculum, quod manu, aut balista jacitur. *Usus.* Sagittas emittere. Ingentem vim sagittarum infundere ratibus. Ictus sagittæ.

Sagittarius, ii, m. Bogenſchütz. *Syn.* Barbari sagittarii.

Sagulum, i, n. kleines Soldatenkleid.

Sagum, i, n. Kriegsrock. R. σάγος. *Syn.* Vestis militaris *index belli*, ut toga *pacis.* *Usus.* Saga sumere; ad saga ire, *quod fiebat tumultus causa.*

Sal, lis, m. Salz. R. *ex* ἅλς. *Usus.* Multos modios salis simul edendos esse amicis ajunt. Commercium salis. Urbanitatis lepor, quo tanquam sale perspergatur oratio.

Salarius, a, um. zum Salz gehörig. *Usus.* Vectigal ex annona salaria stabilitum.

Salax, acis, g. o. geil, unkeuſch. R. a Saliendo. *Syn.* Libidinosus. V. *Libido, voluptas, impudicus.*

Salebra, æ, f. unwegſamer Ort, holperichter Weg. *Syn.* Locorum offensiones, loca aspera & inæqualia. *Usus.* Ejus oratio sine salebra, ut sedatus amnis decurrit, fluit. Hærere in salebra. Incidere in salebram.

Salebrosus, a, um. ſehr uneben, holpericht, ſandig. *Syn.* Asper, multas salebras habens.

Sales, ium, m. höfliche Scherzreden, Schwänke. *Syn.* Joci, facetiæ, urbanitas. *Epi.* Barbari, salsiores, veteres, urbani. *Usus* Specimen humanitatis, salis, leporis & suavitatis. Urbani sales in dicendo plurimum valent. V. *Facetia, Jocus.*

Salicetum, i, n. Weidenbuſch. *Syn.* Locus salibus consitus.

Salinæ, arum, f. Salzgruben. *Syn.* Loca, ubi sal conficitur

Salinum, i, n. Salzfaß. *Syn.* Salillum, vas, in quo sal reponitur.

Salio, is, ii, ire. hüpfen, ſpringen. *Usus.* Salire de muro. Cor mihi saliit.

Saliva, æ, f. der Speichel. *Syn.* Sputum.

Salix, icis, f. Weiden, Felber. *Genus arboris.*

Salsamentarius, ii, m. der geſalzene Speiſen verkauft. *Syn.* Qui salsamenta facit, *aut* vendit.

Salsamentum, i, n. geſalzene Waare, Böckelfleiſch. *Syn.* Quod sale conditum est in diuturnum usum & cibum.

Salse, artig, vernünftig. *Syn.* Facete.

Salsus, a, um. poßierlich. artig. *Syn.* Facetus. *Adv.* Omnino. *Usus.* Accedunt salsiores joci quam veterum Atticorum. Homo salsus, facetus. V. *Facetus.*

Saltatio, onis, f. das Tanzen. *Usus.* Intempestivi convivii, multarum deliciarum extrema comes est saltatio

Saltator, oris, m. Tänzer. *Epi.* Calamistratus. *Usus.* Histrioni actio, saltatori motus est certus datus.

Saltatorius, a, um. tänzeriſch. *Usus.* Cum saltatorium illum versaret orbem.

Saltatus, us, m. Tanz. *Syn.* Saltatio.

Saltem, aufs wenigſte. *Syn.* At saltem, at certe, tamen, minimum. *Usus* Fratres saltem exhibe.

Salto, as, avi, atum, are. tanzen, hüpfen und ſpringen. *Syn.* Moveo me ad numerum; motus do non indecoros; choros agito; tripudiis solennique saltatu me exerceo; choreas duco. *Adv.* Palam. *Usus.* Nemo

Digitized by Google

mo fere saltat sobrius. Ajunt saltare eam commode, & elegantius, quam probam deceret.

Saltuosus, a, um. waldicht. *Syn.* Saltibus plenus. *Usus.* In loca saltuosa receffit exercitus.

Saltus, us, m dicker Wald, Gehölz, Gebüsch. *Syn* Silva. *Usus.* De saltu agroque communi vi detruditur.

Salubris, e. heilsam, gesund. *Syn* Salutaris, utilis, sanitatem afferens, incorruptus.)(*pestilens Usus* Salubris an pestilens annus futurus sit. Sententiam dixit saluberrimam & necessariam. Summa salubritate & amœnitate locus, sed aquis saluberrimus.

Salubritas, tis, f. Gesundheit, Ersprießlichkeit. *Syn.* Affectio sanitatem afferens.)(*pestilentia. Usus.* Ex habitu & colore, tum salubritatis, tum pestilentiæ signa percipiuntur.

Salubriter, heilsam, nützlich. *Usus.* Ubi refrigeraberis salubrius?

Salveo, ere. gegrüßet werden. *Usus.* Vale, salve. Dionysium velim salvere jubeas. Salvebis a meo Cicerone.

Salum, i, n. das Meer. *Syn.* Mare. *Usus* Erumnoso navigabam salo.

Salvo, as, avi, atum, are erretten, befreyen, sicher setzen. *Syn.* Redo in tutum, in tutum me demigro; salutem do, fero, affero; salutem reddo, salvum præsto, saluti sum. *Phras.* 1. *Salvavi patriam*, ich habe das Vaterland errettet, und erhalten, Patriam servavi, ab exitio vindicavi; patriæ incendium exstinxi; patriæ salutem attuli, peperi, dedi. Opera mea stat patria. Cadentem, labentem patriam sustinui, confirmavi, excepi. Ego salus patriæ fui; a me salutem accepit patria: patriam ab exitio a pernicie, ab interitu, a peste eripui, liberavi, tutatus sum. Sanavi patriæ mala; incolumitatem patriæ attuli; pestem abstuli; graviter laboranti patriæ opem tuli; a patria perniciem depuli. 2. *Salvavit se tamen*, er hat sich noch gerettet, er ist noch entronnen. In tutum cessit; in tutum emigravit; discrimen effugit; e periculo elapsus est; in tutum evasit, discrimen evasit; receptum tamen in loca tutiora habuit; ex discrimine emersit; salutem expedivit; in loca tutiora se recepit. 3. *Pauci salvantur vulg.* es kommen wenige in den Himmel, es werden wenig selig. Pauci salutem æternam consequuntur; cœlo potiuntur; salute æterna donantur; beatæ immortalitatis compotes fiunt; beatorum sedibus potiuntur. V. *Cœlum*, *Beatus. Usus.* Iterum salvabo rempublicam, si cessero.

Salus, tis, f. Heil, Wohlstand. *Syn.* Incolumitas, sanitas, requies, bonum.)(*Exitium. Epi.* Afflicta, bona, cara, communis desperata, dubia, dulcis, prope fatalis, improvisa, infestior, integra, magna, multa, perpetua, perspicua plurima, posterior, precaria, publica, summa, universa, utilis. *Phras. Salutem tuam strenue defendi*, ich habe dein Heil tapfer beschützt. Ut caput tuum incolume esset; ut capiti tuo, famæque consuleretur; ut salvum te præstarem; quanta potui contentione, egi; salutem tuam pro virili parte tueri adlaboravi; salutis tuæ tuta atque integra conservatio semper mihi cordi fuit; salutis tuæ semper primam rationem duxi, habui; nunquam non tuæ saluti studiose consului, servivi; saluti tuæ nusquam defui. *Usus.* 1. Agebatur ea in re salus reipublicæ. Petebat a te salutem respubl. Per te ejus salus afflicta est. Saluti ejus defuisti. Saluti consulere, servire saluti esse, salutem dare, ferre, afferre. Salutem alicui reddere, restituere; ad salutem vocare, reducere Salutem alicujus a principe deprecari, Salutem accipere, recuperare, retinere. 2 *Salutandi ratio*, Gruß. Tulliolæ meæ salutem dices, nuntiabis, mittes, imperties, adscribes. Salute accepta redditaque, nach beyderseits abgelegtem Gruße. 3. *Relinquo, valedico, vulg* verlassen, aufgeben. Ego vero multam salutem & foro dicam, & curiæ.

Salutaris, e. heilsam, ersprießlich. *Syn.* Salubris *Usus.* Consilium, remedium salutare. Civis beneficus & salutaris. Salutaris severitas. V. *Salubris.*

Salutariter, heilsam. *Syn.* [illegible] utiliter.

Salutatio, onis, f. Begrüßung. *Syn.* Consalutatio, persalutatio. *Epi* Aptior, communis, grata, gratiosa. *Usus.* Salutationibus multum temporis consumitur. Salutatio inter exercitus facta. Ubi salutatio [illegible] eorum defluxit, litteris me involvo.

Salutator, oris, m. Begrüßer. *Syc.* Deductorum magis officium est, quam salutatorum.

Digitized by Google

Saluto, as, avi, atum, are. grüßen. *Syn.* Salutem dico, nuntio, consaluto, persaluto, salutationem facio, salute aliquem impertio. *Adv.* Benigne, liberius, maxime, negligenter, plane. *Phraſ. Saluta illum meo nomine, vulg.* grüße ihn in meinem Namen. Salutem illi meis verbis annuntia nuntia; salute illum verbis meis imperti; salutem ei a me, velim, dicas; salvere illum verbis meis jube, amico a me multam salutem. *Uſus.* Domus te noſtra tota ſalutat. Salutare benigne, comiter appellare unumquemque.

Salvus, a, um. friſch und geſund, der wohl auf iſt. *Syn.* Incolumis, integer, conſervatus. *Phraſ. Salvo honore, ſalva venia*, mit Ehren zu melden, mit Reſpect. Honos ſit auribus; quod pace veſtra dictum ſit; verbo ſit venia; ſi fas eſt ita loqui; præſandus mihi ea in re honos eſt. *Uſus.* Salvis legibus, vectigalibus, ſociis. Cæſar ſalvum te cupit. Status fortunarum ſalvus & incolumis manſit. Salva & integerrima ſunt omnia ad exercitum, bey dem Kriegsheer ſteht alles wohl.

Sanabilis, e. heilbar, leicht zu heilen, *Syn.* Quod ad ſanitatem reduci poteſt. *Uſus* Animus, morbus, malum ſanabile.

Sanatio, onis, f. Heilung, Kur. *Syn.* Sanitas, ſalus *Epi.* Certa, propria. *Uſus.* Eorum malorum in una virtute poſita eſt ſanatio. V. *Remedium.*

Sancio, is, xi, citum, *vel* ſanctum, ire. ernſtlich verordnen, gebieten. *Syn.* Fero, decerno, conſtituo, ſciſco, confirmo. *Adv.* Diligenter in poſterum, penitus. *Uſus.* Solon capite ſanxit, nequis &c. De ſervis acerbum ſupplicium ſanxit Cæſar. Ut veſtram iuipoſterum auctoritatem ſanciret. Edicto ſanxit prætor Id lege communi & jure gentium ſancitum eſt. V. *Decerno.*

Sancte, heilig *Syn.* Auguſte. *Uſus.* Pie ſanctoque Deum colere.

Sancti, *orum*, m. die Heilige im Himmel. *Phraſ.* 1. Cœlo jam recepti; cœleſtium agminibus inſerti; quos in cœlum merita extulerunt; quibus ruinæ cœleſtes inſtauratæ, & viduata magnam partem civibus ſuis urbs illa cœleſtis ac beata, quaſi deductis coloniis iterum completa eſt; quibus præmia, quæ expleri nullis verbis poſſunt. eaque ſempiterna in cœlo conſtituta ſunt; quos ex infinita mortalium multitudine ſelegit Deus, quo vitam puram & caſtam agentes in terris, poſtea beati ævo ſempiterno fruerentur in cœlo; qui pro ſalute æterna decertantes, cœleſtibus & immortalibus coronis digni judicati ſunt, virgines, quæ æſtuantem in corpore ibus flammam reſtinguere, & pudicitiæ ſuæ florem illibatum cœlo intulerunt; purpurati ſuo ſanguine victores, qui per mortes & vulnera regi ſuo præclarum teſtimonium dederunt; innumerabiles alii, qui e domandis cupiditatibus, afflictandisque corporibus quotidie deſudarunt. V. *Beatus, Anima.* 2. *Sanctos colere*, die Heiligen verehren. Præcipuo quodam cultu ac honore venerari; eximio cultu, ac præcipua religione ſanctis deſervire; ad ſancto um opem, fidem, clientelam confugere, in eorum fidem ac patrocinium ſe conferre; præcipua erga ſanctos religione ferri, teneri. V. *Colo, Honos.*

Sanctimonia, æ, f. Heiligkeit. *Syn.* Sanctitas. *Epi.* Summa. *Uſus.* Quid mihi cum illa ſanctimonia tua? V. *Virtus.*

Sanctio, onis, f. Satzung, Verordnung. *Uſus.* Sanctiones fœderum, pactorum.

Sanctitas, tis, f. Heiligkeit, Unſträflichkeit. *Syn.* Sanctimonia, ſanctitudo. *Epi.* Patria, vetus *Uſus* Deos placatos efficit ſanctitas, pietas, religio Sanctitas eſt ſcientia colendi Numinis. Exemplum veteris ſanctitatis Cato. V. *Probitas, Virtus.*

Sanctitudo, inis, f. Heiligkeit. *Syn.* Sanctitas. *Uſus.* Sanctitudo ſepulturæ.

Sanctus a, um, heilig, unſträflich, unverbrüchlich *Syn.* Auguſtus, religioſus, caſtus, inviolatus; ſumma virtute, pietate, religione. *Phraſ. Vir erat plane ſanctus*, er war ein heiliger Mann. Exemplum erat raræ innocentiæ, ſpectatæque virtutis; quo nemo integrior ſanctiorque in civitate; ſumma erat in Deum pietate ac ſanctimonia; excellebat in eo rara morum ſanctitas; vitæ ſanctimonia in paucis eminebat. V. *Pius, probus, religio, virtus. Uſus.* Qui ſancti? qui caſti? niſi qui meritam diis immortalibus gratiam juſtis honoribus, & memori mente perſolvunt. Nullum eſt officium tam ſanctum, tam religioſum, tam ſolenne, quod non avaritia violet. Nulla ſancta ſocietas, nec fides regni eſt.

Sane, fürwahr, ſicherlich, gewißlich. *Syn.* Oppido, ſane quam, licet. *Uſus.* Acutus ſane homo, & probatus. Sane quam illum puduit. Hæc ſint falſa ſane: invidioſa tamen non ſunt.

Sanguinarius, a, um blutdürſtig, blutgierig. *Syn.* Sitiens ſanguinem, crudelis.

Sanguineus, a, um. blutig, blutreich.

Sanguinolentus, a, um. blutig, voll Bluts. *Syn* Sanguine atratus, reſperſus, fœdatus; ſanguine lubricus; cruentus.

Sanguis, nis, m. Blut. *Syn.* Vitalis in animante ſuccus; cruor. *Epi.* Ater, civilis, communis, decolor. domeſticus, incorruptus, multus, paternus, plurimus, priſtinus, quotidianus, timidus, tribunitius, verus *Uſus.* 1. Sanguinem inciſa vena mittere, derrahere; venam ferire, ſolvere, incidere & ſanguinem e brachio mittere, aderlaſſen. Sanguinis detractio, Aderlaß. Cucurbitulis vitreis ſanguinem extrahere, ſchröpfen. Sanguinis ex naribus curſus, das Bluten aus der Naſe. Sanguis emittitur, ſequitur, manat, das Blut rinnet heraus. Sanguinis multum exaſperatis faucibus reddidit, rejecit, Blut ſpeyen. Sanguis ſuppreſſus eſt, ſtetit, conſtitit; iſt geſtillet worden. Hauriendus, aut dandus eſt ſanguis. Reſperſæ fando neſandoque ſanguine aræ. Plus in fuga ſanguinis factum, quam in dimicatione. 2. *Cognatio*, Blutsverwandtſchaft. Magnam vim habet maternus paternusque ſanguis. Transalpini ſanguinis cognatio. 3. *Translate*: Iniquo judicio ſanguinem exſorbere, einen durch Ungerechtigkeit unterdrücken.

Sanies, ei, f. Bluteiter. *Syn.* Putridus corruptusque ſanguis, aut humor. *Uſus.* Saxa ſanie taboque reſpergere.

Sanitas, tis, f. Geſundheit. *Syn.* Salus, valetudo bona, integra valetudo, integritas valetudinis, corporis bona habitudo, firma corporis conſtitutio, firma corporis affectio. *Uſus.* 1. Corporis temperatio, cum ea congruunt inter ſe, quibus conſtamus, ſanitas eſt. Homo integerrima & incorrupta ſanitate. 2. *Ratio*, *conſilium rectum*, geſunde Vernunft. Suum quemque ſcelus de ſanitate deturbat. Oratione ad ſanitatem aliquem revocare Ad ſanitatem redire. Sanitas animorum poſita eſt in tranquillitare quadam ac conſtantia. V. *Sanus.*

Sannio, onis, m. Poſſenreißer, Spottvogel, Narr auf der Schaubühne. *Uſus.* Quid tam ridiculum, quam ſannio? ore, vultu, imitandis moribus, voce, corpore denique ridetur ipſo.

Sano, as, avi, atum, are. heilen, geſund machen. *Syn* Curo, medeor, ſanum facio, ad ſanitatem reduco, revoco; ſalutem do, reddo, reſtituo; morbum depello; morbo libero. *Adv.* Celeriter. *Phraſ.* 1. *Ego te ſanavi*, ich habe dich geſund gemacht. Ego te ad priſtinam valetudinem revocavi; ego te jacentem, male affectum ad priſtinam ſanitatem perduxi; meo beneficio ad ſanitatem verſus es; priſtinas vires recepiſti, recuperaſti. confirmaſti; ego ſanitatem attuli; mea opera in priſtinum valetudinis ſtatum reſtitutus es. 2. *Sanatus eſt tandem*, er iſt endlich geſund geworden. Ceſſit tandem morbus remediis; vis morbi levata eſt; morbo levatus eſt; conceſſit dolor medicamentis; recreatus a morbo eſt, convaluit; ſanitatem recepit, recuperavit; morbus depulſus eſt. V. *Morbus*, *Convaleſco*, *Confirmo*. *Uſus.* Rempublicam ægram curare, confirmare, ſanare. Horum voluntates nefarias nullis remediis ſanare potui.

Sanus, a, um. geſund. *Syn.* Firmus, valens, integris viribus, qui firmo eſt corpore, qui incorrupta eſt ſanitate; ſalubris, ſalvus; ſanæ mentis, ſani conſilii.)(*Ægrotus*, *inſanus*, *furioſus*. *Adv.* Bene, male, vix ſatis. *Phraſ.* 1 *Sanum te, ac integrum quamprimum videre cupio*, ich möchte dich bald friſch und geſund ſehen. Firmum te ac valentem; viribus integris, ſenſibusque; morbo defunctum videre quamprimum cupio; vires tibi & colorem redire vehementer cupio; nihil laboro, niſi ut ſalvus ſis; belle habeas; corpus tuum allevetur; ut morbo defunctus corpus habeas ſalubrius; tanta proſperitate valetudinis utaris; quæ medicamentis nullis indigeat; ne quæ diuturni morbi reliquiæ redeant; confirmatum e morbo videre quamprimum cupio. 2. *Vide*, *ut ſanus permaneas*, ſchaue, daß du geſund bleibeſt. Non ſolum ſalutis, ſed virium etiam & coloris rationem habere te volo. Valetudini tuæ diligenter conſule; depone omnia, & corpori ſervi; indulge valetudini tuæ; cura, ut firma ſis corporis affectione; veterem imbecillitatem abjicias; ut, quæ valetudini tuæ maxime conducunt,

Digitized by Google

cunt, diligenter adhibeas; ut ſanum te præſtes & ſoſpitem; ut bonam corporis habitudinem retineas; operam da, ut etiam atque etiam valeas; valetudinem tuam cura diligenter; tu, velim, ut valetudinem tuam confirmes. V. *Valetudo. Uſus.* Sanum aliquem facere. Sana ac ſalva respublica. Nihil in ejus oratione, niſi ſanum & ſincerum. Homo ſanæ mentis, ſani conſilii.

Sapiens, tis, g. o. weiſe, klug, verſtändig. *Syn* Bene ſanus, magni conſilii, divina mente & conſilio præditus, alta quadam mente, & ſapientia præditus; omnis divini humanique juris conſultiſſimus.)(*ſtultus. Adv.* Perfecte, plane, ſero, valde. *Phraſ. Sapientem, qualis tu es, decet, veram laudem in una virtute collocare*, ein Weiſer, wie du biſt, muß dafür halten, das wahre Lob ſey nur allein auf die Tugend gegründet. Tuæ ſapientiæ eſt; ſapientis eſt, qualem te habemus; ad eam ſapientiam ſpectat, pertinet, qua tu excellis; tuum eſt, qui ſapientia præſtas, in quo ſapientiæ plurimum; pectus ſapientia munitum decet, pro certo habere, veram laudem ab una virtute naſci, fluere, exiſtere, proficiſci. *Uſus.* Qui maxime perſpicit, quid in unaquaque re veriſſimum ſit, quique & acutiſſime & celerrime poteſt videre & explicare rationem, is ſapientiſſimus haberi ſolet. Sapientiſſimum eſſe dicunt eum, cui, quod opus ſit, ipſi veniat in mentem: proxime accedere ad illum, qui alterius bene inventis obtemperet. Homo ad conjecturam ſapientiſſimus. In ſapientem non cadit, alieno gaudere malo. Sapiens aciem in omnes partes intendit, ut quemcumque caſum fortuna invexerit, hunc apte & quiete ferat

Sapienter, weislich. *Syn.* Scite, perſapienter, conſiderate.)(*temere. Phraſ. Oſtendam ſapienter a me factum*, ich will es darthun, daß ich weislich gehandelt habe. Factum meum rationibus tuebor; rationem probe reddam conſilii mei, argumentis, minime dubiis agam, tuebor, defendam ſuſtinebo, probabo cauſam meam; argumentis id agam, ut non caſu, temere, inani quadam voluntate, repentino mentis impetu, nulla ſatis firma certaque cauſa impulſum, commotum adductum id feciſſe me homines intelligant. Quod feci, oſtendam jure, conſilio factum; optimis de cauſis, ratione ſuadente, ratione duce certo judicio, recte & conſiderate factum; ita factum, ut reprehendi non poſſit; factum meum ab omni reprehenſione longiſſime abeſſe. Quod feci, oſtendam ita factum, et temeritatem, imprudentiam, inopiam conſilii reprehendere, objicere mihi nemo poſſit; ut non modo damnare, incuſare, vituperare, exagitare, vitio dare facti mei conſilium, ſed ne in controverſiam quidem, in dubium vocare quisquam poſſit. *Uſus.* Sapienter & fortiter caſus humanos ferre.

Sapientia, æ, f. Weisheit, Klugheit. *Syn.* Prudentia, rerum cognitio, Philoſophia, lumen animi, ingenii, conſilii.)(*Temeritas. Epi.* Admirabilis ac ſingularis, callida, antiqua, carior, comes naturæ & adjutrix hominis, cuſtos & procuratrix hominis, digna opinione & cognomine alicujus, erudita, excellens perfectaque, glorioſa, incredibilis, pene divina, jucunda, copioſe loquens, magna, mater omnium bonarum rerum, moderatrix omnium rerum, nova. *Uſus.* Sapientia eſt rerum divinarum humanarumque cognitio, ars vivendi, hominis cuſtos & procuratrix, comes naturæ & adjutrix, mater omnium bonorum, moderatrix rerum omnium, qua nihil præſtabilius hominum vitæ datum eſt. Magnam ſapientiam conſequi. Sapientia munitum eſſe; ſapientia præſtare.

Sapio, is, ui, ere. verſtändig ſeyn. *Syn.* Intelligo, video, ſapientia præditus ſum. *Adv.* Sero, plane, *Phraſ. Si ſapieres, hæc caveres*, wenn du geſcheid wäreſt, würdeſt du dieſes bleiben laſſen. Siquid videres; ſi ſatis ſanus eſſe, ac ſobrius; ſi via recta reputares tecum; ſi ſana mente eſſes; ſi mentem geſtares ſanam ac ſinceram; ſi mens tibi conſtaret; ſi ſana mens eſſet; ſiquid non modo ſapientiæ, ſed vel ſanitatis haberes; ſiquid ſapientia poſſes, conſilioque; ſi pectus gereres ſapientia munitum; ſi diſpiceres ſatis, ac provideres, in quæ mala te induas, miſſa faceres iſta. *Uſus.* Puer cum primum ſapere cœpit, plusquam cæteri ſibi ſapere videtur. Tibi ſemitam non ſapis, & alteri viam monſtras. V. *Prudens.*

Sapor, oris, m. der Geſchmack. *Syn.* Quod guſtatu percipitur. *Uſus.* I. Voluptas, quæ ſapore percipitur. Is non odore, non tactu, non ſapore capitur. Cibus boni, grati, jucun-

Digitized by Google

di saporis, *sapidus, vulg.* ? *Sal, urbanitas*, Artigkeit, Höflichkeit. Homo sine lingua, sine sapore, sine sensu; *stupidus.*

Sarcina, æ, f. Bürde, Bündel. *Usus.* Alicui sarcinam imponere.

Sarcio, is, sarsi, sartum, ire. ausbessern, flicken, ergänzen. *Syn.* Reficio, compenso; cursu tarditatem, officiis cessationem corrigo. *Usus.* Damnum illatum, injuriam sarcire. Crebritate & magnitudine officiorum priorem cessationem sarciam. V. *Compenso, renovo.*

Sarculus, f. Sarculum, i, Haue, Jätshacke. *Syn.* Instrumentum, quo segetes sarciuntur, *id est*, a loliis repurgantur.

Sarissa, æ, f. Macedonischer Spieß. *Syn.* Hasta Macedonica.

Sarmentum, i, n. Reiser, Reisigholz. R. *a Sarrierdo. Usus.* Sarmentorum amputatio. Vitis putanda est, ne sarmentis silvescat.

Sarracum, i, n. Rüstwagen. *Genus vehiculi.*

Sartor, oris, m. Schneider, *Usus.* Sartor satorque scelerum.

Sartus, a, um. schadlos, ganz, im guten Stande. *Syn.* Incolumis, salvus, integer. *Usus.* Imperium, rempublicam sartam tectam servare. Amicum ab omni periculo ac detrimento sartum tectum præstare, V. *Integer.*

Satago, is, ere. sich bemühen. *Syn.* Elaboro, enitor, operam do; magno studio aliquid ago; industriam in re pono; animum in rem, *vel* ad rem adjicio; omne consilium, opem ac operam, curam, studium; diligentiam, laborem ad rem confero; summa ope nitor; omni ope ac opera annitor, enitor; nervos omnes contendo; omnem lapidem moveo; omnes machinas adhibeo; manibus pedibusque conor; cogitationem omnem in re figo, loco; totus sum in ea re; hoc unum spectat mea industria; versor in hoc studio totus, hac in re mens tota ac studium versatur; id unum laboro; ad hoc nervos omnes intendo; id unum nervis omnibus contendo. *Usus.* Multum rerum suarum satagit. V. *Studeo, solicitus, applico.*

Satelles, itis, m. Trabant, Leibwache. *Syn.* Stipator, minister, apparitor, custos corporis, potestatis administer; assuetæ corporis custodiæ. *Epi.* Diligentissimus. *Usus* Manlius audaciæ administer & satelles. Scelerum satelles, administer cupiditatum.

Satietas, tis, f. Genüge, Ueberdruß. *Syn* Fastidium.)(*Cupiditas. Usus.* Satietatem afferre; parere, facere, dare; satietate afficere, überdrüßig machen. Satietas ei me cepit, tenet; satietate defatigatus, defessus sum, ich bin dessen schon überdrüßig. Satietati occurrere; satietatem relevare, dem Ueberdruße vorbiegen. Satietatem vitare, fugere, vermeiden. Satietatem depellere, vincere, superare, überwinden.

Satio, as, avi, atum, are. sättigen. *Syn.* Saturo, expleo, satietatem affero; satietate afficio; famem expleo, pasco.)(*Exhaurio. Phras. Legendo satiari non potuit*, er hat mit Lesen nicht können ersättiget werden. Infinita, inexhausta cupiditas saturari legendo non potuit; expleri mens ejus legendo non potuit; expleta a lectione recedere non potuit; a lectione depelli non potuit; satietatem nullam insaturabilis legendi cupiditas admisit; legendi nulla illum unquam satietas cepit, tenuit. *Usus.* Satiare odium, explere cupiditates. Auditor ne similitudinis fastidio satietur. Frugali cœna naturæ desideria satiare & explere.

Satio, onis, f. das Säen. *Syn.* Satum. *Epi.* Æquabilis, perpetua. *Usus.* Jugera sationum suarum profiteri.

Satis, genug. *Syn.* Sat, satis superque; sane *Phras. Sed jocorum satis est*, es ist schon genug gescherzet. Sed de joco satis est; affatim prorsus; jocorum satis superque; abunde est; satietas nos tandem jocandi capiat. Satur sum jocorum; sed hic finis sit jocandi. *Usus.* Hæc subtilius, quam satis est, disputantur. Laudis, plus quam satis est, avidus. Satis superque hæc audivimus. Satis est causæ, quare nolimus.

Satisaccipio, is, cepi, ceptum, ere. Versicherung annehmen. *Syn.* Prædes accipio, ab aliquo caveo. *Usus.* Quibus a prædibus satisaccipiet, iisdem ipse, quod peto, satisdet.

Satisdatio, onis, f. Bürgschaft. *Syn.* Vadimonium. *Usus.* Sunt aliquot satisdationes secundum mancipium.

Satisdo, as, dedi, datum, are. Bürgen stellen, versichern. *Syn.* Prædes do, fide jubeo, vadimonia promitto.)(*Satisaccipio. Usus.* Qui pro sociis transigit, satisdat, neminem eorum postea petiturum.

Satis-

Digitized by Google

Satisfactio, is, feci, factum, ere. genug thun, vergnügen. *Syn.* Impleo, placeo, morem gero; quod debeo, solvo; expleo odium, *vel* cupiditatem; respondeo opinioni, expectationi, judicio. *Usus.* Satisfacere officio suo erga aliquem, naturæ, legibus. Amori erga te meo satisfactum puto. Nunquam mihi pro tuis in me injuriis satisfacies. Cumulateque satisfactum est tibi. Vel ex supervacuo satisfecimus.

Satisfactio, onis, f. Genugthuung. *Syn.* Purgatio. *Usus.* Satisfactionem meam non accipis?

Satius est, es ist besser. *Syn.* Præstat, melius est. *Usus.* Mori satius est, quam turpiter vivere. V. *Potius.*

Sator, oris, m. Säemann. *Syn.* Seminator.

Satur, a, um. satt. R. *a* satis. *Syn.* Plenus, satiatus.

Saturitas, tis, f. Ersättigung. *Syn.* Satietas.

Saturo, as, avi, atum, are. ersättigen. *Syn.* Expleo, satio. *Usus.* Explevi animos invidorum, placavi odia imperitorum, saturavi perfidiam perditorum. Sanguine se saturavit civium. V. *Satio.*

Satus, us, m. die Saat, das Säen. *Syn.* Satio. *Epi.* Humanus, primus. *Usus.* Ex cœli satu, terræque conceptu editus. Parentum optimorum satu editus adolescens. Philosophia præparat animum ad satus accipiendos.

Sauciatio, onis, f. Verwunderung, Verletzung. *Syn.* Vulneratio.

Saucio, as, avi, atum, are. verwunden, beschädigen. *Syn.* Vulnero, consaucio, vulneribus afficio. *Adv.* Graviter, leviter. V. *Vulnus.*

Saucius, a, um. verwundet. *Syn.* Vulneratus, vulneribus affectus, mortifero vulnere ictus. *Usus.* Medea amore saucia. Saucios & confectos ex acie efferre.

Saxetum, i, n. steinichter Ort. *Syn.* Locus saxis plenus.

Saxeus, a, um. steinicht, felsenhart. *Usus.* Moles saxea

Saxosus, a, um. steinicht. *Syn.* Saxis impeditus. *Usus.* Loca saxosa.

Saxum, i, n. Stein. *Syn.* Silex, lapis, rupes, cautes. *Epi.* Saxa aspera, prærupta. *Phras. Saxa in eum conjecerunt*, sie haben Steine auf ihn geworfen. Saxis facta lapidatio; lapides in eum miserunt, jecerunt; lapidibus eum appetivere; lapidum ictu incessebant. *Usus.* Saxorum asperitates. Ventum ad rupem ita tectis saxis, ut &c. Ingentis magnitudinis saxa per montium prona devolvunt. Exesæ fluctibus rupes, saxa invia, & præruptæ cautes.

Scabellum, i, n. Bänklein, Schämel. *Syn.* Scamnum humile.

Scaber, ra, um. räudig, schädig. *Syn.* Asper. *Usus.* Pectus illuvie scabrum.

Scabies, ei, f. Räude, Krätze, Grind. *Usus.* Scabies corpora invasit, & contagium mali etiam in alios vulgatum est.

Scabo, is, ere. kratzen. *Usus.* Muli mutuum scabunt.

Scalæ, arum, f. eine Leiter, Treppe. *Usus.* Sub scalas se conjecit.

Scalmus, i, n. Ruderring. *Syn.* Lignum, quo nituntur remi.

Scalpo, is, pſi, ptum, ere. ausstechen, schneiden, eingraben. R *a* σκαλλω, *fodio.* *Syn.* Incido, *vulg. sculpo. Usus.* Ad pingendum, fingendum, scalpendum. E saxo scalptus, aut ebore dolatus.

Scalpellum, i, n. Messerlein *Syn.* Chirurgi ferrum. *Usus.* Scapellum sanæ parti adhibere.

Scalprum, i, n. Schabmesser, Meißel. *Instrumentum artificum.*

Scamnum, i, n. Bank. R. *a* σκάμμον. *Syn.* Sedes, scabellum.

Scandalum, i, vulg. Aergerniß. *Syn.* Offensio, pravum exemplum, res mali, pessimi exempli. *Phras. Cave, ne des scandalum, vulg.* hüte dich, daß du kein Aergerniß gebest. Cave, ne ætati maxime lubricæ atque incestæ vita tua nequitiæ exempla præbeat. Ne periculosam exempli imitationem filiis prodas; ne tua perversitate offensionem præbeas; nequid malo exemplo facias, aut dicas, ne contagione morum alios evertas; nequid offendas exempli pravitate; ne barbaræ licentiæ exemplum in mores hominum transferas; ne mores tuos in alios transfundas. V. *Exemplum.*

Scando, is, di, sum, ere. steigen. *Syn.* Ascendo, conscendo. *Phras. Montem scandere*, den Berg besteigen. Superare montis verticem; in ardua evadere; superare iniquitatem loci; occupare montis jugum.

Scapha, æ, f. Schifflein. *Syn.* Linter longis navibus subserviens, navicula. *Usus.* E navi in scapham se conjecit.

Scaphium, ii, n. Rauchfaß, Trinkgeschirr. *Syn.* Scyphus. In scaphia modum formatus.

Digitized by Google

Sca-

Scapula, æ, f. Schulterblat. *Syn.* Humerus

Scateo, es, ui, ere. quellen, voll ſeyn. *Syn.* Scaturio V *Plenus*

Scaturio, is, ivi, itum, ire, hervorquellen, entſpringen *Syn.* Emano effluo, erumpo. V. *Origo.*

Scelerate, ſchändlich, gottlos. *Syn.* Per ſummum ſcelus, nefario ſcelere *Uſus.* Bellum ſcelerate ſuſceptum, ſceleratiſſimè geſtum.

Sceleratus, a, um. laſterhaft, ſchändlich. *Syn.* Conſceleratus, ſceleſtus, nefarius, improbus, impius ſcelere contaminatus, omni ſcelere coopertus. *Phraſ. Homo ſceleratiſſimus*, ein überaus laſterhafter Menſch. Homo poſt homines natos turpiſſimus, omni flagitio contaminatus; omnium ſcelerum, flagitiorumque documentum; homo nefarius, ex omni ſcelerum colluvione natus; unus omnium latronum teterrimus; libidine & ira effrenatus; in omni genere flagitiorum volutatus. Homo omnium, quos terra ſuſtinet, conſceleratiſſimus; omnibus divinis, humanisque obrutus ſceleribus, nec pro ſcelere, ſed monſtro habendus. Homo crudelitate cæcus, ac ſcelere ſacrilegus, perjuriis aſſuetus; vitiorum ac probrorum pleniſſimus; omnibus flagitiis nobilitatus; omnibus vitiis deformatus; affluens omni ſcelere; monſtrum ex cœno & ſanguine concretum. Homo ſummis ſceleribus obſtrictus; furens audacia, ſcelus anhelans, maximo furore inflammatus. Homo bipedum nequiſſimus; promptus ad vim, paratus ad ſeditionem, audax ad omne facinus, ad audendum projectus; ad omnem nequitiam educatus, eruditus, projectus; omnibus flagitiis coopertus. Homo, in quo nihil eſt, præter maxima peccata, maximamque pecuniam; qui multa in Deum hominesque, impie, nefarie commiſit; plurimis ſe ſceleribus obſtrinxit; qui maxima in ſe ſcelera concepit; omnia repagula juris & honeſtatis, pudoris & officii perfregit; qui in omnia ſe flatia ingurgitavit, omnia divina & humana jura nefario ſcelere polluit. Fingi flagitium nullum poteſt quo ſe ille non contaminaverit; ejus vita omnibus flagitiis eſt inquinata. Homo ſummorum facinorum, omnium flagitioſorum poſtremus, & in quo omnia ſunt ad perniciem profligata; ſcelerum omnium artifex, & architectus. Homo inſignite nequam; quo in portento cum ſumma turpidine ſumma impudentia eſt conjuncta. Homo immani natura, moribus feris, ac omni vitiorum genere infamibus. *Uſus* Impurus homo, ac ſceleratus. V. *Commaculo*, *Improbus*

Sceleſte, ſchändlicher Weiſe, laſterlich. *Syn.* Scelerate.

Sceleſtus, a, um. laſterhaft. *Syn.* Sceleratus. *Phraſ. Sceleſtos homines urbe pellere*, die laſterhaften Leute aus der Stadt ſchaffen. Scelerum ſentinam ex urbe ejicere; vitiorum ſentinam exhaurire. Homines furentes audacia, ſcelus anhelantes, peſtem patriæ nefarie molientes ex urbe emittere, ejicere, depellere; monſtris illis ac prodigiis ſcelerum, a quibus pernicies certa comparata eſſet civibus, ex urbe ejectis, rempublicam relevare ac recreare

Scelus, eris, n. Laſter, Schandthat, Unthat, Uebelthat *Syn.* Flagitium, facinus, fraus capitalis, atrocitas ſceleris. *Epi.* Acerbiſſimum, alienum, apertum, clandeſtinum, conſulare, deteſtabile, domeſticum, immane, impium, importunum, inauditum, incredibile, indignum, inexpiabile, inſigne, inteſtinum, meditatum, nefandum, tantum, uſitatum. *Phraſ.* 1. *Scelus atrox admiſit*, er hat ein grauliches Laſter begangen. Nefarium ac ſceleſtum facinus auſus eſt; atrox, ſingulare maleficium admiſit, contraxit, grande piaculum admiſit, contraxit; capitalem fraudem auſus eſt; inexpiabile faainus admiſit; cupiditas effrenata præcipitem animum ad ultimum nefas impulit; maximo ſe ſcelere adſtrinxit, contaminavit, devinxit, alligavit; ſcelus ingens admiſit, ſuscepit, edidit; cum multa improbe, multa audacter ac perfectiſſime fecerit, graviſſimum tamen ſcelus tum concepit, molitus eſt, fecit, perfecit. cum &c 2 *Scelus complex eſt, vulg.* er hat Theil an dieſer Laſterthat. Sceleris ſo ietate conjunctus; culpæ ſocius; criminis conſcius ac particeps; in eodem ſcelere verſatus eſt; ejus facinoris ſatelles & adminiſter fuit. 3. *Non eſt ſimplex ſcelus hoc*, das iſt kein einfaches Laſter. Nullum ſcelus abeſt ab eo ſcelere; in uno illo ſcelere inſunt omnia ſcelera; multiplex in uno facinore crimen eſt; ſcelerum genus omne uno in facinore continetur. *Uſus.* Scelerum architectus & machinator. Scelus atrox concipere

Digitized by Google

suscipere, begehen. Scelus scelere cumulare, ein Laster über das andere begehen. Omnium scelerum genere imbutus. In scelere volutari. Abesse a scelere longissime; scelere solutus, a scelere liberatus est. V. *Conscientia mala, crimen.*

Scena, æ, f. Schaubühne. R. *a* σκηνὴ. *Syn.* Cavea: fabula. *Epi.* Argentea, magna, referta sceleribus. *Usus.* Ludorum elegantia, scenæ magnificentia. In scenam redire. Scenæ servire, *tempori se accommodare*, sich in die Zeit schicken. De scena decedere.

Scenicus, a, um. zur Schaubühne gehörig. *Usus.* Scenicæ personæ, ut mimi, histriones.

Sceptrum, i, n. Zepter. R. *u* σκῆπτρον. *Usus.* Rex cum purpura & sceptro, & insignibus regiis.

Scheda, æ, f. Schreibtafel, Zettel. *Syn.* Tabella; pagella.

Schema, atis, n. Redzierde. *Usus.* Verborum ornamenta, & sententiarum lumina, quæ schemata Græci vocant.

Schola, æ, f. Schule. *Syn.* Ludus litterarius, gymnasium. *Phras.* 1. *Sunt ibi scholæ publicæ*, allda sind öffentliche Schulen. Patet ibi litterarum ludus, quo juventus in disciplinam convenit; est ibi doctrinarum sedes nobilis, ad quam disciplinæ causa juventus frequens concurrit; est ibi nobilium ingeniorum altrix gymnasium; est optimarum artium domicilium; litterarum, divinæ humanæque scientiæ officina fama nobilis; habent ibi & bonæ artes suum sacrarium, & quoddam quasi Musarum templum; nec scholasticæ palæstræ copia deest. 2. *Multi hic scholam frequentant*, hier gehen viele in die Schule. Frequens hic juventus in disciplinam convenit; frequens hic juventus disciplinæ causa ad præceptores concurrit; frequentes hic magistris operam dant; multi hic studiorum causa in ludum eunt; scholas obeunt; gymnasium terunt, V. *Frequento.* 3. *Scholam amplius non frequentat*, er geht nicht mehr in die Schule. Ludo multam salutem dixit; manum ferulæ subduxit; bonarum artium disciplinis nuntium remisit. *Usus.* Homo e schola, atque a magistro recens. Scholæ strepunt discentium vocibus. Schola soluta, dimissa, zu Ende der Schule. Scholam explicare, in librum conferre, *id est, quæstionem umbratilem.*

Scholion, f. Scholium, ii, n. kurze Anmerkung, Erklärung über eine dunkle Stelle. *Syn.* Interpretatio brevis, *vel* defensio.

Scienter, wissentlich. *Syn.* Scite, intelligenter, apte. *Usus.* Scienter versari in re aliqua. Iis, quæ habes, scienter utere, & modice.

Scientia, æ, f. Wissenschaft. *Syn.* Doctrina, disciplina, rerum cognitio, intelligentia, prudentia.)(*Inscitia, ignoratio.* *Epi.* Admirabilis & incredibilis, pene divina, cortissima, civilis, excellens, eximia, finitima, litigiosa, necessaria, obscurior, par, peregrina, externa, perfecta, potior, præstabilis, quæstuosa, similis, summa, tanta, tenuis, vicina, utilis. *Phras.* 1. *Scientiæ in scholis cum virtute sunt conjungendæ*, in den Schulen muß man die Wissenschaften mit der Tugend zugleich erlernen. In gymnasiis progressiones, progressus non in bonis tantum artibus, sed in virtutibus etiam juventus faciat, necesse est; in scholis non ingenuarum solum artium studia, sed virtus etiam, divinusque cultus vigeat; juventus in schola disciplinis simul & virtutibus imbuatur & erudiatur; qui scholas frequentant, non doctrinæ modo, sed virtutis quoque studiosi sint; scholarum alumni diligentiam omnem ad comparandam tum doctrinam, tum virtutem adhibeant, necesse est. In scholis virtus a litteris abesse, segregari non debet; in societatem doctrinæ virtutis studium se offerat, necesse est. 2. *Scientiam in geometricis non vulgarem habet*, er hat eine ungemeine Wissenschaft in der Feldmeßkunst. Geometricis litteris perfecte est eruditus; geometriam penitus cognovit, callet omnino; in geometria excellit, vincit omnes, nemini secundus est, parem habet neminem, superior est omnibus; geometricis disciplinis apprime excultus est; in geometricis litteris ita processit, ut ad summum pervenerit. *Usus.* Omnes trahimur ad scientiæ cupiditatem. Scientias facile percipere. Aliquid scientia comprehendere. Habere scientiam multarum artium. Scientias alicui tradere. Oratoris actio scientia non continetur. Scientia rei militaris, oratoriæ, juris civilis.

Scilicet, nämlich. *Syn.* Videlicet, nempe, nimirum, certo, profecto, nam, enim. *Usus.* Quis? tu ipse scilicet. Arma quærenda sunt scilicet.

Digitized by Google

licet, ut novum dominum patiamur.

Scindo, is, scidi, scissum, ere. spalten, zerhauen, zerschneiden. *Syn.* Conscindo, discindo, seco, reseco, amputo, cædo, findo, diffindo. *Usus.* Ipse dolorem meum ne scindam. Conam scindere

Scintilla, æ, f. Fünklein R a σπινθήρ. *Syn.* Igniculus. *Usus* Neque scintilla deterrimi belli relinquatur.

Scintillo, as, avi, atum, are. funkeln, schimmern. *Syn.* Splendeo, emico. *Usus.* En, ut oculis scintillant.

Scio, is, scivi, scitum, ire. wissen. *Syn.* Habeo, teneo, cognosco, cognitum habeo, non ignoro, non sum nescius, scientiam meam non fugit; me non latet, præterit; scientia comprehendo, scientiam habeo, perspectum mihi est, mihi conscius sum, mihi de re aliqua certum est; apertum mihi est, non obscurum, notum mihi est; patet mihi res, in promptu est, non est ignotum, liquet; exploratum perspectumque habeo.)(*Nescio. Adv.* Admodum, nihil, celeriter, certo, latine, græce, lente, luculenter, mature, mediocriter, melius, plane, probe. *Phras.* 1. *Scio res tuas omnes & consilia*, ich weiß um alle deine Sachen und Gedanken. Non sum rudis rerum tuarum; probe scio, non est occultum, exploratissimum mihi est; non me fallit; non me fugit, quid agas, quid moliaris. Ad me quoque rerum tuarum conscientia pertinet, quando ipse me conscium voluisti. Patent res tuæ ac consilia, quando ipse me eorum participem fecisti. 2. *Scio, quid agam*, ich weiß, was ich zu thun habe. Certum habeo, quid agam; exploratam & explicatam habeo rationem consilii, salutis meæ. Quemadmodum expediam exitium hujus rei, reperi. Deliberatum cum animo habeo meo, quæ consilii ratio mihi sit tenenda, ineunda. 3. *Scio, multos mihi esse perinfensos*, ich weiß es wohl, daß mir viele feind sind. Haud me fallit; haud ignarus sum; non sum nescius; satis gnarus sum, multos animo in me esse perinfenso. Compertum habeo; exploratissimum habeo; pro certo, pro comperto, pro explorato habeo; certum, cognitum, perspectum, exploratum habeo; multos periniquo esse in me animo. V. *Cognosco.* 4. *Nihil adhuc scio de re*, ich weiß noch nichts von der Sache. Nihil comperti habeo; res etiamnum clam me est; fugit etiumnum, latet me res ea. V. *Nescio, ignoro. Usus.* Latine luculenter scio. De iis nihil scire, aut axistimare queo. Sed non venerat, quod sciam, so viel ich weiß, ist er noch nicht gekommen. Prudens sciensque fecit, mit Bedacht thun.

Scipio, onis f. Stecken, Stab.

Sciscitor, aris, atus sum ari. forschen, nachfragen *Syn.* Scitor, quæro, percontor. *Usus.* Ab, *vel* ex aliquo sciscitari sententiam. Sciscitari de aliqua re. V. *Interrogo.*

Scisco, is, scivi, scitum, ere wissen, forschen, verordnen. *Syn.* Sancio, edico, scitum facio. *Adv.* Nominatim. *Usus.* Sciscere legem, ein Gesetz machen.

Scite, artig, geschicklich, schön, weislich. *Syn* Scienter, non inscite. *Usus.* Statua, scite & venuste facta. Scite dicere aliquid.

Scitor, aris, atus sum, ari forschen, nachfragen *Syn.* Sciscitor.

Scitum, i, n. Schluß, Satzung. *Syn.* Lex, jussum *Usus.* Brutus scitum fecit, ne &c.

Scitus, a, um. fein, zierlich, artig. *Syn* Lepidus, elegans, festivus. *Usus.* Scito sermone & Attico loqui. Vetus illud Catonis admodum scitum est. V. *Venustus.*

Scopæ, arum. f. Besen *Epi.* Dissolutæ. *Usus.* Scopæ, ut est in proverbio, dissolutæ.

Scopulosus, a, um. felßig, schroffig. *Usus.* Mare infestum & scopulosum. Intelligo, quam scopuloso & difficili loco verser.

Scopulus, i, m Steinklippe, Fels. *Syn.* Saxum. *Usus.* Navis ad scopulum afflicta. Ad scopulum offendere. Nunquam tuas rationes ad eos scopulos appulisses Syrtim patrimonii, scopulum libentius dixerim.

Scopus, i, m. Zweck, Endzweck, Ziel, Augenmerk, Absicht. R. σκόπος. *Syn.* Quo spectamus, finis, propositum. *Phras Hic scopus erat meus*, dieß war mein Ziel, und Absehen. Hoc spectavi; hoc secutus sum; id egi; huc retuli mea consilia; huc retuli cogitationes omnes; huc mentem direxi; hunc consilia contuli; hoc spectabat animus meus; hic animo meo, meisque consiliis scopus erat; hic erat finis, hic terminus, quo intendebantur cogitationes meæ; hæc erat quasi meta, quo ut pervenirem, laboravi atque vigilavi; huc me voluntas.

Digitized by Google

hunters, huc judicium & ratio ducebat, ut &c. hic animus, hæc mihi lex erat; hoc mihi propositum erat; hoc unum habebam propositum, ut &c. V. *Consiliuvi, cogitatio, propono. Usus.* Sed neutri scopus est iste, ut beati simus, quo alioquin omnia vivendi, recteque faciendi consilia sunt referenda.

Scorpius, ii, m. **Scorpion.**

Scortator, oris, m. **Hurenjäger.** *Syn.* Scortorum amator.

Scortor, aris, atus sum, ari. **Unzucht treiben.** *Syn.* Vitam in lustris ago; tempus ætatis omne in lustris consumo; cum scortis volutor.

Scortum, i, n. **Metze.** *Syn.* Meretrix, lupa *Epi* Vulgare. *Usus* Cum scorto libere volutari. V. *Meretrix.*

Screo, as, avi, ätum, are. **reuspern.**

Screator, oris, m **Rensperer**

Screatus, us, m. **das Ausreuspern.**

Scriba, æ, m. **Schreiber.** *Syn.* Scriptor. librarius *Epi* Ædilitius. *Usus.* Scriba, qui rationes ad ærarium retulit. Scribæ, qui nobiscum in rationibus monumentisque publicis versantur.

Scribo, is, psi, ptum, ere **schreiben** *Syn.* Litteras pingo, formo; litterarum elementa conformo; litterarum formas effingo; litterarum figuras formo, **schreiben, Buchstaben machen.** Litteras conscribo. exaro, do, mitto. **Briefe schreiben.** Litteris consigno, scriptis mando, litteris prodo, publicis monumentis consigno; memoriæ, posteritati prodo; monumentis mando, prodo; memoriæ, historiæ mando; memoriæ, posteritati propago; chartis prodo; litteris mando, consecro; in annales, fastos refero; hominum memoriæ sempiternæ trado; immortalitati trado, mando, commendo, **aufschreiben, in die Bücher eintragen.** Librum conficio, compono, efficio, **ein Buch schreiben.** *Phras.* 1. *Elegante sane charactere scribis*, **du hast wohl eine schöne Handschrift.** Elementa conformas venustissime, litterarum formas pingis tanquam typis æneis expressas, calamo ad venustissimam speciem typorum proxime accedis; litterarum elementa pingis, formas sane bellissimas; bella, venusta, exquisita, luculenta manus est, quæ ista scriptura persequitur. Nihil in tota scriptione non egregie concinnatum est, ductus bellissimi, litteræ tanta proportione, & tam composito mutuo respondentes; versibus præterea paribus intervallis a summa pagina ad imam usque dirimptis & nulla omnino in parte vacillantibus, ut velut ad amussim directi, nusquam a recto tramite deflectant, lectoremque liberali quadam voluptate demulceant. Non inæquales litteræ, non vacillantes; litterarum formæ non illepidæ, aut invenustæ; elementa non tristia ac deformia figura litterarum non fœde, inscite, indecore pictæ, sed velut pictura bellissime concinnata oculis blandiuntur. 2. *Scribe ad me saepius*, **schreib mir öfters;** *de litteris seu epistolis.* Ne quæso, litteris parcito, crebris nos litteris appellato, libet enim tecum garrire, & tametsi pagella altera procedat, tertiam etiam completo; res omnes litteris persequere; quoties ad amicos, eodem etiam oleo ac opera aliquid ad me exarato. 3. *Livius res Romanas egregie scripsit*, **Livius hat die römischen Geschichten sehr wohl geschrieben;** *de tibris* Livius de rebus Rom. egregia scripta reliquit; res Rom. divinitus perscripsit; res Rom. littteris mirifice illustravit; litteris mandavit consignavit Rom. nomen scriptis celebravit & illustravit; Romanorum bella pulcherrime contexuit; rerum Roman. commentarios confecit absolutissimos, res Rom. posteritati, litteris prodidit. 4. *Docte & erudite scribit*, **er schreibt sehr gelehrt;** *de modo & stili genere.* Scribendi laude excellit: raram quandam laudem in scribendo consecutus est; præclara sunt, quæ ingenio studioque parit, quæ ejus industria elaborat: mirabiles, minimeque vulgares sunt ingenii & industriæ ejus fructus; scribit, ut pauci; quidquid ille ex se promit, delectat alios, ipsum vero laudibus illustrat; nihil scribit nisi perfectum ingenio, industria elaboratum; scripta ejus miro verborum cultu sunt perpolita, & omni elegantiarum genere ornatissima, refertissima. *Usus.* Alii rem versibus luculenter scripsere. Scribere de aliquo asperius. Liber de rebus rusticis scriptus. V. *Littera, Litteræ, Epistola.*

Scriptio, onis, f. **das Schreiben.** *Syn.* Stilus, scriptura *Epi.* Philosophica. *Usus.* Nihil ad dicendum magis proficit, quam scriptio.

Scriptito, as, avi, atum, are, **oft schreiben.** *Usus.* Te quidem, Antoni, multum scriptitasse non arbitror.

Digitized by Google

Scriptor, oris, m. Schreiber, Schriftſteller. *Epi.* Aſtutus, ſane bonus, doctus, ferreus, luculentus, peritus, politus, præſtans, ſanctus, egregie ſubtilis, vetuſtiſſimus. *Uſus.* Ferreus ſcriptor, ſed auctor bonus. Scriptor, ut temporibus illis luculentus.

Scriptum, i, n. Schrift oder Buch. *Syn.* Scriptura, monumentum, litterarum monimentum. *Epi.* Abſurdum, inutile, indignum, ambiguum, antiquius, legitimum, neceſſarium, privatum, probabile. *Uſus.* De ſcripto dicere, recitare Plato ſcriptum, *vel* in ſcriptis reliquit Scriptis res ſuorum temporum mandare, celebrare, illuſtrare.

Scriptura, æ, f. Schrift. *Syn.* Scriptum. *Epi.* Aſſidua, contraria, diligens, ſuperior. *Uſus.* 1. Mendum ſcripturæ litura tollitur. 2. *Scriptio*, das Schreiben. Ea, quæ ſcriptura perſecutus eſt, exſcripta confignataque ſingulis attribuere. Genus ſcripturæ liberum ac incitatum. 3. *Ratio eorum, qui portoria paſcuae publica vel decumas redimebant*, Weidezins, Geld, welches jene gaben, die ihr Vieh auf die gemeinen Weiden treiben ließe; wobey die Zahl des Viehs aufgeſchrieben, und darnach der Abtrag eingerichtet wurde. Per magiſtros ſcripturæ & portus & noſtrarum dioeceſium. Neque ex portu, neque ex ſcriptura veſtigal conſervari poteſt, aus dem Zollamte. Pro ſcriptura ſacra, H. Schrift. *Latine*: Libri divini, divinæ litterræ; divinarum legum, divinorum ſcriptorum monimenta; ſacræ litterræ, codex ſacer.

Scrobs, is, f. Grube. *Uſus.* Scrobem facere, ſubigere, invertere.

Scrupi, orum, m. Stein im Brettſpiele *Syn.* Lapides, quorum in teſſerarum ludo uſus.

Scrupuloſus, a, um. ſteinigt. *Syn.* Aſper, anxius, triſtis, ſolicitus, dubius, homo non intacti religione animi; ſimplex ac religioſus; religione attonitus; religione quadam obſtrictus; qui in religionem trahit, vertit aliquid; æquo religioſior; qui religioni ſibi ducit, admittere quidquam, quod culpæ vel ſpeciem præferat, ängſtig, ſchwermüthig. *Phraſ. Scrupuloſus eſt*, er iſt ängſtig im Gewiſſen. Aſſiduis ex recordatione vitæ prioris ſcrupulis pungitur, nullamque ægro ſaucioque animo quietem capit; animum gerit, neſcio, quibus religionibus obſtrictum; nimis exiguo, exiliter religioſeque omnia ad calculos revocantem; anxiis illum curis, & ſolicitudinum aculeis male accipitur, afficitur, torquetur. Pungunt hominem, diesque ac noctes ſtimulant, neſcio, qui ſcrupuli ex ſuperioris vitæ memoria relicti; torquent animum, exedunt, neſcio, qui curarum ſolicitudinumque ſtimuli ex latentis ſuſpicione mali profecti; verſant animum novæ ideoque ſuſpiciones, pavores, metus, fluctus æſtusque ſolicitudinum, neſcio, cujus piaculi conſcientia excitati. V. *Scrupulus*, *anxius*. *Uſus.* Tandem e ſcrupuloſis his cautibus enavigavit oratio.

Scrupulus, i, m. Sandſteinlein. *Syn.* Exiguus lapillus calceo injectus; *transl.* Solicitudo, dubitatio, ſuſpicio, religio, Scrupel, Zweifel, Angſt. *Phraſ.* 1. *Injectus eſt populo ſcrupulus*, das Volk hat ſich ein Gewiſſen gemacht. Offuſa animis oculisque populi religio; moti ſunt in religionem animi populi; ea res populo in religionem venit; religioni ſibi populus duxit; oblata, injecta eſt populo religio; hic vero, neſcio, quæ ſuperſtitio mentes omnium occupavit, hic vero populum cepit religio; hic vero non magna res religionem incuſſerat hominibus; multitudinem juſtæ religionis implevit; religione hic nova obſtrictus eſt populus; hic vero res novæ cumulavit religiones populi; nova hic populum inceſſit religio. 2. *Facerem mihi ſcrupulum*, *vulg.* ich machte mir ein Gewiſſen dabey. Religioni haberem, mihi ducerem; religio mihi eſſet; haud ſane liber religione animus eſſet; religione impediri, conſcientia impediri me putarem; religione quadam tangeret; haud ſane intactus religione futurus eſſet mihi animus, ſi, &c. 3. *Scrupulum habeo*, ich habe noch einen Scrupel. Scrupuli aliquid in animo reſidet, quod me dies noctesque ſtimulat ac pungit; morſus tamen, & contractiunculæ quædam animi adhuc relictæ ſunt; ſcrupulus reſtat unus, qui me male habet; discruciat animum ſuſpicio quædam latentis in tam ſpecioſa cogitatione piaculi; angit me, ſollicitat, torquet pungens hæc animi cura; discrucior animo, quoties in mentem venit præteritæ ætatis. V. *Scrupuloſus*. *Religio*. 4. *Scrupulum iſtum facile tibi eximam*, ich werde dir dieſen Gewiſſenszweifel leicht aufloſen. Scrupulum iſtum ex animo facile [illegible] hanc

Digitized by Google

facile eximam; animum religione hac facile exsolvam; animum religione hac facile levabo; religionem istam adimam, auferam, tollam, eripiam; ista te religione liberabo. *Usus.* Hunc mihi ex animo scrupulum evelle, qui me dies noctesque pungit ac stimulat. Quem mihi odiosum de filio scrupulum injecisti, adhuc in me residet. Domesticarum solicitudinum aculeus & scrupulos occultare. V. *Anxietas.*

Scruta, orum, n. allerley, altes Gerümpel. *Usus.* Vilia scruta vendere.

Scrutor, aris, atus sum, ari. nachfragen, nachsuchen. *Syn.* Inquiro, excutio. *Adv.* Furacissime. *Usus.* Libros reconditos scrutari. V. *Indago, meditor, cogito.*

Sculptus, a, um. geschnitzt. *Usus.* E saxo sculptus, *alias* scalptus.

Scurra, æ, m. Lotterbube. *R.* a σκὼρ, *stercus, sordes.* *Syn.* Sannio. *Usus.* Scurra facetus, omnibus modis risum captans. Scurra improbissimus; facie magis, quam facetiis ridiculus; qui se tamen populi delicias vult existimari.

Scurrilis, e. leichtfertig, bübisch. *Syn.* Obscœnus. *Usus* Risus, jocus, dicacitas scurrilis & mimica.

Scutatus, a, um. schildig, einen Schild tragend. *Usus.* Milites scutati, hastati.

Scutella, æ, f. Schüsseleiß, Schaale. *Usus.* Demus scutellam dulciculæ potionis.

Scutica, æ, f. Karbatsche, Peitsche. *Syn.* Flagellum ex pelle. *Usus.* Dignus scutica.

Scutum, i, n. Schild. *Syn.* Clypeus. *Usus.* Miles ignavus abjecto scuto fugit, quantum potest

Scyphus, i, m. Becher, Trinkgeschirr. *Syn.* Poculum.

Secedo, is, cessi, cessum, ere. abtreten, beyseit treten. *Syn.* Decedo, recedo, ex turba me evolvo. *Usus.* Secedant improbi, secernant se a bonis.

Secerno, is, crevi, certum, ere. absondern, abscheiden. *Syn.* Separo, distinguo, disjungo. *Usus* Secerne te a pravis. Secernere & internoscere unum ab altero, Salutaria a pestiferis, vera a falsis, animum a corpore secernere. V. *Separo.*

Secessio, onis, f. Abtretung, Trennung. *Syn.* Discessio, abscessio, seditio. *Usus.* Secessionem facere. Secessionem credebam, non bellum. V. *Seditio.*

Secessus, us, m. abgelegener Ort.

Seclus minder, weniger, anders. *Syn.* Minus. *Usus.* Impedimentum est, quo secius lex feratur.

Secludo, is, si, sum, ere. ausschließen. *Syn.* Secerno. *Usus.* Domus seclusa a strepitu populari.

Seco, as, cui, sectum, are schneiden. *Syn.* Exseco, reseco. *Usus.* Corpus uri & secari patimur.

Secretio, onis, f. Absonderung. *Syn.* Disjunctio. *Usus.* Est enim interitus quasi discessus & secretio earum partium, quæ &c.

Secreto, heimlich, in geheim. *Syn.* Clam; remotis arbitris. *Usus.* Hæc inter paucos secreto narrantur V. *Clam.*

Secretus, a, um. abgesondert, heimlich. *Syn.* Separatus, sejunctus, seclusus, arcanus, a conspectu amotus, remotus. *Phras.* *Quae secreta esse voluisti, ex me nemo resciet*, was du mir in geheim vertrauet hast, wird niemand aus mir herausbringen. Arcanorum fidem servabo, præstabo integram; premam fideli silentio, tacita relinquam, quæ tu in aurem mihi; nemo arcana tua consilia ex me exsculpet, exprimet, eliciet; nemo consilia, quæ tu occulta esse voluisti, ex me expiscabitur, eblandietur. V. *Taceo.* *Usus.* Succus secretus a reliquo cibo. Stellarum sphæra ab ætherea conjunctione secreta & libera.

Secta, æ, f. Sekte, Parthey, Anhang. *Syn.* Familia, schola, disciplina; partes, factio, ratio vitæ, ratio philosophandi; hæresis. *Epi.* Difficilis atque ardua. *Usus.* Horum nos hominum sectam atque institutionem prosequimur. Antonii sectam secutus est. Philosophorum hæresis, secta, disciplina V. *Haeresis.*

Sectator, oris, m. Nachfolger. *Syn.* Consectator, amator, æmulus. *Usus.* Gabinii comes est, vel sectator.

Sectio, onis, f. Theilung, Abtheilung, Gant. *Syn.* Auctio. *Usus* Prædæ sectio venit. Pecuniam pro sectione debere

Sector, aris, atus, sum, ari. nachfolgen. *Syn* Assector, comitor *Usus.* Sectari aliquem per omnia fora. Ejusmodi est, ut pueri eum sectentur. V. *Sequor.*

Sector, oris, m. Theiler des verfallenen Guts *Syn.* Qui proscriptorum bona in auctione emit *Epi.* Audacissimus. *Usus.* Antonius sector Pompeji.

Digitized by Google

Sectura, æ, f. ein Schnitt, Hieb *Usus.* Sectura ærariæ, ferrariæ, *fodinæ.*

Seculum, i, n. Zeit von hundert Jahren. *Syn.* Ætas, multorum annorum spatium. *Usus.* 1. Sempiternis seculorum ætatibus non mutari. Omnium seculorum posteritas. Est hujus seculi labes quædam & macula, virtuti invidere. Hujus seculi insolentiam vituperabat. 2. *Seculum.* Welt, weltliches Leben. *Vulg. Latine*; Res fluxæ, caducæ, infimæ. 3. *Unde* & secularis, Weltmensch. *Vulg.* Latine: homo profanus.

Secundanus, a, um. von der andern Ordnung. *Usus.* Milites secundani.

Secundarius, a, um. der nächste nach dem ersten. *Syn.* Secundus, proximus. *Usus.* Primum illud, secundarium vero istud.

Secundo, zum zweyten, zweytens. *Syn.* Iterum, deinde.

Secundo, as, avi, atum, are. beglücken. *Syn.* Prosperum reddo. *Usus.* Dii incepta secundent.

Secundum, nach, neben. *Syn.* Post. *Usus.* 1. Secundum hunc diem adero. Maximum secundum deorum opes imperium. Secundum Deum parentes honorandi. 2. *Pro, juxta, ex*, für, nach, aus. Prætor secundum me tulit sententiam. Secundum tabulas litem dare. Secundum naturam vivere. Secundum Platonem aliter differendum est. 3. *Non procul, prope, penes, propter, ad*, neben, unweit. Secundum littus ambulare.

Secundus, a, um. der zweyte. *Syn.* Alter. *Usus.* 1. Omnium judicio secundus. 2. *Prosper, ad voluntatem nostram fluens*, glücklich, günstig. Exercitus noster secundo prælio est usus. Secundis rebus; ventis secundis. Omnia secundissima nobis, illis adversissima accidere. Secunda concionis admurmuratione audiri. V. *Felix.*

Securis, is, f. ein Beil, Axt. *Epi.* Funesta, gravior. *Usus.* Aliquem securi ferire, percutere. Cervices securi subjicere. Securim infligere, injicere rebus alicujus, *graviter laedere*, großen Schaden thun.

Securitas, tis. f. Sicherheit. *Syn.* Requies curarum, tranquillitas, otium. *Epi.* Blanda, maxima, mira, optata. *Usus.* Securitatem civibus præstare. Securitatem appello vacuitatem ægritudinis. V. *Securus.*

Securus, a, um. sicher, ruhig, sorgloß, unbekümmert. *Syn.* Sine cura. *Phras.* 1. *Miror, qui in tanto motu securus sis adeo*, mich wundert es, wie du in so großer Ungestümme so sicher und ohne Sorge seyn kannst. Qui fieri possit, ut his tempestatibus prope solus in portu sis; in alteram aurem dormias: non modo sine cura quiescas, sed sine metu spirare etiam possis; omnia tuta & insidiis vacua arbitreris; aliorum naufragia velut ex terra intuearis; tempestatem adeo periculosam, insidiosam, infestam non formides; res tuas in tuto collocatas, te ipsum extra teli jactum positum existimes; nihil tot saxa, tot cautes timeas; ita sine metu ætatem agas; animo agas otioso & tranquillo; velut in portu naviges; in utramque aurem otiose dormias, velut res in vado, in tuto, in tranquillo esset. 2. *Securos esse jussit*, er hat ihnen alle Sicherheit versprochen. Spem affirmavit sociis; periculum, noxam, damnum præstitit; omnem securitatem præstitit; securos reddidit; metum curamque iis ademit, exemit. *Usus.* De ea re securus sum. Securum te reddo. Securum te esse jubeo.

Secus, anders. *Syn.* Contra, aliter. *Usus.* Recte, an secus, nihil ad nos. Longe secus. Non dixi secus, ac sentiebam.

Sed, aber, sondern. *Syn.* At, ac quidem, certe, autem, verumtamen, porro, verum, vero; haud scio, an. *Usus.* Non de me dixit, sed de sapiente.

Sedate, still, ruhig. *Syn* Tranquille, leniter. *Usus.* Imperare animo suo, & injuriam sedate ferre.

Sedatio, onis, f. Beruhigung. *Syn.* Tranquillitas, placatio. (*Perturbatio. Usus.* Temperantia, modestia, sedatio perturbationum animi, ægritudinum, dolorum.

Sedeo, es, di, sessum, ere. sitzen. *Syn.* Assideo. *Usus.* 1. Malo in tua illa sedecula sedere, quam illorum sella. 2. *Maneo, moror*, sich aufhalten. Totos dies in villa sedere.

Sedes, is, f. Stuhl, Sitz. *R.* ἕδος. *Syn.* Sella; domicilium. *Epi.* Alta, antiqua, celsa, domestica, certa, hospitalis, maxima, publica, stabilis. *Phras.* 1. *Ligures ibi suas sedes habent*, die Genueser wohnen dort. Inter mare alpesque incolunt agrum, terras tenent inter mare alpesque interjectas. 2. *Romæ sibi sedem posuit*, er ist zu Rom häuslich [illegible]

Digitized by Google

werden. Romæ ſedem ſibi ac domicilium collocavit; domicilium fixit; Romæ ſedem ſuarum fortunarum conſtituit. V *Habito. Uſus.* 1. Pulvinos poposcit, & in iis ſedibus ſub platano conſedit. Sedem capere. 2. *Locus, gradus*, Ort, Staffel. Virtus ſola ponatur in ſummi boni ſede. 3. *Domicilium*, Wohnung. Vaterland. Urbs hæc ſedes omnium noſtrum, domicilium imperii. Sedes alibi, ac domicilium collocare. Roma ipſa prope ſuis ſedibus convulſa. Sedem omnium fortunarum Romæ collocavit.

Seditio, onis, f. **Aufruhr, Meuterey.** R. *quaſi* ſeitio, *id eſt*, ſeorſum itio. *Syn.* Discordia, diſſenſio, ſeceſſio, vis, turba, motus populi, *vel* militum, tumultus. *Epi.* Commotá, concitata, nocturna, domeſtica, perniciosa. *Phraſ.* V. *Seditionem motitus eſt*, **er hat einen Aufruhr angeſponnen.** Solicitavit ad defectionem animos; civitatis concitavit; locum ſeditioni quæſivit; ſeditionem ciere auſus eſt; movit ſe ad ſolicitandum ſtatum civitatis; eo auctore ingens momento ſeditio concitata, excitata, facta, commota eſt. Motum molitus eſt, concitavit, attulit reipublicæ ſane gravem ac periculoſum; conflata per eum ſeditio ingens & perniciosa. 2. *Videbatur inde ſeditio extitura*, **es ſchien, als würde es zu einem Aufſtande kommen.** Ad ſeditionem ſpectare res videbatur. Res ad ultimum ſeditionis eruptura videbatur; res ad vim ſpectare videbatur; prope ſeditionem rem eſſe facile apparebat; prope erat, ut victo imperio ſuſtollerent animos; in ſeditionem & discordiam verti omnia videbantur; gliſcere jam ſeditio videbatur. 2. *Seditio erat in urbe*, **es war eine öffentliche Empörung in der Stadt.** Urbs repente ingenti ſeditione exarſit; magno tumultu arſit; urbanus repente motus & ſeceſſio populi facta eſt; conflata ingens eſt ſeditio, jamque ad manus prope ventum erat. 4. *Omnia ſeditionibus plena ſunt*, **es iſt alles voller Aufruhr.** Omnia ſeditionibus ardent; omnia turbulentis, ſeditioſis concionibus ſervent; crebræ ex concurſu multitudinis concitationes fiunt Vulgus ingenio mobili, rerum novarum cupidum, quieti & otio adverſum omnia discordiis miſcet. 5. *Seditionem compoſuit*, **er hat die Aufruhr geſtillet.** Motus compoſuit; ſeditionem lenivit, ſedavit, compreſſit, exſtinxit. Motum rabiemque furentis plebeculæ coërcuit. V. *Sedo, Turba, Tumultus, Uſus.* Seditio in caſtris orta, quamvis ſopita, recrudeſcebat. Caſtra tota ſeditione ardent. Duces ſeditionem vix ſuſtinent.

Seditioſe, **aufrühriſcher Weiſe.** *Uſus.* Seditioſiſſime dicere.

Seditioſus, a, um. **aufrühriſch, aufwieglerisch** *Syn.* Turbulentus; turbæ ac tumultus concitator, fax ſeditionum, factioſus. *Phraſ. Seditioſi hominis*, **aufrühriſche Köpfe.** Qui ſeditioſa coquunt conſilia; qui turbas movent, concitant; qui ſeditiones commovent, conflant, ſeditionum faces per omnes urbis angulos ſpargunt. *Uſus.* Seditioſus civis, & turbulentus.

Sedo, as, avi, atum, are. **beruhigen, ſtillen.** *Syn* Placo, mitigo, lenio, mollio, reſtinguo, ſedationem affero.)(*incito. Phraſ. Sedata eſt ira populi*, **der Zorn des Volks iſt geſtillet worden.** Dies tempusque iras lenit; ſuppreſſa ira eſt; ira deflagravit; miteſcere diſcordia cœpit; furor, quo prius ardebant omnia, continuit; ita conſedit, deferbuit, conquievit. *Uſus.* Discordias, animorum motus, bellum ſine tumultu ſedare ac componere. V. *Placo.*

Seduco, is, xi, ctum, ere. **beyſeits führen** *Syn.* Abduco, in aliam partem duco. *Phraſ Cave, ne ſeducaris, vulg.* **hab acht, daß du nicht verführet werdeſt.** *Latine*: Cave, ne corrumparis aliena pravitate; ne te auferant aliorum prava conſilia; ne de fide ac probitate deducant; de vetere pietatis laude dejiciant; ne animum tuum, nondum conſilio ac ratione firmatum iis rebus pelliciant, quibus capi illa ætas, ac deliniri poteſt; ne in errorem inducaris; ne ab recto & honeſto transverſum agaris. V. *Corrumpo, Exemplo malo eſſe. Uſus.* Cum hæc differuiſſem, ſeducit me Brutus. Seduxit Craſſum, ad eumque retulit.

Seductio, onis, f. **das Beyſeitführen.** *Uſus.* Seductiones teſtium, ſucceſſio ſubſcriptorum.

Sedulitas, tis, f. **Fleiß, Unverdroßenheit.** *Syn.* Officium, diligentia. *Epi.* Arguta, digna aliquo præmio, inſidioſa, ſimulata. *Uſus* Sedulitas nimium arguta non placet. Cornelii operam, ſedulitatem laudo, dignamque præmio cenſeo. V. *Diligentia.*

Sedulo, fleißig, emſig. *Syn.* Diligenter.

Sedulus a, um. fleißig. emſig. *Syn.* Diligens, officioſus, frequens in re quapiam. V. *Diligens.*

Seges, tis. f. allerley Saat. *Syn.* Arva, ager. *Epi* Peterior, læta, ſecunda. *Uſus.* 1. Seges ſpicis uberibus & crebris. Seges matura meſſi. Segetes fruges largiuntur, eædemque effundunt herbas inimiciſſimas frugibus. 2. *Ipſa fruges*, die Früchte ſelbſt. Læta ſeges. 3. *Occaſio, cauſa*, Urſache, Gelegenheit. Quid Clodium odiſſet Milo, ſegetem ac materiam gloriæ ſuæ?

Segnis, e. faul, hinläßig. *Syn.* Piger, languens. *Uſus.* Ego, ſi cui videor ſegnior, &c. V. *Piger.*

Segniter, liederlich, nachläßig. *Uſus.* Segniter ac contumaciter omnia agere.

Segnitia, æ, *vel* Segnities, ei, f. Trägheit, Faulheit, Hinläßigkeit. *Syn.* Inertia. *Epi.* Inertiſſima. *Uſus* Vir ſine ſegnitia verecundus. V. *Pigritia.*

Segrego, as, avi, atum, are. von einander ſchneiden, abſondern, ausmerzen. *Syn.* Sejungo, ſeparo.)(*Congrego.* *Uſus.* Eloquentia nos a vita agreſti ſegregat Scelus ſuum ipſum a republica ſegregavit. V. *Separo.*

Sejugo, as, avi, atum, are. von einander abſcheiden, abſondern. *Syn.* Sejungo. *Uſus.* Pars animi, quæ ſenſum habet, non eſt ab actione corporis ſejugata

Sejunctio, onis, f. Abſonderung.

Sejungo, is, junxi, junctum, ere. abſondern. *Syn.* Segrego, ſeparo, ſemoveo. *Adv.* Privatim. *Uſus.* Fortunam nemo a conſtantia ſejunget. V. *Separo.*

Selectio, onis, f. Auserwählung. *Syn.* Electio, ſecretio. *Uſus.* Rerum ſelectione aliquem exſpoliare. Vitiorum ſelectio.

Seligo, is, legi, lectum, ere erleſen, erkieſen. *Syn* Deligo.)(*Rejicio.* *Uſus.* Exempla panca e multis ſeligere. Omnia expendere ac ſeligere, nec copia imprudenter uti. V. *Eligo.*

Sella, æ, f. Stuhl, Seſſel. *Syn.* Sedes. *Epi.* Aurea, curulis, proxima, vacua. *Uſus.* Sedebat in ſella aurea.

Sellularius, ii, m. der bey ſeinem Handwerke ſitzend arbeitet. *Uſus.* De plebeja fece ſellulariorum.

Semel, einmal. *Uſus.* Antonius ſemel induxit in animum, omnia ſibi licere.

Semen, inis, n. Saame. *Syn.* Materia ſerendi: *tranſlat.* principia, rudimenta. *Epi.* Perexiguum. *Phraſ.* *Innata ſunt virtutum nobis ſemina*, es iſt uns gleichſam der Saame der Tugenden angebohren. Virtutum quaſi ſcintillas quasdam jam in pueris videmus. Ingeniis noſtris congenita quædam ſunt virtutum principia. In parvis etiam vis quædam elucet, & rudimenta virtutum. *Uſus.* 1. Semen ſpargere, jacere. Prodit, exit, grandeſcit ſemen. Seminum vis ad gignendum plurimum valet. Aliquid hominibus a ſtirpe generis & ſeminis ingeneratur Cum terra gremio mollita & ſubacta ſemen ſparſum exceperit. 2. *Principium, origo, materia.* Urſprung, Anfang, Urſache. Semen bellorum, malorum omnium.

Sementis, is, f. Ausſaat. *Syn* Satio. *Epi.* Tanta malorum. *Uſus.* Sementi prohibita, meſſe amiſſa.

Semeſtris, e. halbjährig. *Syn.* Sex menſium.

Semianimus, a, um. halbtodt. *Syn.* Examinatus, ſemivivus, ſopitus vulnere, ac nihil ſentiens, ſemianimis, exſanguis.

Semiaſſus, a, um. halbgebraten. *Syn.* Semiuſtus.

Semicirculus, i, m. halber Zirkel. Semidoctus, halbgelehrt. Semihora, halbe Stunde. Semiliber, halbfrey. Semiplenus, halbvoll. Semivivus, halblebendig. Semiuſtulatus, ſemiuſtus, halbverbrandt. Semiſomnis, halbſchlafend.

Semigro, as, avi, atum, are. weggehen, wandern. *Syn.* Secedo.

Seminarium, ii, n. Pflanzgarten, Baumſchule, Urſprung. *Syn.* Semen. *Uſus.* Ex illo fonte & ſeminario triumphorum. Id erat principium urbis, ſeminarium reipublicæ.

Seminator, oris, m. Säemann, Anfänger. *Syn.* Sator. *Uſus.* Omnium rerum ſeminator, altor, educator eſt mundus.

Semino, as, avi, atum, are. ſäen. *Syn.* Sero.

Semiſſis, is, m. halber As, Halbſt. *Syn.* Aſſis dimidium.

Semita, æ, f. Fußſteig. *Syn.* Trames, via. *Uſus.* Qua via modo exivit, eadem ſemita revertatur; eandem ſemitam teneat.

Semoveo, es, movi, motum, ere. beyſeite legen, wegſchaffen, meiden. *Syn.* Secerno, removeo. *Adv.* Fortiſſime, omnino, ſubtiliter.

Sem-

Digitized by Google

Semper, allezeit, immerdar. *Syn.* Omni tempore, in omni vita, dum genus hominum erit, in perpetuum, nunquam non, ab æternitate; omne tempus ætatis; memoria seculorum omnium; dies omnes, ac noctes; dies noctesque, totos dies, omnibus horis.)(*nunquam*, *paullisper*. *Phraſ.* 1. *Semper celebrabitur id factum*, dieſe That wird zu allen Zeiten gerühmet werden. Vigebit memoria seculorum omnium; nulla erit tam surda posteritas, nulla tam ingrata fama, quæ non in cœlum laudibus factum istud ferat; nulla ætas de ejus facinoris laudibus conticescet. V. *Fama*, *laudo*. 2. *Semper tui memor ero*, ich werde deiner allezeit eingedenk ſeyn. Manebit mihi tui memoria, dum anima superabit; punctum temporis nullum tui memoria vacuum abibit, sine tui memoria præterire patiar; dum anima spirabit mea, tui memoria erit infixa animo sempiterna. V. *Synt. orn.* 39. *Usus*. Quod semper movetur, æternum est. V. *Unquam*.

Sempiternus, a, um. ewig, immerwährend. *Syn.* Æternus. *Usus*. Veræ amicitiæ sempiternæ sunt. Consilia nostra sempiternum spectare debent.

Semuncia, æ, f. halbe Unze, ein Loth.

Senarius, ii, m. ſechs in ſich haltend. *Syn.* Versus jambicus sex pedum.

Senator, oris, m. ein Rathsherr. R. a Senex, *quia prudentia senes in senatum olim legebantur*. *Syn.* Pater conscriptus. *Usus*. Senator, qui consilio ac sapientia gubernat rempubl. auctor publici consilii, & regendæ civitatis dux.

Senatorius, a, um, zur Rathsherrnſtelle gehörig. *Usus*. Ordo, gradus, subsellia senatoria.

Senatus, us, m. der Rath. *Syn.* Ordo amplissimus, summus ordo, consilium senatus, consilium publicum, amplissimum consilium, magistratus, collegium senatorum, ordo reipubl. custos, princeps, præses, propugnator. *Usus* Senatum convocare, vocare, cogere, den Rath verſammeln. Senatum habere, Rath halten. Senatum dimittere, mittere, den Rath ſcheiden, von einander gehen laſſen. Senatum dare, præbere legatis, vor dem Rathe zur Verhör laſſen. In senatum legere, adoptare aliquem, einen zum Rathsgliede machen. Senatu aliquem movere, ex senatu rejicere, aus dem Rathe ausſtoßen. In senatum venit. Senatus discessit. Homo seditiosus senatum sibi ante omnia exstinguendum, delendum censuit.

Senatusconsultum, i, n. Rathſchluß. *Syn.* Decretum senatus; lex, auctoritas senatus. *Epi.* Honorificentissimum, magnificentissimum. *Usus*. Senatusconsultum factum fuit, extat.

Senectus, utis, f. das Alter. *Syn.* Prope acta jam ætas, decursaque; ultimum tempus ætatis, maturitas ætatis, ingravescens ætas, exacta, extrema; ætas præcipitata jam, & a diuturnis laboribus devexa ad otium, canities. *Epi.* Animosa & fortis, calamitosa & præceps, gravis, honorata, jucunda, levis, severa. *Phraſ. Senectus jam propinquat*, das hohe Alter meldet ſich ſchon an. Senectus obrepit; ætas ingravescit; quantulum mihi vitæ spatium restat, supereſt, reliquum est, relinquitur; ætate progredior, procedo, provehor longius, & jam ad exitum vitæ natura pene ipsa me perducit; senectus in proximo est. V. *Senex*, *senesco*, *ætas*. *Usus*. Senectus est occasus vitæ. Ad summam senectutem vivere. Homo senectute confectus. Magnam senectutem adeptus valetudine optima.

Senesco, is, senui, ere. alt werden. *Syn.* Consenesco, senex fio. *Adv.* Sensim. *Phraſ. Ideone senui*, *ut miserior essem*? bin ich denn deswegen alt geworden, damit ich noch elender würde? In hoc me longa infelixque senecta traxit? Ea causa tam longe ætate processi? In hoc tu es tam provecta ætas, tam longæ ætatis usus mihi contigit? An igitur istud erat, cur vitam agerem, viverem tam diuturnam? cur ætatem extenderem? cur inter homines tamdiu agerem, versarer? cur vitæ spatia tam longa decurrerem? cur vitam ducerem, traducerem, transigerem tam diuturnam? cur lucis hujus usura tam diuturna fruerer? cur tantam senectutem adipiscerer? cur ad summam senectutem viverem, ut, quidquid est in vita miseriarum, id in dies magis magisque perſentiſcerem?

Senex, senis, alt, betagt. *Syn.* Ætate confectus, confectus senio, *vel* senectute, exacta ætate, gravioris ætatis homo, per ætatem ad munia publica inhabilis, grandis natu, magno jam natu, annis obsitus; ætate provectior, provectus; præcipiti, senectute; ætate gravis; annis provectus. *Epi.* Debilis, desertus, pene

Digitized by Google

agreſtis, formoſus, firmatus, imbecillus miſer, orbus, pudentiſſimus, optimus, ſtultus, credulus, obliviosus. *Adv.* Admodum. *Phraſ.* 1. *Senex admodum ſum, & decrepitus*, ich bin ſchon ein abgelebter Greis. Grandis natu ſum; ſumma ſenectute confectus; exacta ætate; vir exactæ ætatis; ætate jam gravis & ad munera corporis invalidus; ſenecta jam ætate ſum; nomen & umbram ex me reliſtum videtis; vires corporis affectæ, ſenſus oculorum, atque aurium hebetes, memoria labat, vigor animi obtuſus eſt. Ætate feſſus ſum; ævo admodum proceſſi; annis fractus; viribus defectus, exhauſtus ſum. Curſus mihi vitæ jam pene confectus eſt; decurſum mihi prope eſt vitæ ſpatium; decurſa propemodum ætas eſt; ad metam vitæ propemodum, tanquam a carceribus perveni; extrema pars vitæ agitur. reſtat; ad exactæ prope ætatis terminos conſiſto. V. *Senectus.* 2. *Quis ſcit, an tam ſenex futurus ſim*, wer weiß, ob ich ſo lang leben werde? Vitam quis mihi præſtet ad illud tempus? Explorata ad eum diem vita non eſt; vereor, ne id ætatis homo, vitæ prius, quam votorum metam contingam. 3. *Senior ſum illo*, ich bin älter, denn er. Ætate illum anteceo, natu major ſum; annis præcedo illum; proveſtioris ætatis ſum. *Uſus.* Nemo eſt tam ſenex, qui ſe annum non putet poſſe vivere. Vetus laudatumque proverbium eſt, quod monet, mature fieri ſenem, ſi diu velis eſſe ſenex. Ut de me aliquid more ſenum glorier

Seni, æ. a. ſechs und ſechs.

Senilis, e. altlich. *Uſus.* Specie puerili, ſed ſenili prudentia.

Senium, ii, n. das Alter, Verdruß, Traurigkeit. *Syn.* Senectus. *Uſus.* Civitas iſta ſenio confecta. V. *Senectus.*

Senſim, nach und nach, langſam, allmählig, ſachte. *Syn.* Pedetentim, leniter,)(*Repente Uſus.* Omnis mutatio ſenſim eſt facienda. Senſim ille dicebat cauſæ propria, tu curſum aliena.

Senſum, i, n. Meynung, Sinn *Syn.* Sententia, ſenſus animi, conſilium. *Uſus.* Senſa mentis, & conſilia verbis explicare.

Senſus, us m. Sinn, Verſtand. *Syn.* Facultas corporea & exterior animi intelligentis; intima cogitatio; ſententia, judicium. *Epi.* Acerbiſſimus, æternus, carus, certus, communis, divinus, domeſticus, extremus gravis humanus, intimus, liberior, moderatus, nimius, rectus, voluptuarius, vulgaris. 1. *Phraſ.* 1. *Mortui ſenſum non habent*, die Todten haben keine Empfindlichkeit. Sentiendi vis morte exſtinguitur; morte ſenſus amittitur: mortui ſenſu carent; mortuis nullus ſenſus ineſt *Uſus.* 1. Senſus, interpretes ac nuntii rerum, in capite tanquam in arce mirifice ad uſus neceſſarios collocati ſunt. Senſus ſunt velut viæ quædam ad oculos, nares, aures a ſede animi perforatæ. Quod ſenſibus percipi non poteſt. Cum ſpiritu ſenſum jucunditatis amiſit. Abſtrahere a ſenſu mentis. Ab operis ſenſu aliquem avertere. 2. *Senſum, ſententia, animus, mens, cogitatio*, Meynung, Gedanken. Quis eſt ſenſus tuus ea de re? quæ cogitatio? Vultus oſtendit, quo ſenſu quidvis pronuntietur. Ego de meo ſenſu judico. 3. *Exiſtimatio; judicium, captus.* Urtheil, Verſtand. Eſt hic communis omnium ſenſus. Longe hoc eſt ab imperitorum intelligentia ſenſuque.

Sententia, æ, f. Meynung, Spruch. R. a ſentiendo. *Syn.* Dictum & oratio brevis & præclara: conſilium, mens, opinio, voluntas. *Epi.* Accommodata, acuta, antiquiſſima, certa, communis, conſularis, digna, dubia, firma, graviſſima, illuſtris, libidinoſa, ornatiſſima, perſpicua, regalis, ſenatoria, virilis, utilis. *Phraſ.* 1. *Omnium ſententia eadem fuit, pacem bello præhabendam*, alle waren einer Meynung, man ſollte lieber Friede, als Krieg haben. Pars major in hanc ſententiam ivit, cenſuit, conſenſit, diſceſſit, conceſſit, pedibus ivit. Stetere plerique omnes in eadem ſententia; in pacem inclinavere plerique; haud diſpar erat animorum habitus; nullius ſententia in diverſum tendebat; omnium ſententiæ eo decurrebant, ut pax, ſi poſſet, æquis; ſin minus, tolerandis conditionibus peteretur. Omnes in idem conſilium deſcendere: una erat, conſentiensque vox omnium, pacem bello præferendam; pax præ bello probata eſt, placuit omnibus. 2. *Non permanes in tua ſententia*, du bleibſt nicht auf deiner Meynung. Non perſeveras in ſententia; non tenes, non retines tuam ſententiam; non

Digitized by Google

non manes in propoſito, in ſententia tua. mutas ſententiam conſilium, opinionem; animi ſenſum mutas, deponis: e propoſito declinas, aberras, egrederis, tibi non conſtas, a te diſſentis; labas in ſententia; a ſententia discedis, deſciſcis; de ſententia facile decedis; ad ſententiam aliorum abis. 3. *Improborum artibus a ſententia ſua abductus eſt.* er iſt durch böſer Leute Argliſt von ſeiner Meynung gebracht worden. Improborum artibus factum eſt, ut abjecta vetere ſententia novam ſusciperet; in alia omnia abiret; ſententiam ſuam repudiaret; de ſua ſententia deſiſteret, decederet, improborum malevolentiſſimis obtrectationibus, infenſa iniquaque opera de ſententia depulſus, dejectus, deductus, motus, dimotus, deterritus, detruſus, deturbatus eſt; improborum culpa factum eſt, ut animum ab ea ſententia abduxerit; inſtitutæ curſum opinionis flexerit, mutarit, alio converterit; improborum artes frepere ejus ſententiam; eum ad ſuam ſententiam duxere, perduxere; traduxere. V. *Opinio, Conſilium. Propoſitum. Uſus.* 1. Sententia utraque optimos habet auctores. 2. *Conſilium, mens, opinio, voluntas, propoſitum, ſuffragium*, Vorhaben, Entſchluß, Wille, Wunſch. Nihil, niſi de tua ſententia, ſtatuam. Ex animi ſententia hoc tibi confirmo ac juro. Rem ex ſententia geſſi & confeci. Vicit ea ſententia. In Bruti ſententiam ſenatus decrevit. 3. *Cum verbis: dico, fero, pronuntio*, Urtheil ſprechen. M. Cato ſententiam rogatus, ſeveram dixit, tulit, pronuntiavit. Ne plura prolocutus ſententiam peregit Reus omnibus ſententiis damnatus, nullius abſolutus eſt. 4. *Argumenta*, Inhalt. Begriff. Epiſtolæ ſententia hæc erat

Sententioſe, ſpruchweiſe, nachdrücklich, lehrreich *Syn* Graviter, ſcite.

Sententioſus, a, um ſpruchreich, lehrreich. *Uſus.* Aſiaticæ dictionis duo ſunt genera: unum ſententioſum, argutum alterum.

Sentina, æ, f. Schiffgrund. Grundſuppe, Unrath, Unflath. *Syn.* Fundus, *ſentina* pars navis. *Epi.* Magna & pernicioſa. *Uſus.* Ejicere pernicioſam ſentinam urbis, & exhaurire.

Sentio, is, ſi, ſum, ire. empfinden, verſtehen, gedenken. *Syn.* Senſum accipio ſenſibus percipio, ſenſum alicujus rei capio, ſenſum ex moerore percipio; odore quodam ſuſpicionis aliquid perſentiſco, ſenſu guſto, guſtum alicujus rei habeo; *vel* ſenſum; intelligo, audio; cenſeo, judico; agnoſco.)(*ſenſu careo Adv.* Acerbiſſime acute, amiciſſime, apertiſſime, conſtantiſſime, demiſſe, fortiſſime, humiliter improbiſſime, admodum, peræque, ſapienter, ſero. *Phraſ.* 1. *Dolores ſentio graviſſimos*, ich empfinde ſehr große Schmerzen. Senſum doloris capio acutiſſimum; doloris ſenſu afficior graviſſimo; doloribus graviſſimis discrucior, opprimor, conficior, exerceor, V. *Dolor.* 2. *Nihil amplius ſenſi*, ich habe nichts mehr empfunden. Alienato a ſenſibus animo eram; ab ſenſu doloris, neſcio, quæ me cura nova averrit; jam dudum obduxi callum, percallui ad dolorem; obduruit animus; malis dudum obdurueram; ſenſus ſtupore doloris nihil percepi; a ſenſu ſenſus aberat; ejus rei ſenſus ad animum non pervenerat. 3. *Omnes idem ſentiunt*, alle ſind eines Sinnes. Omnes idem volunt, idem defendunt; omnia conſilia cum illius conſilio conjuncta ſunt; nulla varietas eſt opinionum, voluntatum; nulla in re diſſentiunt; in unam omnes ſententiam eunt, discedunt; ſumma eſt conſenſio ac ſocietas conſiliorum & voluntatum; omnium ſenſus congruunt, una mente omnes conſentiunt. V. *Conſentio, concordia.* 4. *Ego ſic ſentio*, ich gedenke ſo von der Sache. Hic mihi de re ſenſus, hæc ſententia eſt; ita de re ſtatuo; hic mihi eſt animus; mihi ſic videtur; mea ſic eſt ratio. *Uſus.* 1. Quidam ſenſus ſtupore quodam cibi ſuavitatem non ſentiunt. 2. *Judico, cenſeo*, meynen, dafür halten. Omnes idem ſentiunt. Sentire cum aliquo. Quid ſentiam habeo, quid dicam, non reperio. 3. *Agnoſco, intelligo*, erkennen, verſtehen. Sentio, quid velis

Sentiſetum, i, n. Dornbuſch. *Syn.* Locus ſentibus plenus.

Sentis, tis, m. Dorn. *Syn.* Spina.

Seorſum, abſeits, abſonderlich. *Syn.* Seorſum, ſeparatim. *Uſus* Seorſum hoc ab illo tractandum eſt.

Separabilis, e. g. c. abſonderlich. *Uſus.* Anima a corpore ſeparabilis.

Separatim, abſonderlich, inſonderheit. *Syn.* Seorſum, ſingillatim, præter cæteros. *Communiter. Uſus.* Dii ſeparatim ab univerſis ſingulos deligunt. Separatim ſemel, iterum cum univerſis.

verſis. In aliqua re ſeparatim elaborare.

Separo, as, avi, atum, are, abſcheiden, abſondern. *Syn.* Sejungo, diſtinguo, ſecerno, ſevoco, diſtraho, divello, diſtermino, discludo.)(*Conjungo.* *Adv.* Diligenter, paullulum. *Phraſ.* 1. *Separandi ſunt, ne juncti noceant*, man muß ſie trennen, damit ſie beyſammen nicht ſchaden. Dirimenda eſt eorum conjunctio; ſegregandi inter ſe, dividendi ac diſtrahendi ſunt; diducenda ea manus eſt hominum improborum; diſſociandi illorum animi; alienatio ac disjunctio aliqua ferenda; alius ab alio diverſus aggrediendus eſt; avellendi, abſtrahendi ex eorum ſocietate aliqui, ſegregatique a cæteris invadendi ſunt; diſſidium, & animorum quoddam divortium inter eos eſt procurandum. 2. *Arx ab urbe modico amne ſeparata eſt*, das Schloß iſt von der Stadt durch einen kleinen Fluß abgeſondert. Amnis modicus arcem ab urbe aquarum divortio dividit; arx ab urbe amne exiguo dirempta, disjuncta, discreta, ſecreta. *Uſus.* Diſcrimine tenui ſeparata maria.

Sepelio, is, ivi, pultum, ire. begraben. *Syn.* Humo, in ſepulcro condo, corpus terræ reddo; humo injecta contego, tumulo contego, ſepultura afficio, ad ſepulturam do, in ſepulcrum infero, terræ, tumulo mando; compono; ſupremo officio fungor, funus duco, funero, funus effero, juſta perſolvo; in rogum impono. *Phraſ.* 1. *Non omnes ſepulti ſunt*, man hat nicht alle begraben. Aliqui ex his honore ſepulturæ caruerunt; inſepulti jacent; nec ſepulturæ honorem adepti ſunt; inhumata cadavera aliquorum putreſcunt. 2. *Splendide ſepultus eſt*, man hat ihn herrlich begraben. Amplo funere elatus eſt; honeſto funere humatus eſt; juſta magnifice præſtita, ſoluta ſunt: nihil apparatus defuit, quo inferias illi quam magnificentiſſime darent; funus omni apparatu atque honore celebratum; ſuprema officia apparatiſſima pompa celebrata ſunt; oſſa tumulo contecta, ſepultura donata ſunt quam honorificentiſſima; curatum, ut funeris honore quam ampliſſimo honeſtaretur; propinqui funus ei apparatiſſimum faciendum curarunt. V. *Funus, Exequiæ. Uſus.* Qui vos in complexu liberorum trucidatus incendio patriæ ſepelire eſt ornatus.

Sepes, is, f. Zaun. R. a σκέπω, *munio.* *Syn.* Septum. *Uſus,* Loca ſilveſtribus ſepibus denſa.

Sepia, æ, f. Blackfiſch, Meerſpinne. R. a σηπία, *Genus piſcis.*

Sepimentum, i, n. Zaun, Verzäunung. *Syn.* Vallum. *Uſus.* Atque hæc velut ſepimento quodam vallabit eloquentia.

Sepio, is, ſepſi, ſeptum, ire, zäunen, einzäunen, einſchließen. *Syn.* Munio, vallo, ſepta facio, ſeptis contineo. *Adv.* Sedulo, undique, religioſe. *Uſus.* Domicilia mœnibus ſepſerant. Ubi hæc omni cogitatione, memoria ſepſeris. Oppidum caſtellis & operibus ſepire. Armatus, ſeptus, ſtipatus ſatellitibus. V. *Munio.*

Sepono, is, poſui poſitum, ere, beyſeit ſetzen, wegiegen, wegthun. *Syn.* Segrego, ſeparo, reſervo. *Uſus.* Seponi iſta, & occultari poſſunt. Nullum mihi tempus ad iſta negotia poſſum ſeponere. Aliqua prædæ pars ſeponi, & in publicum ſecerni debet.

Seps, is, f. Zaun.

Septem, ſieben. September, Herbſtmonat. Septendecim, ſiebenzehn. Septemvir, einer aus den Siebenmännern. Septemviralis, die Siebenmänner angehend. Septemviratus, das Amt der Siebenmänner. Septenarius, aus ſieben beſtehend. Septentrio, *vel* ius ſeptem triones, Mitternacht, Nord. Septeni, je ſieben und ſieben. Septies, ſiebenmal. Septimum, zum ſiebentenmal. Septimo, zum ſiebenten. Septimus, der ſiebente. Septimus decimus, der ſiebenzehnte. Septingenti, ſiebenhundert. Septingenteſimus, der ſiebenhundertſte. Septuageſimus, der ſiebenzigſte. Septuaginta, ſiebenzig. Septunx, ſieben Unzen.

Septum, i, n. umzäunter Ort, Zaun. *Syn.* Munitio, ſepimentum, ſepes. *Uſus.* Quibus ſeptis tam immanes belluas continebimus? Septa diruere, revellere.

Sepulcrum, i, n. Grab. *Syn.* Tumulus, buſtum, monumentum. *Epi.* Alienum, altum, diſertiſſimum, nobile, operoſius, ornatum, patrium, ſummum. *Uſus.* Sepulcrum alicui decernere; conſtituere, ponere. Aliquem in ſepulcro condere; in ſepulcrum inferre. Sepulcri magnificentia & religio. V. *Sepelio.*

Sepultura, æ, f. Begräbniß. *Syn.* Humatio, buſtum, ſepulturæ honor. *Epi.* Humilis, inſepulta, optima. *Uſus.*

Digitized by Google

Usus. Sepultura aliquem afficere. Corpus ad sepulturam dare Humili sepultura cremare. Honore sepulturæ carere. V. *Sepelio, Funus, Exequiæ.*

Sequester, ris, e. *vel* Sequester, ri, m. Schiedsmann, Unterhändler *Syn.* Apud quem pecunia corrumpendi judicii causa deponebatur. *Usus.* Quo sequestre in illo judicio corrumpendo est usus. Quid opus est judice sequestre? Apud sequestrum deponere pecuniam.

Sequor, eris, secutus sum, sequi. folgen, nachfolgen. *Syn.* Comitor, excipio, consequor, insequor, comes sum, prosequor: agmen claudo, agmen cogo.)(*Antecedo, præeo.* *Adv.* Acerrime, belle, confestim, eleganter, facile, necessario, studiose, temere, vehementer, vitiose. *Phras.* 1. *Te præcipue sequendum mihi statui*, ich habe mich entschloßen, dir vorzüglich zu folgē. Te audiam, tibi obtemperabo, meum consilium ad tuum potissimum accommodabo, tuam auctoritatem sequar, tuis itineribus ibo; humanitatis tuæ exempla imitabor; tuarum vestigia virtutum persequar; ad tuam auctoritatem me conferam; tibi obsequar; tuam sectam & instituta persequar; judicio tuo stare decrevi; te assectabor; tibi in omnibus assentiar; meam tuæ *vel* ad tuam sententiam adscribam; tuo consilio utar; te ducem sequar; ad tuum me ductum applicabo. V. *Imitor, Consilium.* 2. *Bellum secuta est pestilentia*, auf den Krieg ist die Pestilenz gefolget. Bellum pestilens annus excepit; bello confestim continuabatur pestilentia; bellum pestilentia consecuta est; bellum inter ac pestilentiam exiguum temporis intercessit; funesti belli exitus principium cladis erat, quam pestilentia post paullo intulit. 3. *Sequitur hinc, nihil esse* &c. aus diesen folget, läßt sich schließen ꝛc. Relinquitur jam, ut &c. quo fit, ut; ex quo illud conficitur, nihil esse &c. colligitur ex his &c. ex quo illud efficitur &c. *Usus* Popularem viam sequi. Platonem in Philosophia sequor. Qua pœna scelus illud sequetur.

Sera, æ, f. ein Schloß an der Thür.

Serenitas, atis, f. Heiterkeit, gutes Wetter. *Syn.* Serenum tempus, serena tempestas, cœlum serenum. V. *Serenus.*

Sereno, as, avi, atum, are. heiter machen, aufklären, ausheitern. *Usus.* Tum ille serenata fronte. V. *Serenus.*

Serenus, a, um. heiter, hell, klar. R. a σειριάω, *parum reddo.* *Syn.* Sudum. *Phras.* *Repente serenum est factum*, es ist gähling heiter geworden. Ex turbido die serena & tranquilla lux rediit; discussa repente caligine, liquidior lux cœlo apparuit; nitidior lux immensum camporum æquor aperuit, detexit, ostendit, detersis, disjectis, dissipatis, fugatis nubibus, alia repente, sereniorque cœli facies rediit; serenior lux affulsit; fœdam tempestatibus diem vesper serenior excepit, consecutus est; post primam cœli perturbationem serenitate usi sumus stabili & constante; repente cœlo serenitas reddita est. *Usus.* Cœlum ibi tam serenum, ut nullus unquam dies tam turbulenta tempestate sit, quin aliquo tempore ejus diei solem homines videant. Frons serena & tranquilla.

Sericum, i, n. Seide.

Series, ei; f. Reihe, Ordnung. *Syn.* Contextus, *vel* quædam continuatio rerum, ordo. *Usus.* Fatum est ordo seriesque causarum. Mirabilis series conciliatioque rerum, ut aliæ ex aliis, & omnes inter se aptæ colligatæque videantur.

Serio, mit Ernst, ohne Scherz. *Phras.* 1. *Serio rem agit*, er nimmt sich ernstlich um die Sache an. Minime ludibundus hic versatur; non per ludum, aut negligentiam; non pro domestica & umbratili exercitatione; sed contentione magna, severe, acerrime, extra jocum res agitur. Vere severeque res tractatur; toto pectore in eam rem incumbit; in ea re tractanda severitatem adhibet omnem. 2. *Nescio fictene, an serio laudet*, ich weiß nicht, ob er die Sache im Ernste oder verstellter Weise lobt. Laudat rem, sed utrum fronte, an mente, dubitatur; simulate, an ex animo; vultu tantum, an etiam animo approbet, in incerto est; joco, an serio laudet, ignoro. *Usus.* Serio rem dico.

Serius, a, um. ernsthaft. *Syn.* Gravis, severus.)(*jocosus.* *Phras.* *Res est seria admodum*, es ist eine sehr wichtige Sache. Gravis admodum res est; res ea multum habet ponderis & gravitatis; res est minime levis; inest in ea re gravitatis ponderisque multum, non mediocre pondus. Res est ejusmodi, quæ continet omnia; in qua sunt omnia; in qua sita, posita, collocata, constituta sunt omnia;

ex

Digitized by Google

ex qua pendent omnia; quæ valet in omnes artes. Res est tanti, ut omnia comprehendat; res est ejus ponderis ac momenti, ut omnia complectatur. In hoc tota res agitur. V. *Gravis. Usus.* Si de rebus seriis loquatur, severitatem adhibeat. Sermo serius, & locus liberalis.

Sermo, onis, m. Rede. *Syn.* Locutio, mentio, oratio. *Epi.* Suavis, ludicrus, liberior, longus, multus, urbanus, commodus, præclarus, honorificus, vanus, obscurus, tectus, dubius, pervagatus, exploratus, quotidianus, malevolus, stultus, puerilis. *Phras.* 1. *Incepit sermonem de tuis rebus*, er hat von dir zu reden angefangen. Sermonem intulit, injecit, induxit de tuis rebus; sermonem de tuis rebus instituit: delapsus est in sermonem de rebus tuis; sermonem de tuis rebus arripuit; sermonem de rebus tuis habere cœpit. 2. *Sermo multus est de te, isque satis malevolus*, man redet viel von dir, und zwar nicht gar gut. Multum das sermonis hominibus malevolis; multam sermonis materiam, ansam præbes; sæpe in hominum malevolorum sermonem venis; frequenter eorum sermonibus vapulas; in ore ac sermone multorum res tuæ sunt; sermonis multum excitant res ac mores tui. 3. *Varii sermones instituebantur*, man hat unterschiedliche Gespräche gehalten. Serebantur, habebantur sermones varii, temporique potissimum apti; in varios sermones delabebamur. V. *Loquor.* 4. *Sermones tacite auscultabat*, er hat heimlich auf unsere Reden acht gegeben. Sermones captavit nostros; sermonem ex insidiis aucupabatur; sermones nostros clam excepit. V. *Auscultо, auris.* 5. *Postquam ille ad colloquium accessit, sermo in multam noctem extractus est*, nachdem er dazu gekommen ist, so wurde das Gespräch bis in die spate Nacht hinaus gezogen. Postquam ille ad sermonem accessit; se in sermonem istorum adjunxit; insinuavit; sermones cum illis contulit; sermonem cum illis copulare, consociare, miscere, sermones cædere; in colloquium venire cœpit, sermo in multam noctem ductus, productus, tractus, perpetuatus est; noctis pars magna inter colloquendum abiit, sermonibus consumta est. 6. *Sermo iste valde frequens est inter homines*, diese Rede gehet stark unter den Leuten herum. Is sermo in circulis, congressionibus omnium versatur; res est in ore ac sermone omnium; omnium sermonibus ea res usurpatur, celebratur; sermo is pervagatus est, sermo iste latissime dissipatur; pervulgatur, divulgatur ea res sermonibus omnium. Urbe iis sermonibus refercitur; latissime pertertur, defertur is sermo; latissime manat, emanat, permanat. 7. *Sermo iste aliquando desinet*, die Rede wird ja einmal aufhören. Pervagatus hic sermo reprimetur utique, sedabitur, exstinguetur, exhaurietur, retundetur, refrigerabitur, obmutescet, morietur. V. *Rumor, fama. Usus.* Sermonem cum aliquo communicare, mit einem reden. Sermonem injicere, von einer Sache Meldung thun. Sermones hominum subire, den Leuten in die Mäuler kommen. Sermones hominum ferre, sustinere, der Leute Reden nicht viel achten. Ab alicujus sermone se avertere, sich abwenden. Quis omnes hominum sermones vitet, effugiat? fremden Mäulern entgehen. Sermonem ordiri, in sermonem ingredi, eine Rede anfangen. Sermonem conficere, endigen. Sermonem præcidere, incidere, abscindere, die Rede abbrechen. Sermonem alio transferre, von etwas andern reden. Dare se sermonibus vulgi, den Leuten von sich etwas zu reden geben. Mittere hos sermones, diese Reden abbrechen, davon aufhören. V. *Loquor, Colloquor, Oratio.*

Sermocinatio, onis, f. Gespräch, Unterredung.

Sermocinor, aris, atus sum, ari. sich unterreden, Gespräch halten. *Syn.* Sermonem habeo, loquor. *Adv.* Diligenter. *Usus.* Diligenter cum eo sum sermocinatus.

Sero, spät, langsam. *Syn.* Tarde, *Phras.* *Sero admodum ad me venit*, er ist sehr spät zu mir gekommen. Paullo antequam sol occideret; primis se intendentibus tenebris; post occasum solis; jam præceps in occasum sol erat; appetente jam nocte; jam serum diei erat, cum &c, sub solis occasum; sub primas tenebras; præcipite jam in noctem die; ad multam noctem; multum jam noctis erat, cum ille ad me &c. *Usus.* Sero, acto jam negotio, venisti.

Digitized by Google

Sero, is. sevi, satum, ere. säen, pflanzen. *Syn.* Sementem facio, semen spargo, semino. *Usus.* Serere arbores; quæ alteri seculo prosint. Sere beneficium, ut metere possis fructum. Sermones, discordias serere.

Serpens, tis, m. eine Schlange. *Usus.* Repente te, tanquam serpens a latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus exsultisti.

Serpo, is, serp si, ptum, ere fortschleichen, kriechen, ausbreiten. *Syn.* Progredior. *Adv.* Longius, obscure, occulte, paullatim, sensim. *Usus.* Ea consuetudo, rumor, malum latius serpit, manat, funditur.

Serra, æ, f. eine Säge. *Usus.* Ne stridorem quidem serræ audiunt.

Serrula, æ, f. kleine Säge. *Usus.* Serrula adunca ex omni parte dentium, & tortuosa.

Sertum, i, n. ein Kranz, Krone. *Syn.* Corona. *Usus.* Sertis redimiti

Servator, oris, m. Erhalter, Heiland *Syn.* Conservator.)(*Servitor.* *Usus.* Urbis, capitis mei servator & custos.

Servilis, e. knechtisch. *Syn.* Famularis. *Usus.* Metu servili debilitata respublica. Manus, vestis, color servilis. Servilem in modum cruciari.

Serviliter, knechtisch, zaghaft. *Syn* Abjecte, timide. *Usus.* Nequid serviliter, aut muliebriter faciamus.

Servio, is, ivi, itum, ire. dienen. *Syn.* Deservio, servitutem servio, servitutem patior; pareo, obsequor, morem gero, lenocinor; præsto sum, operam do, consulo. *Phras.* 1. *Servit plebejo homini*, er stehet bey einem gemeinen Manne in Diensten. In famulatu est; in servitute plebeji hominis est; operam præstat, præbet plebejo homini. 2. *Novit servire tempori*, er weiß sich der Zeit zu bedienen. Servire commodis; commodare rebus suis; omnia ad utilitatem referre suam; commodare sibi in rebus omnibus. 3. *Hoc eo servit*, das dienet dahin. Hoc eo valet; hoc opportunum est ad illud; habet ea res opportunitatem istam; illud ex hoc commodi est; est ea ratio peropportuna ad illud &c. *Usus.* 1. Populum Romanum servire fas non est. Tempori, corpori, auribus, gloriæ, laudi, cupiditatibus, valetudini servire. 2. *Gravor, obligor*, dienstbar seyn; *cum ad prædia rustica refertur.* Ædes, prædia non servient, quæ servierunt.

Servitium, ii, n. Knechtschaft, Dienst. *Syn.* Servus; Servitus. *Usus.* Servitia ad cædem incitare. Abstrahere a servitio civitatem.

Servitus, utis, f. Dienstbarkeit, Knechtschaft, Sklaverey. *Syn.* Famulatus, servitium. *libertas. Phras.* 1. *In servitutem abrepti sunt multi*, viele sind in die Dienstbarkeit geführt worden. In servitutem dati, abstracti, traditi, sunt; in durissimam servitutem venere; servitute oppressi sunt; servituti addicti sunt; sub jugum missi sunt; multis jugum servitutis impositum est; jugum subire coacti sunt; jugum accepere permulti. Multi in servitutem homini feroci adjudicati sunt; multi in servitium abstracti; ex his multi dura servitute premuntur; in servitute tenentur; in servitutem asserti sunt; multis æterna servitus injuncta est. 2. *Quis servitute nos liberabit?* wer wird uns von der Dienstbarkeit los machen? Quis a cervicibus nostris jugum servile dejiciet? Servitutis vincula quis rumpet? Servitutem quis propulsabit? Quis tandem hoc servitutis jugum a nobis depellet, repellet, rejiciet, demet? Quis servitute, qua oppressi jacemus, nos liberabit? *Usus.* Servitutem alicui asserre. In servitutem venire. Servitutem servire. Servitutis jugum exuere.

Servo, as, avi, atum, are. erhalten. *Syn.* Conservo, asservo, tueor, custodio, teneo; observo. *Adv.* Constanter, diligenter, diu, magnopere, optime, sancte. *Phras.* 1. *Tu unus me servasti*, du allein hast mich erhalten. Tu unus parens, salus vitæ nostræ, fortunæ, nominis fuisti; tua unius opera salvus sum; tu unus tartum tectumque me, ut ajunt, ab omnique incommodo, detrimento, molestia fincerum integrumque conservasti; servatorem te meum, & liberatorem semper prædicabo; parentem te fortunæ meæ statuo, agnoscamque semper. V. *Salvo, salus.* 2. *Servabo, quod promisi*, ich werde mein Versprechen halten. Constabit fides promissis; promisso fides exstabit; servabo, liberabo, præstabo, solvam promissi fidem; fidem, quam dedi, colam integre. *Usus.* Servabo, amicitiam, jus, leges summa fide. Servare se integrum a castum.

Serus, a, um. spätd, langsam. *Syn.* Tardus. *Usus.* Sera nimis auxilia.

Digitized by Google

Servus, i, m. Knecht, Diener leibeigener. *Syn.* Servitium, famulus. puer, mancipium. qui servit, qui libertatem perdidit, qui servi munere fungitur. *Usus.* Servi, quorum vis & conditio infima. Servus a pedibus. Cupiditatum servus. Servulus percurioſus, & minime mendax.

Sesqui, anderthalb. Sesquiaſter, ſesquimodius, ſesquioctavus, ſesquiplex, ſesquitertius &c.

Sesquipedalis, e. anderthalb ſchuhig. *Usus.* Tigna ſesquipedalia.

Seſſio, onis, f. das Sitzen. *Usus.* Status, inceſſus, ſeſſio, accubatio, inclinatio, curſus.

Seſſus, us, m. das Sitzen. *Syn.* Seſſio, *vel* ordo ſedentium.

Seſtertium, ii, n, *vel* Seſtertius, ii, m. römiſche Münze, war der vierte Theil eines Denarius, und galt beyläufig einen Groſchen.

Seta, æ, f. Borſte, Pferdhaar. *Epi.* Equina. *Usus.* Gladius e ſeta equina pendulus.

Setoſus, a, um. borſtig. *Syn.* Quod ſetis abundat.

Seu, oder, es ſey. *Syn.* Sive.

Severe, ernſthaft, mit Ernſt, ſtreng. *Syn.* Auſtere, ſtrictè, graviter, duriter, duris legibus, conditionibus. *Usus.* Actas ſeveriſſime acta.

Severitas, tis, f. Strenge, Ernſthaftigkeit. *Syn.* Gravitas, duritas, triſtitia.)(*Comitas. Epi.* Acerba, cenſoria, magiſtra pudoris & modeſtiæ, incredibilis, patria, priſca, ſalutaris, ſingularis; non invidioſa, vetus. *Usus.* Summa ſeveritas cum ſummâ humanitate jungatur. Lenitate condiatur ſeveritas, & gravitati comitas & facilitas aſpergatur. Oratione mitigare patris ſeveritatem, & humanitatis condimentis. Laxare judicum animos, atque a ſeveritate ad hilaritatem traducere. Adhibere ſeveritatem in aliquo. Senatum ad priſtinam ſeveritatem revocare. Moeſtitia, ſeveritas orationis.

Severus, a, um. ernſthaft, ſtreng. *Syn.* Gravis, auſterus, aſper, durus, vehemens, acerbus, triſtis.)(*Diſſolutus, indulgens. Adv.* Valde. *Phraſ. Vir eſt admodum ſeverus*, es iſt ein ſehr ſtrenger Mann. In omnes ſe ſeverum, & vehementem præbet; tetrica ac triſtis veterum diſciplina imbutus; ſeveriſſimi vir imperii; priſcæ & nimis duræ ſeveritatis; ſevere ac graviter agit omnia; nihil remiſſe, lenter, urbane. Natura impellente ad ſeveritatem eſt, pertriſtis cenſor, magiſter, & quidam velut patruus. In judiciis cum aſſidet, Lycurgeus totus eſt; *vel* Caſſiahus, ac quidam velut rerum ſcopulus. *Usus.* Qui nuper indulgens in patrem, idem acerbe & ſeverus in filium Imperia ſine acerbitate iracundiæ ſevera.

Sevoco, as, avi, atum; are. beyſeit rufen, *Syn.* Separo, abduco, avoco. *Adv.* Haud mediocriter. *Usus.* Mentem ab oculis, animum a negotiis, a ſocietate corporis ſevocare. V. *Avoco.*

Sex, ſechs. Sexageni, je ſechzig. Sexagéſimus, der ſechzigſte. Sexagies, ſechzigmal. Sexaginta, ſechzig. Sexennium, Zeit von ſechs Jahren. Sexcenteni, Sexceni, je ſechshundert. Sexcenti, ſechshundert. Sexcentiesſechshundertmal. Sexdecim, ſechzehn. Sexies, ſechsmal. Sextans, ein Sechstheil. Sextarius, ſechſter Theil eines gewiſſen Maßes. Sextilis, der Auguſtmonat. Sextula, der ſechſte Theil einer Unze. Sextum, ſechstens, zum ſechſten. Sextus, der ſechſte.

Sexus, us, m. Geſchlecht, Art, Gattung. *R. a Seco, quod natura animantium in marem, & feminam diſſecta eſt. Usus.* Virilis ſexus, ac muliebris.

Si. wenn. *Syn.* Ut, cum, etiamſi. *Usus.* Si velo is eſſe, ero.

Sibilo, as, avi, atum, are. zifchen, pfeifen. *Syn.* Vagire, murmurare, mugire, ſibilare.

Sibilus, i, m. das Zischen, Pfeifen. *Usus.* Non modo ſibilis, ſed & convitiis explodebatur. Sibilum metuis? Nemo te ſibilis conſectabitur. V. *Ludibrium, Explodo.*

Sic, alſo, ſo. *Syn.* Eadem ratione, ita, item, in hunc modum, hoc modo, iſto modo, perinde, ſimiliter, æque. *Usus.* Locutus eſt Cæſar ſic, ut nullus æque. Aliis ſic, aliis ſecus videtur. Sic vita hominum eſt. Sic vivitur. V. *Similiter, æque.*

Sica, æ, f. Dolch, Stilet. *Syn.* Gladius. *Usus.* Sicam vibrare, diſtringere. Sicam de manibus furentis extorquere.

Sicarius, ii, m. Meuchelmörder, Banditt. *Syn.* Gladiator, percuſſor, graſſator. *Epi.* Vetus, ſacinoroſus, armatus. *Usus.* Non ſicarium, ſed crudeliſſimum carnificem in judicium adduximus.

Sicce, trocken, dürr. *Usus.* Proſe, ſubtiliter, ſicce dicere.

Siccitas, tis, f. Trockne, Dürre. *Syn. Phraſ.* Aquæ vel pluviæ penuria. *Magna fuit hoc anno ſiccitas*, dieſes Jahr

Digitized by Google

Jahr iſt eine große Trockne geweſen. Siccitate hoc anno laboratum eſt, nec cœleſtes modo aquæ defuerunt, ſed terra quoque ingenitò humore egens, vix ad perennes ſuffecit aquas. Sitiente ſolo, omnique humore ventis ſolibusque deterſo, fruges ſegetesque exaruere *Uſus.* 1. Siccitate accreſcebant rerum pretia. 2. *Graciliſas*, die Dünne des Leibs. Siccitas corporis ſequitur continentiam in victu. Siccitas orationis & jejunitas.

Sicco, as, avi, atum, are. trocknen, dürren. *Syn.* Exhaurio.

Siccus, a, um. trocken, dürr. *Syn.* Jejunus, ſobrius, preſſus.)(*Vinolentus. Uſus.* Quædam terræ imbribus ſicciores fiunt. Attici oratores ſani & ſicci.

Sicubi, wenn irgendwo. *Syn.* Siquo in loco.

Sicunde, wenn irgendò woher, *Syn.* Si alibunde, ſiquò ex loco. *Uſus.* Sicunde poteris, erues

Sicut, ſicuti, wie, gleichwie. *Syn.* Ut, æque ut, item ut, ita ut, perinde ut, ſimiliter atque, tanquam, velut. *Phraſ. Te, ſicut parentem amo*, ich liebe dich, wie meinen Vater. Parentis numerò te colo; filii ritu, caritate te colo ac complector; perinde te amo, ut parentem; in modum parentis te amo; vice parentis mihi es. Parentis loco te habeo. *Uſus.* Te ut parentem alterum amo.

Sido, is, di, ere. ſich ſetzen. *Syn.* Subſido.

Sidus, eris, n. Geſtirn, Stern *Syn.* Stella, aſtrum, ſempiterni ignes, qui ex nobiliſſima & puriſſima ætheris parte gignuntur. *Epi.* Radians. *Uſus.* Sidera innumerabilia cœlo inhærentia. Forma cœli undique ſideribus ornata.

Sigillatim, abſonderlich, inſonderheit. *Syn.* Singillatim, ſingulatim.)(*generotim*, *Uſus.* Ad pedes omnium ſigillatim accidit.

Sigillatus, a, um, mit erhabenen Bildern gezieret. *Syn.* Signis & emblematis ornatus. *Uſus.* Scyphi, ſimulacra ſigillata.

Sigillum, i, n. das Siegel, Petſchier. *Syn.* Parvum ſignum. *Uſus.* Appoſuit patellam, in qua ſigilla erant egregia. In cera centum ſigilla impreſſero. Sigilla avellere.

Signifer, ri, m. Fähndrich. *Syn.* Qui ſignum aut vexillum præfert. *Uſus.* 1. Torquatus, ſignifer juventutis. Cauſæ dux & ſignifer. 2. *Totius*, Thierkreiß am Himmel. Signifer orbis.

Significanter, deutlich, nachdrücklich. *Syn.* Clare, apertè, acriter.

Significatio, onis, f. Anzeigung, Bedeutung. *Syn.* Vis, notio, poteſtas, virtus, ſententia. *Epi.* Aperta, certa, clara, digna, exigua, magna, minima. *Uſus* 1. Digna eſt ſcriptoris prudentia ſignificatio; qua utitur. 2. *Indicium*, *ſignum*, *argumentum*, Anzeige, Zeichen. Litteræ tuæ exiguam erga me voluntatis ſignificationem habebant, dabant, præbebant. In hoc juvene magna ſignificatio virtutis elucet, apparet. A diis profecta ſignificatio & denuntiatio calamitatum. Obſervatis longo tempore ſignificationibus futura prænuntiare. Morbi ſignificationes.

Significo, as, avi, atum, are. anzeigen, bedeuten, benachrichtigen. *Syn.* Indico, oſtendo, declaro, demonſtro, deſigno, noto, ſignificationem tribuo, facio, conficio; ſignum do, ſignum mitto; aliquid argumenti habeo, ſignum ſum; vim *vel* ſententiam habeo, ſono. *Adv.* Apertius, apte, ingenue, breviter, rectè, plurimum, leviter, planius. *Phraſ.* 1. *Expende diligenter, quid hæc vox ſignificet*, erwäge fleißig, was dieſes Wort bedeute. Quid ſonet hæc vox; quæ, res huic voci ſubjiciatur; quæ ſit vis hujus verbi; quid valeat vox iſta; quæ ſit illi ſubjicienda ſententia; quæ ſit hujus vocis poteſtas; quid ſibi velit vox iſta. 2. *Critita ſtella calamitates non ſignificat*, ein Komet iſt kein Vorzeichen eines allgemeinen Unheils. Cometæ, contra quam veteres id opinabantur philoſophi, calamitatum prænuntii non ſunt; calamitates haud denuntiant, nuntiant; rerum converſionem minime portendunt, oſtendunt; vanus eſt plebis timor ſomniantis, Cometas multorum malorum ſignificationem facere, dare, præbere, tribuere. 3. *Victoriam de hoſte litteris ſignificavit*, er hat ihm von dem Siege über die Feinde Nachricht gegeben. Certiorem eum de Victoria fecit; victoriæ nuntium cum illo communicavit. V. *Certus*, *indico*, *Uſus.* Hoc non ſignificandum ſolum, ſed declarandum arbitror. Idem verbum ſæpe duas res, pluresque ſignificat. Inter ſe ſignificare, de ſe loqui cœpere Ratio, poteſtas, mens, numen, five quod eſt aliud verbum, quo

Digitized by Google

quo planius significem, quod volo. Dolorem meum non significarem?

Signo as, avi, atum, are zeichnen, prägen *Syn.* Designo, configno, imprimo. *Adv.* Publice, *Usus* Objectum visum imprimit, ac signat in animo suam speciem. Signatur in animis nostris. Aurum, argentum signare.

Signum, i, n. Zeichen, Merkmal. *R.* σημεῖον. *Syn.* Indicium, nota, argumentum, vestigium, monumentum, insigne. *Epi.* Æneum, marmoreum, eburneum, amplum, excelsum, brumale. certum, commune, grave, improvisum, pervetus *Phras.* *Elucent hoc in puero multa probae indolis signa*, in diesem Knaben lassen sich viele Zeichen eines guten Gemüths merken. Multa virtutis specimina; multa & luculentæ notæ ac indicia probitatis, vestigia apparent excellentis indolis: elucent igniculi quidam, præclaræ mentis indices species ipsa pueri nonnisi probitatem olet, vultusque toto clamitat; profunt se non vulgaris virtutis semina in hoc puero; multa hic puer optimæ spei argumenta præbet. V *Indicium.* *Usus* 1. Puer iste magna ingenii signa dat. 2. *Simulacrum*, *imago*, *statua*, Bildniß, Statue. Deorum signa fabricare, conflare, ponere, palam collocare 3. *Sidus coeleste*, Gestirn, Stern. Signum leonis oritur, occidit, obit. Signorum ortus & obitus definitum quendam ordinem servant. 4. *Sigillum*, Siegel, Petschaft. Nec signum epistolæ tuæ, nec dies apposita est. Non utar meo chirographo, nec signo Litteræ alieno signo obsignatæ, consignatæ. Librum tuum sub signo habeo asservoque diligenter 5. *Vexillum*, Kriegsfahne. Multas legiones sub signis habuit; multi ejus signa sunt secuti; sub eius signis militarunt. Signa movere, aliquo expedire; signa convertere; collatis signis pugnare. Palantes ad signa revocare. Dilapsus a signis miles tandem ad sua signa convenit 6. *Nota militaris*, Kriegszeichen. Dato, edito, pronuntiato accepto signo; canentibus signis; signa ubi concinunt, in hostem itur.

Silentium, ii, n. das Stillschweigen. *Syn.* Taciturnitas, reticentia. *Epi* Æternum, diuturnum, magnum, mirum, perpetuum, præsens, summum, tantum. *Usus.* Silentium fieri jussit. Confecutum est magnum silentium Magno silentio est auditus. Gravissimos dolores silentio ferre. Ea de re, *vel* ab ea re mirum nunc silentium est. Judicia diu jam in silentio jacent Aliquid silentio transire, præterire, prætermittere, prætervehi, mit Stillschweigen übergehen. Facti memoriam a silentio vindicare

Sileo, es, ui. ere. stillschweigen, schweigen. *R.* σιγάω. *Syn.* Taceo, reticeo, obmutesco, silentio præterreo, tacitus prætereo, tacitum aliquid prætermitto, silentio utor, silentio aliquid tego *vel* premo, silentium habeo, aliquid celo summa fide, aliquid solerti consilio tego; silentio transeo. præterveho. *Usus.* Silent leges inter arma; silere de re aliqua. V *Taceo.*

Silex, icis, *m.* Kieselstein. *Syn.* Lapis durus, ex quo ignis excuti solet. *Usus.* Non enim e silice nati sumus.

Silva, æ, f. ein Wald, Forst, Gehölze. *R.* ὕλη, Dor. ὕλα *Syn.* Nemus, saltus. *Epi.* Densa & aspera, infinita, magna media, nobilis, publica, vindicata *Usus.* 1. Multos nemora & silvæ commovent 2. *Ubertas*, *copia*, *materia*, Ueberfluß, Menge. Silvam rerum & sententiarum comparare.

Silvesco, is, ere verwildern, zum Walde werden. *Syn.* In silvam crescо. *Usus* Vitis putanda est, ne silvescat.

Silvester, ris, re. waldicht, wild bäurisch. *Usus.* Loca silvestria, montuosa, Vita inculta & silvestris

Silus, a, um. der eine Affennase hat. *Syn.* Naso bene extante repando. V *Simius.*

Simia, æ, f. ein Affe *Syn.* Simiolus, Simius. *Usus.* Simia bestia turpissima, quam similis tamen nobis est.

Similis, e gleich, ähnlich. *Syn* Consimilis parilis, æqualis, geminus, par germanus, ejusmodi, instar, cui similitudo est cum aliquo, qui similitudinem gerit, speciemque alicujus; qui ad aliquid habet similitudinem, qui exprimit aliquem, qui habent similitudinem inter se ✕ *Dissimilis*, *dispar*, *diversus.* *Phras.* 1. *Alter alteri simillimus est*, es ist einer dem andern ganz gleich. Par probitas, eadem virtus ac religio, simillima utriusque & maxime gemina indoles; proxime ad alterum alter

Digitized by Google

ter accedit; respondet unus alteri; alter pene alter; moribus & natura perfecte congruunt; alter alterius imago est; alter alterius imaginem moresque præ se fert; ingenii, virtutis, fidei exemplum expressam ad imaginem reddit. 2. *Canis leoni similis est*, dieser Hund ist einem Löwen ganz ähnlich. Ad similitudinem leonis accedit; ore leonem refert, reddit; faciem leonis exhibet; oris specie feroci leonem adæquat; oris specie leonem æquat, exprimit; oris species a leone non abludit, abhorret; speciem leonis ore reddit; effigiem, faciem leonis habet, gerit; speciem leonis præbet, repræsentat; non dissimilis est, non discrepat a leone. 3. *Similis simili gaudet*, gleich und gleich gesellt sich gern. Nulla etiam bellua est, quæ non sui generis bellua maxime delectetur; pares cum paribus, quod proverbio dicitur, facillime congregantur. Ea est jucundissima amicitia, quam similitudo morum conjugavit. Similitudo celeriter amicos contrahit. Mater & conciliatrix amicitiæ æqualitas est. 4. *Opifices, & his similes &c.* die Handwerker, und andere dergleichen. ꝛc. Opifices, & hujus loci atque ordinis homines; opifices, & qui sunt generis ejusdem ex eo genere, de genere hoc, de genere horum; opifices & id genus alii. *Usus.* Voluntate inter se similes & moribus, & toto vitæ genere. Ingenium Romuli memor Tullo Hostilio erat, & nequaquam Numæ simile. V. *Par, æqualis, idem.*

Similiter, gleicher Weise. *Syn.* Simili ratione, item, itidem, æque, pariter, simili modo, eodem modo, uno & eodem modo, sic. *Phras. Ego similiter me geram*, ich werde mich eben so aufführen. Eodem pacto, eodem tenore, eodem instituto rem agam; juxta tecum rem geram; idem institutum tenebo; de moribus tuis mores effingam meos. Simili ratione, atque ipse egeris, acturum me scito. V. *Sicut. Usus.* Similiter facit, ut si roget.

Similitudo, inis, f. Gleichheit, Aehnlichkeit. *Syn.* Exemplar, forma, species, imago.)(*Dissimilitudo. Epi.* Difficilis, insignis, levis, maxima, tanta. *Phras. Magna est inter res nostras similitudo*, es ist eine große Gleichheit unter unsern Verrichtungen. Congruunt res tuæ cum meis; simillima est rerum nostrarum ratio; qui tuas res intuetur, meas intueri se dicet; tuis in rebus res meas agnosco. Rerum mearum imaginem in tuis rebus videe; inter res nostras nihil interest; nihil est, quo res tuæ a meis differant, discrepent. V. *Similis, discrimen, differo, convenio. Usus.* Similitudinem quandam gerunt, speciemque sapientum. Ducere ex re aliqua similitudinem. Conferre, comparare similitudines. Ad similitudinem historiæ, orationem dirigere.

Simius, ii, m. ein Aff. *Syn.* Simia. *Usus.* Simius, non semissis homo, contra me arma tulit

Simplex, icis, *g. o.* einfach. einfältig, aufrichtig. *Syn.* Uniusmodi; apertus, sincerus, credulus.)(*Multiformis, compositus, callidus. Phras.* 1. *Homo est simplex*, es ist ein aufrichtiger Mann. Vir bonus, & simplicis veritatis amicus; homo est antiqui moris, qui nihil celat, nihil fingit; qui ex natura sua cæteros omnes fingit; homo minime malus, minime vafer; homo prisci moris; homo antiqua virtute, fide, moribus; homo apertus & simplex; fraudis imperitus, a quo nemo fraudatum se queratur; vir est antiquorum hominum, minime versutus; homo est antiquus, qui ex suo ingenio de quovis æstimat. V. *Sincerus.* 2. *Simplicissimus homo & pene stupidus*, gar ein einfältiger Tropf. Homo non promptissimus; ingenio tardo; homo sine sensu, sine sapore; incallidus & elinguis. V. *Stupidus. Usus.* Quædam in rebus sunt simplicia, quædam copulata. Tuum hominis simplicis pectus vidimus. Simplex & absoluta necessitas. V. *Apertus.*

Simpliciter, aufrichtig, einfältig, schlechterdings, lediglich. *Syn.* Aperte, candide, sincere; absolute, præcise.)(*duplicitur. Phras.* 1. *Id se facturum, simpliciter negavit*, er sagte rund heraus, daß er solches nicht thun wolle. Id se facturum, præcise negavit; aperte, diserte negavit. 2. *Est homo simpliciter doctissimus*, er ist in der Wahrheit ein grundgelehrter Mann. Est homo sine exceptione, sine dubio, sine dubitatione doctissimus; vir est, ut latine ac plane dicam, doctissimus; vir est, aperte ac sine furco loquor, doctissimus. 3. *Veritatem simpliciter proloqui*, gerade heraus reden, was wahr ist. Ad veritatem loqui; Latine, nullo appa-

ratu, nude, plane, quod res est; dicere, sine fuco, sine simulatione veritatem patefacere. *Usus.* Simpliciter dicam & brevit.r. Vivere simpliciter, vitæque hominum amice. Cum homine simplici simpliciter agam.

Simplum, i, n. einfach. *Usus.* Simplum, aut duplum.

Simpulum, i, n. Geschirr mit einem engen Halse. *Fasis genus.*

Simul, zugleich miteinander. *Syn.* Una, pariter, communiter, cum, in unum. *Phras. Simul omnia perdidi*, ich habe alles miteinander verlohren. Totum repente avolavit; singillatim ac diu collecta, omnia uno tempore effudi; unam fe.i rerum omnium jacturam; una omnia interiere. *Usus.* Res, quas tecum simul didici. Id signum simul aspectum & probatum est. Simul & illud cogita. Abjice voluntatem simul cum spe discendi.

Simul ac, sobald. *Usus.* Simul ac potero, veniam.

Simulacrum, i, n. Bildniß. *R. a* Similis, *quasi*, similacrum. *Syn.* Imago, forma, effigies, species, exemplar, idolum. *Epi.* Æternum, mutum, perantiquum, religiosum, sanctissimum, summum. *Usus.* Nullum supereſt simulacrum ac vestigium civitatis. Statuæ ac imagines simulacra sunt corporum, non animorum. Cupidinis simulacrum. V. *Imago.*

Simulate, gleißnerisch, zum Schein. *Usus.* Sive ficte & simulate, sive ex animo loquaris.

Simulatio, onis, f. Schein, Gleißnerey, Heucheley. *Syn.* Species simulationis, species quædam assimulatæ virtutis. *Epi.* Aperta, bella, difficilis, diuturna, ficta, inveterata, periculosa, summa, verbosa, vitiosa. *Phras. Virtum bonum simulatio non decet*, einem ehrlichen Mann steht es nicht wohl an, daß er sich verstellet. Non cadit in virum bonum simulatio; vir bonus abest ab omni simulandi studio. Aliud sentire, aliud loqui non est ejus, qui vir bonus haberi velit. Viri boni non est fingere; artem simulandi qui sequitur, bonorum in numero non est; longe a bonorum consuetudine discedit. V. *Astutia.* *Usus* Errant, qui simulatione, sermone vultuque ficto stabilem gloriam quærunt. Fronte ac vultu facillime simulatio sustinetur. Simulatio tollit judicium veri, illudque adulterat. Summam prudentiam stultitiæ simulatione tegere. Æquitas simulatione fallere. Nullæ insidiæ periculosiores, quam quæ latent in simulatione officii. V. *Simulo*, *fingo.*

Simulator, oris, m. Gleißner, Heuchler. *Syn.* Adulator, assentator. *Epi.* Studiosus. *Usus.* Dulcis, faceti, festivi sermonis homo, & in omni oratione simulator.

Simulatus, a, um. falsch, verstellt, gleißnerisch. *Syn.* Assimulatus, fictus, imitatione simulatus, fucatus, adumbratus, fallax, ad fallendum instructus.)(*verus*, *sincerus.* *Usus.* Ficta omnia celeriter ut flosculi decidunt, nec simulatum quidquam potest esse diuturnum. Amor solers & simulatus. V. *Astutus*, *fictus.*

Simulo, as, avi, atum, are. sich stellen, zum Scheine thun. *Syn.* Assimulo, specie simulationis ostento, fingo. *Adv.* Facile, perbelle, solertius. *Phras.* 1. *Nihil in illo, nisi simulatum*, es ist alles an ihm nur auf den Schein gerichtet. Aliud spe, aliud specie simulationis ostentat; ad speciem & usurpationem virtutis factus est; adumbrata virtute fallit; nihil in illo, nisi fallax; imitatio simulatioque virtutis in fronte, intus scelus tegitur; personatus ambulat; multis simulationum involucris tegitur, & quibusdam quasi velis obtenditur; assimulata virtute laudem captat; longe alius est ingenio, quam cujus simulationem inducit; alienam personam fert; ex industria factus ad simulationem virtutis & probitatis; probi hominis speciem præ se fert; specie quadam occultat sese & virum frugi assimulat; vultum fingit, & imaginem quandam probitatis, sed quæ cum moribus non convenit. 2. *Simula, quantum vis, me profecto non fallet*, stelle dich, so viel du willst, mich wirst du nicht betrügen. Indue, quantum vis, animo simulationem; frontem sermonemque ad fallendum instrue; præfer, quam vis, virtutis speciem; mentire facata, adumbrata, adulterata virtutis specie, quantum vis ac potes; personam, quam vis, composito in speciem probitatis vultu, ferre potes, fallere certe, & judicium veri tollere non potes. V. *Fingo.* *Usus.* Perbelle simulat. Multa & simulavi invitus, & dissimulavi cum dolore. Furere se simulavit.

Si-

Digitized by Google

Simultas, tis, f. heimlicher Groll, Widerwillen, Feindschaft, Verbitterung. *Syn.* Inimicitia. *Epi* Vetus *Usus.* Cum aliquo simultates, nescio quas, suscipere, habere, gerere, exercere, retinere. Simultatem bona fide deponere V. *Inimicitia.*

Sin, wenn aber, wo nicht. *Syn.* Si; si non. *Usus.* Educ tecum omnes, sin minus, quam plurimos. Ego, ut constitui cras adero; sin, utique postridie. Sin autem id non sit ejusmodi tum vero &c.

Sincere, aufrichtig, redlich. *Syn.* Candide, vere, ingenue, sine fuco, sine fraude, sine assentatione, sine malo dolo sincera fide, fraterne, genuine, ex animo, ex animi sententia, nihil alicui indulgens. *Usus.* Sincere tecum agam. V. *Simpliciter.*

Sincerus, a, um, aufrichtig, offenherzig, redlich. *R. ex σὺν & κῆρ, cum corde. Syn.* Purus, verus, integer, candidus, apertus. *Phras.* 1. *Sincerus mihi animus est*, ich habe ein aufrichtiges Gemüth. Animus mihi est apertus, simplex, rectus, candidus; nulla simulatione tectus, purus ab omni fraude. Simulationem, simulandi artificium natura mea consuetudoque respuit. Abest a me simulandi perversum studium; simplicem, apertam veritatem amo; odi artes, quibus veritas, uti involucro quodam obtegitur; animo sum minime versuto. Cum ingenium meum perspexeris, nihil in me insidiosum, aut fallax deprehendes; cum ingenium meum usu cognitum ac perspectum habueris, abesse me ab omni dolo ac fraude; esse me sinceri animi, simplicis ingenii, apertæ voluntatis, rectæ mentis; alienum ab arte fallendi, artificio; simulationis agnosces. V. *Affectus, a, um.* 2. *Sincerum judicium vulis*, er hat redlich von der Sache geurtheilt. Puram & a favore, & odio, & integrioris judicii sententiam tulit; rectum animi sensum, purumque a partium studiis in dicenda sententia secutus est: litem ex animi sententia diremit; non partium studio, non malevolentia impeditus, ut quarum causas procul haberet, sententiam pronuntiavit dignam viro antiqua virtute ac fide. V. *Judicium. Usus.* Amicum mihi sincerum integrumque conserva. Prudens & sincerum judicium videt, quid in quaque re bonum sincerumque sit.

Sine ohne. *Syn.* Absque, citra, extra. *Phras.* cum. *Sine dubio ita est*, die Sache verhält sich ohne Zweifel also. Sine controversia; sine ulla dubitatione res ita se habet; dubium mihi non est; nemo in dubium vocaverit, rem ita se habere. 2. *Sine metu*, ohne Furcht. Solutus omni timore; metus expers; remoto omni metu; propulso omni metu; metu vacuus; liber ab omni metu. 3. *Sine præsidio*, ohne Hülfe. Nudus amicorum præsidio, nullis amicorum præsidiis munitus; expers humanæ opis, inops auxilii; inops ab amicis; orbus amicorum præsidiis & inops relictus. *Usus.* Homo sine re, sine spe, sine fede, sine fortunis.

Singillatim, einzeln, jedes ins besondere. *Usus.* Singillatim unamquamque rem attingere.

Singularis, e. sonderbar, sonderlich. Maxime rarus, summus, inauditus, incredibilis, divinus; peculiaris, præcipuus. *Vulgaris. Adv.* Prope. *Phras. Factum illud plane singulare est*, diese That hat gar was besonders. Eximium illud consilii animique, & neutiquam vulgatæ laudis; factum elegans ad existimationem; ad memoriam singulare; ad memoriam præcipuum; facinus post homines natos, post hominum memoriam, ex omni memoria præstantissimum. *Usus.* 1. Vir summus & singularis. Singulari in te amore feror. 2. *Proprius, peculiaris*, eigen, besonders. Sunt quædam in illo singularia, quæ in nullum alium convenire possunt.

Singulariter, ins besondere, sonderlich. *Syn.* Unice, simpliciter, singulari modo. *communiter. Usus.* Hanc singulariter semper dilexi.

Singuli æ, a ein jeder insonderheit, einzeln. *Syn.* Quisque, unusquisque. *Usus.* Bini milites in singulas domos. Militibus viritim, ac in singulos magnam pecuniam polliceri. Crescit in dies singulos malum.

Singultus, us, m. das Herzklopfen, Glucksen, Schlucken. *Syn.* Gemitus. *Usus.* Fletus cum singultu. V. *Fleo.*

Sinister, ra, rum, link. *Usus.* A sinistra. Cornu sinistrum.

Sinistra, æ, f. die linke Hand. *Syn.* Lævæ manus.

Sinistra, linker Hand. *Usus.* Supra, infra, dextra, sinistra.

Digitized by Google

Siniſtre, übel, unrecht. *Syn.* In malam partem, in pejorem partem. *Uſus.* Siniſtre cecidit.

Siniſtrorſum, linkwärts. *Uſus.* Siniſtrorſum ſe flectere

Sino, is, ſivi, ſitum, ere laſſen, zulaſſen, geſtatten, verhängen. *Syn.* Permitto, patior, fero, locum do. *Uſus.* Plebem ſenatui parere non ſinunt. Iſtud ne dii ſiverint. Non patiar, non feram, non ſinam. V. *Patior.*

Sinus, us, m. Buſen, Schooß. *Syn.* Gremium, complexus, ſumma familiaritas; curvatum littus *Uſus.* 1. In ſinu gaudere. In ſinum alicujus ſe conferre, confugere. Aliquem in ſinu geſtare, *valde amare.* Ex ſuo ſinu homines ſubmiſit improbos. Aliquem ex ſuo ſinu dimittere. Græcia in ſinu ac gremio pacis poſita. 2. *Littoris flexus*, Meerbuſen. Omnes maris ſinus & portus.

Siparium, ii, n. der Vorhang. *Syn.* Velum, quo ſcena obtenditur.

Siquidem, ſintemal, maßen. *Syn.* Si tamen. quippe ſi. *Uſus.* Fortunatum te, ſiquidem, qui es, permanſeris.

Sirenes, um, f. Meerfräulein. *R. a* σειρὴν, *monſtrum marinum. Uſus.* Multa Homerus de Sirenibus & earundem vocis ſuavitate confinxit.

Siſto, is, ſtiti, ere darſtellen, vorſtellen, anhalten. *R. ab* ἵστημι. *Syn.* Exhibeo; curſum inhibeo, ante pedes deſtituo. *Uſus.* Siſte te nobis quamprimum. Aliquem in judicio ſiſtere. Vadimonium ſiſtere

Sitella, æ, f. Situla, æ, f. Waſſergefäß, Kübel, Schöpfgeſchirr; Körblein. *Syn.* Ciſta, in qua colligebantur ſuffragia.

Sitienter, durſtig, begierig. *Syn.* Avide

Sitio, is, ivi, itum, ire. durſten. *Syn.* Sitis me urit, macerat, conficit; ſiti laboro; deſiderium potionis accenditur; fauces ſiti arent; fauces ſiti ardent. *Adv.* Ardentius, gravius. *Uſus.* Gloriæ, virtutis ſitiens. Honores ſitire. V. *Deſidero.*

Sitis, is, f. Durſt. *Epi.* Diuturna. *Uſus.* Siti enectus Tantalus. Ardentibus ſiti faucibus. Cibo & potione famem ſitimque depellere, expellere, ſedare, reſtinguere. Levare ſitim; eximere bibendi cupiditatem longa ſiti accenſam. V. *Deſiderium.*

Situs, a, um. gelegen, geſetzt, geſtellt. *Syn.* Poſitus, locatus. *Phraſ.* 1. *In hoc omnia ſita ſunt*, an dieſem iſt alles gelegen. In hoc laus omnis conſidet; ſpes omnis reſidet; in eo res tota vertitur; in hoc laus tota conſiſtit. 2. *Arx ſita eſt verſus meridiem*, das Schloß liegt gen Mittag. Arx ſpectat ad meridiem; arx auſtrum accipit; arx contra ſeptemtriones eſt; arx ad meridiem vergit. *Uſus.* In quo vitam beatam ſitam putas. Hæc in noſtra poteſtate ſita ſunt. Ante oculos ſitum eſt.

Situs, us, m. Gegend, Lage eines Orts. *Syn.* Poſitio, natura loci *Phraſ.* 1. *Urbs ſitu firma*, ein von Natur feſter Ort. Urbs valida muris, ac ſitu ipſo munita, ſic ut fortunæ loci delegare ſpes ſuas dux tuto poſſet; urbs ſitu, mœnibus, natura adverſus vim hoſtium egregie obſepta; urbs ingenio loci, mari undique, & montibus vallata. *Uſus.* 1. Urbs ſitu, mœnibus, deſcriptione ædificiorum præclara ad aſpectum. 2. *Illuvies, ſordes*, der Schimmel, Moder. Situ ac pedore ſqualida.

Sive, oder, entweder. *Syn.* Seu. *Uſus.* Sive diſceſſu, ſive potius fuga.

Soboles, is, f. Kind, Nachkömmling, Geſchlecht, Stamm. *Syn.* Propagatio, proles. *Uſus.* Propagare ſobolem.

Sobrie, nüchtern, mäßig. *Uſus.* Parce, continenter ſobrieque vivere.

Sobrini, orum, m. Geſchwiſterkinder.

Sobrius, a, um. nüchtern, mäßig. *Syn.* Siccus, moderatus.)(*Vinolentus, ebrioſus. Phraſ. Sobrius eſt in cibo & potu*, er iſt mäßig in Eſſen und Trank. Homo frugi ac ſobrius; temperans, ficcus, ab ebrietate alienus; ſumptuoſis cœnis minime amicus; frugalitate, victus moderatione, ſapienti quadam in cibo potuque temperantia commendatus; parce, continenter ſobrie ue vivit; frugaliter, temperate naturæ deſideria explet. V. *Abſtineo. Uſus* Homines frugi ac ſobrii; inter ſobrios bacchari vinolentum

Soccus, i, m. Socke, Potſchuh. *Calceamentum Græcorum.*

Socer, eri, m. Schwäher, Schwiegervater.

Sociabilis, e. geſellig. *Uſus* Bini Spartæ reges diu ſociabilem conſortionem inter ſe tenuere.

Socialis, e geſellſchaftlich. *Uſus.* Bellum, jus, fœdus ſociale.

Societas, tis, f. Geſellſchaft, Gemeinſchaft, Kammeradſchaft. *Syn.* Conſociatio, conjunctio, communio, communitas, conſortio, commercium, comitatus, fœdus, pactio. *Epi.* aptiſſa,

Digitized by Google

tiosa, civilis, communis, conjunctior, copiosa, difficillima, divina, firma, grata, hereditaria, humana, infirma, infinita, jucundissima, nefaria, sancta. *Phras. Non est cum improbis jungenda societas*, mit bösen Leuten muß man keine Gemeinschaft machen. Coire societatem; coire in societatem cum perditis hominibus minime decet. Dare se in societatem perditorum; conferre se, applicare se, adjungere se ad homines perditos; conjungere se cum hominibus improbis; vinculo se societatis obstringere cum perditis hominibus, utilitatis vel maxima spe proposita, non decet. Qui se socium ad perditos homines adjungit; qui cum perditis hominibus societatem init; qui se perditorum hominum societate implicat; qui ad perditorum hominum societatem accedit, turpiter facit. V. *Corrumpo. Usus.* Aliquos ad societatem secum ineundam, faciendam, conflandam, coeundam, convocare, arcessere, in eine Gesellschaft und Verbündniß zusammen ziehen. Implicare se improborum societate, conferre se ad societatem improborum; societatem inire, coire, facere, pacisci, habere, Gemeinschaft mit schlimmen Leuten machen. Diu mihi cum illo, *vel* inter nos intima est societas, multis pactionibus confirmata servataque, Gemeinschaft haben. Dudum ad illius societatem accessi, cum aliquo in societatem veni, sich in die Gesellschaft begeben. Societatem nostram nullus casus dirimet, labefactabit, abrumpet; nullus nos casus a societate disjunget, die Gesellschaft zertrennen. Societatem renovare, in societatis veteris conjunctionem redire, die Gesellschaft erneuern.

Socio, as, avi, atum, are. gesellen, zusammen fügen, vereinigen. *Syn.* Conjungo. *Usus.* Sapientiam sociare cum eloquentia.

Socius, ii, m. *item* Socius, a, um. Gesell, Gespan, Gefährte: gesellig. *Syn.* Comes, sodalis: partices, consors, gregalis. *Phras.* 1. *Fidum te semper habui socium*, ich habe an dir allezeit einen treuen Gefährten gehabt. Veterem affectatorem, & ex numero amicorum habui; te semper actionum, voluntatum rerumque omnium comitem, consiliorum auctorem, adjutorem laborum, periculorum socium, omni in cogitatione conjunctum, sodalem & contubernalem optimum expertus sum; omnia semper inter nos conjunctissima fuere; in rebus lætis æque, ac adversis, socium te ac consortem nactus sum. Convivam, compransorem, compotorem, colluserem ubique affixum lateri meo semper habui. 2. *Socii nostri sunt*, sie sind unsere Mitgenossen. Communione rerum nobiscum conjuncti sunt. Communitate juncti sunt nobiscum; est nobis vetus ac diuturna conjunctio. V. *Amicitia, Amicus, Conjungo, Conjunctio. Usus.* Me voluntatum, sententiarum rerumque omnium socium habebis. Socium me tibi adjunxisti, adscripsisti. Socium me tibi profiteor. Urbem adjutricem scelerum, furtorum receptricem, flagitiorum omnium sociam.

Socordia, æ, f. Trägheit, Hinlässigkeit. *Syn.* Desidia, stupiditas. V. *Pigritia.*

Socorditer, liederlich, hinlässig. *Usus.* Res ab Albanis socordius actæ.

Socors, dis, g. o. träg, hinlässig. *Syn.* Deses, stupidus. V. *Piger.*

Socrus, us, f. Schwiegermutter. *Syn.* Uxoris, aut mariti mater.

Sodalis, is, m. Gesell, Gespan. *Syn.* Socius.

Sodalitas, tis, f. Gesellschaft. *Syn.* Collegium, societas. *Epi.* Fera & plane pastoritia, honesta. *Usus.* Officia sodalitatis ab aliquo flagitare; sodalitatis constituere. V. *Societas.*

Sodalitium, ii, n. Brüderschaft, Gesellschaft, Zunft. *Syn.* Sodalitas. *Usus.* Erat in ædibus sodalitium ea die futurum.

Sodes! ey lieber! sey so gut. R. Si audes, *contract. Usus.* Libenter verba copulando jungebant veteres, ut *sodes*, pro si audes.

Sol, lis, m. die Sonne. *Syn.* Moderator & dux temporum; dux & princeps, & moderator luminum reliquorum; fidus, quod astrorum tenet principatum. *Epi.* Adversus, æstivus, calidus, clarus, geminatus, igneus, inusitatus, lætus, magnus, nitidus, summus, tantus. *Phras.* 1. *Sol oritur*, die Sonne geht auf. Exoritur, diem affert; lucem terris infert; terras collustrat; exactis, dispulsis, fugatis tenebris mundo diem reddit; orbem suo fulgore illustrat; suæ lucis aspectu mortales recreat; sua luce perfundit & convestit omnia; sua luce lustrat & complet omnia. V. *Aurora, mane.* 2 *Sol occidit*, die Sonne geht unter. Sol in occa-

occasum præcipitat; sol in occasum pronus est; in occasum festinat, lucemque componit; sol obit, occumbit; sol in vesperum declinat. V. *Vesper*. §. *Sol nubibus obscuratur*, die Sonne steckt hinter den Wolken. Solis caput obscura ferrugine tegitur; lumen suum pene mundo negat; intentæ cœlo nubes lucem condunt. V. *Nubes*. *Usus*. Solis accessus & recessus. Sol ab ortu ad occasum commeat. Sol a meridie deflexus. Sol oriens, obiens. Sol ingenti æstu tortet corpora. In solem procedere. In sole ambulare; a sole abesse. A sole collucent omnia. Non omnium dierum sol occidit, es ist noch nicht aller Tage Abend; es ist noch nicht verzweifelt.

Solarium, ii, n. Sonnenuhr. *Usus*. Solarium descriptum, quo horæ declarantur.

Solatium, ii, n. Trost. *Syn*. Consolatio, fomentum. *Epi* Extremum, magnum, miserum, unicum. *Phras*. *Alterum solatium est amicorum fida conjunctio*, der andere Trost ist, daß meine Freunde mir treu verbleiben. Altera ratio, quæ mihi solatium affert, præbet, parit, quæ mihi solatio est, ex qua solatium reporto, habeo; qua sustentor in tantis molestiis; amicorum fida manus. Alterum est, quo sustentor ac recreor, in quo conquiesco, amicorum sincera fides. Accedit ad animum meum sustentandum amicorum fides. Illo præterea solatio utor ac fruor, quod amicorum constantia mihi præbet. V. *Recreor*, *Consolor*. *Usus*. Solatium alicui dare. Solatiis quibusdam & dolorum fomentis servitutis mala levare. Illo me solatio consolor.

Soleæ, arum, f. Sohlen, Schuhe, Pantoffel. *Syn* Crepidæ.

Soleatus, a, um. der Pantoffel anhat. *Usus* Soleatus præter cum pallio purpureo.

Solennis, e. feyerlich, gewöhnlich. *Syn* Quod cum quadam cerimonia est consecratum, celebre, festum. *Usus*. Solennes ac festi dies. Solenne, statum sacrificium. Prisca & solennia verba. Observo solenne illud meum.

Solenniter, feyerlich, gewöhnlich. *Usus*. Omnibus solenniter peractis.

Soleo, es, solitus sum, ere, pflegen, im Brauche haben. *Syn* Consuevi, est meæ consuetudinis; in more habeo assuevi. *Usus*. Omnes reprehendere solet. Ratio consuetudinis meæ, qua quondam solitus sum uti. V. *Consuetudo*, *Mos*.

Solers, tis, g. o. fleißig, emsig, geschickt. *Syn*. Ingeniosus, perspicax, sagax.)(*Iners*. *Usus*. Provida & solers natura. V. *Ingeniosus*, *diligens*.

Solerter, fleißig, geschicklich. *Syn*. Sagaciter. *Usus*. Solertissime aliquid perspicere.

Solertia, æ, f. Witz, Behendigkeit. *Syn*. Sagacitas, perspicax prudentia, animi motus incredibilis, & celeritas ingenii. *Epi* Divina, pestifera, tanta. *Phras*. 1. *Ad solertiam incitari*, zur Emsigkeit anhalten. Solertiam mercede evocare, invidare, eblandiri, elicere. 2 *Pau os vidi pari solertia*, ich habe wenige von gleicher Fähigkeit des Verstandes gesehen. Non possum ex tanto hominum numero, quibus usus, quibuscum consuevi, multos recensere, in quibus eam qua tu polles, qua præditus es, qua præstas, excellis, effulges, qua ornatus es, solertiam, sagacitatem, ingenii acumen perspexerim. *Usus*. Mundus sine divina solertia effici non potuit. Homines congregati adhibent agendi, cogitandique solertiam. V. *Diligens*.

Solicitatio, onis, f. Anreizung, Aufwiegelung. *Usus*. Nuptiarum solicitatio.

Solicito, f. sollicito, as, avi, atum, are, bekümmern, kränken, anreizen, aufwiegeln. *Syn*. Afficio, ango, solicitum habeo; appello de pecunia, *vel* flagitio aliquem. *Adv*. Summe, valde, vehementer. *Phras*. *Hæc res me vehementer solicitat*, diese Sache bekümmert mich sehr. Animum ea res versat assidue; anxiis pectus curis implet; res ea gravem mihi curam affert, injicit; multas mihi curas dat; vehemens me ejus rei cura tangit; ingentem ea res curam mihi & solicitudinem conficit; ingenteu animo solicitudinem incutit; intempestiva solicitudine turbat animum; gravi me cura implicat, efficit, conficit; magnam solicitudinem affert; in magnos me metus & solicitudines adducit V. *Angor*, *cura*, *solicitudo*, *solicitus*. *Usus*. Ea cura me vehementer angit, & solicitat.

Solicitudo, f. sollicitudo, inis, f. Bekümmerung, Sorgfalt. *Syn*. Angor, cura, metus molestia, negotium.)(*Securitas* *Epi*. Assidua, incredibilis, ingens, sempiterna, summa *Phras*.

Digitized by Google

Phraſ. Plenus ſolicitudinum ſum, ich bin voller Sorgen. Solicitudo cum cogitatione multa me circumſtat; multa me ſolicitum habent; tot curæ vitam mihi vix reliquam faciunt; ſolicitudines meas quævis hora exacuit. V. *Angor, cura. Uſus.* Ea cura mihi magnam ſolicitudinem affert, conficit; in magnos me metus ac ſolicitudines adducit; ſolicitudines mihi duplicat; magna me ſolicitudine afficit; ingenti ſolicitudini eſt. Sorgen und Kummer machen. Tanta in me hæret ſolicitudo; tantam de tuis rebus habeo, ſuſtineo ſolicitudinem; tot ſolicitudinibus langueo, opprimor, miſere exedor; in tanta ſum ſolicitudine, in Sorgen ſtehen. Nihil eſt, quod ſolicitudines allevet, demat; ſolicitudini meæ ſubveniat; a ſolicitudine animum abſtrahat, abducat; ſolicitudine me liberet, die Sorgen benehmen. Solicitudines ſibi ſtruere, ſibi arceſſere, ſich ſelbſt die Sorge vermehren. Solicitudinem omittere, die Sorgen fahren laſſen.

Solicitus, a, um. ſorgfältig, bekümmert. *Syn.* Anxius, ſuſpenſus, perturbatus, exercitus.)(*ſecurus, ſolutus cura. Phraſ.* 1. *Vehementer ſum ſollicitus*, ich ſtehe ſehr in Sorgen. Multa ſubvereor; rebus meis valde metuo; non diſcedo, non oculos unquam dejicio de rebus meis; totos dies de rebus meis cogito; metus ille nunquam mihi decedit; tacita cura ſuſpenſum animum gero. Cura illa exonerare animum nequeo meum; multi me angores impediunt, animumque in diverſa trahunt; multi aculei pectus mihi compungunt, exedunt; magna in cura ſum, verſor; nullum tempus ſine ſolicitudine intercedit; multum animo de re mea labore; magna eſt rerum exſpectatio; multis quotidie curis urgeor, conficior; aſſidua occupor ſolicitudine. V. *Angor, cura.* 2. *Solicitus ero de rebus tuis*, ich werde wegen deiner Sache ſchon Sorge tragen. Curas omnes intendam, ut rebus tuis quam optime conſulatur; rerum tuarum rationem habebo præcipuam; curæ mihi erunt res tuæ: curæ res habebo tuas, cura erit de rebus tuis. Interiora cura, ſuſpenſiore animo res curabo tuas. Cum cura res tractabo tuas. *Uſus.* Solicita ſuſpicione, ſuſpenſa metu civitas. Res tuæ valde me ſolicitum habent; de tuis rebus mirifice ſum ſolicitus. Solicito animo, & anxio ſum.

Solide, dauerhaft, gründlich. *Syn.* Integre.

Soliditas, tis, f. Dauerhaftigkeit, Stärke, Dichte. *Syn.* Firmitas. *Epi.* Terrena. *Uſus.* Soliditas corporis.

Solido, as, avi, atum, are. feſt machen, ſtärken. *Syn.* Roboro, firmo. V. *Firmo.*

Solidus, a, um. dicht, feſt, dauerhaft. *Syn.* Habens ſoliditatem; verus, eminens. *Uſus.* 1. Solidum nihil, quod terræ ſit expers. Solida corpora. 2. *Verus, conſtans, ſtabilis, certus*, wahr, beſtändig, gewiß. Non tam ſolido, quam ſplendido nomine virtutis. Solida, gravis, ac germana laus, non adumbrata & fucata. Solida bona, utilitas ſolida. V. *Firmus.*

Soliſtimum, i, n. gute Vorbedeutung aus dem Freſſen der Vögel. *Vox auguralis.*

Solitarius, a, um. einſam, alleinig. *Syn.* Solus, ſolivagus, remotus ab oculis hominum.)(*conjunctus & ſociatus cum altero. Uſus.* Solitarius homo & in agris vitam degens. Non ſolitarium, neque ſimplex, ſed &c. V. *Solus.*

Solitudo, inis, f. Einöde, Einſamkeit, einſames Leben. *Syn.* Locus deſertus, receſſus, receſſus, regio inculta & deſerta.)(*Frequentia, celebritas. Phraſ.* 1. *Abdere aliqua in ſolitudine me cuperem*, ich möchte mich in eine Einöde verbergen. Vitam fugæ ſolitudinique mandare; diſcedere in aliquas ſolitudines; in aſperas & denſas ſilvas me abſtrudere, & ad ſaxa & ſcopulos mea mala deplorare cuperem. Vitæ genus inter feras ſolitarium, & ab hominum ſocietate disjunctum ſectari animus eſſet. In loca abdita, ab arbitris remota & libera, in loca ab interventoribus vacua me abdere cuperem. Loca ego omni ſolitudine vaſta, atque fine humani cultus veſtigio pererrare mallem, quam diutius inter homines agere. V. *Locus ſolitarius.* 2. *Solitudini aptior eſt, quam civilis vitae conſuetudini*, er ſchickt ſich beſſer in eine wüſte Einöde, als unter die Leute. Rectius in agro, aut ubi nullum culti ſoli occurrit veſtigium, vitam agat, quam inter homines. Nudæ mutæque ſolitudines, non civilis frequentia tam abhorrentes a civilis vitæ conſuetudine mores deceant. Abhorrent nimium quan-

Digitized by Google

tum asperi & agrestes ejus mores ab urbanæ vitæ elegantia; ita aliorum mores, ut nemo illo, ille nemine uti possit; ut neque is ferre quenquam, neque quisquam illum perferre possit; ut neque is consuetudine cujusquam, neque quisquam ejus amicitia uti possit. Ingenio moribusque ab ingenio reliquorum tam alieno est, ut solitudini, non urbium frequentiæ natus esse videatur. V. *Agrestis*, *Morosus*. *Usus*. Audistis, quæ solitudo in agris esset, quæ vastitas. Tibi solitudo erat pro frequentia.

Solivagus, a, um, **einsam, der allein geht.** *Syn.* Solitarius.

Solium, ii, n. **Thron.** *Syn.* Sedes. *Epi.* Fœderatum, paternum. *Usus*. Sedere in solio, ornatu regio.

Solœca, orum, n. **ungeschickte Redensarten.** *Usus*. Multa in ejus scriptis solœca.

Solœcismus, i, m. **Fehler wider die Wörterfügung.** *Usus*. Solœcismus est, cum pluribus verbis consequens verbum superiori non accommodatur.

Solor, aris, tus sum, ari. **trösten.** *Syn.* Consolor, animum erigo, sustento, solatium adhibeo, do, præbeo, affero; lacrimas alicujus comprimo; timentes animos consolatione sano. V. *Consolor*.

Solstitialis, e. **die Sonnenwende angehend.** *Usus*. Dies solstitialis.

Solstitium, ii, n. **Sonnenwende.**

Solum, **allein, nur.** *Syn.* Tantum, modo. *Usus*. Non oratione solum, sed & armis.

Solum, i, n. **Erdboden, Erdreich.** *Syn.* Terra. *Epi.* Carum, commune, exile, incultum. *Usus*. 1. Patriæ solum omnibus carum. Exilii causa solum mutare. Quod solum tam exile & macrum? Sola terrarum ultimarum. 2. *Pavimentum*, *area*, **Boden.** Solum & quasi fundamentum orationis est.

Solvo, is, vi, solutum, ere. **losmachen. auflösen, zahlen.** R. a συλλύω. *Syn.* Resolvo, dissolvo, pendo, dependo numero repræsento, pretium do, pecuniam do, satisfacio, reddo, confero, ære alieno exeo, *vel* me libero: explico, enodo: libero. *Adv.* Omnino, recte, præclare. *Phras.* 1 *Fideliter te solvam*, **ich werde dich treulich bezahlen** Satisfaciam quamprimum, & fidem liberabo; nomina dissolvam; quod spopondi, dependam; cavebo, ne solutione dilata mea apud te fides concidat. Arcæ meæ confidito; explicare vel repræsentatione (*parata*, *præsentis pecunia*) me posse non dubito; ad diem cum fide solvam; pecuniam præsentem numerabo; expeditum est, unde solvam. 2. *Solvere non possum*, **ich kann nicht zahlen.** Solvendo non sum; unde solvam, non habeo, non suppetit; impedita, nondum explicata est solutio, solvendi ratio; unde satisfaciam, non est; expedire nomen non possum sine versura, **ohne neue Schulden.** 3. *Quis solvet?* **wer wird es zahlen?** Impensam quis præstabit? Pecuniam quis numerabit, repræsentabit? Pretium quis dabit, persolvet? V. *Æs*. *Usus*. 1. Misimus, qui æs alienum, qui pro vectura solveret. Ab aliquo (*alicujus nomine*) solvere. Solve, quod patriæ debes. 2. *Explico*, *enodo*, **auflösen.** Captiosa argumenta solvere. 3. *Libero*, **befreyen.** Legibus aliquem solvere, *vulg. dispensare*. Animum metu, curis solvere. Religione solvere civitatem. 4. *In re nautica*, **in dem Schiffwesen.** Anchoras, oras solvere; portu solvere, **vom Lande stoßen.** 5. Morem, disciplinam solvere, **aufheben.** V. *Anxius*.

Solus, a, um. **einzig, allein, alleinig.** *Syn.* Solitarius, unicus, unus solus, solus per se, unus ex omnibus. *Phras.* *Solus fere degit*, **er wohnet, lebt meistens allein.** Secum, ut ajunt, vivit, præter seipsum, neminem habet secum; relictus & destitutus a cæteris, lucem conventumque vitat; in solitudinem, tanquam in portum, se recepit; tempus prope omne in secreto, remotis arbitris terit; urbe, & omni cœtu caret hominum; sine arbitris agit; rerum suarum neminem mortalium socium habet, aut conscium. V. *Solitudo*. *Usus*. Abdimus nos, & sæpe soli sumus In locis solis mœstus errabat. Solus se in consilium vocat. Uno solo dissentiente.

Solute, **frey, los, lediq.** *Syn.* Expedite. *Usus*. 1. Solute & suaviter dicere. 2. *Remisse*, *frigide*, **nachläßig, liederlich.** Tam solute egit, tam oscitanter.

Solutio, onis, f. **Bezahlung, Auflösung.** *Syn.* Repræsentatio pecuniæ, dissolutio. *Epi.* Necessaria. *Usus*. Difficillima solutionis tempora. Solutio rerum creditarum. Solutio linguæ.

So-

Digitized by Google

Solutus, a, um. frey, los, ledig, ungebunden. *Syn.* Liber, diſſolutus, promptus.)(*alligatus.* *Uſus.* Animo eſſe libero & ſoluto. Homo ſolutus cura; ſomno ſolutus. A natura ad dicendum ſatis ſolutus & expeditus.

Somniculoſe, ſchläferig, träg. *Uſus.* Somniculoſe & negligenter aliquid facere.

Somniculoſus, a, um. ſchläferig, träg. *Syn.* Somni plenus. *Uſus.* Iners, ignava & ſomniculoſa ſenectus. V. *Piger.*

Somnio, as, avi, atum, are. träumen, einen Traum haben. *Syn.* Secundum quietem video, in quiete video, in ſomnis videre videor, in quiete mihi videtur; dormienti, ſecundum quietem mihi videtur; in ſomnis cerno. *Phraſ. Somniavi de fratre meo, es hat mir von meinem Bruder geträumet.* Species fratris mei per ſomnum, per quietem, in ſomno mihi oblata eſt; exagitabat me per ſomnum ſpecies fratris mei, quaſi a latronibus circumventi. Nocturna fratris mei, quaſi a latronibus circumventi imagine confundebar. Per nocturnos viſus oblata fratris interfecti ſpecies admodum me terruit. *Uſus.* Si ea dormientes agerent, quæ ſomniarent, alligandi eſſent omnes, qui cubitum irent. V. *Dormio*

Somnium, ii, n. Traum, Geſicht im Schlafe. *Syn.* Nocturnum viſum, inſomnium, imago nocturna, ſomnii viſum, ſpecies per ſomnum oblata. *Epi.* Clarum, illuſtre, recens, verum. *Uſus.* Id mihi ſomnium objectum eſt. Somnio ſtimulatus. Somnia interpretari. Repente, tanquam ſomnio, beatus. Ex earum rerum reliquiis inhærentibus, quas vigilans geſſerit, aut cogitarit, mirabiles exiſtant ſpecies ſomniorum, viſa mendacia ac falſa, quibus tamen mens, cum languore corporis nec membris, nec ſenſibus uti poteſt, vehementer concitatur. Animus in varia viſa & ſomnia incidit.

Somnus, i, m. Schlaf. *Syn.* Sopor, quies.)(*Vigiliæ.* *Uſus.* Vehementer me ſomnus urget; ſomnum vix teneo, der Schlaf plaget mich ſehr ſtark. Somno me dabo; ſomnum capiam, videbo, einſchlafen. Arctiſſimus me ſomnus complectitur, ſtark ſchlafen. Somno opprimor, dem Schlafe überfallen werden. Curæ mihi ſomnum adimunt; ſomno me privant; e ſomno excitant, ſuſcitant, nicht ſchlafen laſſen. Somnus eſt perfugium omnium laborum, ac ſolicitudinum. Nihil morti tam ſimile, quam ſomnus. Somnus eſt imago, *vel* ſimulacrum mortis. Animus per ſomnum curis vacuus. V. *Dormio.*

Sonipes, edis, m. Pferd, Roß, Gaul. *Poet. Syn.* Equus.

Sonitus, us, m. Getöne, Klang, Schall. *Syn.* Sonus, cantus. *Uſus.* Hoc ſonitu completæ aures obſurduerunt. Verborum inani ſonitu ſertur ejus oratio.

Sono, as, ui, itum, are. klingen, lauten, ſchallen. *Syn.* Cano, ſonum refero; ſonum, ſonitum reddo, efficio. *Adv.* Acute, graviter, male, numeroſe, optime. *Uſus.* Non intelligit, quid ſonet hæc vox voluptatis. Antiquitatem, ſi ita ſonet, ſermo eorum retinere videtur. In qua oratione nihil ſonare aut olere peregrinum poteſt. Arma ſonant. Extrema alia acute, alia graviter ſonant.

Sons, tis, g. o. ſchuldig. *Syn.* Nocens. *Uſus.* Comprehendere ſontes. V. *Reus.*

Sonus, i, m. Ton, Klang, Schall. *Syn.* Vox, vocis ſonus, vocis cantus, ſtrepitus. *Epi.* Abſurdus, acutus, agreſtis, certus, discrepans, graviſſimus, inanis, incredibilis, inflexus, miſerabilis, ruſticus, triſtis. *Uſus.* Varietas ſonorum, intervalla, diſtinctio, & vocis genera diverſa. Curſus vocis per omnes ſonos. Aures ſono complentur; ſonum recipiunt. Sonus in aures ac animos ſuaviter influit. Nervorum ſonum elicere. Inanem ſonum fundere.

Sophiſma, atis, n. falſche, liſtige, nicht bündige Schlußrede. *Uſus.* Contorta quædam & aculeata ſophiſmata: ſic enim appellantur fallaces concluſiunculæ.

Sophiſtes, æ, m. ſpitzfindiger Menſch, Witzling, Plauderer. *Uſus.* Qui oſtentationis, aut quæſtus cauſa philoſophatur.

Sopio, is, ivi, itum, ire. einſchläfern. *Syn.* Soporem induco.

Sopor, oris, m. Schlaf, Schlummer. *Syn.* Somnus. *Uſus.* Sopore placans artus languidos. Noli nobis languorem & ſoporem exprobrare.

Sorbeo, es, ui, ere. ſchlucken, ſchlürfen. *Uſus.* Iſta odio non ſorbeo ſolum, ſed concoquo.

Sordeo, es, ui, ere. ſtinken, mißfallen. *Uſus.* Antonio ſordebat Macedonica provincia. V. *Displiceo.*

Sordes, ium, f. Wuſt, Unflath. *Syn.* Lutum, ſex; avaritia: ſqualor. *Epi.* Alienæ, domeſticæ, ingentes, lugubres,

bres, miſerrimæ, ſumimæ turpiſſimæ. *Uſus.* 1. Populus non amat profuſas epulas, ſordes multo minus. 2. *Avaritia*, Geiz. Sordes hominis odi. 3. *Dedecus*, *macula*, *nota*, *culpæ flagitium*, Schandfleck. Virtus nullis nunquam ſordibus obſolefcit. Sordes illæ elui non poſſunt. 4. *Luctus*, *mœror*, *dolor*, Traurigkeit. Mater ſqualore filii, & ſordibus lætatur; filium in ſqualore & ſordibus jacentem; fletum ejus, ſordesque lugubres parum reſpicit. 5. *Cœnum*, *fex*, *pro homine abjecto & viliſſimo*, *per contumeliam*, Lumpengeſind, Lumpenvolk. O ludum! o ſordes!

Sorditatus, a, um. verächtlich gekleidet, ſchmutzig. *Syn.* Inſignis ſordibus, & facie reorum. *Uſus.* Mœſtus & ſorditatus ſenex.

Sordide, geizig. *Syn.* Avare.

Sordidus, a, um. unflätig, garſtig, ſchmutzig. *Syn.* Squalidus, turpis: avarus. *Phraſ. Eſt homo ſordidus*, er iſt allerdings recht unſauber, garſtig. Parum ſplendidus; apud quem nihil lautum, nihil elegans; in quo nihil non ſordidum & humile; lutulentus homo eſt; immundus illuvie; ſordibus ſqualidus; pannis obſitus, ſordidatus, neglectus, moribus adhæc tam incultis ac corruptis, ut cruore & luto oblitus videatur. *Uſus.* 1. Homo egens, ſordidus. 2. *Avarus*, *cupidus*, geizig, eigennützig. Qui liberales habendi, qui ſordidi. 3. *Turpis*, garſtig. Sordidiſſima & leviſſima gens Parthorum.

Sorites, æ, m. gewiſſe Art einer Schlußrede.

Soror, oris, f. Schweſter. *Uſus.* Soror germana.

Sororicida, æ, m. Schweſtermörder.

Sororius, a, um. ſchweſterlich. *Uſus.* Homo fraternis flagitiis, ſororiis ſtupris infamis.

Sors, tis, f. Loos. *Syn.* Fortuna, caſus, fatum. *Phraſ. Sorti res committatur*, man laſſe es auf das Loos ankommen. Sorti permittatur; ad ſortem revocetur; ſortes conſulantur; in hydriam ſortes conjiciantur, cujus nomen exiverit; cujus nomen ſors ediderit, is primas ferat. Sortes educantur, ut cuique ſors ceciderit; ut cujusque ſors excideriſ; ut cuique ſors evenerit, ita honoribus augeatur. Sortium beneficio dignitatem quisque auferat; nominibus in urnam conjectis, dejectis, quod primum ſorte exciderit, id citari jubeatur. Sortitio fiat; res ſorti committatur; ſors cernat, cujus in conferendis magiſtratibus habenda ſit prima ratio. V. *Sortior*. *Uſus.* Ex ſortibus, & oraculis. Sortes ducunt. Sortes eductæ in rem apte cadere poſſunt divinitus. Mea prima ſors fuit. Sortis religio. Ea provincia mihi ſorte obvenit; eam provinciam mihi ſors dedit. Quod ſors obtulerit, acturus videtur.

Sortilegus, i, m. Weiſſager aus dem Looſe, Looſer. *Syn.* Divinus ariolus.

Sortior, iris, itus ſum, iri. das Loos werfen. *Syn.* Sortito capio, ſortes conjicio, ſortitionem facio; ſorti committo, permitto; fortunæ arbitrio, judicio committo. *Uſus.* Sortiri paucos e multis ad pœnam. Sortiri bona cum aliquo. Provincias inter ſe ſortiuntur.

Sortitio, onis, f. das Looſen. *Syn.* Diſtributio, quæ ſortito, ſeu ductis fit ſortibus. *Epi.* Ædilitia, contentioſa, præclara, feligioſa, veſpertina. *Uſus.* Sortitione in aliquos animadverſum eſt. Sapienter a majoribus ſortitio magiſtratuum conſtituta eſt.

Sortito, nach dem Looſe, durch das Loos. *Syn.* Sortitione, ductis ſortibus. *Uſus.* Sortito mittebantur in provincias.

Sortitus, us, m. das Looſen. *Syn.* Sortitio.

Soſpes, itis, g. o. geſund, friſch. *Syn.* Salvus. *Uſus.* Soſpites omnes Romam pervenere. V. *Salvus*.

Soſpita, æ, f. Erhalterinn. *Syn.* Salutaris. *Uſus.* Juno ſoſpita.

Soſpito, as, avi, atum, are. erhalten, beſchirmen. *Syn.* Incolumem ſerve, præſto. *Uſus.* Deum precibus expoſcunt, ut propitius ſuam ſemper ſoſpitet progeniem. V. *Salvo*, *ſalus*, *ſervo*.

Soter, eris, m. Heiland, Erhalter. *Syn.* Servator, conſervator.

Spargo, is, ſi, ſum, ere. ausſtreuen. R. a Σπείρω, *ſemino*. *Syn.* Fundo. *Phraſ. Rumor late ſpargitur*, es geht die Rede, die Rede wird ausgeſprengt. Sermones diffipantur; rumor late diffunditur, diſſeminatur; in vulgus editur, effertur; ſermonibus multorum divulgatur, differtur, circumfertur. V. *Rumor*, *Fama*. *Uſus.* Nummos populo ſpargere. Res geſtas in memoriam ſempiternam ſpargere. Semina doctrinæ in ſuis libris ſpargit.

Spa-

Digitized by Google

Spatior, aris, atus ſum. ari. ſpaßiren, hin und her gehen. *Syn.* Ambulo, deambulo, V. *Ambulo.*

Spatium, ii, n. Raum, Platz, Weite. *Syn.* Loci intervallum, curriculum, curſus, regio. *Epi.* Æquum, æternum, annuum, extremum immenſum, liberum, longinquum, medium, menſtruum, ſimile *Uſus.* 1. In ambulatione duo ſpatia, aut tria facere. Ingens ſpatium conficere, decurrere. De ſpatio reflectere. 2. *Temporis i tervallum*, Zeit, Friſt. Spatium ad deliberandum ſumere; aliquid ſpatii ſibi ad ſcribendum furripere. Meditanti ſpatium mihi non datur. Spatio aliquo interjecto redibo. Non habeo, non eſt mihi ſpatium ſcribendi.

Speciatim, inſonderheit, namentlich. *Syn.* Nominatim.

Species, ei, f. Geſtalt, Art, äußerlicher Schein. *Syn.* Forma figura, facies; imago. *Epi.* Admirabilis, æterna, beata, blanda, clara, conſularis, divina, eximia, falſa, forenſis, formoſa, honeſta, liberalis, pura. ſancta, ſingularis. *Phraſ. Vir eſt in ſpeciem tantum bonus*, er iſt nur dem Scheine nach fromm. Sub pietatis obtentu: per cauſam pietatis; per ſpeciem pietatis multos fallit. Imaginem tantum probitatis & ſpeciem fallacem præ ſe fert. Vir ſpecie probus, re improbiſſimus. V. *Simulator, ſimulo.* *Uſus.* 1. Excellentis eloquentiæ ſpeciem & formam adumbrare. Obſervantur animo ſpecies honeſtæ. 2. *Imago, ſimilitudo*, Geſicht, Gleichheit. Me ſpecies quædam inanis commovit, Boni viri ſpeciem gerere, præ ſe ferre, tueri Aliud moliri, aliud ſpecie & ſimulatione oſtendere. Clementiæ ſpecie multos devinxit. Ea res ſpeciem præbuit magni exercitus. 3. *Forma, venuſtas, dignitas*, Geſtalt, Schönheit, Würdigkeit. Pertinent hæc ad liberalem ſpeciem & dignitatem Naturæ formam, in qua eſſet ſpecies honeſta in promtu poſuit. 4. *Aſpectus*, Anſehen. Vir liberali, honeſta ſpecie. Species, ſtatura ad dignitatem apposita. 5. *Pars generis*, Gattung Virtutes ſpecie diſpares prudentia conjunguntur.

Specillum, i, n Wundeiſen.

Specimen, inis, n Probe, Probſtück. *Syn* Indicium, ſignificatio; exemplum. *Phraſ. Juvenis optimi ſpecimina dat multa*, er giebt ſehr gute Proben von ſich. Optime ſe oſtendit; documenta futuri judicii dat maxima; multa in eo ſpecimina virtutis cernuntur, elucent; experimenta edit egregiæ virtutis. *Uſus.* 1 Specimen virtutis dare, capere. 2. *Exemplum*, Beyſpiel. Cato ſpecimen temperantiæ ac prudentiæ.

Specioſe, ſchön, ſcheinbar. *Uſus.* Specioſe cum ornatu ingredi.

Specioſus, a, um. ſchön. wohlgeſtalt, ſcheinbar. *Syn.* illuſtris, eximius. *Uſus.* Reverſionis has ſpecioſas cauſas habeo.

Spectabilis, e. anſehnlich, achtbar *Syn.* Aſpectabilis. *Uſus.* Corpus cœli ſpectabile.

Spectaculum, i. n. Schauſpiel. *Syn.* Res ad ſpectandum propoſita, præſertim cum pompa & apparatu, *ut ſunt ludi, & alia ejus generis.* *Epi.* Acerbum, egregium, jucundum, luctuoſum, miſerrimum, præclarum. *Uſus.* Res cœleſtes, quarum ſpectaculum ad hominem tantum pertinet. Spectaculum dare, præbere. Magnus ex iis ſpectaculis plauſus eſt excitatus. V. *Ludus.*

Spectat, es gehöret. *Syn.* Pertinet. *Uſus.* Hoc ad ſingulos ſpectat, illud ad univerſos. Alio ſpectat vox Pythica. V. *Attinet, interest.*

Spectatio, onis, f. Anſehung, Anblick. *Syn.* Inſpectio. *Uſus.* Animus levatur ſpectatione.

Spectator, oris, m. Zuſeher, Zuſchauer. *Syn.* Contemplator. *Epi.* Diligens. *Phraſ Spectatores habebis plurimos*, du wirſt viele Zuſeher haben. Theatrum magnum habebis; tu te quaſi in aliquo theatro verſari exiſtima; res tuæ quaſi magno in theatro ſpectabuntur; res tuæ quaſi majoribus thearris erunt propoſitæ *Uſus.* Spectatorem ſe otioſum præbere alienæ calamitatis. Homo ſpectator rerum cœleſtium.

Spectatus, a, um. bewährt, anſehnlich. *Syn.* Cognitus, probatus. *Uſus.* Vir ſpectatæ integritatis. Vir fortis & ſpectatus.

Specto, as, avi, atum, are. ſchauen, ſehen, betrachten, abzielen. *Syn.* Spectator ſum, æſtimo. cerno. *Adv.* Procul, alte, directe, ad extremum, foras, plane. *Uſus.* Hominem non ex cenſu, ſed moribus ſpectare oportet Alterius animum ex ſuo ſpectare, nach ſeinem eigenen Herzen ein anderen beurtheilen, ſchätzen. Res ad arma, ad bellum ſpectat, es gehöret auf einen Krieg los. Nil niſi gloriam laudemque ſpectat. Hoc ſpectant

Digitized by Google

ſtant leges, ut &c. Domus ad mare ſpectans. V. *Propono.*

Spectrum, i, n. Geſpenſt, Geſicht. *Syn.* Idolum, viſum. *Uſus.* Quæ illi idola, nos ſpectra appellamus.

Specula, æ, f. eine Warte, Schauthurm, Wachtthurm. *Syn.* Vigilum locus, vigiliæ. *Uſus.* 1. Tanquam ex ſpecula aliqua proſpexi tempeſtatem futuram. Homines in ſpeculis ſunt, obſervant, ut vos geratis in retinenda religione. Velut in ſpecula collocatus, conſtitutus ſum. 2. *Parva ſpes*, kleine Hoffnung. Hac ſpecula me ſuſtentabam unice.

Speculator, oris, m. Ausſpäher, Kundſchafter. *Uſus.* Speculator venatorque naturæ.

Speculatorius, a, um. zum ausſpähen dienlich. *Uſus.* Navigia ſpeculatoria.

Speculor, aris, atus ſum, ari. ausſpähen, auskundſchaften, beobachten. *Syn.* In ſpecula ſum, excubo, obſervo. *Adv.* Prope. *Uſus.* Omnia ante ſpeculabantur & ſcrutabantur. Multorum te oculi ſpeculantur & aures. V. *Prævideo, obſervo.*

Speculum, i, n. Spiegel. *Phraſ. Speculum aſpicere*, ſich im Spiegel beſehen. Speculum conſulere; ſpeculum in conſilium adhibere; ſemet in ſpeculo contemplari; ſpeculo uti; ſe in ſpeculo intueri, ſpectare, videre; ad ſpeculum explorare formam. *Uſus.* Verſus, in quibus velut in ſpeculo quiſque ſe poſſit intueri. Comœdia eſt imitatio vitæ, ſpeculum conſuetudinis, imago veritatis.

Specus, us, m. Höhle, Gruft. *Syn.* Spelunca.

Spelunca, æ, f. Höhle, Loch. *Syn.* Specus.

Sperno, is, ſprevi, ſpretum, ere. verachten, nichts achten. *Syn.* Reſpuo, pro nihilo puto, contemno, diſpicio, rejicio, repello, repudio, refuto. *Uſus.* Spernit nos, & pro nihilo putat. V. *Contemno.*

Spero, as. avi, atum, are. hoffen. *Syn.* Spem habeo, ſpes eſt, in ſpe ſum, in ſpe aliquid habeo, ſpe ducor, inducor in ſpem, expecto, confido, ad ſpem erigor, ſpem propoſitam habeo, mihi ſpes propoſita eſt.)(*Deſpero, timeo. Adv.* Bene, inſipienter, optime, plurimum, recte, ſaltem, temere. *Phraſ.* 1. *Bene de te ſpero*, ich ſetze meine Hofnung auf dich. Tantum in te confido, ut omnia in te collocem, omnes in te fitas ac collocatas rationes habeam; ut tuis præcipue viribus nitar, nihil aliunde exſpectem; præſidia ad omnes caſus, omnia in te uno conſtituam, ſpes omnes in te repono, defigo. V. *Spes, Exſpectatio bona.* 2. *Spero, officia, tibi mea grata fore*, ich hoffe, daß du meine Dienſte genehm halten wirſt. Spes me tenet, ſuſtentat, alit; fovet, officia tibi mea grata fore; in ſpem venio; in ſpem ingredior; in ſpem adducor; ſpes affulget; tua benevolentia ſpem mihi dat; ſpem facit; ſpem oſtendit magnæ a te gratiæ ineundæ. 3. *Omnia ſic conſtitui, ut ſperare nihil non poſſim*, ich habe alles dergeſtalt eingerichtet, daß ich die beſte Hoffnung davon haben kann. Jacta ſunt a me fundamenta rei, ſic ut certa propemodum in ſpe ſint reliqua. Rem, ut opinor, ita conſtitui, in eo ſtatu collocavi, in eum ſtatum adduxi, ut omnia ſecunda, ut quælia volumus, ut omnia ex animi ſententia ſperare poſſimus. Rem, ut opinor, ita compoſui, nihil ut adverſum timere poſſim, ut delegare ſpes meas fortunæ poſſim; eo rem perduxiſſe mihi videor, ut eventum ſperare quam ſecundiſſimum liceat; hoc mihi videor conſecutus, ut optima ſpe niti poſſim. 4. *Ego, ut ſpero facile omnia impetrabo*, ich werde dieſes alles, wie ich hoffe, leichtlich erhalten. Pro mea quidem ſpe, niſi me ſpes fallit, ut animus meus auguratur, quemadmodum ipſe mihi polliceor, nihil eſt, quod a te non expectem. V. *Spes. Uſus.* 1. Spero & confido, te jam valere. Jubeo te de me bene ſperare, & ſecuro eſſe animo. 2. *Timeo, vereor*, fürchten. Si a te, quod non ſpero, deſerar.

Spes, ei, f. Hoffnung. *Syn.* Boni expectatio, fiducia: firmamentum, cupiditas.)(*Timor. Epi.* Abjecta, bona, certa, explorata, exigua, fallax, firma, incerta, infinita, nova, perennis, pertenuis. *Phraſ.* 1. *Litteræ tuæ mihi ſpem magnam fecerunt*, dein Brief macht mir gute Hoffnung. Spem magnam afferunt, offerunt, faciunt, oſtendunt, oſtentant; ingentem mihi ſpem præbent, ſubminiſtrant, dant, proponunt, injiciunt; in ſpem recuperandæ libertatis certiſſimam me vocant; inducunt; in ſpem meliorem me impellunt, ad ſpem me erigunt, rapiunt; ſpem mihi affirmant, inferunt; certioris me ſpei implent, quam quantam fides promiſſi, aut ratio ex fiducia rerum ſubjicere ſolet; tuæ litteræ augent, [illegible] gunt, confirmant ſpem [illegible]

Digitized by Google

me bonæ plenum faciunt; ſpe ingenti me complent; fiduciam accendunt; ſecuro me animo eſſe jubent. 2. *Spem novam concipio*, ich bekomme neue Hoffnung. In ſpem ingredior; in ſpem venio; ſpes animum ſubit; ſpes animum cepit; in ſpem adducor; ſpes nova affulget; injecta mihi nova ſpes eſt; ſpem non ex incerto concipio. 3. *Spem magnam habeo, rem ex ſententia ceſſuram*, ich habe gute Hoffnung, die Sache werde glücklich ablaufen. Spes eſt; in magna ſpe ſum; ſpe certa teneor; ſpes ea in me hæret, reſidet; ſpei plurimum habeo; plenus bonæ ſpei ſum; animus ſpe iſta calet; ſpes ampla deſpondetur; ſpes ea me tenet; ſpe & animo confido; ſpem habeo maximam, rem ex ſententia ceſſuram. 4. *Hæc una mihi ſpes ſupereſt*, dieſe einzige Hoffnung iſt mir übrig. Eam unam ſpem video; hac una ſpe nitor; hæc una ſpes ſuſtentat, alit; conſolatur; ex una ſpe illa pendet animus; in ea re una omnis fortunæ pono ſubſidia; res una mihi magnæ fiduciæ eſt; in una re ſpem omnem pono, repono, colloco; ſpes omnes ſitas in ea re habeo; in ea re una ſpes meas omnes defigo, conſtituo, quod alias nunquam gratiæ eſſe locum ullum videam. Hanc unam ſpem ſequor; in ea re una ſpes omnes repoſitas habeo; una in re ſalutis auxilium pono, ſpemque propoſitam habeo ſecundiſſimi eventus. 5. *Parva res erat, quæ hominem in ſpem tam inſanam impulit*, es war gar eine geringe Sache, die dieſem Menſchen eine ſo leere und eitle Hoffnung machte. Parva dictu res erat, quæ hominis inconſultam fiduciam accendit; quæ ſolita vanitate ſpem ejus inflabat; qua homo inconſultus ad vanam fiduciam efferebatur; quæ illi tantum ſpei fecerat; parva dictu res erat, & in qua nihil ad eam ſpem agnoſceres, qua ille inflatus hereditati ſpe & animo incubabat; leviſſima impulſus cauſa, ſpe tamen devorabat hereditatem totam; cum cauſæ nihil eſſet, cur in partem hereditatis is veniret, ſpem tamen ejus veluti in manibus ſe habere exiſtimabat. 6. *Sinister ille eventus ſpes omnium magnopere debilitat*, dieſer unglückliche Zufall macht, daß wir faſt alle Hoffnung verlieren. Remoratur, infringit, labefactat; finiſtro illo eventu ſpes omnium magnopere extenuatur, plane evaneſcit; magnopere concidit; pene inveteraſcit; ſpes prope omnis inciſa, præciſa eſt; ſpes prope ad irritum cadit. 7. *Hominis importuni furor nobis ſpem omnem prope ademit*, dieſer unruhige Kopf hat uns faſt aller Hoffnung beraubt. Spem prope omnem nobis eripuit, abſtulit, ſuſtulit funditus; de ſpe optima nos dejecit, depulit, deturbavit; a ſpe animos omnium avertit; ſpem probe omnem incidit, abrupit. 8. *Spem omnem perdidimus*, wir haben alle Hoffnung verlohren. De ſpe decidimus; ſpem omnem abjecimus; ſpem omnem deſuimus. Spes tota nos deſeruit, deſtituit, defecit; nobis disceſſit; ſpem omnem amiſimus. 9. *Spes nos fefellit*, unſere Hoffnung hat uns fehlgeſchlagen, iſt zu Waſſer geworden. Fortuna ſpes noſtras deſtituit; ſpe fruſtrati ſumus; irritos ſpei abire nos neceſſe eſt; ingenti ſpe deſtituimur; ſpe lapſi ſumus; a ſpe dejecti, repulſi ſumus; ſpes nos noſtra feſellit, fruſtrata eſt, eluſit. 10 *Nulla ſpes ſupereſt*, es iſt keine Hoffnung mehr übrig. Nullus jam ſpei locus eſt; ſpes nulla jam relinquitur; quæ porro ſpes reliqua eſſe poteſt; ſpe omni carendum eſt; ſpe prope omni orbati ſumus, deſperata ſpes eſt, inciſa, abrupta. *Uſus.* Certa ſe ſpes oſtendit. Subito ad novam ſpem exarſi. In eam ſpem devolutus ſum. Vana ſpe inflatur. Spem redintegare. Spem omnium multum vicit, ſuperavit. Neutro inclinata ſpe, bey noch ungewiſſem Ausgange der Sachen.

Sphæra, æ, f. Kugel, runder Kreis. *Syn.* Globus. *Uſus.* Habent ſuam ſphæram errantes ſtellæ.

Spica, æ, f. Kornähre. *Epi.* Uberes & crebræ. *Uſus.* Seges ſpicis crebris & uberibus.

Spiculum, i, n. ein Pfeil. *Syn.* Telum, ſagitta. *Uſus.* Craſſus ſpiculis prope ſcrutatus eſt alpes.

Spicilegium, ii, n. Nachärnte. *Syn.* Collectio ſpicarum.

Spina, æ, Dorn. *Epi* Valida. *Uſus.* 1. Spinas vellere. 2 *Subtilis ratio, quæſtio acuta*, ſpitzfindige Frage. Spinæ dialecticæ.

Spinoſus, a, um. dornigt. *Syn.* Durus, aſper. *Phraſ. Aggredienda tibi eſt ſpinoſa illa dialectica*, du mußt nun jene ſpitzige Diſputirkunſt ergreifen. Tortuoſum illud diſputandi genus tibi omnino complectendum eſt; compelleris vel invitus in anguſtias illas, & dumeta dialecticorum; vellenda tibi

Digitized by Google

tibi erunt dialecticæ differendi ſpinæ. Illæ argumentorum contortiones, breves illæ, & acutæ concluſiunculæ negotium tibi nunc faceſſent. *Uſus.* Spinoſum & ſubtile diſputandi genus. Spinoſa & exilis oratio.

Spira, æ, f. **gewundener Kreis.** *Uſus.* Anguis ſe in ſpiram colligit.

Spirabilis, e **das Athem, oder Leben bringt, luftig.** *Syn* Flabilis, animalis. *Uſus.* Hæc ſpirabilis animalisque natura, cui nomen eſt aer.

Spiratio, onis, f. **das Athmen** *Uſus.* Animalia ſpiratione aeris ſuſtentantur.

Spiritus, us, m. **Athem, Leben, Luft, Geiſt.** *Syn.* Vapor puriſſimus ſanguinis; ſpiratio, vita; aer. *Epi.* Anguſtior, cœleſtior. cœleſtis, communis, contaminatus, divinus, extremus, infinitus, liber, minimus, tranquillus, regius, jucundus, vilis, vitalis, tribunitius *Uſus.* 1 Spiritus per omnes arterias funditur. Vita corpore & ſpiritu continetur. 2. *Reſpiratio, ſpiratio, anhelitus*, **das Athemholen.** Nullum unquam tranquillum & otioſum ſpiritum duxi. Contaminatus ſpiritus. Animæ intercluſio, & anguſtiæ ſpiritus Longiſſima eſt complexio verborum, quæ volvi uno ſpiritu poteſt. Aer ſpiritu ductus. Legiones uno ſpiritu diffiare. 3. *Vita*, **Leben, Geiſt.** Patriæ ſpiritum reddere, ſpiritum alicui eripere & auferre 4. *Aër*, **Luft.** Poteſtne tibi hujus cœli ſpiritus eſſe jucundus? 5. *Transl.* *Elatio animi tumor, faſtus, inflatio*, **Stolz, Hochmuth.** Res geſtæ, neſcio, quos ſpiritus ei attulerunt E rebus geſtis magnos ſpiritus ſumere. Geſtientes, & ferociter exultantes hominis ſpiritus comprimere, contundere V. *Faſtus, ſuperbia.*

Spiritus Sanctus, der heilige Geiſt. *Phraſ.* Immenſus ille, ac ſempiternus ſpiritus, cujus afflatu atque numine omnia ſuſtinentur & conſervantur; cujus numine humanæ mentes divinis ſenſibus afficiuntur; qui animis noſtris cœleſtis gratiæ rorem inſtillat; cœleſtium munerum largitor Spiritus; intectoris vitæ auctor ac parens atque, ut ita dicam, anima animæ; ſanctitatis omnis fons & origo.

Spiro, as, avi, atum, are. **athmen, leben, wehen, blaſen.** *Syn.* Spiritum duco, animam duco, vivo, anhelitum duco. *Phraſ.* *Ægre ſpirat*, **er ſchöpft ſehr hart Athem.** Intercluſus ſpiritus arcte meat; animam ægre ducit; fatigatos anhelitus trahit; anguſtior illi eſt ſpiritus. Vis morbi animam comprimit; ſpirandi difficultate laborat. *Uſus.* Mens Platonis adhuc in ejus ſcriptis ſpirare videtur. Non modo ſine cura quieſcere, ſed ne ſpirare quidem ſine metu poſſum.

Spiſſe, **dicht.** *Syn.* Aegre, difficulter, vix.

Spiſſus a, um **dicht, beſchwerlich** *Syn.* Denſus, difficilis. *Uſus.* Spiſſum ſane opus & operoſum. Omnia adhuc tarda & ſpiſſa.

Splendeo, es, ui, ere. **glänzen, ſchimmern.** *Syn.* Luceo, fulgeo, micо. *Uſus.* Virtus ſplendet in tenebris, per ſeque lucet.

Splendide, anſehnlich, herrlich. *Syn.* Ample, magnifice. *Uſus.* Splendide, & amplo funere efferre. Splendide accipere aliquem

Splendidus, a, um. **anſehnlich, herrlich.** *Syn.* Magnificus, elegans, ornatus *Uſus* Vir ornatiſſimus & ſplendidiſſimus Nihil in Curii domo ornatum vel ſplendidum præter ipſum. V. *Magnificus, ſplendor.*

Splendor, oris, m. **Glanz, Schein. Anſehen.** *Syn.* Nitor; claritas, dignitas. *Phraſ.* *Homines ſummo ſplendore praediti*, **anſehnliche und prächtige Leute.** Quorum dignitas omnium oculos perſtringit; ſumptibus & publica magnificentia prope extra modum exeuntes; leſtis cælatis, laqueatis ædibus, omni luxu & opulentia inſtructis magnifici; ample & magnifice exornati *Uſus.* Imperii noſtri ſplendor gentibus omnibus lucet. Omnia ad ſplendorem & gloriam revocare. Dignitatis ſuæ ſplendorem obtinere. Habet maximum ſplendorem virtus. Antiquæ virtutis ſplendor obſolevit moribus noſtris deformatus. Splendore nominis ejus & virtutis capti cives.

Spoliatio, onis, f. **Plünderung, Beraubung** *Syn.* Direptio, privatio. *Uſus.* In tanta ſpoliatione omnium rerum.

Spoliator, oris, m. **Räuber, Plünderer.** *Syn.* Prædo, direptor

Spolio, as, avi, atum, are **berauben, plündern.** *Syn.* Exuo, nudo, orbo, deſpolio privo; ſpolia detrahо; eripio, detrahо. (*Opus Phraſ.* *Spoliaberis, niſi auxilia circumſpexeris*, **du wirſt ausgeraubt werden, wenn du dich nicht um Hülfe umſiehſt.** Prædaberis hoſtibus; hoſtes in fortunas tuas in-

Digitized by Google

invadent: fortunis te evertent; de fortunis te deturbabunt, ſanguinem exſorbebunt tuum, niſi &c. *Uſus.* Apollonium omni argento ſpoliaſti. Nihil illo ſpoliatius, nihil egentius. V. *Privo.*

Spolium, ii, n. **Raub, Beute.** *R. ex σύλη, quidquid hoſti detrahitur. Syn.* Exuviæ, præda. *Epi.* Cruentum, novum, pulcherrimum. *Uſus.* Cruenta alicui ſpolia detrahere. Magna ſpolia ex hoſte capere. Aliorum ſpoliis ſuas opes augere. V. *Praeda.*

Sponda, æ, f. **eine Seite des Betts, Spannbett.** *Syn.* Lecti latus.

Spondeo, es, ſpopondi, ſponſum, ere. **verheißen, verſprechen, geloben** *Syn.* Promitto, ſponſionem facio, ſponſionem interpono. *Adv.* Vehementer. *Uſus.* Tibi dependendum eſt, quod pro alio ſpopondiſti. Id ſpondeo, inque me recipio Honores & præmia ſpondere alicui. V. *Promitto.*

Spongia, æ, f. **Schwamm.** *Uſus.* Spongia extergere ſanguinem.

Sponſa, æ, f. **Braut.** *Uſus.* Sua cuique ſponſa.

Sponſalia, orum, n. **Eheverſprechen, Verlobniß.** *Syn.* Sponſio, & repromiſſio nuptiarum. *Uſus.* Sponſalia alicui præbere; ſponſalia facere. Sponſalia diſſolvere.

Sponſio, onis, f. **Verheißung, Verſprechen, Zuſage.** *Syn.* Sponſum, omnis ſtipulatio & promiſſio. *Uſus.* Sponſionem facere. Sponſione aliquem lacesſere, **mit einem wette wollen.** Sponſione vincere, **die Wette gewinnen.** Sponſione vinciri. Sponſionem vincere. Voti ſponſio. In anguſtiſſimam ſponſionis formulam aliquem includere.

Sponſor, oris, m. **Bürg.** *Syn.* Præs. *Uſus.* Pompejus idem mihi de voluntate Cæſaris ſponſor, & de mea teſtis. Tulliola præmium flagitat, me ſponſorem appellat. Marcellus pro Mario ſponſor eſt factus.

Sponſum, i, n. **Verheißung, Zuſage.**

Sponſus, i, m. **Bräutigam.** V. *Nuptiae.*

Sponte, freywillig, von ſelbſt. *Syn.* Ultro, ſuapte natura, ſuapte, vi ſua, ſua voluntate, ſuo judicio. *Phraſ.* 1. *Sponte venit*, **er iſt freywillig erſchienen.** Sua ſponte, nullius coactu, hortatu, invitatu, impulſu venit; ultro ſe mihi obtulit; voluntarius affuit; ſciens prudensque, voluntate affuit. 2. *Lapis ſua ſponte decurſum cadit*, **der Stein fällt von ſelbſt hinabwärts.** Suapte natura, vi ſua, innata vi, ſuopte nutu ac pondere, nullius adminiculo in terram fertur. *Uſus.* Sua ſponte, quo impellimus, inclinat. Si ſponte ac voluntate nollet, vi extrudetur V. *Libenter.*

Sporta, æ, f. **ein geflochtener Korb** *Syn.* Fiſcina, fiſcella.

Spuma, æ, f. **Schaum.** *R.* a ſpuo. *Uſus.* Spumas agebat in ora. Spumis os circumfluit.

Spumoſus a, um. **ſchaumigt.** *Uſus.* Spumoſum littus.

Spumo, as, avi, atum, are. **ſchäumen.** *Uſus.* Spumans ex ore ſcelus, anhelans crudelitatem.

Spuo, is, ui, utum, ere. **ſpeyen.** *Syn.* Salivam emitto.

Spurce, ſchändlich. *Syn.* Obſcœne, fœde, turpiter, flagitioſe.

Spurcus, a, um. **unflätig, garſtig.** *Syn.* Lutulentus, impurus, obſcœnus, turpis. *Uſus.* Tempeſtas ſpurciſſima. V. *Turpis.*

Sputum, i, n. **Speichel.**

Squaleo, es, ui, ere. **unflätig, garſtig, beſtürzt ſeyn.** *Syn.* Sordeo; mœreo, afflictor.)(*niteo. Uſus.* Squalebat civitas, erat in luctu ſenatus.

Squalide, unflätig, unſauber, unartig.

Squalidus, a, um. **unrein, unflätig, ſcheußlich.** *Syn.* Horridus, incultus, ſordidus. *Phraſ. Homo ſqualidus*, **ein übel verſtalteter Menſch.** Obſitus ſqualore; obſita erat ſqualore veſtis, foedior corporis habitus pallore ac macie perempti; ad hæc promiſſa barba & capilli efferaverant oris ſpeciem; homo veſte obſoleta ſordidatus, præferens in vultu habituque calamitatis ſuæ imaginem, corpus vero reliquum ingluvie, veternoque & ſordibus ſqualidum. *Uſus.* Domus, oratio ſqualidior & ſine nitore. V. *Sordidus.*

Squalor, oris, m. **Unflath, Schmutz, Scheußlichkeit.** *Syn.* Sordes, mœror. *Uſus.* In luctu & ſqualore jacere. Squalore obſitus reus. Spectaculum tanti ſqualoris, luctus, ſordium. V. *Sordes, ſqualidus.*

Squamma, æ, f. **Schuppe.**

Squammoſus, a, um. **ſchuppicht.**

Squilla, æ, f. **Meerzwiebel, Meerkrebs.** *Uſus.* Pinna cum ſquilla coit ſocietatem comparandi cibi.

Stabilio, is, ivi itum, ire. **befeſtigen, feſt ſetzen.** *Syn.* Firmo. *Uſus.* Rempublicam, leges, libertatem ſtabilire. Pedem ſtabilire in ſuo. V. *Firmo, confirmo.*

Digitized by Google

Stabilis, e. dauerhaft, beſtändig. *Syn.* Firmus, conſtans, immutabilis, multum firmitudinis habens, fixus, fundatus, optimo conſtitutus, certus, proprius, perpetuus, perennis, immortalis.)(*lubricus, incertus Uſus.* Nulla domus tam ſtabilis, nulla civitas tam firma eſt, tanta temporis diuturnitate confirmata, quæ non poſſit odiis diſſidiisque everti. Maneat hæc ſtabilis & fixa ſententia. V. *Conſtans.*

Stabilitas, tis, f. Beſtändigkeit, Dauerhaftigkeit. *Syn.* Firmitas, conſtantia. *Uſus.* Respublica quaſſata multa amiſit præſidia ſtabilitatis ſuæ. Quis corporis firmitate, aut fortunæ ſtabilitate confidat? Amicitiam non adoleſcentulorum more, ardore quodam & impetu amoris, ſed ſtabilitate & conſtantia judicemus. V. *Conſtantia.*

Stabulor, aris, atus ſum, ari. im Stalle ſtehen. *Uſus.* Pecus ſtabulatur melius ad hibernos exortus.

Stabulum, i, n. Stall, Stallung. *Uſus.* Paſtorum ſtabula.

Stadium, ii, n. Rennbahne, Feldweg, Weite von 125 Schritten. *Syn.* Spatium CXXV. paſſuum; curriculum. *Uſus* 1. Is locus citra Romam eſt ſtadia triginta. Multa ſtadia confecit. 2. *Curriculum, ſpatium, ſtudium*, Laufbahne, Weite ꝛc. Qui ſtadium ingreditur, eniti maxime debet, ut vincat. In ſtadium artis Rhetoricæ prodire non audet.

Stagno, as, avi, atum, are. * ſtill ſtehen, anlaufen. *De aqua, quæ nec effluit, nec ſorbetur.*

Stagnum, i, n. * See, Teich, der keinen Ausfluß hat.

Stataríus, a, um. das auf einem Orte ſtehen bleibt. *Syn.* Firmus, ſtabilis; *item*: qui in dicendo agendoque, geſtu motuque utitur moderato. *Uſus.* Pugna ſtataria. Statarius, & ſermonis plenus orator.

Statera, æ, f. Wage, Schnellwage. *Syn.* Libra, trutina. *Uſus.* Non aurificis ſtatera, ſed populari judicio rem examinare.

Statim, bald, alsbald, ſtracks. *Syn.* Continuo, illico, mox, quam mox, protinus, jam jamque, quamprimum, confeſtim, actutum, e veſtigio, repente, ſine mora, nulla interpoſita mora, abjecta omni cunctatione, primo quoque tempore, extemplo, haud cunctanter, propere; ſine excuſatione, nulla interpoſita dubitatione. *Phraſ.* 1. *Mandata tua ſtatim exequar*, ich werde deine Befehle gleich vollziehen. Omni mora abjecta; ne minimo temporis ſpatio interjecto; ſimul ac potero, rem perficiam. Punctum temporis non morabor; ſine mora mandata exhauriam. 2. *Statim concidit*, er iſt auf der Stelle zuſammen gefallen. E veſtigio; in veſtigio temporis, momento temporis concidit. *Uſus.* Litteras ſcripſi ſtatim, ut tuas legerem.

Statio, onis, f. Stelle, Platz, Stand. *Syn.* Manſio ac locus, in quo naves aut milites tuto ſtare poſſint. *Uſus.* Stationes disponere; cohortes in ſtatione habere; in ſtationem educere; ſtationes ingruente hoſte in caſtra ſubducere; ſtationes agere; ſubmiſſis manipulis aliquot ſtationes firmare. Athenis nunc ſtatio placet. V. *Præſidium, portus.*

Stativa, orum, n. Quartier, Standlager. *Syn.* Statio. *Uſus.* Stativa miles noſter habet optima. Militem in ſtativis habere.

Stativus, a, um. beſtändig zur geſetzten Zeit. *Uſus.* Hæc mea cuſtodia eſt, hoc præſidium ſtativum.

Stator, oris, m. Aufwärter. *Syn.* Apparitor, nuntius, tabellarius. *Uſus.* Litteras ſtator tuus mihi attulit.

Statua, æ, f. Bildſäule, Ehrenſäule. *Syn.* Signum, imago, ſimulacrum. *Epi.* Equeſtris, pedeſtris, nuda, palmaris, perſimilis, aliena, publica, turmalis, inaurata. *Uſus.* Senatus ei ſtatuam auream decrevit, poſuit, ſtatuit, fixit, locavit, collocavit, conſecravit. Statuam alicujus evertere, affligere, deturbare, diſſipare.

Statuo, is. ui, utum, ere. beſtellen, beſchließen, ordnen. *Syn.* Conſtituo, decerno, ſancio, delibero. *Adv.* Certe, exploratius facilius, honeſtius, omnino, prorſus, recte, regle. *Phraſ.* 1. *Firmiter ſtatutum eſt*, es iſt feſt beſchloſſen. Ratum ac firmum eſt; certum id mihi atque obſtinatum eſt; ſtat ſententia; certum eſt hoc agere; illud manet & fixum eſt; ſtat illud, ſtabitque mihi; deliberatum cum animo habeo meo; ſtatutum habeo; fixum & ſtatum eſt; fixum id, ratum firmumque; ſtabile decretumque hoc conſilium eſt; hic animus, hæc mihi lex eſt. 2. *Statui, Romam proficiſci*, ich habe mir vorgenommen nach Rom zu reiſen. Animus in eo erat, ut Romam peterem; in animo erat, in animo habebam; animum ſuſcepi proficiſcendi Romam. Deliberatum cum animo

Digitized by Google

me habebam; cum animo, apud animum statueram. Romam petere; consilium erat, Romam me conferre; animum induxi ad longinquam profectionem. *Usus.* 1. Rerum omnium jura statuere De Cæsaris actis ut statueretur placuit. 2. *Censeo, puto, judico*, dafür halten urtheilen. Ego quidem ita statuo, nihil esse. Ego te parentem statuo fortunarum mearum. 3. *Pono, edo, colloco*. setzen, stellen. Statuite documentum, nequis &c Victori statuam, tropæum statuere & collocare. V. *Constituo, Decerno.*

Statura, æ, f Leibesgestalt. *Syn.* Corporis habitus, figura. *Phras. Staturam habet egregiam*, er hat eine schöne Länge des Leibs. Corporis habitu præstat; statura corporis illi est apposita ad dignitatem: corpus illi magnitudine eximium proceritate corporis insignis est. Visu & specie æstimantibus vir magnus. *Usus.* Corporis figura, forma, statura apposita ad dignitatem.

Status, a, um gewöhnlich, gesetzet, bestimmet. *Syn.* Solennis, statutus, certus. *Usus* Stati dies; statæ & solennes cerimoniæ.

Status, us, m. Stand, Zustand, Bewandniß *Syn.* Conditio, fortunæ conditio, locus; casus, præsentis fortunæ habitus, articulus rerum *Epi* Amplissimus, bonus, certus, moderatus & concors civitatis, tranquillus, tolerabilis, pristinus quietus & placatus, erectus & celsus, reipublicæ deterior, perturbatus, mediocris, incertus fortunæ. *Phras.* 1. *Vide quis sit rerum nostrarum status*, sieh nur, in welchem Zustande unsere Sachen seyn. Vide, quanta rerum sit varietas; res nostræ ut habeant; quem in locum deducta res sit, qui cursus rerum, qui exitus sit futurus; quemadmodum se res nostræ habeant, quo loco res nostræ sint; quæ sit forma reipublicæ, quæ fortuna, quæ conditio; quis sit præsentis fortunæ habitus; quanta rerum facta sit commutatio. V. *Conditio.* 2. *Pessimus est rerum nostrarum status*, unser gemeines Wesen ist gar übel beschaffen. Omnem non modo succum & sanguinem, sed etiam colorem & speciem dignitatis pristinæ amisimus; tanquam si nox quædam effusa esset rebus nostris, ita in tenebris ruunt & miscentur omnia; quanta in rerum conversione ac perturbatione, quo temporum motu versemur, vides. Deterrimo statu sumus; in propinquo est servitus, vel interitus. In tanto discrimine civitatis, rebus omnibus aut inclinatis, aut eversis; in hoc incendio reipublicæ; rebus tam trepidis, arctis & dubiis; in tanta fortunæ iniquitate; in extremis rebus nostris; in extrema spe salutis; in tam atroci, ac difficili reipublicæ tempore parum abest, quin miserrimi simus Non sane tranquillo navigamus, sed jam aliquot procellis pene submersi sumus. 3. *Status civitatis pristinus restitutus est*, das gemeine Wesen ist nunmehr wieder hergestellt. E superiorum temporum caligine & tenebris lucem aliquam in republica respicere cœpimus; respublica in veterem dignitatem ac libertatem vindicari; respublica respirare, reflorescere videtur. Res nostræ suum rursus statum tenent, melius fluunt; æquabilius & constantius se habent. Respublica turbata in tranquillam redigitur, reviviscit, caput attollit. *Usus* Scio, quis rerum nostrarum status sit, nihil in suo statu semper manet. Reipublicæ statum fundare, collocare. Eundem vitæ statum usque ad senectutem tenere, retinere, tueri; in eo statu consistere, bey seiner Lebensart bleiben. Vir sapiens de statu se suo dejici, deduci, dimoveri non patitur. Virtutis statum mali mores labefactant, convellunt, convertunt. Nunquam de statu dignitatis meæ decedam, discedam, declinabo. Ex incertis & perditis rebus in meliorem statum respublica revocatur, restituitur, redit, pristinum statum recuperat, das gemeine Wesen erholet sich wiederum.

Stella, æ, f Stern. *Syn.* Sidus, astrum; flammæ cœlestes, lumen, lucidi stellarum globi. *Epi* Illustris perlucida, micans, salutaris, præclara, infima terræque proxima, obscurior & caliginosa, parva; terris finitima. *Usus.* Stellæ immutabilibus spatiis ab ortu in occidentem commeant. Chaldæi studiose stellarum magnitudines, intervalla, cursus inquirebant.

Stellatus, a, um. gestirnt

Stellifer, era, rum. gestirnt. *Usus* Stelliferi cœli cursus.

Stercoro, as. avi, atum, are. düngen, misten, bedüngen *Syn* Fimum agris adhibeo; fimum, stercus agris ingero, arvo fimum reddo; fimum, stercus per agros spargo.

Digitized by Google

Stercus, oris, n. Miſt, Koth, Düngung. *Uſus.* Nolo ſtercus curiæ dici Glauciam.

Sterilis, e. unfruchtbar. *Syn.* Nihil ferens. V. *Sterilitas.*

Sterilitas, atis, f. Unfruchtbarkeit. *Syn.* Frugum inopia. *Phraſ. Magna hoc anno ſterilitas fuit*, es iſt dieſes Jahr eine große Unfruchtbarkeit geweſen. Adverſus annus frugibus fuit; annus erat inopia frugum, ac ſiccitate inſignis; frumentum angustius provenerat; noxia hoc anno frugibus intemperies inciderat. *Uſus.* Sterilitas agrorum, & annonæ caritas. V. *Annona.*

Sterno, is, ſtravi, ſtratum, ere. ſtreuen, zu Boden werfen. *R. a.* στορέννυω *Syn.* Conſterno; proſterno. *Uſus.* Genialem lectum ſternere.

Sternutamentum, i, n. das Nieſen. *Uſus.* Superſtitioſi etiam ſternutamenta obſervant.

Sterquilinium, ii, n. Miſtgrube, unflätiger Menſch, Miſtfinke. *Uſus.* Heus tu leno, ſterquilinium publicum!

Sterto, is, ti, ere. ſchnarchen, hart ſchlafen. *Syn.* Arcte & graviter dormio. V. *Dormio.*

Stigmaticus, a, um. (*alias* Stigmatias, æ.) gebrandmarket. *Syn.* Servus compunctus notis Threiciis.

Stilla, æ, f. Tropfen. *Syn.* Gutta.

Stillicidium, ii, n. Dachtröpfe, Traufe. *Uſus.* Jura ſtillicidiorum.

Stillo, as, avi, atum, are. tröpfeln, träufeln. *R.* στάλάζω. *Uſus.* Stillantem ſanguine pugionem protulit.

Stilus, i, m. Griffel, Schreibart. *Syn.* Inſtrumentum, *aut* ratio modusque ſcriptionis. *Epi.* Cenſorius, exercitatus, impurus, effector ac magiſter optimus dicendi. *Uſus.* Stilus, optimus dicendi effector & magiſter; dicendi epiſex & artifex. Exercitatione & ſtilo limanda, formanda, ornanda eſt oratio. In ſumma ubertate ineſt luxuries quædam, quæ ſtilo depaſcenda eſt. Oratio Attico ſtilo ſcripta.

Stimulo, as, avi, atum, are. ſtupfen, anſpornen, reizen, antreiben. *Syn.* Stimulum adhibeo, *vel* admoveo; pungo, excito, incito, curam affero. *Phraſ. Ille ſtimulare milites non deſinit*, er läßt nicht nach, die Soldaten anzuſpornen. Acuere animos; animos militum ad æmulandum decus accendere, incendere; admovere ſtimulos; ſtimulis concitare; animis militum calcar addere; fortitudinem inſpirare; animos militibus addere; currentes incitare, & admotis velut calcaribus urgere non deſinit. V. *Calcar, Incito, Excito, Impello.* *Uſus.* Evelle mihi hunc ſcrupulum, qui me dies noctesque pungit ac ſtimulat. Ceſſantem ad agendum ſtimulo. V. *Excito, Anime.*

Stimulus, i, m. Stachel, Reizung, Antrieb. *Syn.* Aculeus, incitamentum. *Uſus.* Induſtriæ & laboris ſtimuli. Stimulos alicui adhibere, ignes admovere. Stimulo fodere, concitare aliquem. V. *Incitamentum.*

Stipatio, onis, f. das Gedränge. *Syn.* Comitatus.

Stipator, oris, m. Trabant, Leibdiener. *Syn.* Apparitor, ſatelles. *Uſus.* Armatis ac ſtipatoribus corpus circumſepit.

Stipendiarius, a, um. tributbar, ſteuerbar. *Syn.* Vectigalis. *Uſus.* Vectigales & ſtipendiarios populos multos habemus.

Stipendium, ii, n. Steuer, Sold der Soldaten. *R.* a ſtips & pendo. *Syn.* Tributum, vectigal; æs viritim in milites diſtribuendum. *Epi.* Annuum menſtruum. *Phraſ.* 1. *Stipendia militi rite ſolvuntur*, der Soldat bekömmt ſeinen Sold richtig. Militaria æra ritè procedunt; aſſignatus æris numerus rectè dependitur, dividitur; miles ſtipendio afficitur; ſtipendia militi dantur, numerantur, perſolvuntur; miles ſtipendia rite recepit. *Uſus.* 1. Tribut. Civitatibus Galliæ ſtipendium impoſuit Cæſar. Solvunt, pendunt, dependunt ſtipendia ſingulæ civitates. Multis ſtipendium remiſſum eſt. 2. *Ad rem militarem pertinet*, Löhnung. Stipendia bello merere. Stipendio afficere, remunerare militem. Bene meritos ſuo ſtipendio fraudare. Emeritis conſectisque ſtipendiis. Pecunia in ſtipendium opus eſt.

Stipes, itis, m. Steck, Pfahl, Stamm, Tölpel, *P. a.* στύπος. *Syn.* Truncus. *Uſus.* Homo ſit, an ſtipes, dubites. Teretes ſtipites ab ſummo præacuti & præuſti Paliſadæ.

Stipo, as, avi, atum, are. ſtopfen, umringen. *R.* a στύφω. *Syn.* Conſtipo, circumvallo. *Uſus.* Antonius ſenatum armis ſtipavit. Amicorum, armatorum gregibus ſtipatus.

Stips, pis, f. Beyſteuer, Almoſen, Gnadengeld. *Syn.* Pecunia, quæ vel in ærarium reponitur, vel dis offertur, vel mendicis erogatur. *Uſus.*

Sti-

Digitized by Google

Stipem colligere, cogere; ſtipem ſpargere.

Stipula, æ, f. **Halm, Stoppel.** *Uſus.* Stipula levior.

Stipulatio, onis, f. **Angelobung, Angelobniß.** *Syn.* Promiſſio in jure. *Uſus.* Pacta, conventa, ſtipulationes. Pecunia ex ſtipulatione debetur.

Stipulator, oris, m. **der ſich etwas angeloben läßt.**

Stipulor, aris, atus ſum, arl. **ſich angeloben laſſen.** *Syn.* Poſtulo mihi aliquid promitti ſolenni formula reſtipulandi. V. *Pollicetor.*

Stirpitus, **von Grund aus.** *Syn.* Radicitus. *Uſus.* Stirpitus aliquid extrahere.

Stirps, pis, f. **Stamm, Pflanze.** *R.* a στερφος, *firmus.* *Syn.* Planta; genus, familia. *Uſus.* 1. In ſeminibus cauſa eſt arborum & ſtirpium. 2. *Truncus, caudex*, **Stamm, Stengel.** Quod e terra ortum, ſtirpibus nititur. ſnis. 3. *Origo, caput, initium*, **Urſprung.** Stirps ac ſemen malorum omnium. Stirps juris a natura petenda eſt. 4. *Genus, familia*, **Geſchlecht, Stamm.** Ex antiquiſſima ſtirpe ortus. Stirpe generoſa proficiſci Ambo ſtirpis ejusdem ſunt, & familiæ. Improbitate ſua ſtirpis ſuæ gloriam inquinant, contaminant. Stirps illa optima plurimum degenerat. V. *Genus.*

Stiva, æ, f **Pflugſterze.** *Syn.* Aratri manubrium *Uſus.* Homines de ſtiva.

Sto, as, ſteti, ſtatum, are. **ſtehen** *Syn.* Conſiſto, ſum, gradum fixo.)(*ſedeo.* *Adv.* Conſtantius, conſulto, diutius, occulte, paullisper, plane, pulcherrime *Uſus.* 1. Contra aliquem ſtare. Stare ab aliquo, cum aliquo, ejusque partes tueri *vel* ſuscipere. 2. *Permaneo, perduro, vigeo*; *ſervo*, **verbleiben, dauern, halten.** Stamus animis. Utinam ſtaret respublica, quo ſteterat loco! Stare fide, promiſſis, conditionibus, conventis, jurejurando. 3. *Conſentio, contentus ſum*, **beyfallen, bewenden laſſen.** Stabo judicio tuo, opinione, ſententia. 4. *Conſto*, **koſten, zu ſtehen kommen.** Ea victoria Cæſari multo ſanguine ſtetit. 5. *Datur, conceditur*, **gegeben, zugeſtanden werden.** Modo nobis ſtet illud; nihil eſſe quod &c. 6. *Variè in uſu*, **in verſchiedener Bedeutung.** Stat, ſententia, hominem deſerere. Ferme non ſtat, quo minus id fiat. Stabamus pulcherrime. Res noſtræ optimo loco ſtabant.

Stoice, **auf ſtoiſche Art, ernſtlich.** *Syn.* Severe, Stoicorum more, auſtere.

Stoicus, i, m. **Stoiker.** *Epi.* Acutiſſimus, ſeverus, perfectiſſimus.

Stola, æ, f. **langes Kleid.** *Veſtis muliebris genus.*

Stolide, **unſinnig, ungeſchickt.** *Uſus.* Homo ſtolide ferox,

Stolidus, a, um. **unſinnig, albern, ungeſchickt.** *Syn.* Stupidus, extremi ingenii homo. *Uſus.* Stolidum quodammodo hominum genus. V. *Stultus.*

Stomachor, aris, atus ſum, arl. **Verdruß haben, unwillig ſeyn, ſich zürnen.** *Syn.* Indignor, indigne fero, moleſte fero, iraſcor. *Uſus.* Faſtidioſe ſtomachatur omnia. V. *Indignor, iraſcor, ira.*

Stomachoſe, **unwillig, erboßt.** *Syn.* Iracunde.

Stomachoſus, a, um. **unwillig, zornig.** *Syn.* Iracundus. *Uſus* Meo quidem valde movent ſtomachoſa & ſubmoroſa ridicula. Litteræ tuæ ſtomachoſiores fuere. Acumen ſæpe ſtomachoſum, nonnunquam frigidum. V. *Iracundus.*

Stomachus, i, m. **der Magen.** *Syn.* Gula, gulæ extremum, quo cibus labitur, ut concoquatur; bilis, ira. *Epi.* Languens. *Uſus.* 1. Stomachi calor etiam oſtrea concoquit. Eſſe ſtomacho languente. Noſti ſtomachi mei faſtidium. 2. *Bilis, ira*, **Unwillen, Unluſt.** Querula epiſtola tua ſtomachum mihi movit, fecit. Cave, ne ſtomachum in te erumpam, **die Galle auslaſſen.** Iracundia exarſi & ſtomacho. Stomachum omnem jam funditus perdidi. Riſi in ſtomacho. V. *Ira.*

Strabo, onis, m. **Schieler, ein Schielender.** *Syn.* Qui oculis eſt perverſis.

Strages, is, **Niederlage in einer Schlacht,** *Syn.* Clades. *Epi* Horribilis, noſturna. *Phraſ. Ingens ſtrages facta eſt*, **es war eine große Niederlage.** Ruinæ ſimilis ſtrages erat; vix ulla expers cladis exercitus pars erat; ſtrages data, edita erat ingens; clades ingens accepta erat; omnia ſtrage, fugaque repleta erant; quacunque pervaſit equeſtris procella ſtragem ruinæ ſimilem dedit. *Uſus.* Quas ille ſtrages dedit, edidit, fecit. Per ſtragem lapidum & ruinas enſus in muros miles V. *Cædes, Clades.*

Stragula veſtis, **allerley Deckzeug.** *Syn.* Stragulum.

Digitized by Google

Stragulum, i, n. Decke. *Epi.* Textile, pictum. *Usus.* Coliocavit hominem in lectulo pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto.

Stramen, inis, n. Stroh.

Stramentum, i, n. Streu. *Usus.* Cassæ stramentis tectæ. Somnus, quiesque in stramentis erat.

Strangulo, as, avi, atum, are. würgen. R. a σραγγαλόω. *Syn.* Faucibus premo. suffoco, ango, cervicem frango, obtorta gula jugulo. *Usus.* Patrem strangulavit.

Stranguria, æ, f. Harnwinde. *Syn.* Disuria.

Strategema, atis, n. Kriegslist. R. a σρατήγημα. *Syn.* Dolus militaris, inventum *vel* consilium callidum imperatoris.

Stratum, i, n. Streu, Lager, Bette. *Syn.* Peristroma. *Usus.* Strata pulcherrima.

Strenue, tapfer. *Syn.* Naviter, fortiter. *Usus.* Ædificat, agit strenue.

Strenuus, a, um. tapfer. R. a σρηνός, *acutus.* *Syn.* Ad labores impiger, manupromptus, qui dignos nobilitate sua, dignos rebus gestis spiritus capit; cui digna vetere gloria, & majorum monumentis fortitudo inest; qui in armis, rebusque gerendis magnam virtutem præstat. *Usus.* Vir erat strenuus, & in periculis interritus. V. *Generosus.*

Strepitus, us, m. Geräusch, Getöse. *Syn.* Sonitus, stridor. *Epi.* Forensis, ingens, reconditus. *Phras. Ingens erat strepitus*, es war ein groß Getümmel. Cum horrendo fragore strepitus extitit, editus est; ingens armorum strepitus ad cœlum ferebatur. Tumultuantium fremitus tantus erat, vox ut consulis obstrepentibus armis audiri non posset. *Usus.* Strepitu significare.

Strepo, is, ui, itum, ere. ein Geräusch machen. R. a σρέφω, *verto.* *Syn.* Rixor, jurgor. *Usus.* Cum Archivi inter se cœpissent strepere.

Stricte, eng, gar genau. *Syn.* Arcte, restricte.)(*laxe.* *Usus.* Stricte, observa, ne plus reddas, quam acceperis.

Strictim, kurz, mit wenig Worten. *Syn.* Compressius. *Usus.* Strictim alia; & breviter; alia copiosissime dicere.

Strideo, es, s. strido, is, di, ere. knirren, knirschen. *Usus.* Stridebant cardines.

Stridor, oris, m. Geräusch, das Knirren. *Syn* Strepitus. *Epi.* Densus, horrifer. *Usus.* Ne serræ quidem stridorem ferebat.

Strigilis, is, f. Striegel, Schraper, Schaber beym Baden. *Balnei instrumentum.*

Strigosus, a, um. mager, strauhlig, dürr. *Syn.* Gracilis, tenuis, exhaustus, *Usus.* Oratio strigosior.

Stringo, is, xi, strictum, ere. fassen, klemmen, zusammen drücken, entblößen. *Usus.* Nullum vinculum ad stringendam fidem, jurejurando est sanctius. Stringere gladium.

Strix, igis, f. Nachteule, Uhu. *Avis nocturna infausta.*

Strophium, ii, n. Schnupftuch.

Structor, oris, m. Werkmeister, Vorschneider bey der Tafel. *Syn.* Minister ad mensam, cibosque struendos.

Structura, æ, f. Bau, Gebäude. *Syn.* Compositio, constitutio, coagmentatio. *Usus.* Structura verborum.

Strues, is, f. Holzhaufen.

Struma, æ, f. Kropf, Halsdrüse. *Syn.* Tumor colli. *Usus.* Qui exsecant pestem aliquam, tanquam strumam civitatis.

Struo, is, xi, ctum, ere bauen, zusammen setzen. *Syn.* Molior, construo, *Usus.* Alicui pestem, insidias, calamitatem, perniciem struere. Aciem, domum struere. Verba struere & componere.

Studeo, es, ui, ere. obliegen, sich befleißigen. R. a σπουδάζω *Syn.* Operam do, studium in aliqua re pono, colloco: faveo. *Adv.* Summe, vehementer, exquisitius litteris. *Phras.* 1. *A puero huic scientiæ studui*, ich habe mich von Kindheit an auf diese Wissenschaft geleget. Meam operam ad hæc litterarum studia jam inde a puero contuli; in hoc studiorum genere meam operam consumpsi, collocavi, meam operam his studiis dedi. Hanc doctrinam, hanc studiorum rationem ab ineunte ætate sum secutus, colui diligentissime. A puero hæc me scientia delectavit; illi a teneris deditus, devinctus fui; a teneris in hoc studiorum genus incubui. Hoc genus studiorum me unice cepit, tenuit, mihi placuit; huic uni meas vigilias dicavi, dedi, tradidi, addixi, dicatas volui; in his litteris ætatem duxi; his litteris tempus omne tribui. 2. *Nocta studeo litteris*, ich studire bey der Nacht. Nocturnas vigilias ad diurnam doctrinarum studium adjungo. Ad litterarum studia etiam noctis bonam partem assumo, decerpo, sapono; litterarum causa etiam noctem pervigilo.

gilo, privigilem ago; somni partem mihi detraho, eripio. 3. *Litteris studes assidue*, du ſtudierest ohne Unterlaß. Litterarum ſtudia nunquam intermittis; nunquam te a litterarum ſtudio ſejungis; totus es in litteris; totum te in litteras abdis; litteris te involvis; noctem cum die litterarum ſtudiis conjungis; litteras colis, tractas, exerces aſſidue Nimius es in litteris; nimia litterarum cupiditate flagras, exæſtuas. Immoderate, intemperanter litteris indulges; laboris, plusquam ſatis eſt, in litterarum ſtudiis tractandis ſuſcipis. ſuſtines; ſic in tuis his ſtudiis elaboras, vigilas, ut vires imminuas, exhaurias, conſumas, debilites, infirmes, affligas. Modum in ſtudiis tuis non retines, tenes, ſervas; libros de manibus nunquam deponis; libros volvis, evolvis tractas, legendo conteris aſſidue. Præter modum, ſupra, extra, ultra modum ſtudiis vacas. *Uſus.* 1. Laudi, gloriæ, virtuti, pecuniæ, voluptati, rebus novis ſtudere. 2. *Faveo*, günſtig ſeyn. Pompejo Craſſus ſtudet. Omnes ei ſtudent, omnes adjuvant. 3. *Opto*, ich bin begierig. Studeo ſcire, quid egeris. Ego illum ulciſci non ſtudeo. V. *Studium*, *litteræ*.

Studioſe, emſig, fleißig. *Syn.* Cupide, ſummo ſtudio, ſumma ope, omni ope ac opera, diligenter, naviter. *Phraſ.* *Studioſe id fecit*, *vulg* er hat es mit Fleiß gethan De induſtria; dedita opera; conſulto; certo judicio; ſciens prudensque; ex compoſito; ex deſtinato; compacto, conſilio certo egit; ſedulo & conſilio; ex induſtria id ab eo factum. V. *Conſulto*, *Uſus.* Studioſe negotium curare. V. *Scientia.*

Studioſus, a, um. emſig, fleißig, geneigt. *Syn.* Cupidus, amans, obſervans; cui res aliqua in ſtudio eſt, qui alicujus rei ſtudio tenetur, flagrat. *Uſus.* Homo eſt exiſtimationis meæ & laudis; mei ſtudioſiſſimus, mei perſtudioſus & fautor. Habet multos ſui ſtudioſos. Vir dicendi, doctrinæ, eruditionis ſtudioſus. Studioſus, *vulg* ein Student *Rectius*; Litterarum ſtudioſus, *addito Genit.* V. *Applico.*

Studium, ii, n. Fleiß, Befließenheit, Ergebenheit. *Syn.* Opera, labor; voluntas, animus, cupiditas; litteræ. *Epi.* Acre, admirabile, ardens, commune, deſidioſum, divinum, eximium & ſingulare, flagrans, incredibile, inſigne, languidius, mediocre, obſcurum, mirificum, par, populare, priſtinum, rectum, regale, ſtultum; tantum, totum. *Phraſ.* 1. *Studium ſuum arti alicui impendere*, ſeinen Fleiß auf eine Sache wenden. Studium ſuum ac operam arti alicui tradere, dicare, addicere; in arte aliqua ſuum ſtudium locare, collocare, ponere, conſumere. 2. *Studium ſuum ac voluntatem alteri impendere*, einem andern ſeinen geneigten Willen darthun. Navare alteri ſtudium ſuum ac voluntatem; profiteri alteri; dicare, declarare ſuum ſtudium; ſervire alterius laudi, honori, commodis; ad aliquem ſua ſtudia conferre; maxima voluntate & ſtudio erga alterum eſſe, ferri. V. *Benevolentia.* 3. *Studia* (*intellige*, litterarum, doctrinæ, *quæ vocabula ad verba*: ſtudeo, ſtudioſus, ſtudia, *addenda fere ſunt*) *ſummam habent utilitatem*, das Studiren bringt den größten Nutzen. Studia ſummam utilitatem, emolumentum, fructum; gloriam pariunt. Studiorum utilitatem nulla dies imminuet; horum utilitas non terminatur ſpatio temporis, non definitur ulla die, ſed ſempiternum ſpectat. Studiis ſecundæ res ornantur, adverſæ ſublevantur, adjuvantur. De ſtudiorum utilitate nihil fortuna, nihil hominum injuria, ac ne temporis quidem longinquitas quidquam detrahet, deteret, decerpet. 4. *Studio litterarum intermittenda paulliſper ſunt*, man muß das Studiren eine Zeitlang unterbrechen, davon ablaſſen, ausſetzen. Animus a litteris avocandus, abducendus eſt; deponendum ſtudiorum onus; labor ſtudiorum parumper remittendus eſt; levandus eſt animus ſtudiorum onere preſſus; danda eſt aliqua vacatio a ſtudiis; relaxandus eſt animus a ſtudendi contentione; feriato a ſtudiis aliquando eſſe liceat; vacatio, ceſſatio, intermiſſio quædam concedatur, oportet. 5. *Repetere intermiſſa paullum litterarum ſtudia*, auf ein neues den Wiſſenſchaften obliegen, die man ein wenig beyſeite geſetzt hat. Ad artium bonarum diſciplinas ſe referre, revocare; ad ſtudia ſua ſe referre, conferre; ad ſtudiorum uſum & conſuetudinem redire; intermiſſas operas ſtudiis reddere; revocare ſe ad induſtriam priorem: novum ardorem ad interpellata tantiſper ſtudia aſſerre; cum Muſis in gratiam redire;

Digitized by Google

ad Musas se referre suas. Repetere, recolere, recognoscere, renovare superiora studia, artes pristinas. V. *Repeto. 6 Studiorum ardorem nihil imminuet*, seinen Eifer im Studiren wird nichts mindern, hemmen. Litterarum ardorem, quarum studio mire tenetur, flagrat, ardet, intenditur, inflammatur, ad quas totum se contulit; ad quas toto pectore incumbit; in quibus studium omne ponit, adhibet, in quibus tempus omne, & ætatem consumit, conterit, exigit; nulla res franget, nulla restinguet, nunquam in hoc homine doctrinarum studia obsolescent, nulla res illum suis e studiis abducet. 7. *A litterarum studio cessare*, aufhören zu studiren. Doctrinæ studia abjicere, omittere, deserere, deponere; bonis litteris multam, longam salutem dicere; bonis litteris nuntium remittere; industriam suam alio traducere, transferre. 8. *Vix studia humaniora leviter percurrit, jam ad philosophica transit*, er hat kaum die kleinen Schulen obenhin durchgelaufen, und will doch schon in die Philosophie gehen. Vix litteras humaniores attigit; vix leviter iis litteris versatus est; iis litteris operam dedit, quibus formari adolescentia solet; vix breve cum amœnioribus Musis commercium habuit, jam ad rerum naturalium cognitionem animum adjungit, applicat; jam philosophiam animo complectitur; jam se *vel* animum suum iis artibus excolere cogitat, earum artium cognitionem consequi, eas artes memoria & scientia comprehendere, iis disciplinis erudiri; in iis disciplinis elaborare, iis artibus eruditi, quæ a sapientissimis viris traditæ omnem naturæ cognitionem complectuntur. 9. *Studium honoris divini & salutis animarum ingens habet, vulg. zelum*, er hat einen großen Eifer für die Ehre Gottes, und das Heil der Seele. Divini honoris studio mire incensus est; proferendi divini honoris studio mirifico tenetur, flagrat; ardet; ardore quodam sacro alienæ salutis pene conflagrat; ardor ingens ac cupiditas amplificandæ divinæ gloriæ ejus animum exedit; præstanti est erga mortales quoslibet, ardentique plane caritate. In aliorum salute procuranda totus est; totum se in animorum curationem tradidit; alienæ saluti totum se devovet; totum se ad juvandos mortalium animos confert; totus in studium quærendarum Deo animarum exardescit; unum illi votum est, animorum quæstus quam maximos facere; unum studium animorum salutem acerrime procurandi. *Usus.* 1. In arte aliqua studium suum locare. 2. *Voluntas, animus, ardor, amor, cupiditas, benevolentia*, Gewogenheit, Gutwilligkeit. Populi studia sibi multo artificio ac simulatione conciliat. Studia in te mea, & officia facile perspicies, nec minora a te studia exspecto. Populi studia amittere, impedire; populi studiis obsistere. Multum de veteri studio tuo detractum sentio. Prætermittis, deposuisti pristina tua erga me studia & officia. 3. *Litteræ*, Wissenschaften. Litterarum studiis mire tenetur. Silent inter arma doctrinarum studia. V. *Litteræ, Benevolentia.*

Stulte, albern, närrisch, thöricht. *Syn.* Dementer, insipienter, incaute, non pro sano, *Usus.* Homo stulte arrogans; nihil pro sano fecit sed stulte omnia, & improvide.

Stultitia, æ, f. Narrheit, Thorheit. *Syn.* Fatuitas, dementia, amentia. *Epi.* Alta, incredibilis, loquax; media, misera, par, senilis, singularis, summa, superior, tanta. *Phras. Quæ hæc tua stultitia est?* was ist das für eine Narrheit? Qua stultitia obcecatus hæc actitas? in quam amentiam miseram, & infelicem incidisti? quantæ hoc insciliæ est? o delirationem incredibilem! o dementiam & fatuitatem singularem, qua te constringendum, abripiendum, deridendum dediti? a sanitate mentis quam alienum est? *Usus.* Non omnis error stultitia est dicendus. Stultitia est insania, id est, inconstantia sanitate vacans.

Stultus, a, um. thöricht, närrisch. *Syn.* Fatuus, delirus, mente captus, male sanus, demens, amens, nullius consilii.)(*Sapiens. Phras.* 1. *Stultiorem hominem non vidi*, keinen närrischern Menschen habe ich nicht gesehen. Homo est sine mente, sine sensu; stolidus & stipes; hominum insciti[illegible]simus, insulsissimus; omnium, qui sunt, quique fuerunt, longe stultissimus; mortales omnes exquisita stultitia longe anteit; tam stulte omnia & incaute agentem, tam excordem fatuumque hominem non vidi; nihil hoc homine [illegible], qui nihil adeo pro sano facit. &.

Digitized by Google

Hominem plane ſtultum reddetis, ihr werdet dieſen Menſchen gar zum Narren machen. A ſanitate mentis deturbabitis; ad inſaniam adigetis; mente movebitis; ſanitate mentis ſpoliabitis. *Uſus.* Homo ſtultus & credulus. Malo indiſertam prudentiam, quam ſtultam loquacitatem.

ſtupa, æ, f. Werg von Flachs und Hanf. *Syn.* Craſſior pars lini.

ſtupefactus, a, um. erſchrocken, erſtaunet. *Syn.* Attonitus.

ſtupeo, es, ui, ere. erſtaunen, ſehr erſchrecken, ſich entſetzen. *Syn.* Obſtupeſco, attonitus hæreo, ſtuponti ſimilis hæreo, ſtupore & ſilentio defigor. *Uſus.* Stupuere omnes. V. *Miror.*

ſtupiditas, tis, f. Thorheit, Blödigkeit an Verſtand. *Syn.* Stupor, tarditas.

ſtupidus, a, um. dumm, ungeſchickt, albern. *Syn.* Stupens, tardus, ſtolidus. *Phraſ. Nihil homine iſthoc ſtupidius*, es kann nichts dummers ſeyn, als dieſer Menſch. Nulla in re quidquam hominis habet; extremi ingenii homo eſt; ſine ſenſu, ſine ſapore, elinguis, vecors; hominum vecordiſſimus; ſtupor hominis, ſeu pecudis potius; incredibilis hominem ſtupor opprimit; propter ſtuporem cordis hebes ac ſtolidus; plumbeus ſane homo, mente vacans, tanquam truncus & ſtipes: non modo ad ſapientiam cæcus, ſed ad ea ipſa, quæ cerni poſſunt, hebes, obtuſus; non plus ſapientiæ habet, quam lapis, aut ſilex; nihil videt, nihil audit; ipſe quis ſit, utrum ſit, neſcit; rudi & incondite ſenſu homo eſt; obeſæ naris homo eſt; lapidem, haud hominem eſſe putes; in facie vultuque vecordia eminet. *Uſus.* Omnes ſtupidi timore obmutuerunt. V. *Stupor*, *Stolidus.*

ſtupor, oris, m. Erſtaunung, das Entſetzen. *Syn.* Stupiditas, admiratio.)(*Senſus. Phraſ. Stupor omnes oppreſſit*, ſie ſind alle erſtaunet. Vox, ſpiritus torpebat; tam ſubitæ rei admiratio vocem omnibus intercluſit; ſtupor omnium animos, & velut torpor quidam inſolitus membra tenebat, occupabat; repentina res cum ſtupore ac miraculo torpidos defixit; defixos tenuit; novitate ac miraculo attoniti, neque animo, neque auribus, aut lingua conſtabant; ſtupor omnes repentinus invaſit, oppreſſit; exſangues attonitique ſimiles ſtabant, hærebant, reſpectantes inter ſe, per metum etiam voce ſuppreſſa; ſine ſuo vultu, ſine colore, ſine voce conſiſtebant. *Uſus.* Immanitas in animo, ſtupor in corpore. Stupor, debilitasque linguæ, tarditas ingenii. V. *Adminiſtratio.*

ſtupro, as, avi, atum are. zu Fall bringen. *Syn.* Conſtupro, ſtuprum infero, affero alicui, vim affero, pudicitiam eripio, ſtupro aliquam maculo, corpus virginis violo, vi comprimo; pudicitiam alicujus expugno, vitium *vel* ſtuprum alicui offero, virginem vitio; rem habeo, ſtuprum facio cum aliqua; res mihi eſt cum aliqua. *Uſus.* Stuprata per vim Lucretia.

ſtuprum, i, n. Schändung einer Weibsperſon. *Epi.* Inceſtum, nefarium, turpe. *Uſus.* Vir ſtupri plenus, Stuprum virgini offerre, inferre. Stupro maculare aliquam.

ſuadeo, es, ſi, ſum ere. rathen, einrathen.)(*Diſſuadeo. Syn.* Auctor ſum, fio; ſuaſor & auctor ſum alicujus rei; moneo, hortor. *Adv.* Amice, fideliter, prudenter, ſapienter. *Phraſ.* 1. *Is mihi ſuadet*, dieſer räth es mir. Is mihi auctor eſt rei agendæ; iſto auctore utor; hunc auctorem conſilii habeo, ſequor; hujus ego auctoritatem ſequor; auctoritati pareo; hic mihi conſilii auctor, dux, moderator; adjutor & adminiſter eſt. Is mihi conſilium dat; conſilio me juvat; conſilio mihi adeſt; conſilio eſt; conſilii mihi copiam facit; conſilio me inſtruit. 2. *Si ſuadentem me audiſſet, aliter omnia egiſſet*, wenn er meinen Rath angehöret hätte, würde er es weit anders gemacht haben. Si meis monitis paruiſſet; ſi meam ſententiam complexus eſſet; meis monitis ſi ſtare voluiſſet; ſi ſequi me auctorem, ſuaſorem & impulſorem; ſi mihi morem gerere; ſi conſilium a me exquirere voluiſſet, aliter omnia inſtituiſſet; conſilium mutaſſet; vela alio vertiſſet. *Uſus.* Non ſolum ſuaſit, ſed & rogavit. V. *Auctor*, *Moneo*, *Conſilium.*

ſuaſio, onis, f. Rath. *Syn.* Conſilium, monitum, hortatio.)(*Diſſuaſio.*

ſuaſor, oris m. Rathgeber, Einrather. *Syn.* Conſuaſor, auctor, hortator.)(*Diſſuaſor. Uſus.* Deditionis ſuaſor, impulſor, auctor, probator fui.

ſuaviloquentia, æ, f. ſüße Redensart.

ſuavior, aris, atus ſum, ari. küſſen. *Syn.* Oſculor, ſuavium do, figo. *Ex.* Ciceronem noſtrum cupio ſuaviari.

Digitized by Google

Su... e. lieblich, hold, annehmlich *Syn* Dulcis, eruditus, jucundus. *Uſ*... Hi ſuavis haberi mavult, quam gravis & ſuavitate ea, quæ perfunderet, animos, non quæ perfringeret. V. *Jucundus*

Suavitas tis, f. Lieblichkeit, Annehmlichkeit, Anmuth. *Syn* Suavitudo, dulcitudo, jucunditas. *Uſus* Suavitates odorum effiantur e floribus. Suavitas ſermonis, orationis, humanitatis Conquirit undique ſuavitates. V. *Jucunditas*

Suaviter, annehmlich, lieblich. *Syn* Jucunde, dulciter. *Uſus*. Video, quam ſuaviter voluptas ſenſibus blandiatur.

Suavitudo, inis, f Lieblichkeit, Annehmlichkeit, Anmuthigkeit. *Syn*. Suavitas.

Suavium, ii, n Kuß. *Syn* Oſculum.

Sub, unter. *Syn*. Subter, ſubtus. *Uſus*. 1. Sub terra habitant. Sub ſcalas ſe abſcondit. 2. *Ante*, vor Res ſub aſpectum, ſub intelligentiam cadit. Simulacro ſub oculis ſ...ito. 3 *Circiter*, gegen, um. Sub dies feſtos; ſub meridiem; ſub noctem venit. 4. *Poſt*, nach Sub eas ſtatim tuæ ſunt recitatæ litteræ. 5 *In*, in. Sub aliena perſona latet, ſub nomine pacis bellum latet.

Sub manu, unter der Hand. *Syn*. In promptu, in manu, in manibus; ad manum, præſto.

Subactio, onis f Vollkommenmachung, Bezwingung. *Syn* Cultura, exercitatio. *Uſus*. Subactio autem eſt uſus, auditio, lectio.

Subditicius, a, um. untergeſchoben, untergelegt. *Syn*. Fictus, ſubditus, ſubornatus. *Uſus*. Litteræ, proles ſubditiciæ.

Subditus, a, um. untergelegt, untergeſchoben. *Syn*. Subditicius, ſubſtitutus. *Phraſ. Multos numerat ſubditos, vulg.* er hat viele Unterthanen. Sub ejus ditione, dominatu; in ejus ditione & poteſtate multi ſunt; in multos dominatum habet, exercet; dominatu ejus multi tenentur; ſubjectos ditioni ſuæ, & obnoxios multos numerat; ſub ejus imperio multi obedienter & fideliter degunt, agunt; vivunt; jugum ejus qui acceperint, haud ſane pauci ſunt. *Uſus*. Subditus in locum alterius infans. Aquæ ſubditis ignibus effervescunt

Subdo, is, didi, ditum, ere. unterlegen, unterſchieben. *Syn* Subſtituo. *Uſus*. Quis in meum locum ſubdetur?

Subdole, arglistig. *Syn*. Verſute, callide

Subdolus, a, um. argliſtig, heimtückiſch. *Syn* Callidus, verſutus, vafer. V. *Aſtutus*.

Subduco, is, xi, ctum, ere. entziehen. *Syn*. Subtraho removeo. *Phraſ. Clam ſe ſubduxit*, er hat ſich heimlich fortgemacht, Ex conſpectu diceſſit, evolavit; ex conſpectu repente amiſſus eſt. conſpectum fugit. vitavit; conſpectu ſui eos, qui præſentes erant, privavit; ex conſpectu ſe clam deduxit *Uſus*. 1. De circulo ſe ſubduxit. Cibum alicui ſubducere. Pugnæ & periculo ſe ſubducere. ſich heimlich wegſtehlen. 2 *Ad rationes refertur*, zuſammen rechnen. Subducamus ſummam. Rationes & calculos ſubducamus.

Subductio, onis f. Rechnung. Abzug. *Syn* Subtractio

Subeo, is, ivi, itum, ire. eingehen. *Syn*. Patior, fero; adeo. *Uſus*. 1. Aleam, fortunam, judicium multitudinis imperitæ, notam turpitudinis, odium publicum ſubire. 2. *Acceſſo*, ankommen Subiit animum timor, pudor quidam, & pœnitentia factorum. Spes, verecundia, cogitatio, neſcio, quæ mentem ſubiit. 3. *Venio*, kommen. Teſtum paternum, vultum patris ſubire non audet. 4. *Succedo*, auf etwas folgen. Una legio ſubiit alteri.

Subjectio, onis, f. Unterwerfung, Unterſchiebung. *Syn* Rerum quaſi gerantur, ſub aſpectum ſubjectio.

Subjector, oris, m. Unterſchieber. *Syn*. Qui falſa teſtamenta ſupponit. *Uſus*. Teſtamentorum ſubjector

Subigo, is, egi, actum, ere. bezwingen, unter ſich bringen, kneten. *Syn*. In poteſtatem, *vel* ditionem redigo, ſubjicio, ſubjungo. *Uſus*. 1. Tertium ſubegit orbis partem Africanus V. *Suis io* 2. *Molior*, umgraben: Terram ſubigere ſoſſione glebarum.

Subjicio, is, jeci, jectum, ere. unterwerfen, unterthänig machen *Syn*. Addo, ſubjungo, induco, adjungo, Subigo. *Phraſ*. 1. *Cæſar Galliam totam ſibi ſubjecit*, Cäſar hat das ganze Gallien unter ſeine Botmäßigkeit gebracht. Galliam totam ad imperium populi Rom. adjunxit; in poteſtatem redegit; armis & legibus Galliam ſempiternis vinculis adſtrinxit; armis oppreſſit; in ditionem ſuam redegit; ſub imperium populi Rom. ditionemque ſubjunxit; Gallia armis Cæſaris ſubacta, rota

Digitized by Google

tota sub populi Romani imperium ditionemque cecidit; suæ ditionis totam Galliam Cæsar fecit; Galliam belli cladibus domitam sub jus ditionemque redegit; Gallorum opes fregit, eorum ue cervicibus servitutis jugum imposuit. 2. *Provincia se victori subjecit*, das ganze Land hat sich unter seine Botmäßigkeit begeben. Se suaque omnia alienæ potestatis fecit, victori se submisit, substravit; sub victoris nutum & arbitrium subjecit; jugum accepit; imperata fecit; se sub imperio victoris obedienter ac fideliter futuram; in potestate futuram; sub victoris jure futuram recepit. *Usus.* 1. Rationem dictorum, & exempla subjecit. 2 *Subdo*, unterlegen. Verborum inanis sonitus, nulla subjecta sententia. Arti materiam subjicere Quæ sit vis subjecta huic voci, was dieses Wort heißt 3 *Obnoxium reddo*, unterwerfen. Subjicere se imperio, sub potestatem alicujus. 4. *Propono*, vorstellen. Oculis aliquid & cogitationi; aliquid sub aspectum subjicere. 5. *Adultero*. verfälschen. Subjicere testamenta. V. *Vinco.*

Subinde, immerzu, bald darauf. *Syn.* Deinde, statim post.

Subito, plötzlich, alsogleich. *Syn.* Repente, repentino, continuo; ecce tibi.)(*Sumpto spatio. Usus* Tabellario properanti, res enim cunctationem non receperat, subito litteras dedi. Subito præter opinionem omnium. V. *Repente*, *Improviso.*

Subitus, a, um. plötzlich. *Syn* Repentinus. *Usus.* Subita defectio Pompeji.

Subjungo, is, xi, ctum, ere. anfügen, beyfetzen *Syn* Subjicio, adjungo. *Usus.* Multas urbes sub Rom. imperium subjunxit.

Sublate, hochtrabend. *Syn.* Elate. *Usus.* Sublate & ample dicere

Sublatio, onis, f. Erhebung. *Syn* Elatio *Usus.* Sublatio animi sine ratione. V *Elatio.*

Sublego, is, gi, ctum, ere. heimlich entwenden. *Syn* Furto aliquid surripio. V *Furor.*

Subleve, as, avi, atum, are. überhelfen, aufhelfen. *Syn* sustento. *Adv* Leniſſime. *Usus.* 1. Miseros, miserorum inopiam suis opibus sublevare. 2. *Erigo*, aufheben. Stratum & abjectum sublevare. 3 *Compenso*, ersetzen. Nominis novitatem dicendi gloria sublevare. V. *Consolor*, *Juvo.*

Sublica, æ, f. ein Brückenpfahl. *Syn.* Palus ligneus, qui rectus in aquam defigitur ad pontis constructionem *Usus.* Non sublicæ modo directæ ad perpendiculum, sed pronæ & fastigiatæ, ut secundum naturam fluminis procumberent

Sublicius, a, um, von Pfählen. *Usus.* Pons sublicius.

Subligaculum, i, n. Unterkleid, Schürze.

Sublimis, e. hoch, erhoben. *Syn.* Altus excelsus.)(*humilis. Usus.* In sublime fertur. Sublime ferri. V. *Altus.*

Sublino, is, levi, litum, ere. schmieren. *Usus.* Os alicui sublinere, einem das Maul machen, *verba dare.* V. *Extollo.*

Submergo, is, si, sum. ere untertauchen, ersäufen. *Syn* Mergo. V. *Mergo.*

Subministro, as, avi, atum, are. beybringen, an die Hand geben. *Syn.* Do, suggero. *Usus.* Pecuniam alicui, ornamenta, adjumenta subministrare

Submisse, demüthiglich, leis *Syn.* Demisse, remisse *Usus.* Submisse se gerere, alicui supplicare.

Submissio, onis, f. das Niederlassen. *Syn.* Demissio, remissio.

Submissus, a, um, niedrig, leise, demüthig, schlecht, gering. *Syn.* Demissus; humilis, abjectus; remissus)(*Elatus. Usus* Neque submissum, neque se efferentem vivere oportet. V. *Humilis*, *Modestus.*

Submitto, is, misi, missum, ere. heimlich schicken, darunter stecken. *Syn.* Clam mitto; demitto.)(*Extollo. Adv.* Multum *Usus.* 1. Exercitium alicui submittere. 2 *Demitto*, *inclino*, unterwerfen. Se alicui, fasces, animos submittere; V. *Subjicio.*

Submoveo, es, vi, motum, ere. auf die Seite thun.

Subnecto, is, xui, xum, ere. anknüpfen. *Syn* Annecto, subjicio.

Subnitor, eris, nixus sum, niti. anstämmen, auf etwas ruhen, sich steifen. *Syn.* Nitor. *Usus.* Subnixus innocentia animus. Victoria subnixus dux V *Nitor*, *innitor.*

Suboleo, es, ui, ere spüren, merken. *Syn.* Præsentisco. *Usus* Jam res patri subolet. V. *Præsentio.*

Suborno, as, avi, atum, are heimlich bestellen, anstiften. *Syn.* Substituo, instruo. *Usus* Falsum testem subornare. Subornare aliquem ad facinus.

Digitized by Google

Subrepo, is, pſi, ptum, ere ſchleichen, mit einſchleichen. *Uſus.* Sub tabulas ſubrepere.

Subrideo, es, riſi, riſum, ere. lächeln. *Syn.* Aliquantum, furtim rideo.

Subruo, is, ui, utum, ere. untergraben. *Syn.* Subverto. *Uſus.* Muros ſubruere. Subruta cuniculis mœnium pars procubuit V. *Vaſto, Populor.*

Subſcribo, is, pſi, ptum, ere unterſchreiben. *Syn.* Subſigno, accuſationem alicujus comprobo, ſententiam meam adſcribo: conſentio. *Uſus.* Exemplum literarum ſubſcripſi. Alterius ſententiæ ſubſcribere, beyfallen. Statuæ Scipionis ſubſcriptum: Omnes. In aliquem ſubſcribere. Numerus aratorum quotannis ſubſcribitur, *deſcribitur.* V. *Conſentio.*

Subſcriptio, onis, f. Unterſchrift, *Syn.* Adſcriptio. *Epi.* Cenſoria, venalis. *Uſus.* Jugerum ſubſcriptio ac profeſſio.

Subſcriptor, oris, m. Unterzeichner in Gerichtsſachen, Mitkläger. *Syn.* Adſcriptor, cauſidicus. *Uſus.* Deſcendit in judicium ſine ſubſcriptore.

Subſecivus, a, um. abgeſtohlene Zeit, zu den Nebenſtunden gehörig. *Syn.* Ereptus ex ſummis occupationibus. *Uſus.* Hæc ego ſubſecivis horis contexui. Subſecivas horas mihi petire, fruſtra elabi non patior,

Subſellium, ii, n. Sitz, Bank. *Syn.* Sedes judicum & ſenatus. *Uſus,* 1. Salluſtius bis ad judicum ſubſellium attractus, extrema fortuna ſtetit. 2. *Judicium, exercitatio forenſis,* Gerichtshändel. Se a ſubſelliis ad otium conferre. Alienus a ſubſelliis. Optima fide verſari in ſubſelliis.

Subſequor, eris, ſecutus ſum, ſequi, darauf folgen. *Syn.* Sequor, inſequor. *Uſus.* Humanitatem ejus verbis ſubſequitur. V. *Sequor.*

Subſervio, is, ivi itum, ire. dienen, zur Hand gehen. *Uſus,* Subſervire alicujus voluntatibus. V. *Servio.*

Subſideo, es, ſedi, ſeſſum, ere. ſich ſetzen, niederlaſſen. *Syn.* Conſido, ſubſido. *Uſus.* In ipſa via, in villa ſubſedimus paulliſper.

Subſidiarius, a, um. hülflich, zu Hülfe kommend. *Uſus.* Miles, copiæ, cohortes ſubſidiariæ. V. *Auxiliarii.*

Subſidium, ii, n. Beyhülfe, Hülfe. *Syn.* Auxilium, perfugium. *Epi.* Belliſſimum, certum, firmum, miſerum, opportunum. *Uſus.* Subſidium ſibi parare, comparare. Id mihi ſubſidio feneſtutis ſervavi. Subſidium alicujus invocare. Submittere, mittere ſubſidium. Subſidio alicui venire, ire, proficiſci, occurrere. Subſidiis firmare aciem. V. *Auxilium.*

Subſidio, is, ſedi, ere. ſich ſetzen, ſenken. *Syn.* Subſideo. *Uſus.* Pars collis labe terræ in aliquantum latitudinis diruta ſubſedit.

Subſigno, as, avi, atum, are. unterzeichnen. *Uſus.* Subſignare tabulas.

Subſiſto, is, ſtiti, ſtitum, ere. ſtehen bleiben. *Uſus.* Auſi ſunt ſubſiſtere hoſtes. Tanto ſumptui vix ſubſiſto.

Subſortior, iris, itus ſum, iri. das Loos anders werfen. *Uſus.* In ejus locum quem ſubſortiemur?

Subſortitio, onis, f. andere Wahl durchs Loos.

Subſterno, is, ſtravi, ſtratum, ere. unterbreiten, unterlegen. *Syn.* Conſterno. *Uſus.* 1. Aves nidos ſuos molliſſime ſubſternunt. 2. *Subjicio,* unterwerfen. Deus ſubſternebat animo omne, quod erat corporeum.

Subſtituo, is, ui, utum, ere. an eines andern Stelle ſetzen. *Syn.* Conſtituo, ſufficio, ſubrogo. *Uſus.* In mei locum quem ſubſtituent?

Subſto, as, ſtiti ſtitum, are. ſtehen bleiben. *Uſus.* Metuo, ne ſubſtet hoſpes.

Subſtructio, onis, f. Unterbauung, Gebäude. *Uſus.* Inſanæ ſubſtructionum moles.

Subſtruo, is, xi, tum, ere. unterbauen. *Uſus.* Capitolium lapide quadrato ſubſtructum.

Subſum, es, eſſe. darunter ſeyn, verborgen ſtecken. *Syn.* Lateo, inſum. *Uſus.* 1. Nullam video ſubeſſe cauſam. Etiamſi nulla culpa ſubſit. Non temere fama naſcitur, quin aliquid ſubſit. 2. *Inſto, adſum, prope abſum,* nahe ſeyn. Dies comitionem ſubeſt, iſt vor der Thür.

Subter, unter. *Uſus.* Virtus omnia ſubter ſe habet.

Subterfugio, is, fugi, itum, ere. entwiſchen, heimlich entfliehen. *Syn.* Devito, declino. *Adv.* Honeſte. *Uſus.* Ulyſſes amentiæ ſimulatione militiam ſubterfugere voluit.

Subterraneus, a, um. unter der Erde, unterirdiſch. *Syn.* Quod eſt ſub terra.

Subtexo, is, xui, textum, ere. unten anweben, hinten anhängen. *Uſus.* Subtexit deinde fabulæ huic narrationem aliam. Cœlum fumo ſubtexitur.

Subtilis, e. fein, zart, geſchmeidig, ſubtil, dünne. *Syn.* Acutus, tenuis. *Adv.* Egregie. *Uſus.* Acutiſſimum & ſubtiliſſimum dicendi genus. Subtili & preſſa oratione utitur. Soleſ ſubtiliſque

Digitized by Google

lisque descriptio partium. V. *Ingeniosus.*

Subtilitas, tis, f. **Feine, Klare, Scharfsinnigkeit** *Syn* Tenuitas, gracilitas. *Epi.* Digniſſima, a cauſa remotiſſima, vix imitabilis, non immutabilis, incerta, minuta, phyſica. *Uſus.* Subtilitas orationis. V *Ingenium.*

Subtiliter, fein, ſcharfſinnig. *Syn.* Acute, tenuiter. *Uſus.* Verſute & ſubtiliter dicere.

Subtraho, is, xi, ctum. ere. **entziehen, wegziehen, abziehen.** *Syn.* Subduco. *Uſus.* Materiam ſubtrahere furori. De commodis alterius ſubtrahere. Subtrahere ſe de curia. Supplicio ſe ſubtrahere. V. *Aufero, Tollo, Adimo.*

Subucula, æ, f. **wollen oder leinen Hemd, Weſte, Kamiſol.** *Genus veſtis.*

Subvectio, onis, f. **Zufuhr.** *Uſus.* Ne ab te frumentaria duris ſubvectionibus laboraret exercitus.

Subveho, is, xi, ctum. ere. **zuführen.** *Uſus.* Commeatus ex Apulia ſubvehebatur. Adverſo flumine ſubvectus.

Subvenio, is, veni, ventum, ire. **zu Hülfe kommen.** *Syn.* Succurro, ſubſidio venio. *Adv.* Studioſe. *Uſus.* Circumvenior, niſi ſubvenitis. Morbo alicujus ac mœrori ſubvenire. V. *Juvo, Succurro.*

Subvolo, as, avi, atum, are. **auffliegen, in die Höhe flattern.** *Syn.* Evolo.

Suburbanitas, tis, f. **Nachbarſchaft.** *Uſus.* Populo Romano jucunda eſt ſuburbanitas provinciæ Siciliæ.

Suburbanum, i, n. **Gut, Luſthaus nahe bey der Stadt.** *Syn.* Prædium *vel* fundus prope urbem, fundus ſuburbanus. *Uſus.* Voluptatis cauſa in hortis & ſuburbanis ætatem agere.

Suburbanus, a, um. **das in der Vorſtadt iſt.** *Uſus.* Fundus, ager, rus ſuburbanum,

Suburbium, ii, n. **Vorſtadt.** *Uſus.* In ſuburbium ire non ſum auſus.

Succedo, is, ceſſi, ceſſum, ere. **an eines Stelle kommen, folgen: von ſtatten gehen.** *Syn.* Alterius locum occupo, in alterius locum ſufficior; procedo, cado, evenio. *Phraſ.* 1. *Ut res ſuccedet, ita de te homines judicabunt*, **gleichwie die Sache gut oder übel ablaufen wird, alſo werden die Leute auch von dir urtheilen.** Ut res cadet, eveniet; ut ſe res dabunt, ita de te exiſtimabunt; qualis rei exitus erit, talem de te opinionem ſuſcipient: ex eventu homines de te exiſtimabunt. Rei exitum hominum judicia conſequentur. Congruent cum exitu rei, conſentient in utramque partem de te hominum judicia. 2. *Ut id ſuccedat bene, opto*, **ich wünſche, daß dieſe Sache von ſtatten gehe.** Actum feliciter eſſe, velit Deus; quod actum fuerit, id felix fauſtumque ſit; proſperum habeat eventum; id Deus probet, approbet, fortunet; id fortuna ſecundet. Succedat ex animi ſententia, precor; id ut præclare, feliciter cadat; optime procedat; optatum finem ſortiatur; exitum habeat cum animo tuo congruentem; quem ipſe vis, eventum ferat, opto. Acta Deus confirmet: rata eſſe velit, jubeat. 3. *Utinam omnia tibi feliciter ſuccedant!* **wollte Gott, es gienge dir alles glücklich von ſtatten!** Utinam optata omnia contingant! contingant ea, quæ cupis! omnia ſecunda fluant! nihil contra voluntatem eveniat! res omnes proceſſus habeant optatos! *Uſus.* 1. Succedam vicarius muneri tuo. Vicarius meæ diligentiæ ſuccedat. 2. *Evento, cedo, procedo*, **von ſtatten gehen.** Omnia ex ſententia ſuccedunt. 3. *Subeo, venio*, **darunter gehen.** Tectum imbris cauſa ſuccedere. V. *Succeſſus.*

Succendo, is, di, ſum, ere, **anzünden.** *Syn.* Inflammo, incendo. *Phraſ. Vicini domum ſuccendit*, **er hat ſeines Nachbarn Haus angezündet.** Vicini domui ignes admovit, adhibuit; ignem intulit; ignem injecit; faces, ignem jecit in vicini domum. V. *Ignis, incendo. Uſus.* Ira ſuccenſus.

Succenſeo, es, ui, ere. **ungehalten ſeyn, ſich zürnen.** *Syn.* Iraſcor. *Adv.* Juſtius, leviter, plane, vehementer. *Uſus.* Iraſci & ſuccenſere ſolemus iis, qui &c. V. *Iraſcor, ſentio.*

Succeſſio, onis, f. **Nachfolge.** *Syn.* Hereditas. *Uſus.* Cædis merces, in cæſi locum ſucceſſio petitus.

Succeſſor, oris, m. **Nachfolger, der an eines andern Stelle kömmt.** *Syn.* Qui ſufficitur, ſubrogatur, ſubmittitur; vicarius. *Epi.* Conjunctiſſimus, amiciſſimus, perblandus. *Uſus.* Succeſſori provinciam tradere. Succeſſores fere aliquid mutant de inſtitutis priorum. Regnum per manus traditur ſucceſſoribus filiis.

Succeſſus, us, m. **Ausſchlag, Ausgang Fortgang.** *Syn.* Eventus, exitus, proceſſus. *Phraſ.* 1. *Res, ſpero, feliciter ſuccedet*, **die Sache wird, wie ich hoffe, einen guten Ausgang haben.** Res ex animi ſententia proceſſit. Eventus rei erit optimus.

Suc-

Digitized by Google

Succeſſu res, quo volumus, concludetur; non aliter cadet, ac volumus; ſequetur id, quod optamus. Rem conſequetur exitus, eventus, finis optatus. Exitum res habebit, mea quidem ut ſpes fert, optatum, felicem, qualem volumus, qualem optamus. Puto fore, ut rem ex ſententia geram, feliciter, proſpere conficiam; ex animi ſententia; ut animus fert, expediam, conficiam; ad eum, quem volebam, exitum perducam; felici exitu concludam. Efficiam, opinor, ut res optime ſuccedat; ne res contra, quam volumus, ſuccedat; nequid adverſi contingat in re; ne ſit infauſtus, adverſus, alius a noſtris voluntatibus rei exitus; ne ſit alius, quam volumus rei eventus, ſpero futurum. ut in hac re meis optatis fortuna reſpondeat; ut cum animo meo fortuna conſentiat; ut ab animo meo fortuna minime diſſentiat; ut nihil adverſi fortuna objiciat. Spero futurum, ut nequaquam fortuna repugnet, reſiſtat, obſiſtat, adverſetur, ſeſe opponat, ſuam vim objiciat, obviam eat. Futurum exiſtimo, ut in hoc ſecunda, felici, proſpera propitia, perbenigna fortuna utar; ut res omnes ſub manus ſuccedant; omnia ad voluntatem fluant; belle procedant omnia, ac proſpere; ut fortuna conſilia noſtra comprobet. 2. *Res non ſucceſſit, ut ſperabam*, die Sache iſt nicht von ſtatten gegangen, wie ich hoffte. Non cecidit, ut optabam; præter meam ſententiam evenit; præter voluntatem accedit; aliter, ac ſperabam; contra, quam volebam contigit. Non ut volebam; ſecus, atque opinabar; aliter, atque ſpes erat, cecidit. Exitum res habuit alienum a ſententia, ſpe, voluntate; diſſimilem voluntatis, minime cum animo congruentem, minime cum voluntate congruentem; ab animo diſcrepantem, abhorrentem, diverſum; contra ſpem, adverſum voluntati exitum res habuit. Optatum exitum conſecuta res non eſt; optatum ad exitum non pervenit. Exitus rei voluntati non reſpondit. Res pro voluntate non ſuccedit; ex animi ſententia non proceſſit. Spes mea non eum, quem volebam, exitum conſecuta eſt; ſpes me fruſtrata eſt, fefellit, decepit, delufit. Speratum eventum, exitum ſortita, nacta, adepta non eſt. Inanem fuiſſe ſpem meam, exitus rei declarat. Opinione ſum deceptus. Falſa me ſpes aluit, laſtavit; haud bene res evenit; haud bene vertit; fortuna belli inclinavit; inclinata res eſt; omnia obſtructa reperi; negotium totum refrixit.

Succida, æ, f. Speckſeite. *Syn.* Tergum ſuillum.

Succido, is, cidi, ciſum, ere. unten abſchneiden. *Uſus.* Segetes ſuccidere.

Succingo, is, xi, ctum, ere. umgürten, umgeben. *Syn.* Munio, circumdo. *Uſus.* Carthago portubus ſuccincta. Gladio ſuccinctus, armis legionibusque ſuccinctus.

Succlamo, as, avi, atum, are. zurufen. *Syn.* Acclamo. *Adv* Frequenter.

Succreſco, is, crevi, ere. aufwachſen, nachwachſen. *Syn.* Succedo. *Uſus.* Orator ille veſtræ ſuccreſcit ætati. V. *Creſco.*

Succumbo, is, cubui, cubitum, ere. unterliegen. *Syn.* Inferior ſum, vincor, cado, cedo, frangor debilitor. *Uſus.* Nulli neque homini, nec perturbationi animi ſuccumbere. Succumbere dolori, labori, ſenectuti, amori, fortunæ. V. *Cedo, Vincor, Subjicior.*

Succurro, is, curri, curſum, ere. zu Hülfe eilen. *Syn.* Subvenio, ſubſidio venio, opem fero: occurro, in mentem venit. *Adv* Confeſtim. *Uſus.* 1. Succurrere ſaluti fortunisque communibus. 2. *Occurro*, in den Sinn kommen. Quidquid ſuccurrerit, ſcribam. V. *Auxilium, adminiculum, juvo, levo.*

Succus, i, m Saft, Feuchtigkeit. R. *a Sugo.* *Syn.* Humor purus. *Epi.* Diuturnus, humifer, incorruptus, priſtinus. *Uſus.* 1. Stirpes ex terra ſuccum trahunt. 2. *Vis quædam, robur*, Kraft, Nachdruck. Non retinemus veterum oratorum ſuccum. Oratio ſuccum ſuum e Philoſophia omnem ducit.

Succuſſus, us, m. das Schütteln. *Syn.* Agitatio.

Sudes, is, f. Zaunpfahl. *Uſus.* Sudes ſub aqua defixæ flumine tegebantur.

Sudo, as, avi, atum, are. ſchwitzen. *Syn.* Sudore mano, diffluo, madeo, ſudore perfundor, ſudor ex omnibus artubus profunditur, ſudorem emitto. *Uſus.* Vides me ſudare jam dudum laborantem.

Sudor, oris, m. Schweiß. *Syn.* [illegible] aqua, vel lapis, ſudor. *Epi.* Multus, plurimus. *Uſus* Herculis ſignum multo ſudore manavit. Medicamentum multus ſudor conſecutus [illegible]

Digitized by Google

Sudum, i, n. Helle, heiteres Wetter. *Syn.* Cœlum serenum. V. *Serenum.*

Suesco, is, suevi, suetum, ere. in Brauch haben. *Syn.* Assuesco, consuesco. V. *Assuesco.*

Sufféro, fers, sustuli, sublatum, ferre, vertragen, erdulden. *Syn.* Fero, patior, perpetior. *Adv.* In perpetuum, omnino, vicissim. *Usus.* Pœnas sufferre. V. *Fero, patior.*

Sufficio, is, feci, fectum, ere. genug seyn, zulänglich seyn. *Syn.* Satis sum, satis habeo. *Phras. Non sufficiebat ad tantos sumptus, tametsi amplum patrimonium, es erklecte so gar sein groß es Erbtheil nicht zu so großen Ausgaben.* In tot sumptus vix suppeditabat amplum quantumvis patrimonium; in tot sumptus vix amplissima fortis erat tota hereditas; tot sumptus vix amplissimum patrimonium sustinebat. V. *Satis. Usus.* 1. Immensæ gulæ ampliffima pecunia non sufficiebat. Nec scribæ sufficere, nec tabulæ nomina capere poterant. 2 *Substituo,* statt eines andern setzen. Suffici, in locum alterius.

Suffigo, is, xi, xum, ere. anheften. *Syn.* Affigo. *Usus.* Cruci suffigi.

Suffimentum, i, n. Rauchwerk. *Syn.* Odores incensi.

Sufflo, as, avi, atum, are. anblasen, einblasen *Syn.* Inflo. *Usus.* Sufflata dicendi figura.

Suffoco, as, avi, atum, are. ersticken, würgen. *Syn.* Strangulo, fauces premo, opprimo; animam intercludo, comprimo; animam reciprocare non sino; fauces ita premo, ut anima intercluſa expiret; animam elido, spiritum elido; vocem includo; spiritu intercluſo exstinguo. *Usus.* Urbem fame suffocare.

Suffodio, is, fodi, fossum, ere. untergraben. *Usus.* Sacella suffossa.

Suffragatio, onis, f. Beystimmung. *Syn.* Voluntatum & animorum declaratio, quæ fit suffragiis. *Epi.* Facilis pro salute alicujus, gratior & par, militaris, si minus potens, at probata tamen, justa, debita, urbana. *Usus.* Suffragationem consulatus perdidit.

Suffragator, oris, m. Beystimmer. *Epi.* Communis, proprius, fucosus, firmus. *Usus.* Tua nobilitas suffragatoribus & populo est obscurior.

Suffragatorius, a, um. beystimmig, zur Beystimmung gehörig. *Usus.* Brevis & suffragatoria amicitia.

Suffragium, ii, n. Wahlstimme, Beyfall. *Syn.* Punctum, tabella, vox, sententia. *Epi.* Corruptum, vitiosum, gratuitum, liberum, occultum *Usus* Ferre suffragium; inire suffragium de honore alicujus. Facta per tabulam suffragia. Suffragiis rem permittere. Me universis suffragiis, una voce consulem populus declaravit Tribus in suffragium vocare. Ite bonis Diis in suffragium. Redire in suffragium.

Suffragor, aris, atus sum, ari. einem in der Wahl seine Stimme geben. Beyfall geben, beystimmen *Syn.* Faveo, suffragium fero. *Adversor, refragor. Adv.* Maxime. *Usus.* Suffragari pro aliquo, laudibus alicujus. Eorum temporum memoriam suffragari videbam. V. *Assentior.*

Suffugio, is, fugi, itum, ere. entstehen, entkommen. *Syn.* Cum aufugio.

Suffulcio, is, fulsi, fultum, ere. unterstützen. *Usus.* Columnam mento suo suffulcit. V. *Fulcio.*

Suffumigo, as, avi, atum, are. beräuchern. *Syn.* Subtus fumum excito. *Usus,* Vulnus sulphure suffumigare.

Suffundo, is, fudi, fusum, ere. eingießen, darunter gießen. *Syn.* Respergo, persundo. *Usus.* Animus nulla malevolentia suffusus. Sanguis cordi suffusus.

Suggero, is, gessi, gestum, ere. beyschaffen, darreichen, an die Hand geben, einsagen. *Syn.* Suppedito, subjicio, commemoro. *Usus.* Si memoria defecerit, tu mihi suggere. Suæ sententiæ rationes suggerere Quis tot rebus sumptus suggeret? V. *Suppedito.*

Suggestum, i, n. ein erhabener Ort, Kanzel, Predigstuhl. *Syn.* Pulpitum, rostra, locus concionum. *Usus.* Suggestum ascendere. Cum in communibus suggestis consistere non auderet, ex alta turri concionari solebat.

Sugo, is, xi, ctum, ere. saugen. *Syn.* Haurio. *Usus.* Errorem cum lacte nutricis suximus.

Sui, sibi, se. sein. *Usus.* Nihil malo, quam me mei similem esse, & illos sui. Sui memoria delectatur.

Suillus, a, um. schweinen. *Usus.* Suilla caro.

Sulco, as, avi, atum, are. Furchen machen. *Syn.* Sulcos facio, sulcum imprimo; terram in sulcos proscindo.

Sulcus, i, m. Furche. *Usus.* Sulcus altius impressus.

Sum, es, fui, esse. seyn. *Syn. Ad prætium relata,* kosten. Consto, valeo. *Usus.*

Digitized by Google

Usus. 1. Frumentum tanti non est, quanti æstimasti. 2. *Dego, ago, vivo, moror, versor, habito,* wohnen, sich aufhalten. Totos dies cum illo est. Multum in publico, Athenis solet esse. 3. *Intercedo.* zu thun, zu schaffen haben. Nihil mihi posthac tecum erit. Multum animo est cum corpore. 4. *Attinet, spectat, oportet,* einem zustehen. Non est hoc nostri ingenii, vestri auxilii est. Boni viri, boni judicis est, es geziemt sich, ꝛc. Magni hoc judicii est, dazu gehöret Verstand. Non erat hoc ejus curare, es war sein Amt nicht. 5. *Cum Dativo varie,* gereichen. Fuit ea res Scipioni vituperationi, invidiæ, maculæ, malo, dedecori, honori, laudi, gloriæ. Tua epistola magnæ mihi molestiæ fuit. 6. *Æstimor, ducor, fio,* geschätzt werden. Annibalis nomen erat magna apud omnes gloria. Erat in magna gloria. 7. *Habeo,* haben. Cum spe sum maxima, tum etiam majore animo. 8. *Sto,* mit einem es halten. Cicero erat a Pompejo, totus erat Pompeji, es mit dem Pompejus hatten. 9. *Cum Abiativo laudis, vel vituperii.* Oraculum illud nunc minore gloria est. Esse mirifico in aliquem studio. 10. *Varie.* Est, quod gaudeas, du hast Ursache dich zu erfreuen. Erit, ubi te ulciscar, es wird noch eine Zeit seyn, mich an dir zu rächen. Melius est illi, er befindet sich besser.

Summa, æ, f. Summe, Belauf, Begriff. *Syn.* Caput, ratio præcipua rei pecuniariæ. *Epi.* Carior, communis, fatalis, grandis, maxima, vera. *Usus.* Addendo, deducendoque videre, quæ reliqua summa fiat. Subducamus summam. Aliquid de summa remittere. Magnam pecuniæ summam conficere. Certam summam præscribere, præfinire. De capite detrahendo, remittendo semper aliquid, summa non maxima fiet reliqua. 2. *Ad alias res relata,* Hauptsache. Summam cautæ breviter exponere. Summa illuc pertinet, ut &c. Omnia præcepta ad unam summam refere. Inea re tota judicii summa consistit. Summam reipublicæ administrare. Ad summam ista sic abire non possunt. V. *Summotim.*

Summatim, überhaupt, kürzlich. *Syn.* Ad summam; in summa; breviter, uno verbo; ne plura; ne pluribus; ne multa; ne multis; quid multa? ne longus sim; ne longum sit; ne longum faciam. V. *Breviter.*

Summe, am meisten, höchlich. *Syn.* Maxime, summopere *Usus* Summe illud concupivi. Summe illud a te contendo.

Summopere, höchstes, angelegentlich. *Syn.* Summe, maximopere, summa ope. V. *Valde.*

Summus, a, um. der höchste, oberste. *Syn.* Amplissimus, perfectus, singularis, incredibilis, in quo summa sunt omnia.)(*Infimus. Phras. Tua gloria ad summum pervenit,* deine Ehre ist auf das höchste gekommen. Nihil addi jam posse videtur ad tuam gloriam; evasisti in apicem gloriæ; non in secundis jam, aut tertiis consistis, sed ad summa pervenisti; ab humili ducta est ad summum gloria tua. *Usus.* Summum est, quo nihil superius. Summus vir & singularis. Summa hieme. In summo aquæ. Summum pectoris. Bacillus a summo inflexus. Ad summum eras, aufs längste morgen. V. *Perfectus, Egregius.*

Summo, is, psi, ptum, ere. nehmen, hinnehmen. Assumo, arrogo, attribuo, tribuo; capio, accipio. *Adv.* Aliquando, aliunde, crudelissime, nimium, quasi retro, communiter, gravissime, male. *Usus.* 1. Mihi tantum non sumo, ut te moneam, ich unterfange, unterstehe mich nicht, dich zu mahnen. Vide, quid mihi sumpserim. Hoc pro benevolentia nostra mihi sumpsi, ut peterem, *vulgo præsumo.* 2. *Assumo,* für bekannt nehmen. Pro certo, pro comperto sumere, quod tamen controversum sit. Sumere res non concessas, & ex illis confiere, quod velis. 3. *Capio, eligo,* nehmen. Auctoritatem, magnam confidentiam, regis partes sumere. Tempus sibi ad negotium; locum sumere; nomen ex re sumere, trahere, ducere. Judicem aliquem sumere. Tempus ad deliberandum sumere. 4. *Exigo,* strafen. Pœnas, supplicium de aliquo sumere. V. *Accipio.*

Sumptio, onis, f. das Nehmen. *Syn.* Assumptio. *Usus.* Demus tibi has sumptiones, quas lemmata Dialectici appellant.

Sumptuarius, a, um. zu den Unkosten gehörig. *Usus.* Leges, rationes sumptuariæ.

Sumptuose, kostbar. *Usus.* Sumptuose se & insolentius jactent.

Digitized by Google

Sumptuosus, a, um. koſtbar, theuer. *Syn.* Splendidus, magnificus, lautus. *Adv.* Magnopere. *Usus.* Cœna sumptuosa. Ludi magnifici & sumptuosi. V. *Splendidus.*

Sumptus, us, m. Unkoſten, Aufwand. *Syn.* Impensa, impendium. *Epi.* Annuus, exiguus, infinitus, expers fructuum, legitimus, magnus, minimus, necessarius, publicus, certus, effusus, nimis magnus, perpetuus, liberalis, quotidianus, tantus, tamque profusus. *Phraſ* 1. *Alicui sumptus facere, vulg.* einen in Unkoſten bringen. Sumptum alicui afferre, inferre, inducere; sumptui esse alicui. 2. *Sumptus minuere*, die Ausgaben vermindern. Sumptus circumcidere: sumptu alios levare; sumptum remittere, extenuare. 3. *Magnos sumptus fecit*, er hat große Unkoſten daran gewendet. Sumptus impendit, fecit, insumsit; nullis sumptibus pepercit; multum pecuniæ in eam rem conjecit, effudit; magnas impensas fecit; multos sumptus expendit; prodigus pecuniæ in sumptus fuit. 4. *Quis ita dives est, ut his sumptibus sufficiat?* wer iſt ſo reich, daß er ſolche Unkoſten beſtreiten kann? Quis ita fortunæ bonis affluit, ut sustinere sumptum possit? quis ita firmus ab opibus est, ut sufficere, respondere sumptui possit; ut sumptum ferre possit; ut facere tantum sumptum possit; cujus divitiæ sumptui pares esse possunt? ferendo sumptui quis erit; tantam impensam quis sustineat? ita gravis est impensa, ut opprimere quemvis possit; quis sumptum tantum toleret? Non is est sumptus, qui sustentari a quoquam possit. Sumptus supra modum, immoderatus, infinitus est. Cui res familiaris ita copiosa est, cui tantum fortuna largita est, cui tantum de bonis suis fortuna impertivit, ut quantum res postulat, tantum erogare possit? ut respondere tanto sumptui possit? *Usus.* Sumptum afferre. Sumptui esse. Sumptum facere. Sumptum tolerare, ferre, sustentare. Sumptum dare, suggerere, suppeditare. Sumptum minuere. Sumptum levare.

Suo, is, sui, sutum, ere. nähen, flicken, zuſammen fügen. *Usus.* Tegumenta corporum texta *vel* suta.

Supellex, ectilis, f. Hausrath. *Syn.* Instrumentum domesticum, ornamentum. *Epi.* Elegantior, lauta, multa, magnifica, optima & pulcherrima, oratoria, reliqua, universa. *Usus.* Multa in mancipiis, argento, ebore, veste, pecore, tabulis pictis, vasis Corinthiis, hydriis argenteis, scyphis aureis, stragulis multa & lauta supellex.

Super, auf, über. *Syn.* Supra; de. *Usus.* Hac super re consulam. De ea re satis superque dictum est.

Superabilis, überwindlich. *Usus.* Murus scalis facile superabilis.

Superaddo, is, addidi, additum, ere. noch dazu thun. *Syn.* Addo. V. *Addo.*

Superbe, ſtolz, hoffärtig, übermüthig. *Syn.* Arroganter, contumaciter. *Usus.* Superbe aliquem appellare. V. *Arroganter.*

Superbia, æ, f. Hoffart, Stolz, Hochmuth. *Syn.* Arrogantia, spiritus, elatio; tumor, inflatio animi, fastidium animi, insolentia, intolerantia. *Epi.* Inaudita, singularis. *Phraſ. Odi superbiam hominum*, ich kann die Hoffart der Leute nicht dulden. Hominum insolentium spiritus; oris & oculorum illam contumaciam; supercilium, regios spiritus, protervitatem, fastidium, pompam, speciem intolerandam non fero. Odi homines, qui ut victos nos intuentur; arroganter, contumaciter se efferunt; inhumanos, superbos, minaces & arrogantes; animis inflatos sublatosque; feroces, aliorumque contemptores minime fero. Odi homines, fastidio & contumacia elatos. V. *Superbus. Usus.* Secundæ res superbiam fere afferunt; humiles animos superbia inflat. Fugere, deponere superbiam. V. *Arrogantia.*

Superbiloquentia, æ, f. Großſprecherey. *Syn* Superbus & arrogans sermo.

Superbio, is, ivi, ire. ſtolziren, aufgeblaſen ſeyn. *Syn.* Efferor, superbus sum. *Phraſ. Superbire cœpit*, er hat angefangen ſich zu übernehmen. Luxuriari & evanescere nimia gloria; opinione inflari; spiritus, nescio quos sumere; efferre se insolentius; magnifice se circumspicere; offendere in arrogantiam; ad vanam fiduciam efferri; animum super honoris fastigium efferre; flectere animum in superbiam & ambitionem; superbia intumescere; efferri animo cœpit. V. *Superbus, superbia, effero.*

Superbus, a, um. hoffärtig, ſtolz, prächtig. *R.* ex super, & eo, *qui super alios emergere vult*; *vel ex Græc.* ὑπερβαίνων, *superscandens. Syn.* Arrogans, insolens, imperiosus, elatus, inflatus, non ferendus; spe atque animis inflatus, asper, difficilis, gravis,

Digitized by Google

gravis, qui fastidio, & contumacia effertur. *Pers. 1. Opes te superbum reddunt*, dein Reichthum macht dich hochmüthig. Tuæ te divitiæ efferunt, insolentia tua, arrogantia tua ex opibus tuis, non ex animi præstantia manat. Istam insolentiam, istam elationem animi, istos spiritus immoderatos in te parunt opes, non meritorum conscientia. Res domestica æquo major animos tibi facit; animum inflat; istos spiritus subdunt, ad superbiam istam extollunt. 2. *Superbus homo est*, er ist ein hochtrabender Mensch. Inflatus regiis animis et spiritu; nimius animi; animo inflato est & tumenti; ventosus & insolens homo: ineſt illi contemptor animus, & superbia; contemptus hominum, superbæ aures, contumeliosa dicta, aditus non alienis modo, sed civibus difficiles argumenta sunt hominis ex incertissimo animos sumentis. V. *Arrogans*, *Ambitiosus*, *Superbia*, *Superbio*. *Usus.* Superbiorem se præbet in hac fortuna.

Supercilium, ii, n. die Augenbraun. *Syn.* Pars frontis ima; frontis nubecula, superbia. *Epi.* Abrasum, rasum, sublatum, depressum. *Usus.* In supercilio rum motu existunt animi motus, arrogantiæ, gravitatis, severitatis. Libidines fronte & supercilio tegere. Ista superciliorum contractio & remissio, mœstitia, hilaritas, risus.

Superficies, ei, f. Oberfläche. *Syn.* Extrema & aperta pars corporum. *Usus.* Superficiem ædium æstimare. Terræ superficiem nondum æquabat moles.

Superfluo, is, xi, xum, ere. überfließen, überlaufen. *Syn* Redundo, affluo, effluo, abundo. *Usus* Is redundantes nos, & juvenili licentia superfluentes repressit. V. *Abunde*, *redundo*.

Superfluus, a, um. überflüßig. *Syn* Supervacaneus, aut quod usum non habet, quod affluit rebus nostris, aut opibus.

Superfundo, is, fudi, fusum, ere. darüber gießen. Tiberis agris superfusus. Superfundens se lætitia.

Superi, orum, m. die himmlischen Einwohner. *Syn.* Cœlites.

Superjacio, is, jeci, ctum ere. darüber werfen. *Usus.* Superjecere, quidam augendo fidem, qui longe plures cœtus dicerent.

Superimpono, is, posui, positum, ere. darauflegen. *Usus.* Stipendio etiam superimposito

Superincido, is, cidi, ere. darauf fallen. *Usus.* Ruina superincidentium virorum oppressus.

Superior, oris, g. c. Oberer, Voriger. *Syn.* Prior *tempore*. *Adv.* Longe. *Usus.* 1. Quid proxima quid superiore nocte? Suscepta in superiore vita flagitia eluere. 2. *Loco*, erhaben, höher. De loco superiore dicere. 3. *Ordine*, *dignitate*, vornehmer. Fortuna tamenque superior. Invidet paribus; inferioribus, superioribus Quanto superiores sumus, tanto nos submissius gerimus. Contra hostem superiores fuimus

Superlatio, onis, f. Erhebung. *Usus.* Comparationes & superlationes.

Supero, as, avi, atum, are überwinden, bezwingen. *Syn.* Vinco, excello, præsto. Superior sum, præpondero; superfluo; supersum. *Adv.* Facile longe, multum, præsertim, perfacile. *Usus* 1. Arte, virtute, doctrina omnes longe superavit. 2. *Transcendo*, übersteigen. Fluvium, montem superare. 3. *Supersum*, übrig seyn. Quis ditior, cui deest, an cui superat? Egentibus pauca superant, quibus aliis gratificentur. 4. *Evado*, überstehen. Mala, pericula superare, malis perfungi, defungi. V. *Vinco*, *excello*, *subjicio*.

Superscando, is, di, sum, ere. überſteigen. *Syn* Supero. *Usus.* Murum superscandere.

Supersedeo, es, di, ssum, ere. überheben, entübrigt seyn. *Syn* Abstineo, tempero. *Adv.* Opportune. *Usus* Hoc labore commode supersedebis, du kannſt dieſe Arbeit bleiben laſſen. Hæc causa non est supersedenda, *reticenda*. V. *Omitto*.

Superstes, itis, g. o. überlebend, gesund. *Syn.* Salvus, incolumis, qui mortuo superest, qui vita aliquem superat. *Phras* *Quamdiu superstes ero*, ſo lange ich noch bey Leben bleiben werde. Dum anima exsuperabo mea; dum vita superabit superstes erit dum spiritum duxero; dum vita superstet. V. *Vivo* *Usus* Utinam te non solum vitæ, sed & dignitatis meæ superstitem reliquissem. Si quos fortuna reliquos fecerit, & nobis superstites.

Digitized by Google

Superſtitio, onis, f. Aberglaube. R. a ſuperſtite, *quod quidam parentes, ut ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent, totos dies precabantur, & immolabant, teſte Cicerone.* *Syn.* Nimia, vana & inanis religio. *Epi.* Anilis, barbara, contaminata, muliebris, propinqua, tanta, maxima. *Uſus.* Omnis ſuperſtitio imbecilli atque anilis animi eſt. Superſtitio fuſa per gentes oppreſſit omnium animos, hominum imbecillitatem occupavit. Anili ſuperſtitione imbui, obligari, conflictari. Omnibus ſuperſtitionibus obnoxius vivit. V. *Religio, ſcrupulus.*

Superſtitioſe, abergläubiſcher Weiſe. *Syn.* Aniliter, ſine ratione.

Superſtitioſus, a, um. abergläubiſch. *Syn.* Superſtitione imbutus. *Phraſ.* *Plane erant ſuperſtitioſi*, ſie waren recht abergläubiſch. Dediti erant, neſcio quibus religionibus; nullus illis religionum modus erat; agitabat animos, neſcio quæ ſuperſtitio, invaſerat animos multiplex religio, eaque vaniſſima; omnibus ſuperſtitionibus obnoxii vivebant. Capti jam erant ſuperſtitione animi, victique; haud intactis religione animis homines erant; obligatæ omnium mentes miris & vaniſſimis ſuperſtitionibus. Oppreſſerat animos multiplex ſuperſtitio; imbecilles animos occuparat; non intacti erant ſuperſtitione mentis. Erant ii ad ſuperſtitionem humanarum mentium vitio facile revoluti. *Uſus* Stoici ſuperſtitioſa ſollicitudine omnia credunt. V. *Religio, ſcrupuloſus.*

Superſto, as, ſtiti, ſtitum, are. auf etwas ſtehen. *Uſus.* Curribus ſuperſtans armatus hoſtis.

Superſum, es, fui, eſſe. übrig, vorhanden ſeyn. *Syn.* Reſto, ſupero *Adv.* Omnino, nihil. *Uſus.* 1. E tanta cæde nemo ferre ſuperfuit. 2. *Redundo*, überflüßig ſeyn. Orator ita motu utetur, ut nihil ſuperſit in geſtu. 3. *Excello, ſupero*, über einen ſeyn, übertreffen. Scientia majoribus ſuis nec defuit, nec ſuperfuit. V. *Reliquus.*

Supervacaneus, a, um. unnöthig. *Syn.* Supervacuus, uſum non habens. *Uſus.* Vereor, ne litteras meas ſupervacaneas exiſtimes.

Supervacuus, a, um. überflüßig, unnöthig. *Syn.* Inanis, redundans, ſine cauſa, ſine uſu, ſuperfluus.

Supervado, is, ere. darüber gehen. *Uſus.* Supervadentem munimenta victorem fugarunt.

Supervenio, is, veni, ventum, ire. dazu kommen, über den Hals kommen. *Syn.* Ex inopinato venio. *Uſus.* Supervenire lætitiæ alicujus.

Superus, a, um. das oben, oder oberhalb iſt.)(*Inferus.* *Uſus.* Supera illa, & cœleſtia. Mare ſuperum & inferum.

Supinus, a, um. rücklings, hinten ſich.)(*Pronus.* *Uſus.* Motus corporis ſupinus, pronus, obliquus.

Suppar, aris, g. o. faſt gleich. *Syn.* Fere par, *vel* æqualis. *Uſus.* Huic cæteri ſupparas. V. *Æqualis.*

Suppeditatio, onis, f. Darreichung. *Syn.* Affluentia, ſubminiſtratio. *Uſus.* Suppeditatio bonorum nullo malorum interventu.

Suppedito, as, avi, atum, are. dar reichen. *Syn.* Subminiſtro. *Adv.* Aperte, copioſe, large. *Uſus.* 1. Suppeditabit nobis de theſauris ſuis. Alicui rerum omnium, quas natura deſiderat, abundantiam & copiam ſuppeditare. Terra fruges fert, & ut mater cibos ſuppeditat. Is locus miram varietatem & ubertatem dicendi ſuppeditat. 2. *Suppeto, non deſum, ſuperſum, præſto ſum*, nicht abgehen übrig ſeyn. Si ei vita ſuppeditaviſſet, grandia moliebatur. In hoc campo oratori omnis apparatus dicendi ſuppeditat. V. *Do, largior, ſuggero.*

Suppetiæ, arum, f. Hülfe. *Syn.* Auxilium, ſubſidium, præſidium. *Uſus.* Laboranti exercitui ſuppetias mittere. Suppetias ire, proficiſci, occurrere, venire, ferre. V. *Auxilium.*

Suppeto, is, ii, itum, ere. vorhanden ſeyn. *Syn.* Suppedito, ſum, ſuperſum, adſum, præſto ſum. *Uſus* Verba mihi non ſuppetunt. Mihi præter voluntatem ad remunerandum nihil ſuppetit. Si vita ſuppetet. V. *Habeo.*

Supplanto, as, avi, atum, are, den Fuß unterhalten, unterſchlagen. *Syn.* Pede objecto, *vel* ſubjecto, ad caſum impello.

Supplementum, 1, n. Ergänzung, Erſetzung. *Uſus.* Legionum ſuppleFff

Digitized by Google

plementa ſcribere; ſupplementis integrare, explere, reficere legiones.

Suppleo, es, evi, etum, ere. ergänzen. *Syn.* Præſto, allenam fungor vicem, expleo. *Uſus.* Supplevit, quod utrique defuit. Legionem ſupplere & reficere. Addere & ſupplere cætera ipſe poteris.

Supplex, icis, *g. o.* fußfällig, flehentlich. *Syn.* Abjectus, jacens, proſtratus ad pedes. *Phraſ. Supplex vobis manus tendit*, er bittet euch fußfällig. Ad pedes ſe veſtros projicit; ſupplex ad vos venit, ad pedes ſe abjicit, deprecatur; ſupplicem ſe veſtræ miſericordiæ profitetur; veſtram fidem obteſtatur; fracto animo atque humili pro ſalute ſua ſupplicat; maximo in ſqualore ad pedes veſtros volutatur; plenus lacrimarum ad pedes veſtros procumbit; genibus ſe veſtris advolvit; nixus genibus, obſitus ſqualore & ſordibus ad preces lacrimasque effuſus orat, obſecrat, miſericordiam veſtram implorat. *Uſus.* Tendit ad vos manus ſupplices. Senatum ſupplex adiit. Supplicem a genibus ſuis repellere. V. *Supplico, preces, rogo, oro.*

Suppliciter, fußfällig, flehentlich. *Syn.* Demiſſe. *Uſus* Blanditur, & ſuppliciter ſe inſinuat. Suppliciter ac demiſſe gratias agere.

Supplicatio, onis, f. demüthige Bitte, das Flehen, außerordentliches Feſt bey den Römern, Dankſagung. *Syn.* Honor Diis immortalibus habitus pro victoria. Pompa ſolennis adducta ad expoſcendam Superum pacem. *Epi.* Conſularis, crebra, vehemens, prærogativa, juſtiſſima. *Uſus.* Supplicationem Dils immortalibus pro ſingulari eorum merito decernere, facere.

Supplicium, ii, n. Leibesſtrafe, Lebensſtrafe. *Syn.* Cruciatus, pœna. *Epi.* Acerbiſſimum, commune, crudeliſſimum, æternum, dignum, divinum, extremum, ſummum, inſigne, leve, majus, maturius, medium, præſens, ſingulare, ſupremum, acrius, exquiſitum, inuſitatum, juſtum, debitum, miſerrimum. *Uſus.* Alicui maleſico ſupplicium conſtituere, auffetzen. Nova & exquiſita ſupplicia excogitare, invenire exquirere, erdenken. Aliquem ad ſupplicium trahere, rapere, zur Strafe ziehen. Ultimo ſupplicio afficere reum; ſuppliciis improbos coërcere, conſtringere, vindicare. Supplicio addicere damnatum; ad ſupplicium dare; ſupplicium de reo ſumere, abſtrafen. Conſtanter ferre, perferre, ſubire ſupplicium, ausſtehen. Debitum ſupplicium remittere, condonare, die Strafe ſchenken. Omni ſupplicio excruciatum necare, grauſam hinrichten. V. *Pœna.*

Supplico, as, avi, atum, are. fußfällig bitten. *Syn.* Suppliciter peto, ſupplex ſum alicui, deprecor, ad pedes alicujus ſupplex me abjicio, manus alicui, *vel* ad aliquem tendo, ſupplicatum eo, pacem Superum expoſco, ſuppliciis votisque Deum fatigo. *Adv* Diligentiſſime, libentiſſime, ſubmiſſe, publice. *Phraſ. Supplicavit mihi*, er hat mich fußfällig gebethen. Multis & ſupplicibus verbis me oravit; ſuppliciter mecum egit; rogavit me, quam ſuppliciter potuit; preces ſuppliciter admovit; ad pedes meos ſe ſtravit; genu poſuit, ſupplicem vocem miſit; paſſis manibus a me petiit, me obteſtatus eſt; precibus omnibus petiit; ſupplex ad me confugit pedibus advolutus meis; infimis precibus a me contendit; precibus mecum egit quam diligentiſſimis; ad genua, pedes accidit mihi; aures oneravit meas precibus humillimis; fidem meam, quanto potuit ſtudio, imploravit. V. *Rogo, preces. Uſus.* Quot pro innocentis hujus ſalute vobis ſupplicant. V. *Supplex.*

Supplodo, is, ſi, ſum, ere. ſtampfen. *Syn.* Pede terram percutio, plaudo.

Supplosio, onis, f. das Stampfen. *Epi.* Crebra. *Uſus.* Pedis rara ſupplosione.

Suppono, is, poſui, poſitum, ere. unterſchieben, unterſetzen. *Syn.* Subjungo, ſubjicio. *Uſus.* 1. In alterius locum ſuppoſitus & ſubſtitutus. 2. *Subdo*, unterlegen. Ova anatum gallinis ſupponere. Falſa teſtamenta ſupponere.

Supporto, as, avi, atum, are. zuführen. *Uſus* Frumentum navibus ſupportare. V. *Fero.*

Suppoſitio, onis, f. Unterſchiebung, Unterlegung. *Uſus.* Pueri ſuppoſitione deceptus.

Digitized by Google

Suppreſſio, onis, f. Unterdrückung, Verhehlung. *Epi.* Judicialis.

Supprimo, is, preſſi, preſſum, ere. unterdrücken, vertauſchen, zurückhalten. *Syn.* Sedo, placo, occulto.)(*Pervulgo. Uſus.* Dolorem ſedare & ſupprimere. Retinuit pecuniam & ſuppreſſit. V. *Occulto, premo.*

Supra, oben, über. *Uſus.* 1. *Ratione loci*, dem Orte nach. Supra terram, lunam. 2. *Ordinis*, der Ordnung nach. Illa, quæ ſupra dixi. 3. *Virtutis, ponderis*, in Beziehung auf die Macht, das Alter ꝛc. Supra hominis fortunam; ſupra ætatem ſapit. Potentia, quæ ſupra leges eſt. Supra conſuetudinem. Amor tantus, ut nihil ſupra.

Supremus, a, um. der höchſte, letzte. *Syn.* Summus, ultimus, extremus. *Uſus.* Supremus vitæ dies; ſupremum ſupplicium. V. *Summus.*

Sura, æ, f. Wade. *Syn.* Cruris pars averſa, poſterior.

Surculus, i, m ein Schoß, Zweig, Schößling. *Syn.* Planta. *Uſus.* Da mihi ex iſta arbore, quos feram, ſurculos.

Surdaſter, a, um. hart hörig, faſt taub. *Syn.* Cui hebetiores ſunt aures; qui ægre audit.

Surditas, tis, f. Taubheit. *Uſus.* In ſurditate quidnam eſt mali?

Surdus, a, um. gehörlos, taub. *Syn.* Qui ſenſu aurium, *vel* audiendi caret, auribus captus. V. *Auris. Uſus.* Surdus varietates vocum, aut modos noſcere non poteſt.

Surgo, is, ſurrexi, ſurrectum, ere. aufſtehen. *K. q.* Surrigo, *vel* ſurſum rego. *Syn.* De lecto exco; me, *vel* corpus e lecto corripio; ſomnum abrumpo; de ſella exſilio. *Uſus.* Ante lucem ſurrexit e lectulo. Cunctus ſenatus ſurrexit.

Surrigo, is, rexi, rectum, ere. aufrecken. *Uſus.* Aures ſurrigere.

Surripio, is, ui, reptum, ere. heimlich wegnehmen. *Syn.* Furor, ſublego, clepo. *Adv.* Clam, occulte, impudenter. *Uſus.* Surripere e bibliotheca libros, V. *Anfero, furor.*

Surrogo, *ſeu* ſubrogo, as, avi, atum, are. an eines andern Stelle ſetzen. *Syn.* Subſtituo.

Surſum, über ſich, in die Höhe.)(*Deorſum. Phraſ. Surſum tendat animus*, das Gemüth ſoll ſich hinauf ſchwingen. In cœlum ſuſpiciat; ſublime feratur; a terra longiſſime ſe efferat; ſupera ſemper petat & cœleſtia; ad cœlum feratur; humana omnia inferiora ſe ducat. *Uſus.* Idem ſurſum verſus, retroque dicatur.

Sus, ſuis, *g. c.* Sau, Schwein. R. ὗς. *Syn.* Porcus. *Epi.* Lutulentus. *Uſus.* Ut ſues glande paſcuntur.

Susceptio, onis, f. das Unternehmen. *Uſus.* Laborum dolorumque ſuſceptio.

Suſcipio, is, cepi, ceptum, ere. unternehmen, auf ſich nehmen, unterziehen. *Syn.* Sumo, capio, recipio. *Adv.* Acerrime, enixe, fortiſſime, fruſtra, gratis, palam, paulliſper, proprie, publice, turpiſſime. *Uſus.* 1. Suſcipe, quæſo, id negotium, curam, cogitationem te digniſſimam; munus illud, legationis cauſam, labores multos, onus, rempublicam, moleſtias, profectionem, propugnationem reipublicæ ſuſcipere. 2. *Cogito, admitto, committo, patro, concipio*, im Sinne haben, verüben. Magnum ſcelus, facinus, ſpem ſuſcipere. Mentem illam, voluntatemque dudum ſuſcepi. 3. *Patior, ſubeo*, erdulden, ertragen. Luctum, ſqualorem, ſordes, pœnam pro ſcelere ſuſcipere. 4. *Habeo*, haben. Liberos e conjuge ſuſcipere. 5. *Obtineo*, im Schwange ſeyn. Suſcepit conſuetudo communis, ut &c. 6. *Accipio, recipio*, aufnehmen. Suſcipere alienum amicorum cauſa.

Suſcito, as, avi, atum, are. wecken, erregen. *Syn.* Excito, incito, exſuſcito. *Uſus.* Suſcitare bellum civile. V. *Excito, expergefacio.*

Suſpectus, a, um. verdächtig. *Syn.* Suſpicionem præbens, in quo ſubeſt ſuſpicio alicujus. *Adv.* Falſo, vehementer. *Phraſ. Suſpectus erat de morte patri illata*, er war wegen des Vatermords verdächtig. Mors parentis filium ſuſpicione aſperſerat; opportunum parricidii crimini ſe ſe it longo in patrem odio; ſuſpicionem de ſe præbuit patris veneno ſublati; in ſuſpicionem venit de morte patris. V. *Suſpicio. Uſus.* Doleo, me tibi negligentiæ nomine ſuſpectum eſſe.

Digitized by Google

Suspendium, ii, n. das Henken, Aufknüpfen, Galgen. *Usus.* Malorum remedium suspendio ac morte quærere.

Suspendo, is, di, sum, ere aufhenken, im Zweifel lassen, aufrichten. *Syn.* Cervices frango, in crucem ago, suspendio vitam finio, collum in laqueum infero, collum laqueo obstringo, in laqueum induo. *Usus.* 1. Caput obnubito, arbori infelici suspendito. 2. *Interrumpo*, unterbrechen. Opus ita ædificatum, ut suspendi non possit. V. *Suspensus.*

Suspensio, onis, f. Anstand Zweifel. *Usus.* Animi suspensio.

Suspensus, a, um aufgehenkt, ungewiß, zweifelhaft. *Syn.* Pendens, anceps, dubius, incertus, sollicitus. *Adv.* Diutius, graviter, valde. *Prof.* 1. *Suspensus est*, er ist an den Galgen gehenkt worden. In furram actus, sublatus est; in crucem sublatus, actus est; suspendio necatus est; laqueo vitam finiit; ex arbore infelici pependit. *Usus.* 1. Suspensus ex trabe. 2. *Sollicitus, dubius, incertus*, in Zweifel gelassen. Metu suspensa civitas, perturbata seditionibus. Suspensum me jam diu & sollicitum tenes. Rerum expectatione suspensi omnes & anxii. 3. *Defixus, collocatus*, gesetzt. Suspensas aptasque a Deo habere vitæ rationes

Suspicio, is, spexi, spectum, ere, über sich, in die Höhe schauen. *Syn.* Aspicio.)(*Despicio. Usus.* 1. Cœlum, in cœlum suspicere, oculos attollere 2. *Veneror, miror*, hochachten, bewundern. Eloquentiam virtutemque alicujus suspicere.

Suspicio, onis, f. Argwohn, Verdacht. *Syn.* Conjectura, opinio, metus. *Epi.* Abscondita, adversaria, atrocissima, cæca, certa, falsa, ficta, satis firma, indigna, maxima, minima quædam, pertenuis, propria, repentina, ridicula, similis, solicita, subita, tanta, turpissima, vacua, pura, domestica, honesta, odiosa. *Plural.* 1. *Multorum de illo, sed falsa suspicio est*, viele haben ihn im unbilligen Verdachte. Odiosæ quædam de eo suspiciones multorum insedere animos; multi odore quodam suspicionis afflati male de illo opinantur; hominibus ad suspicandum sagacissimis immerito suspectus est: multi siniſtram falsamque de eo opinionem accepere; mala in illum suspicio confertur: gravi suspicione perstringitur; in gravi suspicione ponitur; in suspicionem sceleris, sed immerito, adductus, vocatus est; innocens in suspicionem multorum venit, cecidit, incidit 2. *Ne suspicio quidem fuit de illo*, man hatte nicht einmal einen Verdacht auf ihn. Nulla vel leviſſima suspicione violatus erat; tam atrocis facti nulla vel suspicio ad illum pertinebat; ei suspicioni nec affinis erat; nulli vel leviſſimæ suspicioni in eo locus erat; nulla vel leviſſima suspicione aspersus erat; aberat longe a tam atrocius facti suspicione; longe remotus erat ab ea suspicione. 3. *Vide, ne cui suspicionem avaritiæ præbeas*, hüte dich, daß du dich nicht selbst wegen des Geizes verdächtig machest. Ne avaritiæ suspicionem moveas, excites, des, præbeas; ne suspicioni huic locum *vel* materiam des; ne qua avaritiæ suspicio nascatur, exoriatur; ne qua avaritiæ suspicio in te resideat, consistat; ne qua avaritiæ suspicio in te convenire possit. 4. *Fuge vel suspicionem avaritiæ*, sey besorgt, dich außer allem Verdachte wegen des Geizes zu setzen. Avaritiæ vel suspicionem vita, a te depelle, minue, extenua; id age, ut vel suspicionem avaritiæ a te propulses, dimoveas, removeas, tollas; a suspicione te liberes, vendices, exsolvas; delenda tibi vel suspicio avaritiæ, si qua in te residet. V. *Conjectura. Usus.* Suspicionem alicui facere, injicere, importare, einen Argwohn erwecken. Suspiciones invalescunt, increbescunt; multa sunt, quæ eam suspicionem augeant, *vel* confirment; suspicio in plures manat, es kommen mehrere in Verdacht. Suspicionem de aliquo habeo; suspicio mihi de aliquo incidit, insidet, einen Argwohn auf einen haben. Venire, cadere, incidere, involvi in suspicionem, in Argwohn gerathen Suspicionem alicujus trahere, ducere, einen Argwohn fassen. Abhorret a suspicione tam atrocis facti ætas innocens, weit von einem

nem solchen Argwohne seyn. V. *Suspectus.*

Suspicioſe, argwöhniſch. *Syn.* Credibiliter, criminoſe,

Suſpicioſus, a, um. argwöhniſch, verdächtig. *Syn.* Suſpicionem præbens & ſuſpiciens. *Uſus.* Durus & ſuſpicioſus in ſuos. Te conſcientia ſcelerum timidum facit ac ſuſpicioſum. Quod adhuc eſt ſuſpicioſum, res ipſa perſpicuum faciet.

Suſpicor, aris, atus ſum, ari. argwöhnen, Verdacht haben. *Syn.* Suſpicionem habeo, ex re aliqua ſuſpicionem duco, traho; ſuſpicione attingo, aſſequor. *Adv.* Difficillime, injurioſe, leviſſime, nihil dum obſcurius, plane, ſceleſte, temere, valde. *Uſus.* 1. De ejus ſcelere nihil ſuſpicari poteramus. 2. *Cogito, reputo*, vermuthen. In DEO nec figuram, nec ſenſum ſuſpicari licet. V. *Suſpicio.*

Suſpirium, ii. n. Seufzer. *Syn.* Gemitus, doloris indicium. *Uſus.* Quem nemo ſine ſuſpirio aſpicere poſſit.

Suſpiro, as, avi, atum, are. ſeufzen. *Adv.* Familiariter, occulte. *Uſus.* Nemo eſt, quicum libere jocari, aut familiariter ſuſpirare poſſim. V. *Gemo.*

Suſtentatio, onis, f. Nahrung, Erhaltung. *Syn.* Dilatio. *Uſus.* Num res moram, aut ſuſtentationem habeat, vide.

Suſtento, as, avi, atum, are. erhalten, ernähren, erdulden. *Syn.* Suſtineo, ſulcio, nitor. *Adv.* Maxime, privatim, vix, miſere. *Uſus.* Patrimonio ſe ſuo, amicorum liberalitate egeſtatem ſuam ſuſtentare. Alienam tenuitatem opibus, ſumptibus, officiis ſuis ſuſtentare. Eame ſpes & conſolatio ſuſtentat. Mœrorem meum & dolorem illud unice ſuſtentat. Litteris ſuſtentor, & recreor. V. *Alo.*

Suſtineo, es, ui, tentum, ere. behaupten, vertheidigen, leiden, erhalten, aufhalten. *Syn.* Suſtento, tueor, corruere non ſino, ſulcio, labentem excipio, contineo. *Adv.* Maxime, privatim, vix, miſere, arroganter, diutius, ægre, facile, facilliime, firme, plane non, præcipue. *Uſus.* 1. Rempublicam conſilio, humeris, cervicibus ſuis; cauſam alicujus ſua auctoritate ſuſtinere. Magnam invidiæ molem, vim hoſtium, multum malorum ſuſtinere. Se a lapſu, currum, equos incitatos, gradum ſuſtinere, *detinere*, vel *reprimere*. 2. *Celo, tego*, verhehlen, verdecken. Fronte ac vultu ſimulatio facillime ſuſtinetur. V. *Patior, fero.*

Suſtollo, is, ſuſtuli, ſublatum, ere. in die Höhe heben. *Uſus.* Aliquem in equum ſuſtollere.

Suſurratio, onis, f. Gemurmel, Geräuſch. *Syn.* Suſurrus. *Uſus.* De Cæſare crebri & non belli rumores, ſed ſuſurrationes veniunt.

Suſurro, as, avi, atum, are. leiſe reden, murmeln, brummeln. *Syn.* Furtim, & ſubmiſſa voce, loquor. *Uſus.* Audio jam ſuſurrari.

Suſurrus, i, m. Gemurmel, Getöne, Geräuſch. *Uſus.* Suſurrus aquæ. Suſurro & laude infimorum hominum delectari.

Sutor, oris, m. Schuhmacher, Schuſter. *Uſus.* Sutor ne ultra crepidam. *Prov.*

Sutorius, a, um. ſchuſterhaft. *Uſus.* Sutorium atramentum.

Suus, a, um. ſein. *Uſus.* Semper in diſputando ſuus eſt. De ſuo addere, ſolvere, aliquid afferre.

Syllaba, æ, f. eine Sylbe. *Epi.* Brevis, longa, brevior, longior. *Uſus.* Legulejus anceps ſyllabarum.

Syllabatim, von Sylbe zu Sylbe. *Uſus.* Dictare alicui ſyllabatim.

Sympathia, æ, f. natürliche Neigung gegen einander. *Syn.* Convenientia & conjunctio naturæ, cognitio naturæ, & quaſi concentus atque conſenſus. Continuatio conjunctioque naturæ. *Uſus.* Video ſympathiam.

Symphonia, æ, f. Zuſammenklang. *Syn.* Concentus, cithara. *Uſus.* In conviviis ſymphonia canere.

Symphoniacus, a, um. zur Muſik gehörig. *Syn.* Citharœdus, fidicen.

Syngrapha, æ, f. Handſchrift, Verſicherung, Quittung, Beſchreibung, Beſcheinigung. *Syn.* Chirographum, cautio. *Epi.* Firmata ſigillis, inanis. *Uſus.* Habeo a te ſyngraphan, quam feciſti, ſcripſiſti. Tanquam ex ſyngrapha agere cum populo. Ex ſyngrapha credere, jus dicere. Cum inanibus ſyngraphis redire.

Digitized by Google

T.

Tabella, æ, f. Täfelein *Syn.* Litteræ, codiçilli. *Epi.* Grata, vindex. *Uſus.* 1. Tabella cerata. Tabella judicialis. Tabellis obſignatis agere cum aliquo. 2. *Voti tabulae*, Gelübdtafel. Quot eo in fano tabellæ pictæ eorum, qui votis vim tempeſtatum effugerint.

Tabellarius, ii, m. Briefträger. *Syn.* Nuntius, qui litteras fert. *Epi.* Fidelis, ignotus, locuples, præpoſterus. *Phraſ. Quoties tabellarium nactus ero, ſcribam ad te*, ſo oft ich einen Briefbothen werde haben können, ſo werde ich dir ſchreiben. Quoties mihi certorum hominum copia erit, litteras a me accipies; quoties erit, cui litteras recte dem, non committam, ut deſideres meas. Nullum ad te, cui fidere audeam, tabellarium proficiſci patiar, quin aliquid litterarum ad te dem. Quoties mihi ſeſe tabellarius offeret, ſine litteris non abibit; nemo deinceps hinc diſcedet, quin litteras ad te perferat. *Uſus.* Tabellarios inſtituere, mittere, remittere. exſpectare, ſubminiſtrare, præbere. Tabellarios deprehendere, retinere, ſcrutari, excutere. V. *Nuntius.*

Taberna, æ, f Schenke, Wirthshaus, Kaufladen. *Syn.* Caupona. *Epi.* Inſtructa, ornata, libraria. *Uſus.* In eandem tabernam divertimus. Tabernas, operis & quæſtus quotidiani locum occluſere. Taberna libraria, Buchladen.

Tabernaculum, i, n Zelt, Hütte *Syn.* Caſtrenſe teſtum. *Epi* Militare *Uſus.* Tabernacula carbaſeis intenta velis collocabat. In Philoſophia, quaſi tabernaculum vitæ ſuæ collocare. Tabernacula ſtatuere. Tabernacula defendere. *Tabernaculum ſacrum*, Tabernackel in der Kirche. Ædicula ſacra, *vel* ſanctuarium aſſervando Sanctiſſimo Chriſti Corpori, *rectius dicetur.*

Tabernarius, ii, m. Krämer, Gaſtwirth. *Syn.* Caupo.

Tabes, is, f. Schwindſucht, Abzehrung. R. a τάκω, *conſumo. Syn.* Macies. *Epi.* Tabes, cruciatus afflictio.

Tabeſco, is, bui, ere. austrocknen, abzehren. *Syn.* Liqueſio. *Uſus.* 1. Dureſcit frigoribus humor, calore tabeſcit. 2. *Contabeſco, langueo, extabeſco*, ſchmachten, vergehen. Deſiderio, otio, dolore tabeſcere.

Tabificus, a, um, abzehrend, ſchwindend *Syn.* Quod tabem inducit.

Tabula, æ, f. eine Tafel, Brett. *Syn.* Aſſer. *Epi.* Ænea, nova, præclara, religioſa. *Uſus.* 1. Tabulam de naufragio arripere. 2. *Pictura*, Gemählde. Tabulas bene pictas in bono lumine collocare. 3. *Liber rationum, ſcriptura publica, monumentum litterarum*, Rechnungsbuch, ſchriftliche Urkunden. Facere, conficere tabulas In tabulas referre. Tabulas accepti proferre. Digerere, obſignare tabulas. 4. *Geographica deſcriptio*, Landkarte. Tabulæ Dicæarchi.

Tabularium, ii, n. Archiv, Schriftbehältniß. *Syn.* Locus, in quo tabulæ, publicæ civitatis ſervantur.

Tabulatio, onis, f. Vertäfelung. *Syn.* Tabularum conſtructio. *Uſus.* Contones injecerunt, ne tela tabulationem perfringerent.

Tabulatum, i, n. Boden, Bühne. *Uſus.* Turrim quatuor tabulatorum conſtituit Cæſar.

Tabum, i, n. * blutiges Eiter. *Syn.* Sanies.

Taceo, es, ui, itum, ere. ſchweigen, ſtillſchweigen. *Syn.* Sileo. reticeo, conticeo, tacitum relinquo, ſilentio prætereo, ſupprimo. *Adv.* Arroganter, in perpetuum, inſulſe, minium diu, pie, perpetuo, plane, recte, ſapienter. *Phraſ.* 1. *Ecquid taces?* warum ſchweigſt du? Quid te elinguem reddidit? Ecquid lingua obmutuit? Quid ſibi vult hæc taciturnitas tua? quid hæres, quid diſſimulas, quid tergiverſaris? cur ſilentio uteris tam diuturno? Cur animi ſenſus nemini impertiris? Quid diutinum adeo ſilentium tenes? Cur conſilia tua ſilentio premis? Quid tegis, occultas conſilia tua?

Digitized by Google

tna? Cur vocem nullam mittis? Cur lingua conſiſtit? Quæ res vocem tibi clauſit, interdixit? Quid ita ad ſilentium obſtinatus es? Quid ſibi vult pertinax, quod tenes ſilentium? 2. *Tacebo de ea re*, ich werde dieſes unberührt laſſen, reinen Mund halten. Verbum hac de re non faciam; ſermonem hac de re nullum habebo; abſtinebo me ab hujus rei ſermone, ſilebo, præteribo; tacitus præmittam; tacitum relinquam; ſilentio involvam, præteribo, percurram, prætermittam, prætervehar. Omittam iſta; oratione mea non attingam; in oratione non ponentur. V. *Sileo*, *ſilentium*. 3. *Tacete*, ſchweiget ſtille. Linguam comprimite, compeſcite; vocem nullam mittite; verbum ne facite; quieſcite; loquacitatem continete; mutos vos volo, & elingues; vox nulla vobis excidat. *Uſus.* Diu de his rebus tacuerat.

Tacite, in geheim, ſtillſchweigend. *Syn.* Silentio, in ſinu, ſuſpenſo gradu. *Uſus.* Cum libere loqui non audeant, tacite rogant.

Taciturnitas, tis, f. Verſchwiegenheit. *Syn.* Silentium. *Epi.* Annua, perpetua. *Uſus.* Taciturnitas imitatur confeſſionem. V. *Silentium*.

Taciturnus, a, um. verſchwiegen, ſtill. *Syn.* Tacitus. V. *Taceo*.

Tacitus, a, um. ſtillſchweigend, verſchwiegen. *Syn.* Silens, obſcurus, abditus, interior, prætermiſſus, compreſſus, non expreſſus. *Uſus.* Nihil me mutum delectat, nihil tacitum. Tacito quodam ſenſu ſine arte aures judicant. Tacitum aliquid relinquere, præterire. V. *Præterco*, *taceo*.

Tactio, onis, f. Berührung, das Greifen. *Syn.* Tactus. *Uſus.* Voluptas oculorum, tactionum, ſaporum.

Tactus, us, m. das Fühlen, Angreifen. *Epi.* Interior, intimus. *Uſus.* Tactus fuſus eſt per totum corpus, omnesque ictus, nimiosque frigoris appulſus ſentit. Ad tactum chordæ reſpondent. Quæ ſub tactum *vel* aſpectum cadunt. *Tactus in muſica*, *vulg.* Takt. Menſura, modus, numerus muſicæ. Moderari muſicam, *tactum dare*, *vulg.* den Takt geben. Servare numerum in cantu, den Takt halten.

Tæda, æ, f. Fackel. R. a δᾶς. δαδὸς. *Syn.* Fax. *Uſus.* Agitari, & terreri ardentibus furiarum tædis.

Tædet, uit, ere. verdrießen, eckeln. *Syn.* Faſtidio, faſtidio eſt, tædium me capit. *Phraſ. Taedet me*, *iſta toties audire*, es verdrießt mich dieſes ſo oft zu hören. Faſtidii delicatioris ſum, quam ut iſta toties audire ſuſtineam; faſtidio quodam & ſatietate ab his rebus audiendis alienari me ſentio; rerum notiſſimarum mirum quam pertæſum eſt; odio rerum tritiſſimarum teneor, capior; propius faſtidium, quam deſiderium fabulæ ſunt iſtæ; tædium mihi jam afferunt res toties repetitæ; tædium me capit rerum toties auditarum. *Uſus.* Prorſus vitæ tædet, ita ſunt omnia omnium miſeriarum pleniſſima. V. *Piger*, *tædium*.

Tædium, ii, n. Ueberdruß, Unluſt. *Syn.* Moleſtia, faſtidium, ſatietas. *Phraſ. Cavendum*, *ne tædium capiat audientes*, man muß ſehen, daß die Zuhörer nicht überdrüßig werden. Occurrendum ſatietati aurium; fugienda aurium ſatietas; audiendi tædium varietate levandum eſt. Cavendum, ne audiendi ſatietate expleantur audientes; ne oſcitantem jam auditorem, loquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem, *caput circumferentem*, faſtidio & ſatietate prorſus aballenemus. *Uſus.* Ejus ſermo inconditus plurimum mihi tædium attulit. Magnum inde tædium cepi. Lectionis tædium varietate levare.

Talaris, e. bis auf die Ferſe reichend. *Syn.* Ad talos uſque demiſſus. *Uſus.* Tunica talaris.

Talarius, a, um. würflicht. *Uſus.* Ludus, talarius, Würfelſpiel.

Talentum, i, n. Talent, Art eines Gewichts. *Syn.* Argenti ſumma, quæ pretium efficit ſexcentorum fere coronatorum, *ſi de* Talento Attico *ſermo ſit*. *Talentum pro* natura aut ingenii dotibus, Gemüthsgaben, *vulg. eſt*.

Talio, onis, f. Wiedervergeltung. *Uſus.* Pœna talionis.

Talis, e. ſolcher, ſolcherley. *Syn.* Hujusmodi, ejusmodi, ejusdemmodi,

Digitized by Google

modi, ejusdem generis, id genus, hujus exempli. *Usus.* Quales sumus, tales esse videamur.

Talpa, æ, f. Scheermaus, Maulwurf. *Usus.* Talpa cæcior.

Talus, i, m. die Ferse, Knöchel an Füßen, Würfel. R. Ταλάω. *Syn.* Postremum cruris, in quo os prope calcem eminet: *inde* os quatuor laterum, quo luditur. *Epi.* Rectus. *Usus* Purpura usque ad talos demissa Talum jacere, talis ludere, mit Würfeln spielen. Talus tibi recte cecidit.

Tam, so, dermassen. *Syn.* Æque, adeo *Usus.* Quid opus, tam valde affirmare? Ego hæc tam esse, quam audio, non puto. Tam tibi credo, sicut alteri nemini. Res tam maxime necessaria.

Tamdiu, so lange. *Syn.* Usque eo, tanto tempore, tantisper. *Usus.* Feram tamdiu, quam ferre potero. Tamdiu requiesco, quam diu ad te scribo.

Tamen, doch, dennoch. *Syn.* Attamen, verumtamen, nihilominus, certe. *Usus.* Tamen nihilominus putabam.

Tametsi, wiewohl, obschon, wenn gleich. *Syn.* Etsi, quanquam, licet.

Tandem, endlich, letztlich. *Syn.* Demum, aliquando, ad extremum, denique, ad ultimum. *Usus.* Tandem legi tuas litteras.

Tango, is, tetigi, tactum, ere. berühren, anrühren, angreifen. *Syn.* Contingo, attingo. *Adv* Leviter, modice. *Usus* 1. In via, quæ villam tangit. Simul ac tetigit provinciam Genu terram tangere. 2. *Indico, leviter tracta, leviter perturbo*, anzeigen, in etwas bekümmern, Sorge machen. Leviter unumquodque tangam. Cura me illa, religio, earum rerum memoria tetigit. Minæ tuæ me parum tangunt. 3. *Ludo, violo*, berühren, mit Worten angreifen. Aliquem in convivio tangere. 4. *Contrecto*, berühren. Ulcus tangere. Rem acu tangere, rem ipsam putare, die Sache auf ein Härlein treffen, errathen.

Tanquam, gleich als, eben als. *Syn.* Quasi, quodammodo ac, juxta ac, ut. *Usus.* Istum, tanquam si consul esset, salutavi. Tanquam domi meæ. Tanquam si res mea agitur. V. *Sicus.*

Tantisper, so lange, eine kleine Zeit lang. *Usus.* Morare tantisper, dum deferveſcat hominis bilis.

Tanto, so viel, so sehr. *Usus.* Non tanto ante fugisset.

Tantopere, so sehr, so heftig. *Usus.* Non hæc tantopere desiderarem.

Tantulum, so wenig, nur ein wenig. *Syn.* Nec digitum, nec digitum latum, *vel* transversum; nec transversum unguem. *Usus.* Siquis tantulum de via deflecteret.

Tantulus, a, um, so klein, so wenig. *Syn.* Tantillus. *Usus.* Vix huic tantulæ epistolæ tempus habui. Ex grano tantillo tanta arbor.

Tantum, allein, nur. *Syn.* Tantummodo, solum. *Usus.* 1. Non tantum parum commode, sed & turpiter. Tantum, quod hominem non nominat. 2. *Tam, ita, adeo*, so viel. Id tantum abest ab officio, ut nihil sit officio magis contrarium. Tantum, quantum sat est.

Tantummodo, allein, nur. *Syn.* Modo, duntaxat.

Tantundem, eben so viel. *Usus.* Tantundem populo dandum est, quantum.

Tantus, a, um. so groß. *Syn.* Tam multus, tam magnus. *Usus.* Tantum studium posui. Tanta res, tamque immensa. Alterum tantum, noch einmal so viel.

Tarde, langsam, saumselig, gemach. *Syn.* Sero. *Usus.* Litteræ ob longinquitatem tardissime ad nos perferuntur.

Tarditas, tis, f. Langsamkeit, Saumseligkeit. *Syn.* Cunctatio, mora, stupor. ℵ *Celeritas. Epi.* Abjecta, considerata, contraria, odiosa, mollior *Usus.* Cursu corrigere tarditatem. Ista legatio moram & tarditatem bello afferet. Considerata tarditate uteris. Plerisque in rebus tarditas & procrastinatio odiosa est. Tarditas ingenii, debilitas, stupor.

Tardo, as, avi, atum, are. aufschieben, zaudern, langsam oder saumselig seyn. *Syn.* Moram interpono, moror, moram & tarditatem affero, cunctor, indormio, differo, moram trahe. *Usus*, ſ. Venti profectionem meam tardant, Ejus animum negligentia tardabat. Ani-

Digitized by Google

Animos accuſatorum tardare. 2. *Moror, trahо, commoror*, ſich verweilen, ſäumen. Tardare, & commorari te melius eſt. V. *Moror, mora.*

Tardus, a, um. langſam, ſaumſelig. *Syn.* Serus, cunctator.)(*Citus, celer, expeditus, velox, incitatus. Uſus.* 1. Homo tardus & parum efficax. Conſideratus & lentus potius, quam tardus. 2. *Hebes, remiſſus, ociuſus, parum efficax*, dumm. Quis tam indocilis, tam tardi ingenii? V. *Segnis.*

Taurus, i, m. ein Stier. R. a ταῦρος. *Epi.* Corniger, nobilis, optimus truculentus. *Uſus.* Taurus Phalaridis.

Techna, æ, f. Liſt, Rank, Fund, Betrug. *Syn.* Ars, dolus, fraus artificioſa.

Tecte, heimlich, verdeckt. *Syn.* Obſcure.

Tectorium, ii, n. Tünchwerk, Vergypſung. *Syn.* Calx, *ſeu* cruſta inducta parieti. *Epi.* Bellum, concinnum, novum, tantum, vetus. *Uſus.* Columna, ex qua tectorium vetus deletum ſit.

Tectorius, a, um. zum Tünchen, Weißen, Gypſen dienlich. *Uſus.* Exornare ſepulcrum opere tectorio.

Tectum, i, n. Dach, Dachwerk, Haus. *Syn.* Pars ſumma domus, qua tegitur.)(*ſolum. Epi.* Abſolutum, fartum integrumque, recta, cælata, firma, inaurata, magnifica, marmorea, ebore fulgentia, miſera, ſilveſtria. *Phraſ. Demum tecto ſpoliare*, das Dach wegreißen. Domum detegere; nudare tectum; detrahere culmen domui; tectum diruere, demoliri. *Uſus.* Porticus ad tectum prope pervenerat. Tectum multorum faſtigiorum. Multis locis ne tectum quidem accipio, ſed in tabernaculo manendum eſt. Vos in veſtra tecta diſcedite,

Tectus, a, um. bedeckt, verdeckt *Syn.* Obſcurus, occultus, defenſus.)(*apertus. Phraſ.* 1. *Nullum delictum tectum eſſe diu poteſt*, kein Laſter kann lange verdeckt bleiben. Nullum facinus celari, velari, ſupprimi, ſilentio involvi, latere diu poteſt. Nullam facinus eſſe poteſt, quin emanet, pateat, in lucem prodeat, divulgetur aliquando. V. *Occultus, clam. Uſus.* 1. Beſtiæ terra tectæ. Tectis verbis ad te ſcribo. 2. *Taciturnus*, verſchwiegen. Quis illo conſideratior, tectior, prudentior? 3. *Defenſus*, beſchützt. Majores noſtri leges & jura clariſſimorum hominum auctoritate tecta eſſe voluerunt.

Tegmen, inis, n. Decke. *Syn.* Tegumentum. *Epi.* Durum, latum.

Tego, is, xi, ctum, ere. bedecken, verbergen. R. a στέγω. *Syn.* Obduco, obnubo, obtendo, contego, velo, operio, occulto, veſtio, conveſtio.)(*aperio. Adv.* Nimium, diu, perſpicue, undique. *Phraſ.* 1. *Tegit ille ſcelera ſua*, er verdeckt ſeine Laſter. Libidines ſuas tenebricoſa fronte, & ſupercilio contegit, circumveſtit ſedulo, in aperto habet; frontis integumento ad occultanda vitia ſua utitur; inſignem nequitiam frontis ac diſſimulationis integumento velat; multis ſimulationum involucris, & quaſi velis quibusdam ſua ſcelera obtendit, bemänteln, beſchönen, ein Färblein anſtreichen. 2. *Non decet nos iſta tegere*, es gezienet ſich nicht, daß man dieſe Sachen vertuſche. Non decet nos iſta tenebris involvere, velle, ut in tenebris jaceant; ut in tenebris condantur; ut in obſcuro ſint. V. *Abſcondo, celo, occulto. Uſus.* 1. Suam prudentiam ſtultitiæ nomine tegere; tuam ſententiam tegere. 2. *Excuſo, defendo*, beſchirmen, handhaben, vertheidigen. Meam ſalutem ſuo præſidio & benevolentia texit.

Tegula, æ, f. Ziegel, Dachziegel. *Uſus.* Cænientis ac tegulis famem ſuam expleturos ſe credebant.

Tegumentum, i, n. Decke. *Uſus.* Quærere flagitiorum tegumenta, Schanddecken. Corporis tegumentum.

Tela, æ, f. das Gewebe. *Uſus.* 1. Telam texere, retexere. 2. *Transl.* Telam exordiri, rem aliquam incipere & aggredi, eine Sache anfangen.

Tellus, uris, f. Erde, Erdreich. *Epi.* Infima, media. *Uſus.* Tellus neque movetur, & infima eſt.

Digitized by Google

Telum, i, n. Pfeil, Geſchoß. R. a τήλε, *Longinque, quia longe mittitur.* *Syn.* Jaculum, haſta, gladius, hoſtile ferrum. *Uſus.* Telum in aliquem intendere, emittere, immittere, conjicere. Eo graviores habent emiſſiones tela, quo ſunt contenta atque adducta magis. Erit id telum acerrimum ad omnes fortunæ impetus.

Temerarius, a, um. verwägen, vermeſſen, unbeſonnen. *Syn.* Inconſideratus, præceps, nullius conſilii. *Uſus.* Ea ſunt turbulenta, temeraria & periculoſa conſilia. Cæca & temeraria cupiditas. V. *Præceps, temere.*

Temere, verwägen, kühn, vermeſſentlich, unbeſonnen. *Syn.* Inconſulto, inconſiderate, imprudenter, ſine judicio & modo, temeritate quadam; nulla ratione, caſu; fortuito, fortuitu. *Phraſ.* 1. *Nihil temere agit*, er gehet nicht blind darein. A reprehenſione temeritatis longe abeſt; nunquam impetu aut temeritate, ſed delectu & ſapientia ducitur; non offert ſe ullis temeritatibus; minime præceps in conſiliis, aut devius eſt; nihil per incogitantiam ſtulte, aut incaute, aut ſine conſilio ſuſcipit; nunquam in præcipitia agitur conſilia; nihil fortunæ permittit, omnia conſilio. 2. *Temere in res irruit*, er greift alles ohne Bedacht, verkühn an. Sine recti pravique diſcrimine res quasvis aggreditur; aura, non conſilio fertur; impetu magis, quam conſilio incurrit; cæcus & præceps fertur in res; cæca cupiditate rapitur ad aliquid; cæcus atque amens furore; cæcus amentia, crudelitate ac ſcelere fertur in rem; temeritatis inconſideratiſſimæ, dementiſſimæ plenus eſt; temeraria utitur ratione; amentiſſimus, atque omnibus conſiliis præceps ac devius eſt, ſine judicio, ratione; nullo adhibito conſilio; per ſummam incogitantiam, per ſummam temeritatem in omnem ſe offert diſcriminis caſum. 3. *Temere credis*, er glaubt gar zu leicht. Auditionem levem pro re comperta habet; rem credit, de qua nihil præter auditum habet; verba ſibi dari facile patitur; credulum ſe præbet iis etiam, quibus fidem & auctoritatem juſta ſuſpicio derogat. V. *Credo.* *Uſus.* Audaſter hoc dico, non temere affirmo.

Temeritas, tis, f. Verwägenheit, Unbeſonnenheit. *Syn.* Inconſiderantia,)(*Sapientia, judicium.* *Epi.* Admirabilis, furioſa, inconſideratiſſima ac dementiſſima, inſignis, materna, ſumma, tribunitia, turbulenta, turpis, vitioſa. *Uſus.* Genus inconſiderantiſſimæ temeritatis. Errant, qui temeritate & caſu, non conſilio agi, regi, adminiſtrari credunt omnia. V. *Imprudentia, temere.*

Temetum, i, n. Wein. R. a τὸ μέθυ, *Vinum*, quod mentem tentet. *Syn.* Vinum. *Uſus.* Careant temeto mulieres.

Temo, onis, m. die Deichſel am Wagen.

Temperamentum, i, n. Maß, Mäßigung, Mittel. *Syn.* Temperatio, ratio. *Uſus.* Inventum eſt temperamentum, quo tenuiores ditioribus æquentur.

Temperans, tis, g. o. mäßig, beſcheiden. *Syn.* Continens, moderatus, qui ab omni libidine ſe continet.)(*libidinoſus.* *Adv.* Late, juſte. *Phraſ.* *Homo eſt temperantiſſimus*, er iſt gar ein beſcheidener Menſch. Ab omni cupiditate longe remotus; ab omni cupiditate alienus; omnis cupiditatis expers; vir eſt, in quo rationis in libidinem, aliosque non rectos animi impetus firma & moderata dominatio ceruitur; qui rebus in omnibus certum habet vitæ modum; qui frugi hominis & temperantis fungitur officio; qui victu cultuque corporis parabili ad implenda naturæ deſideria defungitur; vir eſt, in quo cum modeſtia certat frugalitas; qui ſalubri victu, cultuque moderato temperantiſſime agit, qui modum omnibus in rebus ſervat, adhibet, tenet, retinet, moderationem adhibet. Vir frugi, & in omnibus vitæ partibus moderatus, plenus pudoris, plenus officii & religionis. *Uſus.* An temperantem eum dices, qui in aliqua libidine ſe continuerit, in aliqua ſe effuderit? V. *Modeſtus, Moderatus.*

Tem-

Digitized by Google

Temperanter, mäßiglich, züchtiglich. *Usus.* Si temperantius egisset.

Temperantia, æ, f. Mäßigkeit. *Syn.* Modestia, moderatio, frugalitas, continentia. *Usus.* Temperantia moderatrix omnium commotionum, inimica libidinum, in prætermittendis voluptatibus cernitur. Temperantia, cupiditatum moderatio rationi obediens, animi motus regit. Temperantia est sedatio perturbationum animi, & rerum modus. V. *Moderatio.*

Temperate, mäßiglich, beschendtlich. *Usus.* Temperate agere.

Temperatio, onis, f. Mäßigung, gute Einrichtung. *Syn.* Temperamentum, moderatio. *Epi.* Modica, sapiens, superior. *Usus.* Cœli, civitatis, juris temperatio. Caloris temperatione semina oriuntur & augescunt. Sol mens mundi, & temperatio.

Temperator, oris, m. Ordner, Anordner. *Usus.* Temperator ille, ac moderator hujus varietatis.

Temperatus, a, um. mäßig, gemäßiget. *Syn.* Temperans, moderatus, modicus.)(*nimis incitatus. Adv.* Utcunque. *Usus.* Temperati mores. Temperatis escis, & potationibus uti. Oratio temperata numeris.

Tempero, as, avi, atum, are. mäßigen, geschicklich ordnen, Ziel und Maaß geben. *Syn.* Moderor, rego, administro; temperationem facio, misceo. *Phras. Vix mihi tempero*, ich kann mich kaum einhalten. Vix comprimor, quin &c. vix me teneo; vix me contineo, quin; vix possum animum vincere, vix me cohibeo. *Usus.* Lycurgus rempublicam optimis institutis & legibus temperavit. Amara risu, victoriam clementia temperare. Ab injuria, a maleficio temperare. Vix sibi temperat, quin. V. *Moderor, coërceo, cohibeo.*

Tempestas, tis, f. Wetter, Gewitter, Zeit. *Syn.* Tempus, status cœli, aëris constitutio; turbo, procella. *Epi.* Adversa, bona, calamitosa, civilis, horribilis, idonea, egregia, læta, sæva, serena, turbulenta, violenta, tetra, popularis, perfrigida. *Phras.* 1. *Tempestas mala exorta est*, es ist ein böses Wetter entstanden. Coorta est tempestas maxima cum magno fragore tonitribusque; fœda tempestas cum grandine ac tonitribus cœlo dejecta est; tanta vis tempestatis, imbris ac turbinis ferebatur, ut nulla unquam dies turbulentior fuerit; fœda tempestas nimbo denso omnia operuit, mare exasperavit fluctibus, omnia permiscuit; ingens repente commota, concitata tempestas est; erumpebant venti, sævi existebant turbines, fluctus ejiciebantur maximi; multis imbribus, & prope intolerabili tempestate vexabamur. Vento mixtus imber ferebatur in ora, ut jam spiritum prope intercludere, nec reciprocare animam fineret; tum vero ingenti sono cœlum strepere, & inter horrendos fragores micare ignes, donec effuso imbre, creberrimaque grandine obruerentur omnia. Ab omni parte cœli emicabant fulgura, & nunc internitente luce, nunc condita non oculos modo, sed etiam animos terrebant. Erat prope continuus cœli fragor, & rarissim cadentium fulminum species visebatur, dum repente imber grandinem incutiens torrentis modo effunderetur. 2. *In mari tempestas fœda exorta est*, es ist auf dem Meere ein fürchterliches Ungewitter entstanden. Spissæ se cœlo nubes intendebant, & quidquid lucis intermicabat, effusa caligine exstinctum est; tum inhorrescens mare paullatim levari, deinde acriori vento concitatum fluctus ciere, & inter se navigia collidere, ut scissis repente triremium vinculis ruere tabulata, & cum ingenti fragore in profundum secum trahere. quidquid erat vectorum, inciperent. Interea atro nubium globo effusa grando cum ingenti fragore cœli, tonitribusque, ac fulminibus præfringentibus aciem oculorum; omne dehinc cœlum & mare in austrum cessit, qui immenso nubium tractu validus rapuit, disjecitque naves. Vehemens primum ingruebat ventus, isque cum fulgetris, & cœli fragore, tetraque ac minaci nubium vi; tum inhorrescens mare paullatim attolli, majoresque in momenta ciere fluctus, qui violentis ab omni parte exasperati flatibus quassatæ jam navis in per-

Digitized by Google

niciem conſpirabant. Tum vero non per gradus, ut ſolet, tempeſtas intumuit, ſed direptus ſubito aër ita miſcuit maria, ut artem mox a principio, & ſpem nautis eriperet. Coire paullatim nubes, ſonare cœlum, micare ignes, ruere nocem videbamus; præliabantur venti, ſurgebant undæ crebriſque fluctibus navem oppugnabant. Principio nigreſcere ac condenſari nubes, ſolis aſpectus adimi; tenebris conduplicatis inhorrere omnia, ut cæca quadam nocte obſeſſi oppreſſique videremur; cœlum tonitribus dat mugitus ingentes, concurſu conflictuque nubium fulgura & fulgetra ingeminant, atque in illa opaca caligine funeſtam nobis lucem præbent; glomerabant horrendam grandinem venti, imbresque denſiſſimi, qui ad concitandum æquor ſic incubuerant, ut illud ab imis ſedibus everſuros putares; totum cœlum in mare deſcendere, omniaque inter ſe elementa permiſceri, atque confundi crederes; volvebantur aquarum montes, creſcebatque magis ſemper ac magis tempeſtas, & decumanis fluctibus, terribili procellæ fremitu navis latera feriebat. Immutata repente maris fides eſt; nam præter disturbatum procellis aërem, & furentium ventorum violentiam, ex obliquo mare miſcentem, etiam nubes, æſtivis caloribus incenſæ, inter ſe collidebantur, crebriſſimoque ruptæ tonitru, fragoribus aures, tumultu pontum ac cœlum, fulgurum jactu oculos animosque confundebant: cumque procella nimbos impelleret, nubes præcipiti ruina fractæ tam denſis imbribus deſcendebant, ut torrentes ac nova quaſi maria effundere viderentur. *Uſus.* 1. Qua tempeſtate Græci florebant. 2. *Turbo, procella*, Ungewitter, Sturmwetter Imbres, nimbi, turbines, cæteræque tempeſtates. Tempeſtate jactari, abripi, everti. 3. *Transl. Ærumna, calamitas, tempus miſerum*, ſchlimme und elende Zeiten. Tempeſtas in me coorta, commota, concitata eſt. Impendentem reipublicæ tempeſtatem dudum præſoexi. Hac populi tempeſtate jactamur. Turbulentiſſimæ huic tempeſtati cedendum. Tempeſtate reipublicæ detineri, in portum rejici. Mutata, ſedataque hac reipublicæ tempeſtate. Tu procella patriæ, turbo ac tempeſtas pacis. 4. *Aëris ac temporis conſtitutio, cœli ſtatus*, Witterung. Tempeſtatem idoneam nancifci, habere. Tempeſtate bona conſcendere, ſolvere, navigare, V. *Serenus.*

Tempeſtive, zu rechter Zeit. *Syn.* Opportune, in tempore, mature, in loco, commodum, opportuno tempore, optima opportunitate.

Tempeſtivitas, tis, f. Zeitigung, Bequemlichkeit der Zeit. *Syn.* Opportunitas. *Uſus.* Sua cuique parti ætatis tempeſtivitas eſt data.

Tempeſtivus, a, um. zeitig, bequem und gelegen. *Syn.* Opportunus. *Uſus.* Mari ad navigandum nondum tempeſtivo ſolvit. Tempeſtivi fructus. Convivia tempeſtiva. V. *Opportunus.*

Templum, i, n. Kirche, Gotteshaus, Tempel. *Syn.* Ædes ſacra, locus ſacer, domicilium divinum: fanum, delubrum; ſacrarium. *Epi.* Ampliſſimum, antiquum, ſanctum & religioſum, auguratum, auguſtiſſimum, clariſſimum, egregium, pulcherrimum & magnificentiſſimum, Opere nobiliſſimum, religione ſanctiſſimum. *Phraſ.* 1. *Templum ibi eſt valde celebre*, es iſt allda ein ſehr berühmtes Gotteshaus. Ædes Deo ſacra ibi eſt, magnis populorum concurſibus celebrata. Sedes ibi Deo conſecrata eſt advenarum frequentia inſignis; inclitum ibi divitiis & ſanctitate templum eſt. Templum ibi viſitur advenarum concurſu inprimis nobile ac celebratum. Templum ibi eſt opere nobiliſſimum, religione ſanctiſſimum. Antiquum auguſtiſſimumque ibi templum eſt; auguſtiſſima Numini dicata ibi domus eſt. 2. *Templa viſitare*, die Kirchen beſuchen. Religionis cauſa celeberrima urbis templa obire; loca ſanctimonia inclita veteri religione viſere; loca ſacra & cœleſtibus prodigiis illuſtrata, nobilitata, inclita venerari. *Uſus.* Templa publice vota & dedicata. Sanctiſſimarum & antiquiſſimarum religionum templum.

Tem-

Digitized by Google

Tempus, oris, n. Zeit. *R. a Temperando; quod tempus omnia temperet. Syn.* Temporis ſtatus, forma ratio, varietas, curſus, inclinatio, perturbatio; tempeſtas, ævum, ſeculum. *Phaſ.* 1. *Tempore minime opportuno reverteris*, du kömmſt gar nicht zu rechter Zeit zurück. Alieno tempore reverteris; in alienum tempus cadit reditus tuus; reditum tuum ratio temporis haud ſane probat; ſi rationem temporis ſpectaſſes, redeundi conſilium non ſuscepiſſes, aut ſuſceptum abjeciſſes; ineptum, averſum a ratione, plane ſtultum judicaſſes; revertendi maturitas nondum erat. 2. *Nemini bene eſt tempore tam miſero*, es iſt keinem wohl bey ſo elenden Zeiten. Nemo eſt, cui recte ſit hoc miſerimo temporum ſtatu; in tanta temporum acerbitate, triſtitia, calamitate, atrocitate, iniquitate, injuria; in tam iniqua, dura, adverſa temporum ratione, in tam infelici temporum conditione; in hac temporum perturbatione, in his omni calamitate, omni ſcelere, ac flagitio refertis temporibus; in hac omnium rerum perturbatione; in hac malorum colluvie; in hac non modo virtutum, verum etiam doctrinarum pernicie; his miſerrimis temporibus; his tam miſeris, infauſtis, iniquis, perditis temporibus; his tam alienis ab omni virtute, a bonis artibus, ab omni vivendi ratione, ac ordine temporibus. 3. *Tempore felici amicis abundamus*, zur Zeit des Glückſtandes haben wir viele Freunde. Proſperis temporibus; in proſpera fortuna; in ſecunda, læta, felici, optima fortuna; rebus ad voluntatem fluentibus; cum rebus omnibus belle eſt; cum omnia facillimo curſu procedunt; optimis, lætiſſimis temporibus amicorum turba circumſepti ſumus. 4. *Tempus breve admodum indulget*, du haſt mir eine gar zu kurze Zeit. Tempus perexiguum præfigis; exiguam temporis uſuram concedis; in horæ unius circulum me cogis; ſpatium agendæ rei das perexiguum; anguſtis terminis concludis. 3. *Tempus non habeo ad ſcribendum*, ich habe nicht Zeit zu ſchreiben. Tempore excludor ad ſcribendum; multæ, quæ me circumſtant, occupationes ſpatium non dant, relinquunt ſcribendi; temporis anguſtiis, tem oribus excludor a ſcribendo; otium, ſpatium non eſt ſcribendi; temporis nihil eſt, quod a reliquis negotiis poſſit ſubtrahi ad ſcribendum; quod eripi tot occupationibus poſſit; ſcribere per quotidianas confertasque occupationes non licet; temporis nihil vacat, nihil reliquum eſt ad ſcribendum; quotidianæ occupationes tempus omne mihi eripiunt. 6. *Tempori ſervire, ſapientis eſt*, es ſteht einem weiſen Manne zu ſich in die Zeit zu ſchicken. Conſulere temporibus, neceſſitati parere; rationem temporis habere; res ad tempus accomodare; ſervire, inſervire, cedere, aſſentiri tempori; parere tempori; ſcenæ ſervire, nec ſapiens interdum refugit. 7. *Tempus omne in litteris conſumo*, ich bringe die ganze Zeit mit Studiren zu. In bonis litteris tempus omne pono, traduco, tero, contero; tempus omne bonis litteris do, tranſcribo; otium quod nactus ſum, in bonis litteris tero; diem legendo ſcribendoque condo; vitam, ætatem doctrinarum ſtudiis contero. 8. *Cum tempore, vulg.* mit der Zeit. Tempore ſuo; dato tempore, annis venientibus; procedente tempore; olim. 9. *Nondum tempus eſt*, es iſt noch nicht Zeit. Immatura res agitur; nondum habet maturitatem res ſuam. 10. *Ubi tempus erit, faciam*, ich werde es thun, wann es Zeit ſeyn wird. Ubi res & ratio poſtulabit; ubi locus agendæ rei datus fuerit; ubi tempus agendæ rei ſtabit, faciam, quæ cupit; quæ cupis, in loco, ſuo tempore perficiam. *Uſus.* Tempus alicui ad colloquium dare, conſtituere, deſignare, beſtellen. Appropinquat, venit, accedit tempus rem exequendi; tempus eſt, ut rem exequamur, es iſt Zeit, die Zeit kömmt herzu. In quæ reipublicæ tempora incidimus, incurrimus, geratben. Adeundi aliquem tempus ſcite capere, arripere, obſervare, ausſuchen. Ad litteras ſcribendas vix mihi tempus ſumo habeo, nanciſcor, ſich Zeit nehmen, Zeit haben. Tempus

in aliqua re pono, tero, contero, zubringen. Fruſtra tempus perdere, verlieren. Nugis tempus eximere, verſchwenden. Tempus omittere, dimittere, prætermittere, vorbeygehen laſſen. Abiit, præteriit tempus illud, verſchwunden. Nec revocari, nec recuperari amiſſum tempus poteſt, widerruffen, zurückbringen. Temporis cauſa facere aliquid, etwas thun, um ſich in die Zeit zu ſchicken. Tempore, in tempore, ad tempus venire, zu rechter Zeit. Ab eo tempore, ex eo tempore declinare cœperunt omnia, von derſelben Zeit an. Inter omne tempus, die ganze Zeit über, Interjecto haud longo tempore, nicht lang darnach. Multum temporis interceſſerat, es iſt inzwiſchen viel Zeit verſtrichen.

Temulentus, a, um. trunken, berauſcht. *R. Temetum. Syn.* Ebrius, ebrioſus. V. *Ebrius, vinolentus.*

Tenacitas, tis, f. Feſtigkeit, Kargheit. *Uſus.* Aves quædam unguium tenacitate cibum capiunt. V. *Avaritia.*

Tenax, acis, g. o. karg, zäh. *R. a tenendo. Syn.* Parcus, retinens. *Phraſ. Propoſiti tenax eſt*, er hält feſt auf ſeinem Vorhaben. A ſuſcepta ſententia dimoveri, averti non poteſt; à ſententia nec transverſum unguem deflectit; in ſuſcepto conſilio perſtat; conſilium non mutat, ſua in ſententia conſtat. *Uſus.* Parcus & tenax. V. *Parcus.*

Tenditulæ, arum, f. Maſche, Schlinge, Hinterliſt. *Syn* Laqueï, retia. *Uſus.* Aucupia verborum & litterarum tenditulæ

Tendo, is, tetendi, tenſum, ere. ſpannen, ſtrecken, dehnen. *R.* τείνω. *Syn.* Aliquid cogito, ad aliquid aſpiro. *Uſus.* 1. Ad conſulatum tendere. Hæc jam habebamus, ad illa nunc acri tendamus animo. 2. *Extendo, porrigo*, ausſtrecken. Græcia tendit dextram Italiæ. 3. *Molior*, nachſtellen. Inſidias alicui tendere. Adverſus aliquem pertinaciter tendere. 4. *Fundo, diffundo.* ausbreiten. Animum autem per totum corpus tetendit. 5. *Eo, contendo, peto*, eilen, reiſen. Romam aliquo ſuum curſum tetendit. Sententiæ in diverſum tendebant. 6. *Tentoria figo*, Lager ſchlagen. Tendere *ſinapi.*

Tenebræ, arum, f. Finſterniß, Dunkelheit. *Syn.* Obſcuritas, caligo, nox. ↗ *lux. Epi.* Æternæ, craſſæ, diurnæ, intimæ, magnæ, opacæ, tetræ, & quaſi perpetuæ. *Phraſ. Tenebrae mediâ die factae ſunt*, es war um Mittagszeit eine große Finſterniß. Umbra nocti ſimilis premebat terram; nox cœlo obducta lucem condidit, ſuppreſſit; lux ipſa ſolis craſſis occultata & circumfuſa tenebris latebat; quidquid lucis internitebat, offuſa caligine exſtinctum eſt; ſpiſſæ repente tenebræ lucem ſupprimebant. *Uſus.* Tanquam ſi reipublicæ offuſa ſempiterna nox eſſet, ita in tenebris jacebant, miſcebanturque omnia. Ex caligine & tenebris in lucem reſpicere cœpit reſpublica. Obſcuram familiam e tenebris in lucem vocare. Afferre, obducere, offundere tenebras rei. In tenebras deprimi. In tenebris jacere. Philoſophia ab animo caliginem & tenebras diſpellit. Luce non tenebris redit, er iſt bey Tag, nicht bey der Nacht zurück gekommen.

Tenebricoſus, a, um. finſter, dunkel, verwirrt. *Syn.* Obſcurus. *Uſus.* Senſus tenebricoſus. Libidines tenebricoſæ Tempus reipublicæ tenebricoſiſſimum. V. *Obſcurus.*

Teneo, es, ui, entum, ere. halten, ergreifen. *Syn.* Retineo. *Adv.* Acutiſſimè, ægrè, copioſiſſimè, diligenter, diu, facile, firmus, maximè, morticus, neceſſario, omninò, benè, planè, poſtremò, præclarè, probè, ſummè, jam ante, aliquando, coram, manifeſtò, undique. *Uſus.* 1. Curſum ſuum tenere; dignitatem, morem, gravitatem, ſtatum & inſtituta ſua tenere. Locum urbis principem, gubernacula imperii, ſummam reipublicæ, provinciam tenere. Gratiam alicujus, rei alicujus memoriam tenere. 2. *Adſtringo, obligo*, verbinden. Voto, promiſſo, religione, lege, jurejurando teneri. 3. *Obtineo*, beſitzen, behaupten. Qui mare tenet, rerum potitur. Civitatem ſervitute oppreſſam tenere. Dominatu unius omnia tenentur. Cauſam te-

Digitized by Google

tenuit, *obtinuit*. 4. *Agnesco, assequor, intelligo*, wiſſen, verſtehen. Prope rem teneo. Teneo voluntatem tuam. Aliquid animo tenere. 5. *Habeo*, haben. Tenere animum attentum ad aliquid. Tenere exercitum, fiduciam. 6. *Deprehendo, circumvenio*, ertappen, ergreifen. Tenetur in manifeſto crimine. Manibus rem teneo; tenemur undique, non elabemur. 7. *Cohibeo*, einhalten. In tanto dolore lacrimas tamen tenui. Iram non tenui, quin erumperem. Vix riſum tenui. 8. *Moveo, officio, impello*, antreiben. Deſiderio, ſpe, verecundia, ſtudio rei alicujus, morbo, otio, ludis &c. tenetur. 9. *Conſervo*, erhalten. Domum totam amicitia devinctam teneo. 10. *Moror, detineo*, aufhalten. Tempeſtas biduum me tenuit. Sermone hominem in multam noctem tenui. 11. *Contineo*, bleiben, nicht darausfommen. Domi ſe, ſuis finibus ſe, aliquem in cuſtodia tenuit. Vix teneor, quin. Vix me teneo, quin. *Tenet mecum, vulg. eſt*, er hält es mit mir; *Latine*; mecum ſtat, in meis partibus ſtat; ſtat a me; mecum facit; meis partibus ſtudet; mecum ſentit.

Tener, era, um, zart. *R. a τίρην*, *Syn.* Mollis, tractabilis.)(*durus. Uſus.* Nihil tam tenerum, tam flexibile, quod facilius ſequatur, quocunque torqueas, quocunque ducas, quod magis pro arbitrio fingatur. Oratio mollis & tenera. Animo mihi videris teneriore. V. *Mollis.*

Teneritas, tis, f. Zartheit. *Syn.* Mollities.

Teneritudo, inis, f. Zartheit. *Uſus.* Si ficcitates ſunt, & terra teneritudinem habet.

Tenor, oris, m. beſtändige Folge, gleiche Weiſe. *Syn.* Æquabilis ratio, curſus. *Uſus.* Is uno tenore, ut ajunt, in dicendo fluit. *Literas hujus tenoris ſcribere, vulg. eß*, einen Brief dieſes Inhalts ſchreiben; *Latine*: In hanc ſententiam, rationem ſcribere litteras.

Tentabundus, a, um. der etlichemal verſucht. *Uſus.* Ventum ad anguſtam rupem, ut ægre expeditus miles tentabundus, manibusque virgulta retinens ſe demitteret.

Tentatio, onis, f. Anſtoß von einer Krankheit *Syn.* Commotiuncula. *Uſus.* Valetudinem tuam & a vetere morbo, & a novis tentationibus confirmatam gaudeo. V. *Conſentio tentationi.*

Tentator, oris, m. Verſucher.

Tento, as, avi, atum, are. verſuchen, prüfen. *Syn.* Attento, periclitor, conor, periculum facio. *Phraſ. Omnia tentabo*, ich werde alles verſuchen. Vias omnes perſequar, quibus putabo ad id, quod volo, poſſe perveniri; nihil erit, in quo acquieſcam; odorabor omnia, quam potero, ſagaciſſime; animum verſabo in omnes partes, agitabo, omniumque animos tentabo; ſenſus omnium mentesque deguſtabo, explorabo; nihil ad ſummam diligentiam mihi faciam reliqui; ad omnia nitar; omnem lapidem movebo; ad vim etiam & armatas preces animum convertam. *Uſus.* Tentare leviter aliquem, quo animo ferat aliquid. Prælio belli fortunam tentare, experiri. Aliquem donis, ſpe, metu, armis tentare. Morbo tentari. Manu, pede aquæ frigus tentare. V. *Experior.*

Tentorium, ii, n. Zelt, Gezelt. *Syn.* Tabernaculum militum.

Tenuis, e. dünn, ſubtil, geringfügig. *Syn.* Exilis, minimi momenti, ſubtilis, parum locuples.)(*craſſus. locuples. Phraſ. Homines tenues*, ſchlechte, gemeine Leute. Obſcuro loco nati; animo &, fortuna imbecilliores; ordinis tenuioris homines; infimo loco nati; humili fortuna orti, nullius nominis; aut dignitatis; terræ filii; inferius genus hominum; qui in obſcuro vitam agunt; obſcuri inter populares generis. V. *Vilis, humilis, abjectus. Uſus.* 1. Tenue cœlum, auctoritas tenuis. In tenuiſſimis ac minutiſſimis rebus ſæpe labimur. Patrimonium tenue. Tenuis aqua vadum alibi aperiebat. 2. *Pauper, vilis, obſcurus, humilis*, arm, ſchlecht, gemein. Cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ. Ordinis tenuioris homo. Tenuem victum anteferre copioſo. 3. *Gracilis*, dünn, mager. Corpuſculo tenui.

Tenui-

Digitized by Google

Tenuitas, tis, f. Dünne. *Syn.* Gracilitas *Usus.* 1. Quosdam corporum tenuitas ipsa delectat. 2. *Subtilitas*, Subtiligkeit. Tanta est animi tenuitas, ut fugiat aciem 3. *Paupertas*, Dürftigkeit. Ex meis angustiis illius sustento tenuitatem. V. *Vilitas.*

Tenuiter, schlecht, geringfügig. *Syn* Anguste, presse Philosophorum more.)(*Copiose* *Usus.* Tenuius, subtilius & acutius tractare.

Tenus, bis, nach. *Usus.* Aurium tenus. Verbo tenus.

Tepefacio, is, feci, factum, ere. lau machen. *Syn.* Calefacio.

Tepesco, is, tepui, ere. laulicht werden. *Phras. Tepescere coepit in spiritu*, er hat angefangen im Geiste lau zu werden. Spiritus fervor in illo, quasi frigida affusa aqua, restinctus est; ardor primus virtutis exstinctus est; a religione officii declinavit; ardorem refrigescere passus est. Ardor remisit, refrixit, deferbuit; oblanguit fervor ille ex diuturna meditatione conceptus & sensim evanescere coepit. *Usus.* Maria agitata ventis tepescunt.

Tepidus, a, um. lau *Usus.* Tepidus vapor. V. *Remissus.*

Tepor, oris, m. Lauigkeit. *Syn.* Moderatus calor. *Epi.* Externus, modicus. *Usus.* Tepor excitatus Modico tepore calet.

Ter, dreymal. Ter decies, dreyßigmal

Terebra, æ, f. Bohrer. *Syn.* Instrumentum, quo ligna perforantur.

Terebro, as, avi, atum, are. bohren

Teres, etis, g, o. langrund, nett, fertig. *Syn.* Rotundus; acer. *Usus.* Plena & teres oratio. Atticorum teretes aures.

Tergiversatio, onis, f. Ausflucht, Weigerung. *Syn.* Recusatio. *Usus* Quid ergo erat moræ & tergiversationis?

Tergiversor, aris, atus sum, ari. Ausflucht suchen, sich weigern. *Syn.* Refugio. *Usus.* Invitum, æstuantem & tergiversanten ad dicendum coëgi Quid taces? quid dissimulas? quid tergiversaris? Non est locus ad tergiversandum. V. *Nolo, invitus, moror.*

Tergo, is, tersi, tersum, ere. wischen, reinigen. *Syn.* Abstergo. *Usus.* Qui tergunt, qui ungunt, verrunt.

Tergum, i, n. der Rücken. *Syn* Aversa pars corporis tota. *Usus.* A tergo adoriri aliquem. Terga vertere, in fugam abire. Hostem a tergo interclusum relinquere. Insequitur nos a tergo senectus, nec opinantes assequitur. Ab tergo se objicere.

Terminatio, onis, f. Endung. *Syn.* Finis, mensura, modus. *Usus.* Versus inventus est terminatione aurium. Terminatio rerum expetendarum.

Termino, as, avi, atum, are. endigen. *Syn* Determino, concludo, laudo, definio; regionibus aliquibus circumscribo, definio. *Usus.* Imperium Rom. non terra, sed coeli regionibus terminatur Iisdem finibus vitam & gloriam terminare. Epicurus bona voluptate terminavit. Verba melius terminantur ac cadunt in syllabas longiores V. *Finio.*

Terminus, i, m. Markstein, Gränze. *R. a* τέρμων, *extremitas. Syn.* Finis, regio. *Epi.* Certi, modici. *Usus.* Jus suum nullis terminis ac finibus circumscribere, definire. Termini quos Socrates pandit & constituit. Certos mihi fines, cancellos, terminos ipse constituam, extra quos non egrediar. V. *Finis.*

Terni, æ, a. je drey und drey. *Usus.* Terna, aut bina, aut singula etiam verba dicere.

Tero, is, trivi, tritum, ere. reiben, zubringen. *Syn.* Contero, consumo, mollio *Usus.* Terere tempus, ætatem nugis Verbum vulgari sermone tritum.

Terra, æ, f. die Erde, Erdreich, Erdboden. *Syn.* Globus terræ, medius mundi locus, orbis terræ, humus, tellus, solum *Epi.* Altrix, beata, effectrix, secunda, feta, horrida, hostilis, immanis, immobilis, infirma, ingrata, lata, mater omnium, media, misera, parva solida, globosa, tota, vestita floribus, universa, aliena, aspera, continens, disjuncta, mortifera *Usus.* 1 Terra mater omnium, vestita floribus, herbis, arboribus. Conquirere aliquem terra marique. Romam terra petere, über Land nach Rom reisen. A terra solvere; navim ad terram deligare. Ad terram aliquid

quid abjicere, affligere. Terram aratro proſcindere, diſcindere, ſubigere. 2 *Orbis*, Welt. Homini nihil in terris ſimile 3. *Regio*, Land. In terra hoſtili. Ex ultimis terris profectus Noſtra ſunt maria & terræ

Terræ motus, us, m. Erdbeben. *Epi.* Horribilis, magnus, uſitatus. *Phraſ. Magnus terræ motus in Sicilia fuit*, es iſt in Sicilien ein großes Erdbeben geweſen. Sicilia magnis terræ motibus conquaſſata eſt, contremuit: in Sicilia terra per plures dies movit horrendum in modum; terra ingenti motu contremuit, ut non moveri, ſed everti crederentur omnia. Sicilia magnis terræ motibus concuſſa eſt, adeo ut in agris tecta corruerent. multarum urbium magnæ partes proſternerentur, curſu rapido averterentur amnes, montes lapſu ingenti proruerentur, ventis per cava terræ citatis rupti montes, tumulique ſubſiderent. Terræ motus Siciliam maxime quatiebat; multa tum oppida corruere, multis locis labes facta, terræ deſedere flumina in contrarias partes fluxere; nutabat perpetuo ſolum, frequenter etiam ſubſultabat, tanto impetu ac fragore, ut urbes ac oppida ſuis divellendas ſedibus putaremus, nec quisquam tam ſaxei eſſet pectoris, quin ſaxis terraque trementibus contremiſceret. *Uſus* Animi terræ motibus ac peſtilentia vaſtitate maxime terrentur. Terræ motus factus.

Terrenus, a, um irdiſch, irden. *Syn.* Terreſtris. *Uſus.* Humor maritimus & terrenus. Terrenis & concretis corporibus ſunt interſepta. Corpora noſtra terreno principiorum genere ſunt confecta. V. *Mundanus.*

Terreo, es, ui, itum, ere. erſchrecken. *Syn.* Terrorem affero, infero, injicio; metum affero, infero, facio. *Adv.* Minaciter, vehementius. *Phraſ.* 1. *Res eu vehementer nos terruit*, dieſe Sache hat uns ſehr erſchrecket. Animos terruit, formidine oppreſſit; perculit nos ea res, id fulmen, ejus vocis terror vehementer; percuſſit nos vox ea, inque animis, auribusque omnium adhuc verſatur; magnum ea res metum incuſſit; multum trepidationis fecit; terrorem ſubita res præbuit, excivit, & repentino pavore pene nos exanimavit, ea res ſubitum terrorem effudit; metu nos territavit; in timorem dedit; animos graviter percuſſit; ea res terrorem injecit; trepidationem injecit animis; terroris mutui nos implevit; metum, terrorem incuſſit omnibus; pavorem offudit mentibus; pavorem injecit; terrorem nobis ingentem obtulit; formidinis nos implevit; terrore animos fregit oppreſſitque; in metum nos adduxit; metum objecit, incuſſit; metu nos affecit; animos in terrorem conjecit; timore mentes omnium noſtrum præpedivit; religionem & formidinem incuſſit; periculi ſpecies animos hominum horrore perſtrinxit, perfudit, pavore implevit, exanimavit. 2. *Magnopere territi ſumus*, wir ſind ſehr erſchreckt worden. Novo quodam terrore ac metu permoti, concitati, obſtupefacti, perterriti, perculſi fuimus. Lingua obmutuit, manus obtorpuit, mente debilitata metu concidimus, toto corpore perhorruimus. Nemo fuit tanta confidentia, quin timido ſanguis refugeret, & metu exalbeſceret. Ultimo metu perfuſi ſumus tot terroribus undique oſtentatis. Perlatus eſt ad omnes terror. Circumfuſo undique pavore ita obtorpuimus, ut nemo dicere, quod in rem eſſet, nemo audire poſſet. Præſens timor adeo animos omnium occupaverat, ut prope alienata mente, obcæcati metu & terrore nobis ipſis excideremus Trepidatum repente, omnium pectora occulto metu pervadente fic, ut vox omnes ac ſanguis deficeret. 3. *Territi hoſtes in fugam ſe dant*, nachdem den Feinden ein großer Schrecken iſt eingejagt worden, nahmen ſie die Flucht. Hoſtes pavore perculſi; vano timore perfuſi; metu ſubacti: multiplici terrore perculſi, circumventi; tantis terroribus vexati, ancipite circumſtante metu in fugam ſe conjiciunt; terror incuſſus hoſtes per tota caſtra trepidos agit. V. *Timeo. Uſus.* Non me terrent iſta. Suæ quemque conſcientiæ animi terrent.

Digitized by Google

Terreſtris, e, irdiſch. *Syn.* Terrenus. *Uſus.* Terreſtre præſidium.

Terribilis, e. erſchrecklich, entſetzlich. *Syn* Horribilis, horrendus. *Uſus.* Vultus terribiles, & ardore animi micantes; Pompeji virtus terribilior Romanis quam exteris gentibus. V. *Terror, terreo.*

Terriculum, i, n. Schreckbild, Scheuſal. *Syn.* Quod terrorem injicit.

Terrificus, a, um. ſchrecklich, *Syn.* Quod terrorem incutit. V. *Terribilis.*

Territorium, ii, n. Gebiet, Bezirk. *Syn.* Terra, ager. *Epi.* Atriale. *Uſus.* Florentis coloniæ territorium minuitur.

Terror, oris, m. der Schrecken, Angſt. *Syn.* Minæ. *Epi.* Barbarus, inanis verborum, immanis, implacabilis, militaris, nocturnus, novus, ſempiternus, ſummus, tantus, tribunitius, mirus, mediocris. *Uſus.* Terrores minasque jacere, ſpargere, jactare, einem drohen. Is nuntius magnum nobis terrorem obtulit, attulit, intulit, incuſſit, injecit, magno terrori fuit, einen Schrecken einjagen. Terrorem addere, admovere, noch dazu ſchrecken. Siquid increpet terroris, wenn ſich gähling ein Geſchrey von einer Gefahr erhebt. Anceps terror circumſtabat, es ſah auf allen Seiten übel aus. Terrorem illatum reddere, wiederum einen Schrecken einjagen. Firmare ex terrore hominem, metuque liberare, einem den Schrecken benehmen. V. *Terreo.*

Tertianus, a, um. dreytägig, über den dritten Tag kommend. *Uſus.* Febres tertianæ.

Tertio, drittens, zum drittenmal. *Uſus.* Iterum ac tertio

Tertius, a, um. der dritte.

Teruncius, ii, m. ein kleiner Pfenning. *Syn.* Nummulus. *Uſus.* Ne teruncii quidem ſumptus mea cauſa factus eſt.

Teſſera, æ, f. Würfel, Loſung, Wahrzeichen. *Syn.* Talus. *Uſus.* Nobis ſenibus de luſionibus multis talos relinquant, & teſſeras. Quid enim eſt ſors? idem propemodum, quod micare, quod talos facere, quod teſſeras.

Teſta, æ, f. ein Topf, irdenes Geſchirr, Scherbe. *Syn.* Concha; vas fictile *Epi.* Nativa.

Teſtamentarius, ii, m. Teſtamentfälſcher. *Syn.* Subjector teſtamentorum.

Teſtamentarius, a, um. zum Teſtament gehörig. *Uſus.* Lex teſtamentaria.

Teſtamentum, i, n. Teſtament, letzter Wille *Syn.* Suprema voluntas, voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo, quod poſt mortem noſtram fieri voluerimus. *Epi.* Falſum, firmiſſimum, non improbum, non inofficioſum, non inhumanum, irritum, ruptum, ratum. *Uſus.* Teſtamentum facere, conſcribere, componere, obſignare; teſtamento aliquid alicui relinquere. Teſtamentum falſum ſupponere; teſtamentum ſubjicere. Nefas eſt teſtamenta mutare, rumpere, inducere, irrita facere, & voluntates mortuorum evertere. Qui factionem teſtamenti non habuerit. V. *Hereditas.*

Teſtatus, a, um. bezeuget, bewährt, bekräftiget. *Syn.* Exploratus, ratus, indubitatus. *Uſus.* Nihil dixi niſi notum & teſtatum. Ut res multorum oculis fieret teſtatior. Res certiſſimis monumentis teſtata.

Teſtificatio, onis, f. Zeugniß, Bezeugung. *Syn.* Teſtimonium, formula teſtimonii. *Epi.* Summa, ſempiterna. *Uſus.* 1. Manebit hujus tui facti teſtificatio ſempiterna. Chirographa, teſtificationes. judicia, quæſtiones. 2. *Affirmatio privata*, Bezeugung. Cum ſumma teſtificatione ſuorum erga me meritorum. V. *Teſtimonium, teſtis.*

Teſtificor, aris, atus, ſum, ari. bezeugen, bewähren zum Zeugen anruffen. *Syn.* Teſtor, atteſtor, notum facio, teſtimonium dico, teſtibus firmo. *Uſus.* Id feci teſtificandi amoris mei cauſa. Hæc in maxima hominum frequentia teſtificabatur

Teſtimonium, ii, n. Zeugniß, Bewährung *Syn.* Teſtificatio, jurejurando devincta auctoritas. *Epi* Acceptum, debitum, divinum, exploratum, extremum, falſum, firmum, gratum, grave, improbum, inimicum, majus, mutuum, præclarum, proprium, publicum, ſem-

Digitized by Google

ſempiternum, totum, vehemens, divinum, tacitum. *Uſus.* Teſtimonium ſecundum fidem & religionem graviſſime dicere. Pro teſtimonio dicere; teſtimonium innocentiæ alicui tribuere, impertiri. Sunt in eam rem multa teſtimonia. Refellere, refutare, elevare teſtimonia. Eodem is convertit aculeos teſtimonii ſui. Cauſa ejus graviſſimorum virorum teſtimoniis communita fuit.

Teſtis, is, m. ein Zeuge. *R* Θέσθαι, τίθεσθαι, *deponere. Syn.* Laudator, auctor, obſignator; teſtimonium. *Phraſ. Ejus rei teſtes multos teſtes habeo*, deſſen habe ich viele Zeugen. Ejus rei teſtes citare, proferre, edere, producere poſſum plurimos, qui ſe non opinari ſed ſcire; non audiviſſe, ſed vidiſſe; non interfuiſſe, ſed egiſſe dicent. Rem teſtibus planam facere perfacile mihi eſt. Teſtem citabo totam domum; ejus rei auctores teſtesque optimos dare poſſum; res ea multorum teſtimoniis communiri poteſt; in ea cauſa deeſſe non poſſunt, qui pro teſtimonio dicant; rem eam multis teſtibus firmare poſſum. *Uſus.* Teſtes adhibere locupletes, idoneos, religioſos, integros, incorruptos, graviſſimos; *aut contra* falſos, diabolares, ab religione remotos. Teſtis ac ſpectator vivus ac præſens. Teſtis eſt Italia. Clariſſimæ victoriæ teſtes. Deos facere teſtes.

Teſtor, aris, atus ſum, ari. bezeugen, betheuern. *Syn.* Doceo, ſignifico, oſtendo, demonſtro, teſtificor; teſtes adhibeo, facio, voco, invoco. *Uſus.* 1. Ejus artificium operis artificis peritiam teſtatur. 2. *Teſtem invoco, imploro, obteſtor*, zum Zeugen nehmen, anruffen. Deos teſtor, omnesque homines 3. *Teſtamento decerno*; ein Teſtament machen. Poſſitne teſtari exul, quæritur. V. *Teſtis.*

Teſtudo, inis, f. Schildkröte. *Syn.* Animal cruſta tectum, tardumque. *Epi.* Fluviatilis. *Uſus.* 1. Teſtudo capite brevis, cervice anguina, aſpectu truci. 2. *Locus fornicatus*, gewölbter Ort. 3. Sturmdach.

Teter, a, um. ſchändlich, ſcheußlich, gräulich, garſtig. *Syn.* Fœdus, flagitioſus. *Uſus.* Quo nihil tetrius, fœdius, truculentius, aſpectu terribilius, immanius reperiri poteſt. Bellua omni diritate atque immanitate teterrima. V. *Horridus.*

Tetre, ſchändlich, gräulich. *Syn.* Fœdiſſime, impure.

Texo, is, ui, xtum, ere. weben, wirken, flechten, ſtricken. *R.* ἀπὸ τάσσω, *ordino. Syn.* Contexo. *Uſus.* 1. Quid araneæ texerent, a. *Necto*, zuſammen ſtricken. Stoici ipſi ſibi plagas texuere. Feſtive carmen aliquod texere.

Textilis, e. gewirket, gewebet, geflochten. *Syn.* Textus. *Uſus.* Textile ſtragulum.

Textor, oris, m. ein Weber, Wirker.

Textrina, æ, f. Weberſtube. *Syn.* Textoris officina.

Textum, i, n. Gewebe, Flechtwerk. *Uſus.* Clypei textum.

Thalamus, i, m. Ehebette. *Syn.* Conjugis utriusque cubiculum.

Theatralis, e, zum Schauplatze gehörig. *Uſus.* Theatrales conſeſſus.

Theatrum, i, n. Schauplatz. R. ἀπὸ θεάτρου. *Syn.* Cavea. *Epi* Belatum, commune, frequens, refertiſſimum celebritate, eruditiſſimum judicio, magnitudine, ampliſſimum; vacuum. *Uſus.* Theatra tota reclamant. Id frequenti theatro, inc edibili plauſu & clamore comprobatum eſt. Cæſaris virtutes majoribus theatris propoſitæ. Me quaſi in quodam theatro orbis terrarum verſari credebam. V. *Ludi.*

Theca, æ, f. Behältniß, Futteral, Schachtel ꝛc. *R.* θήκη. *Uſus.* Theca nummaria. Thecæ vaſorum.

Theologia, æ, *f.* Gottesgelahrheit, Wiſſenſchaft göttlicher Dinge. *Syn.* Divinarum rerum ſcientia *Uſus. Theologia myſtica*, von geiſtlichen Dingen, und Vollkommenheiten. Arcana, recondita, interior, divinitus immiſſa mentibus hominum de Deo divinisque rebus ſcientia. Doctrina interior Deo magiſtro tradita. Divinarum rerum cognitio e cœleſti luce hauſta.

Digitized by Google

Theologia speculativa, Disceptatrix ac judex altissimarum de Deo, divinisque rebus quæstionum disciplina. Scientia geminata fidei rationisque luce illustrata. *Theologia moralis*, quæ quæstiones de christiani hominis officio complectitur; quæ arctas impeditasque conscientiæ rationes explicat *vel* expedit; quæ interioris fori causas quæstionesque tractat. *Theologia polemica*, quæ controversas fidei ac religionis nostræ quæstiones explicat, dissolvit; quæ in evertendis novarum opinionum commentis operam Christianæ rei locat; quæ religionis arcana in controversiam adducta, ratione ac auctoritate firmat, ac tuetur. *Theologia positiva*, sacrorum codicum interpres Theologia, quæ Patrum, sacrorumque auctoritate Conciliorum, controversas religionis nostræ quæstiones dirimit.

Theologus, i, m. Gottesgelehrter. *Syn.* Rerum divinarum peritus; sacrarum litterarum intelligentia nobilis, interpres divinorum oraculorum; qui vita ac ratione religionis nostræ arcana explicat.

Theorema, atis, n. Lehrsatz. *Usus.* Percepta appello, quæ Græci theoremata.

Thesaurus, i, m. ein Schatz, Schatzmeister. *Syn.* Opes, divitiæ. *Usus.* Thesaurum defodere, alicubi obruere; alicui de thesauris suis aliquid suppeditare. Thesaurus rerum omnium memoria. V. *Opes.*

Thesis, is, f. Satz, Vortrag. *Syn.* Propositum. *Epi.* Perdifficilis, politica, acuta, tenuis.

Thuribulum, i, n. Rauchfaß. *Syn.* Acerra.

Thus, ris, n. Weihrauch. *Usus.* Thura & odores incendere.

Tiara, æ, f. ein Hauptschmuck bey den Persern.

Tibia, æ, f. Schienbein, Pfeife, Schalmey. *Syn.* Os cruris, fistula. *Epi.* Inflata, modulata, nuptialis, tardior. *Usus.* Tibia, ad tibiam canere. Tibiæ modulate canentes. Tibiam inflare. Tibiarum cantu instincti pugnant acrius.

Tibicen, inis, m. ein Pfeifer. *Syn.* Qui tibiis canit. *Epi.* Bellus, latinus, tardior.

Tignarius, ii, m. * ein Zimmermann. *Usus.* Faber tignarius

Tignum, i, n. * Latte, Balke. *Syn.* Trabs.

Timeo, es, ui, ere. sich fürchten, befürchten. *Syn.* Metuo, horreo, extimesco, pertimesco, reformido, vereor, in metu sum, afficior timore, metus animo objicitur, mente vix consto. *Phras.* 1. *Valde timet*, er fürchtet sich sehr stark. Magno in timore est; magnum in timorem pervenit; metu suspensus, fractus & debilitatus hæret; ictus metu gravioris mali, & horrore perfusus tuta omnia reformidat. Vix sē præ formidine commovet. Metum cepit non mediocrem. Totus in metu est, & trepidatione; magnus hominem metus agitat, commovet; magnum in metum adductus est; vacuus metu non est. Timor hominem incessit, occupavit ingens. Gravi metu sollicitatur. Pavor animum hominis intravit ingens; metum in se concepit; delirat miser timore, & nescio quid pavitat. 2. *Multi adeo imbecilles animo sunt, ut omnia timeant*, viele sind so weichherzig, daß sie alles fürchten. Multos ita pusilli infirmique animi videas, qui ad omnes casus metu contremiscant; metu exanimentur; metu exalbescant, exhorrescant; timore commoveantur; metu perturbentur. Multos ob animi infirmitatem, imbecillitatem, quemlibet casus terret, perterret, perterrefacit; metu afficit; in timorem conjecit; ad timorem impellit; multis, quod animi imbecillitate laborent, vel minimus casus metum, terrorem incutit. V. *Terreo*, 3. *Timeo, ne non optime consilia mea succedant*, ich besorge, ob meine Anschläge wohl von statten gehen werden. Timeo mei consilii quis sit exitus futurus. Utinam consilio meo respondeat exitus, vereor tamen, ne aliorsum cadat. Quam feliciter mihi eventurum sit ex consilio meo negotium, plane non video; equidem adversos metuo exitus. Metuo, ne id consilii ceperim, quod explicare non facile possim. Meum consilium quo sit evasurum, nescio ac timeo. Consilium a me captum ut eum, quem volo

Digitized by Google

volo, habeat exitum, opto magis, quem spero. Exitum consilii mei extimesco. 4. *Tam vicino periculo timeo sane vehementer*, bey so naher Gefahr fürchte ich mich sehr. Aspectu impendentis procellæ horret animus, vox torpet, spiritusque; metus percurrit meum omnumque pectora; animus, timore obstupescit; subito horrore obrigui, metuque nunc adeo exsanguis sum; formido incessit animum, & pavore marceo. V. *Timor, terreo. Usus.* Quemadmodum explicari hæc possint, timeo. Timeo de consulatu; ab eo judiciorum genere.

Timide, furchtsamlich, zaghaftig, kleinmüthig. *Syn.* Ignave, timido animo, dubitanter, diffidenter.)(*Fidenter, animose, fortiter. Usus.* Timide, ac verecunde dicere. Timide, modiceque dicere.

Timiditas, tis, f. Furchtsamkeit, Zaghaftigkeit. *Syn.* Angustus & parvus animus.)(*Confidentia, fortitudo. Epi.* Humilis, fracta, ingenua, turpis, utilis. *Usus.* Cautio mea, timiditasque in causis. Pudore quodam, & timiditate ingenua refugisti. Timiditati & ignaviæ militum proposita supplicia. V. *Timeo.*

Timidus, a, um. furchtsam, feig, schüchtern, zaghaft. *Syn.* Ignavus, nullius animi, circumspectans omnia; quidquid increpuerit, pertimescens; diffidens, imbellis, vecors.)(*Animosus. Phras. 1. Pusilli animi es, & timidus*, du bist gar kleinmüthig und furchtsam. Exigui, infirmi, imbecilli animi es, nimiumque demissi. Infirmus ab animo es; animo jaces, langues, non viges. Jacet, languet, non viget animus tuus. Animus tibi sine animo est; abest animus ab animo tuo. Facile concidis, commoveris animo; roboris ac nervorum in animo tuo parum est. Animum in te requiro, desidero. Umbras etiam times trementibus labiis. Timorem prodis; nemo te meticulosior; animo es nimis ignavo ac demisso; magna quadam animi infractione, formidine, pavore timiditatem tuam ostendis; nescio quas formidines agitando animis, ipse tibi curas & metus auges. 2. *Exercitus erat timidus*, das Kriegsheer war voller Schrecken. Fuga trepidus, plenus vulnerum & pavoris exercitus; tota acies pavore fluctuabat, ut vix gladio esse opus, & ambonibus propelli posse videretur; ut nec vultum, nec aciem oculorum ferre posset; miles abjectus metu, terrore exanimatus; animo debilitatus & qui umbram quoque metuere suam. Occupabat militum animos pavor insolitus; terror militi inciderat; terror militi mentem eripuerat; omnium mentes animosque militum timor perturbarat. V. *Timeo. Usus.* Timidus & cautus. Quæ timido animo, humili fractoque fiunt.

Timor, oris, m. Furcht, Zaghaftigkeit. *Syn.* Metus, formido.)(*Spes, animus. Epi.* Cæcus, domesticus, falsus, inanis, major, vetus, novus, vetus. *Phras. 1. Hostis vicinus urbi maximum timorem incussit*, der schon annahende Feind hat der Stadt einen großen Schrecken eingejagt. Maximo timore affecit; ingentem timorem injecit, incussit; pavore cuncta complevit; civium animos horrore perstrinxit; in maximum timorem cives dedit; maximo timori civibus fuit; maximum timorem hostibus objecit; maximo timore civitatem cumulavit. V. *Terreo.* 2. *In maximo timore est civitas*, die Stadt ist in der größten Furcht. Ingenti timore perculsa, occupata est civitas; animi omnium ad timorem traducti; in magnum timorem venere; in timorem versi sunt. V. *Timeo* 3. *Timorem prose tulit*, er hat eine Furcht merken lassen. Opinionem timoris hostibus præbuit; signa timoris dedit; cum simulatione timoris egit; timoris opinionem apud hostes, quibuscunque potuit rebus, auxit; timoris suspicionem dedit hostibus; timoris sui signa multis rebus misit. 4. *Tandem timorem deposuit*, er hat endlich die Furcht fahren lassen. Timorem omnem abjecit, deposuit; animum solicitudine exoneravit; metum amisit; tandem timore vacuus animum recepit: solvit animum metu; timore se expedivit; metum abstersit, exuit; posito metu animum

Digitized by Google

respexit; animum recepit, recuperavit, revocavit; ad pristinam se fortitudinem revocavit; ex timore se collegit; recreavit se a timore; animum, spem redintegravit; animum renovavit. 5. *Timorem tibi hunc adimam*, ich werde dir die Furcht benehmen. Isto te metu liberabo, levabo, a metu te isto abducam; metum tibi eximam, ejiciam, auferam, expellam; animum tuum confirmabo, constituam; animum afflictum excitabo; & ad spem & fortitudinem revocabo. Efficiam tandem, nequis porro animum tuum metus perturbet, afficiat, commoveat, concutiat, exagitet; ut a metu vaces; ut animus, qui jacebat, erigatur, excitetur, exsurgat; ut animus tuus sese colligat atque confirmet. Languet animus tuus: ego, ut valeat & vigeat, efficiam. V. *Recreo*. *Usus.* Timor misericordiam non recepit, die Furcht hat kein Erbarmen. Timorem in rei frumentariæ simulationem conferre, die Furcht zu bemänteln, sich stellen, als ob man fürchten gienge.

Tinea, æ, f. eine Schabe, Motte *Syn.* Vermiculus vestes librosque erodens.

Tingo, is, xi, tinctum, ere, färben. *Syn.* Coloro, imbuo, inficio.

Tinnio, is, ire. sinnen. *Usus.* Expecto, quid ille tinniat.

Tinnitus, us, m. das Klingen. *Usus.* Tinnitum ciere.

Tintinnabulum, i, n. Glöcklein, Schelle.

Tiro, onis, m. ein neugeworbener Soldat, Lehrjunge, Anfänger. *Syn.* Novus miles, rudis in re aliqua, inexpertus, inexercitatus, qui aliquam artem discit, tirocinium artis ponit *Epi* Egentissimus. *Usus.* Usu & exercitatione tiro. Orator nulla in re tiro, rudis, hospes & peregrinus esse debet.

Tirocinium, ii, n. Lehrjahre, der erste Versuch, Probe. *Syn.* Rudimentum. *Phras.* 1. *Religionis tirocinium subire*, in ein actstliches Noviziat treten. Sacræ militiæ tirocinium auspicari; religiosæ militiæ rudimenta ponere; religiosæ militiæ disciplinam complecti; in religiosa virtutis scholam se abdere, religiosæ militiæ rudimentis instituendum se tradere. 2. *In tirocinio etiamnum est*, er ist noch im Noviziate. Tironem etiamnum agit; tiro est; rudis adhuc, novusque est in religiosa virtute discipulus; in tirocinio adhuc exercetur; in palæstra religiosæ vitæ adhuc exercetur; in religiosæ disciplinæ studio novitius adhuc est, & tiro; tirocinio, religiosa periclitatione defunctus nondum est; tirocinium emensus nondum est; inter ipsa religiosæ virtutis incunabula & rudimenta hæret etiamnum, sanctioris vitæ præceptionibus informandus, imbuendus excolendus. *Usus.* Lapsus ætatis tirocinio, postea se correxit. die Jugendfehler mit dem reifen Alter verbessern.

Titillatio, onis, f. das Kützeln. *Syn.* Suavitas motus. *Usus.* Non est senibus tanta titillatio voluptatum.

Titillo, as, avi, atum, are. kützeln. *Syn.* Moveo cum aliqua voluptate, suavitate. *Usus.* Voluptas cum suavitate quadam affluit & allabitur, sensusque titillat.

Titio, onis, m. Löschbrand. *Syn.* Lignum adustum, quod ab igne extrahitur.

Titubanter, wankelmüthig. *Syn.* Dubitanter, inconstanter.

Titubatio, onis, f. das Wanken, Zweifel. *Syn* Hæsitatio. *Usus.* Ut ne parva quidem titubatione, aut offensione impediremur.

Titubo, as, avi, atum, are. wanken, zweifeln. *Syn.* Hæsito, nec vox, nec lingua constitit. *Usus.* Erubuisse, expalluisse, titubasse. Si quid in bello titubatum sit. V. *Dubito.*

Titulus, i, m. Titel. *Syn.* Index. *Epi.* Indignissimus, insignis. *Usus.* Me sapientis titulus delectat. Titulum consulatus vix sustinet Regis titulum sibi adscribere. Inscriptio libri; honoris vocabula & nomina, *rectius & usitatius*, quam *libri*, vel *honorum tituli*, Aufschrift eines Buchs, Ehrennamen. *Comparatem titulum non dare*, vulg. einem den gebührenden Titel nicht geben; *Latine.* Aurea debita appellatione fraudare.

Toga, æ, f. langer Rock zur Friedenszeit.)(*Sagum*. *Epi.* Felix, par-

Digitized by Google

parva, pulla, purpurea, texta, virilis, pura. *Usus.* Toga pacis est insigne & otii. Virilem togam sumere, assumere, induere.

Togatus, a, um. der ein Friedenskleid trägt. *Usus.* Quasi unus e togatis.

Tolerabilis, e. erträglich, leidlich. *Syn.* Vendibilis, non contemnendus, patibilis.)(*intolerabilis. Usus.* Vix singulis ætatibus singuli tolerabilis oratores. Tolerabili fenore solvere. Tolerabilis conditio.

Tolerabiliter, leidlich, erträglich. *Syn.* Toleranter. *Usus.* Dolores tolerabiliter ferre.

Toleranter, leidlich, geduldig. *Usus.* Toleranter dolorem pati.

Tolerantia, æ, f. Geduld, Erduldung, Ertragung. *Usus.* Tolerantia rerum humanarum, contemptio fortunæ. V. *Patiens.*

Toleratio, onis, f. Geduld, das Leiden.

Tolero, as, avi, atum, are. ertragen, ausstehen. *Syn.* Fero, patior, perfero, sustineo; concoquo. *Usus.* Forti animo militiam, hiemem, fortunam adversam tolerare. Latrociniis vitam: castaneis famem tolerare. Verbera plagasque is toleret, qui verbum concoquere vix potest. V. *Fero, Patior.*

Tollo, is, sustuli, sublatum, ere. aufheben, wegnehmen. *Syn.* Aufero, removeo, eximo, detraho, deleo, exstinguo, attollo. *Adv.* Celeriter, funditus, obscure, omnino, perfacile, recte. *Usus.* 1. Memoriam alicujus rei tollere. Suspicionem mihi omnem sustulit. 2. In currum patris sublatus. Risum, cachinnum, clamorem maximum sustulit. 3. *Lauda*, loben. Tollere in cœlum laudibus; augere, & altius dicendo tollere. 4. *Suscipio*, auf sich nehmen. Tollere aliquid oneris. V. *Aufero, adimo.*

Tondeo, es, totondi, tonsum, ere. scheeren, bescheeren. *Usus.* Dionysius ne tonsori collum submitteret, tondere filias docuit.

Tonitru, u, n. der Donner. *Syn.* Aëris sanitus, nubium fragor. *Usus.* Tonitrua, jactusque fulminum quis non extimescit? Cœlum tonitribus contremit. V. *Tempestas.*

Tono, as, ui, itum, are, donnern. *Phras. Tonat*, es donnert. Ingenti sono cœlum strepere & inter horrendos fragores micare ignes cœpere. Continuus cœli fragor est, & passim cadentium fulminum species visitur. Cœlum tonitribus dat mugitus ingentes, & concursu conflictuque fulgura ingeminat Nubes æstivis incensæ caloribus inter se collisæ, creberrimoque ruptæ tonitru fragoribus aures, fulgurum flammis oculos verberant. Cœlum tumultu miscetur. Ruptæ cum fragore nubes omnia terrore tumultuque complent. *Usus.* Si fulserit, si tonuerit, si tactum fuerit aliquid de cœlo.

Tonsillæ, arum, f. Mandeln, Halsdrüsen. *Syn.* Glandes ad radicem linguæ.

Tonsor, oris, m. Scheerer, Barbier.

Tonsorius, a, um. zum Scheeren gehörig. *Usus.* Cultri tonsorii.

Tonstrina, æ, f. Barbierstube. *Syn.* Locus, in quo tonderi solet.

Topiaria, æ, f. Gärtnerkunst. *Usus.* Topiariam facere.

Topiarium, ii, n. Gartenzierat, Lustgarten. *Syn.* Opus ex arbore, *vel* frutice factum, varie inflexis, detortisque ramis, ad speciem, decoremque hortorum.

Topica, orum, n. Bücher, worinnen die Kunst ist, die Beweisgründe zu etwas zu finden. *Usus.* Aristotelis topica.

Toreuma, atis, n. erhabene, oder gegrabene Arbeit, Schnitzwerk. *Syn.* Opus torno factum. *Epi.* Nova, pretiosa. *Usus.* Pretiosa toreumata, artificis manu facta.

Tori, orum, m. fleischige Theile oder Muskeln. *Syn.* Lacerti. *Usus.* O pectora! o terga! o lacertorum tori!

Tormentum, i, n. Pein, Folter, Qual, Schmerzen. R. *a Torquendo. Syn.* Cruciatus, supplicium, equuleus; machina bellica. *Epi.* Acerrima, gravissima, varia. *Usus.* 1. Tormenta ad exprimendam veritatem adhibemus. Nulla vis tormentorum acerrimorum prætermittitur. Vi tormentorum adducti servi. 2. *Machina bellica*, Geschütze. Tormentis muros verberare, quatere, disturbare, labefacere,

Digitized by Google

re, labefactare, mit Stücken beſchießen. V. *Cruciatus, torqueo, oppugno.*

Tormina, um, n. Bauchgrimmen. *Syn.* Inteſtinorum dolor. *Uſus.* Fortem ſe in torminibus præbere. V. *Pœna.*

Torminoſus, a, um. dem Grimmen unterworfen. *Uſus.* Torminoſi, gravedinoſi,

Torno, as, avi, atum, are. dreben, drechſeln. *Syn.* Polio, quaſi torno facio. *Uſus.* Deus mundum ita tornavit, ut nihil poſſit fieri rotundius.

Torpedo, inis, f. Trägheit, Faulheit, ein Krampffiſch

Torpeo, es, ui, ere. faul, träg ſeyn. *Syn.* Obtorpeo. *Uſus.* Epicurei Deum feriatum ceſſatione volunt torpere V. *Langueo.*

Torpor, oris, m Trägheit, Schläfrigkeit. *Syn.* Stupor.

Torquatus, a, um. der mit einer Halskette geziert iſt. *Uſus* Torque hoſti detracto Torquati nomen invenit Manlius.

Torqueo, es, torſi, tortum, ere. drehen, biegen, lenken: peinigen, quälen, foltern. *Syn.* Flecto, intorqueo: excrucio. *Adv.* Acriter, diu, vehementer, mirifice. *Phraſ.* 1. *Ni fateatur, torquebitur*, wenn er nicht bekennet, wird er die Folter ausſtehen müſſen. In cruciatum maximum dabitur; tormentis accerrimis ex eo quæretur; omnibus intolerandis humanæ patientiæ cruciatibus lacerabitur; metu tormentorum admoto vera fatebitur; tormentis exprimetur veritas. Niſi de ſe ultro confiteatur, in cruciatum abripietur, agetur; cruciatus in illum exempla diriſſima edentur; omnis tormentorum acerbitas in illum exprometur; graviſſimis cruciatibus afficietur, conficietur; per tormenta veritas explorabitur; quæſtionibus atrociſſimis ſubjicietur; quæſtiones adhibitis tormentis de illo agentur, habebuntur. Ni fateatur, tortores & carnifices, dum verberibus ac tormentis fatigentur, crudelitatem explebunt. ſatiabunt ſuam; tortores, dum tormenta ipſa defeſſa erunt. crudelitatem exercebunt ſuam. *Uſus.* 1. Terra ſe circa axem convertit & torquet. Opinionum vanitas torquet ac flectit imbecillitatem animorum quocunque libuerit. Vultus mutantur, ora torquentur. 2 *Vexo, exagito*, plagen, peinigen. Torquent te libidines tuæ, laudes meæ. Torqueri equuleo. 3. *Jaculor*, ſchießen. Torquere haſtas amentates. V. *Flecto, excrucio, crudelis.*

Torques, is, m. Halskette, Halsband. *Syn* Monile, colli ornamentum. *Uſus* Aliquem phaleris & torque donare.

Torrens, tis, m. Regenbach. *Syn.* Fluvius imbri creſcens, qui e montibus lapſus rapide fertur. *Uſus.* Cum fertur, quaſi torrens, oratio.

Torreo, es, ui, toſtum, ere. trocknen, dürren. *Syn.* Exuro. *Uſus.* Solis ardore, fucenſis ignibus torreri.

Torridus, a, um. ausgedorret, ausgetrocknet. *Syn.* Peruſtus, aridus. *Uſus.* Homo macie torridus.

Tortor, oris, m. Folterer, Peiniger. *Syn.* Carnifex.

Tortuoſus, a, um. krumm, hin und her gebogen. *Syn.* Flexuoſus. *Uſus.* 1. Sonus ex tortuoſis locis & incluſis refertur amplius. 2. *Difficilis, infuavis, arduus*, ſchwer, tückiſch. Multiplex & tortuoſum ingenium. Multa objecit obſcura & tortuoſa.

Torve, gräulich.

Torvus, a, um. ſauer, ſcheuflich. *Syn.* Horribilis.

Tot, ſoviel.)(*quot. Uſus.* Tot homines, tanta ſervorum examina.

Totidem, eben ſoviel *Syn.* Par numerus. *Uſus.* Hunc ego locum totidem verbis e Græco transtuli.

Toties, ſo oft.)(*quoties.*

Totus, a, um ganz. *Syn.* Omnis, cunctus, univerſus, omnes partes. plenus, integer, ſolidus.)(*Pars. Uſus.* Tota respublica, omnis Italiæ pubes, cunctus populus, univerſus ſenatus. Totus eſt mihi deditus, totum ſe mihi tradidit, Totus ex mendaciis & fraude factus. Ex toto id non intelligo. Totus in ſuis nugis eſt. Summa victoriæ, totaque belli ratio in eo conſtat.

Trabalis, e. balkenmäßig. *Syn.* Robuſtiſſimus *Uſus.* Beneficium trabali clave figere decet.

Tra-

Digitized by Google

Trabea, æ, f. ein römisches Ehrenkleid. *Usus.* Auguralis, regia trabea.

Trabeatus, a, um. mit einem römischen Ehrenkleide angethan. *Syn.* Trabea indutus.

Trabs, bis, f. ein Balke. *Usus.* Abiegnæ trabes.

Tractabilis, e handsam, geschlacht, hieglam. *Syn.* Quod sub tactum cadit. *Usus* 1. Corporeum & aspectabile, itemque tractabile omne necesse est, quod natum est. 2. *Lenis, mollis, facilis, flexibilis, mitis ingenii*, mild, weich, ꝛc. Virtus in amicitia tenera est, & tractabilis. Nihil illo tractabilius. V. *Lenis.*

Tractatio, onis, f. Abhandlung. *Syn.* Usurpatio, usus, tractatus, explicatio. *Epi* Digna, salutaris, varia. *Usus.* Qui in armorum tractatione versantur. Tractatio litterarum mihi salutaris. In usu & tractatione dicendi. Tractatio *pro* lauto convivio, ein Gastmahl, *vulg. est.*

Tractatus, us, m. Handlung, Abhandlung. *Syn.* Tractatio. *Usus.* Ipsarum artium tractatu delectari.

Tractim, in einer langen Reihe. *Syn.* Longo tractu.

Tracto, as, avi, atum, are. handeln, traktiren, unter den Händen haben. *Syn* Exerceo, differo, doceo, disputo, accipio aliquem honorifice, aut aspere. *Adv.* Accurate, acute, aspere, comice, crudeliter, cupide, diligenter, diserte, divinitus, facile, gravius, hilare, honeste, honorifice, improbe, ingeniose, infidiose, laute, leviter, leniter, liberaliter, minutim, modice nefarie, præclare, publice, remisse scelerate, studiose, subtiliter. temere, commode, cumulate, bene. *Phras.* 1 *Commodum id argumentum tractabamus*, wir hatten eben dazumal von dieser Materie. In eo argumento versabamur; multis eam rem sermonibus jactabamus; commodum de ea re disputabamus; in manibus habebamus ejus argumenti tractationem, id argumentum versabamus 2. *Honestissime me tractavit*, er hat mich gar ehrlich gehalten. Omni me officio ac comitate complexus est; leniter ac clementer me accepit; victu me cæterisque rebus liberalissime commodissimeque habuit; liberaliter indulgenterque me coluit; lepide nitideque, honeste, comiter me habuit; neme nunquam prolixius, lautiusque me habuit. Ornate cumulateque me tractavit. 3. *Male me tractavit*, er ist sehr übel mit mir umgegangen. Subcontumelioſe me tractavit; asperrime improbissimeque me habuit; crudeliter in me consulit; servilem in modum, laceravit me convitiis; pessime me mulctavit; malis me modis ac miseris accepit; indigna in me exempla edidit; nec humaniter, nec amice me accepit; summa simulatione amoris insidiosissime me tractavit; omnes indignitates contumeliasque ab eo pertuli; maximum apud eum infortunium inveni. *Usus.* 1. Tractare & agere causas amicorum. Artem geometricam, historiam tractare. Pecuniam publicam tractare 2. *Accipio, excipio, cum aliquo ago*, mit einem umgehen. Liberaliter, insidiose aliquem tractare. Animos tractare, & permovere voluntates eloquentia. 3. *Tango*, greifen. Manu tractare. 4. *Gero*, sich halten, aufführen. Ita me in republica tractabo.

Tractus, us, m. Strich Landes. *Syn.* Regio, ora, pars terrarum, cœli plaga. *Epi.* Celeberrimus, varius, levis, totus. *Usus* 1. Tractus ille Venafranus. 2. *Cursus*, Lauf. Tractu orationis leni & æquabili uti,

Traditio, onis, f. Uebergabe, Uebergebung. *Usus.* Abalienatio est rei suæ traditio. *Traditiones Apostolicæ, vulg.* Lehre der Kirche, welche nicht schriftlich, sondern mündlich von den Aposteln hinterlassen wurde. Doctrina a Christo Apostolis ad nos derivata; dogmata religionis a Christo tradita, & ab Apostolis ad nos transmissa. Religionis capita verbo tradita, Patrumque sermonibus consignata. Doctrinæ Christianæ capita Apostolorum ore excepta, & ad posteros transmissa. Christianæ legis sanctiones a Christo latæ, & Ecclesiæ omnium ætatum testimonio, a religionis nostræ primordiis ad nos usque derivatæ, & quodammodo per manus traditæ.

Digitized by Google

Trado, is, didi, ditum, ere. übergeben, dargeben, überreichen. *Syn.* Do, exhibeo, dico, doceo, demonstro, prodo. *Adv.* Atrociter, bene, egregie, etiam, festive, gratis, græce, honeste, subtilius, penitus, expeditius, furtim, vere, latine. *Phras.* 1. *Urbem victori hosti tradere*, die Stadt dem Feinde übergeben. In possessionem urbis victorem admittere; victoris imperio ac potestati urbem dedere; in fidem ac potestatem victoris urbem committere; hosti in manum tradere; divina, humanaque omnia, urbem ac populum in ditionem atque arbitratum victori cedere; victori hosti urbem permittere; in fidem ac potestatem ultro venire, V. *Dedo*, *deditio*. *Usus.* 1. Se suaque omnia alicui in fidem, in potestatem, in deditionem tradere. Se in disciplinam tradere. Quieti, voluptati, libidinibus se tradere. Bellum, provinciam successori tradere. Trado tibi hunc totum de manu, ut ajunt, in manum. Per manus tradam provinciam ei, cui maxime vos vultis. 2. *Doceo*, *refero*, lehren, sagen, erzählen, vorgeben. Artem dicendi discipulis, res gestas litteris, memoriæ posterorum, monumentis litterarum tradere. Memoriæ traditum est.

Traduco, is, xi, ctum, ere. hinüberführen. *Syn.* Trajicio. *Adv.* Paullisper, alio, tranquille, eleganter. *Usus.* 1. Fluvius profundior erat, quam ut copiæ traduci possent. 2. *Confero*, *flecto*, *converto*, *adduco*, einen zu etwas vermögen, oder bringen. Animum alicujus a metu ad spem, ab improbitate ad virtutem, ab iracundia ad lenitatem traducere; transducere aliquem ad se. 3. *Transgo*, *ago*, *duco*, führen, zubringen. Vitam otio, ætatem ludo traducere. Traducere aliquem per ora hominum. V. *Irrideo*.

Traductio, onis, f. das Hinüberbringen. *Usus.* Traductio furibundi hominis ad plebem. Traductio temporis.

Traductor, oris, m. Hinüberbringer. *Usus.* Traductor ad plebem.

Tradux, ducis, m. Senkrebe, Setzling. *Syn.* Stirps arboris vel vitis alio tradusta.

Tragice, ernsthaft, gräulich. *Syn.* Sublate, ample.

Tragicus, a, um. tragisch. *Usus.* Poëta tragicus.

Tragœdia, æ, f. ein ernsthaftes, oder trauriges Schauspiel. R. a τράγος, *hircus*, & ᾄδω, *cano*, *quia in Bacchi honorem fabula canebatur*, *cujus victima hircus*, *qui victoribus in præmium dabatur*. *Usus.* 1. Tragœdiam facere, scribere, agere, absolvere. 2. *Transl.* traurige Zufälle. Quantas tragœdias effecit, excitavit? Tragœdias in nugis agere.

Tragœdus, i, m. ein Trauerspieler. *Usus.* Vox tragœdorum.

Tragula, æ, f. Pfeil, Geschoß. *Telum genus.*

Traho, is, traxi, tractum, ere. ziehen. *Syn.* Vi adduco, impello. *Adv.* Consulto, divinitus, amplius, extrinsecus, leviter. *Usus.* 1. Une impulsu plures in calamitatem trahuntur. Trahere aliquem in invidiam. 2. *Accipio*, *sortior*, überkommen. Ex contumelia nomen traxit. Molestia ex se quapiam trahere. 3. *Produco*, *extraho*, verlängern, hinausziehen. Bellum trahere; noctem vario sermone trahere. 4. *Allicio*, anreizen. Trahimur omnes laudis studio. V. *Moveo*.

Trajectio, onis, f. das Ueberfahren, Uebersetzen. *Usus.* Maris trajectio; verborum trajectio.

Trajectus, us, m. Ueberfahrt. *Usus.* In trajectu Albulæ amnis submersus est.

Trajicio, is, jeci, jectum, ere. überschiffen, übersetzen. *Syn.* Transeo, traduco. *Adv.* Aperte, celeriter. *Phras.* 1. *Fluvium trajicere*, über den Fluß setzen. Flumen navibus transire; superare fluvium; fluvium transmittere; transgredi flumen. 2. *Trajicere milites in adversum littus*, die Soldaten über den Fluß führen. Flumen copias traducere, trajicere; in adversam fluminis oram milites transportare. 3. *Trajicere aliquem sclopo*, einen erschießen. Glande plumbea sternere, configere, conficere, exanimare, transverberare. *Usus.* 1. In Græciam trajicere. 2. *Traduco*, überführen. Alpes trajecit Antonius. Exercitum Rhodanum trajeci. 3. *Lan-*

Digitized by Google

Longius jacio, darüber schießen. Murum jaculo trajecit. V. *Transeo*.

Tralatitius, s. Translatitius, a, um. gemein, anders woher genommen. *Syn*. Translativus, translatus. *Usus*. Nosti hæc translatitia.

Trames, itis, m. Fußsteig. *Syn*. Semita *Usus*. Egressus est non viis, sed tramitibus.

Trano, as, avi, atum, are. hinüber schwimmen. *Syn*. Trajicio

Tranquille, still, ruhig. *Syn*. Placate, placide. *Usus*. Tranquille & placide vitam traducere

Tranquillitas, tis, f. Stille, Ruhe. *Syn*. Quies, otium, securitas, tranquillus animus; placata, tranquilla, quieta vita *Epi*. Honesta, reliqua, summa, utilis, mirifica. *Phras*. 1. *Res ea magnam tibi tranquillitatem pariet*, diese Sache wird dir ein ruhiges Leben verschaffen. Efficiet, ut quiete, tranquilleque agas. ut summa sit rerum tranquillitas, summa animi quies; ut vivere, agere, ducere vitam tranquillam possis; facilem ut habeas, & expeditum rerum tuarum vitæque cursum; ut omni molestia vaces; ut otio fruaris jucundissimo, uberrimo, suavissimo; ut otio tibi frui liceat. Ea res præstabit tibi otium vitamque ab omni metu curaque vacuam; vitam facilem, quietam, omnium expertem perturbationum; vitam ab omni molestia remotam, sejunctam, segregatam, disjunctam. 2. *DEO sit gratia, magna nunc tranquillitate fruor*, GOtt sey Dank, ich lebe nun sehr ruhig. Quæ Dei est gratia, vacuus molestiis sum, sine cura, sine solicitudine; Dei benignitate factum est, ut nunc quidem omni molestia vacem, ut nullis angar curis, et nulla vexer solicitudine. Divino munere procul absum a molestiis, extra molestiam tranquille age. Dei benignitate contigit, ut nulla animum paullo molestior afficiat, vexet, exagitet, commoveat, perturbet cogitatio. Dei benignitate bene, tranquille, commode est animo meo; animo sum ab omni molestia soluto, vacuo, libero, longe sejuncto. Dei me benignitas ab omni molestia exemit, eripuit, liberavit, vindicavit. *Usus*. Vitam otii, quietis, tranquillitatis plenissimam sectari. V. *Quies*.

Tranquillo, as, avi, atum, are. stillen, besänftigen, zufrieden stellen. *Syn*. Placo,)(*Perturbo*. *Usus*. Tranquillare animos perturbatos.

Tranquillus, a, um. still, ruhig. *Syn*. Quietus, securus, sedatus, placatus, lenis, placidus, omnis perturbationis expers.)(*Turbulentus*. *Phras*. *Vix credas, quam tranquillo sim animo*, du kannst es kaum glauben, wie ruhig ich in meinem Gemüthe sey. Vix cogitatione assequare securitatem, quietem, tranquillitatem, æquitatem animi mei; qua quiete fruar; quam ab omni cura vacuo sim animo; quam procul ab omni cura absit animus meus; quam tranquille agat, ac se ipso fruatur; quam omni vacem perturbatione; quam parum animus cura fluctuet, agitetur; vix cogitatione possis consequi, quæ sit animi mei tranquillitas. V. *Tranquillitas*. *Usus*. Tranquillo animo esse, consistere; tranquilla & serena frons. V. *Quietus*.

Trans, über, jenseit. *Usus*. Cogito trans Tiberim. Trans mare fugi.

Transactor, oris, m. der einen Vertrag macht. *Usus*. Rerum omnium transactor & administer.

Transalpinus, a, um. jenseits der Alpen gelegen. *Usus*. Nationes transalpinæ.

Transcendo, is, di, sum, ere. übersteigen. *Syn*. Transeo. *Usus*. Hoc malum transcendit alpes. V. *Scando*.

Transcribo, is, psi, ptum, ere. abschreiben. *Syn*. Exscribo, describo. *Usus*. Orationes totas sua manu transcripsit.

Transcurro, is, curri, cursum, ere. hinüber laufen. *Usus*. Alexander & Clytus suum cursum transcurrerant

Transenna, æ, f. Schrank, vergittertes Fenster. *Syn*. Fenestra, cancelli. *Usus*. Eam copiam quasi per transennam prætereuntes, strictim aspeximus.

Transeo, is, ivi, itum, ire. durchfahren, übergehen. *Syn*. Trajicio, transmitto, transcendo, transgredior, prætervehor, permeo, trano, delabor, deflecto, abeo, defluo. *Adv*. Auspicato, breviter, deinceps.

Digitized by Google

ceps, facile, leviter, ſeparatim ſingillatim, tuto, quam breviſſime. *Phraſ. Cave, ne modeſtiae terminos transeas*, habe Acht, daß du die Schranken der Eingezogenheit nicht überſchreiteſt. Ne longius progrediare, quam modeſtiæ ratio patiatur; ne quos modeſtia tibi terminos præſcribit, tranſilias, transgrediare, tranſcendas, prætergrediare; ne modeſtiæ terminos *vel* cancellos egrediare, excedas; ne a præſcriptis modeſtiæ cancellis excedas. *Uſus.* Flumen, mare transire. Ad alium ſermonem transire; in ſententiam alicujus, in alia omnia, ad partes alterius transire. Si quidem eſt peccare, transire lineas. Legem, modum transire. Aliquid ſilentio transire.

Transfero, fers, tuli, latum, ferre. hinübertragen. *Syn.* Traduco, confero. *Adv.* Acute, aſtutius, apertius, audacius verba. Contumelioſe, crebrius, tragice, commode, deinceps, ſeparatim, indidem. *Phraſ.* 1. *Invidiam omnem in me transtulit*, er hat den ganzen Neid auf mich geſchoben. Ad me transſudit; invidiam omnem deoneravit, & in me trajecit; totam invidiæ molem in me transmovit, derivavit, traduxit. Invidia tota, eo potiſſimum auctore, in me vertit. 2. *De verbo ad verbum in latinum transtulit. vulg.* er hat es von Wort zu Wort ins Latein überſetzt. Verbis totidem in latinum transtulit; verbum pro verbo reddidit; verbum de verbo expreſſit; ad verbum transtulit. *Uſus.* Cum de curriculo ſtudiorum tuorum deflexiſſes, animumque alio transtuliſſes. Amorem ſuum, curam, laborem, ſtudium ad illud transtuli. Culpam transferre in alium; verba apertius transferre. V. *Verto.*

Transfigo, is, xi, xum, ere. durchſtechen, durchſtoßen. *Syn.* Configo, gladium lateri, jugulo defigo. *Uſus.* Haſta transfixus.

Transfodio, is, di, foſſum, ere. durchſtechen, durchſtoßen. *Syn.* Transfigo, transverbero, trajicio latus. *Uſus.* Fugienti latus transfodit.

Transformo, as, avi, atum, are. verwandeln, eine andere Geſtalt geben. *Syn.* In aliam formam muto, in aliam imaginem me converto; aliam perſonam, ſpeciem, imaginem induco, fero, V. *Muto.*

Transfuga, æ, m. Ueberläufer, Abtrinniger. *Syn.* Perfuga.

Transfugio, is, fugi, itum, ere. übergehen, überlaufen. *Syn.* Perfugio, perfugio. *Adv.* Leviſſime. *Uſus.* Ab afflicta amicitia ad florentem transfugere & devolare.

Transfugium, ii, n. das Ueberlaufen, Flucht zum Feinde. *Syn.* Defectio, profugium. *Uſus.* Longius ab hoſte abiit, ut levibus ingeniis impeditiora eſſent transfugia.

Transfundo, is, fudi, fuſum, ere. aus einem Geſchirre in das andere gießen. *Syn.* Transfero. *Adv.* Libenter. *Uſus.* Amorem omnem abjecit atque in hunc transfudit. Omnes meas laudes libenter ad te transfuderim. V. *Transfero.*

Transgredior, eris, greſſus ſum, gredi. übertreten, übergehen. *Syn.* Migro. *Adv.* Inauſpicato. *Uſus.* Alpes transgredi. V. *Transeo.*

Transgreſſio, onis, f. Uebertretung. *Syn.* Transitus. *Epi.* Concinna. *Uſus.* Vallum Alpium contra transgreſſionem Gallorum. V. *Delictum.*

Transigo, is, egi, actum, ere, Vertrag, Vergleich treffen. *Syn.* Decido, pactionem facio, conficio, gero, ago, perficio. *Adv.* Commodo. *Uſus.* 1. Transigere & decidere cum aliquo de re aliqua. Modica pecunia transiges. 2. *Rem perficio, abſolvo*, vollbringen, vollenden. Transigere multas res uno tempore, Susceptum negotium transigere. 3. *Ago*, zubringen. Vitam otioſam transigere, & ludo, jocisque conterere. V. *Pactum, Paciſcor.*

Tranſilio, is, ii, ſultum, ere. überſpringen. *Syn.* Prætereo, transeo, prætervehor. *Uſus.* Tranſilire ante pedes poſita. V. *Transeo.*

Transitio, onis, f. Uebergang. *Uſus.* Transitio ad plebem. Nullis transitionibus ejus utitur oratio.

Transitus, us, m, Durchzug, Durchgang. *Uſus.* Foſſæ transitum pontículo junxit.

Translatio, onis, f. Ueberſetzung, Ueberbringung. *Uſus.* Verecunda debet eſſe translatio. *Epi.* Pervia, paulo durior, liberalis, multa, ve-

Digitized by Google

recunda, continua, frequentiſſima, molliſſima, puerilis.

Translatitius, & Translativus, a, um. nachgemacht, was zu ändern iſt. *Uſus.* Vetus hoc edictum translatitiumque eſt. Conſtitutio translativa.

Translator, oris, m. Ueberſetzer. *Uſus.* Translator quæſturæ.

Transmarinus, a, um. über Meer gelegen.

Transmigro, as, avi, atum, are. von einem Orte an einen andern wandern. *Uſus.* Suadebat, ut Vejos transmigrarent. V. *Migro.*

Transmiſſio, onis, f. das Ueberfahren, Ueberſetzen. *Syn.* Trajectio *Epi.* Superior. *Uſus.* Navigationem magnopere timebam, memor prioris tuæ transmiſſionis.

Transmitto, is, miſi, miſſum, ere. überfahren, überlaſſen, zubringen. *Syn.* Tranſeo, trajicio. *Uſus.* 1. Cæſar in Africam transmiſit ſecunda navigatione. 2. *Trado*, übergeben. Provinciam, bellum, negotium alteri transmittere. 3. *Poſthabeo*, nachſetzen. Omne tempus meum amicorum temporibus transmittendum putavi. 4. *Conſumo*, zubringen. Tempus inter libros transmittere. V. *Mitto.*

Transmontanus, a, um. jenſeits des Gebirges. *Syn.* Qui ultra montes habitat.

Transnato, as, avi, atum, are. hinüber ſchwimmen. *Syn.* Trano, natando flumen transeo. V. *Trano.*

Transporto, as, avi, atum, are. überbringen, von einem Orte zum andern bringen. *Syn.* Trajicio, transfero. *Uſus.* In Macedoniam tantum exercitum transportavit. V. *Transfero.*

Tranſtrum, i, n. Ruderbank.

Transvectio, onis, f. das Ueberfahren, Ueberſchiffen. *Uſus.* Num te terret transvectio Acherontis?

Transveho, is, xi, ctum, ere. hinüber führen. *Syn.* Trajicio, traduco. *Uſus.* Mare transvehi.

Transverbero, as, avi, atum, are. durchſtechen, durchſtoßen. *Syn.* Transfigo. *Uſus.* Beſtiam venabulo transverberare.

Transverſus, a, um. über quer. *Syn.* Obliquus.)(*Rectus.* *Uſus.* Multæ viæ transverſæ. Ab hac lege mihi non licet transverſum digitum, unguem discedere. Ecce tibi e transverſo. Transverſa ecce incurrit fortuna. Transverſis itineribus Romam properat. V. *Obliquus.*

Transvolo, as, avi, atum, are. hinüberfliegen. *Uſus.* Oceanum transvolavit Romanæ urbis gloria.

Trapezephorus, i, m Tiſchfuß, oder Geſtell. *Syn.* Statua ſuſtinendæ menſæ facta.

Trecenti, æ, a, dreyhundert.

Tredecim, dreyzehn.

Tremebundus, a, um. zitternd und bebend. *Uſus.* Vox, manus tremebunda.

Tremefacio, is, feci, factum, ere. erſchrecken, Furcht einjagen. *Syn.* Concutio. V. *Terreo.*

Tremo, is, ui, ere. zittern, vor Furcht beben. *Syn.* Contremiſco. *Adv.* Omnino. *Uſus.* Qui tremunt & exalbeſcunt objecta re terribili. V. *Timeo.*

Tremor, oris, m. das Zittern, Beben. *Uſus.* Terrorem tremor & pallor, & dentium crepitus conſequitur. V. *Timor.*

Tremulus, a, um. zitternd. *Syn.* Tremens, tremebundus.

Trepidatio, onis, f. das Zittern, Furcht. *Syn.* Metus, commotio, tumultus. V. *Timor.*

Trepido, as, avi, atum, are. zittern, beben. *Syn.* Timeo, metuo, pavore defixus ſto *Phraſ. Trepidatum eſt*, man hat vor Schrecken nicht gewußt, was zu thun ſey. Lymphati trepidare cœperunt; omnium pectora occultus metus percurrit, pervaſit; lymphati aguntur ferunturque; metu obtorpeſcunt; pavore exanimantur. V. *Timeo.*

Trepide, mit Furcht und Zittern. *Uſus.* Stativa trepide deſerta ſunt.

Trepidus, a, um. vor Furcht zitternd, erſchrocken. *Syn.* Pavidus, metuens, timens. *Uſus.* Trepida res, dubia, & ob hoc timorem inducens.

Triangulus, a, um. dreyeckig. *Uſus.* Ea triangula, alia quadrata nominant.

Tribulis, is, m. Zunftgenoß. *Syn.* Curialis. *Epi.* Turbulentus, vicinus. *Uſus* Apud tribules ſuos plurimum gratia poteſt.

Tribunal, is, n. Richterſtuhl. *Syn.* Sella judiciaria. *Epi.* Certum, to-

tum,

Digitized by Google

tum, continuatum, proximum. *Phras. Pro tribunali sedere*, zu Gerichte sitzen. Judiciis præsse; jura reddere; cognitionem capitalium rerum exercere; judicium exercere; causas cognoscere. V. *Judicium. Usus.* Pro tribunali sedere sententiam pronuntiare

Tribunatus, us, m. Zunftmeisteramt. *Syn.* Magistratus tribunorum plebis. *Epi.* Ardens, militaris, pestifer & funestus, præclarus, tacitus, totus, turbulentissimus *Usus.* Tribunatum petere, suscipere, seditiose gerere.

Tribunitius, a, um. dem Zunftmeister gehörig. *Usus.* Furor, terrores tribunitii. Potestas tribunitia.

Tribunus, i, m. Zunftmeister. *Syn.* Populi defensor & custos. *Epi.* Nimium acer, vehemens, acerbus, crimino sus, amentissimus, felix, fœdissimus, furiosus, horridus, improbus, inermis atque imparatus, iners, levis, non bonus, militaris, modestus, non modo non seditiosus, sed etiam seditiosis adversarius, officiosissimus, pernicio sus, similis gladiatori, sordidissimus, vesanus, vetus ac fortis, vigilans & accuratus, valens, vetus. *Usus.* 1. Ut Lacedæmone Ephori regibus, sic Romæ consulibus tribuni sunt oppositi. 2. Tribunus militum, qui ordines ducit, Oberster im Felde.

Tribuo, is, ui, utum, ere. geben, zueignen. *R. quasi per* tribus distribuo. *Syn.* Do, præsto, impertio. *Adv.* Caste, exigue, infinite, libentissime, liberaliter, longe, plurimum, multum, nunquam, pure, recte. *Usus.* 1. Suum cuique, opem & misericordiam miseris, honorem magistratibus tribuere. 2. *Honorem habeo, defero, confido*, viel auf jemanden halten, vertrauen. Patri tuo semper plurimum tribui. Tribue hoc valetudini tuæ. Nimium tibi ipse tribuis. 3. *Divido*, austheilen Rem universam in partes tribuere. V. *Do, divido, largior.*

Tribus, us, f. Zunft. *Syn.* Curia, corpus. *Epi.* Certa, rustica, urbana. *Usus.* Populum in tribus dividere. Tribu certa esse. Tribu moveri. Sui corporis tribusque homines sibi obnoxios habuit.

Tributarius, ii, m. Steuerbauer, der Steuer und Schätzung giebt. *Syn.* Stipendiarius, vectigalis. V. *Vectigalis.*

Tributim, den Zünften nach. *Syn.* Per tribus singulas.

Tributio, onis, f. das Geben, Austheilung. *Syn.* Distributio. *Usus.* Æquabilis tributio

Tributum, i, n. Steuer, Tribut. *Syn.* Quod a subjectis principi *vel* reipublicæ penditur. *Epi.* Acerbissimum, intolerabile. *Phras. Magna tributa dare cogimur*, wir müssen große Steuern und Gaben geben. Magnitudine tributorum premimur; gravi tributo & collatione iniqua frumenti opprimimur; ex censu tributa conferenda sunt maxima; vectigal in annos singulos magnum pendere; tributa pendere intolerabilia; stipendia ingentia dependere cogimur. *Usus.* Tributum ferre, pendere, solvere, conferre, Steuer geben. In singula capita tributum imponere, Steuer auflegen. Tributo, stipendio liberare, a tributis vindicare; tributorum finem afferre, die Steuer aufheben. V. *Vectigal.*

Tricæ, arum, f. Haar oder Werg, so den Hennen an den Füßen hängt, verworrne Sachen. *Syn.* Impedimenta. *Epi.* Domesticæ. *Usus.* Biennium in his tricis moror. V. *Nugor.*

Triceni, æ, a, je dreyßig.

Triceps, pitis, g. o. dreyköpfig.

Tricesimus, a, um. der dreyßigste.

Tricies, dreyßigmal.

Triclinium, ii, n. Speisesaal, da drey Tische voll sitzen können. *Syn.* Conclave, coenaculum tribus ad discumbendum lectis instructum. *Usus.* Tribus triclinii accepti sumus valde copiose.

Tricor, aris, atus sum, ari. unnöthes Geschwätz treiben. *Syn.* Nugor, nugas ago. *Usus.* Publius tecum tricatus est. V. *Nugor.*

Triduum, i, n. drey Tage.

Triennium, ii, n. drey Jahre.

Triens, tis, m. der dritte Theil einer Unze.

Trieteris, idis, f. dreyjährige Zeit.

Trigesimus, a, um. der dreyßigste.

Triginta, dreyßig.

Trinundinum, i, n. sieben und zwanzig Tage.

Tri-

Digitized by Google

Trinus, a, um. drey, dreyfach, dreyerley.

Tripartito, in drey Theile getheilt.

Tripartitus, a, um. in drey Theile getheilt.

Triplex, icis, g. o. dreyfach, dreyerley.

Tripliciter, auf dreyerley Weise.

Triplus, a, um dreyfach.

Triremis, is, f. Galeere mit drey Ordnungen der Ruder. *Usus.* Damnatus ad triremes, auf die Galeeren verdammt.

Tripudio, as, avi, atum, are. tanzen, vor Freuden springen. *Usus.* Exsultans ac tripudians. V. *Exsulto.*

Tripudium, ii, n. das Aufspringen von der Erde. *Epi.* Solistimum. *Usus.* Tripudium solistimum fit, cum ex offa aliquid in terram cadit.

Tripus, odis, m. Dreyfuß. *Usus.* Sacri tripodes.

Triquetrus, a, um. dreyeckig. *Syn.* Triangulus.

Tristis, e. traurig, betrübt. *Syn* Mœstus, mœrens, dirus.)(*Hilaris, jucundus. Phras. Quid ita tristis es?* warum bist du so traurig? Quid angeris? quid te excrucias? cur mœrore conficeris? quid tuæ miseriæ te ita discruciant? quid te mœror quotidianus lacerat & conficit? cur animum ita mœrori das, luctu afflictus, & confectus? quid ita in lacrimis & mœrore consenescis? quid diffidens ac desperans de rebus tuis in sordibus, lamentis, luctuque jaces? quid tristis capite demisso terram intueris? quid ita in domo tua omnia deserta, horrida, muta, plena luctus & mœroris? quid ita frontem contrahis? quid te in hunc mœrorem rapit, conjicit? V. *Tristitia. Usus.* Tristis & conturbatus domum abiit. Tristis natura & recondita. Tristissimis reipublicæ temporibus.

Tristitia, æ, f. Traurigkeit, Betrübniß, Kummer. *Syn.* Mœror, severitas. *Epi.* Simulata versutaque. *Phras.* 1. *Immodica tristitia laborat*, er ist voller Traurigkeit. Æger animi est; haud levis dolor mœstum opprimit; fatigat hominem animi ægritudo ingens; vultu ipso dolorem animi præfert; doloris magnitudinem vix capit; tristitiæ immodicæ se dat, dedit; ægritudini se dedit; ægritudine ingenti opprimitur, conficitur; ægritudinem suscipit immodicam; pessime est animo; afflictus mœrore languet animus; tristissimis vexatur & conficitur curis; mœrore & lacrimis propemodum contabescit; assiduo in luctu est, versatur; modum lugendi non facit; magnam tristitiam subit; lacrimis & tristitiæ se tradit. V. *Tristis, ægritudo, mœror.* 2. *Res ea magnam mihi tristitiam peperit*, diese Sache hat mir eine große Traurigkeit verursachet. Magnam mihi ægritudinem attulit; magna me ægritudine affecit; animum mœrore cumulat, cruciat, opprimit, conficit; ea res vehementer me mordet, pungit, solicitat, angit, acerbe vexat, graviter commovet. V. *Dolor, mœror.* 3. *Deponamus tandem hanc tristitiam.* lassen wir doch diese Traurigkeit fahren. Mitigemus istam tristitiam, & relaxemus; tollatur omnis illa superior tristitia; mentem tandem a tristitia hac abducamus; ægritudinem exuamus, abjiciamus; animum ægritudine levemus; deleatur ista ex animo tristitia; ægritudinem, quam ea res nobis asperserat, ex animo deleamus, exturbemus, abstergamus. *Usus.* Aliquem ad tristitiam contorquere. Tristitiam & severitatem mitigare. Oratione aliquem a tristitia abducere. V. *Ægre fero.*

Triticum, i, n. Weizen. *Syn.* Frumentum.

Tritus, a, um. zerrieben, gemein. *Syn.* Decantatus, contritus, pervagatus, contemptus. *Usus.* Tritum sermone, vetustate proverbium. Res trita, communis & pervulgata. Itinere trito incedere. V. *Vulgaris.*

Tritus, us, m. das Reiben. *Usus.* Conflictu trituque lapidis ignem elicere.

Trivium, ii, n. ein Ort, da drey Wege zusammen kommen. *Syn.* Ubi tres viæ concurrunt. *Usus.* Male dictum de trivio arripere.

Triumphalis, e. triumphirlich. *Usus.* Porta, vehiculum, ornamenta triumphalia.

Triumpho, as, avi, atum, are. triumphiren, siegprangend einziehen. *Syn.* Triumphum ago; Capi-

Digitized by Google

pitolium curru invehor, in Capitolium cum insigni laurea invehor *Ussus.* Ampliſſime, atque honeſtiſſime triumphare. *Transl.* Exſultare lætitia, gaudio triumphare Hic exſultat oratio, & triumphat.

Triumphus, i, m. Triumph, ſieghafter Einzug *R.* Θρίαμβος, *cum feſta fronde incedens, qui mos erat triumphantium. Syn.* Imperatoris, ducis, victoris pompa, cum laurea togaque palmata in Capitolium invecti. *Epi.* Falſus, caſtellanus, juſtiſſimus, clariſſimus, recens, ampliſſimus, certiſſimus, & inaniſſimus, gratiſſimus, jucundiſſimus, magnus, verus, juſtus, navalis. *Uſus.* Triumphum alicui decernere, triumphum habere, agere, deportare. Aliquem ad triumphum revocare, laureamque illi inſignem deferre. Differes de triumpho; quid tandem habet iſte currus; quid victi ante currum ducis? quid ſimulacra oppidorum? quid argentum? quid aurum? quid legati in equis & tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? quid vehi per urbem?

Triumvir, i, m. einer der drey Herren zu Rom. *Epi.* Capitales. *Uſus.* Triumviri capitales.

Triumviratus, us, m. Amt der drey Herren. *Syn.* Triumvirum magiſtratus.

Trochus, i, m. Tricbbarn. *Syn.* Turbo, quo ludunt pueri.

Tropæum, i, n. Siegeszeichen. *Syn.* Victoriæ monumentum. *Uſus* In Macedonia tropæa ſtatuit, poſuit, conſtituit, quæ bellicæ laudis victoriæque inſignia ac monumenta ſunt. Urbs tropæis ac triumphis ornata ac dicata.

Tropus, i, m. Wechſelrede. *Syn.* Verborum immutatio.

Trucidatio, onis, f. Todtſchlag, Mord. *Syn* Cædes, clades. *Uſus.* De Clodianis lapidationibus, inſidiis trucidationibus.

Trucido, as, avi, atum, are. grauſlich hinrichten, ermorden. *R. Trucitet cædo. Syn.* Occido, interficio, multis vulneribus concido, confício. V. *Occido, interficio.*

Truculenter, grauſam. *Uſus* Atrociter & truculenter ſe gerere.

Truculentus, a, um. grauſam. *Syn.* Terribilis aſpectu, trux, atrox. V. *Crudelis.*

Trudo, is, ſi, ſum, ere. mit Gewalt ſtoßen. *Syn.* Impello. *Uſus.* Ad mortem, ad ſupplicium ſe trudi videbat.

Trulla, æ, f. Maurerkelle, Geſcirr. *Uſus.* Trulla excavata cum manubrio aureo.

Truncus, i, m. Stock. *Syn.* Stipes. *Epi.* Tantus, tutior, totus. *Uſus.* 1 In arboribus truncus, rami folia. 2. *Transl.* Truncus corporis, der Leib ohne Kopf. 3. *Stolidus,* ungeſchickt. Hic truncus ac ſtipes conſulatum ſuſtineat.

Trutina, æ, f. Wage. *Syn.* Statera. *Uſus.* Populari trutina rem examinare.

Trux, cis, *g. o.* grauſam, grimmig. *Syn.* Truculentus, atrox V. *Crudelis.*

Tu, du. *Uſus.* Tu mihi etiam legis mentionem facies

Tuba, æ, f. Trompete, Poſaune. *Syn.* Buccina. *Uſus.* Tubæ ſonitum in bello non fert. Tuba, ad tubam canere; tubam inflare.

Tuber, eris, n. Geſchwulſt. *Syn.* Terræ collum, tumor.

Tubus, i, m. Teuchel, Röhre. *Syn.* Fiſtula. *Uſus.* Ductus aquarum, quos illi tubos vocant.

Tueor, eris, tuitus ſum, eri. behüten, bewahren, beſchützen. *Syn.* Tutor, ſervo, conſervo, cuſtodio, foveo, præfideo)(*Derelinquo. Adv.* Caſtiſſime, commodius, demiſſe, diligenter, facile, flagitioſe, fortiter, honeſtiſſime, lautius, male, maxime, melius, mirifice, parum, perfacile, præclare, privatim, prudenter, publice, ſanctiſſime, vigilanter, munifice, æque, admodum. *Phraſ. Hunc tu, quæſo, omnibus modis tuere,* dieſen ſchütze auf alle Weiſe. Sartum, tectum, ut ajunt, ab omnique incommodo, detrimento, moleſtia ſincerum integrumque conſerves; in omnibus rebus tegas, velim: eum in præſidio ac tutela auctoritatis tuæ latere patiaris; ejus ſalutem tua benevolentia, præſidio, cuſtodia tueteris; ejus capitis cuſtodiam nunquam dimittas; ſine tua tuitione ſalvum eſſe non poſſe exiſtimes. V. *Defendo, foveo, ſervo. Uſus*

Tue-

Digitized by Google

Tueri munus ſuum, mediocritatem in omnibus rebus, ſocietatem conjunctionis humanæ. Hunc Cæſar omnibus præſidiis tuetur ac defendit. Rem familiarem, gratiam & auctoritatem ſuam tueri & conſervare.

Tugurium, ii, n. Bauerenhütte. *Syn.* Habitatio ruſtici.

Tuitio, onis, f. Schutz und Schirm. *Syn.* Cuſtodia.

Tum, dazumal, alsdann. *Syn.* Tunc, illa tempeſtate; partim. *Uſus.* Quid tum inde? Cum alia multa, tum hoc maxime. Tum Græce, tum Latine. Modo unum, tum autem plures vidi.

Tumeo, es, ui, ere. aufſchwellen, aufgeblaſen ſeyn. *Syn.* Turgeo, turgeſco, in tumore ſum. *Adv.* Penitus. *Uſus.* Sapientis animus nunquam turgeſcit, nunquam tumet. Negotia tument, es giebt viel zu thun.

Tumidus, a, um. geſchwollen, aufgeblaſen. *Syn.* Turgidus, inflatus, velut omnes dictaturas conſulatusque gerèret in voce viribusque ſuis. *Uſus.* Membrum vitioſe tumidum. Serpens inflato collo, tumidis cervicibus. V. *Superbus, arrogans.*

Tumor, oris, m. Geſchwulſt. *Syn.* Inflatio. *Epi.* Repentinus, recens. *Uſus.* Repentinus oculorum tumor. Erat in tumore animus. Recedit jam animi tumor. Ne deſererem hunc tumorem rerum. V. *Superbia.*

Tumultuarius, a, um. in der Eile, ohne Ordnung geſchehen. *Syn.* Properatus, ſubitarius, repentinus. *Uſus.* Dux, miles, exercitus tumultuarius. Sermo fortuitus, & tumultuarius.

Tumultuatio, onis, f. * Aufſtand.

Tumultuor, aris, atus ſum, ari. Aufruhr anrichten, aufwiegeln. *Syn.* Turbas facio, inquietus ſum. *Uſus.* Quid tumultuaris ſoror? quid inſanis? V. *Turba, tumultus.*

Tumultuoſe, ungeſtüm, unruhig. *Syn.* Magno tumultu. *Phraſ. Tumultuoſe agere,* ungeſtüm handeln. Mare coelo miſcere; tragœdias, tumultum *Wagner.*

excitare; turbas facere, concire; tragœdias efficere. V. *Turba, tumultus.*

Tumultuoſus, a, um. unruhig, aufrühriſch. *Syn.* Turbulentus. *Uſus.* Tumultuoſa & ſeditioſa vita, oratio.

Tumultus, us, m. Lärm, Aufſtand, Meuterey, Getümmel. *Syn.* Motus, turba, ſeditio; trepidatio. *Epi.* Civilis, domeſticus, finitimus, magnus, proximus, tantus, terribilis. *Phraſ.* 1. *Periculum eſt ne orti tumultus,* es iſt ein öffentlicher Aufſtand zu befahren. Res pro ſeditione eſt; res ad ſeditionem ſpectat; res a conſilio ad vim abit; in metu ſumus, nequa repentina vis in civitate exiſtat; nequid turbulenti conflent, nequa in civitate tempeſtas excitetur cooriatur. Tempeſtas a ſeditioſis civibus urbi impendet certiſſima. 2. *Ea res ingentem tumultum fecit,* dieſe Sache hat einen großen Aufſtand erreget. Ingentem in urbe tumultum excitavit, fecit, præbuit, commovit conflavit, concivit; turbas ingentes fecit, concivit; ea re effectum eſt, ut omnia terrore & tumultu ſtrenerent; ut tumultu omnia turbarentur. V. *Turbo turba, ſeditio. Uſus.* Quid hoc tumultus ciemus? Conticeſcente tumultu. Tumultum, rixas, jurgia comprimere, ſedare, componere, die Aufruhr ſtillen.

Tumulus, i, m. ein Hügel, aufgeworfene Erde, Grab. *Syn.* Locus ex terra leviter eminens. *Epi.* Excellens. *Uſus.* 1. Tumuli ſilveſtres. 2. *Sepulchrum*, Grab. Alexander cum ad Achillis tumulum in Sigeo adſtitiſſet. V. *Collis, ſepulcrum.*

Tunc, dazumal, damals, alsdann. *Syn.* Tum, illo tempore, illa tempeſtate, per id tempus, per id temporis.) *Nunc. Uſus.* Sed erat tunc excuſatio, nunc nulla eſt.

Tundo, is, tutudi, tunſum, ere. ſtampfen, ſtoßen, ſchlagen. *Syn.* Cædo, pulſo, verbero. *Adv.* Nihilominus, vehementiſſimè. *Uſus.* Baculo oculos alicui tundere. V. *Pulſo, verbero.*

Digitized by Google

Tunica, æ, f. turzes Kleid ohne Aermel. *Syn.* Vestis brevior virorum. *Epi.* Palla, solivaga, talaris, manicata, trita. *Usus.* Cum tunica & palio. Tunicam ponere.

Tunicatus, a, um, der dergleichen Tunika trägt. *Usus.* Motus tunicatorum.

Turba, æ, f. Haufe, Schaar des Volks, Unordnung, Aufruhr. *Syn.* Multitudo, conventus hominum, concio, multitudo in unum congiobata, ac semetipsam turba impediens; juvenum manus, juvenum globus, circumfusa in concionis modum turba confertissima; vulgus; seditio, vis, tumultus. *Epi.* Magna, media, nocturna, nova, prætoria, similis, vana. *Usus.* 1. Ex hac turba & colluvie discedam. 2. *Tumultus, seditio*, Tumult, Aufruhr. Ingentes turbas concitare, moliri, facere, concire. 3 *Perturbatio*, Verwirrung. Ecce nova turba & rixa. Quanta in turba & confusione rerum vivimus! E turbis se evolvere, exsolvere. V. *Multi.*

Turbate, unordentlich, verwirrt. *Usus.* Omnia raptim & turbate agantur.

Turbator, oris, m. Verwirrer, Störer. *Usus* Pacis turbator.

Turbide, verwirrt. *Syn.* Turbulenter, inconstanter.

Turbidus, a, um. verwirret. *Syn.* Perturbatus, confusus. *Phras.* 1. *Nunquam illum æque turbidum vidi*, ich habe ihn niemals so verwirrt gesehen. Tanto animi motu perturbatum, ita perculsum, percussumque, nihil ut consilio, ratione, ordine ageret, nec lingua, nec ore consisteret, nunquam vidi. Commotum sæpe, perculsumque vidi antea, sed nunc adeo color ipse immutatus est, vultus, oratio, mens denique ipsa excidit & conscientia peccati mutum, exanimatum, ac vix vivum reliquit. Confusus animo, nec auribus quidem & oculis satis constat; neque animo, neque lingua satis compos, vix apud se est, ita perturbato atque incerto præ ægritudine animo est. Hominem tam commotum nunquam vidi alias, sic ut nec animus illi suppetere nec constare mens sana videretur. Eo tumultio ita percussus est, ut animo adesse eum nemo existimarit. *Usus.* 1. Mens omni turbido motu semper vacans. 2. *Impurus, sordidus*, trüb, unrein. Aqua turbida, & cadaveribus inquinata. 3. *Miser, calamitosus*, elend. Turbidis rebus, temporibus adversis.

Turbo, as, avi, atum, are. verwirren, unruhig machen. *Syn.* Obturbo, perturbo, misceo, permisceo. *Phras.* *Omnia in republica turbantur*, in dem gemeinen Wesen geht es durchaus verwirrt zu. Nullum tam turbulentum reipublicæ tempus fuit; animus est domi forisque infestus; plurimum turbarum infinita hominum licentia concitum est; nusquam res quietæ; omnia divina humanaque jura miscentur; civilibus fluctibus tument omnia; maximæ ubique turbæ & tragœdiæ exeitantur, efficiuntur. Tumultus non jam foro se continet, sed totam passim urbem pervadit. Ex agris in urbem tumultus penetrat, spemque omnem concordiæ exturbat. Tumultus repens ex agris in urbem Natus reipublicam in summum discrimen adduxit. Periatus ad cives tumultus omnem reipublicæ statum convellit, conturbat, inflammat. Urbes & oppida implentur. 2. *Is casus vehementer me turbavit*, dieser Zufall hat mich sehr verwirret. Mirifice me perculit; omnem animi statum inflammavit, incitavit, conturbavit; mentem propemodum e sua sede & statu dimovit; mentem prope exturbavit meam, consilium eripuit. *Usus.* In Hispania turbatum est aliquid. Omnia turbavit & miscuit. Vide, nequid turbet. Turbare aliquid, ac pacem solicitare.

Turbo, inis, m Wirbelwind. *Syn.* Ventus omnia turbans ac involvens. *Epi.* Maximus, sævus. *Usus.* 1. Tanquam turbine aliquo, & tempestate everti. Tu procella patriæ, turbo, & tempestas pacis. 2. *Cœli figura inversa*, ein umgekehrter zugespitzter, oben breiter Kegel. Turbinem versare.

Turbulente, & turbulenter, verwirrt, unruhig. *Syn.* Turbide, temere.

Tur-

Digitized by Google

Turbulentus, a, um. verwirrt, unruhig, stürmisch. Turbidus, nata in vanos tumultus ingenia. *Tranquillus.* *Adv.* Necessario. *Ufus.* Turbulenta; temeraria, cæca consilia. Tempora, tempestas reipublicæ turbulenta. V. *Turbidus.*

Turgeo, es, & Turgesco, is, ere. aufschwellen, schwülstig seyn. *Syn.* Tumeo, inflatus sum. *Adv.* Penitus.

Turgidus, a, um. voll, strotzend. *Syn.* Tumidus, inflatus.

Turma, æ, f. ein Geschwader, Haufen Reiter. *Syn.* Equitum ordo, globus, manus.

Turmalis, e. zu einem Geschwader gehörig. *Ufus,* Statuæ turmales.

Turmatim, schaarweise. *Syn.* Per turmas, agmine.

Turpiculus, a, um. etwas schändlich. *Ufus.* Jocus in turpiculis rebus ponitur.

Turpificatus, a, um. verwüstet, häßlich gemacht. *Ufus.* Depravatio ac fœditas. Turpificati animi.

Turpis, e. häßlich, unflathig, schändlich. *Syn.* Inhonestus, deformis; fœdus, inquinatus, infamis, flagitiosus, nequam. *Adv.* Æque, omnino non. *Prov.* 1. *Cave, nequis turpe admittas,* habe doch acht, daß du nichts sonderbares begehest. Nequid dissolute, ac turpiter agas; nequid dedecoris admittas, aut quod fœdum sit, & flagitiosum, quod crimini esse possit; vide, nequid indecore effeminateque facias; ne in turpem verborum obscœnitatem delabare; nequid in tua vita moribusque maculæ hæreat, resideat; ne probrum, labem ac infamiam moribus aspergas tuis, aut majorum claritudini inferas; ne priores tuas laudes vitæ turpitudine deformes. Cave, ne quod dedecus suscipias, concipias, in te admittas; ne in flagitiis, in dedecore voluteris; ne in flagitia te ingurgites. 2. *Hoc apud illos turpe non est,* das ist bey ihnen nichts schändliches. Nullam ea res apud illos infamiam habet; in vitiis illud non ponitur; illud in rebus turpibus non habetur; illud turpe nemo putat, existimat; eorum moribus illud ab honestate remotum non est. Id nemini est turpitudini; illud eorum moribus nefas non habetur; illud eorum moribus flagitium non est. *Ufus.* Luxuria tum omni ætati turpis, tum senectuti est fœdissima. Id non modo turpe est, sed sceleratum & nefarium. Turpis homo, vita infamis.

Turpiter, schändlich, häßlich. *Syn.* Turpe, obscœne, nequiter, nefarie. *Ufus* Timeo, nequid turpiter faciam.

Turpitudo, inis, f. Schande, Abscheulichkeit, Häßlichkeit. *Syn.* Deformitas, obscœnitas, infamia, macula, flagitium, dedecus, labes, deformatio, depravatio, fœditas. *Epi.* Accusabilis, domestica, flagitiosa, insignis, major, maxima, nefaria, singularis, summa, tota, vera, ficta, plurima. *Ufus:* Nulla pars vitæ ejus summæ turpitudinis fuit expers. Omni turpitudine se fœdavit, quam ille nunquam eluet, aut delebit. Nihil non turpitudinis subiit; omni turpitudine notatus est. Ea causa turpitudinem habet. V. *Dedecus, turpis.*

Turpo, as, avi, atum, are: schändlich zurichten, häßlich machen. *Syn.* Fœdo. *Ufus.* Jovis aram sanguine turpat. *Poet.*

Turris, is, f. Thurm. Celsa moles. *Epi.* Alta, altissima. *Ufus* Ex alta turri situ & opere multum edita dejectus.

Turtur, uris, m. Turteltaube.

Tussio, is, ivi, itum, ire. husten. *Syn.* Tussi laboro, tussi urgeor.

Tussis, is, f. Husten. *Syn* Screatus. *Ufus.* Tussim pectore expellere.

Tute, du selbst. *Syn* Tu ipse. *Ufus.* Ut tute mihi præcepisti.

Tute, sicherlich. *Syn.* Tuto, impune.

Tutela, æ, f. Vormundschaft, Schutz, Obhut. *Syn.* Fides, defensio, patrocinium, clientela. *Epi.* Legitima, præclara, turpis. *Ufus.* Filios suos alicujus tutelæ commendare; in tutelam alicui tradere; tutelæ subjicere. Pupillus cum primum in tutelam venerit; in tutela fuerit. Tutela se abdicare. Omnia hæc nostra latent in tutela & præsidio armorum. V. *Præsidium.*

Tutor, āris, ātus sum, āri. schützen, handhaben, vertheidigen. *Syn.* Tueor, fulvum, invi-

Digitized by Google

ctum præsto. *Adv.* Accuratissime, copiosius, facile. *Usus.* Provinciam, fines armis tutari. V. *Tueor.*

Tutor, oris, m. Vormund, Beschützer. *Syn.* Defensor, patronus. *Epi.* Castus, fidelis, legitimus, verus, annuus. *Usus.* Tutorem alicui instituere. In tutorum potestate est pupillus. Respublica orba consulis fidem, tanquam legitimi tutoris implorat. Tutor religionis.

Tutus, a, um, sicher, ausser Gefahr gesetzt. *Syn.* Metu, *vel* periculo vacuus, tectus; septus, munitus, secutus, in tuto locatus; nihil insidiarum habens; sanctus, sacrosanctus. *Adv.* Maxime, plane, prorsus. *Phras. Tutus jam est*, er ist schon sicher. In tuto est; in portu navigat; in portu est; in vado est; cautum illi est. V. *Securus. Usus.* Tutum & tranquillam vitam degere. Tutus ab inimicis. In tuto collocare; in tuto esse; mare tutum præstare.

Tuus, a, um, dein. *Usus.* Panætius ille tuus. Tuorum curam gere.

Typus, i, m. Muster, Vorbild, Schrift bey den Buchdruckern. *Syn.* Signum; forma. *Phras. Librum typis edere*, ein Buch drucken lassen. Typis mandare, commendare, committere; typis exprimere, edere, in lucem emittere; typis excudere, evulgare. *Usus.* Types tibi mando.

Tyrannice, tyrannisch, grausamlich. *Syn.* Superbe, crudeliter.

Tyrannicus, a, um. tyrannisch, grausam. *Syn.* Leges, facta tyrannica.

Tyrannoctonus, i, m. Mörder eines Tyrannen. *Syn.* Tyranni interfector, *vulg. tyrannicida.*

Tyrannis, idis, f. gewaltsame Herrschaft, Tyranney. *Phras. Tyrannidem occupare*, sich gewaltsamer Weise zum Könige aufwerfen. Imperium sibi arripere; regnum invadere; capiti fortunæ regiæ insignia per vim adjicere; regium fastigium affectare & occupare. *Usus.* Tyrannidem occupare. Tyrannidem evertere, delere.

Tyrannus, i, m. Tyrann, Wütherich. *Syn.* Ereptor libertatis, oppressor civitatis. *Epi.* Crudelissimus, firmus opibus & voluntate, infandus, crudelis, inanis, gloriosus fama, gratus beneficio, importunus, amens, intolerandus, libidinosus, teter. *Usus.* Tyrannus quam, qui unquam fuit, sævissimus ac violentissimus in suos. Nulla est nobis societas cum tyrannis, sed potius summa distractio.

V.

Vacatio, onis, f. Muße, Ruhe, Freyheit, Erlassung, Befreyung von Kriegsdiensten. *Syn.* Feriæ, cessatio, immunitas. *Epi.* Commoda. *Phras. Proxime erunt vacationes*, die Vakanzen werden nun nächsten herbey kommen. Litterariæ feriæ; justitium litterarium; stata a litterariis muniis vacatio; autumni solemnes feriæ in proximo sunt; litterario ludo suum erit justitium; scholis sua erunt alcedonia; a litterarum studiis vacabitur; respitandi a studiorum labore facultas dabitur; a studiorum labore quies erit; liberalius a studiis litterarum otium indulgebitur. *Usus.* Vitam beatam in omnium rerum vacatione ponimus. Militiæ vacatio senibus est, datur. Vacatio publicorum munerum donare aliquem. Nulla Ciceroni a causis vacatio dabatur unquam. Sublatis omnibus vacationibus delectum habere militum. V. *Immunitas.*

Vacca, æ, f. eine Kuhe. *Syn.* Bos femina.

Vacillo, as, avi, atum, are. wanken, taumeln, schwach seyn. *Syn.* Nuto, labo, fluctuo, titubo, hæsito. *Usus.* Corpore in utramque partem vacillare. Ex vino vacillare. Res tota vacillat & claudicat. Memoria vacillare. V. *Hæsito.*

Vaco, as, avi, atum, are. leer seyn, nicht haben. *Syn.* Nihil ago, cesso, otium

otium habeo, otium est, otiosus sum.)(*Jam occupatus.* *Ufus.* 1. Dii administratione rerum humanarum non vacant. A curis, negotiis molestiis vacare. 2. *Liberum est, vacuum est*, leer ſeyn, frey ſeyn. Nullum mihi tempus a negotiis vacat. Culpa vacat is jocus. 3. *Otium est*, Zeit, Muſſe haben. Si vacarit, adero. Nec conſulibus vacabat id negotium agere, nec ſenatui rem urgere. Hannibali operæ non erat, legationes audire; nec vacabat diſſidentes componere. 4. *Operam do, navo*, obliegen. Philoſophiæ vacare.

Vacuitas, tis, f. Leere. *Syn.* Ceſſatio, quies. *Ufus.* Vacuitas a doloribus, angoribus, moleſtiis. Vacuitas doloris, ægritudinis. Scis, quam perturbationem obitus conſulis, quam cupiditatem vacuitas (*quod vulgus* ſede vacante *dicit*) injiciat.

Vacuus, a, um, leer, ledig. *Syn.* inanis, exhauſtus, nudus, jejunus.)(*Plenus, occupatus.* *Ufus.* 1. Vacuum bonis forum. Nullum tempus vacuum habes. Domus vacua. Solum ab humano cultu purum ac vacuum. 2. *Minime occupatus*, müßig, unbeſchäftiget. Aures vacuas præbere alicui. Animum vacuum ad litteras afferre. Cum vacuus fuero ſcribam ad te. 3. *Liber, expers*, frey, ledig. Animus curis vacuus. Locus a turba, a periculo vacuus. Scelere vacuus & integer. Animus per ſomnum ſenſibus vacuus.

Vadimonium, ii, n. Bürgſchaft, Angelobung am geſetzten Tage vor Gericht zu erſcheinen, *Syn.* Sponſio ſiſtendi ſe in judicio ad certum diem. *Ufus.* Vadimonium Siculi Syracuſas promittunt, faciunt, conſtituunt. Nemo erat, qui vadimonium concipere poſſet. Vadimonium mihi cum illo nullum eſt. Venit Romam, vadimonium ſiſtit, obit. Vadimonium differre, deſerere, miſſum facere.

Vado, is, ere. gehen. R. a Βάδω, eo. *Syn.* Eo, iter facio, ingredior. *Ufus.* Vadebam ad eum poſtridie. V. *Eo.*

Vador, aris, atus ſum, ari. Bürgſchaft von einem fodern, daß er vor Gericht erſcheinen wolle. *Syn.* In jus voco. *Ufus.* Si me vadari vis, promitto; in jus vocas, ſequor; judicium poſtulas, non recuſo. Hic hominem non vadatur, ita ſine vadimonio discedit.

Vadoſus, a, um, ſeicht, nicht tief, wo man durchwaden kann. *Syn.* Vadum habens, qua transiri pedibus poteſt.

Vadum, i, n. Furth, Sandbank. *Ufus.* 1. Vadum tentare equites juſſit. 2. *Transl.* Gefahr. Res in vado eſt, *in tuto.* Emerſit e vadis oratio. ſcopulosque eſt prætervecta.

Væ! weh! *Ufus.* Væ miſero mihi, cum herus domum redierit!

Vafer, ra, rum. liſtig, verſchlagen. *Syn.* Callidus, aſtutus, veteratbr. V. *Aſtutus.*

Vafre, argliſtiglich. *Syn.* Callide, malitioſe.

Vage, hin und wieder. *Syn.* Diſperſe. *Ufus.* Res vage disjectæ & ſparſæ.

Vagina, æ, f. eine Scheide. *Syn.* Gladii theca. *Ufus.* Gladium e vagina educere, vom Leder ziehen. In vaginam recondere, den Degen einſtecken.

Vagio, is, ii, itum, ire. ſchreyen wie ein Kind. *Syn.* Ejulo, infantum more ploro. *Ufus.* Ut ex hac ætate repuerascam, & in cunis vagiam.

Vagor, aris, atus ſum, ari. umſchweifen. *Syn.* Evagor, paſſim volito, erro. *Adv.* Late, libere; longe, paſſim. *Phraſ. Hinc & illinc vagatur*, er ziehet von einem Orte zum andern. Urbe tota volitat; huc illuc oberrat; huc illuc multiplici & erratico paſſu circumfertur; perpetuis erroribus circumagitur; huc illuc incerto pede fertur; vitam vagam profequitur. *Ufus.* Homines ſuſi per agros ac diſperſi beſtiarum more vagabantur. Ne vagari & errare cogatur oratio in tam immenſo campo. Animus errore vagatur. Ejus crudelitas per omnes ætates & ordines; ejus nomen latiſſime vagatur. V. *Error.*

Vagus, a, um. umſchweifend, ungeſtät. *Syn.* Erraus, inconſtans, incertus; diſperſus.)(*Stabilis.* *Ufus.*

Digitized by Google

Errans & vaga sententia. Vitam inopem vagamque prosequitur Vagus & exul erat. Vaga ac volubilis fortuna.

Valde, sehr. *Syn.* Vehementer admodum, majorem *vel* mirum in modum, egregie, non mediocriter, perquam, sane quam, impense, magnifice, graviter, inprimis, etiam atque etiam, mirifice, mirum quantum, supra vulgarem modum: sic ut nihil supra; sic, ut nihil magis. *Phras.* 1. *Valde doctus est*, er ist sehr gelehrt. Sane quam eruditus; insigniter doctus est; incredibile, quam doctus sit; doctus ita, ut qui maxime; quantum nemo unquam; ut nemo magis; satis, superque, bene, multum eruditus; admirandum in modum, oppido, magnopere, impendio litteratus. 2. *Valde te rogo*, ich bitte dich über alles. Summa contentione, sic ut majori cura petere non possim; summe; majorem in modum; vehementissime; quam possum maxime te oro atque obtestor. *Usus.* Aliquid valde affirmare. Valde vehementerque gaudeo. Suos valde amat, quam paucos habet. V. *Enixe.*

Vale, lebe wohl. *Syn.* Fac, operam da, cura, ut valeas.

Valens, tis, g. o. stark, mächtig. *Syn.* Robustus, fortis, firmus, validus, potens: sanus. (*imbecillus.* *Usus.* 1. Robustus, valens, audax satelles. Olim ita firma & valens hæc civitas. Valens Dialecticus. 2. *Sanus*, gesund. Malo te sero valentem, quam semper imbecillum videre. V. *Robustus, potens.*

Valeo, es, ui, itum, ere. können, vermögen; gelten; gesund seyn. *Syn.* Possum, polleo, potens sum, momentum affero: vim, vires, auctoritatem, pondus, momentum habeo; aliquo loco, *vel* numero sum apud aliquem; sanus sum, belle habeo. *Adv.* Augustius, belle, minus, bene, etiam atque etiam, in posterum, parum, maxime, melius, multum, non minimum, omnino, optime, deterius, plane, plurimum, perinde, proprie, recte. *Phras.* 1. *Multum valet apud omnes*, er gilt bey allen viel. Largiter apud omnes potest; nomen ejus apud omnes est amplissimum, plurimumque potest; plurimum momenti habet ejus auctoritas; magna est ejus vis. gravissima auctoritas apud populum; magno apud omnes loco est; locum tenet, obtinet non vulgarem; quo loco, quo numero illum habeant omnes, haud facile dixero. V. *Gratia, locus.* 2. *Parum valet in curia*, du bist in keiner Achtung bey dem Rathe. Obsolevit tua auctoritas; vacillat, jacet, friget, cecidit tua auctoritas, auctoritatem tuam æmuli infregerunt, exterminarunt; nullius est momenti, nullius ponderis, quod tibi videtur; nulla aut tenui es auctoritate, nullus es; vanum est auxilium tuum; nullo apud senatum loco es; nullo in numero haberis. *Usus.* 1. Opibus, armis, potentia, pecunia, gratia, auctoritate, ingenio permultum valet. Hoc ad beate vivendum permultum valet. Metus ad omnes valuit. Ignarus, quid virtus valeret. Sulpicius plus, quam ego apud te valere videtur. 2. *Recte habeo, belle habeo, meliuscule mihi est, recte mihi est, rectissime sunt apud me omnia, secunda valetudine utor*, wohl auf seyn. Si vales, bene est: ego quidem valeo. 3. *Salutantis supremum*, in Beurlaubung. Valete desideria mea, valete. Vale, mi Tiro, vale, vale & salve. 4. *Respuentis aliquid*, in Verabscheuung einer Sache. Tribuni isti, si nulla patriæ caritate tenentur, valeant cum suis illis legibus. V. *Possum.*

Valetudo, inis, f. Gesundheit, Leibesbeschaffenheit. *Syn.* Sanitas. *Phras.* 1. *Studeamus sane virtuti, sed valetudinem ne negligamus*, wir sollen uns der Tugend befleißigen, aber auch die Gesundheit nicht vernachläßigen. Sequamur virtutem, sed valetudinem quoque non in postremis habeamus, ponamus; valetudinis cum virtute ducenda est ratio. Plurimum virtuti, aliquid tamen valetudini tribuatur; spectanda virtus est, cum ea tamen valetudo ne abjiciatur. Excubare virtutis in studio, præclarum est, in

indormire tamen valetudini minime debemus. Excolatur animus virtutibus, nonnihil tamen corpori ſerviatur. Virtuti quidem inprimis, deinde etiam valetudini dare operam debemus. Virtuti primum, tum valetudini noſtrum quilibet ſerviat, conſulat, pareat, aliquid indulgeat, oportet. Virtutis primam, alteram valetudinis curandæ habeamus rationem oportet. 2. *Valetudine ſum bona*, ich bin von guter Geſundheit. Valeo recte, commode, belle valeo; valetudine utor bona. Bene, ſatis belle, ſatis commode, recte me habeo; recte mihi eſt; mihi eſt, ut volo; viribus utor bonis; roboris, virium, valetudinis habeo ſatis. V. *Sanus*, *incolumis*. 3. *Valetudine ſum infirma*, ich bin von ſchlechter Geſundheit. Valetudine utor parum, minime, haud ſatis, nequaquam firma, paullo infirmiore, imbecilla, non optima, ſatis affecta, incommoda, vitioſa. Minus belle valeo; viribus parum firmis ſum; vires mihi ſunt parum validæ; valetudinis, firmitudinis, virium, roboris minus eſt; virium imbecillitate laboro. V. *Morbus* 4. *Aſſidua litterarum tractatio valetudinem laedit*, das gar zu lang anhaltende Studiren ſchadet der Geſundheit. Aſſiduo ſtudiorum labore valetudo atteritur, infirmatur; incommodo afficitur; damnum facit. Studiorum laborem continuare diutius ſine valetudinis damno non licet. Valetudinis cum detrimento fit, quoties litterarum ſtudium pertinacius urgetur. Tenuitas virium continentem ſtudiorum laborem non fert, ſuſtinere non poteſt. Succumbat, neceſſe eſt, valetudo aſſiduæ litterarum exercitationi. Ferendo non eſt continenti ſtudiorum labori vicium hæc imbecillitas. 5. *Valetudinem paullatim recipio*, ich komme nach und nach wieder zur Geſundheit. Amiſſam valetudinem paullatim recupero, confirmo; ex afflicta valetudine paullatim emergo: languore, & valetudine ſenſim levor; melius mihi eſt; meliuſcule mihi eſt; melius mihi ſit in dies; corpus vigorem recuperat; vires corporis recipio; vis morbi laxatur; ſalubritatem toto corpore percipio. V. *Convaleſco*. *Uſus*. Uti valetudine bona, commoda, tenui, infirma, imbecilla; gravi, aegra, perdita. Multum me impedit valetudinis perturbatio, gravitas, infirmitas, imbecillitas. Valetudine a negotiis impedior. Valetudinem amittere, ſuſtentare, confirmare. V. *Vires*.

Valide, kräftig, mit Nachdruck, ſehr. *Syn.* Enixe, ſummopere. *Uſus*. Validiſſime ei faveo.

Validus, a, um. mächtig, kräftig, ſtark. *Syn.* Valens. *Uſus*. Cupio te quamprimum validum videre.

Vallaris, e. zum Walle gehörig, wegen des erſtiegenen Walles. *Uſus*. Muralibus, vallaribusque inſignes coronis.

Vallis, is, f. Thal. *Uſus*. Perpetua vallis jacet. Perpetua valle ſubmittitur regio.

Vallo, aris, atus ſum, are. mit einem Walle befeſtigen, umſchanzen. *Syn.* Stipo, munio. *Uſus*. Portus & ſuis operibus, & natura regionis vallatus. Hæc omnia quaſi ſepimento quodam amicitiæ vallanda ſunt. Legationis jus, hominum præſidio, & divino jure vallatum.

Vallus, i, m. Pfahl, Rebpfahl. *Syn.* Firmior palus.

Vallum, i, n. Schanze, Bollwerk, Wald. R. *a* βάλλω, *jacio*. *Syn.* Propugnaculum, munitio caſtrorum. *Uſus*. Hoſtibus vallum obducere, objicere. Caſtra vallo ac foſſa munire, cingere, circumdare. Foſſa & vallo ſeptum tenere aliquem. V. *Munio*.

Valvæ, arum, f. Fenſterladen, Thorflügel. *Syn.* Januæ templorum. *Epi*. Magnificentiores ex auro, ex ebore, multæ & graves, perfectiores. *Uſus*. In templo Herculis valvæ clauſæ repaguljs, ſubito ſe ipſæ aperuerunt. Patent valvæ. V. *Janua*.

Vaneſco, (ſ) is, ere. verſchwinden. *Syn.* Evaneſco. V. *Evaneſco*.

Vanitas, atis, f. Eitelkeit, Nichtigkeit. *Syn.* Inanitas mendacium. *Epi*. Blanda, incredibilis. *Uſus*. Ut vanitati veritas cedat. Levita-

Digitized by Google

te, vanitate, malitia exclusa. Opinionum vanitas.

Vanus, a, um. eitel, nichtig, schnöd. R. ex κενός. *Syn.* Futilis, inanis, levis, mendax, falsus. *Phras. Vanus homo est*, er ist ein leichtsinniger, eitler Mensch. Homo est longe ventosissimus; insigni futilitate & vecordia, in quo nihil grave, nihil cordatum, qui specie quavis capitur; pueriliter miratur omnia; inania puerorum delectamenta captat; cui studia ut plena vecordiæ, ita inania pleraque & fluxa sunt; qui pompis inanibus gaudet, animoque puerili spectat omnia, & metitur. *Usus.* Vana ratio. Aruspices, vanum & futile genus hominum. Vana spe sibi illudere. V. *Inanis*, *mundanus*, *levis*.

Vapor, oris, m. Dunst, Dampf *Syn.* Humor terrenus, aut marinus extenuatus; exspiratio, anhelitus terræ. *Usus.* Vapores ex aquis tepefactis & agris excitantur. Terra semen tepefactum, vapore & complexu suo diffundit.

Vaporarium, ii, n. Badstube, Dampfloch, Schwitzstube.

Vapulo, as, avi, atum, are. geschlagen werden. *Syn.* Cædor, verberor. *Usus.* Omnium sermonibus vapulat. V. *Verbero*.

Variatio, onis, f. Veränderung, Abwechslung. *Usus.* Plebs consules eosdem sine ulla variatione dixit.

Varie, mancherley vielfältig. *Syn.* Dissimiliter, diverse. *Usus.* Ea vis varie movetur a sideribus. Varie disputare.

Varietas, tis, f. Veränderung, Mannichfaltigkeit. *Syn.* Dissimilitudo, dispar ratio, mutatio, mobilitas. *Epi.* Admirabilis, inæqualis, incredibilis, jucunda, magna sententiarum, multa, perfecta, perspicua, propria, simplex, suavis, subtilis, summa, annuæ, innumerabiles, non optabiles, multæ. *Usus.* Ut in corporibus magna dissimilitudo, sic animorum maximæ varietates. Varietas est propria fortunæ. Hoc sidus multas generat, præbet, facit, suppeditat varietates. Auctores in magna varietate ac dissensione sunt constituti. Quid varietate, vicissitudine, commutatione aptius? V. *Mutatio*, *inconstans*.

Vario, as, avi, atum, are. verändern, abwechseln. *Syn.* Distinguo, varietate distinguo, varietatem facio; muto, commuto, verto *Usus.* Orationem variare & distinguere verborum & sententiarum insignibus. Ut variari voluptas possit. V. *Muto*.

Varius, a, um. verschieden, mancherley. R. ἀβαλιός, *vel* φάλιος. *Syn.* Dissimilis, dispar, diversus, multiplex, cujusque modi, *vel* generis, varietate distinctus; multiformis, commutabilis *Phras. Homo est varius*, *commutabilis*, *multiplex*, er ist sehr veränderlich und unbeständig. Moribus est variis; nunquam sibi constat; a se ipso dissidet; alios in horas vultus moresque induit, gerit; centies commutat, quæ statuit, seque ipse retexit; novum quotidie ingenium induit; animum in diversum facile mutat. V. *Muto*. *Usus.* Multiplices variique sermones; variæ & discrepantes voluntates. Varii mores, varia oratio, varium poema. V. *Mutabilis*, *inconstans*.

Varix, icis, m. Krampfader.

Vasarium, ii, n. Vorrath an Geschirren, Credenz. *Syn.* Supellex vasorum: *vel* pecunia magistratui in provinciam abeunti viatici nomine attributa.

Vas, vadis, m. Bürge. *Syn.* Qui pro aliquo spondet, *vel* obligatur, præsertim in causa capitali; qui alicujus causam omnem suscipit, & se pro illa supponit reum; qui præstat alterius culpam; qui se suamque fidem in rem interponit. *Usus.* Vadem te tyranno dabis pro amico? Me pro amico vadem accipies. Alter vas factus est ejus sistendi.

Vas, vasis, n. ein Geschirr, Gefäß. *Epi.* Argenteum, aureum, grande, vinarium. Fictilia, magnifica, pretiose cælata, plurima & pulcherrima, vitiosa. *Usus.* Exposuit vasa Samia, Corinthia, Delia, magnifica, & pretiose cælata. Corpus quasi vas est animi, & receptaculum.

Vascularius, ii, m. der köstliche Geschirre macht. *Syn.* Vasorum conficien-

ficiendorum artifex. *Uſus.* Cælatores vaſcularios convocat.

Vaſtatio, onis, f. Verwüſtung, Zerſtöhrung. *Syn.* Vaſtitas, depopulatio. *Uſus.* Italiam a vaſtatione defendit.

Vaſte, wüſt, öde, zerſtöhrt. *Uſus.* Aſpere, vaſte, ruſtice; hiulce loqui.

Vaſtitas, atis, f. Wüſteney, Zerſtöhrung. *Syn.* Vaſtatio, ſolitudo, ruina. *Epi.* Deſerta & inculta, miſerrima. *Uſus.* Quæ vaſtitas in agris, quæ ſolitudo? Quam deſerta, inculta, relicta omnia? Vaſtitatem a templis, delubris, urbe depellebat. Bella effecere hanc vaſtitatem. V. *Ruina*

Vaſto, as, avi, atum, are. verheeren, verwüſten, zerſtöhren. *Syn.* Vaſtitatem infero, depopulor. *Phraſ.* 1. *Vaſtatur regio omnis*, das ganze Land wird verwüſtet. Hoſtes adeo effuſe populationem faciunt, nihil ut bello intactum relinquatur. Uruntur noſtra, & ferro flammaque omnia pervaſtantur. Per omnem late agrum populabundus hoſtis incedit, graſſatur. Nocturnis incurſionibus ſummam vaſtitatem efficit. Vaſtas ex pulcherrima regione ſolitudines facit hoſtis; agri nudantur, exſcinduntur urbes, cædibus & incendiis horrent omnia. Fumant incenſa paſſim tecta, cuncta bello ſunt evaſtata. Vexantur urbes, ardent oppida, agri exinaniuntur. 2. *Hoſte in fugam acto vaſtare agrum hoſtilem viſum eſt*, nachdem der Feind vertrieben war, hat man beſchloſſen, das feindliche Land zu verwüſten. Vaſtatione affligere opes hoſtium, depopulationem, vaſtationem inferre; vocare ad exitium & vaſtitatem; depopulari fines; prædari, vexare, omnia longe lateque affligere; poſſeſſiones rapinis, ferro flammaque conſumere libuit. Prædatum abire in hoſtes viſum eſt; immiſſa armata juventute, cum magna trepidatione agreſtium villas diripere ac incendere, agros urere, vicos exſcindere, impetu ipſo proculcare omnia, ac hoſti ſolitudinem facere. 3. *Vaſtata ſunt omnia*, es iſt alles geplündert und verwüſtet worden. Bellum in tecta urbis geſtum eſt, muri cuniculo ſubruti, aut ariete ſtrati, effractæ portæ, urbs ipſa excidio ac ruinis data. Exuſta paſſim oppida, crematæ villæ, omnia flammis ac ruinis ſunt æquata. Abactæ prædæ hominum pecorumque, incendia paſſim facta, omnia bello exhauſta ſunt. Non incolæ ſuas urbes, non cultores habent terræ, omnia ferrum flammaque miſcuit, cædeque ac incendio cuncta ſunt completa; hoſtibus, niſi nudum ſterileque ſolum, relictum eſt nihil. Urbes ad ſolum dirutæ, atque in ipſa tecta ſævitum. Omnia ſtrata, & pedibus ſubjecta; quidquid uſui eſſe poſſet, corruptum; adeo non avaritia, ſed crudelitas capta in regione graſſabatur. Regia totâ omni clade vaſtata, nihil neque intactum, neque integrum relictum, ruinis demum & ignibus deleta omnia. V. *Populor*, *depopulor*. *Uſus.* Bello vaſtabitur Italia, tecta ardebunt, agri exinanientur. V. *Deſtruo*, *exhaurio*.

Vaſtus, a, um. öde, wüſte. R. a Ϝαυστὸς, *deſertus*. *Syn.* Deſertus. *Uſus.* 1. Ager propter ſterilitatem incultus, propter peſtilentiam vaſtus & deſertus. 2. *Immani magnitudine*, ungeheuer, groß, Bellua vaſta & immanis; vaſtum mare transire. 3. *Incompoſitus*, *inſuavis*, *difficilis*, *durus*, *aſper*, unangenehm, hart. Quidam corporis motus vaſti & agreſtes. Vocalium contorſiones vaſtam & hiantem efficiunt orationem.

Vates, is, g. c. Weißager, Prophet. R. *q.* Fates a fando. *Syn.* Fatidicus, divinus, divino ſpiritu inſtinctus, ſpiritu divino tactus vir. *Epi.* Verus, optimus. *Uſus.* Utinam falſus ſim vates! Vates, haruſpices, fulguratores, interpretes oſtentorum, augures, ſortilegi, chaldæi, hariolatores, conjectores.

Vaticinatio, onis, f. Weißagung, Wahrſagung. *Syn.* Oraculum, prædictio. *Epi.* Falſa, vera. *Uſus.* Sortes, quæ vaticinatione ſunduntur. Auſpicia, oracula, ſomnia, vaticinationes. V. *Divinatio.*

Vaticinor, aris, atus ſum, ari. weißagen, wahrſagen. *Syn.* Divino, futura præſentio. *Adv.* Impudenter. *Uſus.* Vaticinantis in modum cecinit, excidium patriæ fatale,

Digitized by Google

tale prodens. Hæc ego conjectura prospiciens, vere vaticinari possum; magna nobis impendet Ilias. V. *Praefagio.*

Uber, ris, n. Brust. *Syn.* Mamma.

Uber, ris, g. o. überflüßig, reichlich, fruchtbar. *Syn.* Fecundus, ferax, fertilis, abundans, copiosus. *Usus.* Agro bene culto nihil est nec usu uberius, nec specie ornatius. Plenior & uberiar ad dicendum. V. *Copiosus.*

Ubertas, tis, f. Ueberfluß, Fruchtbarkeit. *Syn.* Abundantia, copia, magnitudo. *Epi.* Maxima, vetus, summa agrorum. *Usus.* Omnis ubertas, & quasi silva dicendi. Summa ubertas & copia frugum. V. *Copia.*

Ubi, wo. *Syn.* Quo loco. *Usus.* 1. Nemo est, quin ubivis, quam ibi, ubi est, esse malit. 2. *Postquam, cumprimum, simul ut,* nachdem, sobald. Ubi galli cantum audit, mensam tolli jubet. 3. *In quo,* an welchem Orte. Porticus ubi ambulabam. In ea urbe, ubi natus es. Ubi gentium est is homo?

Ubicunque, wo es auch sey. *Syn.* Quocunque in loco, ubiubi. *Usus.* Ubicunque gentium & terrarum fueris.

Ubinam? wo?

Ubique, allenthalben, aller Orten. *Usus.* Mortales, qui ubique sunt.

Ubivis, allenthalben, überall. *Usus.* Ubivis esse malim, quam ibi.

Udus, a, um. naß. *Syn.* Udis oculis respicies.

Ve, oder. *Usus.* Bis, terve litteras miserat.

Vecordia, æ, f. Zaghaftigkeit, Thorheit. *Usus.* Color exsanguis; foedi oculi, prorsus in facie vultuque vecordia

Vecor, dis, g. o. dumm, albern, zaghaft. *Usus.* Vecors repente sine suo vultu, sine dolore, sine voce constitit. Istius vecordissimi mentem cura metusque terrebant. V. *Excors, piger.*

Vectigal, is, n. Zoll, Steuer, Brückengeld, Abgabe. R. *a* veho, *vel* veho. *Syn.* Portorium. *Epi.* Certissimum, domesticum, grande, iniquum, grave, magnum, præclarum, præterium, stipendiarium. Integra, magnifica populi, media, minora, publica, ridicula, silva, transmarina, urbana. *Phras. Vectigalibus praeest,* er ist oberster Zollschedienter, Zollmeister. Illi maxime commissa, commendata, demandata est vectigalium cura. Vectigalia præcipuo, summo quodam jure tractat, exercet. Unus præcipue vectigalium curam gerit, sustinet; scripturæ præest; princeps publicanorum est. *Usus.* Vectigal grave provinciis imponere, irrogare, Steuer auferlegen. Vectigalia acerbe exigere, exercere, Steuer einfodern. Vectigal pendere, pensitare, Steuer erlegen. Vectigalibus graviffimis liberare, levare populos, Steyer und Gaben, vermindern. Vectigal conducere, redimere Bello affliguntur, pervertuntur, conquiescunt nostra vectigalia. V. *Tributum.*

Vectigalis, e. zinsbar, zollbar, steuerbar. *Syn.* Stipendiarius, tributarius, qui tributum pendere, solvere, conferre debent, qui publice aliquid pendunt. *Usus.* Is provinciam vectigalem nobis & stipendiariam fecit. Græcos nobis vectigales habemus. Non sunt immunes hi agri sed fructuarii & vectigales. V. *Obnoxius.*

Vectio, onis, f. die Fuhre, Führung.

Vectis, is, m. Hebel, Hebebaum, Riegel. *Usus.* Demoliri signum vectibus.

Vector, oris, m. Schiffmann, Fährmann. *Syn.* Navigans, qui vehit, & vehitur. *Epi.* Ingratus, timidus, perterritus. *Usus.* Vectores timidi adversa tempestate.

Vectura, æ, f. die Fuhre, Fuhrlohn. *Syn.* Vectio. *Epi.* Longa, difficilis. *Usus.* Pro vectura solvere. Est summa vecturæ difficultas.

Vegetus, a, um. frisch und gesund, munter, hurtig, muthig. R. *a* Vigeo. *Syn.* Sanus, firmus, valens. *Usus.* Vegetum ingenium in vivido pectore vigebat. Siste te nobis vegetum in Græcia. Vegeta mens, sensusque integri.

Vehemens, tis, g. o. heftig, stark. *Syn.* Acer, fortis, ferox, incensus, immoderatus, effrenatus, nimius, ardens. *Phras. Vehemens natura est,* er ist von Natur hitzig. Ingenio est vehementiore; efferveſcens facile, incitatus & violentus; in-

Digitized by Google

vidiore vir animo; ingenii vitio impotentior & asperior; ingenio percito & feroci; impotens, immodicus, nimius animi; ferox natura; acri & vehementi quadam inflammatione incitatus; vehementis vir ingenii. *Usus* Nimium est vehemens feroxque natura. V. *Fervidus, praeceps.*

Vehementer, heftig, hitzig. *Syn.* Acriter, acerbe, aspere, impense nimiopere, etiam atque etiam, incredibiliter, mirum quantum, summa contentione, summa ope, omnibus nervis, omnibus machinis, vehementissima contentione animi, ingenii, virium, animo acri majoribus praesidiis ac copiis, omni arte, industria, solertia, omni ope ac opera, majorem in modum.)(*Remisse. Phras. Vehementer dixit*, er hat heftig geredet. Omnes dicendi faces adhibuit; summa contentione animi, ingenii, virium dixit; vehementissime declamavit; acris in oratione spiritus erat; acriter & vehementer praeliatus est; perpetuaque ac pleniffima gravitatis oratione adversarium fregit. *Usus.* Illud mihi vehementer displicet. V. *Ipsixe.*

Vehiculum, i, n. Wagen, Kutsche. *Syn.* Rheda, essedum, carpentum. *Epi.* Divinum & novum, triumphale. *Usus.* Ego vehicule me ex horum latrocinio eripiam, si navis deerit.

Veho, is, xi, ctum, ere. führen, fahren. *Syn* Porto, inveho, convehо, deveho, subveho, deporto *Adv.* Male. *Usus.* Curru, equo, navi, in navi; rheda per urbem vehi. Fruges ex agris vehere, jumentis deportare. V. *Currus.*

Vel, oder, entweder. *Syn.* Ve, seu, sive, aut. *Usus.* 1. Multorum vel periculo, vel honori servire. 2. *Praecipue, etiam, cumprimis*, auch so gar. Vel mori satius est, quam servire. Vel acerrimus oratorum.

Velamentum, i, n. Decke. *Usus.* Ramos olex, ac velamenta alia supplicum porrigentes.

Veles, itis, m. leichtgerüstetes Soldat. *Syn.* Levis armaturae miles.

Velificatio, onis, f. das Segeln, Schiffen. *Usus.* Mutata velificatione id facilius assequuntur.

Velificor, aris, atus sum, ari. segeln, nach Ehren trachten, willfahren. *Syn.* Vela facio. *Transl.* Faveo, gratificor, auram popularem capto. *Usus.* Honori suo, aut cupiditati velificari V. *Assentor.*

Velitaris, e. zum Scharmützeln gehörig. *Usus.* Pugna, hasta, arma velitaria,

Velitatio, onis, f. Scharmützel, Gefechte. *Syn.* Pugna, digladiantium dimicatio. *Usus.* Velitationes facere, & in multa praelia, parvaque capere summam totius belli.

Velitor, aris, atus sum, ari. scharmützeln, fechten. *Syn.* Pugno, contendo, certo. *Usus.* Diu mecum velitabatur.

Vellico, as, avi, atum, are. rupfen, zupfen. *Syn.* Pervello. *Usus.* In conviviis rodunt, in circulis vellicant, ubique carpunt.

Vello, is, velli, vulsum, ere. ausreißen, rupfen. *Syn.* Evello, pervello. *Usus.* Illa, quae vellerat ex patellis, in aureis poculis illigabat. Spinas vellere

Vellus, oris, n. abgeschorne Wolle. *Syn.* Lana ex ovibus detonsa.

Velo, as, avi, atum, are. bedecken, verhüllen. *Syn.* Tego, obduco. *Usus.* Pietatis nomine velare suam cupiditatem, V. *Tego.*

Velocitas, tis, f. Behändigkeit, Geschwindigkeit. *Syn.* Pernicitas.)(*Tarditas. Usus.* Non enim viribus, non velocitatibus, aut celeritate corporum res magnae geruntur. Alii velocitate ad cursum valent.

Velociter, behend, geschwind, schnell. *Syn.* Ocius.)(*Tarde.*

Velox, ocis, *g. o.* behend, geschwind. *Syn* Celer. V. *Celer.*

Velum, i, n. Vorhang, Segel. *Syn.* Integumentum, involucrum. *Epi.* Carbaseum, plenum. *Usus.* Multis simulationum velis natura cujusque obtenditur. Res illa velis remisque fugienda. Ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela dare, facere. Plenis velis navigare. Vela pandere, contrahere, dimittere, subducere.

Velut, gleichwie, als wie, gleich als, *Syn.* Veluti, ficut. *Usus.* Velut in hac quaestione. V. *Sicut.*

Vena, ae, f. eine Blutader. *Syn.* Arteria. *Epi.* Cava; abditae, ad usum

Digitized by Google

sum aptæ, crebræ, multæ, reconditæ auri. *Prosa. Venam secare*, Aderlassen. Venas incidere; e venis sanguinem mittere; detrahere aliquid sanguinis; e venis sanguinem elicere; venam ferire; incisa vena sanguinem minuere; venas sanguine exonerare, levare. *Usus.* 1. Sanguis per venas in corpus omne funditur. Venæ & arteriæ micare non desinunt. Si cui venæ sic moventur, is habet febrim. Venam pertentare. 2. *Transl. Pars interior*, das Innerste eines Dinges. Periculum in visceribus venisque reipublicæ inclusum. Reconditæ auri argentique venæ. Venas cujusque generis, ætatis, ordinis teneat orator, oportet.

Venabulum, i, n. Jäger-spieß, Schweinsspieß, Fangeisen. *Syn.* Hasta, telum, spiculum venaticum. *Usus.* Venabulo transverberare bestiam.

Venalis, e. feil, um Geld zu verkaufen. *Syn.* Ad vendendum expositus, pretio addictus, merce adstrictus. *Usus.* Proponere, habere fidem venalem, quæstui habere rempublicam. Domi tuæ turpissimo quæstu omnia erant venalia, virtus, pudor, jusjurandum.

Venalitius, ii, m. ein Verkäufer, sonderlich der Sklaven. *Syn.* Venditor mancipiorum. *Usus.* Divitis Africanos omnes multi venalitii mercatoresque superarunt.

Venaticus, a, um. zum Jagen gehörig. *Usus.* Canes venatici.

Venatio, onis, f. Jagd. *Syn.* Venatus. *Usus.* Condunt curas aucupium & venatio. Prodigi venationum apparatus. V. *Venor.*

Venator, oris, m. Jäger, Nachforscher. *Usus.* Pernoctant venatores in nive, in montibus uti se patiuntur. Physicus, speculator venatorque naturæ.

Venatus, us, m. das Jagen. *Syn.* Venatio. *Usus.* Labor in venatu, cursus, sudor.

Vendibilis, e. verkäuflich, das einen Werth hat. *Syn.* Tolerabilis. *Usus.* Orator, oratio vendibilis.

Vendico, as, avi, atum, are. zueignen, zuschreiben. *Adv.* Quodammodo. *Usus.* Quisque prædæ partem sibi vendicat. Homerum Chii suum vendicant. V. *Attribuo.*

Venditatio, onis, f. das Angeben, Prahlerey. *Syn.* Ostentatio. *Usus.* Laudatiora, quæ sine venditatione, & sine populo teste fiunt. V. *Ostento.*

Venditio, onis, f. Verkauf, Handel. *Syn.* Abalienatio. *Epi.* Fraudulentæ, firmæ, ratæ. *Usus.* Venditio bonorum.

Vendito, as, avi, atum, are. feil bieten, anbieten, sich rühmen. *Syn.* Ostento. *Adv.* Fallacissime se, flagitiose eloquentiam, perditissime decreta seu imperia, palam commentaria. *Usus.* Venditare se alicui, & operam polliceri. Memoriam ostentare, venditare ingenium. V. *Glorior, ostento.*

Venditor, oris, m. Verkäufer. *Syn.* Venalitius. *Epi.* Firmior, liberalis. *Usus.* Mercatores provinciarum, venditores libertatis.

Vendo, is, didi, ditum, ere. verkaufen. R. Venum do. *Syn.* Alieno, abalieno, venditionem facio, pretio addico, venale habeo.)(*Emo. Adv.* Gravate, male, nominatim vectigalia, non ita commode, præclare, cum optime, recte, palam. *Usus.* Vendere aliquid alteri grandi pecunia. Parvo pretio, quam optime, sub corona, sub hasta vendere. Imentis fide vendere, auf Credit verkaufen. Præsenti ære, numerata pecunia vendere, um baares Geld verkaufen. Bona sub hasta vendere, præconis voci subjicere, auctionem facere, den Meistbietenden verkaufen.

Veneficium, ii, n. Zauberey. *Syn.* Veneficii artificium, crimen, cantio. *Usus.* Id veneficiis & cantionibus factum dicebar. Veneficiis remedia invenire.

Veneficus, a, um. Zauberer, zauberisch. *Syn.* Qui venena spargit, qui cantionibus & malis artibus utitur, ad suam libidinem explendam. *Usus.* Venefici nomen delatum est.

Venenatus, a, um. vergiftet. *Syn.* Venenum habens, veneno imbutus & infectus. *Usus.* Vipera venenata. Telo venenato ictus concidit.

Venenum, i, n. Gift. R. *quasi cito per venas ions, Scalig. vel a* Φένων, *occidens. Syn.* Virus. *Epi.* Improbabile, insuetum, novum, ma-

Digitized by Google

malum, recens, suspiciosum, apertum, omnibus manifestum. *Phras.* 1. *Venenum alicui porrigere*, einem mit Gifte vergeben. Venenum alicui parare, præbere, infundere, dare; aliquem veneno interficere, tollere, necare, occidere; veneno grassari. 2. *Venenum sumere*, Gift nehmen. Venenum haurire, sumere, bibere; veneno sibi mortem conscisere; poculum mortis exhaurire; veneno se exanimare; veneno mortem præcipere. *Usus.* Venenum spargere. Veneno uti. Venenum dilui ferrumque promit.

Veneo, is, ii, ire. verkauft werden. *Syn.* Vendor, sub præcone subjicior, pretio addicor. *Usus.* Cur bona non veniere? Si venibunt horti, venibunt quam plurimo. V. *Vendo*

Venerabilis, e. ehrwürdig. *Syn.* Cultu & veneratione dignus.

Venerabundus, a, um. ehrerbietig. *Usus.* Perfusus horrore, ac venerabundus astitit.

Veneratio, onis, f. Ehrerbiethung, Verehrung. *Syn.* Honor, reverentia. *Epi.* Justa. *Usus.* Quidquid excellit, justam venerationem habet. V. *Reverentia.*

Venereus, a, um. geil. *Usus.* Rebus venereis uti; voluptatibus venereis frui. Venereo complexu jungi.

Veneror, aris, atus sum, ari. ehren, werth halten. *Syn.* Colo. *Adv.* Sancte, anguste. *Phras.* *Loca sacra venerari*, die heil. Orte andächtig verehren. Eximia religione colere; pie sancteque colere; sacris locis religiosum cultum adhibere; veneratione prosequi. *Usus.* Dii, quos colere, precari, venerarique solemus. Aliquem ut Deum *vel* pro Deo venerari. V. *Colo*, *Revereor*, *adoro*.

Venia, æ, f. Verzeihung, Erlaubniß. *Syn.* Condonatio erroris, impunitas, potestas, copia, facultas. *Epi.* Accommodata, bona, molesta, tenuis *Phras.* 1. *Delicti veniam petere*, er bittet um Verzeihung seines Verbrechens. Ad clementiam veteram confugit, ut ignoscatis, rogat; suis peccatis concedi ignoscique orat; veniam & immunitatem rogat; delicti gratia ut fiat; venia ut detur; noxa ut una hæc mittatur; præterita ut condonentur, aut parentum promeritis remittantur, supplicat. *Usus.* 1. Iis, qui errorem suum deposuerunt, & peccasse se fatentur, veniam petentibus, venia danda, concedenda, tribuenda est. Dabunt mihi veniam cives mei, vel potius gratiam habebunt. A diis immortalibus veniam & pacem exposcere. 2. *Potestas*, *facultas*, Erlaubniß. Date mihi veniam exponendi. Quod pace vestra, quod bona vestra venia dictum sit.

Venialia peccata, läßliche Sünden. Noxæ minores, errata leviora, peccata leviora & quotidiana, quæ crebra magis, & pauciores quasi officii numeros præterunt; divinæ legis offensiones crebræ quidem, sed leviores; culpæ minores, quæ plorumque etiam animis frequenter obrepunt. V. *Peccatum.*

Venio, is, ni, tum, ire. kommen. *R. a βαίνω.* *Syn.* Advenio. *Adv.* Ad vesperum, æqualiter, aliquando, audacter, belle, bene, brevi, celerius, clam, confestim, continuo, coram, crebro, diligentius, divinitus, falso, honeste, incommode, libere, longè, maturius, modeste, necessariè, nunc primum, obviam, occultè, opportunè, optatò, palam, paratius, perraro, postremo, precario, privatim, proximè, publice, quamprimum, serius, stultè, tardissimè, tuto, vesperi, ultro. *Phras.* 1. *Veni quamprimum*, komm aufs baldeste. Contende ad nos, advola quamprimùm; præsto sis; ad nos excurre; convenì nos quamprimum; opportune te nobis ostende. 2. *Cumprimùm venit ad nos*, sobald er angekommen ist. Simul ut ædes nostras tetigit; simul ut ad nos delatus est; simul ut pedem in ædibus nostris posuit; simul ut nos adivit, præsto fuit; simul ut domum nostram accessit; simul ut nos convenit; simul ut se nobis ostendit; simul ut ædes nostras attigit. 3. *Libenter jam veniret*, er möchte schon gerne kommen. Jam aspirat in urbem nostram; appropinquare; adventum festinare; diem cupide exspectat, quo se urbs nostra accipiet; quo se ardere ad urbem nostram; se mo-

Digitized by Google

do liceret. 4. *Quomodo in eam mentem veniſti?* wie biſt du auf dieſe Gedanken gekommen? Quomodo huc deſcendiſti? ad iſtas ineptias abiiſti? huc perductus, delapſus es? quomodo ad hæc inania defluxiſti, te demiſiſti? 5. *Eo ventum tandem eſt*, es iſt endlich ſo weit gekommen. Eo res rediit; in eum locum adducta eſt; in eum locum rediit, deducta eſt; in eum locum res venit; eo res perducta eſt, prorupit; eo delapſa res eſt. 6 *Inde veniunt hæc mala*, daher kommt uns dieſes Unglück. Inde hæc manant, fluunt, affluunt, naſcuntur incommoda. Ex hoc fonte defluunt, profluunt omnes iſtæ miſeriæ. Hic fons eſt, hæc origo omnium malorum. V. *Cauſa*, *origo*. *Uſus*. 1. in amicitiam alicujus, familiaritatem, complexum, conſpectum, conſuetudinem venire. Neſcio, quomodo in certamen cum illo, ad inimicitias, in contentionem honoris venerim. In calamitatem ingentem venit. Res ad arma, ad pugnam, ad manus veniet. Ea res in oblivionem, in conſuetudinem, in ſermonem & vituperationem, in odium publicum, in ſummam gloriam venit. Res, quæ in controverſiam, in diſceptationem veniunt. In ſuſpicionem, in ſpem, in poſſeſſionem, in numerum oratorum venire. In diſcrimen, in periculum venire Venit mihi in mentem Si uſus venerit. 2. *Obtingit*, *obvenit*, zukommen. Magna ei hereditas venit, multæ divitiæ, fama, honor ei venere. 3. *Adverſor*, dawider kommen. Venire contra rem, exiſtimationem, gratiam alicujus. Venire alicui adverſum.

Venor, aris, atus ſum, ari. jagen, nachjagen. *Syn.* Venatu me exerceo, venationi operam do, venatione me oblecto, feras conſector, inſector, aucupor. *Uſus*. 1. Canum mira alacritas in venando. 2. *Transl.* ſich beſtreben. Modeſtiæ laudem in re aliqua venari. V. *Capto*.

Venter, tris, n. der Bauch. *R. ab* ἔντερον, *inteſtinum*. *Uſus*. Vitium ventris & gutturis, *vulg.* *gulositas*.

Ventilator, oris, m. der das Getreid ſchwinget, Unterſucher. *Syn.* Qui frumentum ventilat.

Ventilo, as, avi, atum, are ſchwingen, wurfen. *R. a Ventulus*. *Uſus*. Ejus lingua, quaſi ſeditionis flabello ventilata concio. V. *Excuto*.

Ventito, as, avi, atum, are. oft kommen. *Syn.* Crebro venio.

Ventoſus, a, um. windig. *Syn* Levis, inanis, vanus. *Uſus*. Homo ventoſiſſimus, ein unbeſtändiger, aufgeblaſener Menſch.

Ventriculus, i, m. der Magen. *Uſus*. Ventriculus cordis, cui ſimilis eſt alter ventriculus, in quem ſanguis ex jecore influit.

Ventus, i, m. Wind. *Syn.* Aura, flamen. *Epi.* Non adverſus, gravis, moleſtus, popularis, ſervus, ſubtilis, vehemens, ſalutaris alicui, ſecundus, tempeſtivus. *Phraſ.* 1. *Ventus vehementior fit*, der Wind wird immer heftiger. Increbeſcit ventus; ingraveſcit, violentior incumbit ventus; vehementius ſpirare incipit; majori ſe impetu effundit; furere, ſævire, tumultuari majorem in modum incipit. V. *Tempeſtas*. 2. *Ventus lenior ſpirat*, es geht ein gelinderer Wind. Aura leniter, molliter, placide ſpirat; levis favonius inſuſurrat. 3. *Ventus ſe ponit*, der Wind legt ſich. Ventus cadit, concidit, remittit; ventus ponit; venti vis omnis cadit; frangit ſe ventus, langueſcit; ventus jam eſt remiſſior. 4. *Ventum habemus proſperum*, wir haben guten Wind. Secundo utimur vento; idoneum ventum nacti ſumus; ventus flat belliſſime; venti nobis obſecundant; ſecunda vehimur, provehimur aura; flantibus ad puppim ventis propellimur. Ventis ferimur ſecundis. 5. *Ventos habemus contrarios*, wir haben widrige Winde, Gegenwinde. Reflant venti; venti adverſi ſunt; adverſis ventis utimur; ventis reflantibus rejicimur. 6. Den Mantel nach den Winde hängen. Ex ancipiti mutatione temporum pendere; ſe ad motum fortunæ movere; ſuſpenſas habere ex temporum inclinatione conſiliorum rationes. *Uſus*. 1. Mare ventorum vi turbatum & agitatum. Cape flabellum, & ventum mihi facito. Meliores ventos exſpecto. Vento ſe, & mari dare. Si mites lenesque fuerint venti, ſolvemus. 2. *Transl.* Rumo-

Digitized by Google

morum ventos colligere. Populärem ventum quærere, aucupari. Dux nobis & auctor opus, & horum, quos proposui ventorum moderator quidam, & gubernator. Cæsaris nunc venti valde secundi sunt.

Venundo, f. venumdo, as, dedi, datum, are. verkaufen. *Syn.* Vendo.

Venus, eris, f. Liebesgöttinn, Wohlluſt. *Syn.* Voluptas. *Uſus.* Sine Cerere & Libero friget Venus.

Venuſtas, tis, f. Lieblichkeit, Holdſeligkeit, Annehmlichkeit *Syn.* Pulchritudo *proprie* muliebris, lepos, gratia, ſuavitas *Epi.* Eximia, muliebris, priſca, prope ſcenica, ſumma. *Uſus.* Agere cum dignitate & ſuavitate Homo affluens omni lepore & venuſtate. V. *Pulcher.*

Venuſte, liebreich, ſchön, annehmlich. *Syn.* Pulchre, belle, apte, elegänter, commode. *Uſus.* Illud pervenuſte cecidit.

Venuſtus, a, um. ſchön, liebreich, holdſelig. *Syn.* Lepidus, feſtivus. *Uſus.* Geſtus & motus corporis venuſtus. V. *Pulcher, elegans*

Vepris, is, m. Dornbuſch, Hecke. *Syn.* Spinæ.

Ver, ris, n. Frühling, Lenz *à Græco* ἦρ. *Pars anni ab æquinoctio ad ſolſtitium in Cancro. Syn.* Vernum tempus, tempus hiemi ſenescenti adjunctum, tempeſtas verna, dies verni, pars anni floridior. *Uſus.* Vere jam appetente. Veris initium a favonio notatur Ver tanquam adoleſcentiam ſignificat.

Verax, acis, *g. o.* wahrhaft. *Syn.* Veridicus, minime fallax, veritatis cultor & amicus.

Verber, eris, n. Streich, Schlag. *P. q.* Ferber a ferio. *Syn.* Virga, flagellum. *Phraſ. Ventum eſt ad verbera*, es iſt endlich zu den Schlägen gekommen. Nec manibus temperatum; procacitas manibus coërcenda videbatur; ubi verba minus proceſſiſſent, de tergo hominis infelicis fatisfactum; verbera adhibebantur; verberibus male multatus, acceptus eſt *Uſus.* Aliquem vinculis, verberibus, omni ſupplicio excruciatum necare. Verberibus aliquem cædere, exanimare.

Verberatio, onis, f. das Schlagen. *Syn.* Pulſatio

Verbero, as, avi, atum, are. ſchlagen. *Syn.* Cædo, pulſo, manus affero, vim & manus affero, infero. *Adv.* Vehementiſſime. *Phraſ. Graviter eum verberavit*, er hat ihn hart geſchlagen. Latera illi tutudit; fuſtibus membra debilitavit, loris concidit, cecidit; verberum dolore laniavit; graviter hominem pulſavit; de ejus tergo ſibi ſatisfecit; verberibus eum ſœdum in modum accepit, affecit, laceravit; multis plagis multavit; ejus tergo dire conſulnit; homo miſer tergo pœnas dependit; dirum in modum ab eo vapulavit. V. *Cædo, fuſtis, ictus. Uſus* Verberare matrem: Aliquem tacito cogitationis convitio verberare.

Verboſe, weitläuftig. *Syn.* Loquaciter, copioſe, multis verbis.

Verboſus, a, um. geſchwätzig, wortreich, weitläuftig. *Syn.* Multus in verbis, loquax. *Uſus.* Habes epiſtolam juſto verboſiorem. V. *Inanis.*

Verbum, i, n. Wort. *R. Varronis à* Vero: *aliis a* Verberatione aëris. *Syn.* Nomen, vox, vocabulum. *Epi.* Ardens, conſideratiſſimum, durum, inſolens & humile, elegans, grave; immutatum, inflexum, infinitum, novatum, translatum, nefarium, odioſum, plenum humanitatis, priſcum, ſolenne, ſuſpicioſum, uſitatum ac tritum. Verba grandia, ampliſſima, gravia, ſonantia, ſplendida, dura, aſpera, inſolentia, priſca, inquinata, abjecta, odioſa, intolerabilia, inepta, rigida, obſoleta, non aperta, longe petita, ſcabra. *Phraſ.* 1. *Multi verba ſtudioſe curant, rem & ſententiam non ita*, viele geben nur auf die Worte, nicht aber auf die Sache ſelbſt acht. Multi toti ſunt in aucupio verborum, & litterarum tendiculis, rem & ſententiam negligunt. Aliqui ſunt magni verborum architecti, rebus interea inopes & jejuni. Multi vocabulorum opifices agunt egregios, rerum inquiſitores non item. Multi verborum magnificentia delectantur, in magna ſententiarum jejunitate. 2. *Verborum pompa ſine rerum pondere inanis & ridicula eſt*, eine

das eitle Wortgepränge, wo nichts dahinter, ist nur lächerlich. Verborum volubilitas sine rerum pondere inanis est & irridenda. Oratio, nisi subest res, inanem habet quandam elocutionem, & pene puerilem. Oratio, si res non subest, aut nulla sit, necesse est, aut omnium irrisione ludatur. Composite & apte sine sententiis dicere, insania est. 3. *Rerum copia verborum copiam gignit*, wo der Stoff nicht mangelt, werden auch die Worte nicht abgehen. Ipsæ res verba rapiunt; verba provisam rem non invita sequuntur; ex rerum magnitudine splendor quidam & copia in verbis existet. 4. *De verbo ad verbum transferre*, *vulg.* von Wort zu Wort übersetzen. Verbum e verbo exprimere; ad verbum de Græcis exprimere; verbum de verbo exprimere; totidem verbis transferre; verbum pro verbo reddere; verbum verbo reddere; ad verbum transferre. 5. *Ad meum verbum*, *vulg.* auf mein Wort. Fide mea; me auctore; interposita fide mea. 6. *Uno verbo*, mit einem Worte. Verbo; in summa; ad summam; summa illa sit. *Usus.* Verbum ex eo elicere, exsculpere non potui, kein Wort heraus bringen. Non multa verba faciam. Excidit mihi verbum priscum & obsoletum. Verba perpetuare difficile. Verbo aliquem lacessere, violare, mit Worten angreifen. Ad verborum contumelias descendere, in Schmähworte ausbrechen. Verba mihi dari non patior, mit leeren Worten abspeisen. In verba alicujus jurare. Ad verbum ediscere, von Wort zu Wort auswendig lernen. Verbi causa, verbi gratia. Verbo promittere, re negare. Uno verbo dicam. Verbo rem transigam. Verba facere in senatu, apud senatum. Idem sonat, valet hoc verbum. Subjecta verbi notio, die Bedeutung dieses Worts. Verbum insolens, inusitatum, novatum, ungebräuchliches Wort. Verba vulgata, trita, usitata, gemeine Worte. Verba prisca, desita, obsoleta, veraltete Worte.

Vere, wahrhaftig. *Syn.* Revera.)(*Falso*, *inaniter*, *ficte*. *Usus.* Majores nostri non ficte & fallaciter, sed vere & sapienter populares fuere. Vere tecum agam, & libere.

Verecunde, züchtig, schamhaftig. *Syn.* Pudenter, timide, dubitanter.)(*Impudenter*.

Verecundia, æ, f. Schamhaftigkeit, Zucht, Ehrbarkeit. *Syn.* Pudor, rubor, modestiæ ingenuitas.)(*Impudentia Epi.* Invisa, stulta, virginalis. *Usus.* Maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit verecundiam. Verecundia custos virtutum, & quidam quasi ornatus vitæ. Solus homo pudoris ac verecundiæ particeps. Virginali verecundia timidus. V. *Pudor*.

Verecundor, aris, atus sum, ari. sich schämen, Scheu haben. *Syn.* Pudore deterreor, absterreor, impedior, ingenuo rubore suffundor, erubesco. *Usus.* Cunctantem, & quasi verecundantem incitare.

Verecundus, a, um. schamhaft, züchtig. *Syn.* Prudens. *Phras.* Juvenis est admodum verecundus, er ist ein sehr schamhafter Jüngling. Verborum & rerum obscœnitate vitanda ruborem suum, & ingenuitatem præstat; pudorem animi, & pudicitiam corporis colit. Pudore septus, in loquendo mire verecundus; adolescentis modestissimi pudor ab omni obscœnitate longe abhorret; incorruptis castissimisque moribus juvenis, & virginali verecundia præditus. V. *Pudicus*. *Usus.* Verecundus est, quem pudet impudica loqui. Oratio verecunda.

Vereor, eris, itus sum, eri. sich scheuen, befürchten. *Syn.* Extimesco, nonnihil commoveor. *Usus.* 1. Istam culpam, quam vereris, ego præstabo. Ab aliquo supplicium vereri. Vereor, ut tibi satisfaciam. Veritas es, ne operam perderes. 2. *Observo*, in Ehren haben, Ehre erweisen. Is patrem veretur, ut Deum. Amici non solum se diligent, sed etiam verebuntur. V. *Timeo*.

Vergo, is, ere. sich neigen. *Syn.* Inclinor, in exitu sum. *Usus.* Bruti auxilium ad Italiam vergere, quam Asiam maluissem. Ad meridiem vergit Sicilia. Vergebat jam annus, & in exitu erat.

Veridicus, a, um. der die Wahrheit redet. *Syn.* Verax, apertus.

Ve-

Veriloquium, ii, n. das Wahrreden.

Verisimilis, e. wahrscheinlich, der Wahrheit ähnlich. *Syn.* Credibilis, probabilis, rationi consentaneus; vero propius, ad veritatem propensius, quod maxime specie veritatis movet; quod propius fidem est; a vero non alienum, non abhorrens, vero simillimum, simile veri; quod ad veritatem maxime accedit, quod proxime accedit ad verum, quod a ratione non procul abest, non discrepat, non dissentit; quod veri similitudinem, speciem, formam, imaginem præ se fert, ostendit *Usus.* In omni disputatione, quid esset verisimillimum, quærimus. V. *Probabilis.*

Verisimilitudo, inis, f. Wahrscheinlichkeit. *Syn.* Probabilitas, similitudo veri.

Veritas, tis, f. die Wahrheit. *Syn.* Verum, vera ratio, res. *Epi.* Acerba, æterna, debilitata, in profundo demersa jucunda, grata, molesta, perspicua, simplex, sempiterna. *Phras.* 1. *Veritati plus, quam amicitiae tribuo*, ich sehe mehr auf die Wahrheit, als auf die Freundschaft. Majorem habeo veritatis, quam amicitiæ rationem. Locum apud me honestiorem veritas obtinet, quam amicitia; cedat veritati amicitia, necesse est; nihil amicitiæ elargior, nihil veritati nego. 2. *Ut veritatem dicam*, die Wahrheit zu sagen. Ut dicam, quod res est, ut vere dicam; ut ingenue fatear; ut verum loquamur; ne mentiar; si verum quærimus, si verum fateri volumus; ut ex animo, ac vero dicam. *Usus.* Magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, & solertiam facile se per se ipsam defendit. Sunt alii simplices, aperti, veritatis cultores, fraudis inimici. Græci contentionis cupidiores, quam veritatis. Veritatis ignoratione vulgi opiniones in maxima inconstantia versantur. Veritatis luce nihil hominis menti dulcius. Animum a pictura ad veritatem traducere. Studia sua ad veritatem dirigere. Veritate adductus hæc testor. Ad veritatem loqui, dicere. Veritas nempe in profundo demersa in disputatione limatur, eruitur. Obtinere, retinere veritatem. Veritate patefacta, atque omni errore sublato. Veritas ad liquidum explorata me convincit. A veritate desciscere, deflectere; resistere & repugnare contra veritatem non audet. Ad veritatem nihil loqui, kein wahres Wort reden. Ad veritatem quam maxime accedere, der Wahrheit sehr ähnlich kommen.

Vermiculatus, a, um. von eingelegter Arbeit mit verschiedenem Holze. *Usus.* Emblema vermiculatum.

Verna, æ, m. Leibeigener, der im Hause gebohren ist. *Syn.* Servus ex ancilla domi nostræ natus.

Vernaculus, a, um. einheimisch. *Syn.* Domesticus. *Usus.* Quotidianæ ac vernaculæ res.

Vernus, a, um. zum Frühling gehörig. *Usus.* Verni temporis suavitas, Frühlingslust.

Vero, aber. *Syn.* Autem *Usus.* 1. Numeris adstrictior poëta, verborum vero licentia liberior. 2. *Certe quidem*, und zwar, gewiß. Esto vero ita. Est vero maximus ille Scipio.

Verres, is, m. Eber, ungeschnittenes Schwein. *R.* ex ἐῤῥωὸς, *aper, porcus non castratus.* *Syn.* Porcus masculus.

Verro, is, verri, versum, ere. kehren. *Syn.* Scopis pulverem, vel sordes aufero, ejicio.

Verruca, æ, f. eine Warze.

Verrucosus, a, um. warzig. *Syn.* Verrucis plenus.

Versatilis, e. was leicht umzudrehen ist, gelenkig, geschickt. *Usus.* Acies versatilis. Ingenium illi versatile fuit sic pariter ad omnia, ut natum ad id unum diceres, quodcunque ageret. V. *Varius.*

Versicolor, oris, g. o. vielfärbig, bunt. *Syn.* Dubio varioque colore.

Versatus, a, um. geübet. *Syn.* Exercitatus, subactus. *Usus.* Homo tum in aliis causis exercitatus, tum in hac sæpe versatus.

Versipellis, e. verschmitzt, arglistig. R. *vertens interdum pellem ad alium decipiendum.* *Syn.* Callidus, astutus simulator. V. *Astutus.*

Verso, as, avi, atum, are. umdrehen. *Syn.* Volvo, tracto, converto, flecto. *Usus.* Situat dubitatio-

tione, verſat ſe in utramque partem, huc, illuc. Verſare ſuam naturam, & flectere ad tempus. Animum ad dolos & fallacias verſare cœpit.

Verſor, aris, atus ſum, ari beſchäfftiget ſeyn, umgehen. *Syn.* Sum, incumbo, laboro, do operam, inſudo; conſuefco. *Adv.* Abstinenter, acriter, acutiſſime, aſſidue conjunctiſſime, callide, copioſius, diutius, honeſtius, impudentius, moderate, nimium, perite, perjucunde, populariter, ſubtilius, temere, caſte, non obſcure. *Phraſ.* 1. *Libenter cum illo verſor*, ich gehe gerne mit ihm um, *vulg. converſor.* Jucundiſſime conjunctiſſimeque cum illo vivo; aſſiduitate ejus delector; conſuetudinem & amicitiam cum eo junctam amo; libenter cum illo ætatem ago; hæreo ad ejus latus non ſine multa animi voluptate. 2. *Diu jam verſor in hoc labore*, ich bin ſchon lange bey dieſer Arbeit. Diu jam hoc ſaxum volvo; ætatem in hoc ſtudio contrivi; diu jam hunc laborem tero, temporis partem non modicam in ho ſtudio poſui *Uſus.* Diu in Sicilia verſabatur. Nobiscum verſari diutius non potes. In re oratoria verſari Res in ore vulgi, ante oculos verſatur. In quo motu temporum verſemur vides. Juventus ejus tota in laudis cupiditate verſabatur Reſpublica in discrimine verſatur In negotiis verſor maximis; nominis tui terror in auribus, animisque hoſtium verſatur.

Verſura, æ, f. Veränderung der Gläubiger, da man eine alte Schuld auszulöſchen, eine neue macht. *Syn* Mutatio creditoris. *Uſus* Iniquiſſimo fenore verſuram facere.

Verſus, gegen, gegenüber. *Phraſ. Locus jacet verſus orientem*, dieſer Ort liegt gegen Aufgang. Orientem verſus, ad orientem; ad orientem converſus; ad ortum vergit; ad orientem pertinet, ſpectat; orienti oppoſitus; orienti objectus eſt. *Uſus.* Aretium verſus caſtra movit.

Verſus, -us, m. ein Reim, Vers. R. *a. verſa in numeros oratio. Syn.* Carmen. *Epi.* Malus, pervagatiſſimus, ſeminator malorum. Alterni, delicatiſſimi, elaborati, heroici, hexametri, obſcœniſſimi, ornatiſſimi, optimi, veteres, uſitati. *Uſus.* 1. Hiſtoriam verſibus ſcripſit. Multi in eum verſus facti, confecti. Magna felicitate verſus fundit, texit, componit Hominum flagitia delicatiſſimis verſibus expreſſit. 2. *Linea. vulg.* Zeile. Multos verſus uno ſpiritu pronuntiare Venio nunc ad transverſum extremæ epiſtolæ tuæ verſum, verſiculum.

Verſute, liſtig, verſchmitzt. *Syn* Callide, vafre, malitioſe, ſubdole, ſubtiliter. *V. Aſtute.*

Verſutus, a, um. liſtig, verſchmitzt, verſchlagen. R. *a verſando mentem. Syn.* Callidus, malitioſus, multiplex. *Uſus.* Verſutum appello, cujus mens celeriter verſatur. Verſutum & ſolers ingenium. Malitia eſt verſuta & fallax nocendi ratio. *V. Simulator, aſtutus, callidus.*

Vertens, tis, m. ſich wendend, zu Ende gehend. *Syn.* Circumactus, completus. *Uſus.* Anno vertente; intra finem anni vertentis.

Vertex, icis, m. Gipfel, Wirbel, Scheitel. R. *a* Verto. *Syn.* Poſus. *Epi.* Celſus, extremus, ſummus. *Uſus.* 1. Duo quaſi cinguli terræ, cœli verticibus ſubnixi. 2. *Summa pars*, der oberſte Theil eines Dinges. Vertex montis. Ab imis unguibus ad ſummum verticem.

Verto, is, ti, verſum, ere. wenden, drehen, umkehren. *Syn.* Converto, vario, muto. *Uſus.* 1. Vertere ſtilum in tabulis ſuis. Vertit ſe fortuna. Vertit hic rationem, fingit, quod probare non poteſt. 2. *Converto, dirigo iter*, wenden, die Reiſe richten Terga vertere hoſtibus. Romam ſe vertit. 3. *Transfero*, überſetzen. Vertere Platonem Latine 4. *Commuto*, verändern. Solum vertere exilii cauſa. 5. *Tribuo, do*, ausrechnen, auslegen. Vitio, crimini aliquid alicui vertere. 6. *Recipio me, confugio*, ſich verfügen. Quo ſe verteret non habebat 7. *Sum*, beſtehen. In hoc res tota vertitur. In tua voluntate negotii ſumma vertitur. 8. *Succedo, cedo*, von ſtatten gehen, auf

ausschlagen. Id consilium ut tibi bene vertat, opto Id in bonum uni, alteri in perniciem vertit. Res in contrarium vertit, die Sache hat anders ausgeschlagen. 9. *Perdo, pessundo, everto*, verderben. Cum multa fecisset egregie, ad extremum omnia vertit. 10. *Traho, rapio*, an sich bringen, zu sich ziehen Ex illa pecunia maximam partem ad se vertit. 11. *Vertor*, verändert werden. Libertas in servitutem vertit.

Vertumnus, i, m. ein Abgott, der sich in alle Gestalten verkehret.

Vervex, ecis, m. Hammel, Schöps. *Syn.* Aries castratus

Verum, aber. *Syn.* Sed.

Verumtamen, doch aber. *Syn.* Sed tamen. *Usus.* Optabam, verum tamen non audebam.

Verus, a, um, wahr, wahrhaftig. *Syn.* Sincerus certus, non fucatus, germanus; solidus, justus, expressus.)(*Falsus, fucatus, adumbratus simulatus. Usus.* Respicere, quidquid in quaque re verum sit. Licet enim verum dicere, loqui. Si verum scire vis. Inter hunc & illum; verum germanumque Metellum multum interest. Justa, solida, veraque gloria. Sed nos veri juris solidam expressamqua imaginem nullam tenemus. Verissima illa, & velut ex oraculo Delphico edita existima. V. *Veritas.*

Vesania, æ, f. Unsinnigkeit, Aberwitz, *Usus.* Quæ vos agitat vesania? V. *Amentia.*

Vesanus, a. um. unsinnig, abermitzig, alber. *Syn.* Vecors, insanus, furiosus. V. *Amens, furiosus.*

Vescor, eris, vesci esser. *Syn.* Edo, pascor, utor. *Usus.* Lacte caseo, carne vescor Dii nec escis, nec potionibus vescuntur. V. *Comedo, edo.*

Vesica, cæ, f. Blase, Blatter. R. a φύσα. *Syn.* Folliculus urinæ.

Vespa, æ, f. Wespe. *Usus.* Vespas aculeis uti videmus.

Vespera, æ, f. Abendzeit. R. a ἑσπερος. *Syn.* Extremum diei tempus. *Epi.* Obscura. *Usus.* Ad vesperam. Prima vespera. Die inclinato in vesperam. *Vesperæ vulg.* die Vesper. *Latine* Vespertinæ in templo preces cantari solitæ.

Vesper, *vel* vesperus, i, m. Abend. *Syn* Vespera, serum diei, vespertinum tempus *Phras Vesperi*, vel *Vespere*, spät Abends. Occidente sole, præcipitante jam sole; vesperascente cœlo; cum advesperascaret; die præcipiti; sub occasum solis; cum jam serum effet diei; cum haud multum jam diei su ereffet; primis se intendentibus tenebris; solis occasu; prima vespera; cum non multum ad solis occasum temporis superesset; inclinato in vesperam die; cum exiguum superesset diei; inclinante in vesperam die; cum esset extremum diei; præcipiti in occasum die; præcipiti in noctem diei tempore; inclinante sole; procedente nocte; ad solis occasum; accensis jam luminibus; sub primas faces; primo vespere; sero, obscura jam luce; nocte appetente. V. *Nox, sero.*

Vesperascit, es wird Abend. *Syn.* Ad solis occasum est. *Usus.* Vesperascente cœlo.

Vespertinus, a, um. abends, spät. *Usus.* Vespertino tempore.

Vester, ra, rum. euer

Vestibulum, i, n. Vorhaus, Vorgemach. *Epi.* Privatum, vacuum, honestum. *Usus.* Primo aditu vestibuloque prohibere aliquem.

Vestigator, oris, m Nachforscher, Nachgrübler. *Syn.* Venator.

Vestigium, ii, n. Fußstapfen, Spur. *Syn.* Reliquiæ, signum, nota, monumentum. *Epi.* Adversa, manifesta, nefaria, parva, pressa, recentia. *Usus.* Cum pedem intulero, & in possessionem vestigium fecero Tu extra ædes tuas, ubi vestigium imprimas, figas, ponas, non habes. Persequi vestigia alicujus; consequi aliquem vestigiis; in vestigiis sequi, auf den Fuß folgen. Stellæ cursus sui vestigium unquam inflectunt. Num, in ejus scriptis eloquentiæ ullum vestigium apparet? Reliqua sunt, extant multa antiquitatis vestigia. Indicia & vestigia veneni. In temporis, loci vestigio, auf der Stelle. Vestigia in multas partes ferentia.

Digitized by Google

Veſtimentum, i, n. Kleid. *Syn.* Veſtis, veſtitus. *Uſus.* Calceos & veſtimenta mutavit.

Veſtigo, as, avi, atum, are. ſpüren, nachforſchen, nachgrübeln. *Syn.* Indago, veſtigiis odoror. *Uſus.* Cauſas rerum veſtigare. V. *Indago, quaero*

Veſtio, is, ivi, itum, ire. kleiden. *Syn.* Tego, obduco. *Adv.* Bene, extrinſecus, male, obſoletius *Uſus.* Deus animam corpore veſtivit. Reconditas ſententias eleganti oratione veſtire ac ornare. V. *Veſtis*

Veſtis, is, f. Kleid. *R. ab* ἕσθης. *Syn.* Veſtitus, veſtimentum. *Epi.* Familiaris, muliebris, pretioſa, purpurea, ſtragula. *Phraſ.* 1. *Veſte amictus ſplendida*, herrlich gekleidet. Veſte auro illuſa, gemmisque adornata, omnique peregrinæ opulentiæ cultu conſpicuus; veſte uſus auro diſtincta, gemmisque; veſte auro intexta ſplendidus 2. *Vulgaris veſtis*, ein gemeines Kleid. Vulgaris habitus; cultus habitusque a privato vix abhorrens, levis & parabilis cultus corporis; veſtitus humilis ac abſoletus. *Uſus.* Veſtem conficere, reſarcire. Veſtem induere, mutare; veſtem alicui detrahere; veſtem diſcindere.

Veſtitus, us, m. Kleidung, Tracht. *Syn.* Veſtimentum, ornatus, cultus corporis. *Epi.* Neceſſarius, obſoletior, priſtinus, virginalis. *Uſus.* Veſtitus aſper. Veſtitus orationis, montium, riparum.

Veſtras, tis, *g. o.* einer aus den Euriern.

Veteranus, a, um. alt und abgerichtet, geübt. *Syn.* Qui viginti annos militaverat.)(*Tiro.* *Uſus.* Cæſar firmiſſimum exercitum invictiſſimo genere veteranorum militum comparavit.

Veteraſco, is, ere. alt werden, veralten. *Uſus.* Veteraſcentem eorum gloriam quis non videt?

Veterator, oris, m. ein alter Schalk, ſchlauer Fuchs, Betrüger. *Epi.* Magnus & perfamiliaris alicui. *Uſus.* Homo callidus, & veterator. V. *Simulator, aſtutus.*

Veteratorius, a, um. ſchlau, ſchalkhaft, liſtig. *Syn.* Fallax, doloſus, malitioſus. *Uſus.* Nihil ab eo, niſi tectum & veteratorium expectes. V. *Aſtutus.*

Veternoſus, a, um. ſchlafſüchtig, faul. *Uſus.* Veternoſus ſenex. V. *Piger.*

Veternus, i, m. Schlafſucht. *Syn.* Lethargus. *Uſus.* Veternus civitatem occupavit. V *Somnus.*

Veto, as, ui, itum, are. verbieten, unterſagen. *Syn.* Prohibeo, abſterreo.)(*Jubeo cogo.* *Adv.* Aſſentatorie, dilucide, fraterne, planiſſime. *Uſus.* Hoc omnes leges vetant. Vetuit eum deſperare. V. *Prohibeo.*

Vetulus, a, um. dürftig, etwas alt. *Syn* Senex, antiquus. (*Novellus.* *Uſus.* Mulier vetula, & multarum nuptiarum. Equus vetulus.

Vetus, eris, *g. o* alt. *R. ab* ἔτος, annus *Syn.* Antiquus, priſcus, quod vetuſtatem fert. (*Novus, recens.* *Phraſ.* 1. *Vetus hic mos eſt*, dieß iſt ein alter Brauch. Vetuſtus, antiquus, longævus, priſcus, jam diu inſtitutus, remotiſſimus a noſtra memoria mos eſt. 2. *Vetus haec opinio eſt*, dieſes iſt eine alte Meynung. Dudum animis hæc opinio inſederat; inveteravit in hominum mentibus ea opinio; multi temporis, pervetus, diuturna, minime recens eſt opinio. *Uſus.* Credendum eſt veteribus. Mos, amicitia vetus. Vina veterrima. V. *Antiquus.*

Vetuſtas, tis, f. Alterthum. *Epi.* Excellens, infinita, plena exemplorum, priſca, ſcenica, tolerabilis. *Uſus.* Vetuſtatis exempla oratori nota eſſe debent Res aliæ vetuſtatem ferunt; aliæ vetuſtate ſeneſcunt, evaneſcunt. Vetuſtatem omnem ſuperat viri excellentis virtus.

Vetuſtus, a, um. dürftig, alt. *Syn.* Vetus, antiquus. V. *Antiquus.*

Vexatio, onis, f. Anfechtung, Plage, Peinigung. *Syn.* Magna & infeſta, quædam jactatio & agitatio. *Epi.* Acerbiſſima, impunita. *Uſus.* Afflictio eſt ægritudo cum vexatione corporis. Vexatio & direptio ſociorum.

Vexator, oris, m. Peiniger, Plager. *Syn.* Exagitator. *Epi.* Crudelis alicujus reip. & ſceleratus

Vexillarius, ii, m. Fähnrich. *Syn.* Signi-

Digitized by Google

Signifer. *Usus.* Ordo sexagenos milites, vexillarium unum habebat.

Vexillum, i, n. Fahne. *Syn.* Signum. *Usus.* Vexillo opus est convolabunt. Nunquam perditis civibus vexillum deerit.

Vexo, as, avi, atum, are. plagen, quälen, aufrichten, peinigen. *Syn.* Agito, exagito, vexator sum; diripio, populor, infestum reddo, male habeo *Adv.* Contumaciter, contumeliosissime, urbane, crudelissime, fœdissime, vehementer, vigilantissime. *Phras. Gravissime vexor*, man verfährt mit mir sehr übel. Multis sane molestiis conflictor; dies noctesque torqueor; circumventis ab inimicis quotidianis turbis agitor, exagitor; negotium exhibetur immerenti; tot injuriis quotidie premor atque opprimor, vix ut libere respirare mihi liceat; tanta est æmulorum improbitas, ut æternum mihi cum his bellum susceptum videatur; tot injuriis jactatur & exagitatur æquitas, ut animus dolore exedi, dolore ac ægritudine confici videatur. Fodicant me quotidianæ inimicorum injuriæ; pungunt, vellunt, lacerant, respirare non sinunt. Contumaciter, inurbane quotidiane vexor ac premor; omni vexationis genere exagitor, convitiis jactor; diuturnis molestiis conflictor, omni crudelitate laceror; ægre mihi faciendi nec finis, nec modus est. *Usus.* Omnia divina humanaque jura vexarunt, violarunt, perturbarunt, everterunt. Uxor mea, quam vexastis, raptastis, omni crudelitate lacerastis. Verbis me, probris omnibus & maledictis vexavit. Bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, ardebunt agrida. V. *Affligo*, *infestus*, *omitto*.

Via, æ, f. ein Weg. *Syn.* Iter: semita, callis. *Epi.* Æstuosa, pulverulenta, aperta, simplex, directa, brevior, certa, neque longa, expeditior, illustris, lata, immunita, inculta, silvestris, militaris, occulta, popularis, præceps & lubrica, proxima ad gloriam, quasi compendiaria, recte vivendi, sacra, vendibilis, vitiosa Ancipites viæ, optabiles in experiendo, jucundæ in legendo, optimæ, tritæ *Phras.* 1. *Viæ erant difficiles*, es waren sehr harte und rauhe Wege. Viæ erant æstuosæ, pulverulentæ, angustissimæ, lubricæ, immunitæ: itineribus deviis proficiscendum erat; summa difficultas aditus; asperis, confragosis, arctis circum locis intrandæ erant angustiæ; pleræque cavæ, simulque occultæ viæ nec unquam ante humano tritæ vestigio aperiendæ; asperitates viarum & angustiæ inextricabiles erant, & crebris saltibus inclusæ; obsepta, intercluſa, impedita erant itinera, aut imbribus abrupta; magnæ erant, ac difficiles locorum angustiæ, & quæ vix singulis hominibus paterent; viarum difficultates erant pene inexplicabiles. Luctandum erat cum tenacissimo fabulo, quod prælatum, & vestigio cedens, ægre moliebantur pedes. Calles erant vix singulis pervii; itinera erant, qualia ingredi expeditis quoque vix tolerabile. Subacta diuturnis imbribus humus tenaci luto morabatur pedes. 2. *Viam sibi fecerunt*, sie haben sich einen Weg gemacht. Viam sibi aperuere; corporibus armisque rupere viam; per mediam turbam sibi fecere viam; viam sibi stravere, munivere. *Usus.* Viam facere, concinnare, substruere, sternere, einen Weg bahnen. Vias reficere, repurgare. Alicui per suum agrum viam dare. Patet tibi via per meos fundos. In longam, & multorum dierum viam se dare, committere In via esse, pregredi, procedere. Multorum dierum viam conficere. De via deflectere, divertere declinare, e via excedere, deduci. In viam redire. Præcedentium vestigia me ad viam deducunt, ferunt. V. *Iter*, *proficiscor*.

Viarius, a. um. was den Weg angeht. *Usus.* Lex viaria.

Viaticum, i, n. Weggehrung, Reisegeld *Syn.* Viæ impensa, itineris subsidium. *Epi* Largum & liberale, publicum. *Usus.* Quærendum & congerendum viaticum. Viatico aliquem instruere, prosequi; viaticum suppeditare, suggerere. Viaticum præripere, eripere.

Viator, oris. m. Wandersmann. *Syn.* Qui iter facit. *Epi.* Præteriens, be-

Digitized by Google

ne vestitus. *Usus.* Sape & latronem occidit viator.

Vibro, as, avi, atum, are. schwingen. *Syn.* Agito. *Usus.* 1. Hastas, ficas vibrare. 2. *Micq.* glänzen De mosthenis non tam vibrarent fulmina, nimis nnmeris contorta ferrentur. Mare a sole colluens albescit & vibrat.

Vicarius, a, um, eines Stelle vertretend, Statthalter. *Syn.* Qui vicem alterius obtinet; *item*: qui in locum alterius succedit *Phras. Est vicarius Episcopi*, er vertritt die Stelle des Bischofes. Antistitis sacri partes, munus agit, sustinet; vicariam operam Antistiti præbet; abstinet Antistitis personam gerit, sustinet; sacri Antistitis vicem sustinet. *Usus.* Vicarius alienæ domi nationis, alieni juris. Succedam ego vicarius tuo muneri. V. *Loco.*

Vicatim, von Gasse zu Gasse. *Syn.* Per singulos vicos. *Usus.* Vicatim servi omnes conscribebantur.

Vice, anstatt. *Syn.* Loco. *Usus.* Tribuni vice me sublituit. Poetæ vice nomina fingere.

Vicem, Stelle, Zustand. *Syn.* Fortunam, sortem. *Usus.* Tuam vicem pertimesco, doleo, timeo, ulciscor, fungor.

Viceni, æ, a, je zwanzig. Vicesimus, der zwanzigste. Vicies, zwanzigmal.

Vicinia, æ, f. Nachbarschaft. *Syn.* Vicinitas. V. *Vicinitas.*

Vicinitas, tis, f. Nachbarschaft. *Syn.* Vicinia, propinquitas. *Epi.* Finitima, artium studiorumque, infelix, meretricia *Usus.* In istam te vicinitatem constituisti. Mihi cum eo vicinitas & magnus usus est. Propter vicinitatem totos dies simul sumus. Tota vicinitas clamoribus personat

Vicinus, a, um, nahe gelegen, benachbart R. a Vicus *ejusdem vici habitator.* *Syn.* Propinquus, finitimus, proxime accedens. *Phras.* 1. *Est ille vicinus meus*, er ist mein Nachbar. Ejus ædibus meæ continentes sunt; meas ædes ejus domus attingit, tangit; ejus domus in meas ædes incurrit. Ejus ædes meis adjacent; domus ejus ædium mearum parietem tangit; prope ab domo mea; in proxima vicinia habitat; huc vicinitæ dudum commigravit. 2. *Bellum vicinum est*, der Krieg ist gar nahe. In ipsis prope portis bellum habemus. *Ante* portas est bellum. Velut in cervicibus habemus hostem. Non longius hostis abest, quam quo telum adjici possit. *Usus.* Dialectica vicina rhetoricæ. Mulier gravida atque ad parjendum vicina. V. *Propinquus.*

Vicissim, dagegen. *Syn.* Mutuo pariter, invicem. *Usus.* Æstate calescere, hieme vicissim algere. Mutuari ab aliquo aliquid, & ei vicissim reddere Quod honestum, justum est, & vicissim.

Vicissitudo, inis, f. Wechsel, Verwechslung, Aenderung. *Syn.* Vices, commutatio, varietas quædam. *Epi.* Jucunda studiorum officiorumque; nocturna, diurna, optabilis. *Usus.* Temporum varietates, fortunæ vicissitudines. Laborum & quietis vicissitudine utendum. Nihil remuneratione benevolentiæ, nihil vicissitudine studiorum officiorumque jucundius. V. *Varietas.*

Victima, æ, f. Schlachtopfer, Opferviech. *Syn.* Hostia. *Epi.* Grassor. *Usus.* Se pro republica victimam præbere.

Victor, oris, m. Sieger, Ueberwinder. *Syn.* In contentione superior, palmam ferens. *Epi.* Beatus, invidus, ingratus, lætus; summus. *Usus.* Galli victores alacritate, & quasi lætitia ad canendum excitantur.

Victoria, æ, f. Sieg, Oberhand. *Syn.* Palma, triumphus, tropæum, res bene gesta. *Contr. offensio. Epi.* Acerbissima, bellica, civilis, crudelis, funesta, domestica, externa, gloriosa, gravis, turbulenta, horribilis, innocentissima, naturæ insolens, superba, molesta, navalis, præclara, recens. *Phras.* 1. *Victoria penes nos est*, der Sieg ist auf unserer Seite. Victoria nobis cessit; de victoria ab hoste nobis concessum est; præli exitus victoriam nobis dedit, detulit, & tribuit, palmam dedit, detulit. 2. *Nos victoriam obtinuimus*, wir haben den Sieg erhalten. Gloriosam victoriam adepti sumus, habemus, reportavimus, consecuti sumus; palmam de hoste tulimus; victoria ad nos venit. 3. *Victoria prope certa est*, der Sieg ist fast gewiß. Victoria pene explorata est; in manibus est

victo-

Digitized by Google

victoria; victoriam in manibus habemus. 4. *Repentinus casus victoriam nobis eripuit*, ein unversehener Zufall hat uns den Sieg entrissen. Fortuitus casus palmam propemodum e manibus extorsit, eripuit; victoriam ad hostes transtulit, distulit certe, & moratus est tantisper; palmam in manibus infregit; victoria prope e manibus excidit. V. *Vinco. Usus.* Multa victoriam portendebant. Ea res victoriam nobis peperit. Inde victoriæ initium factum, ortum, enatum fuit. Victoria bene uti novit Cæsar. Victoriam minime crudeliter exercuit. Victoria natura insolens ac superba.

Victus, us, m. Lebensmittel, Kost, Nahrung. R. *e Vivo. Phras. Victu tenui uti*, mit geringer Kost vor Lieb nehmen. Tenui victu vitam sustentare, propagare; famem, vitam tolerare; famem propulsare; lacte ac leguminibus vivere. *Usus.* Victus & amictus, Hülle, und Fülle. Alicui victum liberaliter dare, præbere. Necessaria ad victum suppeditare. Victum labore ac industria quærere, comparare. Tenui victu cultuque delectari. V. *Alo.*

Vicus, i, m. Gasse. R. *ex* οἶκος, *domus. Syn.* Pars urbis pluribus domibus constans. *Usus.* Omnibus vicis statuæ collocatæ sunt.

Videlicet, nämlich. *Syn.* Scilicet, nimirum, nam, enim. *Usus.* Tibi videlicet molestus esse nolui.

Video, es, di, sum, ere. sehen, anschauen. R. *ab* εἶδος. *Syn.* Cerno, conspicio, perspicio, provideo, aspectu sentio, percipio, ante oculos mihi versatur, *vel* obversatur; oculis oberrat imago rei; videndi sensum *vel* oculorum sensum habeo. *Adv.* Acrius, acute, assidue, coram, diligenter, mature, palam, perspicue, recte, clam, physice, prudenter, strictim, paullo, plane, etiam atque etiam. *Phras.* 1. *Videndum se præbuit*, er hat sich sehen lassen. In conspectum se dedit; in conspectum venit, prodiit; copiam sui fecit. 2. *Ubi rem totam vidi*, wie ich die ganze Sache gesehen habe. Ubi rem penitus cognovi; oculis usurpavi; visu percepi; ubi rem oculis compertam habui; ubi res tota sub oculis erat; ubi rem totam oculis perlustravi; ubi rem oculis insexi, percepi; ubi res tota oculis subjecta erat. 3. *Res tantilla vix videri potest*, eine so kleine Sache kann man kaum sehen. Vix sub aspectum cadit, venit; fugit aciem res tam exigua; vix in conspectum cadit; vix in cernendi sensum cadit; vix aspectabilis est; obtutum fugit res tantilla; sensum oculorum effugit; vix aspectu sentitur. 4. *Videre hominem non possum, vulg.* ich kann den Menschen nicht einmal anschauen. Oculi mihi dolent, cum hominem aspicio; oculi ferre non possunt hominis impertuni os impudens; videre sine dolore hominis frontem non possum. 5. *Quodcunque vides, meum est*, alles, was du siehest, ist mein. Quidquid occurrit oculis; quidquid oculis subjicitur; quidquid in oculis est; contra quod longissime conspectum ferunt oculi; quidquid oculis terminatur, finitur, id in ditione mea est. 6. *Videri desinceps in tanta distantia non potuit*, man hat ihn weiter nicht mehr sehen können. Subtractus est oculis hominum; locorum ingens intervallum oculorum usum abstulit; conspectum hominis ademit loci intervallum, in tanto locorum intervallo oculorum usus cessabat. 7. *Omnes ad eum videndum procurrebant*, alle liefen hinaus, ihn zu besehen. Omnis se multitudo ad cognoscendum hominem effudit; certatim requirebant, & vultum cognoscere cupiebant. Omnium in se oculos avertebat; spectaculo erat omnibus. *Usus.* 1. Octavii statuam videmus in foro. Hæc mala & vos videre ac perspicere potestis, & mihi ante oculos versantur. 2. *Agnosco, intelligo*, verstehen. Hæc ego tam perspicio animo, quam ea, quæ oculis cernimus. Multum ille videt. Diligentius nobis est videndum. Quid agas, quid moliaris, tu videris, bey dem, was du unternimmst, da schaue du zu. Sed hæc videro posterius. V. *Intueor, cerno.*

Digitized by Google

Videor, eris, visus sum, eri. mich dünkt, es kömmt mir vor, es schei-net mir, als ꝛc. *Syn.* Speciem affero, præbeo; speciem habeo, præ me fero, appareo. *Adv* Facillime, longe, secus, magnopere, valde, vere. *Phras. Videbatur magis minari, quam supplicare*, er schien mehr zu drohen, als zu bitten. Minanti propior erat, quam roganti; rogantis habitus speciem potius minarum, quam precum fecerat, habuerat, præbuerat; apparebat facile, a precibus ad minas descensurum; apparebat facile, armatas esse preces. *Usus* Quid tibi ea de re visum est? Hac nocte visus sum videre in somnis Æsculapium. Consideratissimo verbo usi sunt judices, ut ea non *esse* facta, sed *videri* pronuntiarent. V. *Puto, opinio, existimo.*

Vidua, æ, f Wittwe. *Usus.* Cognitor viduarum.

Viduitas, tis, f. Wittwenstand. *Usus.* Ebutius jamdiu Cæseniæ viduitate ac solitudine alitur.

Viduus, a, um. beraubt, Wittwer. *Usus.* Ipse viduus, pestem hanc excipio.

Vietus, a, um. welk, schwach *Syn.* Imbecillus, languidus *Usus.* Corbovis exiguum, vietum, & tanquam morbo contractum. Fructus vieti & caduci.

Vigeo, es, ui, ere. frisch seyn, bey Kräften seyn. R. *ab* ὑγιὴς, *sanus Syn.* Vireo, viriditatem habeo, floreo, polleo, in gratia sum. *Juceo. Adv.* Vehementius, diu. *Usus.* In omni natura id vivit vigetque, quod calet. Viget animus in somnis. Diu Cæsar viguit. Multis seculis viguit ea disciplina. Interdum etiam objurgationes in amicis vigent V. *Floreo.*

Vigesimus, a, um. der zwanzigste. *Syn* Vicesimus.

Vigil, is, m. Wächter, wachsam. *Usus.* Clamor a vigilibus tollitur.

Vigilans, tis. *g. o.* munter, wachsam. *Syn.* Attentus, acer, solicitus. *Usus.* Homo vigilans & acutus. Nemo post hominum memoriam paratior, vigilantior, compositior ad judicium venit.

Vigilanter, wachsam. *Usus.* Vigilanter, & nervose agere.

Vigilantia, æ, f. Wachbarkeit. *Syn.* Diligentia, cura, studium, providentia. *Epi.* Horribilis, mirifica, singularis. *Usus.* Mea perfecti diligentia, ut tuti effetis. Diligentia, celeritate, labore, vigilantia opus est.

Vigilia, æ, f. Wache. *Syn.* Lucubratio, abstinentia a somno. *Epi.* Consularis ac senatoria, flebilis, nocturna. *Usus.* 1. Cui non auditæ Demosthenis vigiliæ? 2. *Cura, diligentia*, Sorge, Wachsamkeit. Idcirco in hac custodia, tanquam in specula collocati sumus, ut populum Romanum vacuum nostris vigiliis redderemus illam coloniam meis præsidiis, vigiliis, custodiis, munivi, servavi. 3. *Excubiæ*, Wacht, Wächter. De tertia vigilia ad me venit Pro castris vigilias suscipere, collocare. In vigilias ire; vigilias agere, exigere, conficere Alteri suam vigiliam tradere, nec tamen sibi deesse. Munus vigiliarum per se obire. Vigilias per tres noctes tolerare.

Vigilo, as, avi, atum, are, wachen. *Syn* Excubo, vigilias ago, in vigilia maneo. *Dormio. Adv.* Acrius, multum. *Phras.* 1. *Ego diligenter vigilo*, ich wache fleißig. Ego excubo animo, nec partem ullam quietis capio: totas noctes pervigilo; perpetuas vigilias suscipio; in ea re curæ, consilia, cogitationes meæ omnes evigilant. Diuturnas vigilias tolero, nec invictum animum ita curæ obruent, quin in hac custodia, tanquam in specula collocatum me meminerim. 2. *Totas noctes studiorum causa vigilat*, er studieret ganze Nächte. Nocturnas vigilias ad diurnum litterarum studium adjunxit; diurno cum studio nocturnas vigilias conjungit. Ad litterarum studia noctium bonam partem assumit. Continenti litterarum studio dies noctesque jungit. *Usus.* Vigilare ad multam noctem. De multa nocte vigilat.

Viginti, zwanzig. Vigintiviratus, Vigintiviri, Rath der zwanzig.

Vigor, oris, m. Kraft oder Stärke. *Syn.* Firmitas, robur, integritas. *Usus.* Membrorum, juventæ vigor. Vilis,

Digitized by Google

Vilis, e. schlecht, gering, geringschätzig, unachtbar. *Syn.* Vulgaris, contemptus, abjectus, humilis, plebejus, levis, communis, nullo pretio, nullo numero, sordidus)(*Pretiosus. Phaf.* 1. *Vile illud caput hoc audet?* dieser schlechte Kerl darf sich unterstehen? Illa labes & eluvies civitatis; illa e vepreto extracta nitedula; illæ plebis quisquiliæ; homo ex ergastulo emptus emersus e cœno, omnium facile omnibus rebus infimus; homulus ille de lapide emptus, ex argilla & luto factus, de plebe humillimus: sordidus & despicatissimus, semilixa, postremus servorum; Mysorum ultimus; Cappadox modo abreptus de grege venalium; caput hoc viliſſimum; vile hoc ac infame corpus; infame hoc cadaver & ejectum; ultimæ sortis homuncio id ausit? 2 *Miror te homine tam vili & abjecto delectari*, es wundert mich, daß du mit einem so verächtlichen Menschen umgehen magst. Miror, quod hominis, sordidissimi ac despectissimi consuetudine utaris; quod ejus te hominis usus ac consuetudo delectet, cujus infima conditio; qui sit infimæ conditionis; qui sit despectus, abjectus, contemptus; nullius loci, nullius pretii, ordinis, dignitatis; qui sit unus de multis; qui sit terræ filius; inops ab omni existimatione, neque a se ipso, neque a majoribus commendatus; qui nulla majorum laude, nulla sua virtute honestatus, ornatus, nobilitatus; cujus omnis vita contempta & sordida, qui sine gratia, sine auctoritate unus de populo, imi vir subsellii; vita ingloria & inhonorata, qui sit infra omnes infimos homines; qui sit infimi generis conditione; qui ex cœno plebejo extractus, humilitatem adhuc, sordidamque inopiam pudendæ artis quæstu profitetur. V. *Abjectus, humilis. Usus.* Nihil tam vile, tam vulgare est, cujus &c.

Vilitas, tis, f. Nichtswürdigkeit, Geringschätzbarkeit.)(*caritas. Epi.* Magna, communis, nec opinata *Usus.* Summa annonæ vilitas. V. *Humilitas.*

Villa, æ, f. Mayerhof, Baurenhut, Landgut. *Syn.* Prædium, domus extra urbem, rureque ædificata. *Epi.* Aperta, ne rudis quidem, locuples, parva, maxima, publica, vetus, non magna. *Usus.* Antiquo more parva erat villa. Villa abundat porco, hædo, agno, gallina, caseo, lacte, melle. Ali ad villam, Cur villulas meas non vides?

Villicus, i, m. Mayer. *Syn.* Custos villæ. *Epi* Bonus. *Usus.* Mercari villicum tanquam fabrum.

Villosus, a, um. haarig, rauh, zottig. *Usus.* Veste villosa corpus contegere.

Villus, i, m. Haarzotte, Wolle. *Syn.* Pilus. *Usus.* Ovium villis vestimur.

Vimen, is, n. eine Weide, Flechtreis. *Usus.* Simulacra viminibus contexta.

Vimineus, a, um. von Weiden oder Reisern geflochten. *Usus.* Crates, fasces viminei.

Vinaceus, a, um. von Weinbeeren. *Usus.* Acinus vinaceus, Weinbeerkörnlein.

Vinarius, a, um. zum Wein gehörig. Vas, cella vinaria.

Vincio, is, vinxi, vinctum, ire. binden, flechten. *Syn.* Colligo, constringo)(*dissolvo. Usus.* 1. Fácinus est vincire civem Romanum, Tu liberos populos tyranno vinctos constrictosque tradidisti. 2. *Connecto*, zusammen heften. Sententias quidem habet graves, sed eas nec vincire, nec explere novit. Loca occupare, vincire præsidiis. V. *Vinculum.*

Vinco, is, vici, victum, ere. besiegen, überwinden, bezwingen. *Syn.* Devinco, expugno, victoriam reporto, frango, subigo, domo, feliciter decerto, prælio frango, secundum prælium facio, copias hostium fundo, rem bene gero, superior sum, superior discedo, in ditionem meam redigo; litem, causam obtineo; supero, præcurro, præsto, præpondero. *Adv.* Facile, funditus, magnifice, viciſſim, mirum, etiam; turpiſſime. *Phaſ.* 1. *Cæsar Pompejum vicit*, Cäsar hat den Pompejus überwunden. Cæsar Pompejum, cum exercitum ipse haberet multis partibus infe-

Digitized by Google

riorem, prælio tamen superavit, pugna fregit, acie fudit fugavitque; in pugna Pharsalica superior res Cæsareana erat; victoria penes Cæsaram erat; Cæsar Pompejanos obtrivit, concidit, confecit; in fugam conjecit, convertit; superior prælio dis esset; victoriam, victoriæque insignia de Pompejo reportavit, tulit, consecutus est; victoriam obtinuit, adeptus est. V. *Victoria.* 2. *Turcæ a Cæsare victi sunt*, die Türken sind vom röm. Kaiser überwunden worden. Turcæ victi cessere, discessere; in prælio Turcæ succubuere, inclinata Turbarum acies, fusaque est; impulsa Turcarum acies, percussaque palmam victori Cæsari dedit, detulit; Turcæ fusi fugatique, ac omni clade perdomiti sunt; Turcæ acie victi ac protriti Cæsari de victoria concessere. 3. *Alexander, ubi orientis populos vicisset, morte extinctus est*, nach dem Alexander die morgenländischen Völker überwunden hat, ist er gestorben. Alexander, ubi bello subegit omnes orientis populos; ubi victoria omnis orientis provincias emensus est; ubi in ditionem & potestatem redegit orientem. ubi debellato oriente, pedibus substravisset, & subjecisset omnia; ubi subactis bello populis, jugum orienti imposuisset; ubi subacta in deditionem Ægypto, occupata Persside, triumphum post hominum memoriam clarissimum deportasset; postquam devictus orieps jugum a victore totis cervicibus accepisset, naturæ concessit. 4. *Eloquentiæ facile cæteros vicit omnes*, er hat in der Wohlredenheit alle leicht über troffen. Longe cæteris antecelluit, præstitit; facundia ante cæteros æquales fuit; vix ullam cæteris oratoribus laudem reliquit; eloquentia cæteris superior fuit; famam cæterorum eloquentiæ suæ laudibus facile obruit; in eloquentiæ certamine facile huic manus dedere cæteri & victi cessere. 5. *Pauci seipsos vincere norunt*, wenige können sich selbst und ihre ungezähmte Neigungen bezwingen. Pauci sunt, qui suas cupiditates, qui seipsos frangant; qui suos ipsi animos contundant, iracundiam cohibeant; impetum temperent, iram comprimant, libidinem animi sui recte atque ordine omnia faciant. V. *Domo, edomo, subjicio. Usus.* Vincam opinionem tuam, expectationem omnium. Causam, sponsionem vincere. Sponsionem vincere, & superiorem discedere. Sapientis animus nunquam vincitur voluptate, cupiditate non frangitur, metu non expugnatur.

Vinculum, i, n. ein Band. *Syn.* Nodus: compedes, catenæ. *Epi.* Aptissimum, pulcherrimum, grave, non mediocre, publicum, arctissimum, domesticum, sempiternum. *Phras. Vinculis constringere*, in Ketten und Bande legen. Vincula alicui injicere; vinculis adstringere, colligare; in vincula abripere, conjicere; vinculis mandare; compedes alicui indere, impingere, inducere; vinculis devincire; catenas injicere; in catenas conjicere. *Usus.* Vincula injicere; in vinculis retinere; vinculis levare innocentem, e vinculis emittere; vincula rumpere, revellere; e vinculis corporis evolare. Omnibus conjunctionis, amoris, amicitiæ, necessitudinis vinculis cum illo conjunctus sum.

Vindemia, æ, f. Weinlese. R. a *Vino demendo. Syn.* Vindemiola. *Usus.* Vindemiam ita fieri oportet. Omnes vindemiolas eo reservo.

Vindex, icis, m. Rächer. *Syn.* Ultor. *Epi.* Assiduus, gravior, optimus. *Usus.* 1. Vindex scelerum & temeritatis carcer. Furiæ speculatrices ac vindices facinorum & scelerum. 2. *Castos*, Beschützer. Brutus vindex libertatis. Vindex æris alieni.

Vindicatio, onis, f. das Rächen. *Usus.* Vindicatio est, per quam contumeliam defendendo, aut ulciscendo propulsamus a nobis.

Vindiciæ, arum, f. Beschirmung bey einem Rechte. *Epi.* Injustum. *Usus.* Injustis vindiciis ac sacramentis alienos fundos petere.

Vindico, as, avi, atum, are. rächen, vertheidigen. *Syn.* Vindictam sumo: tueor, assero, vindico. *Adv.* Acerrime, celeriter, graviter, vehementer, severe. *Phras.* 1. *Injurias nostras in se ipso vindicavit*, er hat unser Unrecht an sich selbst gerä-

Digitized by Google

gerächet. Eundem & iniquum adversus nos, & iniquitatis atque injuriarum vindicem habuimus. Supplicium nobis de se ipse dedit. Quem hostem, eundem fuimet ultorem habuimus. Nostram vicem ultus est in se ipse. *Ufus.* Gracchi perditus conatus vindicavit. 4. *Punio*, abstrafen. Facinus, maleficium, seditionem graviter vindicare 3. *Tueor, asservo, libero*, beſchützen, erhalten, befreyen. Rempublicam in libertatem vindicavit. Innocentia se a severitate judicum vindicavit. Laudem nostræ gentis prope senescentem factis illustribus vindicavit. V. *Ulciſcor, tueor.*

Vindicta, æ, f. Rache; eine Ruthe, wodurch bey den Römern den Leibeigenen die Freyheit ertheilt wurde. *Ufus.* Neque censu, neque vindicta, neque testamento liber factus est. *Vindicta virgula erat, qua tactos Roma i se vos libertate donabat.* Vindictæ cupidine exarsi, vor Rache entbrennen.

Vinea, æ, f. Weingarten, Weinberg. R. *a Vino.* *Syn.* Vinetum. *Ufus.* 1. Vineam instituere. Vineas ordinare, conserere, disponere, fodere, putare, tondere, incidere, palare. 2. *Machina bellica*, Sturmdach, Sturmfaße. Aggere, vineis turribus oppugnare oppidum.

Vinetum, i, n. Weingarten. *Syn.* Locus vitibus consitus, vinea. *Ufus.* Vineta & oliveta.

Vinitor, oris, m. Weingärtner, Winzer. *Syn.* Vitis cultor, vinearum cultor.

Vinolentia, æ, f. Trunkenheit. *Syn.* Ebrietas. *Epi.* Furiosa, utilis. *Ufus.* In vinolentiam incidere.

Vinolentus, a, um. trunken, versoffen. *Syn.* Ebrius, temulentus, vino plenus.)(*Sobrius, ſicus. Phraſ.* 1. *Homo est admodum vinolentus*, er iſt ein ſehr verſoffener Menſch. In dies se vino onerat; alienatis fere vino animis perpetat; vino incalescit in dies; invitationibus benignis, & hilaritate juvenili facile in vinum trahitur; vinolentiam infitam ingenio intemperantia vini accendit; maxime in vinum & quæ ebrietatem sequuntur, effusus; haud tolerabilis in eo est vini cupiditas; epulantium comitate facile ad laxius vinum provehitur. V. *Ebrius, potator. Ufus.* 1. Ne vinolenti quidem hæc taciunt. 2. *Vino confectus*, mit Wein angemacht. Vinolenta medicamina.

Vinum, i, n. Wein. R. *ab* ὄινος. *Ufus.* Vinum, dulce, lene, mollo, ein milder Wein. Vinum leve, tenue, ſchwacher Wein. Vinum forte, vehemens, ſtarker Wein. Vinum austerum, asperum, acidum, ſaurer Wein. Vinum fugiens, vetustate evanescens, vetustate coacescens, Wein der abſtehet. Vinum maghæ vetustatis, vetustatem patiens, alter Wein. Vinum meracius sumere, alicui fundere, einen ſtärkern Wein aufſetzen. Vino obrui, se ingurgitare. Hesternum vinum exhalare, edormire, den Rauſch ausſchlafen.

Viola, æ, f. Viole, Veil. *Floris genus*

Violatio, onis, f. Verletzung, Entheiligung. *Ufus.* Ob violationem templi furore corripiuntur.

Violator, oris, m. Verletzer. *Ufus.* Ruptor fœderis, violatorque juris gentium.

Violenter, Gewaltthätig. *Syn.* Per vim, injuriose

Violentia, æ, f. Gewaltthätigkeit. *Syn.* Vis, impetus, injuria. *Epi.* Effrenata. *Ufus.* Si violentiæ impetu, si ejus furore opprimimur. V. *Vis.*

Violentus, a, um. gewaltthätig. *Syn.* Qui vim affert. *Ufus.* Alicujus furentes & violenti impetus. Homo vehemens & violentus. V. *Vis.*

Violo, as, avi, atum, are. verletzen, Gewalt anthun, entheiligen. R. *a Vi ago.* *Syn.* Lædo, offendo; polluo, macula afficio, religionem immineo vim affero, manus affero, infero, injicio; infringo. *Adv.* Impurissime, indignius, deterrime. *Ufus.* Loca religiosa, amicitiam, parentes, leges violare, auctoritatem, decreta infringere & violare; fidem violare ac solvere. Corpus tantum est violatum, animus insons. V. *Lædo, offendo.*

Vi-

Digitized by Google

Vipera, æ, f. Natter, Otter. *Syn.* Anguis. *Epi.* Venenata, peſtifera.

Viperinus, a, um. zur Natter gehörig. *Uſus* Morſu viperino periit.

Vir, i, m. Mann. R. a *Viribus.* *Phraſ.* 1. *Vir omni ex parte præclarus*, ein in allen Dingen vortrefflicher Mann. Vir omni laude inſignis, excellens, præſtans; omnibus, ut ajunt, numeris abſolutus; in quo nihil ad ſummam virtutem, prudentiam auctoritatem deſideres; vir optimus idem, & omni laudum genere inſignis. 2. *Vir in republica ſpectat ſimus*, ein anſehnlicher Mann in dem gemeinen Weſen. Vir in republica maximis graviſſimisque cauſis cognitus ac probatus; cujus eſt graviſſima in republica auctoritas; in publica re verſatiſſimus; multæ apud omnes exiſtimationis; conſilio rebusque geſtis ſpectatiſſimus; qui omnes reipubl. partes probe tenet; tractandæ, adminiſtrandæ reipublicæ, ſi quisquam alius, peritus; cui plurimum tribuitur; cujus ſententia pondus habet graviſſimum. 3. *Vir bonus ac dives*, ein ehrlicher und reicher Mann. Vir cum virtutibus, tum fortuna ſatis ampla ornatus; vir integerrimus, & ab omnibus non imparatus; vir plenus officii, & opibus commode inſtructus; qui animi bonis abundat, nec fortunæ tamen bona deſiderat; qui animi bona multa, nec pauca fortunæ poſſidet. *Uſus.* Is vere vir putandus eſt, cujus animum nec proſpera fortuna flatu ſuo efferet, nec adverſa infringet. Vir optimus, & homo doctiſſimus. Si pro patria mea iſta virtus ſtaret, virorum bonorum paucitatem non incuſarem.

Vireo, es, ui, ere. grünen. *Uſus.* Alia ſemper virent, alia hieme nudata, verno tempore frondeſcunt.

Vires, ium, f. Kräfte, Vermögen, Stärke. *Syn.* Vis, nervi, lacerti, robur. *Phraſ.* 1. *Nondum ſatis virium habet*, er hat noch nicht Kräfte genug. Nondum id eſt roboris ac nervorum; nondum ita firmus eſt corpus viribus; nondum id vigoris in corpore animoque eſt; nondum ita validus eſt; nondum ita convaluit, ita ſe confirmavit, ut par ſit his conatibus. Adhuc ſine nervis eſt; viribus ad huc neceſſariis caret; nondum ea facta eſt acceſſio virium, quam res tanta poſtulat. 2. *Omnes vires impendere*, alle Kräfte anſpannen. Nerves omnes contendere, intendere, adhibere; ſumma ope niti; nulli operæ parcere; toto pectore ad rem incumbere; operam omnem aliquo conferre. *Uſus.* Nolim respublica tibi tantas vires dediſſet. Experire ejus vires. Pro viribus agere. Omnibus opibus viribusque repugnare. Nimia contentione frangentur, deficient te vires tuæ, quas ſi amiſeris, non facile revocabis. V. *Valitudo*, *robur.*

Vireſco, is, ere. grün werden, ausſchlagen.

Virga, æ, f. Ruthe. *Syn.* Flagellum. *Uſus.* Virgis ad necem cædere; acerrime concidere aliquem. Tergum virgis laceratum. Violata virgis corpora tribunorum.

Virgetum, i, n. ein Ort, da viel Gerten oder Ruthen ſind. *Syn.* Locus virgis conſitus.

Virgineus, a, um. jungfräulich. *Uſus.* Pudor virgineus.

Virginalis, e. jungfräulich. *Uſus.* Virginalis modeſtia, verecundia.

Virginitas, tis, f. Jungfrauſchaft. *Syn.* Caſtitas, caſtimonia virginalis. *Uſus.* Virginitatem ſuam violare parantem occidit. V. *Virgo.*

Virgo, inis, f. Jungfrau. R. q. Virago, a Vir, *viripotens.* *Epi.* Casta ac verecunda, generoſa, nobilis, incorrupta. Veſtalis, digna, propter quam aliquid fieret, nata ſummo loco. *Phraſ.* 1. *Perpetua virgo manſit*, ſie iſt eine ewige Jungfrau geblieben. Illibatum virginitatis florem ad extremum uſque ſpiritum conſervare; virginalem pudicitiæ florem illibatum cuſtodire; virginitatis decus illibatum retinere; virginitatis integritatis laudem illibatam conſervare, ſervare; inviolato pudore vitæ hujus illecebras transire voluit. 2. *Virgo caſtimoniam Deo vovit*, ſie hat ihre jungfräuliche Reinigkeit Gott verlobet. Virginitatem florem virginitatis voluntaria ſponſione Deo dicavit, addixit, conſecravit; virginalem pudorem integrum, ac intactum Deo ſolemni ſponſione obtu-

Digitized by Google

obtulit; cœlesti se sponso perpetuæ virginitatis voto consecravit; perpetua voti sponsione Deo se virginitatemque suam obstrinxit, obligavit; virginitatis votum perpetuæ nuncupavit! perpetua voti religione virginitatem suam Deo dicavit. *Usus.* Virginem per vim violare, comprimere, vitiare.

Virgultum, i, n. Gestrüch, Gebüsch. *Syn.* Virgæ & aliæ stirpes passim enascentes. *Usus.* Via deserta & inculta, & intercluſa frondibus & virgultis.

Viridis, e. grün. *R. a* Ver. *Syn.* Habens viriditatem.

Viriditas, tis, f. die Grünheit, Munterkeit. *Epi.* Herbescens. *Usus.* Pratorum viriditas. Laurea ista viriditatem suam nunquam amittet.

Virilis, e, mannbaft, mannbar. beherzt. *Syn.* Viri proprius. *Phraſ. Ubi virilem ætatem attigeris*, wann du in ein mannbares Alter kommen wirſt. Ubi maturior ætas te confirmarit; crescentibus, progredientibus annis; ubi ætas maturuerit; ubi maturior ætas virum te reddiderit; ubi virilem puram togam indueris; ubi pubertatis annos egressus virilem togam sumpseris. V. *Ætas.* *Usus.* Fortis & virilis oratio. Pro virili parte me obligo. Nonnullos interdum jacit igniculos viriles.

Viriliter, mannlich, tapfer, beherzt. *Syn.* Fortiter, animo magno. *Usus.* Quod viriliter; animoque magno fit, id dignum & decorum videatur.

Viritim, Mann vor Mann. *Syn.* In singula capita. *Usus.* Agrum viritim dividere.

Virtus, tis, f. die Tugend, Tapferkeit, Kraft, Vermögen. *R. a* vir, *vel* a vis, *quia vir quardam animi est.* *Syn.* Bonitas, probitas, integritas, perfecta mens; fortitudo, vis, robur, vires; ars, facultas, perfecta & absolutissima ratio. *Epi.* Admirabilis, incredibilis, afflicta, prostrata, maxime luctuosa, amabilis, bellica, clara, insignis, digna gloria, dura & quasi ferrea, excellens, exigua, formosa, pulchra, amabilis, generosa, gratuita, immortalis, non inhumana, neque immunis, neque superba. Laudabilis ipsa, memorabilis ac divina, mirifica, perennis, perfecta natura, & ad summum perducta, præ bilis insignisque, præstantissima, cia vitæ, solitaria, tenera, tra bilis. Æquales & pares, don omnium rerum, imperatoriæ ministræ, sapientiæ comites, pulares, regiæ, non voluntari positæ in voluntate. *Phraſ.* 1. *mo eximiæ virtutis est*, es iſt ein tugendhafter Menſch. Homo præs ti virtute atque integritate; e gia virtute præditus, ornatus; in quo præstabilis insignisque tus, atque adeo ad summum ducta; omni virtutum genere i stris eximio splendore virtu clarus; omni virtutum laude mulatissimus; virtute lucule instructus, multus magnisque tutum ornamentis instructissim spectatæ virtutis vir, exemplar tiquæ probitatis; viva virtutis i go. 2. *Si tuorum majorum la bus respondere vis, tui muneris virtutem colere*, wenn du bei Vorältern gleich kommen willſt, mußt du ernſtlich nach der Tug ſtreben. Si majores tuos referre te dignum iis præbere studes, rum partium est, tui officii non potes non virtuti operam d ut ad virtutem toto pectore incu bas; tuam operam studium conferas; ut omni studio ac c tatione virtutem complectaris, cesse est. 3. *Ista virtus magno constitit*, dieſe Tugend hat dich gekoſtet. Quod ista virtute sis, q virtute floreas, polleas, vale excellas, emineas, non tu id o sed magis laboribus ac vigiliis secutus es; labores & vigiliæ tibi virtutem pepererunt; virtu laboribus tuis ac vigiliis referre bes acceptam; non hoc virtutis te esset, nisi labores gravissimos cepisses & pertulisses; a labori istam virtutem habes; virtus non otio ac desidia, sed ma laboribus est comparata. 4. *Vi ex virtutis præscripto vivere, go virtuose vivere*, tugendſam le Vitam ad omnem virtutis lege normam, disciplinam exigere; te ac cum virtute vitam dege traducere; ex virtutis lege ac scripto vitam agere, guborn 5. *Perspecta virtus*, eine bewä Tugend. Perspicuis testata fig

Digitized by Google

præclaris factis declarata multis & non dubiis egregiæ virtutis indiciis notis, significationibus testati mores; versata in omnium ore ac sermone virtus. *Usus.* Virtus est recta animi affectio, per se ipsa laudabilis, cujus laus in actione consistit. Virtus una altissimis defixa radicibus labefactari non potest. Magno virtutis amore teneor. Virtutem consequi, habere; virtutis compotem esse. Virtutem projicere. Virtutum laude crescere. Utinam pro patria mea staret ista virtus! V. *Probitas, probus, mores, honestus.*

Virus, i, n. Gift. *Usus.* Omne acerbitatis virus apud aliquem evomere. V. *Venenum.*

Vis, vim, vi, f. Macht, Kraft, Gewalt, Vermögen. *Syn.* Vires, virtus, robur, impetus, nervi, efficacia, violentia, injuria, copia, numerus. *Epi.* Æterna animi, aptior numeris & carminibus, calamitosa, conciliatrix humanæ societatis, confusa toto mundo, contraria, egregia, quasi dux vitæ, & magistra officiorum, domina rerum præclara, & divina, fatalis, fracta, debilitata, hiemalis, imbecillis metus, incredibilis quædam & prope singularis, divina ingenii, infinita lacrimarum, quædam innata, magna animi, magna eboris, magna naturæ, maxima auri & argenti, maxima ad rationem aliquam naturæ, princeps rationis atque ordinis, non modo senior, sed æqualis, interdum levior, summa ac diligenti contemplatione dignissima, tribunitia, vetus judiciorum, universa, propria orationis vel oratoris *Phras.* 1. *Ea res quæ magnam habet ad beate vivendum*, diese Sache trägt zu einem glückseligen Leben sehr viel bey. In ea re momenta sunt maxima; id permagni momenti est & ponderis; res ea plurimum habet efficacitatis ad beata vivendum; res ea confert plurimum ad beate vivendum; multum interest, multum ad beate vivendum refert, ista si ratione utare. 2. *Omnia per vim gesta sunt*, es gieng Gewalt für Recht, man hat alles mit Gewalt angegriffen. Contra leges moresque majorum, temere, turbulente, per vim ac furorem acta sunt; vis & ferrum in foro versabatur; vim adhibere & manum placuit; omnia per vim metumque expressa, extorta sunt; ibi legum reverentia ac magistratuum cessit; sua cuique in acinace lex erat. 3. *Vis jam parabatur*, man hat Gewalt brauchen wollen. Res jam ad vim spectare visa est; jam ad vim manusque ventum est; jam gladiis rem transigere, ferro decernere parabant; in eo jam res erat, ut vi, manu, ferro, facibus, lapidibus ubs adorirentur; concursa & lapidatione agi cœptum est; jam ad crudelem & perbamque violentiam animos converterant; jam vi lacessere, & pro se quisque manus afferre cœperat; erant, qui plebem ad vim vocabant, qui ad vim descenderent; qui vim intentare, denuntiare; qui afferre, inferre, facere, adhibere; vim contra nos suscipere; manum afferre, inferre, injicere auderent. *Usus.* 1. Incredibilis quædam, singularis & prope divina vis ingenii. Doleris magnitudo vim nobis dedit, attulit singularem. Tanta vis est eloquentiæ. Tantam vim habet veritas. Omnem vim ingenii huc contulit. Quæ sit vis horum verborum, nemo non intelligit. Ex vi nominis argumentum elicere. Omni vi te retinebo. Est hæc vis & natura amicitiæ. 2. *Violentia, injuria*, Gewaltthätigkeit. Vi capere urbem. Vim afferre, inferre. Ad vim descendere. 3. *Copia*, ubertas, *multitudo, pondus, numerus*, Menge, Last, Zahl. Magna vis eboris, frumenti, auri. Magna vis lacrimarum. Magna vis servorum, vasorum.

Viscera, um, n. Eingeweide. *Syn.* Intestina, partes interiores & nobiliores corporis. *Usus.* Permanant in venas, hæret & indidit in visceribus malum. Alicujus crudelitatem a jugulo & visceribus civium averto. Visceribus avaris villas struere.

Visceratio, onis, f. Austheilung des rohen Fleisches unter das Volk. *Syn.* Crudæ carnis distributio, solenni ritu fieri solita.

Viscosus, a, um. * klebericht, leimicht, zähe.

Vi-

Digitized by Google

Viſcus, i, m. Vogelleim. *Uſus.* In viſco inhæreſcunt aves.

Viſendus, a, um ſehenswerth. *Syn.* Spectandus, magnificus. *Uſus* Epulum viſendo apparatu. Viſendi operis ſignum. Viſenda pietate ſpectaculo exemploque eſſe civibus.

Viſio, onis, f. Geſicht, Erſcheinung, das Sehen. *Syn.* Viſum, ſpectrum, ſpecies. *Epi.* Communis veri & falſi, externa, adventitia, falſa, probabilis, fluens, inanis. *Phraſ. Viſionem habuit cœleſtem*, er hat eine himmliſche Erſcheinung gehabt. Oblata homini eſt cœleſtium quædam ſpecies. In quiete viſa illi ſpecies viri, quam pro humano habitu auguſtioris. Obverſata ejus animo per quietem cœleſtis quædam ſpecies. Cœleſtium præclara illi ſpecies oblata eſt; divina quædam ſpecies de cœlo effulſit. Nocturna quies cœleſtem quandam illi ſpeciem objecit, oſtentavit. *Uſus.* 1. Animi externa & adventitia quadam viſione turbati. Falſa ejus ſpecie & viſione vehementius commoventur homines. 2. *Phantaſi actus*, das Sehen. Viſio ſine aëre fieri non poteſt.

Viſito, as, avi, atum, are. fleißig beſuchen. *Syn.* Viſo, inviſo. *Uſus.* Podagræ doloribus ardentem viſitavit. *Viſito dioeceſin, provincias, vulg. eſt*, das Bisthum, die Länder beſuchen, beſehen. *Latine*: Inſpicio, Inſtro, obeo, recognoſco provinciam &c. V. *Viſo.*

Viſo, is, viſi, viſum, ere. beſuchen. *Syn.* Inviſo, viſito, officii cauſa adeo, convenio, accedo, ſalutatum venio. *Uſus.* Conſtitui ad te venire, & viſere, & cœnare tecum. Viſere aliquem longo intervallo. Cum laxati curis ſumus, ſpectare aliquid volumus, & viſere. Nunc ad eum viſam

Viſum, i, n. Geſicht, Erſcheinung. *Syn.* Viſio, ſomnium. *Epi.* Falſum, probabile, veriſſimum. *Uſus.* 1. Viſa ſomniantium. Viſis, neſcio, quibus terreri. Viſa dormientium pro nihilo habenda ſunt. Multa viſa ſomniorum proficiſcuntur a Numine. 2. *Probabile, apparens, objecta menti ſpecies*, Erſcheinung. Cum viſa in animos imprimantur, &c. Viſis non omnibus adjungebat fidem.

Viſus, us, m. das Sehen, das Geſicht. *Syn.* Videndi ſenſus, videndi vis, acies oculorum. *Epi.* Humanus, inſignis, illuſtris. *Phraſ. Oculorum acies hebes & obtuſa*, ein blödes Geſicht. Caligantes oculi, oculi turbidi, videndi facultas turbida & confuſa, dunkle Augen. Lumina oculorum amittere; videndi facultate deſtitui, das Geſicht, die Augen verlieren. *Uſus* Nocent viſu feminæ, quæ duplices pupillas habent. V. *Oculus.*

Vita, æ, f. das Leben. *R.* βιότη, *vita.* *Syn.* Spiritus, uſura hujus lucis, vitæ curriculum, curſus hujus vitæ, curriculum vivendi, communis ſpiritus, ſpiritus cœli, anima, caput, victus. *Epi* Honeſta, probata, ſuavis, jucunda, quieta, tranquilla, ſplendida, delicata, umbratilis, conſtans, aſpera, inſuavis, amara, horrida, fera, ſordida, vitioſa, flagitioſa. *Uſus.* 1. *Vitam duram agit*, er führt ein rauhes Leben. Vitam aridam, inſuavem, vitam victu cultuque inprimis horridam & aſperam agit. vitam vivit duram & inſuavem, durius conſulit vitæ ſuæ; gravius de vita ſua ſtatuit. 2. *Vitam agit commodam*, er führt ein ruhiges Leben. Ætatem ſuavem, tranquillam, quietam, ſine ullo labore & contentione traducit, agit, degit, exigit; tranquille placideque vitam traducit; vitæ curſum, vitæ curriculum ſine ulla fortunæ offenſione conficit. Secundus illi vitæ fine ulla offenſione curſus contigit. 3. *In cuſtris e vita deceſſit*, er hat ſein Leben in dem Lager beſchloſſen. E vita diſceſſit, exceſſit, ceſſit, receſſit, exivit, deſciſcit, migravit, emigravit, demigravit; vitam hanc mortalem deſeruit: vitam in caſtris poſuit, profudit, naturæ reddidit; vitæ ſupremum ſpiritum edidit; vitæ ſupremum diem egit, extremum vitæ diem morte confecit; vitam amiſit, dimiſit; in caſtris vita eum defecit; ad vitæ exitum a DEO vocatus eſt. 4. *Si mihi vita ſuppetet*, wenn ich das Leben ſo lange haben werde. Si vita ſuppeditabit; ſi vita producta, perducta, propagata ad id tempus fuerit; ſi ſuperſtes ero; ſi vita fruar, ſi in vita ero, manſero, commo-

ra-

Digitized by Google

ratus fuero tamdiu; nisi exiguum hoc vitæ curriculum, quod natura nobis circumscripsit, vivendo prius consecero; nisi vita me defecerit prius: nisi quis casus mihi vitam prius adimat, auferat, eripiat; nisi quis casus lucis usuram hanc prius eripiat. 5. *Ergone omnem vitam in foro transigam?* so werde ich denn das ganze Leben in Rechtshändeln zubringen? Ergone ætatem omnem in foro teram, conteram, consumam? ergo ætatem omnem in causis forensibus ducam, traducam, exigam? ergone totum mihi vitæ curriculum in foro & curia conficietur? ergone omne curriculum industriæ meæ in judiciis, forique contentionibus elaborabitur? 6. *Vita tam pene me tuedet*, es verdrießt mich fast zu leben. Vitam mihi acerbam puto; vita, qua nihil prius, potius, carius, antiquius alloquin mortalibus, gravis mihi est & molesta; piget spiritum, quo mortalibus nihil dulcius, longius ducere; lucis usuram, qua fruor, graviter jam molesteque fero. Animam, quam traho, spiritum, quem duco, acerbum mihi esse sentio. *Usus.* Vita nobis a DEO data, concessa, tradita est. Vitam a DEO habemus. In vitam edimus, introimus, venimus flentes, das Leben anfangen. Vitam producere, perducere, propagare ad ultimam senectutem, das Leben erstrecken. Vitam jucundam cum virtute degere, agere, vivere, traducere, transigere; vitam cum virtute colere, Leben führen. Tribus rebus vita hominum continetur, retinetur, sustentatur, cibo, potione, spiritu, das Leben erhalten. Vitam ad omnem virtutem dirigere, instituere, das Leben einrichten. Vitam, rationem vitæ, certum vitæ genus, institutum sequi; certo genere cursuque vitæ implicari, sich auf eine gewisse Lebensart begeben. Vitam alicujus enarrare, narrare: imaginem vitæ alicujus ex rimere. vitam alicujus, vitæ consuetudinem explicare, ei des Leben beschreiben. Vitam alicujus appetere, vitam persequi, einem aufs Leben gehen. Vitæ alicujus parcere; in vita servare & sustinere aliquem, denen Leben erhalten. Vitam alicui auferre, eripere, exhaurire; vita aliquem expellere, orbare, privare, einem das Leben nehmen. E vita migrare, aus dem Leben schreiben. Vitam abjicere, nicht mehr leben wollen. Vitam profundere, edere, das Leben unter fremden Händen lassen. Vita cum sanguine effluxit, sich verblutet. Mortuos ad vitam revocare; mortuis vitam restituere, zum Leben erwecken. V. *Vivo.*)(*Mori, morior.*

Vitalis e. lebhaft, lebend. *Syn.* Quod vitam præstat, salutaris. *Usus.* Vis vitalis per omnem mundum pertinens. Vitalis calor, spiritus.

Vitatio, onis, f. Meidung, Entlaufung. *Syn.* Fuga. *Usus.* Vitatio periculi, lucis, urbis.

Vitellus, i, m. Eyerdotter. *Syn.* Ovi pars interior.

Vitio, as, avi, atum, are. verderben, schwächen, zu Fall bringen. *Syn.* Vitium affero virgini, violo, comprimo, vim affero. stuprum infero. *Usus.* Vitare alienam uxorem. V *Stuprum.*

Vitiose, schändlich lasterhaft, übel. *Syn.* Vitio. *Usus.* Vitiose loqui, concludere. Lex vitiose lata.

Vitiositas, tis, f. Gebrechen. *Usus.* Malitia certi cujusdam vitii, vitiositas omnium.

Vitiosus, a, um. lasterhaft, schadhaft. *Syn.* Multis vitiis flagitiisque coopertus, convictus, depravatus, corruptus, quod vitiose se habet quod in vitio est, in vitio ponitur.)(*Purus, incorruptus. Phras.* 1. *Vitiosi multis partibus plures sunt, quam probi & integri*, Lasterhafte giebt es allezeit mehr als Gute. Improborum, consceleratorum, pravorum, flagitiosorum, male moratorum, malis artibus præditorum, malitia scelere, vitiis, flagitiis insignium, qui suam animam ad malas artes adjunxerunt; eorum, qui vitam omni vitiorum labe coinquinatam, a virtute abhorrentem, vitiis turpissime obrutam & coopertam traducunt, numerus semper major est, quam bonorum V *Improbus, scelestus.* 2. *Vitiosus es admodum*, du bist zu allem Lastern geneigt. In vitium pronus es; nunquam a vitiis animum, mentem, cogitationem

nem abducis; nunquam mens tua a malitia discedit, abducitur, avellitur: hærent in animo tuo studia vitiorum. V. *Malus*, *nequam*. *Usus*. Consuetudo naturæ vitiosa & corrupta. Animi hoc est integri non vitiosi. Vitiosam naturam doctrina edomitam & compressam habuit Socrates. Orator vitiosissimus. V. *Vitia*.

Vitis, is, f. Weinstock. *Usus*. Ars colonorum est quædam, quæ vites circumcidat, amputet, erigat, extollat adminiculetur, ut quo natura fert, eo possint ire, ut ipsæ vites, si loqui possent, ita se tractandas, tuendasque esse fateantur. Vitem serere, & quæ sata est, diligenter colere. In vitibus putantur, resecantur ea, quæ se nimium profuderant.

Vitium, ii, n. Laster, Unthat, Verbrechen, Schande. *P.* Φθόη aut Φθέω, *vitio*. *Syn.* Vitiositas, animi deformitas, morbus animi, labes animi, pravitas animi turpis actio.)(*Virtus*, *sanitas*. *Epi.* Commune, pervagatum, finitimum, insigne, intolerabile, mediocre, maximum, perspicuum, grande, proprium senectutis, singulare. Vitia domestica, fraterna, occulta, paterna, perditissima, hominis culta, iniqua, contraria. *Phras. Multis animi corporisque vitiis laboras*, er ist vollet Mängel am Leibe und der Seele. Nullum est in moribus naturaque vulnus; nulla pravitas, dedecus, turpitudo, qua non laboret. Eximia est ingenii tarditate, stupore, debilitate linguæ, oculis perversissimis, vultu, omnique motu corporis vastus & agrestis. Quæ præterea libido oculis, quod facinus a manibus quod flagitium a toto abest corpore? *Usus*. 1. Homo vorago & gurges vitiorum; omnibus vitiis inquinatus, cumulatus, contaminatus, coopertus lasterhaft. In vitium delabi. Affine illud vitio est. Facile se vitiis & erroribus admiscent hominum animi. Vitia declinare, vitare, effugere, ponere; a vitiis abstinere, abesse; vitio carere. 2. *Culpa*, Schuld. Qui valetudinis vitio, qui fortunæ vitio, non suo decoxere. 3. *Dedecus*, Schandfleck. Summam laudem alicui vitio dare, in vitio ponere. 4. *In auguriis*, unglückliche Vorbedeutung. Augures vitio creatum consulem; vitio magistratum capessiviſſe ajunt; vitium obnuntiant. 5. *Labes*, *rima*, Baufälligkeit. Si ædes exesæ corruerint, *vel* vitium fecerint. V. *Scelus*, *crimen*, *flagitium*, *sceleratus*.

Vito, as, avi, atum, are. meiden, fliehen, sich hüten. *Syn.* Devito, fugio, effugio declino)(*Incido*. *Adv.* Caute, facile, honeste, magnopere, summopere, turpiter. *Phras. Adulatores vita*, hüte dich vor den Schmeichlern. Refuge ab infida adulatorum consuetudine; cave, effuge assentatorum istam perniciem; aufer te ab isto pernicioſorum hominum grege; utere cautione certa, cautionem diligentem adhibe, ne te fallat pernicioſa adulatorum consuetudo. *Usus*. Periculum, vituperationem, culpam vitare.

Vitricus, i, m. Stiefvater.

Vitrum, i, n. Glas. *Usus*. Merces fallaces chartis, & linteis, & vitris delatæ.

Vitulinus, a, um. Kälbern. *Syn.* Ex vitulo.

Vitulus, i, m. Kalb.

Vituperabilis, e. schelthar, tadelhaft. *Syn.* Vituperandus.

Vituperatio, onis, f. Tadlung, Scheltung, Schmähung. *Syn.* Reprehensio, ignominia. *Epi.* Major, summa, tanta, vehemens, justa, maxima. *Phras. Vituperationem effugere quis potest?* wer iſt, an dem man nichts zu tadeln findet? Quis est, qui non labatur in tam difficili, tamque lubrica rerum humanarum via? quis est, qui non offendat? quis est, qui effugere, ac vitare omnem offensionem possit? quis ab offensione præstare se immunem potest? *Usus*. Alicujus factum, aliquem in vituperationem adducere. Id in vituperationem cadit, venit. Subeunda erit ea causa magna vituperatio.

Vituperator, oris, m. Schelter, Tadler. *Syn.* Reprehensor. *Epi.* Invidus. *Usus*. Si in vituperatores incideris.

Vitupero, as, avi, atum, are. schelten, tadeln. *Syn.* Reprehendo, crimini, culpæ, vitio do, tribuo

Digitized by Google

culpo, deformo, de dignitate, de auctoritate alicujus detraho, in maledicti *vel* criminis loco pono *vel* objicio; maledictis alicujus gloriam dignitatemve violo, verbis castigo. *Adv.* Acerrime, asperius, gravius, admodum valde. *Phras.* 1. *Res palam vituperatur*, man tadelt dieſes öffentlich. Res palam improbatur, damnatur, accusatur, acerbe notatur; sermones ea de re minus commodi dissipantur. 2. *Auctor operis vituperatur*, man tadelt den Urheber dieſes Werkes nicht wenig. Auctor convitio exagitatur, jactatur, vexatur; male accipitur: convitiis urgetur; infamia notatur: in reprehensionem incurrit. V. *Reprehendo*, *Criminor*. *Usus.* Ego tuum consilium vituperare non audeo.

Vivax, cis, *g. o.* lebhaft, lang lebend. *Usus.* Cervus vivax.

Vividus, a, um lebhaft, friſch auf geweckt. *Syn.* Plenus vigoris. *Usus.* Impetus, ingenium vividum. V. *Alacer*.

Vivo, is, xi, ctum, ere. leben. *R. a* βιόω *vivo*. *Syn.* Spiro, sum in vita, sum, in vita commoror, inter vivos numeror, vitam ago, transigo, dego, ætatem ago, vitam vivo, vita fruor, vitam & spiritum duco, vita & communi spiritu fruor, vitam colo, vita manet, vita suppetit, suppeditat. lucem intueor, anima mea exsupero *Adv.* Amantissime cum aliquo, amicissime, animose, audacter, calamitose, comiter, concordissime cum aliquo, congruenter naturæ convenienter, familiariter, fideliter, honestissime, immoderate, improbe, impure intemperanter, jucunde, laudabiliter libere, licentius cum sua domina, luxuriose cum libidinosis, magnifice, molliter, necessario otiose, petulanter, prodige. Quam diutissime, quiete, sanctissime, sapienter, satis superque, valde, familiariter. *Phras.* 1. *Dum vivam, litteris studebo*, ſo lang ich leben werde, werde ich den Wiſſenſchaften obliegen. In litterarum studio vitam conterere, degere omnem ætatem, est animus: dum animus in hac custodia corporis retinebitur; quantumcunque ætas mihi contigerit longinqua; dum curriculum vivendi a natura datum confecero; dum salvus ero; dum spiritum duxero; dum vita & hoc communi spiritu fruitus fuero; dum spiravero; dum lucem intuitus fuero, litteris studebo. Quibus regionibus vitæ meæ spatium circumscriptum fuerit, iisdem litterarum uno studio quasi tabernaculum vitæ meæ collocabo. 2. *Miſere vivit*, er lebt ſehr elendiglich. Animam trahit, spiritum ducit inter multos animi corporisque cruciatus; paucos in vita dies videt, numerat non insigni aliqua calamitate notabiles; in luctu & sordibus jacet, obsolescit, consenescit; vitam exigit, vitam degit in multis miseriis; ætatem omnem iis in calamitatibus exigit, ut nec vitæ hujus lux illi, nec cœli hujus spiritus jucundus esse possit, quæ illi luxis usura datur, quæ illi exigui usura temporis ad vivendum conceditur, ea non tam beneficium est quam nova series dolorum. 3. *Vivit ad genium suum suaviter & molliter*, er lebt nach ſeinem Gefallen, und zwar nur gar zu zärtlich. Vivit arbitratu suo; vivit ingenio suo: sibi, genio indulget liberaliter; animo obsequitur; curat se molliter: cuticulam curat molliter ac delicate. 4 *Vivere sine fratre non potest*, er kann ohne ſeinen Bruder nicht leben. Desiderium absentis fratris ferre non potest; spiritus ejus ex fratre pendet; spiritus, quem ducit, ex fratris ore trahitur; vita ac salus ejus in unius fratris anima consistit; partem viscerum avelli fratris discessu autumat. *Usus.* Secum esse, secum vivere, ac habitare, einſam leben. Conjunctissime cum aliquo vivere, einträchtig mit einander leben. De lucro vivo, es iſt noch dieſes ein Glück, daß ich lebe. Vivere de suo, aus eigenen Mitteln leben. In horam, in diem barbarorum more vivere, in den Tag hinein, ohne Sorgen leben. In otio vivere, im Müßiggange leben. Vivere ad alterius arbitratum, non ad suum, nach eines andern Willen leben. Naturæ satis vixi, ich habe lange genug gelebt. Precario vivere, zu Gnaden leben. Rapto vivere, von dem Raube leben.

Vivus, a, um. lebend. *Syn.* Spirans. *Usus.* Me vivo non triumphabit E vivorum numero exturbare aliquem.

Digitized by Google

quem. Vivus & videns pereo. Ad vivum reſeco. De vivo aliquid detraho, *vel* reſeco.

Vix, *adv.* *Syn.* Vix dum, vix jam, ægre. *Phraſ.* *Vix non totum periit*, es iſt faſt alles zu Grunde gegangen. Non multum abſuit, quin; paullum abſuit, quin totum periret; vix tenues ſuperſunt reliquiæ. *Uſus.* Vix, ac ne vix quidem evades. Vix eſt rerum, te huc venire.

Ulceratus, a, um. ſchwärig. *Syn.* Exulceratus.

Ulceroſus, a, um. voller Geſchwüre. *Syn.* Plenus ulceribus.

Ulciſcor, eris, ultus ſum, ciſci rächen. *R. ab* ἕλκίζω, *trahor*, *q. ad poenam trahor*. *Syn* Vindico, punio, perſequor, pœnam repeto, injurias perſequor, male meritis refero, quod debeo, pœnas ſumo, expeto. *Phraſ.* I, *Nihil laudabilius eſſe ſtatuo, quam injurias non ulciſci*, ich halte nichts für löblicher, denn ſich wegen zugefügter Beleidigung nicht rächen. Nihil ad laudem illuſtrius eſſe ſtatuo, quam injurias contemnere; oblivisci; injurias ex animo delere; minime perſequi; ultione non perſequi; de injuria perſequenda, referenda nihil omnino cogitare; referendæ injuriæ curam non ſuscipere; ultionem injuriarum non ſpectare, non curare; de referenda injuria minimum laborare. In contemnendis, oblivisendis, ex animo evellendis, ex memoria delendis injuriis, oblivione voluntaria congerendis, eximiam ſitam eſſe laudem, mihi perſuadeo. 2. *Ulciſcar iſtam calumniam*, ich werde die Verleumdung noch rächen. Calumniam hanc non inultam patiar; pro iſtis injuriis graviter ulciſcar; injuriam hanc certo perſequar; gravem me ad calumnias iſtas vindicem ſervabo; ultor ero calumniæ; punitor doloris mei; vindicabo quam acerrime maledicta illa; dolorem ex calumnia meum juſta ultione explebo; pœnas pro calumnia graves capiam; juſtus dolor ad repetendas calumniæ hujus pœnas me excitat, nec inultum id, quidquid eſt, a me auferes. *Uſus* Meas injurias nondum ſum ultus. Ultus eſt Sylla hujus victoriæ crudelitatem. Ulciſci inimicum, ſich an ſeinem Feinde rächen. V. *Vindico*.

Ulcus, eris, n. Geſchwür. *Syn.* Plaga inveterata & ſordida. *Uſus.* Et tu tanquam unguis in hoc ulcere.

Ullus, a, um einer, jemand, wer der auch ſey. *Syn.* Aliquis, unus. *Uſus.* Ullum nummum nemini debeo. Si ulla eris libertas. Sine ullo, *vel* uno metu.

Ultimus, a, um. der letzte. *Syn.* Poſtremus, extremus, noviſſimus, ſummus. *Uſus.* Ex ultimis terris arceſſitus. Ab ultimo principio hujus urbis ad hoc tempus.

Ultio, onis, f. Rache. *Syn.* Vindicta.)(*Gratia.* *Uſus.* Ultionem parare. V. *Ulciſcor*, *vindico*.

Ultor, oris, m. Rächer. *Syn.* Vindex, punitor. *Uſus.* Injuriarum noſtrarum ultor.

Ultra, über das noch darüber, mehr als jemals. *Syn* Supra.)(*Citra.* *Phraſ.* *Ultra, quam conſtituerat, progreſſus ſum dicendo*, ich bin ſchon weiter fortgeſchritten, als ich gewollt habe. Longius vagata eſt oratio; curſus dictionis longius me extulit, provexit, fines dicendi longius, ac volueram, protuli; orationem produxi longius; quantumcunque me retinui, longius tamen oratione lapſus ſum; oratio inter præſcriptos dicendi fines non conſedit. *Uſus.* Ultra, quam ſatis ſit, angeris. Oratio elegans, ut nihil poſſit ultra.

Ultrix, icis, f. Rächerinn. *Syn.* Vindex.

Ultro, freywillig, von ſelbſt, von freyen Stücken. *Syn* Sponte, non quæſitus. *Uſus.* Omnia ei ultro pollicitus ſum.

Ultro citroque, hin und wieder. *Syn.* Huc illuc, vicissim. *Uſ.* Ultro citroque curſare, navigare, commeare. Beneficia ultro citroque data.

Ululatus, us, m. Geheule. *Uſus.* Victoriam conclamant & ululatum tollunt.

Ululo, as, avi, atum, are. heulen und ſchreyen. (*propr.* canum & luporum.) *Uſus.* Inclinata & ululante voce. V. *Plango*.

Umbilicus, i, m. der Nabel, Mittelpunkt. *Epi.* Certus. *Uſus.* Is locus, quod in medio Siciliæ eſt, & umbilicus ejus inſulæ nominatur.

Umbo, onis, m. erhabener Ort mitten im Schilde. *Uſus.* Umbonibus, incuſſaque ala ſternuntur hoſtes.

Umbra, æ, f. Schatten. *R.* ἀμαυρὸς, *obſcurus*. *Epi.* Fatalis, infera, tenuis. *Uſ.* Umbram equitis Romani vide-

Digitized by Google

tis, simulacrum pristinæ dignitatis Umbras falsæ gloriæ consectari. Omnes umbras timet. Umbræ & eminentiæ in pictura.

Umbraculum, i, n. Sonnenschirm, Sommerhaus, Sommerlaube. *Syn.* Locus frondibus tectus. *Usus.* Ex umbraculis eruditorum, otioque scholæ in solum & pulverem prodire, procedere.

Umbratilis, e. das für sich im Verborgenen ist. *Syn.* Quod in umbra & otio versatur. *Usus.* E domestica & umbratili exercitatione medium in agmen, in pulverem, in clamorem in castra, in aciem forensem prodire, & ex litteris aliquid in lucem aspectumque proferre. Oratio mollis & umbratilis. V. *Fucatus.*

Umbrosus, a, um. schattig. *Syn.* Opacus, umbrifer. *Phras.* *Locus umbrosus*, ein schattiger Ort Locus ambientibus ramis, vix in densam umbram cadente sole, contectus; multa arborum frondiumque amœnitate opacatus. V. *Opacus*

Una, zugleich, miteinander. *Syn.* Simul pariter communiter. *Usus.* Si in Italia fueris, erimus una. V. *Simul.*

Unanimis, e. einhellig. *Usus.* Unanimes fratres, sodales. V *Concors*

Unanimitas, tis, f. Eintracht, Einhelligkeit. *Usus.* Nulla re magis, quam unanimitate regna continentur.

Uncia, æ, f. eine Unze, zwey Loth. *Syn.* Assis pars duodecima.

Uncinatus, a, um krumm gebogen *Syn* Aduncus, humatus.

Unctio, onis, f. Salbung. *Syn.* Unctura.

Unctor, ris, m. Salber, Schmierer. *Syn.* Aliptes. *Epi.* Bonus.

Unctura, æ, f. Salbung. *Syn.* Unctio. *Epi.* Servilis.

Uncus, i, m. Hacke. *Usus.* Uncus fugitivo impactus est.

Unda, æ, f Wasser *Syn.* Fluctus. *Usus.* Undæ comitiorum. V. *Mare.*

Unde, woher. *Syn.* Ex quo, a quo. *Ratione causæ, origii.* a re, loco *Usus.* Eloquentia, unde longe absum. Materia, unde orta sunt omnia. Quærimus, unde sit beata vita. Unde omnia manant.

Undecies, eilfmal.

Undelibet, woher immer.

Undequinquagesimus, der neun und vierzigste. Undevicesimus, vel undevigesimus, der neunzehnte. Undeviginti, neunzehn.

Undique, allenthalben her, aller Orten her. *Syn.* Ex omni parte, ex omni genere. *Usus.* Undique ex omni regione terrarum concurritur Aut undique religionem tolle, aut undequaque conserva. Honestas undique perfecta. A tergo, a fronte, a lateribus, ex omnibus partibus undique tenetur.

Ungo, is, xi, ctum, ere. salben, schmieren. *Syn.* Perungo, unguentis oblino. *Usus.* Cæsar unctus occubuit. Cum is caput & os unguento perfricaret & ungeret.

Unguentarius, ii m. Salbenbereiter, Quacksalber. *Syn.* Qui unguenta conficit, vel vendit.

Unguentum, i, n. Salbe. *Syn.* Odorum variorum permistio. *Epi.* Conditum suavitate, moderatum. *Usus.* Unguentis oblitus. Unguentis effluens, calamistrata coma.

Unguiculus, i, m. kleiner Nagel an Händen oder Füßen *Usus* A teneris unguiculis, von Kindheit an.

Unguis, is, m. Nagel, an Händen oder Füßen, Klaue. *Epi.* Transversus, adversus, ferus. *Usus.* Ab imis unguibus ad summum verticem. Unguibus eum discerpsere. Ungues dempserat illi tonsor, collegit: Unguis in ulcere exstitit. Unguibus in faciem violare

Ungula, æ, f. Klaue, Huf der Pferde. *Epi* Vehemens. *Usus.* Ungula equi, jumentorum.

Unice, einzig, und allein. *Syn.* Singulariter. *Usus.* Patriam unice diligit. Hunc tibi unice commendo.

Unicus, a, um. einzig, alleinig *Syn.* Unus, unigena, singularis. *Usus.* Erat hoc unicum solatium in malis.

Universalis, e. allgemein. *Syn.* Universus, absolutus. *Usus.* Canon universalis.

Universe, allgemein, insgemein. *Syn.* Generatim, generaliter.

Universitas, tis, f. ganze Gemeinde. *Syn.* Universum, mundus. *Usus.* Universitas rerum, qua omnia continentur *Universitas*, vulg. eine Universität, hohe Schule. *Latius*: Doctrinarum omnium sedes & artium ac disciplinarum omnium penetra, vel emporium. V. *Academia.*

Uni-

Digitized by Google

Universus, a, um. ganz, sämmtlich, all, gemein *Syn.* Totus, omnis, infinitus, confusus. *Usus.* Quid potest esse extra universa? Rem universam in partes distribuere. DEUS separatim ab universis singulos diligit.

Uniusmodi, einerley. *Syn.* Non varius.)(*Multiformis.* *Usus.* Materia semper est uniusmodi, sui similis.

Unquam, jemals. *Syn.* Ab omni memoria, post homines natos, post hominum memoriam, ex omni memoria post nostram patrumque memoriam.)(*Nunquam.* *Usus.* Omnes, qui unquam fuere, superat. Nihil unquam post homines natos.

Unus, a, um. einer. R. *ab* εἷς, ἑνὸς. *Syn.* Solus, singularis. *Usus.* Ut esset unus e nobis. Unum sustinere pauci possunt, utrumque nemo. In unius anima positas omnes spes habemus. Ad unum omnes assentiunt. *Unus post alterum, vulg.* einer nach dem andern. *Latine:* Super alium alius; alia super alia; aliud ex alio. *Unus est melior, quam alter, vulg.* einer ist besser, als der andre. *Latine:* Alius alio melior. Ad neminem unum imperii summa rediit, sed separatim suam quisque classem administrabat, die Regierung ist auf keinen allein, oder insbesondere gekommen. In unum locum conducere, cogere; in unum corpus coalescere; in unum confundi: in unum congruunt res omnes.

Unusquisque, ein jeder, jeglicher. *Syn.* Singuli, quisque.)(*Nemo, nullus.*

Vocabulum, i, n. ein Wort. R. *a* voco. *Syn.* Vox, nomen, verbum. *Epi.* Certum, proprium, declarans, incognitum alicui, additum ad nomen, novum, priscum, ab oratore modificatum, inflexum quodammodo. *Usus.* Vocabulo ipso declaratur. Quo quæque res proprio & certo vocabulo appellatur. Vocabulorum inanes opifices. Vocabulum ab oratore modificatum, & inflexum quodammodo.

Vocalis, e, hellklingend, laut. *Usus.* Concursus vocalium certarum.

Vocatus, us, m. das Ruffen, Beruffung, Einladung. *Syn.* Arcessitus. *Usus* Drusi vocati venimus.

Vociferatio, onis, f. Geschrey. *Syn.* Clamor, vox elata. *Usus.* Muliebris vociferatio me commovebat. V. *Clamor.*

Vociferor, aris, atus sum, ari. ruffen, schreyen. R. *a* vox & fero. *Syn.* Clamo, clamorem edo, clamorem tollo, exclamo, vocem contendo. *Usus.* Palam minitari & vociferari. V. *Clamo.*

Voco, as, avi, atum, are. ruffen, einladen, vorfodern. *Syn.* Advoco, inclamo, arcesso, accio, adesse jubeo, evoco, nomino. *Adv.* Exigue, fortuito, jam dudum, nominatim, parcius, paullo, recte, temere, ultro, falso, vulgo. *Phras. Locus is Troja vocatur,* dieser Ort heißt Troja. Troja appellatur; loco Troja nomen est; loco dixere nomen Trojam. Trojæ loco nomen est. V. *Nomen.* *Usus.* 1. Aliquem in jus, ad cœnam vocare. Senatum vocari jussit. 3. *Invito, trabo, impello,* einladen, ziehen, antreiben. Qua spe me ad laudem, ad studium virtutis vocas? Consules ad arma vocant plebem. In eundem me luctum, in longum sermonem me vocavit. Quod me a mœstitia vocas, nihil proficies. 3. *Adduco,* bringen. Aliquem in invidiam, in odium, in culpam; in suspicionem, in judicium; aliquid in dubium vocare. 4. *Nomino,* nennen. Quamque rem suo nomine vocare. V. *Accerso.*

Volaticus, a, um. flüchtig, unstät, unbeständig. *Syn.* Inconstans. *Usus.* Furentes & volatici impetus. V. *Vanus, inconstans, levis.*

Volatilis, e. fliegend, was fliegen kann. *Syn.* Volucer. *Usus.* Bestiæ aquatiles, volatiles.

Volatus, us, m. Flug, das Fliegen. *Syn.* Lapsus volucrum. *Epi.* Aërii. *Usus.* Aër volatus avium sustinet.

Volito, as, avi, atum, are. fliegen, herumlaufen. *Syn.* Vagor, discurro. *Usus.* Volito in foro; volitare per gentes & regna.

Volo, as, avi, atum, are. fliegen. *Syn.* Volito, pennis me tollo. *Adv.* Late, insolentius, palam, vehementer *Usus.* Volasse eum, non iter fecisse diceres. Volat ætas. Litteræ ad Pompejum volabant.

Volo, vis, volui, velle. wollen. R. *a* βόλομαι. *Syn.* Voluntas est, voluntatem habeo, voluntas mea fert, sententia est, studeo.)(*Nolo.*

Digitized by Google

Adv. Imprudenter magnopere, maxime, nequicquam, perverse, plane, recte, non sane, valde, vehementer, etiam atque etiam. *Phras. Hoc unum volebat*, dieſes einzige wollte er. Hoc ferebat ejus voluntas; hoc significasse & annuisse videtur; hoc totâ animi inductione deposcebat; hoc totis animis volvebat; hoc toto animi ardore cupiebat; hoc optabat; votum hoc erat unicum; hoc spectabat unum; hoc unum cordi erat; huc mentem, huc cogitationes omnes conferebat; hanc unam rationem rerum suarum ingressus erat, inierat: hoc unum in animo erat, in animo habebat. 2. *Si ita vis, fiat. per me licet.* wenn du es alſo willſt, meinethalben geſchehe es. Si id æquum censes; si animum induxisti; si tibi certum est, hoc agere; si ea stas sententia; si iis rebus agendis animum injecisti; si huc animum convertis; si tuæ id voluntatis est; si ita libet; si id consilium agitas, fiat, quod lubet, nihil repugno. 3. *Vult mercaturam facere*, er will ſich auf die Handelſchaft legen. Ad mercaturam se applicat; ad mercaturam se confert; mentem ad mercaturam faciendam appulit; mercaturam facere in animum induxit; novam nunc vitæ ac studiorum rationem suscipit & ingreditur, totusque ad voluntatem mercaturæ faciendæ incumbit, qui mercatum nunquam attigit. V. *Cupio, desidero, statuo. Usus.* 1. Volo omnes bene de me sperare. Quid sibi fata volunt? 2. *Cupio bene*, wohl wollen. Omnium causa, quos commendo, velle debeo. Valde ejus causa volo. V. *Decerno, statuo, constituo.*

Volones, um, m. freywillige Soldaten, Volontäre. *Syn.* Milites voluntate sequentes.

Volubilis, e. beweglich, unſtät, ſchnell. *Syn.* In orbem incitatus. *Usus.* 1. Cœlum volubile. 2. *Concitus*, übereilend, übereilt. Volubilis & præceps quadam dicendi celeritate. Vaga & volubilis, & lucem stans fortuna. V. *Vagus, varius.*

Volubilitas, tis, f. das Umdrehen, Beweglichkeit. *Syn.* Volubilis motus, celeritas, incitatio. *Epi* Inanis, irridenda, magna. *Phras. Magna in eo est linguæ volubilitas.* er hat eine behende, läufige Zunge. Expedita & profluens est in dicendo celeritas; lingua incitatius fertur; oratione utitur volubili, celeri, concitata; oratio hominis rapida est, & celeritate pene exæstat; fundit orationem mira linguæ verborumque volubilitate & concitatione *Usus* 1. DEUS cœlum ad volubilitatem rotundavit. 2. *Celeritas, concitatio, inconstantia*, Behendigkeit, Geſchwindigkeit, Unbeſtändigkeit. Verborum, linguæ, fortunæ volubilitas. V. *Inconstantia.*

Volubiliter, beweglich. *Syn.* Celeriter, incitate.

Volucer, is, e. fliegend, ſchnell, unbeſtändig. *Syn.* Volatilis, præceps, incitatus. *Usus.* O nuntium volucrem! Nihil tam volucre, quam maledictum. Genus dicendi volucre. O spem volucrem!

Volucris, is, f. ein Vogel. *Syn.* Ales, avis, volatilis. *Usus.* Volucres nidos fingunt ac construunt.

Volumen, inis, n. Buch. R. a volvo. *Syn.* Liber. *Epi.* Cœleſte, maximum, plenum, novum. *Usus.* Evolvi volumen epistolarum tuarum. Epistolas in volumen referre, redigere. Aliquot jam volumina confecit, effecit. Omnia hæc paucis voluminibus continentur. V. *Liber.*

Voluntarius, a, um. freywillig, ungezwungen. *Syn.* Sponte, ultro, judicio susceptus, ad arbitrium, ad libidinem. ✕ *Invitus. Usus.* Voluntaria oblivio. Sunt quidam animi motus voluntarii. Voluntarium facinus. Hominem habeas voluntarium laudatorem. V. *Libenter.*

Voluntas, atis, f. der Wille. *Syn.* Mens, animus, sensus, arbitrium, consilium, propositum, sententia, institutum *Epi.* Abdita, recusa, aliena, offensa populi, alienior ab ali-

Digitized by Google

aliquo, conjuncta inter aliquos; conſtantiſſima, depravata, eximia quædam & ſingularis, fraterna, plena humanitatis & pietatis, grata alicui, minime nova, incredibilis, popularis, jucunda in malis, grata in dolore, liberalis, obſtinatior & in iracundia obfirmatior, occulta, perpetua, præclara; omni laude digna. Conſceleratæ, nefariæ, diverſæ civium, juſtæ, inanes, ambitioſæ, multæ & perpetuæ, ſummæ omnium. *Phraſ.* 1. *Voluntt. tuae parebo*, ich werde deinem Willen nachkommen. Obſequar tuis voluntatibus; nihil niſi ex voluntate tua faciam; ero in poteſtate tua; decretis tuis parebo, morem geram; totum me tibi trado gubernandum; obtemperabo imperiis tuis; nihil niſi de ſententia tua acturus ſum; tuas ad leges volens veniam, deſcendam. 2. *Idem mihi ſenſus eſt, eadem voluntas*, ich bin eben der Meynung, und des Willens. In eadem tecum voluntate ſum; voluntatem eandem ſuscepi, habeo; tuis voluntatibus plane aſſentior; in ſententiam tuam pedibus eo. V. *Conſentio. Uſus.* 1. Nec mutabo unquam, nec abjiciam, quam cepi, voluntatem. Ad voluntatem loqui. Ex voluntate aliquid facere. Aliquo ex voluntate uti. 2. *Studium, benevolentia*, Gunſt, Gewogenheit. Civium voluntates propenſas ſibi bonis artibus conciliare, Gunſt zuwegen bringen. Voluntates civium conglutinare; copulare, die Gemüther vereinbaren. Voluntatem ſuam civitas univerſa ad Pompeji partes conferebat, aggregabat; voluntatem ſuam Pompejo profitebatur, declarabat, re præſtabat; omnium voluntates ad Pompejum accedere, für einen ſtehen, einem gewogen ſeyn. Conſerva, retine hanc tuam erga me voluntatem, Gewogenheit behalten. Quam facile mutantur, alienantur, offenduntur hominum voluntates, ac ſtudia, Gunſt verändern. De priſtina voluntate levi momento remittere, von der Gewogenheit nachlaſſen. Alienatæ populi voluntates lente recuperantur, reconciliantur; die vorige Gunſt wiederum herſtellen. V. *Accommodo, adjungo.*

Volvo, is, volvi, volutum, ere. wälzen, drehen. *Syn.* Verto, verſo, in orbem torqueo. *Uſus.* Facile ſoluteque volvere ſententias. Illi, qui volvuntur, ſtellarum curſus ſempiterni. Cœlum admirabili celeritate volvi videmus.

Volupe, luſtig, vergnügt. *Syn.* Delectabile. *Phraſ. Volupe eſt*, es iſt ergötzlich. Voluptati eſt; voluptatem efficit, conciliat; voluptate afficit, perfundit. V. *Voluptas. Uſus.* Salvum te venire, mihi volupe eſt.

Voluptarius, a, um. wohllüſtig. *Syn.* Effeminatus, voluptati deditus, voluptati ſtudens. *Phraſ Voluptarius homo eſt*, er iſt ein wohllüſtiger Menſch. Omnia ad voluptatem refert; voluptatem ſpectat unam; omnia voluptate metitur; mollitia & luxu fluit; luxu & inertia diffluit; voluptatibus totum ſe dedit, tradit, dat; alienato ad libidinem animo eſt; effuſus in venerem, & amoribus impeditus eſt; homo eſt natus abdomini; abdomini tantum operam dat, inſervit; genio & abdomini indulget; ſuis ſe cupiditatibus mancipat, homo eſt, praeterquam ſibi, nemini commendatus; animo ſuo morem gerit; animo obſequitur, quoquo fert libido. V. *Mollis. Uſus.* Epicurus homo voluptarius, cujus te mores delectant. V. *Voluptas, libido.*

Voluptas, tis, f. Wohlluſt, Luſt, Wonne. *Syn.* Jucunditas, fructus jucunditatis, laetitia, jucundus voluptatis ſenſus. *Epi.* Amatoria, contraria honeſtati, non digna praeſtantia hominis, eſca malorum, exquiſita, illecebra turpitudinis, imitatrix boni, incredibilis laetitiae, pene divina, inimica virtutis, inſatiabilis, magna & perpetua, mater malorum omnium, obſcœna, ſimplex, ſumma, ſempiterna, turpis. Æternae, confœderatae, neceſſariae, delicatae, flexibiles, indignae homine docto, majores, non neceſſariae, plurimae, maximae, venereae. *Phraſ.* 1. *Res ea mihi magnam voluptatem praebuit*, dieſe Sache hat mir eine

Digitized by Google

große Freude verurſachet. Voluptati mihi fuit ingenti; maxima voluptate me perfudit; ea ex re ſummam voluptatem cepi. percepi; ſumma voluptate compleor. 2. *Voluptatibus ſe totum permittit*, er ergiebt ſich gänzlich den Wollüſten. Veneri & Baccho tempus omne ſuum deberi arbitratur; totum ſe vitiorum illecebris, & cupiditatum lenociniis tradit; libidinibus ſe ſuis conſtringendum præbet; voluptatibus ducitur, ſeque vitiorum illecebris totum dedit; obſtrictus voluptatibus ſuis tenetur. Quis in voluptatibus illo inquinatior? Vino languidus, confertus cibo, ſertis redimitus paratiſſimis veſcitur voluptatibus; voluptati frena, habenas laxat; voluptatis illecebris delinitus, unguentis oblitus id tantum agere videtur, nequis ſenſus ſit, qui commotionem ſuavem jucunditatis in corpore non perſentiſceret; cui voluptas ſuaviter non blandiretur; qui titillante quadam corporis dulcedine quaſi perfuſus non moveretur; ad quem voluptas cum ſuavitate non affluëret, & illaberetur; qui voluptatibus non affluëret. qui affluenti copia voluptatum, & illecebris omnis amœnitatis non colliqueſceret. 3. *Voluptas multos perdidit*, die Wohlluſt hat ſchon viele zu Grunde gerichtet. Voluptas malorum eſca, blandiſſima domina inimica virtutis, illecebra turpitudinis, mater malorum omnium, multis exitio fuit. Voluptate, tanquam dulci veneno, pars magna hominum perit; multi illecti voluptate, dulcedine voluptatis, blandimentis voluptatum capti, irretiti, ſoriti, in miſerias incurrunt, infortunia ſubeunt, calamitates adeunt, graviter offendunt, multi ducem ſequentes voluptatem in exitium præcipitarunt. *Uſus.* Verbo voluptatis omnes, qui Latine ſciunt, duas res ſubjiciunt; lætitiam in animo, & commotionem ſuavem jucunditatis in corpore. Voluptate dominante virtus jaceat, neceſſe eſt Voluptas rationi inimica impedit conſilium; mentis peritrinxit oculos, nec habet ullum cum virtute commercium. Voluptas ſuaviter ſenſibus blanditur, ſenſus titillat, & hilarat. Jucundum ac dulcem voluptatum conſuetudinem triſtis admodum, & amarus conſequitur eventus. Voluptatis exitus initium eſt doloris.

Volutatio, onis, f. das Wälzen. *Uſus.* Scelera tua non veſtigiis odorantes ingreſſus tuos, ſed totis volutationibus corporis, & cubilibus perſecuti ſumus.

Voluto, as, avi, atum, are. wälzen. *Syn.* Revolvo, tracto. *Adv.* Libere, ſtudioſe. *Uſus.* 1. Volutare libros. In luto, in omni ſcelerum genere & libidinum, in omni dedecore volutari. 2. *Procido, actio ad pedes*, auf die Knie fallen. Volutari ad pedes alicujus.

Vomer, eris, m. Pflugſcharr. *Syn.* Ferrum in extremo aratro. *Uſus.* Vomere terram perſtringere, ſcindere.

Vomica, æ, f. Geſchwür, Eiterbeule. *Syn.* Ulcus. *Uſus.* Vomicam aperire.

Vomitio, onis, f. das Speyen, Erbrechen.

Vomitus, us, m. das Speyen, Brechen. *Uſus.* Supprimere, inhibere, ſiſtere vomitum. Vomitum invitare, facere, extrahere, repetere.

Vomo, is, ui, itum, ere. ſpeyen, ſich brechen. *Syn.* Ejicio, vomitione me purgo, vomitu egero. *Uſus.* Convivium, in quo nemo poteſt dicere, utrum iſte plus biberit, an vomuerit, an effuderit.

Vorago, inis, f. Abgrund, Schlund. *Syn.* Gurges, charybdis. *Epi* Ima, immenſa, geminæ *Uſus.* Vos geminæ voragines, ſcopulique reipublicæ Immenſa vorago, & gurges vitiorum Habet ſecum fratrem, quem gurgitem, quam voraginem? quid eum non ſorbere, quid non haurire cogitatione cenſetis? V. *Hollus.*

Digitized by Google

Vorax, acis, *g. o.* gefräßig, vielfräßig. *Syn.* Gurges, helluo, ganeo, qui crudus postridie se ingurgitat, edax & inexplebilis, natus abdomini suo, qui de convivio auferri debet, qui cibo & potione se distendit. *Usus.* Quæ charybdis tam vorax, quæ tot res tam cito absorbere potuisset? V. *Helluor*, *consumsor.*

Voro, as, avi, atum, are. fressen. R. a βορὰ, *pabulum.* *Usus.* Alia animalia vorant, alia mandunt. Nos hic cum Varrone voramus litteras.

Votivus, a, um. durch ein Gelübd versprochen, gelobt. *Syn.* Quod voto fit, aut suscipitur. *Usus.* Laudi votivi. Legatio votiva.

Votum, i, n. Gelübde, Wunsch. *Syn.* Voti sponsio, qua obligamur DEO. *Epi.* Nefarium, nocturnum. *Phraſ.* 1. *Voto se obligavit*, er hat ein Gelübd gethan. Votum fecit, suscepit, nuncupavit; voti se religione obstrinxit, devinxit; voti sponsione se obligavit; votum vovit. *Usus.* 1. Votum DEO debemus. Voto tenemur. Voti rei sumus. Vota reddenda sunt Superis, solvenda, persolvenda. Corpus suum perpetua voti religione DEO consecrare; suam DEO castitatem voco dedicare. 2. *Optatum*, Wunsch. Voti compotem facere. Voti damnamur. Votum *pro* suffragio, Wahlstimme, *vulg. est.*

Voveo, es, vovi, votum, ere. geloben. *Syn.* Vota suscipio, facio, nuncupo. *Phraſ.* *Vovere paupertatem, castitatem, obedientiam*, die drey Ordensgelübde thun. Bona corporis ac fortunæ per voluntariam inopiam DEO immolare; paupertatis votum nuncupare; arctissimo religionis sacramento ad abdicanda fortunæ bona se obstringere. Irrevocabili castitatis voto se se DEO obstringere, dicare; corporis ac animi pudorem, castimoniam, integritatem voto consecrare, ac immolare. DEO DEique vicariis perpetuo obedientiæ nexu se obstringere, mancipare. Libertatem, & quæ pars animi est nobilissima, voluntatis arbitrium Deo immolare, sacrificare. *Usus.* Consul ludos Neptuno vovit. Nostri Imperatores pro salute patriæ capita voverunt. Nautæ voverunt, se Dianæ vitulum immolaturos.

Vox, cis, f. Stimme. *Syn.* Sonus, verbum. *Epi.* Acerba, inimica bonis, acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva, mediocris, levis, aspera, contracta, diffusa, intermissa, fracta, scissa, attenuata, inflata. Vox mollis, muliebris, effeminata, absona, absurda, agrestis, rauca, inclinata, ululans, dura, fusa, dulcis, suavis, clara, grandior, plenior, canora, lenis. *Phraſ.* 1. *Vocem non amplius habui, vulg.* ich habe keine Stimme mehr gehabt, ich habe kein Wort mehr reden können. Dolor vocem suppressit, inclusit; vocem mittere, emittere nullam jam potui; voce defeci; vocem egerere, proferre nullam potui; suppressa mihi vox est. 2. *Voce submissa locutus est*, er hat ganz stille geredet. Voce demissa, infracta, suppressa locutus est; quassa jam voce, fractaque id unum dixit; sedata & depressa voce pauca locutus est. 3. *Clarissima voce dixit*, er hat mit heller Stimme, überlaut gesagt. Magna voce, maxima, clarissima voce; voce magna & peracuta; maxima vocis contentione, ut omnes exaudirent, dixit; ille majus exclamans, ut vox in coronam, turbamque effunderetur, dixit; intonuit vox ejus, recreata jam, ac corroborata, sic ut ad omnes perferretur. *Usus.* Vox una eloquentiam maxime sustinet, & commendat. Cursus vocis per omnes sonos. Vocem ex eo elicere nemo potuit. Intendere, contendere vocem. In profundenda voce omne corpus intenditur. Vocem ad flebilem miserabilem flectere, submittere. Theatrum totum vocibus percrepat gratulantium. Missa celesti voce recreatus. Una, consentiensque omnium vox erat. Una vox pari consensu emissa. Hæc te vox non percutit?

Digitized by Google

Urbane, höflich. *Usus.* Urbane, faceteque aliquem irridere.

Urbanitas, tis, f. Hofart, Höflichkeit, Artigkeit im Scherzen. *Syn.* Sal, comitas, civilis vita. *Epi.* Facetosa, priſtina, ſumma. *Usus.* Vir noſtrorum hominum urbanitate limatus. Urbanitatis externæ color noſtris oratoribus deficit. Libandus eſt etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos. Omnis illa vetus urbanitas exaruit. Homo importunus urbanitatem omnem depoſuit. Deſideria urbis & urbanitatis depone. V. *Humanitas.*

Urbanus, a, um. höflich, zur Stadt gehörig. *Syn.* Non inurbanus, facetus. *Usus.* 1. Urbani ſales. Homo cautus & urbanus. 2. *Qui in urbe habitat, vel quod urbis eſt*, ſtädtiſch. Manabat latius malum illud urbanum. Urbanarum rerum perturbatio. Urbanus Prætor. V. *Humanus.*

Urbs, urbis, f. Stadt. R. *ab* Orbis, *quod olim urbes in* Orbem *ſiebant. Syn* Civitas. *Epi.* Amantiſſima, ampliſſima, antiqua, clariſſima, nobis amiciſſima, copioſiſſima, firma, permagna, fortunatiſſima, hoſtilis & bellica, munitiſſima, non ſolum incolumis, ſed etiam ornata. Urbes inimiciſſimæ, locupletes, inſeſtiſſimæ alicui imperio, maritimæ, militares, maximæ, turpiſſimæ. *Phraſ.* 1. *Urbs nobilis & præclara*, eine vornehme, herrliche Stadt Urbs & natura, & ſitu, deſcriptione ædificiorum & pulchritudine inprimis nobilis ac opulenta Urbs vetus, & copioſa, eruditiſſimis hominibus, ſtudiisque liberaliſſimis affluens. Urbs ſitu & opere munita, foſſis, ac mœnibus ſepta, ac valia. Urbs ampliſſima, & ornatiſſima, atque omnibus rebus aucta. Urbs florentiſſima, potentiſſimaque, referta copiis, deſcriptione ædificiorum, una omnium pulcherrima. Urbs ad res gerendas opportuna, ſitu & natura munitiſſima, opulenta eadem & copioſa. 2. *Urbs capta eſt*, die Stadt iſt eingenommen worden. Hoſtibus præda facta eſt: in hoſtium manus venit; in hoſtium poteſtatem pervenit, in deditionem accepta eſt; urbe hoſtes potiti ſunt; urbem ditionis ſuæ fecere hoſtes. *Usus.* Urbem conſtituere, ædificare. Urbem capere, exſcindere, evertere. Urbem relinquere, deſerere. Urbe excedere.

Urceus, i, m. Krug, Waſſergefäß. *Usf.* Urcei fictiles aquarii.

Uredo, nis, f. Brand an Gewächſen. *Syn.* Morbus ſtirpes adurens. *Usus.* Si uredo, aut grando ſegeti nocuit.

Urgeo, es, urſi, ere. antreiben, anſtrengen, drengen. E. *ab* ἄργάω, *incito. Syn.* Impello, incito, premo, inſto. *Adv.* Anguſtius, diutius, graviter, ruſtice, ſane, acriter, valde. *Phraſ. Urgere te non deſiſtam.* ich werde nicht abſtehen, dich anzutreiben. Uſque te premam, inſtabo, inſectabor, poſcam, ut enitaris, elabores, rem perficias. Anniti, minari, etiam clamoribus & convitio impellere te non deſiſtam, ut vel coactu meo rem ſuſcipias; inſiſtam, flagitabo, ſolicitabo, nec remittam; non deſiſtam, nec ceſſabo obtundere, dum perfecta videam, quæ inchoaſti. *Usus.* Urge ſummo ſtudio, inſta, eblangire. Interrogando urgere. Urgere hoſtem, ac premere. Urgere, atqua ab omni pare inſtare. V. *Impello.*

Urina, æ, f. Urin, Harn, Kammerlauge. R. *ab* οὖρον. *Usus.* Urinam reddere, das Waſſer abſchlagen: *alias*, aquam petere, veſicam levare, exonerare: *vulg. Urinam mittere.*

Urinor, aris, atus ſum, ari. ſich unter das Waſſer laſſen, unterm Waſſer ſchwimmen. *Syn.* Sub aqua nato, & mergo.

Urna, æ, f. Waſſereymer, Schöpfgefäß, Loostopf, wo die Wahlzettel hineingelegt wurden. *Syn.* Hydria. *Usus.* Urnas delere, & evertere ſubſellia. Senatorum urna nos abſolvit. Eduxit ex urna tres, qui ſorte judicarent.

Uro, is, uſſi, uſtum, ere. brennen. R. *ex Chaldaeo*: Ur, *ignis. Syn. Aduro*; igne perdo, corrumpo, comburo. *Usus.* Corpus uri, & ſecari patimur. Venatores uri ſe frigore patiuntur. V. *Comburo.*

Uſitate, gewöhnlicher Weiſe. *Syn.* Vulgariter, populariter.

Uſ-

Digitized by Google

Uſitatus, a, um. gewöhnlich, gebräuchlich, üblich. *Syn.* Pervulgatus, uſu receptus, ſolennis.)(*Inuſitatus.* *Uſus.* Uſitato more. Id non ſolum uſitatum, ſed etiam quotidianum eſt. Honor pervulgatus & uſitatus. V *Communis*, *vulgaris.*

Uſpiam, irgendwo. *Syn.* Alicubi.)(*Nuſquam.* *Uſus* Si Brutum uſpiam videris.

Uſquam, irgend. *Syn.* Ullo loco; uſpiam, alicubi. *Uſus* Nullus uſquam conſiſtendi locus.

Uſque, allezeit, bis. *Syn.* Semper. *Uſus.* 1. Mihi quidem uſque curæ erit. 2. *Uſque ad*, *in*, bis auf. Uſque ad eum finem, dum judices rejecti fuerint. Uſque a Janiculo ad ædem Veſtæ. Uſque a toga pura, von Jugend auf

Uſque adeo, ſo gar. *Syn.* Adeo. *Uſus.* Uſque adeo ſæviit.

Uſque dum, bis, ſo lange *Syn.* Donec

Uſque eo, ſo gar, bis dahin. *Syn.* Adeo, tamdiu. *Uſus* 1. Uſque eo moroſi ſumus, ut &c. 2. *Tamdiu*, *ad eum uſque finem*, bisdahin. Uſque eo ſe tenuit, quoad Pompejus adeſſet

Uſquequaque, allenthalben *Syn.* Ubique omnino. *Uſus.* Uſquequaque ſapere oportet.

Uſucapio, is, cepi, captum, ere, durch langen Gebrauch ſich zueignen. *Syn.* Uſu meum facio. Lex buſtum uſucapi vetat.

Uſurapio, onis, f. Erhaltung des Beſitzes durch den ununterbrochenen Gebrauch eine zeitlang, Verjährung *Syn.* Jus poſſidendi quæſitum continuatione temporis lege definiti. *Uſus.* Uſucapionum & tutelarum jura.

Uſura, æ, f. Zins, Wucher, Gebrauch, Genuß. *Syn.* Uſus: fenus, fenerationis fructos. *Epi.* Parva, diuturna, plena lacrimarum, menſtrua. *Phraſ* 1. *Senatus populum uſuris liberavit*, der Rath hat das Volk von dem Wucher befreyet Ingraveſcente fenore liberavit; ſenebrem rem levare agreſſi ſunt ſenatores; multis fenebribus legibus conſtitu xerunt avaritiam; ne fenore trucidaretur populus, ſenatus lege cavit. *Uſus.* 1. Parvum exigui temporis uſuram a te poſtulo. Uſuram lucis alicui eripere. 2. *Fenus*, Zins. Uſuris ſuis cavere. Uſuram cum fide pendere. Uſura aliquem liberare. De capite deducere, quod uſuris pernumeratum eſt, das Jus tereſſe vom Kapital abziehen. V. *Fenus*, *feneror.*

Uſurpatio, onis, f. Gebrauch. *Syn.* Uſus frequens, tractatio, mentio. *Uſus.* Uſurpatione & renovatione doctrinæ me conſolor.

Uſurpo, as, avi, atum, are. brauchen. R. *q. Uſu rapio.* *Syn.* Utor, in uſum adhibeo. *Uſus.* 1. Crebris ſermonibus uſurpo vetus illud: Aliquid ex alienis bonis uſurpare. Oculis aliquid uſurpo. In ea, quam uſurpas, tranquillitate. 2. *Dico*, *appello*, *voco*, nennen. Lælius is, qui ſapiens uſurpatur. V. *Occupo.*

Uſus, us, m. Gebrauch, Nutzen, Nutzung. *Syn.* Conſuetudo. *Epi.* Arrogans, intolerabilis, annuus, aſſiduus, uni rei deditus, communis, vulgaris, diuturnus, domeſticus, forenſis, publicus, frequens, magnus, familiaris, militaris, neceſſarius, oratorius, popularis, civilis, provincialis, quotidianus, rhetoricus. *Uſus* 1. Ita uſus obtinuit Dicendi ratio in communi quodam uſu verſatur. 2. *Experientia*, Erfahrung Vir magnæ prudentiæ, uſu & exercitatione doctus. Uſum in re bellica magnum habet. Docuit nos longa vita, uſusque rerum multarum. Cum ad ſummam prudentiam tantus uſus acceſſerit Omnia collocata ſunt in uſu quotidiano. Res longo uſu comprobata. 3. *Exercitatio*, Uebung. Uſus frequens omnium magiſtrorum præcepta ſuperat. Tractatio & uſus vocis. Si rerum uſum percallueris. 4. *Utilitas*, Nutzbarkeit. Conciliare ſibi homines, & ad uſus ſuos adjungere. Ea res magnos tibi uſus afferet, dabit; magno uſui erit. Res nulli uſui. Ingentes inde uſus percipies, habebis, magnis uſibus frueris. Rei alicujus uſum adimere ſibi, alicui auferre. Si uſus fuerit. 5. *Amicitia*, *familiaritas conſuetudo*, freundſchaftlicher Umgang. Vetus mihi cum illo uſus intercedit. Summus mihi cum parente ejus uſus erat. Ma-

Digitized by Google

Magno usu familiaritatis cum eo conjunctus sum. 6. *Opus est*, von nöthen seyn. De cæteris studiis alio loco dicemus, si usus fuerit. Mihi sic usus est.

Ususfructus, us, m. Fruchtnießung. *Syn.* Jus utendi alienis rebus. *Usus.* Bonorum suorum usumfructum alicui legare.

Usuvenio, is, veni, ventum, ire. begegnen, zutragen. *Syn.* Usu venit, usu evenit, usu accidit. *Usus* Nunc illud mihi usuvenit, quod nuper tibi. Ille mihi usuvenit in optima causa. V. *Evenio.*

Ut, auf daß, damit. *Syn* Quo. *Usus.* 1. Hæc dicis, ut me teneat. 2. *Ut est, ut nunc est*, wie es ist, als wie. Si improbus fueris, ut es. Cælius, ut illis temporibus; ut inter barbaros satis doctus. Ille, ut erat inter suos primus. Mihi factum, & ut in tali re, etiam fortuna probatur. 3 *Postquam, ubi*, nachdem, da. Ut ab urbe discessi. nullam intermisi diem. Simul ut me viderunt, alloquuntur. Primum ut me salutavit, abiit. 4. *Quamvis, etsi*, obschon Ut summa habeam cætera, temporis satis non habui. Ut nihil aliud, hoc tamen perfecit. 5. *Quam, quantum! admirantis*, wie, wie sehr! Ut humilis, ut abjectus sermo est! 6. *Cum superlat.* seq. *ita*, so viel, gleichwie. Ut quisque optimus, ita modestissimus. Ut quisque senior, ita prudentior. 7. *Ut si, tanquam si, quasi*, als wenn. Tuam rem sic ago, ut si mea esset. 8. *Quemadmodum, quomodo*, gleichwie. Ut olim fiebat; ut est consuetudo.

Utcunque, wie es immer seyn mag. *Syn.* Quomodocunque. *Usus.* Utcunque res ceciderit; utcunque erit *Vulg. taliter, qualiter.*

Utensilia, ium, n. allerhand Hausrath. *Usus.* Reliqua utensilia.

Uter, a, um. welcher aus beyden. *Usus.* Utro bono frui velis, tua optio sit. Uter popularis est, tu an ego?

Uterlibet, einer aus beyden, wen man will. *Usus.* Utrumlibet elige.

Uterque, alle beyde. *Syn.* Utervis, ambo, quisque.)(*Neuter, alteruter.* *Usus.* Utraque sententia doctos habet auctores.

Utervis, alle beyde. *Usus.* Utriusvis rei concursus.

Uterus, i, m. Mutterleib. R. ab ὑτρον, *locus fœtum recipiens. Usus.* Quæ te belluam ex utero, non hominem fudit?

Uti, wie, gleichwie, auf daß. *Syn.* Ut. *Usus.* Petiit, uti te placarem.

Utilis, e. nützlich, zuträglich, ersprießlich. *Syn.* Fructuosus, commodus; frugifer. salutaris, opportunus, quod multas habet opportunitates, quod ex usu est, quod usui est, quod utilitatem habet. *Adv.* Paullo, vehementer, maxime, proxime, sane, valde. *Phras.* 1. *Utile hoc consilium erit*, dieser Rath wird dir sehr nützlich seyn. Maximum ex hoc consilio fructum capies; magnum id tibi fructum feret; rationibus tuis mire conducet; erit tibi admodum salutare; nihil hoc consilio commodis tuis aptius; valebit in omnes partes plurimum id consilium; nihil majori fructui, gloriæque tibi esse possit eo consilio; magnus ad te fructus inde redundabit; multum ad beate vivendum conferet; multum inde boni in te derivabis; erit id consilium cum summa rerum tuarum utilitate conjunctum; serviet utilitati tuæ; mirabiles utilitates tibi præbebit; erit id ex usu tuo, e re tua; in rem tuam perquam opportunum. 2. *Naves bellicæ valde utiles erant ad urbis obsidionem*, die Kriegsschiffe waren uns zur Belagerung der Stadt sehr dienlich, tauglich. Magnum ad eam rem dabant facultatem; summa erat earum navium in obsidenda urbe facultas; in bello opera earum magni fuit; magno nobis erant usui; magnum ad eam rem usum habebant, afferebant; magnam utilitatem habuere, peperere, attulere; magnam ex iis navibus utilitatem capiebamus, percipiebamus; magna ex iis navibus commoda existebant, proficiscebantur. 3. *Perge, ut cœpisti, si tibi id utile est*, fahr fort, wie du angefangen hast, wenn es dir vortheilhaft ist. Qua ire cœpisti via, perge, si e re tua est; si e commodo, ex usu tuo est; si utilitas tua id ferat; si suadet utilitas; si ratio re-

rerum tuarum poſtulat; ſi tibi conducit, expedit; ſi bono, utilitati, commodo, uſui, emolumento tibi eſt; ſi eſt, ut utilitatem capias; ſi eſt, ut fructum inde feras, colligas, conſequare. Tene, quem cœpiſti, curſum, ſi in rem tuam eſt. 4. *Ciceroni eloquentia ſua valde utilis fuit*, dem Cicero hat die Wohlredenheit großen Nutzen gebracht. Ciceroni ſummo emolumento fuit; emolumentum peperit; fructum tulit, attulit maximum; Ciceroni eloquentia multa commoda dedit; magnum ex eloquentia fructum cepit, conſecutus eſt Cicero, V. *Utilitas. Uſus.* Homo ad nullam partem, ad nullam rem utilis. Inutilis ſibi, aliis utiliſſimus.

Utilitas, tis, f. Nutzen, Nutzbarkeit, Vortheil. *Syn.* Emolumentum, fructus, commodum, opportunitas, uſus, res, ratio, commoditas, lucrum, quæſtus. *Epi.* Communis, forenſis, domeſtica, graviſſima, magna, mediocris, minor, mirabilis, neceſſaria, pergrata, præclara, ſolida, ſumma, tanta, aliena. *Phraſ.* 1. *Utilitatem meam hucuſque non quæſivi*, ich habe bisher meinen Nutzen nicht geſucht. Utilitatis meæ rationem nondum duxi, habui ullam; rationibus meis operam nullam dedi; de utilitate mea minimum laboravi; utilitatem meam ſpectavi minime; quid eſſet e re mea, in rem meam; quid in meam rem faceret, quid rebus meis expediret, prodeſſet, conduceret; quid mihi emolumento eſſet, haud curavi. Utilitati meæ minime ſervivi; commodorum meorum cauſa nihil adhuc a me ſusceptum eſt. 2. *Res eſt utilitate præcipua*, das iſt das nützlichſte. Nihil eſt uberius, conducibilius, ad utilitatem præſtantius, unde plus manet utilitatis, plus emergat commodi, plus emolumenti exiſtat. Rex ea tantum continet utilitatis, quantum fortaſſe nulla res præterea; quantum haud ſcio, an ulla res eſt ejusmodi, ex qua utilitas maxima conſequetur; in quo tibi maxime conſuletur; ex qua emolumenti, utilitatis, commodi plurimum capietur. 3. *Utilitatem ſuam ſpectat unice*, er ſucht nur allein ſeinen Nutzen. Ad ſuam utilitatem refert omnia; utilitatem tantum ſequitur, ſpectat ſuam; utilitatem ſuam rebus omnibus antefert; utilitatis ſuæ prima illi, & antiquiſſima cura eſt; utilitati ſervit ſuæ, reliquorum nullam ducit rationem V. *Utilis. Uſus.* Utilitate nihil debet eſſe homini antiquius. Ex litteris plurimum utilitatis capies. Litteræ multas afferunt, pariunt utilitates. Multum habet ea res utilitatis. Ad utilitatem omnia referunt. V. *Commodum, quæſtus.*

Utiliter, nützlich. *Syn.* Commode, cum utilitate.)(*inutiliter. Uſus.* Iracundia utiliter a natura data eſt.

Utinam! wollte Gott! *Syn.* Velim, ita fit; velim, ita fortuna tuliſſet.

Utique, ja freylich, allerdings, gewißlich. *Syn.* Omnino. *Uſus.* Quid faciendum cenſeas, utique ſcribito. Litteræ utique ad te perferentur.

Utor, eris, uſus ſum, uti. brauchen. *Syn.* Uſurpo, frequenter adhibeo. *Adv.* Aſſidue, bene, benigne liberalitate alicujus, cominus gladiis, commodius, communitus munere, contentius ornamentis, curſim, difficilius litteris, diligenter, diutius cibo dulci, familiariter, horridius ornamentis, intemperantius, liberius paullo, male, multum, moderate, neceſſario, non ita multum, optime, plurimum, quam ſæpiſſime, ſalutariter, ſane, ſtudioſe, temere, vehementius. *Phraſ. Fratre tuo ad omnia utar*, ich werde mich deines Bruders zu allen Geſchäfften bedienen. Fratri tuo committam, tradam, quidquid agendum erit; utar opera fratris tui omni in re; in fratrem tuum rejiciam, ad fratrem tuum conferam, fratris tui operam poſcam, ſiquid agendum erit. In obeundis, gerendis, conficiendis, transigendis negotiis meis primas ut partes frater agat, ſuſtineat, habeat, cura mihi erit. In agendis, & ad exitum perducendis rebus partes fratri impo-

Digitized by Google

nam tuo. *Usus.* Facultatibus ampliſſimis, honoribus, valetudine commoda, proſpero fortunæ flatu, ventis ſecundis uti. Cibo, litteris, integumento frontis uti. Patientia utitur incredibili. Aliquo multum, & familiariter uti. Aliquo vehementer infenſo uti. Utitur patre facili, amicis optimis.

Utpote, als, nämlich. *Syn.* Quippe. *Usus.* Frater ejus, utpote peregre veniens, bene accipitur.

Utrinque, zu beyden Seiten, beyder ſeits. *Syn.* Ab utraque parte, in utramque partem, utraque in parte. *Usus.* Magnæ utrinque copiæ.

Utrobique, an beyden Orten. *Syn.* Utraque in parte, utroque in loco. *Usus.* Eadem veritas utrobique eſt.

Utroque, auf beyden Seiten. *Syn.* Utrumque in locum.

Utrum, ob. *Syn.* An, num, nunquid, utrumne. *Usus.* Quæro ex te, utrum tibi videatur.

Uva, æ, f. Weintraube. *Epi.* Maxima, peracerba guſtatu. *Usus.* Uvæ a ſole miteſcunt. Uvæ guſtatu peracerbæ.

Uvidus, a, um. feucht, naß. *Syn.* Humidus.

Vulgaris, e. gemein, ſchlecht, gering, alltäglich. *Syn.* Quotidianus; contritus, communis, popularis, unus de populo, unus de multis. X *Excellens.* *Usus.* In communi vita & vulgari conſuetudine maxime rudis. Res vulgaris & pervagata eſt, ac pene obſoleta. V *Communis.*

Vulgariter, gemeiniglich, insgemein. *Syn.* Populariter, uſitate. *Phraſ.* *Vulgariter loqui*, auf gemeine Art dahin reden. Plebejo ſermone, verbis quotidianis, minime ambitioſe, cum vulgo loqui. *Usus.* Vulgariter, ut pro homine pernecceſſario ſcribere.

Vulgo, insgemein gemeiniglich. *Syn.* Paſſim, populariter, plerumque, magna ex parte; magnam, majorem, maximam partem. *Usus.* 1. Non ſunt ita vulgo diſputanda. 2. *Aperte, palam*, öffentlich. Vulgo hæc fiunt. Vulgo hæc loquebantur. V. *Communiter.*

Vulgo, as, avi, atum, are. ruchbar machen, kund machen, unter die Leute bringen. *Syn.* Pervulgo, divulgo. *Adv.* Valde, paſſim. *Phraſ.* *Nejcio, quomodo liber is vulgatus ſit*, ich weiß nicht, wie dieſes Buch unter die Leute gekommen iſt. Quomodo exciderit, neſcio; qua via in lucem prodierit, emanarit, tam ſtudioſe compreſſus; quomodo exierit, atque in vulgus emanarit, neſcio. 2. *Vulgata res eſt*, es iſt eine bekannte Sache. Ad ultimas terras pervagata, jactata ſermonibus, ſermonibus diſſipata, trita, atque celebrata res eſt; *Usus.* Vulgare naves; morbos. Nonne voce veſtra vulgatum eſt? Vulgati contactu in homines morbi. V. *Effero, edo, divulgo.*

Vulgus, i, n. Pöbel, gemeiner Haufe *Syn.* Turba, multitudo. *Epi.* Incertum *Usus.* In vulgus dividere, tribuere pecuniam. In vulgus gratum aut ignotum eſſe. In vulgus id exire & emanare non volo. Valet ea res plurimum in vulgus. In vulgus commendari. Populus, ac vulgus imperitorum. Expertus, quam vanum & levi aura mobile vulgus ſit. Iſtius nequitia in ore vulgi eſt verſata. V. *Plebs.*

Vulneratio, onis, f. Beſchädigung. *Syn.* Sauciatio

Vulnero, as, avi, atum, are. verwunden, wund ſchlagen. *Syn.* Saucio, plagam, vulnus impono, plagam facio, plagam injicio, vulnus infligo, vulneribus conficio. *Phraſ.* 1. *Graviter hominem vulneravit*, er hat ihn ſchwer verwundet. Plagam mortiferam homini impoſuit; vulnus intulit, impegit luculentum; graviter vulnere affecit hominem. Plagis fauciavit; corpus hominis plaga impoſita cruentavit; graviter caput gladio percuſſit; injecta vel inflicta fecit hominem protrivit. 2. *Graviter* vulneratus eſt, er iſt ſchwer verwundet. Sica, pugione percuſſus; telo ictus; multis vulneribus conciſus; in adverſum os telo ſauciatus; æger vulneribus; vexatus vul-

Digitized by Google

vulneris; trajectus telo, lancea transfixus; perfossus vulneribus; vulnere tardatus, retardatus; onustus vulneribus; vulnere afflictus; vulneribus exsanguis ægrum vix corpus trahit. *Usus.* Servi multi vulnerantur. V. *Saucius, vulnus.*

Vulnus, eris, n. eine Wunde. *R ex* ἕλκη, *ulcus. Syn.* Plaga. *Epi.* Consulare, gravissimum, vehemens & mortiferum, voluntarium, domesticum, periculosum, recens. *Phras.* 1. *Non magnum vulnus fuit,* es war keine große Wunde. Ferrum haud alte in corpus descendit; summa duntaxat cutis perstricta est. Fessum vulnere ferrum haud alte penetravit; non intactum quidem ferro corpus attamen leviter tantum saucium erat. 2. *Ex vulneribus obiit,* er ist an den Wunden gestorben. Mortifero vulnere ictus cecidit; multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore, & contrucidato se abjecit exanimatus; vulneribus confectus est; multis vulneribus consossus concidit; corpus multis vulneribus confectus procubuit; telo secundum tempora graviter ictus in vulnus abiit. 3. *Vix sanabitur hoc vulnus,* diese Wunde wird kaum geheilet werden. Vix recreabitur inflicta plaga; vulnus eum in omnem vitam inutilem faciet; alligari quidem, & curari herbis vulnus poterit, vix tamen percurabitur. *Usus.* 1. Vulnus alicui inferre, impingere. Grave vulnus accipere. Vulnera adverso corpore excepta. Vulneribus confici. Vulnera divellere & retractare. 2. *Transl.* Schaden, Nachtheil. Alterius famæ grave vulnus impenere, inurere, infligere. Gravi calamitate, & vulnere percuti. Antiqua reipublicæ vulnera sanare.

Vulpecula, æ, f. Füchslein. *Syn.* Vulpes parva. *Usus.* Fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur.

Vulpes, is, f. Fuchs. *Usus.* Ut vulpes pyrum comest.

Vulturius, ii, raubgieriger Mensch. *Usus.* Vulturius ejus provinciæ quæstor.

Vultuosus, a, um. ernsthaft, hochtrabend, sauertöpfisch. *Syn.* Tristis, serius. *Usus.* Cave, nequid ineptum sit, aut vultuosum.

Vultus, us, m. Angesicht. *Syn.* Os, facies *Epi.* Bellissimus, hilaris, gravis, modestus, nefarius, conscleratus, perturbatus, plenus furoris, sapiens, severior, tristior, superbissimus, ficti, simulati. *Phras.* 1. *Vultu tristiore est, & severo,* er schaut traurig und finster aus. Obscurior, suspensus & incertus ejus vultus est; vultus ejus indignitate rerum acrior est; desperatio in ejus vultu; aut ira atrox eminet; ore confuso certas perturbationis notas, aut ingens malum præfert; in facie vultuque nescio quid triste ineft, & asperum; frontem contrahit; frontem adduxit; vultum demittit; oris habitus is est, ut perturbati animi imaginem vultus & indices oculi referre videantur. 2. *Vultus ab animo dissentit,* das Angesicht betrügt. Vultus fallit, mentitur, decipit; in fraudem impellit, inducit, falsa vultus imagine, ficta specie dissimulatur animus; falsa ista vultus species intuentibus imponit, illudit; animi sensum vultus tegit. Sensus animi cum vultu minime congruit. 3. *Ex vultu agnosco, quam alienus a me sit animo,* ich sehe es ihm aus dem Gesichte an, wie übel er gesinnet sey. Ex oculis, ac fronte conjicio, conjecturam facio; vultus, qui index est, & imago animi, qui sermo quidam tacitus mentis est, de illo prædicat, quo erga me sit animo. Vultus, oculi loquuntur ac clamant simulationem de ejus in me animo, vultus ipse significationem dat. Animi insensi notas in fronte lego; vultus ipse sensum animi indicat. *Usus* Imago animi vultus est, indices oculi. Vultus est tacitus quidam mentis sermo, animi janua. Num ejus vultum subire audes? Num ejus vultum ferre potes? Fingere quidem, & simulare vultum possumus. In tuis oculis, tuo ore, tuo vultu acquiesco. V. *Forma.*

Uxor, oris, f. Ehefrau, Gemahlinn. *Syn.* Conjux, quam in matrimonium

Digitized by Google

nium quis habet. *Epi.* Non modo avarissima sed etiam crudelissima fidelissima atque optima, lectissima, mima, summo loco nata, sanctissima, probabilissima, superior. *Phras.* 2. *Uxor ei peperit multos filios*, seine Frau hat ihm viele Söhne gebohren. Ita fecunda uxore usus est, ut filiis auctus sit pluribus; ut abundaverit multitudine filiorum. Complures ei nati sunt ex uxore filii; multos ex ea filios genuit, suscepit, sustulit. 2. *Uxorem duxit*, er hat sich verehliget. Animum ad uxorem appulit; in matrimonium duxit virginem; matrimonio secum junxit, conjunxit, nuptiis sibi adjunxit V. *Matrimonium*. *Usus.* Quintius a ducenda uxore ita abhorret, ut quidquam libero lectulo neget esse jucundius. Multos ex ea uxore liberos habet.

Uxorius, a, um. der Ehefrau gehörig, ein Siemann. *Syn.* Quod ad uxorem pertinet.

X.

Xystus, i, m. Galerie, ein verdeckter Spaziergang. *Syn.* Porticus. *Usus.* Cum inambularem in xysto.

Z.

Zelotypia, æ, f. Eifersucht. *Syn.* Obtrectatio. *Usus* Offensio nostra, quæ magis ex zelotypia, quam ab injuria nata est. Obtrectatio, quam intelligi zelotypiam volo, est ægritudo ex eo, quo altera potiatur, eo quod ille ipse concupierit V *Æmulatio*.

Zodiacus, i, m Thierkreis im Himmel. *Syn.* Signifer orbis, orbis signorum. *Usus.* Vis quædam est signifero in orbe, qui Græce Zodiacus dicitur.

LATI-

Digitized by Google

LATINITATIS
ARS BREVICULA
SEU
SYNTAXIS ORNATA,
DE TRIBUS
LATINÆ LINGUÆ VIRTUTIBUS, PURITATE, ELEGANTIA, ET COPIA.

Quid in linguarum ſtudio primum, quid ſecundum?
Reſponſio:

Primum eſt, ut vocum ſingularum ſignificata memoriæ mandentur: *Alterum*, ut Syntaxis ſeu ars verba ſingula apte inter ſe, ac ad linguæ cujusque ingenium ſine vitio ſtruendi diſcatur. Hæc duo qui tenuerit, intelligetur & intelliget utcunque: nondum operis totum abſolverit.

Quid ultra requiritur?

Reſp. In quavis politiore lingua operam dent inſuper, non modo ut Solœcismos devitent, ſed *Pure* loquantur ac ſcribant, id eſt, Verbis & ſoquendi generibus linguæ ſuæ *Propriis*; 2. Nec vulgaribus tantum, ſed *Elegantibus* & ſelectis; 3. Ut *Copioſe* demum ſententiam eandem multiplici jucundaque varietate efferre norint.

Quibus præſidiis hæ Sermonis Virtutes: Puritas, Elegantia, Copia comparantur?

Reſp. Hebræa, Græca, Latina, quæ vulgo *Doctas*, ſcientiis nempe diſcendis ſervientes, vel *Mortuas* appellant, quia nulli gentium jam in uſu vernaculo ſunt; hæ, inquam, linguæ earumque Virtutes unice a *Mortuis*, nempe libris eorumque aſſiduis attentaque pervolutatione petendæ ſunt; eo tamen pacto, ut Lectioni, præter periti Magiſtri ductum, ſcribendi exercitatio, meditatioque, conjungatur. Nobis in præſenti de Latina duntaxat res eſt.

In quo ſita eſt Puritas Latinæ Linguæ?

Reſp. Altera in ſingulis *Verbis*, in tota ſententia, ſeu Conſtructione ſitæ. Utraque in eo ſiſtit, ut pro alia *Verba*, aut *Loquendi Modi* adhibeantur, ac quæ Latini Sermonis originibus, naturæ, ingenio *Propria*, domeſtica ac veluti nativa; optimis Romanæ Reipublicæ temporibus doctiſſimorum hominum conſuetudine recepta, litterisque tradita fuerint. Abſtinendum verò *Novatis* labente jam Romana eloquentia inſolefcentibus, vel *Obſoletis*, nempe e vetuſtiſſimis temporibus in uſum revocatis; vel *Barbaris*, per peregrinas linguas invectis.

Digitized by Google

CAPUT PRIMUM.

De Puritate, quæ est in singulis Verbis.

An non pro Latinis propriisque vocibus habenda sunt omnes, quæ in Latinis Lexicis ac Dictionariis reperiuntur?

Responsio:

Haudquaquam. Illi namque bona, mala, nova, obsoleta, barbara, semibarbara sine discrimine congesserunt eo fine, ut cujusvis vocis notionem Germanicam quærentibus suggererent, non item ut in loquendi usum vertantur. Vide e sola littera *A.* celebris Lexicographi Pomarii excerptas Voces Barbaras, omissis iis, quas ipse adjecto signo † pro Barbaris notavit.

Voces Barbaræ ex littera *A.* Lexici Pomaiani.

Barbara.	*Germanica.*	*Latina.*
Abacista	Rechenmeister.	Rationem magister.
abannatio	Elend 1. Jahrs	unius anni exilium.
abaudio	ungehorsam seyn	non obedio.
abditorium	Schlupfwinkel	latebra.
abemo	abkaufen	eme ab aliquo.
abhortificatio	Furcht	horror.
ablingue	ablecken	delingo.
ablator	Räuber	raptor.
ablacto	abspännen	lacte depellere.
abnormitas	Unordnung	enormitas.
abnuitio	Verläugnung	abnutus.
abominaster	häßlich	fœde.
abominamentum	Gräuel	abominatio.
absconditor	Hehler	occultator.
abscio	vergessen	obliviscor.
absconsio	Verbergung	occultatio.
absentatio	Abwesenheit	absentia, fuga.
absentivus	abwesend	absens.
absoleo	abgewöhnen	desuesco.
absolutorium	Lossprechung	absolutio.
abspes	ohne Hoffnung	desperatus.
abstantia	Entferaung	distantia.
absterforium	Schnupftuch	mantile, muccinium.
abstinax	mäßig	abstinens.
abacuare	ausleeren	evacuare.
accanto	mitsingen	concino.
accendium	Brunst	incendium.
accessibilis	zugängig	patens, quod accedi potest.
accersitor	Aufwärter	apparitor.
accelinatorium	Lehne	adminiculum.
accreditare	beglaubigen	fidem facere.
accausa, æ,	Klage	accusatio.
accediari	faulenzen	cessare.
acerbitudo	Bitterkeit	acerbitas.
actionarius	Bestellter	actor, procurator.
actualis	wirklich	actuosus.
acuatio	Schärfung	*verbum medicum.*
acupictor	Sticker	phrygio.
acutiator	Schleifer	
adæare	schätzen	æstimare pecunia.
adamplio	vergrößern	amplio.
adaugma	Zusatz	augmentum.
addextero	die rechte Seite nehmen	ad dexteram flo.
adhortamen	Ermahnung	adhortatio.
adindo	hineinthun	indo.
adinventio	Erfindung	inventio.

Digitized by Google

iutorium	Hülfe	adjumentum.
iuvamen	Hülfe	adjumentum.
miniſtrativus	verwalterisch	adminiſtrans.
niſſor	Pförtner	janitor.
nodiator	Beſtandmann	conductor.
notamentum	Bemerkung	adnotatio.
obruo	überfallen	obruo.
orabilis	anbethungswürdig	venerabilis.
tegro	ergänzen	integro, as.
ventio	Ankunft	adventus.
viſare	berichten	ſignificare.
lulteritas	Ehebruch	adulterium.
lumbratim	ſchattirt	
lvocamentum	Beyſtand	advocatio.
lvocatia	Vogtey	præfectura.
lvocatura	Beyſtand	advocati munus.
mulanter	neidiſch	æmulatione.
quamentum	Abgleichung	æquatio.
quævus	gleiches Alters	æqualis.
quiformis	gleichförmig	conformis.
quilancium	Gleichgewicht	æquilibrium.
quipes	gleichfüßig	æquis pedibus.
ſflamen	Anblaſung	afflatus, us.
ggravatio	Beſchwerung	gravitas.
ggratiare	begnadigen	veniam impertiri.
ggreſſura	Angriff	aggreſſio.
gnaſcentia	Freundſchaft	agnatio.
alitura	Nahrung	alimentum.
allevamentum	Erleichterung	levamentum.
alternamentum	Abwechslung	alternis.
alumnare	erziehen	alere.
amicimen	Kleid	amictus.
amictorium	Kleid	amictus.
amorificus	Liebbringend	amatorius.
ancillatio	Bedienung	obſequium.
anguſtitas	Angſt	anguſtia.
anhelanter	eilig	avide.
animæquus	gleichgültig	æquo animo.
animalitas	das Weſen der Seele	
antecena	Jantzen	cœnula.
anteluculo	vor Tags	diluculo.
antependium	Fürtuch	
anxietudo	Angſt	anxietas.
applano	ebenen	æquo, as.
aporiari	gequälet werden	premi, angi.
appartamentum	Apartement	conclave ſeparatum.
apprehenſibilis	begreiflich	quod apprehendi poteſt.
appretiare	ſchätzen	æſtimare.
apricitas	ſonnig	apricum.
arborator	der die Bäume pflegt	arborum cultor.
arbuſtare	Bäume pflanzen	plantare arbores.
arcerius	Hatſchier	ſatelles.
argumentoſus	findig	ſolers, argutus.
armentalis	zur Heerde gehörig	ad armentum pertinens.
armiluſtrium	Muſterung	luſtrum militare.
arrendare	verdingen	locare.
articulamentum	Gelenk	articulus.
artidoctor	Lehrer der freyen Künſte	artium doctor.
artiſta	Schüler	artium ſtudioſus.
aſcenſibilis	zu beſteigen	quod aſcendi poteſt.
aſcenſorium	Stiege	ſcalæ, gradus.
aſpergimen	Beſprützung	aſpergo.

Digitized by Google

aſperitudo	Härtigkeit	aſperitas.
aſpiramen	das Anblaſen	aſpiratio.
aſſultura	Anfauf	aſſultus.
aſſeſſorium	Sitzſaal	ſenaculum.
aſtrictorius	zuſammenziehend	aſtringens.
atriarius	Pförtner	atrienſis.
atritudo	Schwärze	atritas.
auctoritative	herrſchetiſch	auctoritate.
audibilis	zu hören	quod audiri poteſt.
auratura	Vergoldung	
aurigarius	fuhrmänniſch	ad aurigas pertinens.
auroſus	golden	auratus.
auſpicaliter	glücklich	auſpicato.
autumnitas	Herbſtzeit	autumni tempus.
autumno	Herbſten	
auxiliabundus	verhülflich	auxiliarius.

Quanam igitur Pura ſunt & genuina Verba?

Reſp. Quæ apud Auctores aureæ ætatis reperiuntur. Complectitur hæc ætas ducentos prope ante Chriſtum annos, nimirum inde a ſecundo Punico bello ad extrema Auguſti tempora. *Aurea* vocatur, quod eadem ſcriptores floruere clariſſimi, quorum nitor & Latinitas omnibus deinceps ſeculis pro exemplo, normaque eſſet: ſic ut ſuſpectum ſaltem habeatur, quidquid apud horum quempiam non extet. Omnium princeps eſt M. Tullius Cicero, unus inſtar omnium, Latinitatis probæ theſaurus quidam & regula certiſſima; e cujus unius libris linguæ hujus omnes opes erui poſſint.

Quinam præterea ſunt hujus ætatis Scriptores?

Reſp. Ex antiquioribus M. Accius Plautus, Comœdiarum Scriptor, quem Varro ipſe ac Cicero omnis Romanæ eloquentiæ parentem appellant. Ab hoc Terentius, Lucretius, Virgilius, Horatius, Ovidius, Tibullus, Catullus, Propertius, Poetæ. Salluſtius, Julius Cæſar, Cornelius Nepos, hiſtorici. Catonis item & Varronis fragmenta.

Quæ fuit Latinitatis ætas argentea?

Reſp. Primum poſt Chriſti ortum, quod & duodecim Cæſarum appellatur, ſeculum; quo venuſtas illa defloreſcere, voces prioribus illis inuſitatæ uſurpari, Cicero jam pro inimitabili haberi cœpit. Ex his Scriptoribus *primi*, Phædrus nempe & Hyginus, Vellejus Paterculus, & Curtius proxime ad Latinitatis aureæ puritatem acceſſere. Reliqui ſunt: Juſtinus, Valerius Maximus, hiſtorici. Tum Cornelius Celſus, Columella, Petronius Arbiter, Seneca uterque, Lucanus, Juvenalis, Perſius, Pomponius Mela.

Qui ſunt Auctores ætatis Aeneæ?

Reſp. Poetæ: Silius, Statius, Val. Martialis. Hiſtorici: Plinius, Florus, Suetonius, Corn. Tacitus; Plinius Junior, Quintilianus, Solinus, Frontinus.

Qui denique Ferreæ?

Reſp. Gellius, Apricius, Apulejus, Palladius, Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ, Marcellinus, Macrobius, Claudianus, &c.

Nullis igitur Verbis aliis uti licebit, niſi aureæ illi ætate uſitatis?

Reſp. Etſi argenteæ ætatis Scriptores, ab aurea illa non plurimum diſſideant: voces tamen nonnullæ hactenus inuſitatæ in uſum venere, ut:

Nullibi	*pro*	Nuſquam.
Converſatio	-	Conſuetudo familiaris.
Officium	-	Dignitas, munus.
Exceſſus	-	Delictum.
Taxo	-	Reprehendo.
Interim	-	Interdum.
Infulcire	-	Infercire.
Conſummo, *as*	-	Perficio, Abſolvo.
Imputare alicui	-	Adſcribere, Affignare.
Profectus	-	Progreſſus, Progreſſio.
Experientia rerum	-	Uſus rerum.
Privilegium	-	Beneficium.
Sub meo nomine	-	Meo nomine, &c.

Digitized by Google

Cæterum hæc Regula tenenda est Latinitatis veræ candidato, ut aureæ ætatis Auctores unice sequendos sibi proponat. Olim, ut e scholis emancipatus fuerit, etiam Pliniano, Senecianо, Gelliano, &c. licebit esse.

Qui agnoscet Tiro, cujus ætatis & notæ sit vox qualibet?

Resp. Consulenda sunt Dictionaria, ut Thesaurus linguæ latinæ, Thesaurus Basilii Fabri, Nizolius, &c. aut si cui magna ejusmodi Lexica ad manum non sunt, Dictionarium vulgare, & inspiciendum, quos Auctores, & an ex aurea illa ætate afferat. Quam vocem in Phraseologia non repereris, tantum non certum habeto, minus Latinam esse.

At nimes molestum est, Vocem quamlibet inter scribendum & legendum, ad hanc Regulam expendere?

Resp. Id & operosum nimis, neque necessarium est. Ea solum Voces examinandæ, de quarum probitate dubium fuerit. *Dubitari* autem potest de iis: 1. Quæ Germanicam aut peregrinam originem aperte præferunt: 2. Quæ terminationem habent suspectam: 3. Quæ in Alphabeto Barbare sæpius nec perfunctorie relegendo, lecta a te reminiscaris.

Quæ voces aperte Germanicum quid sonant?

Resp. E pluribus millibus a Carolo du Cangio congestis, paucula texam. De cæteris quæ magno numero apud Auctores ligneæ & latex ætatis ad decimum quintum seculum occurrunt, adultior ipse judicabis.

Voces aperte originem Germanicam præferentes.

Aquagangium	Wassergang	Aquæductus.
aventura	Abentheur	eventus mirus.
affa	Aff	simia.
bodium	Boden	pavimentum.
bannire	verbannen	proscribere.
binda	Binde	fascia.
burgus	Burg	aula, castellum, arx.
camisia	Camisol	interula.
camera	Kammer	cubile, conclave.
caputium	Kapuze	capitis tegumentum.
cellarium	Keller	penus, promptuarium.
clocca	Glocke	campana.
Flasca	Flasche	lagena.
forestum	Forst	silva.
forestare	zu Forst machen	in silvam convertere.
herberga	Herberg	hospitium.
hueba	Huben	prædium, villa.
hosa	Hosen	caligæ, femoralis.
leccator	Lecker	nequam, scurra.
lotum	Loth	semuncia.
morgengeba	Morgengabe	dos.
marcha	Mark	limes, terminus.
marca auri	Mark Gold	
nacca	Nachen	linter, scapha.
pifferus	Pfeifer	tibicen.
poltronus	Poltron	ignavus, timidus.
quarteria	Quartier	statiua militum.
reitres	Reiter	equites.
steura	Steuer	census.
saumerius	Säumer	clitellarius.
schuba	Schaube	chlamys.
torcia	Torzen	tæda, fax.
tunna	Tonne	dolium vini.
turneare	turnieren	certamen equestre.
vidimare	vidimiren	recognoscere.

Quæ terminationes habendæ sunt pro suspectis?

Resp Nomina in *ia*, *issa*, *ista*, *tas*, *antia*, *entia*, *tura*, *mentum*, *osus*, *ivus*, *arium* &c. Etsi enim Nomina harum terminationum permulta genuinæ Latinitatis sunt: plura tamen ad eorum similitudinem præter jus ac morem veterum a nova-

Digitized by Google

novatoribus inducta sunt. Talia sunt, quæ sequuntur, & suspicionem movere possunt.

Nomina terminationis suspectæ.

1. Nomina Latina *in issa* fere barbara sunt: v. g. *Ducissa*, *Principissa*, *Comitissa*, *Præceptorissa*, *Doctorissa* &c.
2. Latina in *ista*: v. g. *Parvista*, *Jurista*, *Minorista*, *Sacrista*, *Humanista*, &c.
3. Latina in *in*, i longo: v. g. *Sutoria*, *Pistoria*, *infirmaria* &c. Si penultima brevis sit, intelligitur *Officina*. Pistoria &c.
4. A plerisque Adjectivis derivantur Substantiva Nominalia in *as*: v. g. *pietas*, *æquitas*, *probitas*, &c. Non item dices: *Idontitas*, *nimietas*, *parvitas*, *prioritas*, *medietas*, *robustitas*, &c.
5. *In antia*, *entia*, ut Ignorantia, frequentia, &c. At novata sunt: *Festinantia*, *sequentia*, *carentia*, *tendentia*, *vacantia*, *ingredientia* &c.
6. In *ura*, ut Scriptura, pictura. Barbara vero sunt: *Tonsura*, *rasura*, *confectura*, *captura*, *punctura*, *flexura*, *tortura*, *curvatura*, &c.
7. In *mentum*, ut Lenimentum, alimentum, &c. Cave dicas: *Adhortamentum*, *præparamentum*, *regimentum*, *gubernamentum*, *mandamentum*, *bonestamentum*, &c.
8. In *osus*, ut Fastuosus, furiosus, &c. Inepta sunt: *Strepitosus*, *cervicosus*, *præsumptuosus*, *affectuosus*, *gaudiosus*, *gustuosus*, *amarosus*, *unctuosus*, *flexuosus*, &c.
9. In *alis* ut Regalis, dotalis, &c. Ne item dixeris: *Sensualis*, *patrimonialis*, *bibalis*, *normalis*, *specialis*, *gratialis*, *astralis*, *cordialis*, *localis*, *finalis*, *punctualis*, *casualis*, &c. Præsertim a Græcis profecta v. g. *Theatralis*, *synodalis*, *grammaticalis*, &c. Dicendum potius: Theatricus, synodicus &c.
10. Barbara sunt permulta in *tous*, vel *ivum*, queis Philosophi vim effectricem significant: v. g. *Motivum*, *impulsivum*, *apprehensivus*, *cognoscitivus*, *intellectivus*, *visivus* *locutivus*, *activus*, *tractivus*, &c.
11. Iisdem Philosophis relinquenda sunt permulta in *bilis*: v. g. *Credibilis*, *revelabilis*, *remissibilis*, *frangibilis*, *visibilis*, *irascibilis*, *agibilis*, *peccabilis*, *concupiscibilis*, &c.
12. Multa in *orium* barbara sunt: v. g. *Dormitorium*, *laboratorium*, *perlatorium*, *cursorium*, *auditorium*, *monitorium*, *calefactorium*, &c.
13. Huc pertinent quædam in *arius*: v. g. *Secretarius*, *confessarius*, *notarius*, *cæsarius*, *pilearius*, &c. Ubi & Græca eadem terminatione, v. g. *Apothecarius*, *Bibliothecarius*, &c.
14. Spuria sunt Adverbia nonnulla in *iter*: v. g. *Cordialiter*, *confidentialiter*, *formaliter*, *infallibiliter*, *visibiliter*, *finaliter*, &c. Item in *anter*, & *enter*: v. g. *Somnolenter*, *recenter*, *vigilanter*, *sonanter*, &c.
15. Multa composita ex *facio*, novat sunt: v. g. *Salvificus*, *sanguificus*, *pacificus*, *nubificus*, *vivificus*, *vulnificus*, *somnificus*, &c.
Item quædam ex *pario*: v. g. *Tardiparus*, *gemmiparus*, *somniparus*, *lucriparus*, *monstriparus*, &c.
16. Non licet nova verba Meditativa procudere: v. g. *Venaturio*, *lecturio*, *amaturio*, *venaturio* &c. Nec Inchoativa, v. g. *Hiemasco*, *autumasco*, &c.
17. Nomina e Latino & Græco compositia, barbara sunt: v. g. *Monoculus*, *Protoparens*, *Archidux*, *Archifur*, &c.
18. Ut & verba e duabus Præpositionibus: v. g. *Recommendo*, *prædecessor abrenuntio*, *cooperio*, *adimpleo coadjutor*, &c.
19. Cavendum est a Superlativo Participii in *dus*: v. g. *Colendissimus*, *Honorandissimus*, *Reverendissimus*, &c.

Quinam est Alphabetum Barbarum?

Resp. Index est vocabulorum quorundam omnino barbarorum; quotidiano tamen in usu nimis frequentatum; & a quibus singulari quodam studio reprehendi est dictio. Hunc indicem sæpius relegisse non parum juverit. Diffusiorem habes in Phraseologia.

In-

Digitized by Google

Indiculus vel Alphabetum Vocum Barbararum frequentioris usus, ſæpius a Tirone perlegendum.

Ab antiquo	von Alters her	Olim, antiquitus.
abbreviare	abkürzen	notis compendiariis uti.
abecedarius	A B C = Knab	elementarius.
ab initio mundi	von Anfang der Welt	poſt homines natos.
ab invicem	von einander	a ſe, inter ſe.
abſentare	ſich entfernen	abeſſe.
abſolute	durchaus	præciſe, ſimpliciter.
abuſive	aus Misbrauch	per abuſum, minus proprie.
activus homo	geſchäfftiger Menſch	actuoſus, ſolers.
actu	in der Sache ſelbſt	revera, reipſa.
adhuc ſemel	noch einmal	iterum.
adhuc ſemel tantum	noch einmal ſo viel	alterum tantum.
ad inſtantiam meam	auf mein Anhalten	in mei gratiam.
ad longum	nach der Länge	fuſe, prolixe.
ad minus, mininum	zum wenigſten	minimum.
adunare	vereinigen	conjungere.
adverſitas	Widerwärtigkeit	adverſa, orum.
æquanimiter	gleichgültig	æquo animo.
æque multum	eben ſo viel	totidem, tantundem.
aër ſanus	geſunde Luft	cœlum ſalubre.
alias	ſonſt	alioquin.
aliqualiter	einiger maßen	aliquatenus.
a longe	von weitem.	eminus.
a prope	in der Nähe	cominus.
altana	Altane	ſolarium, ſubdiale.
alterare ſe	ſich meldern	commoveri, tentari febri.
alternatim	wechſelweiſe	alternis.
ambulacra	Gänge	ambulationes.
amicabiliter	freundlich	amice.
angariare	nöthigen	cogere, adigere.
anguſtiare	ängſtigen	angere.
animitus	von Herzen	ex animo.
annihilare	zernichten	ad nihilum redigere.
annuatim	jährlich	quotannis.
annullare	vernichten	antiquare, abolere.
ante alios	vor andern	coram allis.
anteheri	vorgeſtern	nudius tertius.
apotheca	Apotheke	pharmacopolium.
a parte	auf der Seite	ſeorſim.
apparentia	Schein	ſpecies.
appellare	appelliren	provocare.
applicatio	Fleiß	induſtria, ſedulitas.
appropriare	zueignen	ſuum facere, ſibi vendicare
approximare	hinzunahen	propinquare.
approximatio	Annäherung	appropinquatio.
aptitudo	Tauglichkeit	habilitas.
arreſtare	arreſtiren	comprehendere.
artificialis	künſtlich	artificioſus.
aſſatura	Braten	aſſum, caro aſſa.
aſſecurare	verſichern	cavere, præſtare.
aſſecuratio	Verſicherung	cautio.
aſſiſtentia	Beyſtand	præſidium, auxilium.
auctorizare	bekräftigen	auctoritate firmare.
augmentare	vermehren	augere.
aura bona	gute Luft	cœlum ſerenum.
Baculare	prügeln	baculo ferire.
balneare	baden	lavare.
barbitonſor	Barbier	tonſor.

Digitized by Google

baſtardus	Baſtard	ſpurius, nothus.
benefactor	Wohlthäter	beneficus, bene meritus.
beneplacitum	Wohlgefallen	arbitratus, voluntas.
billietum	Zettel	codicillus, ſchedæ.
blasphemare	fluchen	exsecrari.
bona nova	gute Zeitung	lætus nuntius.
brutalis	brutaler Kerl	ferus, fero ingenio homo.
Cælicus	himmliſch	cæleſtis.
calculare	zuſammen rechnen	ſupputare, rationem inire.
calefactivus	wärmend	calefaciens.
caliditas	Wärme	calor.
capitoſus	ſtarrköpf	contumax.
camerarius	Kammerdiener	cubicularius.
camera	Kammer	ærarium publicum.
capax	fähig	docilis.
cappa	Kappe	cucullus, pileolus.
capella	Kapelle	ſacellum, ædicula.
capitale	Kapital	fors, caput.
capitaneus	Hauptmann	centurio.
capitulum dare	Kapitel geben	objurgare.
capitulare	kapituliren	de conditionibus agere.
captivare	gefangen nehmen	capere.
carminicus	in Verſen	metricus.
carnalis homo	fleiſchlich	voluptarius.
caſu	ungefähr	forte, temere.
caſualis	ungefähr	fortuitus.
catenare	in Ketten werfen	vinctre catenis.
certificare	berichten	certiorem facere.
certificatio	Verſicherung	fides.
certiorare	berichten	certiorem facere.
cervicoſus	hartnäckig	obſtinatus.
cæſpitare	ſtrauchlen	offendere.
charitativus	dienſthaft	obſequioſus, benignus.
chriſtianitas	Chriſtenheit	chriſtianum nomen.
ciffra	Ziffern	nota arithmetica.
circulariter	ringsherum	in orbem.
circumſtantia	Umſtände	adjuncta.
clancularius	heimlich	clandeſtinus.
clarificare	berühmt machen	illuſtrare.
coacte	gezwungen	per vim.
coadjutor	Mithelfer	adjutor.
coætaneus	gleiches Alters	æqualis, coævus.
cognoſcibilis	erkenntlich	quod cognoſci poteſt.
coincidere	eintreffen	concurrere.
colendiſſimus	gehrtester	maxime colendus.
colonellus	Oberſter	tribunus.
collatio	Jauſen	cœnula.
collationare	kollationiren	conferre, recognoſcere.
collecta	Sammlung	ſtips, ſymbola.
combinare	vergleichen	componere.
comitiva	Gefolg	comitatus.
commembrum	Mitglied	collega.
commenſalis	Tiſchgenoß	convictor.
commiſſarius	Komiſſarius	inquiſitor, præfectus.
compatior	Mitleiden tragen	aliene malo doleo.
compaſſio	Mitleiden	miſeratio, doloris ſocietas.
commiſſionem dare	eine Kommiſſion geben	aliquid committere.
communis homo	gemeiner Menſch	de plebe.
compagimare	zuſammen binden	compingere, conjungere.
comparative	in Vergleich	comparare ad.
complacentia	Wohlgefallen	oblectatio.

Digitized by Google

complices	Spießgesellen	socii sceleris.
complimenta	Komplimente	honor verborum, urbanitas.
complexio	Komplexion	corporis constitutio.
computus	Rechnung	ratio.
concausa	Mitursache	adjuvans causa.
conceptus	Concept	informata cogitatio.
concernit me	geht mich an	ad me attinet.
concivis	Mitbürger	civis.
concoctio	Verkochung	digestio.
concordantia	Einhälligkeit	consensio, concordia.
concupiscentia	Begierlichkeit	libido.
consanguinitas	Blutsfreundschaft	sanguinis conjunctio.
condescendere cum aliquo	nachgeben	indulgere.
conditionaliter	mit Bedingniß	ea conditione.
condolentia	Mitleiden	doloris societas.
conducibilis	ersprießlich	utilis.
conferentia	Conferenz	consilium, colloquium.
confidentia	Verträulichkeit	fiducia.
confiscare	confisciren	publicare bona.
confœderati	Blutsgenossen	fœderati.
confortare	bekräftigen	confirmare.
confrater	Mitbruder	collega.
confugium	Zuflucht	refugium.
conscientiosus	gewissenhaft	religiosus.
consequenter	folgendes	deinde, porro, itaque.
consocius	Mitgesell	socius.
constellatio	gewisses Gestirn	astrorum positio, affectio.
consummatus vir	ein ausgemachter Mann	perfectus.
contemptibilis	verächtlich	contemnendus.
contentare	vergnügen	satisfacere.
continuitas	Verharrung	continuatio, perpetuitas.
contra flumen	wider den Strom	adverso flumine.
contrariari	zuwider seyn	adversari.
contradictoria		pugnantia.
contributiones	Anlagen	tributa, census bonorum.
conversatio	Conversation	consuetudo, familiaritas.
convivere	mit einander leben	una vivere.
cooperari	mitarbeiten	adjuvare.
coordinare	zusammen ordnen	ordinare.
copia litterarum	Abschrift	exemplum.
copista	Abschreiber	librarius.
cordialtus	von Herzen	ex animo.
cordialiter	von Herzen	ex animo.
corporalis	leiblich	corporeus.
corporis necessaria	Leibsnothwendigkeiten	necessaria vitæ præsidia.
correcte	vollkommen	emendate.
correspondentia	Correspondenz	commercium litterarum.
creatura	Geschöpf	res creata.
cum tempore	mit der Zeit	tempore.
cum difficultate	mit Unmuth	ægre, graviter.
curabilis	heilbar	sanabilis, medicabilis.
curialis	Hofart	formulæ aulicæ.
Damnificare	beschädigen	Damno afficere.
deauratus	vergoldet	auratus.
decapitare	köpfen	caput abscindere.
decollare	köpfen	caput abscindere.
deceptio	Betrug	fraus, fallacia.
decrementum	Abnahme	diminutio, defectio.
de die in diem	von Tag zu Tag	in diem, diem ex die.
defalcare	defalciren	decidere, detrahere.
defectus	Mangel	vitium, error.

Digitized by Google

defenſiva arma	Gewehr	defendentia.
deforis	draußen	foris.
degradare	entſetzen	exauctorare.
dehonorare	verunehren	dedecorare.
delaſſare	abmatten	fatigare.
delectabilis	luſtbarlich	delectationem habens.
deliquium animi	Ohnmacht	defectio animi.
dementare aliquem	bethören	infatuare.
demordere aurem	Ohr abbeißen	mordicus auferre.
de novo	von neuem	denuo, de integro.
depalmare	Ohrfeigen geben	colaphos infringere.
de parte ad partem	Stückweiſe	membratim.
dependet a te	es hängt von dir ab	a te pendet.
dependentiæ	Dependentien	acceſſiones.
deprædicare	rühmen	prædicare.
deputati	Verordnete	delecti, deſignati.
derisio	Verlachung	irriſio, ludibrium.
deſarmare	entwaffnen	armis exuere.
deſcendentes	Nachkömmlinge	poſteri.
deſolare urbem	Stadt öde machen	evaſtare, popularl.
deſponſatus	verſprochen	deſponſus.
deſtructio	Verderbung	exitium, pernicies.
deſtruere librum	Buch verderben	corrumpere.
deteriorare	ſchlimmer machen	deteriorem reddere.
dethronizare	vom Throne jagen	exauctorare.
deturpare	verwüſten	inquinare, maculare.
de verbo ad verbum	von Wort zu Wort	ad verbum.
deviare	vom Wege abgehen	declinare de via.
devotus	andächtig	religioſus, ſanctus.
diarium	Tagbuch	ephemerides.
dictamen rationis	Vernunftslehre	præſcriptum.
dieſcit	es taget	luceſcit.
dietim	täglich	in dies, quotidie.
diffamare	verleumden	infamare.
difficultare	ſich beſchweren	difficultatem caufari.
dignanter	würdiglich	digne.
diſciplinatus	züchtig	bene moratus.
dilatatus	ausgeſprenget	diſperſus, remotus.
diſconvenienſ	unziemlich	non conſentaneus.
diſcordantia	Mißhälligkeit	diſcordia.
diſcretio	Beſcheidenheit	modus, modeſtia.
diſcretus	beſcheiden	commodus, elegans.
diſpareo	verſchwinden	evaneſco.
diſparitas	Ungleichheit	diverſitas.
diſpenſare	dispenſiren	legibus quem ſalvere.
diſplicentia	Misfallen	moleſtia, tædium.
diſpoſitio ad majora	Vorbereitung	progreſſio.
diſtinctus	entfernet	disjunctus, remotus.
diſtractio mentis	Ausſchweifung	evanatio.
diverſimode	unterſchiedlich	alio, atque alio modo.
diviſibilis	theilbar	dividuus.
doctoratus	Doktorat	doctoris gradus.
dubietas	Zweifelhaftigkeit	dubium.
E contra	hingegen	contra, contrario.
effective	wirklich	efficienter, reipſa.
effigiare	conterfayen	effingere.
effluxo tempore	verlaufene Zeit	elapſo.
eſſentia	Weſen	natura, vis, poteſtas.
exalto	erhöhen	effero, extollo.
exceſſive	übermäßig	immoderate.
exceſſus	Fehler	delictum, peccatum.

Digitized by Google

exemplariter	zu einem Exempel	ad exemplum.
exemplificare	Exempel beybringen	exemplis docere.
exercitus volans	fliegendes Heer	expeditum agmen.
ex nunc	von nun an	jam nunc.
exorbitare	aus dem Gleiß gehen	deflectere de via.
expectorare	Herz ausleeren	sensa animi pandere.
expensa	Unkosten	impensa, impendium.
expresse faciam	ausdrücklich	sciens, dedita opera.
extraordinarie	außerordentlich	extra ordinem.
ex tunc	von dannen	inte, jam tum.
exultantia	das Aufhupfen	lætitia.
Facilitare	leicht machen	facile reddere.
factivus	wirkend	efficiens, actuosus.
fac totum	der alles ist	esse omnia.
fallibilis	betrüglich	fallax, incertus.
falsare	verfälschen	depravare.
falsificare	verfälschen	adulterare.
falsiloquium	falsche Rede	mendacium.
famigeratus	berühmt	fama clarus, celeber.
favorabiliter	gnädig	benigne, clementer.
felicitare	Glückwünschen	fortunare.
feriari	feyern	cessare.
festinantia	Eilfertigkeit	festinatio.
festivitas	Fest	dies festus, solennis.
feudum	Lehen	beneficiarium prædium.
fictitius	erdichtet	commentitius.
fidejussor	Bürg	vas, sponsor, præs.
fiduciaiiter	vertraulich	fidenter.
figmentum	Gedicht	commentum.
filialis	kindlich	quod filii est, pietas.
filiatio	an Kindes statt	adoptio.
finaliter	endlich	tandem, ad extremum.
financiæ	Finanzen	ærarium publicum.
finis urbis	Ende der Stadt	extremum.
fiscalis	Fiscal	quæstor fisci.
fixe	stark	acriter, intento oculo.
fluctuanter	zweifelhaft	dubitanter.
foraminare	durchbohren	perforare.
fortalitium	Festung	munimentum, castellum.
fortificare	befestigen	munire.
fortificatio	Befestigung	munitio.
frontispicium	Vordertheil	frons.
fructificare	fruchten	fructum facere, ferre.
frustraneus	umsonst	irritus, supervacuus.
fundamentalis	gründlich	solidus.
fundator	Stifter	conditor, auctor.
furiatus	furios	furens, furiosus.
Gabella	Accis	vectigal.
galanteria	Galanterie	elegantia, comitas.
galeria in bellicis	Galerie	vinea.
garrulitas	Schwätzhaftigkeit	loquacitas.
guarantia	Garantie	præstatio, evictio.
generalitas	Generalat	summum imperium.
generalitas	Generalität	universitas.
genuflectere	knien	in genua se demittere.
glorificare	groß machen	celebrare.
glossare	dollmetschen	interpretari, explanare.
gratanter	willig lich	libenter, animo.
gratitudo	Dankbarkeit	gratus animus.
gravamen	Beschwernis	querela, difficultas.
grotta	Grotte	crypta.
guardia	Wacht	custodia, prætoriani.

Digitized by Google

Hebdomadatim	wochentlich	quod hebdomadis.
heroldus	Herold	fecialis caduceator.
hereditare	erben	hereditate acquirere.
hermelinus	Hermelin	mûs ponticus.
hodieque	noch heut zu Tag	hodiedum, hodie.
homagium	Huldigung	sacramentum clientelæ.
honorificare	ehren	honorare.
humanitas	die Menschlichkeit	humana natura.
humiliare se	sich demüthigen	submittere.
humilis vir	demüthig	submissus, modestus.
hypocrisis	Gleißnerey	simulatio.
Idiota	ein Idiot	homo rudis, imperitus.
idoneitas	Geschicklichkeit	habilitas.
ignoranter	unwissend thun	imprudens feci.
illatinus	nichtlatein	non Latinus.
immediate	alsobald	statim, extemplo.
immediatus	unmittelbar	proximus.
immemoriale tempus	undenkliche Zeit	cujus nulla memoria extat.
immobilia bona	unbewegliche Güter	quæ moveri non possunt.
immoriger	widerspenstig	inobediens.
impassibilis	unleidlich	pati nescius.
imperfuasibilis	nicht zu bereden	obstinatus in sententia.
impertinens homo	boshaft	petulans, insolens.
impertinens ad rem	nicht dazu gehörig	alienum a re.
impetuositas	Ungestümmigkeit	impetus, æstus.
impingere in lapidem	anstoßen	offendere, incurrere.
impotentia	Wichtigkeit	momentum.
imprægnare	schwängern	violare, gravidam reddere.
improficuus	unnütz	inutilis.
impulsivus	antreibend	impellens, incitamentum.
inadvertentia	Unaufmerksamkeit	incuria, inconsideratio.
incarcerare	in den Kerker werfen	in custodiam conjicere, dare
incapax	untüchtig	indocilis.
incastus	unzüchtig	impudicus.
inceſſanter	unaufhörlich	nullo temporis
indesinenter	unaufhörlich	puncto intermissa.
incidenter	ungefähr	fortuito, casu.
Zu Staube machen, in pulverem redigere.
Einen ſchwürig machen, exacerbare aliquem.
Runzeln machen, corrugare frontem.
Zahm machen, ciçurare.
Er hat ihn wiederum gut gemacht, conciliavit, pacavit illum.
Das Fleiſch einmachen, carnem condire.
Er macht nicht viel Worte, verborum parcus eſt.

Obſerva item in paradigmatis verborum, ſtehen, gehen, halten, bleiben, ſehen, laſſen, legen, ſchlagen, bringen ꝛc. quam Phraſi utraque inter ſe diſſideat, quamque pronum ſit, ut Tiro quidpiam e Germanico Latinum, aut viciſſim redditurus, ſi verba verbis aptet, in barbariſmos Sententiæ turpiſſimos & Germanicam quandam Latinitatem incidat.

Idiotiſmi quorundam Verborum Germanici a Latino plane discrepantes.

Sto, ſtehen.

Etwas ſtehen laſſen, aliquid miſſum facere.
Wie ſtehts? quid agitur?
Es ſteht bey dir, penes te, in te eſt.

Digitized by Google

Die

Die Sache ſteht übel, male agitur.
Ich ſtehe wohl mit ihm, mihi bene convenit cum illo. Amicus ei ſum.
Ich ſtehe bey ihm in Gnaden, gratia valeo apud illum.
Er ſtehet wohl, habet ſatis, opulentus eſt.
Es ſtehet im Buche, in libro eſt, ita ſcriptum eſt.
Er ſtehet an, dubitat.
Es ſtehet ihm Leib und Leben darauf, de capite ipſius, de fortunis agitur.
Barbarum foret dicere, *Permittas ſtare. Quomodo ſtat? Bene ſto cum illo. Stat in libro* &c. vide apud Aler. 51. Idiotiſmos Germanicos Verbi *ſto*, Eundem de verbis ſequentibus conſule.

Gehen.

Einem an die Hand gehen, alicui adjumento eſſe, opem ferre.
Es gehet mir vor, animus mihi præſagit, præſentio.
Laß ihn gehen, omitte, ſine hominem.
Die Sache gehet ihm zu Herzen, ſentit, tangitur, dolet de re.
Dieß gehet über mich, de me agitur, tangor.
Aus dem Wege gehen, decedere de via.
In ſich gehen, ad ſe redire; corrigere ſe.
Er gehet in das zehnte Jahr, agit annum decimum.
Die Uhr gehet nicht recht, fallit, exerrat hoc horologium.
Es gehet Blut von ihm, ſanguine fluit.
Wie gehts dir? ut tecum agitur?
So gehts, wenn man ꝛc. ita fit, ita evenit, *ſi*, &c.
Es gehe, wie es wolle, utcumque accidat.
Barbarum: *Eat, ſicut vult. Quomodo tibi it? Ex via ivo. It in decimum annum*, &c.

Halten.

Er hält ſich wohl, bene ſe gerit.
Hochzeit halten, celebrare nuptias.
Halt dein Verſprechen, ſta promiſſis.
Das Faß hält zehen Eymer, hoc dolium decem urnas capit.
Er hält viel von ſich, inflatus eſt, magnifice de ſe ſentit.
Ich halte ihn für meinen Feind, pro hoſte illum habeo.
Er hat uns ſtattlich gehalten, accepit, habuit nos perhumaniter.
Mahlzeit, Hochzeit halten, convivium, nuptias celebrare.
Er hält ſich an große Herren, Magnatibus nititur, confidit.
Die Gebothe halten, ſervare mandata.
Er hält es mit mir, mearum partium eſt.
Miteinander halten, conſentire inter ſe.
Ein Bild gegen das andere halten, unam imaginem conferre alteri, cum altera.
Er hält ſich zu Rom auf, Romæ moratur, habitat.
Barbarum: *Bene ſe tenet. Tenere nuptias. Tenere promiſſa. Multum de ſe tenet*, &c.

Bleiben.

Es bleibt dabey, ratum, fixumque eſt.
Ich laſſe es dabey nicht bleiben, non acquieſcam, non ita rem ſinam.
Er bleibt bey ſeinem Kopf, ſententiæ tenax eſt.
Er iſt in der Schlacht geblieben, in acie cæſus eſt.
Laß es bleiben, omitte.
Er bleibt bey ſeinem Worte, promiſſa præſtat.
Barbarum: *Manet apud. Manet apud ſuum caput*, &c.

Sehen.

Er läßt ſich ſehen, in conſpectum prodit.
Laß dich ſehen, magnificus eſto.
Er läßt ſeine Künſte ſehen, artis ſuæ ſpecimina dat.
Er ſieht ihn gar gern, delectatur eo, ejus convictu, conſuetudine.
Ich ſähe gern, daß ꝛc. cuperem, ut &c.
Ich habe es nicht gern geſehen, ægre, moleſte tuli.
Sauer anſehen, torvum tueri.

Blick

Digitized by Google

Sieh auf dich ſelbſt, cura te ipſum.
Er ſieht ihm ganz gleich, ei ſimillimus eſt.
Durch die Finger ſehen, connivere.
Er ſieht übel, cæcutit, debili oculo eſt.
Aufwärts ſehen, attollere oculos, ſuſpicere.

Barbarum: *Male videt. Aſpice ad te ipſum. Permittit ſe videri. Libenter illum videt. Male videt*, &c.

Laſſen.

Einen kommen laſſen, accerſere aliquem.
Er läßt ſich nichts ſagen, nec monita audit, nec conſilium admittit.
Laß es gehen, liegen, ſtehen, mitte, omitte.
Laß mich's wiſſen, mihi rem permitte.
Es läßt ſich nicht thun, fieri non poteſt
Ich laſſe mir ein Kleid machen, veſtem mihi faciendam cure.
Einen zum Geld laſſen, arcam, pecuniam alicui credere.
Das Leben laſſen, vitam profundere.
Es läßt ſich eſſen, eſui idoneum eſt.
Dieß läßt ſich hören, haud contemnendum eſt.
Zur Ader laſſen, venam incidere, aperire.
Wein aus dem Faße laſſen, promere vinum e cado.

Barbarum: *Permittere aliquem venire. Permittere ſtare. Sibi venam permittere*, &c.

Legen.

Etwas in Weg legen, impedire, obicem ponere.
Sich auf die Bücher legen, libris incumbere.
Geld auf Intereſſe legen, pecuniam ad cenſum collocare.
Die Schuld auf einen andern legen, culpam in alium transferre, transfundere.
Der Feind hat ſich vor die Stadt geleget, hoſtis caſtra ad urbem metatus eſt.
Sich in einen Handel legen, interponere ſe.
Hand anlegen, manum admovere operi.
Sich die Sachen laſſen angelegen ſeyn, rem cordi habere.

Barbarum: *Aliquid in viam ponere. Se ad libros ponere. Ponere culpam ſuper alium*, &c.

Schlagen.

Mit dem Feinde ſchlagen, pugnare cum hoſte.
Der Feind iſt geſchlagen, hoſtis cæſus eſt.
Zu Boden ſchlagen, humi affligere.
Sich mit einem ſchlagen, congredi, rixari cum aliquo.
Aus der Art ſchlagen, degenerare.
Brücken ſchlagen, pontem ædificare.
Lager ſchlagen, caſtra figere.
Sich zu einem ſchlagen, ſe alicui adjungere.
In Wind ſchlagen, ventis tradere.
Die Orgel ſchlagen, organo canere.
Ballen ſchlagen, pila ludere.
Münze ſchlagen, monetam cudere, fignare.
Auf die Waare ſchlagen, mercium pretia augere, intendere.
Die Uhr ſchlägt, hora, horologium ſonat.
Ein geſchlagener Mann, hominum miſerrimus.

Barbarum: *Hoſtis eſt percuſſus. Percutere in organo. Horologium percutit. Se ad aliquem percutere*; &c.

Bringen.

Etwas an ſich bringen, ſibi comparare.
Einen auf ſeine Seite bringen, ad partes ſuas, ad ſe aliquem traducere.
Unter ſeine Gewalt bringen, ſibi ſubjicere.
Etwas unter die Leute bringen, aliquid in lucem edere, evulgare.
Man kann nichts aus ihm bringen, nihil ex illo extundi, vel exſculpi poteſt.
Ich habe die Sache ſo weit gebracht, eo rem adduxi.
Gehülfen mit ſich bringen, ſocios ſecum adducere.
Volk aufbringen, exercitum conflare.

Digitized by Google

Das

Das Verdorbene zurecht bringen, rem perditam restituere.
Einen um das Seinige bringen, aliquem rebus suis emungere, exuere.
Einen in Unglück bringen, aliquem in exitium, calamitatem adducere.
Einige hinter einander bringen, quosdam inter se committere.
Ich bringe dirs, propino tibi
Barbarum: *Socios secum ferre. Intra homines ferre.*
Quid de Adagialibus Idiotismis memorabas?

Resp. Gentibus omnibus, etiam barbaris, sua sunt adagia vel in vulgari sermone familiaria adeo, ut quandam veluti linguæ partem faciant. Latinorum Adagiorum Chiliades Erasmus quatuor congessit. Horum quædam ad verbum Germanice reddi possunt, *Propria laus sordet*, eigenes Lob stinkt. *Cornix cornici oculos non effodit, &c.* eine Krähe beist der andern kein Aug aus ꝛc. Ceterum Adagii sensus primum recte intelligendus, ac tum alio verborum habitu convestiendus erit. Germanica, quorum plura item millia apud varios collecta extant, partim in Alleri & Beyerl Lexicis latine versa habes. Exempla quæpiam attexo?

Idiotismi Germanici Adagiales, qui nisi circumlocutione aliqua Germanice reddi nequeunt.

In ein Horn blasen, colludere, conspirare.
Leeres Stroh dreschen, actum agere.
Sich selbst bey der Nase nehmen, vide, quid manticæ a tergo sit.
Der Katze die Schellen anbinden, suo periculo aliquid suscipere.
Die Katze zum Schmer stellen, ovem lupo committere.
Unter dem Hütlein spielen, dolose agere, clam dolos nectere.
Er kömmt auf kein grünes Gras, e malo non emerget, de illo actum est.
Ein Stein fiel mir vom Herzen, redit mihi animus, mire levatus sum.
Er ist in den Sack geschoben, victus est.
Haar lassen, succumbere, inferiorem viribus esse.
Kinderschuhe ausziehen, nuces ponere.
Er gieng mir ins Feuer, mei causa faciet omnia foretque.
Hinter dem Berge halten, dissimulare, insidiari.
Sich selbst die Laus in den Pelz setzen, sibimet malum arcessere, creare.
Einen durch die Hechel ziehen, famam alicujus traducere.
Auf die lange Bank schieben, differre.
Bey dem Brette sitzen, ad clavum sedere.
Er hört das Gras wachsen, sapiens sibi videtur.
Beyde sind über einen Leist geschlagen, inter se similes.
Einem das Loch verrennen, occasionem adimere, viam præcludere.
Mit scharfer Lauge zwagen, acriter reprehendere quempiam.
Er stekt in keiner guten Haut, periculosius opinione laborat.
Pfeifen schneiden, da man im Rohre sitzt, occasione in rem suam uti.
Alles durch die Gurgel jagen, patrimonium abligurire, luxu perdere.
Alle Hände voll zu thun haben, mole negotiorum premi, obsideri.
Der Mensch gehet auf Stelzen, arrogans, thrasо, se ipso plenus.
Er stellt seine Worte auf Schrauben, captioso sermone utitur.
Gebranntes Kind fürchtet das Feuer, proprio periculo sapere.
Unter einer Decke liegen, colludere.
Schlösser in der Luft bauen, aureos sibi montes polliceri.
Mit großen Herren ist nicht gut Kirschen essen, cum Regibus verborum parcus esto.
Viele Köche versalzen die Suppe, multorum manus, unius imperium.
Blauen Dunst vor die Augen machen, decipere, alicui imponere.
Wer die Wahrheit aufmacht, dem schlägt man die Geige vor den Kopf, veritas odium parit.
Frisch gewagt, halb gewonnen, audaces fortuna juvat.
Neue Besen kehren gut, principium fervet.
Natur ziehet stärker, denn sechs Ochsen, naturam expellas furca, tamen usque redibit.
Der anbeist, läst selten davon, principiis obsta.
Wenn man schmiert, so gehts, invia nulla via est auro.
Einen auf die Haut legen, occidere.

Einen,

Digitized by Google

Einen unter die Bank ſtecken, longe ſuperare, altero ſuperiorem eſſe.
Es wird ihm kein Hahn nachkrähen, nulla erit ejus memoria.
Ein jeder muß ſein paar Narrenſchuhe zerreißen, quisque ſuos patitur manes.
Was er redet, hat Hände und Füße, graviter, ſententioſe loquitur.
Es gehet bey einem Ohr ein, bey dem andern hinaus, nihil ad animum admittit.
Was dich nicht brennt, blas nicht, aliena ne curaveris.
Am Hungertuch nagen, fame confici, famem obſonare.
Den Kopf aus der Schlinge ziehen, periculo ſe ſubducere.
Endlich das Maul heraus kehren, tandem ſeveritatem promere, perſonam ponere.
Man ſiehts im Geſichte, was er im Schilde führet, animus in fronte legitur.
Art läßt von Art nicht, nec procul a proprio ſtipite poma cadunt.
Aus fremdem Beutel iſt gut zehren, aliena vivere quadra.
Beſſer einäugig, denn blind, e duobus malis minus eligendum eſt.
Einem die Zähne weiſen, vim vi repellere.
Es iſt überall gut Brod eſſen, ubi bene, ibi patria.
Er iſt noch nicht über den Bach, nondum periculo defunctus eſt.
Der Tod ſchaut ihm bey den Augen heraus, emortuali facie eſt.
Zum Kreuze kriechen, neceſſitati cedere.
Einem auf die Beine helfen, quempiam in integrum reſtituere, erigere aliquem.
Das Hälmlein ſtreichen, aſſentari.
Dem Kinde einen Namen geben, rem ſuo nomine compellare.
Gutes Ding will Weile haben, feſtina lente.
Den Kürzern ziehen, ſuccumbere.
Wie gewonnen, ſo zerronnen, male parta, male dilabuntur.
Viele Hunde der Haſen Tod, multorum odiis nullæ opes reſiſtere poſſunt.
Er iſt hinter den Ohren naß, moribus eſt puerilibus, prætextatis.
Aus der Schule ſchwätzen, arcanum prodere.
Er läßt es auf die Fauſt ankommen, res ad vim ſpectat.
Ueber die Schnur hauen, limites, modum exedere.
Was von Katzen herkömmt, will mauſen, ſequitur patrem ſua proles.
Das iſt ein verdecktes Eſſen, latet anguis in herba, dolus ſubeſt.
Alles hat ſein Warum, nihil ſine cauſa.
Zuviel iſt ungeſund, omne nimium vitioſum.

Hanc in Sententiis Puritatem qua arte conſequar?

Reſp. In claſſicorum Auctorum lectione ſita ſunt omnia. Si juvenis Grammatica doctrina rite imbutus Epiſtolas & Orationes Tullii, Cæſarem, Salluſtium &c. nocturna triveritque diurnaque manu; explorantem Magiſtrum magna attentione audiverit, illum conſuetis in Humanitatis ac Rhetoricæ ſchola exercitationibus poliverit, nihil oberit, quin e barbarie hac emergat.

Quid autem puero præſtandum? quibus adjumentis utendum?

Reſp. Ut in his initiis imaginem aliquam ac deformationem, quantumlibet rudem, veræ Latinitatis ducat efficiet 1. *Auditione* prælectionum, quæ in ſchola habentur; 2. *Lectione* privata; 3. *Scriptione*, quæ duplex eſt, vel dictatorum thematum compoſitione, vel compoſitorum in Germanicum reſolutione, quod item eſt ac verſio.

1. *Quid commodi copiam ex Auditione prælectionis?*

Reſp. Explanantur in *Prima* ſeu infima Phædri Fabellæ, Stobæi Sententiæ; In *Secunda* una minimum aut duæ vitæ ex Cornelio Nepote, Epiſtolæ Ciceronis breviores; In *Tertia* Epiſtolæ Ciceronis longiores, Cato major, Libri aliqui e Cæſare; In *Quarta* Somnium Scipionis, Liber unus de Officiis, Flores Poetarum, Ovidii Elegiæ quæpiam &c. Indicantur Idiotismi Latini, & Veterum Etymologiæ, quæ una eſt ad Proprietatem Sermonis conſequendam via, certiſſima. E tot quadrienii Grammatici prælectionibus fieri vix poteſt, quin multum adhæreſcat, ſi conſtanter & rite excipiantur.

Qui excipienda eſt Prælectio?

Reſp. Adhibenda, quanta maxima poteſt attentio; cohibendus ab evagationibus cum oculis animus, hærendum in ore Magiſtri, linguæ in paratum ad id libellum referenda, quæ domi in ordinem alphabeticum deinde redigantur, relegenturque ſæpius, ut memoriæ imprimantur magis.

Digitized by Google

2. *Quid nomine Lectionis privatæ intelligis?*

Resp. Cum in ſchola etiam mediocrium ratio habenda, feſtinandum lente; repetenda ſæpius eadem ſint & inculcanda, nec adeo multa explicari poſſint, efficiet Præceptor fidelis, ut diſcipulus in dies, aut feſtis ac vacationum diebus minimum, conſtructiones aliquot e Fabellis, Cicerone, Nepote, Curtio, &c. in Germanicum convertat. Hoc privato, & per hos annos nunquam intermiſſo labore incredibile quos progreſſus faciet tiro, cui ingenium natura felicius, & ſtudendi opportunitas major, & Pædagogus peritior obtigerit.

3. *Quid Scriptionis nomine intelligis?*

Reſp. Thematum vernaculorum in Latinum converſionem, ſeu Compoſitiones ſolitas intelligo. Ea dictandi duplex eſt ratio: *Altera* Italis, Gallis, *Belgis*, Rhenanis Provinciis uſitata, qua diſcipulis dictati argumenti ſignificationes e Dictionario conquirendæ relinquuntur. In eam rem Gallico-Latinum extat Pomæi Lexicon, Germanico Latinum ejusdem Pomæi, P. Aler, & Beyer, locupletia adeo, ut Gallicus, Germanicusque Idiotismus vix ullus occurrat, quem ibidem non Latine verſum reperiant, ſi (quod ante omnia docentur) quærendi methodum callent. Hac via deducti adoleſcentes animadverſo linguæ utriusque diſcrimine ſenſim proprietatem Latinam & præclare imbibunt.

Altera ratio eſt, qua vocibus thematum vernaculis ſuæ ſignificationes Latinæ a Magiſtro dictantur, a pueris deinde ad Syntacticas Regulas componendæ, ut ſi in Themate ſit: Er hat ſeinen Handel verlohren; dicitur: Cauſa cecidit. Er hat ſich zu todt gefürchtet; Metus, Exanimo. Er iſt bey dem Herrn in Gnade gekommen, ꝛc. Gratia, Ineo, &c.

Aliquid de Verſione in vernaculam tangebas?

Reſp. Ut hæc verſionis exercitatio, quam domi ſaltem ſuſcipiendam ſuaſi, fiat utilior, Epiſtolam v. g. Ciceronis, locum aliquem e Nepote, Cæſare, Curtio, &c. Latine reddes, ac tantiſper ſepones. Interpoſitis hebdomadis aliquot, Germanicum tuum Latine transferes, translatum cum ipſo Ciceronis, Nepotis, &c. loco conferes, & emendabis. Hæc induſtria ut ad puritatem & Elegantiam linguæ comparandam utilitatis maximæ a Quintiliano, P. Juvencio, & Præceptoribus Grammaticis omnibus mirifice commendatur. Vide ſubjectas Epiſtolas Ciceronis Lib. 12. Epiſt. 17. & 19. ad Cornificium, & a me, quoad licuit, ad verbum Germanice factas, in Latinum traducito; traductas obſervato, ubi, & quantum a Cicerone differant.

Epiſtolæ duæ Ciceronis Germanice verſæ, & a tirone Latine vertendæ, ac deinde cum ipſis Ciceronis Epiſtolis conferendæ, ad Famil. Lib. 12. Epiſt. 17.

Ad Cornificium.

Es iſt mir ſehr angenehm, daß Sie an mich denken, wie Sie mich deſſen in ihrem Briefe verſicherten, und ich bitte Sie dieſes Andenken ferner zu erhalten; nicht als wenn ich an ihrer Beſtändigkeit ein Mistrauen hätte, ſondern weil es ſchon der Gebrauch iſt ſo zu bitten.

Aus Syrien hat man uns von einigen entſtandenen Unruhen Nachricht gegeben, welches mich nicht ſo viel wegen meiner als Ihrenthalben in Sorgen ſetzt, weil Sie näher darey ſind.

Zu Rom iſt alles ſtille und ruhig; doch ſo, daß ich lieber eine heilſame und rühmliche Beſchäfftigung wünſchete, wie ich denn hoffe, daß es geſchehen wird, weil ich ſehe, daß Cäſar dafür beſorgt iſt.

Wiſſen Sie, daß ich aus Ihrer Abweſenheit gleichſam die Gelegenheit und Freiheit überkommen habe etwas kecker zuſchreiben; und zwar was die übrigen Dinge betrifft, von ſolchen, welche auch Sie zugeben würden.

Allein, da ich jüngſt von der beſten Art der Redekunſt geſchrieben habe, muthmaſſete ich oft dabey, daß Sie als ein gelehrter Mann mit meiner Meynung als ehe nes nicht gänzlich ungelehrten nicht allerdings eins ſeyn würden.

Ich ſähe gern, wenn Sie dieſem Buche, wo nicht von Herzen, doch mir zu Gefallen ſich günſtig bezeigten. Den Ihrigen werde ich ſagen, daß ſie daſſelbe, wenn ſie wollen, abſchreiben und Ihnen überſchicken. Denn ich bin der Meynung, wenn Sie ſchon das Werk ſelbſt nicht allerdings gutheiſſen ſollten, daß Ihnen dennoch in dieſer Einſamkeit alles, was von meiner Hand herkömmt, angenehm ſeyn wird.

Daß Sie mir Ihre Ehre und Achtung anbefohlen, hierinnen handeln Sie zwar nach dem Gebrauche andrer Leute: dennoch halten Sie ſicher dafür, daß ich nicht nur

Digitized by Google

nur die Liebe, welche unter uns beyden ist, sehr hoch schätze; sondern auch von Ihrem ausbündigen Witze, großer Beredsamkeit und Hoffnung der höchsten Ehrenstelle solche Achtung habe, daß ich Ihnen niemanden vorziehe, und nur wenige gleich halte.

Ad Famil. Lib. 12. Epist. 19.

Ihren Brief habe ich sehr gerne gelesen, in welchem mir das erfreulichste war, weil ich daraus ersah, daß Ihnen der meinige ist eingehändiget worden. Denn ich zweifelte gar nicht, daß Sie mein Schreiben mit Vergnügen lesen werden, nur stund ich in Sorgen, ob es Ihnen richtig würde zugestellet werden.

Aus Ihrem Briefe habe ich zugleich vernommen daß Cäsar Ihnen die Führung des Kriegs, der in Syrien entstanden ist, nebst der Verwaltung der Provinz selbst anvertrauet hat: und ich wünsche, daß Ihnen dieses Unternehmen wohl und glücklich von statten gehe; wie ich es denn ganz gewiß hoffe, und mich dießfalls nicht weniger auf Ihre Emsigkeit als Klugheit verlasse.

Was Sie aber von der Muthmaßung eines parthischen Krieges schrieben, beunruhigte mich nicht wenig. Die Anzahl Ihrer Soldaten errieth ich theils selbst, theils ersah ich sie aus Ihrem Briefe. Daher wünsche ich nur, daß sich dieses Volk so lange nicht aufmache, bis alle jene Legionen zu Ihnen stoßen, welche, wie ich höre, schon auf dem Wege dahin sind.

Wenn Sie aber dennoch nicht genugsame Mannschaft haben sollten mit dem Feinde zu schlagen, so werden Sie sich ohne Zweifel des Anschlags des M. Bibulus zu gebrauchen wissen, der sich so lange als die Parther im Lande waren, in einer wohl befestigten und bestens versehenen Stadt aufhielt. Doch alles dieses werden Sie den Umständen der Sache und Zeit nach besser bestimmen. Ich zwar werde immer in Sorgen stehen, was Sie vorhaben, bis ich erfahren werde, was Sie zu Stande gebracht haben.

Ich habe bisher noch niemanden gewußt, dem ich die Briefe an Sie mitgeben konnte, ohne es auch gethan zu haben. Ich bitte Sie demnach ein gleiches zu thun, und vornehmlich an die Ihrigen so zu schreiben, daß Sie daraus erkennen, ich sey Ihr sehr guter Freund.

CAPUT TERTIUM.

De Elegantia Latini Sermonis.

Quæ est altera virtus Latinitatis?

Responsio:

Quamquam ornata satis videri possit Epistola, Narratio, Chria, &c. si a Solœcismis ac Barbarismis *pura*, genuinam Latinitatem spirarit; adjiciendæ tamen erit Elegantia. Itali, Hispani, Galli, Germani, suæ linguæ ad summam nitorem perducendæ causa nobiles Academias instituere. Quin gentes omnes, Turcæ, Persæ, Indi, Sinenses, ut in victu, habitu, ritibus delectum adhibent, ita linguæ quoque venustatem qualemqualem sectantur, cultiusque scribunt, quam loquantur; & in aula nitidius, quam rure loquuntur. Quidni cura eadem Latina, nempe scientiarum omnium instrumentum habeatur?

In quo sita est Latinæ Elegantia?

Resp. Puritas efficit, ut minime sordida, & nativo velut habitu decora incedat oratio; *Elegantia* variis verborum ornamentis ad splendorem convestit eandem. Recte enim ille sensit, qui, quod corpori vestis est, hoc sententiis elocutionem esse dixit. Sunt autem *Elegantiæ* certa & exquisita loquendi genera, optimis Auctoribus usurpata, & a quotidiano planoque sermone remota, quæ vulgo *Phrases* appellamus. Etsi enim etiam Idiotismi Latini Phrasium nomine veniant, si tamen aliquid distinctionis faciendum esset, illas *Phrases vulgares*, has *ornatas* vocabimus.

Da exemplum Elegantiarum ejusmodi.

Resp. Tui absentiam ægre fero, Latinum quidem est, & proprium; elegantius erit: Tui desiderium non fero.

Terret me loci novitas; Moveor loci insolentia.

Non suppetit tempus ad scribendum; Laboro temporis angustia; Temporibus, temporis angustiis excludor.

Digitized by Google

Mutavi sententiam; Abii, discessi a mea sententia.
De nulla re magis sollicitus ero; Nihil mihi antiquius erit.
Dubito; Incessit me, venit mihi dubitatio.
Vix non te prodidissem; Propius factum est nihil, quam ut te proderem.

Elegantias ejusmodi qua arte mihi parabo?

Resp. Eadem, qua *Proprietatem*, hoc est: 1. Lectione multiplici classicorum; 2. Ope Lexicorum Phraseologicorum; 3. Recto Participiorum usu; 4. Observationibus recentiorum singularibus; 5. Particularum inprimis usu recto; 6. Idonea Verborum collocatione.

Utrum jam Grammatica Studiosis de Elegantia cogitandum?

Resp. Id quidem studium Grammaticæ proprium est. Nisi hoc viatico satis leviter instructus ad Poeticam & Rhetoricam accesseris, id vel in ipso itinere præpostero erit comparandum, vel desperandum, ut unquam carmen scitum; orationem ornatam condas.

Atqui Syntaxeos Præcepta satis nos occupant, tempusque omne docenti juxta & discenti eripiunt?

Resp. Non vero inficias, primas Grammatici partes esse, ut ad Syntaxis Regulas emendate scribat. Quin cum vulgo discipulorum præclare agetur, si ad hunc Latinitatis gradum aspirent; nec petendum, ut purpuratus auratusve incedas, cui gausapina ad amictum desint. Nihil tamen obstat, quin principes scholæ, *Academici*, ingenio & sciendi aviditate cæteris eminentiores, altero semestri *Tertiæ* ad delibandas *Elegantias* leniter ducantur, in *Quarta* vero largius se iisdem ingurgitent. A teneris namque optimis assuescere, ac antiquæ Latinitatis gustatu imbui, multum est.

I. *Qui e Lectione paratur Elegantia?*

Resp. Quod supra, cum de *Puritate* sermo esset, monuimus, Lectio utraque, publica nempe in scholis, ac privata domi eum in modum est instituenda, ut occurrentes seu Idiotismi, seu loquendi Modi elegantiores in paratum ad id librum referantur, ordine Alphabetico digerantur, atque Themati opportune inseratur, v. g. Quære verbum *Obedio*. Notatum reperies e Themistocle *Nepotis*: *Morem gero*. *Video*, oculis usurpo. *Nuntio*, certiorem facio. *Offendo*, voluntatem alicujus a me abalieno, &c. Si per scholarum curriculum constantia enotandi non defecerit, miraberis opes maximas vix advertenti enatas.

II. *Quotnam adjumenti genus præbent Lexica Phraseologica?*

Resp. Extant seorsim excusæ Phraseologiæ Latino-Germanicæ, singulares Ciceronianæ *Nizolii*, Livianæ *Rhenani*, Plautinæ *Perii*, Terentianæ *Tossani*, Cæsareanæ *Rosinii*, Curtianæ *Rocheri*, Nepotianæ ejusdem &c. *Plerisque* item classicis præsertim in usum Delphini editis subjecti sunt indices Latinitatis locupletissimi. Jam qui Ciceronem, Cæsarem &c. legit, si ex indice item quotidie aliquid adjecerit lectioni, ex alieno labore haud mihimum compendii faciet.

Quam paucis autem ad manum sunt editiones & Indicum optimorum Auctores?

Resp. Præter singulares hos Phraseologos sunt Lexica quædam Phraseologica, quorum unum saltem comparandum erit studioso adolescenti. *Aldus Manutius* ea in re operam præstitit egregiam; longe copiosior est Wolf. Schönsleder *Apparatus ad eloquentiam &c.* Ex his aliisque *Universa Phraseologia Latina Corpus* conflavi, ea forma, quam studiosæ juventuti accommodatissimam fore credebam. Ex eo opere nuper admodum secundis curis Phraseologia Liviana, Cæsariana, Corneliana, Sallustiana sic exanclo, ut addi perparum, demi vix quidquam posse videatur, atque adeo locupletes satis utilitatis scholis accessisse, experimento constat, & multorum testimonio.

Quomodo utendum est hac Phraseologia?

Resp. Si constructionem elegantius efferre cupis, v. g. *Non est dedecori laborare, sed otiari*; quære *Labore*. Reperies: Laboribus se frangere. Quære iterum: *Otior*. Reperies: Otio marcescere. Igitur elangantius dices: *Non est dedecori, frangere se laboribus, sed otio marcescere*. Sit sententia altera: *Si lacrimæ malis medicinam facerent, auro comparandæ forent*; quære. *Medeor*, medicinam facere. *Comparo*, in contentionem adduco. Dic igitur: *Si lacrimæ malis medicinam facerent, cum auro in contentionem adduci possent.*

Prolixiora exempla juvat adjicere duas nempe Epistolas hac arte elegantiis Phraseologicis adornatas.

Epi-

Digitized by Google

Epistola, qua Filius a Parente pecuniam ad libros coëmendos petit.

Stilo simplici.

Scio equidem, te alioquin mei causa multos *sumptus* facere; *usus* tamen sum, novam insuper gratiam *petere*. Suadet nobis Magister, ut libros, quos in schola *explicat*, *coëmeremus*: *spondetque*, si eos item domi *legerimus*, multum *profecturos*. Uti hactenus semper *conatus* sum, primo *loco* aut primis proximus esse, ita nihil *tristius* foret, quam si ob hunc librorum defectum priorem laudem *amitterem*, & a condiscipulis *contemnerer*. *Spero* autem in causa tam æqua, te, ut fuisti, erga me *liberalem* fore.

Quærito in Phraseologia Voces minore charactere expressas, & elegantioribus commuta in hunc modum.

Cognitum equidem habeo, multos alioquin sumptus a te mei causa tolerari; id tamen mihi sumpsi, ut novam insuper gratiam etiam atque etiam a te contendam. Auctor nobis sit Magister, ut in coëmendos eos libros, quorum in schola interpretationem nobis facit, pecuniæ aliquid collocaremus; fidemque suam obligat, fore, ut si eosdem domi etiam legendo contriverimus, magnos progressus faciamus. Uti hactenus nervis omnibus contendi, principem in schola locum vel primo proximum tenere; ita nihil tristitia majore me conficeret, atque si ob hunc librorum defectum priorum laudem jacturam facerem, & a condiscipulis despicatui haberer. Spe autem ducor in causa tam æqua, fructus liberalitatis tuæ uberrimos, ut pervenere, ad me perventuros.

Epistola alia nuntiatoria, & petitoria.

Stilo vulgari.

Intellexeris e publicis novis, ut Turcicus exercitus per nostrum *devictus* sit, & Belgradum se *dediderit* urbs aura *sanissima*, agro *fertili*, & cum præcipuis Europæ *comparanda*. *Rumor* quidem ad vos venerit, milites nostros multis *morbis laborasse*, quia revera *calidissima* æstas fuit; sed tamen plerique jam *convaluerunt*. In ea re *felices* fulmus, quod non item annonæ *caritas* fuit; alias multo plures *morituri* erant. Ego quoque graviter *ægrotavi*, atque etiamnum sum viribus tam *infirmus*, ut vix *incedere* possim. Quare ex Hungaria vix *abire* hoc autumno potero. Sed mea soror, multas vobiscum *conquerendi* causas habeo; primo, quod mihi *suaseritis*, ut *miles* fierem. Qua in re plane me *decepistis*, nec aliud *cogitabatis*, quam ut me fraudulenter domo *amandaretis*. Certe, si *prævidere* potuissem, me tot miserias *passurum*, nunquam domo *abivissem*.

Alterum est, quod valde mihi *dolet*, quod licet mihi *promiseritis*, sæpius vos mihi *scripturos*, raro tamen *scripseritis*, ut adeo *credam*, me plane a vobis *contemni*. Denique cum frequenter *rogassem*, ut cum summo *egerem*, pecuniæ quin aliquid *mitteretis*, meam penuriam tamen nec nummo *juveritis*. Nisi debita saltem *solvere* potero, major erit vestra *infamia*, quam mea. Quodsi parens meus adhuc *iratus* est, matrem saltem *roga*, ne penitus me *deferat*, ne omnino mihi *desperandum* sit. Vale, Belgradi, &c.

Stilo eleganti.

E publicis privatisque nuntiis exploratum perspectumque habetis, ut cum exercitum haberemus multis partibus inferiorem, Turcicum nihilominus in fœdam fugam conjecerimus; & Belgradum ad Cæsaris ditionem adjunxerimus, urbem sitam cœlo salubrimo, abundantem omnibus copiis, ut cum præcipuis Europæ in contentionem venire possit. Rumore quidem ad vos perlatum fuerit, milites magno numero valetudine infirma prostratos, quod æstate præterita calores immenses habuerimus; nunc vero Deo opitulante pars maxima e morbis recreatur. Id commode nobiscum actum est, quod non item annonæ difficultate laboratum est, alioquin haud paullo plures sucis hujus oræ amissuri essent. Ego quoque gravi morbo oppressus decubui, atque etiamnum viribus parum firmis utor; sic ut vix pedibus insistam. Certe præ debilitate vestigium ex Hungaria movere non potero. At heus tu soror amantissima! multa mihi vobiscum & æqua expostulatio est, inprimis quod mihi auctores fueritis, ut mi-

Digitized by Google

militiæ nomen darem; qua in re turpi fraude me circumveniſtis, nec aliud erat veſtrum conſilium, ac ut aſtu patriis me penatibus detruderetis. Certe ſi conjectura aſſequi potuiſſem, conditione me victurum tam miſera, calamitatibus tot conflictaturum, domo pedem nunquam extuliſſem. Alterum eſt, unde acerbitatis moleſtiæque plurimum contraxi, quod licet mihi identidem ſanctiſſime confirmaſſetis, ſæpiuſcule ſcripturos vos, officio tamen veſtro litterarum crebritate parum ſatisfeceritis. Ut adeo in animum inducam meum, vos de me minimum laborare. Denique cum infimis precibus toties contendiſſem, ut incredibili pecuniarum anguſtia preſſo nummorum aliquid aſpergeretis, ne aſſe quidem ſubmiſſo inopiam meam levaveritis. Niſi facta ſaltem nomina diluere potero, ad vos gravior, quam memet redundabit infamia. Quodſi parens noſter veteres iras nondum depoſuit, cum matre ſaltem diligentiſſimis precibus agito, ut ne me neglectum omnino ac deſertum jacere patiatur, ne ſpes mihi omnis excluſa videatur. Vale. Belgradi &c.

Quid in harum Elegantiarum conquiſitione obſervandum?

Reſp. Primo, ut nimius ne ſis, & omnia Elegantiis farcire velis, ſed ut condimentum parce inſpergas & cum judicio, quo diſcernas, quæ Phraſis, cui voci ejus Sententiæ aptior ſit; item an Verbo, Subſtantivo, Adjectivo, Adverbio ſua Phraſis conquirenda ſit. Subinde *Verbum* erit fertilius, ut in ſententiis: *Irriſurus aliquem, cave, ne ipſe irridendus ſis*, quære; Irrideo, Rideo. Si *vales*, bene eſt; quære: *Valeo.*

Alias *Subſtantivum*, præſertim apud Verba ampliſſimi uſus, ut ſunt, *Sum, Fio, Evado, Poſſum, Facio, Reddo, Tribuo, Do, Teneo*, &c. v. g. Divitum omnes ſunt amici; quære; *Dives, Amicus.* Homines duri victus evadunt *robuſti*; quære: *Robuſtus.*

Alias *Adjectivum*, ut in ſententiis: *Iratus ab inſano tantum tempore diſſiat*: quære: Iratus, Inſanus. *Deformis ſim potius, quam pulcher & malus*; *quære*: Deformis, Pulcher, Malus, &c.

Quid obſervandum præterea?

Reſp. Non verba tantum ac nomina, ſed eorundem item **Derivata & Compoſita**; vel contra veſtiganda erunt; quod ei facile, qui Primitivorum libellum ſibi familiarem reddiderit. Sic in Sententia: *Nemo bonorum ſine labore clarus evaſit, aut e paupere dives* Præter *Labor, Clarus, Pauper, Dives*, perquirenda erunt a *Clarus* Claritas, Claritudo &c., a *Pauper*, Paupertas; a *Dives*, Divitiæ, diteſco &c. Qua accuratione ſi Phraſeologiam excuſſeris, vix erit Sententia, cui vel in *Synonymis*, vel *Uſu*, vel *Phraſibus* aptam quandam Elegantiam non reperias.

Quid in hac veſtigatione obſervandum tertio?

Reſp. Quod ſupra tetigi, ut in delectu Phraſium diſcrimen adhibeas, ac diſtinguas, quæ in rem quadret, quæ minus. Niſi veritus eſſem, ne libri moles nimium augeretur, Phraſibus ſingulis Germanicam ſignificationem additurus eram, quod in ſuis Lexicis Beyerus & Allerus præſtiterunt, ne deerrare poſſent Tirones. Sic in Sententia: *Anima nihil pretioſius* loco *Pretioſus*, reperies in Phraſeologia *multorum nummorum, ſeu ſumptuum*, qui loquendi modus hoc loco plane ineptus foret. Nam dicendum eſſet; Anima nihil potius, antiquius, ſanctius eſſe debet, &c.

Multum igitur intereſt, Phraſeologico Lexico vitæ uti poſſe?

Reſp. Sane permultum. Noveram adoleſcentes, qui orationem ſtruerent tam elegantem ac Latinam, ut in volvendo Cicerone multos annos poſſuiſſe videre potuiſſent, hujus artificii ignaris. Ineſt & illud commodi, quod ea, quæ aliena fuerant, multiplici uſu ſua faciant; quodque dicitur, in ſuccum & ſanguinem ſuum vertant.

III. *Quid Elegantia affert Participiorum uſus crebrior?*

Reſp. Germanica noſtra Participiis Futuri Temporis & Ablativo abſoluto fere deſtituitur. Participia Præſentis & Præteriti minus frequentem, ſæpe violentum, ac ingratum uſum habent. Inde fit, ut Germani ſcriptoris oratio Latina, etſi verbis *propriis* concepta, Germanicum tamen neſcio quid oleat, certe ab Latinæ brevitatis Elegantia longe abſit. Hæc brevitas, quo duæ conſtructiones ope participii in unam coaleſcunt, neſcio quid Latii ſaporis habet: Eo multo venuſtius eſt: v. g. *Hoſti te occiſuro peperciſti*, ac ſi dicas: Hoſti, qui te occidere volebat, peperciſti.

Nul-

Digitized by Google

Nulla sunt Germanis Participia Futuri?

Resp. Nisi Relativo solvantur, efferri a nobis nequeunt: v. g.

Aspernamur profutura, ventura ampleximur. Wir verachten das, was uns helfen würde, und ergreifen die Dinge, welche uns schaden werden.

Quid divitiis inhias morte aliquin amittendis? Was trachtest du nach Reichthume, welchen du ohnedieß im Tode wirst lassen müssen.

Custodi librum a me tibi commodandum. Bewahre das Buch, so ich dir leihen werde, ꝛc.

Recentiores quidam in hunc modum exprimunt Participium Futuri Passivum. Nobis solvendus. Der aufzulösende Knoof.

Negotium procurandum. Das zu verwaltende Geschäft.

Examinandi testes. Die abzuhörende Zeugen.

Hostis pellendus. Der abzutreibende Feind, ꝛc. Alii alio modo efferunt.

Præsentis tamen & Præteri Temporis Participia habemus Germani?

Resp. Recte quidem dicitur, v. g. *Exitio suo propinquantem juvenem servasti,* den seinem Untergange zueilenden Jüngling hast du erhalten. Sæpe tamen durior est & insolentior Participii Præsentis usus, ut si diceres: *Tibi imperanti parebo,* ich werde dir gebietenden gehorchen. *Tui pereuntis miserebor,* ich werde mich deiner zu Grundgehenden erbarmen ꝛc. Participium Præteriti perfrequens quidem est, ejusque Ablativus absolutus per Præpositionem nach commode significatur: v. g.

Cæso hoste urbem cepit, nach geschlagenem Feinde hat er die Stadt eingenommen. Peracto labore dulcis quies, nach verrichteter Arbeit ist gut feyern.

Ubinam & quando Participiis utendum?

Resp. 1. Loco Relativi. 2. Loco Conjunctionis copulativæ, *&, atque &c.* Und. 3. Loco suppressarum Particularum temporis: *Postquam, quando, cum, dum, &c.* Indem, nachdem, weil, da, ꝛc. 4. Subinde etiam loco Particulæ conditionalis: *Si,* wenn. Et *Causalium,* quales sunt: *Quia, cum, quoniam, quod,* pro *quia, eo, ideo, idcirco, ea causa, eapropter, nam, enim, etenim, quippe, &c.* Weil, deswegen, deßhalben, denn, ꝛc.

Quid de his notandum?

Resp. Modus omittendi Relativum, *qui, quæ, quod,* & particulæ temporis; *Postquam, &c.* jam in infimis duobus scholis; *Ablativus* vero *absolutus* in tertia & quarta frequentissime inculcatur, nec satis unquam inculcari potest.

Quid de suppressione Particulæ Copulativæ dicebas?

Resp. Hæc ut in omni sermone est frequentissima, ita si, quo in scholis docetur modo, omittatur, duæque Constructiones in unam contrahuntur, breviorem facit & succosiorem dictionem. Quæ industria in Narrationibus maxime valet, ne cum vulgo imperito copulantem particulam sexcenties odiosissime iteremus. Quid enim insulsius illo: *Fuit Ludimagister Falerii, hic ducebat nobiles pueros, & bos extra civitatem velut ambulatum ducebat, & volebat eos tradere Camillo, Camillus noluit audire, & jussit illum vinciri, & pueris dari, ut eum sic in urbem ducerent.* Quanto brevius comptiusque erit? Ludimagister Falerii nobiles, quos docebat pueros, velut ambulatum extra civitatem ducens, Camillo tradere parabat. Is proditorem aversatus vinctum per pueros in urbem reduci jussit.

Hoc tam male cohærente dicendi genere usi sunt plerique Historici e Lutea, de qua meminimus, Ætate. Exempla adjicio duo in quibus observes licet, quam longe aliam speciem induat hac Participiorum quasi vestis contecta res eadem. Subjeci exemplum aliud exercitationis causa, a discipulo eundem in modum adornandum.

Exemplum Narrationis barbaræ & impolitæ.

Ex Roberto.

Seculi 14. Scriptore.

Erat quidam miles nomine Raymundus, animo virilis & corpore spectabilis. Hic perfecto odio Turcis inimicabatur, & diutius tolerare non potuit, *ut* longo tempore faciunt.

Digitized by Google

Hic plurimam sibi alligavit militum multitudinem, & in terram Saracenorum transduxit eam; & transiit duarum civitatum terminos, & pervenerunt ad quoddam castrum, *quod* Talamania vocabatur, *cui* gens Suriana principabatur.

Suriani nostros receperunt & sese libentissime eorum dominio tradiderunt. Deinde aliud castrum militari impetu invaserunt, & tota die fortiter oppugnaverunt, & vesperascente die occupaverunt.

Vide Barbarismos: *Perfecto odio*, capitali. *Inimicari*; flagrare odio. *Vexari*; vexare. *Alligavit*; adjunxit. *Principabatur*; dominabatur. *Vesperascente*; inclinante. *Quietarunt*; quieverunt. *Deputatis*; designatis. *Montanos*; montes.

Magis Latina puriorque erit oratio.

Erat quidam miles nomine Raymundus; hic capitali odio Turcas insectabatur, & diutius tolerare non potuit, ut longo tempore cessarent. Hic plurimam sibi adjunxit militum multitudinem, & in fines Saracenorum traduxit, & transiit duarum civitatum limites, & pervenere ad castrum quoddam, quod Talamania vocabatur, quod genti Syræ subjectum erat.

Syri nostros receperunt, & se eis summis voluntatibus tradiderunt. Ibi quievere triduo, & designatis, qui urbem custoditent, quosdam montes conscenderunt, & in vallem descenderunt.

Narratio eadem, omissis Relativis & Particulis, ope Participiorum elegantior.

Raymundus quidam corporis animique viribus spectabilis, implacabili Turcarum odio accensus, nec diuturniorem cessationem jam ferens, contractis multis copiis in Saracenorum fines illatus, præteritis duabus urbibus ad castrum quoddam, Talamania dictum, Syrisque subjectum pervenit. Syri recepti illis summa voluntate se suaque permisere. Inde castrum aliud summa vi aggressi, tota die fortissime oppugnatum sub vesperum cepere. Hic tridui quiete recreati, cohortibusque ad urbis custodiam designatis, e conscensis montibus in vallem se demisere.

Hæc quidem Latina est, illa Germanica, aut Gallico-Latina oratio; nam eodem nobiscum vitio Germano Latinæ tres Linguæ, Italica, Francica & Hispanica laborant.

Exemplum aliud simplice ac rudi stilo.

Fuit quidam Rex, qui legem tulit, quod quicunque subito mori deberet, mane ante ortum solis ante domum ejus tubas canerent, & statim talis vestibus nigris se indueret; & sic ad judicium properaret.

Ille Rex magnum convivium fecit, & omnes Satrapas Regni vocari fecit, qui & venerunt. Erant hic omnis generis Musici, qui ex suavi melodia magnum solatium convivis fecerunt. Rex vera nullum lætitiæ signum ostendit, & vultum tristem habuit, & suspiria emittebat.

Videntes hoc convivæ admirati sunt, & non audebant causam tristitiæ petere, & ideo fratri Regis dixerunt, ut causam indagaret, qui & fecit. Ait Rex: Crastina die responsum audies.

Et præcepit Buccinatoribus, ut sequenti die venirent ante fratris domum, & tubis canerent. Audiens hoc, commeta sunt viscera ejus, & se vestibus nigris induit, & ad Regem ivit.

Hic fecit fieri foveam profundam, & ultra foveam cathedram fragilem, quæ quatuor pedes fragiles habuit, & fecit fratrem sumis exui vestibus, & super cathedram poni. Cum esset in cathedra positus, fecit, ut supra caput gladius acutus per filum sericeum penderet, & quatuor armati cum gladiis acutissimis starent, unus a parte anteriore, unus a posteriore, unus a parte dextra, unus a sinistra &c.

Narratio eadem ope Participiorum elegantior:

Rex quidam legem tulit, ut, quibus subito moriendum esset, tubis summo mane ad domum canentibus, pullis indutis ad judicium properarent.

Idem

Digitized by Google

Idem Rex evocatos omnes Regni Satrapas magno convivio excepit. Symphoniacis suavi melodia convivas recreantibus, unus nullo ostenso lætitiæ signo, fronte contracta suspiriis indulgebat.

Videntes & admirabundi convivæ, causamque tristitiæ petere non ausi per germanum Regis iram indagant, cui ille: cras inquit responsum audies.

Jussis vero postridie ad ejus ædes canere buccinatoribus, vehementer commotus, pullatus ad Regem properat.

Ille paratæ profundæ foveæ cathedram fragilem, quaternis fragilibus pedibus nixam imponi, in eaque germanum vestibus exutum collocari jubet, præacuto etiam gladio supra sedentis caput, e filo tenui suspenso, quatuor armatis ad singula latera oppositis &c.

Exemplum tertium omissis Relativis, & Particulis conjunctivis a Tirone ope Participiorum ornatius reddendum.

Rex Tripolis misit Comitibus nuntios, *dum* ibi erant, rogans ea, *quæ pacis sunt*, & misit dona *concupiscibilia* arcum aureum, & equos. Sed dona receperunt, & illi *remandaverunt*, quod nunquam cum illo *pacem haberent*, nisi *Christianitatem* reciperet. Comes enim Ægidius multum desiderabat terram illius, *quia* optima erat, & regnum ejus, *quia* præ cæteris erat *honorabilius*. Igitur quatuordecim diebus *explicitis* exierunt de optima valle, & *abierunt* ad optimum castrum antiquissimum, cui nomen erat Achas. Hoc nostri cum festinatione aggressi sunt, *sed* eorum impetum castellani viriliter sustinuerunt. Sæpius illos invaserunt omni telorum genere, & non prævaluerunt, & magis, quam lucrarentur, perdiderunt. Tunc quatuordecim de nostris militibus *erga* Tripolim perrexerunt, & sexaginta Turcas invenerunt, *qui* multos captivos & animalia rapuerant, & ante se ducebant. Quos *ut* nostri viderunt, Domino adjuvante superaverunt, & sex de illis occiderunt, & eorum equos retinuerunt, & ovantes ad castra cum immensa præda remearunt, &c.

Quid de supprimendis Particulis causalibus dicebas?

Resp. Harum loco eleganter vel Participium adhibetur; vel verbum subsequens Substantivo mutatum, ut e duabus una fiat constructio. Participium adhibetur: v. g. *Solvi debuit consilium, quia clamor omnia turbaverat.* Fac omisso *quia*: clamore omnia turbante solvendum fuit consilium. *Deditionem facere*, nam *annona defecerat*: annona deficiente deditionem facere. *Ira succensus est*, idcireo *ne eum læseris*: ira succensum ne læseris. Verbo autem in Substantivum mutato dices: obortus *clamor* consilium solvit, Annonæ *defectus* deditionem maturavit, *Ardorem* hominis ne læseris.

Iisdem causalibus Particulis Præpositio *per* eleganter substitutur: v. gr. quia *tempus est percalidum, studiis ineptus sum.* Dic: per immodicum calorem studere nequeo. *Scribere non potui*, quod *nondum sat convalueram*; per valetudinem scribere non potui.

Ut video, in Participiorum doctrina probe me exercitatum esse oportebit?

Resp. Ille mihi spem de se præbebit maximam, & ab germanitate se removebit longissime, qui Participiorum rite tractandorum solertia cæteris præstiterit. Hac una arte tam illustris est, Historicorum principis Livii, & adipalis & prope inimitabilis *cum perspicuitate* brevitas.

Cur addebas: cum perspicuitate brevitas?

Resp. Quia pronum est, e stipatis nimium, cumulatisque Participiis in obscuritatem vel ambiguitatem incidere. Id quod sibi accidere questus est Poeta: *Brevis esse laboro; obscurus fio.* Eadem causa tironibus T. Livii lectio, quam aliorum Auctorum difficilior videtur. Modus itaque mediumque tenendum erit. Sit v. gr. hæc periodus.

Als ich die Arbeit, welche ich neulich anfieng, kaum vollendete, und mich zu einer andern fertig machte, besuchten mich einige Freunde, welche mich zum spielen brachten, so mir dazumal recht nöthig war, weil ich ziemlich müde geworden bin.

Cum labore *quem* nuper cœperam, vixdum perfunctus essem, & ad alia me pararem, visebant me amicorum quidam, *qui* me ad ludum traduxere, *qui* mihi tum, *quia* admodum lassatus fui, pernecessarius erat.

En, ut omissis Particulis *temporis* cum, *copulativa* & *causali* quia, *Relativo* qui sex constructiones in unam, nec lusa perspicuitate concrescant:

La-

Digitized by Google

Labore nupter cœpto vixdum perfunctum, & ad alia parantem me, invisentes amici ad ludum traduxere, mihi tum admodum lassato pernecessarium.

Aliud: Nachdem der Prinz Belgrad auf beyden Seiten eingesperret, damit er sich von auswärtiger Belagerung los machte, hat er seine Völker aus dem Lager gezogen, darauf in Schlachtordnung gestellt, und weil der Nebel Gelegenheit dazu gab, den Feinden, die den Sieg schon in Händen zu haben vermeynten, eine solche Niederlage zugefügt, von welcher sie sich nicht leichtlich erholen werden.

Princeps Belgrado utrinque arcte circumvallato, extima se obsidione liberaturus, eductis inque aciem dispositis copiis, per nebulæ opportunitatem, hostibus, jam se victoriam manu tenere ratis, cladem intulit, haud facile reparandam. *Viden' e septem constructionibus unam.*

Aliud Valerii Maximi: Carthagine *capta* uxor Asdrubalis *exprobrata* eidem impietate, dextra lævaque duos filios mortem non *recusantes trahens*, incendio se *flagrantis* patriæ injecit.

Ejusmodi exempla Livii pagina utraque suppeditat.

Exemplum Livianæ Brevitatis e crebro Participiorum usu.

Inde Turnus Rutulique *diffisi* rebus suis ad *florentes* Hetruscorum opes, eorumque regem Mezentium confugiunt: qui Cære, *opulento* oppido *imperitans*, jam inde ab initio, novæ urbis origine minime *lætus*, & tum nimio plus, quam satis tutum esset accolis, rem Trojanam crescere *ratus*, haud gravatim socia arma Rutulis junxit.

Participiorum tractandorum imperitus ita fortasse fecisset:

Turnus ac Rutuli diffidebant rebus suis & ad opes Hetruscorum, *quæ* tum florebant, & eorum Regem Mezentium confugiunt: qui Cære, *quod* opulentum erat oppidum, imperitabat; & *quia* jam inde ab initio, novæ urbis origine minime lætabatur, & tum nimio plus, quam satis tutum esset accolis, rem Trojanam crescere rebatur, haud gravatim &c.

Vernacule vero in hunc modum.

Turnus und die Rutuler setzten in ihrer Macht ein Mistrauen, und nahmen zu den Hetruriern, die damals überaus mächtig waren, und zu ihrem Könige Mezentius ihre Zuflucht. Dieser herrschte über Cäre eine dazumal schon reiche Stadt, und hatte gleich Anfangs an der Erbauung der neuen Stadt Rom gar keine Freude, weil er vermeynte, es werde sich die Trojanische Macht grösser machen, als es die Sicherheit der angränzenden Völker zuliesse. Daher hat er sich nicht ungern mit den Rutulern in ein Bündniß eingelassen. Eh! quantum diffusa hæc germanitas ab stricta illa & eo venustiore latina brevitate diffideat.

IV. *Quale ad elegantiam adjumenti genus est, quas quarto loco dixeras Observationes singulares?*

Resp. Qui ad restituendum Latinæ Linguæ suum nitorem superioribus seculis primi operam contulere, observationes quasdam singulares earum rerum, e quibus aut quæ Latinitatis ingenium maxime enitescit, litteris tradidere. *Hadriani* Cardinalis opusculum de Latino sermone præcipue commendari meretur. Cæteri sunt: Laurentii *Vallæ* & *Sylvii* elegantiæ; Anton. *Schori* Thesaurus, *Goclinii* Observationes Latinæ Linguæ: *Doleti* Epitome, *Vorstii* de Latinitate merito & falso suspecta; *Barrichii* Vindiciæ; *Cellarii* Antibarbarus; *Niessii* de Ortu Latinæ Linguæ &c. Horum libellorum quempiam, cum parabiles sint admodum, sibi comparasse juverit.

Atqui ad manum nullum habeo?

Resp. Unus instar omnium *Flos Latinitatis* P. Pomni esto, viri de hac litteratura optime meriti. Hoc ille libello observationes illorum plerasque, quique *Verborum* singulorum, *Nominum Particularum* proprius & elegans usus sit, pulchre complexus est; ut adeo Syntaxis *Particularis* & *Ornata* compellari possit.

Quo pacto ejus usum mihi familiarem reddam?

Resp. Hanc exercitationem, quam magni momenti existimo, describam tibi minutius. Initium facies in principio Tertiæ, atque hac methodo:

Legendus inprimis erit, & attente relegendus, quem dixi, Flos Latinitatis, certumque Lectionis hujus pensum in dies singulos constituendum: v. g.

Pa-

Digitized by Google

Pagina seu folii latus unum: quo pacto totum commode per *tertio* & *quarto* decursum absolvetur.

Secundo *Repetendum* erit ratæ lectionis pensum cum condiscipulorum aliquo exterorsus studiosiore. Repetitionis hæc erit ratio, ut alternas quærentis & respondentis partes obeatis. Quæret primus, quæ Sententiis Latinis respondeat significatio Germanica? alter vicissim. Quæ Germanicæ Latina? Vide

SCHEMA:

Quomodo flos Latinitatis inter duos utiliter repeti possit, seu privatim, seu in schola.

Primum e. g. pensum esto Verba: *Abalieno*, *Abdico*. Secundum: *Abdico*, *Abdo*, *Abduco*. Tertium: *Abeo*. Quartum: *Aberro*. Quintum; *Abhorreo*, *Abligo* &c. Ex hoc penso rogabit primus, respondebit alter: v. g.

Mein Bruder ist mir feind geworden	Frater meus se a me abalienavit.
Du hast den Vater von mir abwendig gemacht	Patrem, *vel* patris voluntatem a me abalienasti.
Sich von einem absondern.	Se ab aliquo abalienare.
Er hat abgedankt.	Abdicavit.
Er hat das Bürgermeisteramt aufgegeben	Abdicavit se consulatu.
Man hat ihn seines Amts entsetzet.	Abdicatus, privatus est suo munere.
Er will ihm für keinen Sohn erkennen.	Abdicavit filium.

Hac respondendi vice perfunctus, alter roget e converso priorem: v. g.

Quomodo Germanice reddis?	*Primus resp.*
Frater meus, a me se abalienavit.	Mein Bruder ist mir Feind geworden.
Abdicavit se magistratu.	Er hat sein Amt aufgegeben.
Se ab aliquo, aliquem a se abalinare.	Sich von einem, einen von sich abwendig machen
Abdicat, rejicit, repudiat illum filium, &c.	Er will ihn für keinen Sohn erkennen, ꝛc.

Scriptio, quam talis erit, Indici Germanico, qui flori Latinitatis subnectitur, tu significationes Latinas e pagina notata, in libello ad id parato adscribes in hunc modum: primum in indice Verbum est: abbitten; adde Latinum: *deprecari aliquem*, *ab aliquo*, vel *aliquid*; um etwas inständig bitten ꝛc. abbrechen, *intermittere consuetudinem*, *opus*, *iter*, *laborem* &c. einen Gebrauch, Werk, Reise, Arbeit, ꝛc. unterlassen ꝛc. Scriptio ejusmodi singula memoriæ imprimet tenacius, nec operosus erit admodum, dum assiduus sit, nec unquam intermissus labor.

Quid inde utilitatis capiam?

Resp. Qui hanc industriam per supremas duas Grammaticæ Classes continuaverit, Dii boni! quem sibi thesaurum juvenili memoria conditum parabit! qua facilitate Epistolam, Narrationem, Chriam, Carmen, Orationem pangent, quam venustatem sentiet, quam antiquitatis speciem stilo conciliabit suo! quam soli lum jaciet veræ Latinitatis fundamentum, reliqua ætate volut aliud agenti exædificandum!

Videris nimium oneris imponere, & præter Syntaxin generalem, etiam particularem hanc exigere?

Resp. Tingi te potius hoc elegantiarum colore, quam imbui; & methodum saltem, fontes, artemque earundem condiscere velim. Ab juvene docili, avido, tempusculorum parco, plura opinione præstari possunt. Fortasse hæc exercitatio in ipsam scholam induci posset ea ratione, ut Academicis (iis dico, qui præter scholæ ordinaria plus aliquid efficere possint, quorumque e denis fere unus est aut alter) suus cuique æmulus, pensumque unius paginæ præscribatur, quod inter se repetant. Id tamen liberum cuique, nec nisi volentium esse oportebit, neque, si omittatur, ulli pœnæ obnoxium. Saltem pauculi e multis præclari Latini e scholis egredientur.

V. *Ut memini, rectum Particularum usum, quintum dicebas Elegantiæ Fontem?*

Resp Præpositiones, Conjunctiones, Adverbia intelligo, quæ velut fibræ corpus orationis omne pervadunt. Nulla re Latinæ linguæ ingenium exprimas melius, ac eas rite tractando. Adeo in parvis his magna venustas. Turfellinus pri-

Digitized by Google

primum aper viam praivit, opuſculo de Latinis Particulis elegantiſſimo. Quorum quam hoc quoque carere poſſit, qui Floris Latinitatis partem tertiam de *Adverbiis*, & primo loco, & præ cæteris attentione ſtudioque majore ſibi familiarem reddiderit.

VI. *Quod eſt poſtremum elegantiæ comparandæ adjumentum?*

Reſp. Verborum apta *Collocatio*. Rhetoris quidem hæc ars propria eſt, docenda tamen tironi. Cum ad ornatum ſpendoremque orationis plurimum intereſſit, quo ordine collocentur verba, ſic ut eadem ſententia, ſed aliter diſpoſita, jam ſe ipſa elegantior videatur. Perinde ut capilli iidem, qui impexi horrori erant, pectine compoſiti in ornamentum vertunt. Præcipuas aliquot Collocationis Elegantias ex Sylvio depromptas habeto:

Elegantiæ Collocationis.

1. Verbum plerumque periodum terminat; e. g. Non enim procacitate linguæ vitæ ſordes diluuntur.
2. *Omnis, nullus, meus, tuus, ſuus*, eleganter in finem Periodi rejiciuntur; Illa *lex turpitudinem habet ſummam, gratiam* nullam, *Si animum inſpicere meum.*
3. Comparativa & Superlativa tum in fronte, tum in fine Periodi.
Agricultura nihil melius, dignius *nihil invenitur.*
4. Cum idem vocabulum repetitur, continenter ponitur:
Amicus amici *conſuetudine gaudet*; Clavus clavo *truditur.*
5. Idem de Derivativis intellige:
Oratori orationes *ſunt legendæ*? Deformis deformitate ſua *ne dejiciatur.*
6. Duo contraria itidem continenter ponuntur:
Docti indoctis *præſtant*, *alii* exultant, lamentantur *alii.*
7. E Numeralibus minor præponitur:
Annus octavus & triceſimus; *Sextus* decimus.
8. Genitivus eleganter ab altero Subſtantivo voce aliqua interjecta ſeparatur; *Tuarum* litterarum *admiratus ſum* elegantiam.
9. Inter *magis quam* nihil interponitur:
Laude delector magis, quam *pecunia.*
10. Particula *quam* elegans eſt inter duos comparativos:
Felicior, quam *ditior*; *Laudas me amicius* quam *verius.*
11. Particula *quam* inter duo Nomina eleganter ante comparativum ponitur:
Re quam *verbis liberalior*; *Ariſtoteles*, quam *Plato doctior.*
12. Item ante verbum *Malo*;
Italiam, *quam vitam deſerere* malo; *intelligi me*, *quam laudari* malo.
13. Inter duo Epitheta vox aliqua interjicitur:
Magnum *opus omnino atque* arduum.
14. Continuata duo Subſtantiva vix ſine particula *Et* ponuntur.
Tuis illum officiis & liberalitate adjuva.
15. Vocabula compoſita interdum dividuntur.
Magno *a te* opere *peto*; Rem *vero* publicam ne *deſere.*
16. Particulæ *antequam*, *prinsquam*, *poſtquam*, eleganter dividuntur:
Nullas ante *litteras accepi*, quam *tu redieras.*
Poſt diem quartum, quam *in Britanniam ventum eſt*, eam adii.
Parandum prius *bellum*, quam *gerendum.*
17. Nomen dignitatis Proprio præponitur.
Pontifex Maximus *Clemens*; Cæſar *Carolus.*
18. Cognomina Nominibus anteponuntur:
Phalereus *Demetrius*; Montecuculus *Raymundus.*
19. Præpoſitio præponitur poſt *cujus*, *quorum*:
Cujus *ex amicitia*; quorum *ædibus.*
20. Accuſativus poſt Infinitivum:
Contemni *te patas*: Mirari *ſe ait.*
21. Participio poſtponuntur *me*, *te*, *ſe*:
Viſurum *me ſpero*; Amantem *me redamus.*
22. Ablativus in fronte vel medio, certe ante verbum ponitur:
Re intellecta *ad te properabo.*
23. Ut ne, loco *ne*:
Operam da, ut *ne fallare.*

Digitized by Google

24. In

24. Inter particulas *ne quidem*, *non solum*, *non tantum*, *non modo*, *sed etiam* aliquid eleganter interponitur:
Amicitia non *mutua* solum *colenda*, sed. Non *Petrus* tantum, sed *omnis*. Non pilis tantum, sed gladiis etiam.
25. Particulæ, *si*, *nisi*, non in fronte, sed proxime verbum eleganter locantur; Amantem *si negligis*; id ille *si fecerit*.
26. *Ut* in medio & proxime verbum:
Negotium ut *conficias*, labora. Ita *confusa est oratio nihil* ut primum, nihil *ut sit secundum*.
27. *Qui*, *quæ*, *quod*; item: *cum*, *dum*, *cur*, ne, eleganter in medio:
Relictum quod erat, *arripui*. *Eam causam* cum *suscipio*. *Ambulatum* dum *iret*. *Fortunæ vim* ne experire.

Non item Poeticis Elegantiis licebit uti?

Resp. Inter eloquentiæ corruptæ causas putem hanc non esse ultimam, quod aliquorum Juvenum depravatus gustus eo iverit, ut orationem scripturi, elegantias e Synonymis, gradibus ad Parnassum, Flavissis &c. aucuparentur, Metaphoris infarcirent omnia, Phrasibusque Poetarum propriis. Qua re nihil perversius excogitari potest. Memini puerum me gemmulas has summo studio consectatum, plurimum laudis retulisse, si nullam periodum non aliqua Metaphora exornatam afferrem. Habebam inter adversaria mea:
Nescio, *quo novercantis fortunæ sidere evenisse dicam*.
Insulæ nauseantis naturæ vomitu in orbem ultimum ejectæ.
Cum primi anni florent, jam maturitas autumnabat in vultu.
Non expandunt se hortensem in iridem folia, nisi e laboris nubibus pluviæ distillarint.
Capillos cogunt in suggestum, sed crede mihi, nunquam illo de suggestu peroravit sapientia. Sub illa cæsarie nihil reperies, quam Aristophanis nebulas, Polystrati somnia, merasque tenebras in Augustissimo Capitolio scilicet triumphantes.

CAPUT QUARTUM.

De Copia Latini Sermonis.

Quid intelligitur nomine Copiæ verborum?

Responsio:

Ut eandem Sententiam non modo proprie & eleganter, sed varietate multiplici, aliis aliisque verborum Formulis efferre, ac veluti ceram in alios aliasque formas & modulos transfundere noris; ut cum idem dicas, aliud semper dicere videare. Quod ut in omnibus linguis laudi datur, ita in Latina mortalibus, qui fuerunt, omnibus sit antecellunt Cicero, ut *Orationis ejus divitias*, varietatem illam non imitabilem, ipsi ejusdem ætatis Oratores disertissimi demirarentur.

Quid utilitatis affert hæc copia?

Resp. Prima est ac necessaria ad Poeticam ac Rhetoricam præparatio. Hærebis in carmine condendo misere, nisi Sententiam Protei instar tamdiu transformare scias, dum verba eveniant metro apta. Cæterum uti in rebus omnibus, ita in oratione varietas delectationem habet. Ut colorum rerumque diversitate jucunde tenetur oculus; nec concentus sine tonorum alternis, nec ejusdem semper condimenti obsonium, nec invariata eademque vestis, utut pulchra, diu placent; ita nihil fastidiosius jejuno, inope, unius toni & coloris Oratore. Quod vitium Tautologiam, hoc est, ejusdem sermonis insulsam iterationem, Græci appellant.

Quomodo comparanda est Copia verborum, & quando?

Resp. In suprema Grammaticæ tentandum aliquid, viaque prænoscenda, qua deinceps eatur. Comparatur, ut reliqua omnia, exercitatione ac lectione Classicorum, Tulili inprimis, in quo uno cornu quoddam habes Copiæ. Quia tamen hæc lectio multorum annorum est, ac juvenibus paullo impeditior, Phraseologiæ interim subsidio, alieno nempe peculio vivendum, præceptaque eadem Phraseologia rite utendi discenda sunt.

Quæ præcepta affers?

Resp. *Generalia* quædam de Sententia qualibet, quantumvis sterili, variis commutanda; *Singularia* quædam de iis argumentis, quæ frequentius in ora-

Digitized by Google

orationem veniant. Ars in eo est, ut, quod Erasmus, quem præeuntem multis in rebus sequor, ait: Sententiam quandam sumas, eamque varies quam sæpissime. Qui labor uberiorem afferet frugem, si plures inter se, proposito in medium themate, conflictentur. Tum enim mutuis inventis adjuvabuntur singuli, & velut ansa præbita plura quisque inveniet. Qua quidem in re conveniet, Miloni illius Crotoniatæ solertiam imitari. ut principio bis, deinde ter, deinceps sæpius ac sæpius variando, ad eam facultatem proficiamus, ut jam sine negotio centies aut ducenties variare possimus.

VARIATIONIS PRÆCEPTA GENERALIA.

Quænam sunt de Copia generatim præcepta?

Responsio:

Tres sunt primarii fontes Copiæ: I. SYNONYMIA; II. ENALLAGE; III. AEQUIVALENTIA. *Synonymia* ex Græco σὺν & ὄνομα, quasi Con-nominatio, verba subministrat diversa, rem tamen eandem significantia: *v. g.* Domus, ædes; Ensis, gladius; Litteræ, epistola; Charta, papyrus.

I. *Synonymia, seu Cognominatio.*

Quomodo quærenda sunt Synonyma?

Resp. Ejusdem consilio vix maxima e bonis auctoribus colligenda foret, quia tamen hæc diligentia non hujus ætatis est, e Phraseologia conquirenda erunt. Qua in conquisitione id cavendum, ne Synonyma, quæ in proposita Sententia Synonyma non sint, deligantur: v. g. *Parva scintilla neglecta magnum sæpe excitavit incendium.* Reperies pro *excito* adhórtor: quod alienum habet ab hac Sententia sensum. Voces namque plurimæ duplicem habent significationem, *propriam*, & similitudinarium seu *metaphoricam*. *Proprie* dicimus: Librum abjecit in terram *Translate*: Animum abjecit. *Proprium* est: Abducere pecora. *Translatum*: Abducere aliquem a vitio. *Proprium*: Affigere cruci. *Translatum*: Animum studiis. *Prop.* Abit domo. *Transl.* Abit in homini. *Prop.* Ablegare foras aliquem. *Transl.* Ablegare curas. *&c.* Cavendum itaque, ne, cum proprium adhibendum esset, translatum loco non suo substituas. Qua in re judicio aliquo opus est. Sunt, quædam in speciem idem significantia, quæ tamen plurimum inter se discrepant, ut: *Amo, diligo; Abstinentia, continentia; Ira, indignatio, &c.* De hac tamen differentia religiosum admodum esse non oportebit juvenem.

II *Enallage, seu Immutatio.*

Quid est Enallage, & quis ejus usus?

Resp. A Græco ἐν, in, & ἄλλος, *alius*, e quo ἀλλάσσω, *aliud reddo*, seu *immuto*, unde Ἐναλλαγή, Enallage, *immutatio*, seu ejusdem vocis paullum deflexæ variatio: *v. g. Edo*, edacitas, peredo &c. *Amo*, amor, amicitia deamo. *Prudens*, prudentia, imprudens. Fit hæc immutatio *primo*, cum vocis alicujus *figura*, vel *species*, id est, *simplex* in compositam, *primitivo* in derivatam, aut contra mutatur; seu cum una pars orationis in aliam, Verbum in Nomen, Substantivum in Adjectivum vel Adverbium ac viciſſim convertitur. *Secundo* species Enallagæ est, cum reliqua attributa Verbi, Nominis, Adverbii deflectuntur: ut Modi Tempora, Casus, Numeri &c.

Quæ partes orationis utramque hanc Enallagæ speciem maxime recipiunt?

Resp. Verbum & Nomen. Nam Interjectiones, Conjunctiones, Præpositiones, Adverbia minimum mutationis admittunt. Participia Verbo aut Nomini accenseri possunt. Mutatur ergo *Verbum* in Substantivum *v. g. Discernere* nihil; nihil *discriminis* habet. *Admiror*; tenet me *admiratio*. Substantivum in Adjectivum; ut: Valde *impudens*, insignitæ *impudentiæ*. *Facundus*, mira *facundia*. Adverbium; ut: *Hilariter* vivit, *bilaris* vivit.

Quomodo immutantur attributa Verbi?

Resp. Verbi genus, id est, vox *Activa* in *Passivum*: *v. g.* Laborantes DEUS adjuvat; a DEO adjuvantur. Contingit multos hac infamia; hac infamia multi continguntur.

Digitized by Google

Modus

Modus. In *Imperat.* Laborate, & DEUS adjuvabit. *Conjunctiv.* Si laboremus, DEUS juvabit. *Infinit.* Laborare est DEI opem provocare. *Depone* inimicitiam. Si me audis, *depone* inimicitiam. Bene tibi consules, cum inimicitiam *posueris.* Suadeo tibi *ponere* &c.

Tempus. Imperfect. Nullo non tempore, Dii laboriosos juvabant. *Perfect.* Quis impensè laboriosus a DEO adjutus non est? *Plusquamperf.* Nullum exemplum est, quin studiosum hominem Superi adjuvissent. *Futur.* Laborato, & juvaberis. *Trahit sua quemque voluptas*; quis est, quem non *traxerit*, *traxisset*, *traheret* aliquando sua voluptas.

Persona. 1. Laborantes certo a DEO adjuvamur. 2. Labora, & juvabere. *Numerus.* Laborantes Dii adjuvant. DEUS a juvat. *Eeptis omnibus spem retinet*, *Persona.* Spem *retinet*. Qui spem *retinet*, haud omnia perdidit. *Numer.* Spem retinete.

Ut attributa nominis mutantur?

Resp. 1. *Casus.* Laborantes juvantur a DEO. *Gen.* Laborantium curam DEUS gerit. *Dat.* Laborantibus præsto est DEUS. *Accusat* Laborantes adjuvat. *Ablat.* A laborantibus nunquam frustra DEUS invocatur. *Id nuntium mihi gaudio fuit*; *Gaudii* materia fuit; *Gaudium* attulit; *Gaudio* me implevit.

2. *Numerus.* Laborantem, Laborantes. DEUS, Dii.

3. *Genus.* Pileum, pileus. Hoc barbiton, hæc barbitus.

4. *Declinatio.* Violens, violentus; Contagium, contagio; Senectus, senectus &c. Idem nomen facile in singulos casus deflectes, si verba Genitivum, Dativum regentia apte applicueris.

Unde petum Enallagen Speciei ac Figuræ?

Resp. E Clavi seu Dictionario Denzleri, ac longe expeditius e Primitivorum seu Radicum libello, ubi, *primitivis* ac *simplicibus Derivata sua* vel *Composita* ordine subjecta reperies; v. g. fit variandæ Sententiæ: *Misero auxiliare.* Quære in Radicum libello primitivum *Miser*: reperies Derivata *Miseria*, *miserè*, *miserror*, &c. Composita: *Misericors*, *commiseror* &c. Quære porro, an verbum *auxilior* primitivum sit, an derivatum? Radicum gnarus facile meminerit, ejus primitivum esse *augeo*, ejus derivata reperies, *augesco*, *augmentum* &c. Idem ab *auxilior* auxilium, auxiliator &c. viden', quas ubertate fluat Fons hic Immutationis.

III. *Æquivalentia.*

Quid intelligis Æquivalentiæ nomine, quam tertium ajebas Copiæ fontem?

Resp. Dicitur & *Æquipollentia*, Græce ἰσοδυναμία ab ἴσος, similis, æqualis & δύναμαι, possum, valeo, δυναμίς, potentia, valentia. Fit hæc Æquivalentia, vocem vel sententiam contrariis mutando, addita particula negante: v. g. homo diligens; non indiligens. Omnibus gratus; nemini odiosus. Vigilandum est; minimè dormiendum est. Laborantes Deus juvat; otiosos Deus aversatur. Permitto; non repugno.

Non autem Æquivalenti huic sententiæ vel voci suam iterum Synonymiam, suas Immutationes esse conquirendas. Quæ industria, si cæteræ omnes absint, tantam effundet verborum redundantiam, ut vel librum de quapiam scripturo, nunquam defuturæ sint formulæ, idem semper aliter aliterque exprimentes.

Quid igitur mihi, sententiam meam, quam possim sapissime, variare cupienti faciendum erit?

Resp. Adolescenti ingenioso methodum hanc, nempe felicibus multorum experimentis comprobatam, tenendam suadeo:

Primo, ut sententiæ propositæ, v. g. *Laborantes Deus adjuvat*, Synonyma e Phraseologia conscribat. V. g. Q. *Labore*; *Synon.* Elaboro, contendo, operam do. His, vide, an non sua item sint nova Synonyma, v. g. *Contendo*; *Synon.* Nitor, enitor, curo, conor. Neque hic fistes, sed novis his alia rursus Synonyma conquires, eoque continuato quærendi labore, dum omnino exhauseris. Eadem accuratione verbum *Adjuvo* excutiet. Conquisita Verba a Nominibus seorsim conscribe.

Secundo: Verbis, Nominibus, Adverbiis suas e Radicum libello Enallages, seu Derivata & Composita exscribes, v. g. *Elabore*, Elaboratio, &c. *Contendo*, Contentio &c. *Tertio.*

Digitized by Google

Tertio. Pone Sententiæ ejusdem Æquivalentium, a contrariis; *pigros Deus deserit.* Huic suam iterum Synonymiam ac Enallagas, quod dictum est modo, colligito.

Cæterum tota hæc Copiæ exercitatio Exemplis melius, quam Præceptionibus percipitur. En Schema.

Exemplum Copiæ Verborum pro varianda Sententia: Laborantes Deus adjuvat.

E primo fonte Copiæ, Synonymia vocibus singulis: *Laborantes*; *Adjuvat*; *Deus*; sua Synonyma sunt quærenda.

Quære: *Labore*; *Syn. Elabore*, *Contendo*, *Operam do* Quærite rursus in Phraseologia, horum Synonymorum Synonyma, nempe primum Verbi *Contendo*; & sic deinceps in hunc modum. Quære: *Contendo*; *Syn.* Nitor, Enitor, Curo, Conor. q. *Operam do*; *Syn.* Administratio, Munus, Studium, Actio, Opus. Cura; q. *Nitor*; Connitor; Adnitor; q. *Curo*; *Syn.* Studeo; q. *Conor*; Tento, Experior; Id molior, Incumbo, Id pugno; q. *Administratio*; *Syn.* Curatio, Procuratio; q. *Munus*; *Syn.* Officium, Provincia; q. *Studium*; *Syn.* Labor; q. *Actio*; *Syn.* Actus, Factum, Negotium; q. *Opus* - - q. *Cura*; Sollicitudo, diligentia, Cogitatio, Meditatio, Angor, Molestia; q. *Studeo* - - *tento* - - *experior* - - q. *Molior*; *Syn.* Ago, Struo, Machinor, Paro, Compono; q. *Incumbo* - - q. *Pugno*; *Syn.* Dimico, Certo, Depugno; q. *Curatio* - - *Procuratio*; *Syn.* Gubernatio; q. *Officium*; *Syn.* Partes; q. *Provincia*; *Syn.* Opus; q. *Labor*; *Syn.* Afflictatio, Contentio animi, Vigiliæ, Sudor, Assiduitas; q. *Actus*, *Factum*, *Negotium*, *Procuratio*, *Opus*; *Syn. Artificium*; q. *Sollicitudo*; *Syn.* Molestia; q. *Diligentia*; *Syn.* Assiduitas, Sedulitas, Meditatio agitatio; q. *Meditatio*; *Syn.* Exercitatio; q. *Ago*; *Syn.* Tracto, Gero, Agito, Aggredior; q. *Dimico*; *Syn.* Confligo; q. *Certo*; *Syn.* Decerto, Belligero; q. *Contentio*; *Syn.* Luctatio, Certamen, Dimicatio, Pugna; q. *Sudo*; *Syn.* Desudo; q. *Assiduitas*; *Syn.* Perseverantia; q. *Exercitatio*; *Syn.* Industria, Curriculum; q. *Tractio*; *Syn.* Exercco; q. *Gero*; *Syn.* Administro. *Agito*; Verso, inquiro. *Dimicatio*; Discrimen. *Pugna*; Certamen. *Perseverantia*; Constantia. *Commotio*; Motus. *Industria*; Ars, Solertia, Ingenium. *Curriculum*; Stadium, Cursus, &c.

Horum Synonymorum Enallagæ, seu Derivata & Composita.

Enallagæ Nominum: *Operæ*; Operosus, Operatio, Operor, Cooperor, Oportet. *Studium*; Studiosus, Studiositas, Studiose. *Actio*; Actuosus, Actor, Actuose. *Cura*; Curator, Curantia, Curiosus, Accuro, Accuratio, Accuratus, Curator. *Officium*; Officina. *Labor*; Laboriosus, Adlaboro. *Negotium*; Negotiosus, Negotior, Negotiator. *Sollicitudo*; Sollicito. *Diligentia*; Diligenter. *Onus*; Onero. *Contentio*, Contentiosus. *Vigilia*; Vigil, Vigile, Vigilantia, Per-E-Ad-Invigilo. *Sudor*; Sudo, Desudo, Insudo. *Assiduitas*; Assiduus, Assidue. *Sedulitas*; Sedulus, Sedulo. *Exercitatio*; Exerceo. *Luctatio*; Luctor, Reluctor, Obluctor. *Certamen*; Certatio, Certo, Decerto *Pugna*; Pugnax. *Lucubratio*; Lucubro. *Perseverantia*; Persevero. *Industria*; Industrius, Industrie. *Solertia*; Solers, Solerter, &c.

Deus.

Synonymia: *Deus*; Dii, Divi, Divinus, Divinitus, Divinitas, Superi, Cœlum, Cœlestes, Cœlicolæ, Jupiter, Mars, Hercules, Pluto, Minerva, Juno, Apollo, &c.

Adjuvat.

Synonymia: *Adjuvo*, *Juvo*; Opitulor, Adminiculor, Auxiliat, Suffragor, Subleve. Quære *Opitulor*; Subvenio, Adminiculor, Fulcio. *Auxiliat*; Succurro, Adsum. *Suffragor*; Faveo. *Subleve*; Sustento, *Subvenio*; Sublevo, Fulcio, Sustineo. *Succurro*; Succedo. *Adsum*, *Faveo*; Studeo, Amo, Complector. *Subsidium* Perfugium. *Sustineo*; Tueor. *Amo*; Diligo; Benevolus sum. *Perfugium*; Portus, Præsidium, Asylum. *Tueor*; Tutor, Custodio, Faveo, Præsideo. *Diligo*; Carus. *Benevolus*; Amicus, Studiosus. *Præsidium*; Spes, Securitas. *Custodio*; Servo, Observo. *Faveo*; Fugo, Ala, Regi.

Digitized by Google

Retineo. *Carus*; Acceptus, Jucundus. *Amicus*; Cupidus. *Spes*, Fiducia, Firmamentum. *Alo*; Nutrio, Poſco, Paſcuus. *Firmamentum*; Stabilimen, Robur, Vires. *Robur*; Vis, Vires, Firmitas, Nervi. *Vires*; Lacerti, Facultas, Vis, Efficacia, &c.

Hujus Synonymiæ Enallagæ.

Enallagæ Nominum: *Perfugium*; Perfugio, Confugio, Perfugium. *Benevolus*; Benevolentia, Volo, Voluntas. *Portus*; Littus, Portuoſus. *Carus*; Caritas. *Fiducia*; Fido, Fidentia, Confidentia. *Firmamentum*; Firmo, Confirmo, Firmitas, Firmus. *Stabilimen*; Stabilio, Stabilitas. *Robur*; Corroboro, Robuſtus, Nervi, Nervoſus. *Lacerti*; Lacertoſus. *Facultas*; Facilis, Efficacitas, Efficax. *Gratus*; Gratia, Gratioſus.

Enallagæ Verborum: *Adjuvo*; Adjutor, Adjumentum, Adjutorium. *Opitulor*; Opitulatio, Opitulator, Opem fero, Opulentus. *Subvenio*, Subventio. *Adminiculor*; Adminiculum, Adminiculatio. *Fulcio*, Suffulcio, Fulcrum, Fulcimentum. *Auxilior*; Auxilium, Auxiliator, Auxiliarius. *Succuro*; Succurſus. *Suffragor*; Suffragatio, Suffragium, Suffragator. *Faveo*; Favor, Fautor, Favorabilis, Fauſtus, Fauſtitas. *Sublevo*; Allevo, Allevatio, Allevamentum. *Sustineo*; Suſtento, Suſtentatio. *Subſidio ſum*, Subſidiarius. *Succedo*; Succeſſus. *Studeo*; Studium, Studioſus. *Amo*; Deamo, Amor, Amicabilis. *Tueor*; Tutor, Tutela, Tuitio, Tutus. *Diligo*; Dilectus, Dilectio. *Cuſtodio*; Cuſtos, Cuſtodia. *Faveo*; Refoveo, Confoveo, Fomentum. *Præſideo*; Præſidium, Præſidiarius. *Alo*; Altor, Alumnus, Alimentum, Alitura. *Tego*; Protego, Protectio, Protector. *Nutrio*; Nutrimentum, Nutricius. *Paſco*; Pabulum, Paſtor, Paſcua.

Hanc tantam e Synonymia & immutatione enatam ſupellectilem in ordinem redegiſſe juverit: v. g.

Laborantes.

Verba: Elaboro, Contendo, Operam do, Nitor, Enitor, Curo, Conor, Adminiſtro, Connitor, Adnitor, Studeo, Tento, Experior, Molior, Incumbo, Pugno, Ago, Struo, Machinor, Paro, Dimico, Certo, Depugno, Tracto, Gero, Agito, Aggredior, Confligo, Decerto, Sudo, Deſudo, Exerceo, Verſo, Inquiro, Operor, Cooperor, Oportet, Adlaboro, Collaboro, Negotior, Sollicitor, Onero, Vigilo, Evigilo, Invigilo, Pervigilo, Luctor, Obluctor, Lucubro, Perſevero.

Subſtantiva: Subſidium, Perfugium, Portus, Opera, Munus, Studium, Actio, Opus, Cura, Curatio, Officium, Provincia, Partes, Labor, Negotium, Sollicitudo, Diligentia, Cogitatio, Meditatio, Contentio, Moleſtia, Onus, Afflictio, Contentio animi, Vigilia, Sudor, Aſſiduitas, Sedulitas, Mentis agitatio, Exercitatio, Luctatio, Certamen, Dimicatio, Pugna, Perſeverantia, Induſtria, Curriculum, Studium, Discrimen, Conſtantia, Ars, Solertia, Ingenium, Curſus.

Adjectiva: Operoſus, Studioſus, Actuoſus, Curioſus, Accuratus, Laborioſus, Negotioſus, Diligens, Vigil, Aſſiduus, Sedulus, Pugnax, Induſtrius, Solers.

Adjuvat.

Verba: Juvo, Opitulor, Adminiculor, Auxilior, Suffragor, Sublevo, Subvenio, Fulcio, Adſum, Faveo, Suſtento, Subſidio ſum, Sustineo, Succedo, Studeo, Amo, Complector, Tueor, Diligo, Benevolus ſum, Tutor, Cuſtodio, Præſideo, Servo, Obſervo, Tego, Alo, Retineo, Nutrio, Paſco, Confugio, Fido, Firmo, Confirmo, Stabilio, Corroboro, Suffulcio, Allevo, Deamo, Confoveo.

Subſtantiva: Perfugium, Portus, Præſidium, Aſylum, Spes, Securitas, Fiducia, Firmamentum, Stabilimen, Robur, Vires, Vis, Virtus, Nervi, Firmitas, Lacerti, Facultas, Benevolentia, Littus, Caritas, Fidentia, Confidentia, Stabilitas, Efficacitas, Gratia, Adjutor, Adjumentum, Adjutorium, Opitulatio, Opitulator, Subventio, Adminiculum, Adminiculator, Fulcrum, Fulcimentum, Auxilium, Auxiliator, Succurſus, Suffragatio, Suffragium, Suffragator, Favor, Fautor, Fauſtitas, Allevamentum, Subſidiarius, Studium, Tutor, Tutela, Tuitio, Dilectio, Cuſtodia, Cuſtos, Fomentum, Præſidium, Altor, Alimentum, Nutrimentum, Pabulum, Paſtor, Paſcua.

Digitized by Google

Adjectiva: Carus, Amicus, Studiosus, Benevolus, Acceptus, Jucundus, Cupidus, Gratus, Portuosus, Firmus, Facilis, Efficax, Auxiliarius, Tutus, Amicabilis, Faustus.

Tertius Fons Copiæ, Æquivalentia, cum sua Synonymia & Immutatione.

Pigros Deus deserit.

Pigros.

Quære: *Piger*; *Syn.* Segnis. q. *Segnis*; Languens. *Langueo*; Flaccesco, Languidus sum, Torpeo, Torpesco, Marcesco. *Languidus*; Tardus, Debilitatus, Mollis, Enervatus, Remissus. *Torpeo*; Obtorpesco. *Marcesco*; Putresco. *Tardus*; Cunctator, Tardo, Cunctor, Indormio, Differo. *Debilitatus*; Fractus. *Mollis*; Effeminatus, Delicatus. *Lentus*; Frigidus, Tener. *Languor*; Desidia, Torpor, Stupor. *Negligo*; Non curo, Desero, Omitto. *Desidia*; Inertia, Ignavia, Socordia, Segnities. *Non curo*; Incuria, Incurius, Incuriosus. *Omitto*; Relinquo, Missum facio, Non exequor. *Inertia*; Negligentia, Nequitia, Fuga laboris. *Ignavia*; Iners, Somniculosus, Reses, Segnities. *Incuria*; Negligentia, Vecordia. *Negligentia*; Indiligentia. *Fuga laboris*; Declinatio, Aversio laboris. *Iners*; Vecors. *Dormio*; Cubo, Sopior, Quiesco. *Somnus*; Somnio, Quiesco, Conquiesco. *Quies*; Otium, Vacatio, Cessatio, Remissio. *Aversio*; Averto, Horreo, Abhorreo, Declino, Fugio, Tergiverser, Vito, Cesso, &c.

Deserit.

Desero; Destituo, Relinquo, Derelinquo, Absum, non adsum, Desum, Recedo ab aliquo, Prætermitto. *Destituo*; Destitutio, Derelictio. *Relinquo*; Missum facio, Tardo, Discedo. *Derelinquo*; Contemptio. *Absum*; Remotus, Disjunctus, Faceßo. *Negligo*; Excludo, Contemno, Curare omitto, Prætereo. *Tardo*; Moror, Differo, Contemno. *Contemptio*; Despicientia, Despicatui habeo, Sperno, Abjicio, Aspernor, Nihili facio, Minimi æstimo. *Remotus*; Alienus, Abhorrens. *Faceßo*; Abeo. *Excludo*; Portas claudo. *Curare omitto*; Incurius. *Moror*; Morosus. *Tardo*; Differo, Procrastino. *Alienus*; Aversus, Alienatus, *Abhorreo*; *Aversor*; Refugio, Defugio, Recuso, Me alio verto. *Alienatus*; Infensus. *Abalieno*; Rejicio. *Averto*; Aversus, Arceo, Removeo. *Refugio*; Fugio, Recedo. *Recuso*; Abnuo, Abnutus, Nolo. *Declino*; Repudio, Repello, Repulso, Respuo, Negligo. Fastidio *Durus*; Asper, Inexorabilis, Inclemens, Immitus, Inexpugnabilis, Difficilis, Adversus, &c. &c.

Hanc Synonymarum copiam pari ratione certas in classes distribuere, haud inutile erit: v. g.

Pigros.

Verba: Langueo, Flaccesco, Torpeo, Torpesco, Marcesco, Putresco, Tardo, Cunctor, Indormio, Differo, Negligo, Omitto, Relinquo, Non exequor, Cubo, Sopior, Quiesco, Somnio, Dormio, Horreo, Abhorreo, Declino, Vito, Fugio, Tergiverser, Cesso.

Substantiva: Remissio, Languor, Desidia, Torpor, Stupor, Inertia, Ignavia, Socordia, Vecordia, Segnities, Pigritia, Incuria, Negligentia, Nequitia, Fuga laboris, Negligentia, Indiligentia, Declinatio laboris, Otium, Vacatio, Cessatio, Mollities, Lentitudo, Frigus.

Adjectiva: Piger, Segnis, Languens, Languidus, Tardus, Debilitatus, Mollis, Enervatus, Remissus, Fractus, Delicatus, Lentus, Effeminatus, Frigidus, Tener, Incurius, Incuriosus, Iners, Somniculosus, Reses, Desis, Negligens, Vecors, Socors.

Deserit.

Verba: Destituo, Relinquo, Derelinquo, Absum, Desum, Recedo ab aliquo, Prætermitto, Tardo, Discedo, Faceßo, Excludo, Contemno, Prætereo, Moror, Differo, Sperno, Despicatui habeo, Abjicio, Aspernor, Nihili facio, Minimi æstimo, Curare ommitto, Procrastino, Abhorreo, Aversor, Refugio, Defugio, Recuso, Me alio verto, Rejicio, Averto, Arceo, Removeo, Fugio, Recedo, Abnuo, Repudio, Nego, Nolo, Declino, Repello, Fastidio, Recuso.

Sub-

Digitized by Google

Subſtantiva: Deſtitutio, Derelictio, Contemptio, Deſpicientia, Abnutus, Repulſa, Duritia, Faſtidium.

Adjectiva: Remotus, Disjunctus, Alienus, Abhorrens, Incurius, Moroſus, Averſus, Alienatus, Inimicus, Durus, Aſper, Inexorabilis, Inexpugnabilis, Inclemens, Immitis, Adverſus, Faſtidioſus.

Quid jam hac tanta ſilva faciam?

Reſp. Jam hoc tui ingenii ac judicii eſt, ut e vocibus angulis conſtructionem juſtam ædifices, quod fiet, ſi 1. Nominibus verba idonea, quorum magnam copiam ſuppeditat Syntaxis, Verbis item apta Nomina attribueris. 2. Enallagas Modorum, Temporum, Caſuum, &c. admiſceris. 3. Ad majorem varietatem conciliandam figuris variis, dubitantis, alloquentis, interrogantis, indignantis, optantis, exclamantis, ridentis, lugentis, monentis, docentis, dolentis, timentis, iraſcentis, gaudentis, miſerentis, jubentis &c. perſonam ſumas. Quæ doctrina etſi jam figurarum Rhetoricarum peritiam aliquam depoſcat, ingenioſo tamen Tironi lucis aliquid item affundet. Vide Exemplum.

Variationes Sententiæ ſupradictæ è præſenti Verborum ſilva conſtructæ.

Ut rebus ipſe tuis *operam* dederis, ita a Deo *juvaberis*.
Munere ſuo rite fungentibus *opitulatur* cœlum.
Student ſuperi ſuimet ſtudioſis.
Studium adhibenti dii *adminiculantur*.
Dum ab *actione* non deſiſtas, omnia pro te agent ſuperi.
Fac ipſe *opus*, & *auxilia* cœleſtia ne deſpera.
Tibimet *curæ* eſto, & *ſuffragabuntur* boni dii.
Qui *officio* non defuerit, in cœlitum *tutelâ* degit.
Quamdiu *partes* tuas impleveris, *ſubvenient* laboranti cœlites.
Orna *provinciam* tuam pro virilibus, & *ſuppetias* de cœlo expecta.
Mortalium contenti *labores* præ thure conciliant immortales.
Nullum *negotium* aut *onus* defugienti divi cœpta *fortunabunt*.
Summa *ſollicitudine* res adminiſtranti ſuas aderunt *opitulatores* divi.
Hominum *diligentiam adjutores* dii *ſuffulciunt*.
Cogitationes omnes ad ſe ſervandum conferenti ſuperum *favor* præſto eſt.
Fruſtra de ſuperis *confidit*, qui laboris *moleſtiam devitat*.
Si rerum tuarum omni *contentione* ſatagis, *efficacitatem* ſuppeditabit cœlum.
Nitere, quantum potes, *onus* levabunt cœlites.
Vigilias pro ſe agentium *cuſtodiam* dii ſuſcipiunt.
Sudore magis, quam victimis, cœleſtia *præſidia* comparantur.
Laborandi *aſſiduitas* cœli *favores* provocat.
Hominum *ſedulitatem* ultro conſequuntur de cœlo *adminicula*.
Ne ab *luctatione* abſtiteris, *lacertos* firmabit Hercules.
A quo deorum victoriam petes, ſi *certamen* timidus defugias?
In omnem *dimicationem* paratos facilis Mars *tutatur*.
Strenue *pugnam* ineuntium Mars ipſe commilitonem agit.
Laborandi *perſeverantiam* læto *ſucceſſu* coronant divi.
Fautores habeo Deos, ſi nihil induſtriæ ipſe prætermiſero.
In *curriculo* contende pro viribus, *vires nervosque* firmabit Deus.
Ne laſſere in *ſtadio*, nec aliter *bravium* conſequere.
Certum ad Deos *perfugium* habet, qui ſibi in *discrimine* conſulit.
Conſtantia in cœptis Deum *adjutorem* habet.
Impigri navarchi *ſolertiæ* Neptunus ipſe *portum* præparat.
Manu te *ingenioque* juva, tum ſcilicet Herculem voca.
Operoſo *precatori* cœleſtia adjumenta certa ſunt.
Studioſo homini ſumma eſt quidvis a Deo impetrandi *fiducia*.
Actuoſo homini certum eſt in omni caſu ad deorum altaria *aſylum*.
Sui *curioſus* curæ eſt Jovi.
Accuratum officii *cuſtodem* ſumma benevolentia complectuntur divi omnes.
Laborioſo aratori Ceres ipſa *alimenta* præbet & *pabula*.
Negotioſorum hominum *conatibus* nunquam ſe Mercurius ſubtrahit.

Digitized by Google

Diligens esto, nec, quod a te fieri possit, prætermitte quidquam; tuni alteria obi.
Pervigili lucubratori *propitia* adest Minerva.
Assiduis ipsi dii *præsident*.
Omnia *cupiunt* cœlites *solerti* rerum suarum *curatori*.
Sedulus rem tuam exequere, cætera Jovi permitte.
Studentis & *pugnacis* hominis *subsidiarii* sunt cœlites.
Fovet cœlum homines *industrios*.
Solicite pro *laborantibus* in parato est divorum *gratia*.
Contende primum, tum ad cœlestes *confugito*.
Operam dato, venient in partem operis numina.
Nitere in tempestatem, *littus* admovebit Neptunus.
Enitentes in ardua, dii *sustinent*.
Curanti res suas, *vires* e cœlo venient.
Conantes divina auxilia *suffulciunt*.
Obniti malis & *obluctari* omni diligentia, validissimum est precum genus.
Tute *connitere*, ut *fulcrum* dii subjiciant.
In eorum vota facile est numen, qui res ipsi suas *administrant* sedulo.
Homo suis rebus *studens* naviter Deorum *studium* est.
Tenta, audentibus *aspirat* secunda fortuna.
Tibi prospice, nihil non experire, *favent solertibus* cœlestes.
Age, *molire*, quod tuum est, spondeo te superis in *amicitia* fore.
In opus incumbenti, benigne cœli *provident*.
Fortiter *pugnanti* numina volentia *subveniunt*.
Strue mœnia, tibi consule, *securitatem* dii præstabunt.
Machinare omni contentione, *firmamentum* de cœlo spera.
Pro aris, focis impigre *dimicantes* fere voti damnantur.
Temet *propugna*, & *auxiliarios feciſti* Deos.
Legitime *certantibus* superi *robur* adaugent.
Si perfunctorie res tuas *tractes*, cave *opitulationem* a cœlo expectes.
Res suas strenue *gerere*, *confidentiam* in superos parit.
Aggredere fidenter, ne tibi deesto, efficiendi *vim* haud denegabunt cœlites.
Confligito, nec cede malis, nec de *tuitione* superum desperа.
Omni vi *decertantibus* certa a cœlestibus subsidia affluunt.
Sudando, teque in partem omnem *versando*, cœli opem conciliabis.
Inquirito vias omnes, qua exeas; exitum e calamitate pandet aliquis deorum.
Impigre *operantibus* deos cooperari non piget.
Facientibus, quod *oportet*, facultatem suppeditat Numen.
Vin' *sublevari* a Deo? ipse tibi Deus esto.
Negotiosi hominis tutor Deus est.
Si tui nulla *solicitudine* tangeris, qua fronte deos sollicitas?
Laborem vitandi nullum & *onus*, *fulcimentum* præbent dii.
Quamdiu pro te *pervigilas* in superum *custodia* agis.
Dormire tibi precanti Deos, ne mirere.
Luctare alacriter, *sustinebit* te cœleste auxilium.
Obluctare malis, & *fomenta* divinitus reperies.
Qui in labore *perseverat*, tuto diis *fidit*.
Allabora, nec *repulsam* metue.
Complicatis manibus orare superos, ridiculum.
Impenetrabile cœlum est, *languidi* ac *vecordis* hominis precibus.
Simul ad rem, simul ad vota vertitur.
Aras omnes nequidquam obit officii *neglector*.
An æquum est, iis adesse Jovem, qui sibimet *desunt*?
An superis partes, quas *negligis*, demandabis?
Queis labor odio est, his nemo propitia speret numina.
Otiosorum hominum fletu ac ploratu nihil moventur dii.
Precando nihil agit, qui nihil agit.
Dormienti quis Deus vigilabit?
Quis credat, hominem sui *incuriam* curæ fore cœlitibus?
In cassum ad templorum limina confugiunt qui laborem *defugiunt*.
Ut precibus sit efficacitas, fac, quod potes.
Tende ad astra manus, sed callosas.

Digitized by Google

Ad preces *ignavorum* & ploratus, obſurduere cœleſtes.
Pro *ignaviæ* adjutoribus haberi, vel minorum gentium deos dedecet.
Cupis, ut in tui *inertis* hominis penſum ſuccedant ſuperi?
Pigri hominis & calamitoſi non homines miſeret, nec deos.
Mitiſſimi dii ad inertium vota *duri* ſunt, & *inexorabiles*,
Non ſunt dii niſi pro hominibus, qui ſe homines, hoc eſt, ad laborem natos meminere.
Nervos ad opes, manus ad cœlum tolle.
Pauci fuere, queis ſopitis urbes in retia egiſſet fortuna.
Supplex idem & odioſus repulſam mendicat a diis.
Non deſtituere a ſuperis, niſi ipſe te dereliqueris.
Fruſtra ſuperum opem implorat ceſſator, ſi vel hecatomben voveat.
Non eſſet honeſtum immortalibus, hominum *deſidiam* opibus alere.
Merito rejicitur a diis rerum ſuarum actor negligens.
Nec otium probatur ſuperis, nec otioſorum vota.
Erras, o piger, qui torporis tui advocatum ſperas Jovem.
Cum nullam quietis partem tibi conceſſeris, tum demum in ſuperum auxilio acquieſce.
Ni tu vacaveris, haud dubie tibi vacabit Jupiter.
Ad ſomniculoſi preces cœleſtes indormiunt.
De homine ſui oblito nihil meminere ſuperi.
Niſi ipſe manus admoves, thus incaſſum & victimas effundis.
Deſidendo, ſuperosque deprecando utrinque actum agis.
Male feriati hominis calamitatem nullæ obteſtationes averruncabunt.
Ecqui bonos ſuperos ſperet, qui ſibi nequam eſt?
Languor arantis ac remiſſio ſuperos immiſericordes facit.
Si labori parcis, parce lacrimis votisque.
Si otio hebeſcas & languore, nullo clamore deos excitabis.
Ne nubes quidem penetrant deſidioſi hominis vota.
Somno ſe dedere, & in ſuperos transferre negotium; prope impium eſt.
Negligentia obtorpeſcere, & Jovem invocare, non niſi ſtultorum eſt.
Si tute procraſtinas, ne mirere tergiverſari deos.
Ut tute eris ad laborem, ita ſuperos in vota promptos habebis, aut lentiores.
Agito, quod tuum eſt, ſuis partibus non deerit cœlum.
Deorum auxilium ejurat, qui a labore ſe removet.
Injuria cœli duritiam incuſat mollis homo & operis fugitans, &c.

Non ſunt alii præterea Copiæ Fontes?

Reſp. Cum Poeta fueris ac Rhetor, augere licebit ſupellectilem e Tropis fere omnibus, inprimis *Periphraſi* ſeu Circumlocutione ejusdem Sententiæ, a Definitione, Cauſis, Effectis &c. petita; *Metaphora* ſeu comparatione &c. Suggerent hæ novas denuo Propoſitiones, quibus, ſi iterum ſuam Synonymiam, Immutationem, Æquivalentiam ſubjeceris, in immenſum creſcet copia. Sit Sententia: *Omnis fere Sententia multis modis variari poteſt*; Ejus *Æquivalentia*: Nulla ſententia verbis iisdem eſt alligata; *Periphraſis*: Latina lingua valde copioſa eſt; *Æquiv.* Minime egena eſt; *Metaphora*: Quævis Sententia aliis coloribus pingi poteſt; *vel*: alio verborum habitu veſtiri poteſt. Hujus variationis ſuppellectilem & variationem ipſam habeto.

Paradigma aliud in Sententia:

Quævis fere ſententia multis modis variari poteſt.

Præter Synonymiam, Enallagen, & Æquivalentiam, etiam per Periphraſin & Metaphoram variata.

Quære: *Quævis*: *Syn.* Quilibet, omnis, quicunque, nullus non, univerſus, quis omnium non? Q. *Sententia*; *Syn.* Dictum, Oratio, Sermo, opinio. Q. *Multus*; *Syn.* Multiplex. Q. *Multiplex*; *Syn.* Varius, copioſus. Q. *Varius*; *Syn.* Diſſimilis, dispar, diverſus, diſtans, commutabilis, varietate diſtinctus, multiformis. Q. *Diſſimilis*; Cum aliquo diſſimilitudinem habens. Q. *Dis-*

Digitized by Google

Dispar; Disparilis. Q. *Diverſus*; Disjunctus, contrarius, totus fere alius. *Enall.* Diverſitas. Q. *Commutabilis*; Mutabilis Q *Multiformis*; Varius, diverſus. Q. *Modus*; Ratio. Q *Variari*; *Syn.* Diſtinguo, varietatem facio, muto. *Enall.* Varietas; *Syn.* Diſſimilitudo, disparitas, mutatio, mobilitas. Q. *Diſtingue.* *Enall.* Diſtinctio; *Syn.* Discrimen. Q. *Muto*; *Syn.* Immuto, permuto, commuto, verto, inverto. *Enall.* Mutatio; *Syn* Permutatio, converſio. Item: mutabilis, mutabilitas. Q *Commuto.* *Enall.* Commutatio, commutabilis. Q. *Verto*; *Syn.* Flecto. Q *Inverto* *Enall.* Inverſio. Q. *Flecto*; *Syn* Inflecto. torqueo, contorqueo, detorqueo, verſo. *Enall.* Flexibilis, flexio; *Syn.* Anfractus, converſio, flexus. Q. *Flexuoſus.* *Syn.* Tortuoſus. Q. *Torqueo*; Contorqueo. *Enall.* Contortio, contortus, contorte, tortus, Q. *Tracto*; *Syn.* Explico. *Enall.* Tractabilis, tractatio; *Syn.* Explicatio. Q. *Explico*; *Syn* Expono, differo, dico, verbis rem amplector, in medio pono *Enall* Explicatio; explicatus, us. Q. *Expono*: Exprimo, edifſero. *Enall.* Expoſitio. Q *Diſſero*; Diſputo. Q. *Exprimo*. Oratione complector, effingo. Q. *Profero*, Promo. Q. *Diſputo.* *Enall.* Diſputatio.

Verba: Diſtinguo, Muto, Immuto, Commuto, Permuto, Verto, Inverto, Flecto, Inflecto, Torqueo, Contorqueo, Detorqueo, Verſo, Tracto, Explico, Expono, Dico, Differo, Exprimo, Profero, Effero, Promo, Diſputo, Oratione complector, Effingo

Subſtantiva: Varietas, Diſtinctio, Disparitas, Mutatio, Mobilitas, Discrimen, Commutatio, Converſio, Mutabilitas, Flexio, Flexus, Anfractus, Contorſio, Tractatio, Explicatio, Disputatio.

Adjectiva: Varius, Mobilis Diſtinctus, Mutabilis, Commutabilis, Contortus, Flexibilis, Flexuoſus, Tortuoſus, Tractabilis.

Æquivalentia:

Nulla ſententia iisdem verbis eſt alligata.

Quære: *Alligo*; Obſtringo, Ligo, Devincio, Coobſtringe. Q. *Obſtringo*; Obligo. Q. *Ligo*; Vincio, Colligo, Conſtringo. Q. *Devincio*; Vincio. Q. *Conſtringo*; Arcto, Concludo. Q *Obligo.* *Enall.* Obligatio; *Syn.* Auctoramentum, Servitus. Vinculum. Q. *Arcto*; *Enall.* Arctus Q. *Concludo*; Cogo, Claudo. Q. *Servitus*; Servitium, Famulatus. *Enall.* Servus, Servio. *Syn.* Deſervio, Servitutem ſervio.

Verba: Alligo, Obſtringo, Ligo, Devincio, Vincio, Arcto, Concludo, Includo, Obligo, Cogo, Claudo, Servio, Servitutem ſervio.

Subſtantiva: Obligatio, Auctoramentum, Servitus, Servitium, Famulatus, Vinculum, Servus, Clauſtrum.

Adjectiva: Arctus, Incluſus.

Circumſcriptio, ſeu Periphraſis.

Latina lingua valde copioſa eſt.

Quære: *Latinus*; Romanus. *Enall.* Roma, Latium. Q. *Lingua*; Idioma, Sermo. Q. *Valde*; Admodum, Mirum, *vel* majorem in modum, Egregie, Non mediocriter, Perquam, Sane quam, Impenſe, Inprimis. Q. *Copioſa*; Abundans, Uber, Dives. *Enall.* Copioſe. Copia. *Syn.* Abundantia, Ubertas, Facultas. Q. *Abundans*; Affluens, Circumfluens. *Enall.* Abunde. Q. *Uber*; Secundus, Fertilis, Ferax. *Enall* Ubertas Uberrime Q. *Dives*; Locuples, Opulentus. *Enall.* Ditesco, Divitiæ. Q. *Affluens*; Refertus, plenus. *Enall.* Affluo, Affluentia. Item: Circumfluens. Circumfluo, Q. *Abundo*; Redundo. Sum Dives. *Enall.* Abunde. Q *Fecundus.* *Enall.* Fecunditas. Q. *Fertilis*; Optimus. *Enall* Fertilitas Q. *Locuples*; *Enall.* Locuplete. *Syn.* Dito, Divitiis augeo. Q. *Opulentus*; *Enall* Opes, Opulentia. Q *Divitiæ*; Abundantia &c. Q. *Redundo*; Supero, Superfluo. *Enall.* Redundantia. *Syn.* Profluentia.

Verba: Abundo, Ditesco, Dito, Circumfluo, Redundo, Locupleto, Augeo, Supero, Superfluo.

Subſtantiva: Copia, Abundantia, Ubertas, Divitiæ, Affluentia, Fecunditas, Fertilitas, Opulentia, Redundantia, Profluentia.

Adjectiva: Copioſus, Abundans, Uber, Dives, Affluens, Circumfluens, Fecundus, Fertilis, Ferax, Locuples, Opulentus, Redundans.

Cir-

Digitized by Google

Circumſcriptionis Æquivalentia:

Latina lingua minime omnium eſt egens.

Quære: *Egens*; Indigens, Cui quæſito opus eſt. *Enall.* Egeo; *Syn.* Mihi opus eſt, Indigeo. Item Egeſtas. *Syn* Inopia, Indigentia, Mendicitas, Domeſtica difficultas, Paupertas. Q *Indigeo*; Q. *Inopia*; Q. *Mendicitas*; *Enall.* Mendicus. *Syn* Pauper. Q. *Paupertas*; Tenuitas, Anguſtia rei. *Enall.* Pauper. *Syn* Inops, Egenus, Tenuis, Parvis opibus ac facultatibus, Inanis. Q. *Exiliter*; *Enall.* Exilitas; *Syn.* Jejunitas. Q *Exilitas*; *Jejune*, *Jejunitas*. *Enall.* Jejunus. *Syn.* Aridus. Q *Aridus*; *Enall.* Ariditas.

Verba: Egeo, Indigeo, Quæſito opus eſt, Neceſſarium eſt, Deſtituor, Deficio.

Subſtantiva: Inopia, Indigentia, Egeſtas, Paupertas, Tenuitas, Mendicus, Exilitas, Exigultas, Anguſtia rei, Difficultas, Mendicitas, Jejunitas, Ariditas.

Adjectiva: Pauper, Tenuis, Exilis, Anguſtus, Arctus, Inops, Egenus, Inanis, Parvis opibus, Exiguus, Jejunus, Aridus.

Metaphora:

Quævis ſententia aliis verborum coloribus pingi poteſt.

Quære: *Color*; Pigmentum, Fucus, Species. *Enall.* Coloro. *Syn.* Colorem induco. Q. *Pingo*; Pictura exprimo, Expingo. *Enall.* Pictura, Pictor, Pictus, Pigmentum. *Syn.* Fucus, Ornatus. Q. *Ornatus*; Lux verborum, Flos orationis. *Enall.* Ornamentum. *Syn.* Honor, Dignitas, Inſigne, lumen. *Enall.* Orno. *Syn.* Exorno, Illuſtro, Illumino, Decoro, Ornamentum affero, Ornamenta congero, Collocupleto, Inſtruo. Item Ornatus. *Syn.* Politus, Luculentus, Excultus, Comptus, Expolitus, Nitens, Elaboratus. Q *Illuſtro*; Colluſtro. *Enall.* Illuſtris, Illuſtratio. Q. *Decoro*; Cohoneſto. *Enall.* Decus. *Syn.* Honeſtamentum, &c.

Verba: Pingo, Expingo, Pictura exprimo, Coloro, Figuro, Colorem induco, Orno, Exorno, Illuſtro, Illumino, Ornatum affero, Ornamenta congero, Decoro, Collocupleto, Inſtruo, Colluſtro, Expolio, Cohoneſto.

Subſtantiva: Pictura, Pictor, Pigmentum, Fucus, Ornatus, Lux verborum, Flos orationis, Honor, Dignitas, Lumen, Inſigne, Ornamentum, Decus.

Adjectiva: Pictus, Coloratus, Politus, Luculentus, Excultus, Comptus, Expolitus, Nitens, Elaboratus, Illuſtris.

Metaphora alia:

Quævis ſententia alio & alio Verborum habitu verti poteſt.

Quære: *Habitus*; Forma, Figura. Q. *Forma*; Notio, Character. *Enall.* Formo. *Syn.* Figuro, Fingo, Effingo. Item Formoſus. *Enall.* Formoſitas. *Syn.* Pulchritudo. Item Formula. Q. *Figura*; *Enall.* Figuratus, Effiguro. Q. *Figuro*; Informo, Adorno, Adumbro. *Enall.* Figmentum. Q. *Informo*; Conformo. *Enall.* Conformatio. *Syn.* Informatio. Q. *Veſtio*; *Enall.* Veſtitus, Veſtimentum, &c.

Verba: Formo, Figuro, Fingo, Effingo, Effiguro, Informo, Adorno, Adumbro, Conformo.

Subſtantiva: Habitus, Forma, Figura, Notio, Character, Formula, Formoſitas, Pulchritudo, Figmentum, Conformatio, Informatio.

Synonymia & Enallage:

Quævis fere ſententia multis modis variari poteſt.

Sententiam quamvis *multimodis* facile variaveris.
Varietatem maximam ſententiæ prope omnes admittunt.
Multo diſcrimine orationem quamcunque *diſtinguere eſt*.
Sententiam omnem multiplici verborum *contorſione* ſi artem tenes, tractabis.
Innumeris modis dictum idem *converti* poteſt.
Mira eſt in varias loquendi formulas ſententiæ cujusvis *mobilitas*.

Digitized by Google

Incredibilem verborum *mutationem* invariata eadem ſententia recipit.
Diverſiſſimos in modulos dictionem unam periti *verſare* norunt.
Dictum idem variari poteſt toties, ut *commutatum* a ſe atque aliud videri poſſit.
Infinitas verborum *permutationes* eadem oratio ſubire poteſt.
Superi! in quot modulos a bonis Latinis dictiuncula una *flectitur*.
Sententiæ ſingulæ in plurimas formas *faciles* ſunt & *flexibiles*.
Plurimis *flexionibus* ſententiam quamvis *permutaveris*.
Infinities dictum idem docti homines vertunt.
In quot flexus ſententia una a docto homine *torquetur*!
Conſtaret utinam juvenibus, quantum ars valeat, ad ſermonem quemvis aliter atque aliter verbis *effingendum*.
Nihil hominis oratione *commutabilius*, ita multipliciter & varie *contorqueri* ſe ſinit.
In maxima verborum diſſimilitudine nihil tamen de ſententia *immutatur*.
Quæ omnium oratio eſt, quam in diverſos loquendi modos detorquere non liceat.
Artis hoc beneficium eſt, rem eandem *diverſiſſimis* formulis complecti.
Novis identidem verbis de re eadem eruditi *disputare* ſolent.
Idem ſermo aliter atque aliter *explicari* poteſt.
Rem ſæpe eandem dicimus, verbis inter ſe plurimum diſſidentibus.
Imperitus es ſane, niſi magna verborum *varietate* in eodem argumento diu commorari poſſis.
Si una de re differes pluribus, cave eadem verborum crambe utaris.
Eſtne aliqua cogitatio, quæ una ſolum formula *exprimi* ſe patiatur?
Minima ſententiola multimodis *tractabilis* eſt.
Expeditius nihil, quam animi ſenſu quælibet aliter atque aliter *efferre*.
Inops nimium eſt, qui niſi uno verborum ſono rem unam *explicari* non poſſe exiſtimat.
Eandem ſententiam in maxima verborum discrepantia nullo negotio retinueris.
Longior de eodem argumento *disputatio* multiplici verborum inverſione *tractanda* eſt.
Erit eadem oratio, etſi multa verborum diverſitate contorta, &c.

Æquivalentia:

Nulla ſententia iisdem verbis eſt alligata.

Libera eſt oratio, nec certis nitis verborum limitibus *incluſa*.
Oratio nullis eſt, quæ artis pronomlorum verborum vinculis *ligetur*.
Non ſic in anguſtum cogitur Romana lingua, ut una oratio una verborum formula *circumſcribatur*.
Sententia nulla iisdem verbis *conſtringitur*.
Probroſa foret ſervitus, ſi oratio ad certa duntaxat verba *arctari* ſe poteretur.
Certis verborum carceribus nemo latinus *devinciri* ſe ſinit.
Amplior Romana lingua eſt, quam ut ſententia ulla uni alicui verborum modulo *obſtringatur*.
Nulla ſententia anguſtis verborum terminis definitur.
Definito verborum dimenſo oratio nulla *obligatur*, &c.

Periphraſis cum Synonymia & Enallage:

Latina Lingua valde eſt copioſa.

Da, ſi potes, linguam, cui *copia* major ſuppetat.
Ne Græca quidem Romana *abundantior* eſt.
Inſigni *ubertate* Latinum idioma gloriatur.
Ut ararii quondam *opibus*, ſic linguæ copia Romani hodiedum gentes omnes ſuperant.
Quam mihi gentem dabis, quæ perinde *copioſe* loquatur?
Qua in lingua tantam verborum fertilitatem offendas?
Non *abundat* vocibus ſolum Latium, ſed propemodum *redundat*.
Putem agrum *ferociorem* nullum, quam hunc antiqui Latii.

Ne-

Digitized by Google

Nescio, Cæsaribus argenti, an Tullio orationis *divitiæ* fuerint majores.
Vena *uberrima* Latinus sermo fluit,
Græcæ *opulentiam* æquat, vel antecellit Latina.
Quam *fecundus* sit Romanus sermo, experiundo disces.
Tam *locuples* est eruditorum hoc idioma, ut augeri nec possit, nec debeat.
Inexhausta quadam verborum *abundantia* Latium circumfluit.
Si *ditiorem* proferre noveris, per me quidem Latinam aspernaberis.
Paullum exercitatus Latino verba etiam *superant*.
Lætissima quædam *profluentia* verborum Romani sermonis pretio quovis in argumento deesse nequit.
De verborum *sterilitate* non nisi ignavus & in Latio hospes queri potest.
Linguis quantumcunque fertilissimis fertilior Latina est.
Qui studium adhibuere, *superfluere* etiam sibi verba sensere, &c.

Æquivalentia, Periphrasis:

Latina lingua minime omnium est egena.

Parvis nimium opibus est, qui lingua tam divite *tenuiter* jejuneque scribit.
Copia citius, quam *inopia* Latini laborant.
Inscitiam suam, quam linguæ *egestatem* melius incusarent juvenes.
In Romana palæstra probe versatus verborum *inops* esse non potest.
Si per ætatem nondum rerum doctus esse potes, at, ne verborum saltem *difficultate* labores, laborandum est.
Angusta penu est, qui in Latio verborum *paupertate* conflictatur.
Sponte se offerunt verba: quæsito vix opus est.
Ad Romanam linguam pleræque *exiles* fere sunt & *mendicæ*.
Miseret me juvenum, cum verbis se *defici* scribentes lamentantur.
Nec *jejuna* profecto est, nec *arida* Romana lingua.
Ante Tiberis aquis, quam verborum *flumine* Latium laborabit.
Latinum scriptorem, si rem tenet, verba *destituere* non possunt.
Nemo sanus Latinæ linguæ *exilitatem* unquam objecerit.
Quem nec ingenium, nec industria *destituerit*, verba destituent nunquam.

Metaphora:

Quævis sententia variis verborum coloribus pingi potest.

Novis semper verborum *ornamentis* dictum idem *illuminandum* est.
Eidem orationi alii aliique *colores* induci queunt.
Cum eandem orationem nova semper verborum *luce illustrare* diceris, disertus eris.
Alia, interque se diversa ornamenta in idem dictum congerimus experti.
Fidem superat, quam multiplici varioque *flore* verbulorum exornari idem sermo queat.
Tentando disces, quam sine negotio idem dictum multiplici *verborum ornatu cohonestetur*.
Illustrior semper ac *nitidior* eadem sententia reddi potest.
E nova verborum dignitate *luculentior* usque existet oratio.
Qui artem callent, *politiorem* usque *comptioremque* orationem elaborant.
Idem sermo aliis atque aliis *pigmentis adornatus* se ipso videbitur pulchrior.
Unam sententiam novo *expolitam* decore *splendidiorem* se ipsa ac prope novam reddideris.
Aliter aliterque *pingi* fingique sermo idem potest.
Aliis aliisque verborum *insignibus* eandem sententiam *decorare*, eloquentium est.

Paradigma III. in themate admodum sterili:

Hæc charta est valde alba.

Periphrasis ab Effectis: 1. Suo candore oculos delectat, 2. Ad scribendum invitat.
Metaphora: Cujus non oculos hæ nives perstringant?
Comparatio: Vernis floribus candidior est; Cygnorum candorem superat.
Æquipollentia: Hæc charta minime est atra.

Digitized by Google

Synonymia cum Enallage:

Charta hæc eſt candida alba.

Nihil hac charta candidius.
Quanta non elegantia albeſcit!
Quid hujus venuſtate chartæ jucundius?
Color, qui poteſt eſſe ſinceriſſimus, ineſt in hac membrana.
In papyro venuſtiore nondum calamum duxi.
Nihil vidi purius hac charta, nihil nitidius.
Æque venuſta membranula nondum ſub oculos venit meos.
Quid eſt candidum, niſi hæc charta eſt?
Quis intelligam hanc & nitidam lini filiam non exoſculetur!
Utinam is, qui in charta reſplendet, candor in hominum moribus emineſceret!
Mundiorem hac papyro fruſtra requiras.
Tam bellæ tabulæ Venus ipſa ſuum nomen inſcribat.
Nitidiorem hæc diphthera vereor ut invenias.
Quid hoc macrocollo caſtius, concinnum magis & politum?
Superi, qua ſe venuſtate effert hæc charta!
Quis in tam candida tabula non lubens ſcribat?
Macrocollum hoc mira puritate niteſcit.
Incorrupto hoc candore nihil caſtigatius.
Mirus in hac papyro candor renitet.
Incorrupti integerrimique hominis ſimilem hanc chartam dicas.

Periphraſis cum Enallage & Synonymia:

Papa, ut oculos delectat hujus nitor membranæ?

Intuentes mirum in modum recreat hæc chartæ puritas.
Non uſum modo, ſed delectationem etiam ſcriptori præbet.
Aſpectum ſane quam exhilarat talis candor.
Lumina intuentium multa voluptate perfundit rara hæc membranæ mundities.
Tenentur ſuſpenſi contuentium oculi a tanta luce.
Nulla videndi ſatietas obrepſerit hanc munditiem contemplanti.
Tenetur jucunde hoc candore oculus.
Non manus ſolum jucunde in hoc æquor excurrit: ſed oculus ſimul hac tanta coloris jucunditate paſcitur.
Affigi ſenti s oculos ad papyri hujus candorem, cum ſemel inſpexeris.
Diutius inſpice, amplius placebit hæc charta.

Periphraſis ſecunda:

Hic papyri candor ad ſcribendum invitat.

Quis non hic litteras imprimere geſtiat?
Tabellarii manum provocat hæc macrocolli gratia.
Non in alia charta nigellæ Cadmi filiæ pulchrius exſplendeant.
Nihil eſt in hac chartæ venuſtate quædam ad ſcribendum provocatio.
Vel pigrum ſcriptorem hic tabulæ decor trahat
Velut blanditias quasdam admovet hic chartæ color, quis talem membranam litteris inurere nolit.
Sola hac chartæ forma ad ſcriptionem excitari me ſentio.
Scribendi quidem tædium in hac charta oboriri non poteſt.
Eſt ſua quoque chartæ forma, qua utile lenocinium faciat.
Aucupari ſcriptoris manum dicas, tantum illicii habet.
Nitidiſſimæ membranulæ gratia propemodum in amoribus mihi eſt.
Nemo in æquore tam bello ſcribere detrectat.
Manum oculoſque ſcriptoris allicit hæc venuſtas.

Metaphora cum ſua Synonymia & Enallage:

Plane nivea eſt hac membrana.

Supra puras nives, nullo tum pede calcatas manu te inducere credas.
Nivalem candorem imitatur hæc charta.

Digitized by Google

Si quid nivibus album eſt magis, hæc membrana eſt.
Virginali ſane candore gloriatur papyrus, adeo intemerata eſt.
Ipſum ebur ad hunc candorem liveſcit.
Papyrum hanc non e lino, ſed recentium nivium floccis concretam dixeris.
Ninxit puto in hanc chartam, tam alba eſt.

Comparatio cum ſua Synonymia & Enallage:

Verni arborum flores huic candori decedunt.

Incredibili nitore hæc charta effloreſcit.
Ne ver quidem charta hac floridius redit.
Plane floret & vernat hæc papyrus
Lux quædam candoris oculos ex hac membrana everberat.
In papyro florentiore nondum ſcripſi.
Ipſe primus arborum honos minus candeſcit.
Ad cygnorum colorem charta hæc accedit.
Cygneam quandam venuſtatem hic videas.
Charta utor gypſatiſſima.
Concretum lac te conſcribere exiſtimes.
Plusquam lacteus candor hanc papyrum commendat.
Aut lactea eſt hæc charta, aut lac ipſum liveſcit.

Æquipollentia cum Synonymia & Enallage:

Nihil in hac charta nigroris eſt.

Ab omni labe remotiſſima eſt hæc charta.
Parte ſui nulla ſqualet aut immundior eſt.
Quid in pulchello hoc æquore lividum aut ſqualidum?
Nihil hic invenuſtum aut luridum.
Coloris nobilitas minime plebejam hanc chartam probat.
Ne umbra quidem maculæ ullius notatur charta hæc.
Æthiops fiam, ſi nævum hic ullum detegas.
Labeculam ullam ſi hic reperies, magno talento redemero.
Nihil in hac papyro noctis, nihil fuliginis.
Quis tam malignus, qui hujus innocentiam membranæ carbone notet.
Ne fortuita quidem labecula huic irrepſit.
Oculatus ſit, oportet, qui ſordis aliquid hic detegat.
Quæ lynx vel ſuſpicionem aliquam nævi hic inveniat?
Nihil uspiam maculatum aut fœdum.
Cave puer, tantum candorem per incuriam uspiam commacules.
Nihil hic quod inquinet, aut oculos offendat, &c &c.

Habes itidem Paradigma aliud; *Hæc charta valde eſt alba*; idque ea cauſa, ut animadvertas, vel in ſterilliſſimo themate, qua dixi, arte ubertatem verborum maximam congeri poſſe.

Exemplum aliud Eraſmus habet: *Semper, dum vivam, tui meminero:* quam ille ſententiam non admodum fecundam, neque ad varietatem idoneam ait, cum re vera (pace ejusdem dictum ſit) circumlocutionum ſit perquam fertilis, & in omnibus linguis nulla fere res copioſius efferatur, ac illud *vivere*, *mori*; voluntatis item ac intellectionis voces cæteris ſint affluentiores, quas inter eſt *Memini*, *Memoria*, v. g.

Semper, dum vivam, tui meminero.

Nunquam, dum vivam tui non meminero.
Nunquam, quoad victurus ſum, tui me capiet oblivio.
Haud unquam, dum vixero, tu animo excideris meo.
Nunquam, donec vivam, mihi venies in oblivionem.
Nunquam, quoad in vivis ero, tui nobis veniet oblivio.
Non prius tui meminiſſe deſinam, quam vivere.
Non me ante tui memoria, quam vita ipſa reliquerit.
Usque tum ſpirabo, tui memor ero.
Donec hac luce fruar, tu animo hærebis meo.

Digitized by Google

E viverum contubernio citius emigraverim, quam tui memoria nostro e pectore demigrarit.
Ipse prius e vivis excessero, quam Morus e nostra excesserit memoria.
Lux me prius deficiet, quam tui immemor esse coepero.
Vita me non serius destituet, quam tam cari capitis recordatio.
Idem dies mihi tui memoriam eripiet, qui vitam.
Eadem lux oblivionem tui nobis est adductura; quae mortem.
Idem nostrae tui memoriae, qui vitae finis erit.
Dum memor ipse fuero, tui memini se neutiquam pigebit.
Non alius nostrae memoriae tui, quam lucis erit interitus.
Is solus dies tui memoriam extinxerit, qui vitam.
Ante mei ipsius, quam tui oblivisci incipiam.
Nostro a pectore non prius elabetur Mori memoria, quam haec anima.
Praeter unam mortem nullus omnino te mihi casus expectorabit.
Egone tam jucundi convictoris unquam vivus queam oblivisci?
Tum demum Mori sui oblivisci poterit Erasmus, cum ipse sui desinet memor esse.
Dum mihi sensus ullus mei reliquus erit, tu semper animo nostro obversaberis.
Cordi meo carior es, quam ut vivo quidem in oblivionem venire possis.
Intime nostris in praecordiis repositus est Morus, sic ut praeter unam mortem nulla res illum illinc queat eruere.
Orco tradar ipse prius, quam te mandem oblivioni.
Dum spiritus his oculis, his manibus imperabit, tu pectori insidebis meo.
Dum spiritus hos reget artus, tui meminero.
Quamdiu superavit in nobis halitus, non quievero tui non meminisse.
Dum in vivis agam, vivet in me tui memoria.
Is mihi dies finis vitae erit, qui tui oblivionis erit initium.
Idem casus hanc animam, neque e meo revellet animo.
Donec superstitem finent esse superi, tui perpetuo recordabor.
Dum quidquam vitalis caloris in hoc pectore palpitabit, tui memoria non evanescet.
Non mihi diuturnior vita futura est quam tuorum in me meritorum memoria.
Non mihi brevior fuerit tui memoria, quam ipsa vita.
Non minus durabilis erit tui capitis recordatio, quam haec ipsa vita.
Me mihi eripiet is dies, qui tui memoriam adimet.
Ipse mihi subducar, priusquam te in memoria habere destitero.
Haud longior erit mihi lucis hujus functio, quam tuae benignitatis memoria.
Non mihi posterius suppetet vivere, quam tui meminisse.
Extra me fuero citius, quam Morus intra hoc pectus desinet.
Vita haec tuique memoria pari stadio ad metam decurrent.
Prorsus non erit Erasmus, cum Mori immemor erit.
Non extabit hoc caput, ubi tam singularis amici quivero oblivisci.
Donec super terram actarus sum, non committam, ut obsolescat apud me tuae comitatis memoria.
Donec consumemur hunc aerem hauriam, tu crebro animo occursabis meo.
Nunquam serius futurum est Erasmo vitam, quam tui memoriam obtinere.
Non ante de te cogitandi finem fecero, quam Atropos fatale filum secuerit.
Si quis dies unquam tui paritura est oblivisci entiam, ea certe nunquam antecesserit ei, qui me luce orbabit ipsa.
Sol hic, qui videt omnia, nunquam me videbit non memorem tui.
Mors una tui recordationem his e praecordiis removebit.
Donec ulla vitae portio his in artibus residebit, Morus ab Erasmi cogitatione nunquam aberit.
Quamdiu sanguinis ulla pars hoc in corpusculo calebit, nunquam apud me refrixerit Mori memoria.
Mihi quidem dum vita aderit, tu a mente mea nunquam es abfuturus.
Quousque manebit hujus animae corpusculique copula, tu a mea memoria nullo tempore sejungeris.
Prius animus corpori, quam tu animo meo praesens esse desines.
Spiritus ipse citius ex hujus corpusculi domicilio demigrabit, quam animo impressa mea imago tui deleatur.

Neque

Digitized by Google

Æque diuturna fuerit apud me tui memoria ac vitæ cursus.
Eadem erit & vivendi, & de te cogitandi meta.
Non arctioribus pomœrlis tui recordatio claudetur quam ipsa vita.
Quoad ulla vena mihi vitali tempore fallet; dulce fuerit, tui meminisse.
Quantum mea Lachesis fatale stamen extenderit, tantundem extendetur & mea tui memoria.
Eadem mihi & vivendi, & de te cogitandi meta fuerit.
Quoad corporis molem status vivificus sustinebit, animum maxime tui memorem geram.
Dum lucis usum cœlitum indulgentia concedet, te semper animo feram.
Dum vitam permittent superi, non committemus, ut tam fidi unquam congerronis nobis obrepat oblivio.
Donec me non deficiet anima, animum hunc & memorem & gratum nunquam posuero.
Quoadusque sole volubili frui fas erit, hunc hominem habebis tui memorem.
Vivum non videbit Erasmum, qui videbit oblitum tui.
Quanto tempore vita mihi duratura est, mens quidem hæc manebit tui recordantissima.
Quamdiu supero hoc Jove continget frui, non mihi contigerit oblivisci tui.
Donec vita perseverabit, tu cordis obtutibus semper es obversaturus.
Nominis ante mei, quam tam rari amici ventura est oblivlscentia.
Ipse mihi prius excidero, quam tui vultus imago.
Viventi quidem Erasmo haud unquam excidet Morus.
Nulla diuturnitas ævi tui apud me memoriam oblitterabit.
Non nisi mecum tui extinguetur memoria.
Ante fatalem diem e nostra memoria non eliminaberis.
Ante obitum non desistam tui meminisse.
Ante suprema funera non cessabo, tui memor esse.
Non ante exacta vitæ stamina, tui queam oblivisci.
Vivo quidem Erasmo, Morica memoria haud unquam effluet.
Tui apud me memoriam nulla unquam ætas antiquabit.
Ante summum diem non abrogabitur in me memoria tui.
Nulla neque locorum, neque temporum injuria efficiet, quo minus tui quam maxime meminerim in vita.
Per omnem vitam tui meminero.
Hæc vita, quam longa continget, cum tui memoria semper erit conjuncta.
Ad ipsum usque rogum me tui memoria prosequetur.
Mei sensu carebo, priusquam conjunctissimi hominis carituras sim recordatione.
A meis ipse membris distrahar, antequam tu ab animo meo divellare.
Mors mihi citius acciderit, quam oblivio tam dilecti capitis.
Certum est, mortem oppetere potius, quam tui memoriam non jugiter obtinere.
Non nisi me sepulto tui recordatio sepelietur in me.
Tui quidem aut mecum aut nunquam est interitura memoria.
Donec exspirem ipse, spirabit in me Mori mei memoria.
Donec apud superos agitabimus, nunquam mihi inceset tuæ benignitatis oblivio.
Ante obitum meum nunquam animo meo tui incurret oblivio; sic enim loquitur Seneca.
Nihil tam arduum hæc vita mihi gignere queat, ut tui memoriam ex his præcordiis possit extundere.
Nulla res tam atrox mihi possit in hac exoriri vita, quæ tui conciliet oblivionem.
Vivo nil potest existere, quod mihi tuæ erga me humanitatis conflet oblivlscentiam.
Sic in me radices egit memoria tui, ut nullis omnino casibus, qui quidem vivis solent accidere, sit unquam cessura.
His nimirum monumentis animo meo consecratus es, ut ea nullum ævi spatium valeat demoliri, nisi mors, cui nihil rerum mortalium non cedit.
Nisi ipse mortalis essem, non dubitarem, hanc de te memoriam immortalem fore polliceri.

Digitized by Google

Si immortalis esset Erasmus, immortalis itidem foret tui apud illum memoria.

Ejusmodi statuam in mei animi penetralibus tua merita erexerunt, ut ea quoad tellus sustinebit, nullo casu sit diruenda.

His titulis Morus inscriptus est cordi meo, ut eos nulla temporis injuria possit unquam exedere.

Non nisi una cum ætate recordatio tui in me consenescet.

Ipse mihi prius excutiar, quam Mori nomen ex adytis cordis exigatur.

Id unum tibi & confirmo & præstabo, donec in mortalium numero futurus sum, tu e scrinio memoriæ nostræ nunquam dimovebere.

Ut omnia tempus possit, certe hoc unum non licebit illi unquam, ut vivo mihi tui pariat oblivionem.

Semper hic animus tui cum primis meminerit, neque id me dies, quamvis longa, dedocebit.

Donec me tellus alet, unum illud nunquam quibo dediscere, videlicet tam cari sodalis meminisse.

Donec futurus sum ἐπιχθόνιος, ut Homerico dicam verbo, Mori memoriam continenter obtinebo.

Quoad mihi continget inter σῖτον ἔδοντας, ut Homerice loquar, annumerari, nunquam hoc de pectore vultus Mori labetur.

Ὄφρ' ἂν ἔγωγε ζῶσι μετέω καὶ μοὶ φίλα, quemadmodum inquit Homerus, tu mihi nunquam es obliviscendus.

Tui memoriam perpetuo pariter cum ipso vitæ progressu producam.

Superstiti Erasmo sublimitatis tuæ memoriam nullius unquam dies expunxerit.

Corpore quidem abs te distrahi potero, verum animo te semper intuebor, quoad vitam numina largientur.

Donec aura vitalis hos artus moderabitur, tu a nostris cogitationibus nullo momento es abfuturus.

Usque adeo penitus his præcordiis tui impressa est memoria, ut nullo unquam pacto videatur eradenda.

Ut omnia tempore marcescant, tui certe memoria ad occasum usque vitæ apud me vigebit.

Arctius Morum meum animo complexus sum, quam ut vivo possit elabi.

Eadem me lux exanimem videbit, quæ tui conspiciet immemorem.

Ad o vivam quandam imaginem tui pectori insculpsisti meo, ut vix etiam mors ipsa sit abolitura.

Non erit Erasmus tui memoria vivacior.

Tam vivax tui erit apud me memoria, ut sim ipse non futurus vivacior.

Nunquam intercidat apud me Morica memoria, donec ipse non intercidero.

Semper hunc hominem experieris tui recordantem, donec vitæ particeps erit.

Expers hujus vitæ fuero prius, quam a tui memoria alienus.

Adeo vivax est in me tui memoria, ut ipse non sim illi futurus superstes.

Altius meæ memoriæ insedisti, quam ulla te res inde queat emoliri.

Tenacius inhæres cordi meo, quam ut præter mortis casum quicquam aliud inde te queat ejicere.

Penitus hoc in pectore conditus es, quam ut hinc ulla ratione sis excludendus, donec mihi vitam fata non invidebunt.

Interius insitus es animo nostro, quam ut inde incolumi quidem queas extirpari.

Fixius impressum est cordi meo simulacrum tui, quam ut superstiti possit unquam detrahi.

Sic effigies tui cogitationi meæ penitus impressa est, ut eam nulla sit ætas abrogatura.

Dum vita suppeditabit, nihil extiterit, quod fixam animo meo Mori statuam valeat labefactare.

Fieri nunquam poterit, ut vel vivam parum tui memor.

Donec apud superos commorabor, ne tota quidem Lethes aqua tui memoriam poterit abolere.

Donec aura vescar æthereæ, tui subinde reminiscar.

Vitam modo Deus impertiat, ego tibi mentem perpetuo tui memorem polliceor.

Siquid

Siquis mihi vita functo sensus erit, tam dulcis amiculi recordabor, tantum abest, ut vivus sim obliturus.
Omnia mihi citius acciderint in vita, quam oblivio tui.
Tum prorsus versus current amnes, ut Græcis est in proverbio, cum Erasmus Mori sui poterit non meminisse.
Non alius ne visurus est oblitum tui, quam qui visurus est, arduis pronos relabi rivos montibus, & Tyberim reverti, ut ait Flaccus.
Ante leves alto pascentur in æthere cervi, quam vivum Erasmum Mori capiat oblivio.
His coloribus in tabula pectoris mei depicta est imago tui, ut eam nulla annorum series possit eluere.
Supremus vitæ dies me tui memorem deprehendet.
Sospite vita non me fugiet memoria tui.
Salva vita hac non demorietur apud me memoria tui.
Quoad hæc mihi vita comes erit, comitabitur & tui recordatio.
Hæc me vita tui memorem relinquet.
Non avolabit a nobis tui memoria, nisi avolante vita.
Ad supremum usque vivendi limitem tui nobis memoria perseverabit.
In obtinenda tui memoria non fuero mihi dissimilis, nisi vivus esse desiero.
Donec hoc vitæ munus divina benignitas mihi salvum esse volet, non intermorietur apud me tuæ benignitatis memoria.
Vita defungar prius, quam tui recolere cessabo memoriam.
Diem obiero citius, quam te ventis & auræ mandem.
Clavis adamantinis nostræ memoriæ infixus est Morus, quos non nisi una mors valeat abrumpere.
Ad ipsos usque cineres pergam tui meminisse.
Ad extremam usque senectam tui me comitatura est memoria.
Per universum vitæ spatium Mori meminerit Erasmus.
Ad extremum usque rogum, tuorum erga me beneficiorum memoria prorogabitur.
Fatalis ille dies denique me tui memorem est reperturus.
Dabo operam, ut tuæ humanitatis recordatio ad Libitinam usque proferatur.
Nunquam mihi quicquam obtigerit in vita, neque tam lætum, neque tam acerbum, quod tui nominis recordationem a sinu pectoris mei queat expellere.
Quoad hic animus in hoc corpusculo tenebitur alligatus, non exulabit mea memoria Morus.
Citius futurum est, ut alterum in orbem tui memoriam mecum deferam quam ut hic abjiciam.
Animam egero prius, quam te memoria tenere desiero.
Si quando corpus umbram suam poterit effugere, hic animus tui quibit obliviscl.
Non, antequam diem vitæ novissimum clausero, desiturus sum, tuam in me beneficentiam circumferre.
Quam longa dabitur vita, tam erit longa tui memoria.
Par nobis erit memoriæ, vitæque modus.
Tui meminero, quoad auras carpsero vitales.
Absit, ut mihi brevior fuerit tui memoria, quam vita.
Quamdiu supererit Erasmus, tamdiu meminisse non gravabitur.
Vita orbabor, antequam tui me relinquet memoria.
Supero privabor lumine, ut priscorum more loquar, citius, quam Morus ex animo deleatur meo.
Ocyus hoc mihi corpusculum morte refrixerit, quam tui memoria frigescat apud me.
Inextinctam tui memoriam semper tenebo.
Quantum temporis anima fruar, sic enim loquitur Sallustius, tantundem tui meminero.
Perpetim tui recordatus fuero.
Sine fine tui meminero.
Nulla res tui oblivionem mihi invexerit, nisi quæ me ex hac luce evexerit.
Orbem hunc verterim citius, quam animum hunc tui memorem vertero.
Vita me exuerit is casus, qui tui in portabit oblivionem.

Cru-

Digitized by Google

Crudelibus umbris occubuero, quemadmodum loquuntur Poetæ, citius, atque tui recolere memoriam desiturus sim.
Efferar ipse citius, quam tui memoria e corde efferatur meo.
Ad ipsum usque bustum tui memoria prosequetur.
Ne defunctus quidem tui potero oblivisci, nedum vivus.
Viventi mihi nunquam obsolescet hominis tam bene meriti recordatio.
Quando futurum est, ut apud Erasmum evanescat Mori memoria? nempe dum vita destituetur.
Usque eo tui memor ero; dum in vivis agam.
Usque dum spirabo, te corde gestabo.
Quamdiu dabitur anima frui, ut Sallustiano more loquar, non desinam tui memoria frui.

Præcepta Copiæ singularia.

Quænam ais Præcepta Copiæ singularia?

Resp. Supra allati tres Copiæ Fontes generatim rebus omnibus, quæ in oratione cadere possunt, multiplicem varietatem subministrant. Et si re fuerit, contingere quædam minus quidem generalia, quæ tamen in orationem vepiunt frequentissime, ut sunt: I. Particulæ Conjunctivæ. II. Gradus Comparationum. III. De Virtutibus ac Vitiis. IV. Affectionibus humanis. V. De Actionibus humanis. VI. De variandis Particulis.

I. VARIATIO PARTICULÆ COPULATVÆ.

Quomodo variantur Particulæ copulativæ?

Resp. 1. *Particulis* aliis idem significantibus. 2. *Formulis* quibusdam, quæ cæteris bonis Auctoribus, tum Ciceroni maxime usurpatis.

I. *Particulæ Conjunctivæ & æquivalentes*:

Vir doctus est & probus.
Et doctus, & probus; Quemadmodum doctus, ita probus.
Cum doctus tum probus; Simul doctus, simul probus.
Pariter doctus, ac probus; Haud secus doctus, ac probus.
Tam doctus, quam probus; Ut doctus, ita probus.
Non minus doctus, quam probus; Non tantum doctus, sed & probus.
Ex æquo doctus, atque probus; Non modo doctus, verum etiam probus.
Æque doctus, ac probus; Juxta doctus, & probus.
Æque doctus, atque probus; Similiter doctus, ac probus.
Perinde doctus, ac probus; Non dissimiliter doctus, ac probus.
Tum doctus, tum probus.
Sic dices: Vir est cum doctrinæ laude, tum pietate præstans.
Ut doctissimus, ita integerrimus.
Æque litteratus, atque incorruptus.
Exquisite doctus, itidem ac probus.
Doctissimus idem, ac vir optimus.
Vir ex æquo eruditus, ac probus.
Non tantum doctus, sed & probus.
Simul insigniter eruditus, simul integritatis maximæ.
Vir optimus quoque, non modo doctissimus.
Haud secus, juxta eruditus, ac probus, &c.

II. *Formulæ*:

Haud minore probitate, quam doctrina præditus.
Præterquam quod doctus, etiam optimus est.
De quo dubites, doctior sit, an melior?
In quo doctrina cum probitate ex æquo certet.
Qui litterarum laudem æquarit vitæ sanctimonia.
Cujus eruditioni par morum integritas respondet.
Qui cum insigni probitate, parem litterarum laudem copularit.
Summa quidem eruditione, virtute tamen neutiquam inferior sese.
In litteris egregius, nec sui dissimilis in probitate.

Qui

Digitized by Google

Qui doctrinæ decora pari cum probitate conjunxerit.
Cujus virtutem non minus, quam eruditionem ſuſpicias, &c.

II. VARIATIO GRADUUM.

Qua eſt ratio variandi gradus poſitivi?

Reſp. Variantur itidem Particulis augentibus; vel minuentibus. Præpoſitio *pra*, Comparativo æquivalet; ut: Homo prælongus; *per* pro Superlativo: Homo perdoctus; Res perdifficilis. Talia item ſunt Adverbia:

Perquam litteratus, doctus		Summopere eruditus, doctus.
Quam	-	In primis
Sane quam	-	In paucis
Nimis quam	-	Majorem in modum
Valde	-	Mire
Egregie	-	Exquiſite
Haud vulgariter	-	Oppido
Inſigniter	-	Supra modum
Magnopere	-	Præter modum
Maximopere	-	Singulariter
Unice	-	Impendio
Eximie	-	Impenſe
Effuſe	-	Abunde
Affatim	-	Si quisquam
Plusquam	-	Dici nequit, quam.

Minuiter Poſitivus in his Formulis:

Homo ſubtriſtis, ſubtimidus. Nonnihil agreſtis. Utcunque doctus. Aliquantulum moroſus. Homo dicaculus, putidulus, vaniculus. Non omnino indoctus.

Quomodo variatur Comparativus?

Reſp. Primo: Ex Particulis nonnullis, perinde ac poſitivus. Secundo: Verbis præcellentiam ſignificantibus.

Particulæ ſunt: v. g.

Longe facundior Platone Cicero.
Multo, *vimo* eloquentior Platone divino Tullius.
Multis partibus uberioris ſapientiæ Plato, *quam* Tullius.
Pecuniæ appetentior, *quam* gloriæ.
Magis appetens pecuniæ, *quam* &c.
Opum cupidus *potius*, *quum* laudis.
Non tam gloriæ appetens, *quam* pecuniarum.
Minus honorum cupidus, *quam* divitiarum.
Haud perinde laudi inhians, *quam* nummis cumulandis.
Haud æque, *eo*, &c.

Verba præcellentiam ſignificantia ſunt:

Præſto,	excello,	antegredior.
anteſto,	prægredior,	antevenio.
præeo,	præverto,	anteverto.
ſupero,	præfero,	cedo.
ſupergredior,	præhabeo,	decedo.
excedo,	antepono,	poſthabeo.
poſt me relinquo,	præpono,	poſtpono.
anteeo,	antecedo,	ſecundus ſum.
præcello,	antecello,	poſterior ſum. v. g.

Juvenis cæteris diligentior.

Diligentia reliquis *præſtat*, *anteſtat*, *præit*.
Reliquos *vincit*, *ſuperat*, *excedit*, *poſt ſe relinquit*.
Æquales induſtria *anteit*, *antecedit*, *antecellit*, *antegreditur*, *antevenit*.
Æquales, *vel* æqualibus ſtudio *præcellit*, *excellit*, *prægreditur*, *præverti*.
Æqualibus *præferendus*, *præhabendus*, *anteponendus*
Cujus diligentiæ *cedunt* reliqui, *poſtponendi*, *poſthabendi*, *ſecundi*, *poſteriores ſunt*.

Digitized by Google

Quomodo variatur Superlativus?

Resp. 1. Particulis: *Longe*, *facile*, v. g. Doctissimus.

2 Cum hic gradus rem maxime extollat, inprimis variandum erit generale Vocabulum. *Omnis*; cujus Synonyma vel Æquipollentia sunt: *Cunctus*, *Universi*, *Quisque*, *Unusquisque*, *Quicunque*, *Quilibet*, *Quivis*. Item: *Quantuscunque*, *Quotcunque*, *Qualiscunque*. Huc pertinent Adverbia: *Utcunque*, *Quantumcunque*, *Quantumvis*:

Nullus non, *Nemo non*, *Quivis non*, *Haud quisquam*, *Quantus est hominum*, *Quidquid est hominum*.

3. Valent hæc Synonyma, sequentibus Formulis, quibus principatus significatur, adjuncta:

Cicero, quo non alius eloquentior.
Homo quivis potius, quam indoctus.
Doctrina nulli inferior.
Eruditionis palmam omnibus præripis.
Eloquentiæ artem tenet.
Facundia nullo non prior, potior.
Facundiæ primas haud dubie obtinet.
Præter cæteros eloquens.
Facundus ultra humanum modum.
Primus haud dubie Oratorum Cicero.
Unicus prope in civitate opulentus.
Tam dives, ut cum eo nemo omnium conferri possit.
Doctus adeo, ut magis non possit.
Tam eloquens, ut nemo ei æquandus.
Adeo doctus, ut parem habeat neminem.
Opulentus quam qui maxime.
Solus prope Orator, cujus facundiæ nemo principatum deneget.
Supra mortales omnes eloquens.
Quis est, qui ei se comparare ausit?
Quem reperies æque opulentum?
Opulentos omnes longo post se intervallo relinquit.
Opulentia nulli secundus.
Facundiæ laude nemine posterior.
Dominatur, regnat in pulpito.
Opibus procul a se relinquit omnes.
Quem unum nemo exæquet.
Doctrina in eo tanta, quantam homo capere possit.
Cui omnes merito concedant, cedant.
Cui comparatus nemo non infacundus videri queat.
Exemplar omnis facundiæ Cicero.
Cujus doctrinam nemo æquatur.
Ad tantam facundiæ laudem quis est, qui aspiret?
Iis opibus, ut ad illum, præ illo quisque egenus videatur.
Quo quantumcunque docti minus se doctos profiteantur.
Quo facundius excogitari nihil possit.
Signifer quidam, dux, lumen, thesaurus omnigenæ doctrinæ.
Quicum nemo in contentionem venire possit.
Doctior, quam credi possit.
Sine controversia quovis hominum eruditior.
Cujus eloquentiam nulla cujusquam qualiscunque facultas æquiparet.
Ad cujus eruditionem nemo unus accedat.
Cujus doctrinæ addi nihil possit.
Tanta illi opulentia, quanta potest esse maxima.
Omnium consensu ditissimus.
Orator est singularis sine æmulo.
Nihil uno illo facundius.
Cui collatus nemo non minor sit.
Modulum humanæ doctrinæ excedit.
Facundia immane quantum præit, præcurrit disertos omnes.
Multi videntur, hic unus disertus est.
Utcunque doctos tulerint sæcula, parem non tulere.
Omnes a tergo relinquit.

4. Va-

Digitized by Google

4. Variatur Superlativus eleganter *per Hyperbolen* seu *Superjectionem*, ita dictam Rhetoribus, quod rem ultra verum extollat; vel *per Comparationem* aliquam, e Fabulis, Historia, Natura ipsa petitam; ut si dicas; Ipsa nequitia nequior, Monstro monstrosior; Facundia eloquentior; Peste nocentior; Luce clarior; Nocte tenebricosior.

E Fabulis: Jano providentior, Cœlo antiquior, Cybele fecundior, Gigantibus audacior; Ganymede formosior, Icaro magis temerarius, Mercurio facundior, Æolo levior, Sileno rusticior, Satyro salacior. Venere formosior, Rhadamantho justior, Cerbero acerbior, Hercule robustior, Atreo crudelior, Theseo fidelior, Achille generosior, Thersite stolidior, Ulysse callidior, Nestore annosior.

E rerum Natura: Vitro fragilior, Anguilla lubricus magis, Melle dulcior, Nive candidior, Oleo tranquillior, Buxo pallidior, Glacie frigidior, Pluma levior, Morte odiosior, Fonte purior, Pumice aridior, Euripo volubilior, Oculis clarior, Stipite tardior, Muliere loquacior, Cervo vivacior, Lepore timidior, Vulpe fraudulentior, Asello tardior, Hirco salacior.

Ex Historia: Numa religiosior, Tarquinio superbior, Scipione felicior, Pompejo major, Gracchis seditiosior, Catone severior, Fabio lentior, Hannibale vafrior, Nerone atrocior, Tiberio callidior, Trajano melior, Iro pauperior, Cræso ditior, Socrate sanctior, Chrysippo acutior, Linceo perspicatior, Aristide justior, Alcibiade nequior, Cleopatra mollior, Milone fortior.

III. VARIATIO VIRTUTUM AC VITIORUM.

Quomodo variantur Virtutum ac Vitiorum Nomina, de quibus sermo incidit toties?

Resp. Primum est, ut Substantivum Adjectivo immutes, ac vicissim; ut: Probus, Probitas; Fortis, Fortitudo. 2. Hæc Adjectiva cum Verbo *Sum* varie efferuntur, nempe *in Genitivo*. Singularis constantiæ vir; vel *Ablativo*: Magna humanitate est; vel: Cui summa humanitas. 3. Multum ad varietatem & elegantiam valent Adjectiva quædam, quæ tum personæ, de qua sermo, tum virtuti ipsi tribuuntur: v. g.

Personæ.

Excultus,	Perpolitus,	Ornatus.
Instructus,	Nobilis,	Clarus.
Præstans,	Paucis conferendus,	Nemine inferior.
Florens,	Illustris,	Eximius.
Insignis,	Conspicuus,	Exornatus.
Conspiciendus,	Præditus.	Spectabilis.
Summus,	Facile princeps,	Inclitus.
Celebris,	Eminens,	Fulgens.
Affluens,	Abundans.	Notissimus.

Virtutis.

Commemorabilis,	Rarus,	Exquisitus.
Singularis,	Non vulgaris,	Præcipuus.
Excellens,	Egregius,	Summus.
Divinus,	Luculentus,	Exploratus.
Incomparabilis,	Admirabilis,	Ingens.
Illustris,	Præstans,	Eximius.
Infinitus,	Conspicuus,	Eminens.

Incredibilis: *Raræ* modestiæ juvenis. *Commemorabili* pietate mater. *Exquisita* prudentia senator. *Singulari* humanitate hospes. *Non vulgaris* religionis sacerdos. *Præcipuæ* solertiæ famulus. *Excellente* beneficentia patronus. *Egregiæ* docilitatis adolescens. *Summa* morum gravitate senex, &c.

Divina quadam mansuetudine *præditus* Princeps.
Ad omne decorum *excultus*.
Luculenta humanitate *perpolitus*.
Explorata constantia *præditus*.
Incredibili sapientia *instructus*.
Incomparabili generositate *clarissimus*.
Admirabili morum integritate *præstans*.
Eximia moderatione *conspicuus*.

Digitized by Google

4. Majorem varietatem creabit Æquivalentia, si nempe per negantes, Formulas vitium oppositum, aut si de vitio sermo est, virtutem removens. Virtutum ac vitiorum Indiculum attexere visum est.

Indiculus Virtutum & Vitiorum.

Sapientia, sapiens.
Sagacitas, sagax.
Docilitas, docilis.
Lepor, lepidus.
Industria, industrius.
Ingenuitas, ingenuus.
Concinnitas, concinnus.
Sinceritas, sincerus.
Simplicitas, simplex.
Subtilitas, subtilis.
Decorum, decorus.
Urbanitas, urbanus.
Circumspectio, circumspectus.
Gravitas, gravis.
Justitia, justus.
Prudentia, prudens.
Abstinentia, abstinens.
Affabilitas, affabilis.
Beneficentia, beneficus.
Benignitas, benignus.
Benevolentia, benevolus.
Fortitudo, fortis.
Caritas, carus.
Castitas, castus.
Constantia, constans.
Continentia, continens.
Comitas, comis.
Mansuetudo, mansuetus.
Pietas, pius.
Diligentia, diligens.
Solertia, solers.
Spes, sperans.
Fidelitas, fidelis.
Generositas, generosus.
Gratus animus.
Modestia, modestus.
Moderatio, moderatus.
Humanitas, humanus.
Innocentia morum, innocens.
Liberalitas, liberalis.
Misericordia, misericors.
Munditia, mundus.
Obedientia, obediens.
Patientia, patiens.
Pudicitia, pudicus.
Pudor, pudicus.
Puritas, purus.
Religio, religiosus.
Sobrietas, sobrius.
Studiositas, studiosus.
Taciturnitas, taciturnus.
Temperantia, temperans.

Stultus, stultitia.
Stolidus, stoliditas.
Stupidus, stupiditas.
Insulsus, insulsitas.
Ignavus, ignavia.
Rusticus, rusticitas.
Importunus, importunitas.
Astutus, astutia.
Dolosus, dolus.
Fatuus, fatuitas.
Ineptus, ineptia.
Inurbanus, inurbanitas.
Temerarius, temeritas.
Levis, levitas.
Injustus, injustitia.
Imprudentia, imprudens.
Avarus, avaritia.
Morosus, morositas.
Tenax, tenacitas.
Invidus, invidia.
Malus, nequam, malitia.
Timidus, timiditas.
Inimicus, inimicitia.
Luxuria, luxuriosus.
Mutabilis, mutabilitas.
Incontinens, incontinentia.
Arrogans, arrogantia, fastus.
Crudelis, crudelitas.
Impius, impietas.
Negligens, negligentia.
Iners, inertia.
Desperans, Desperatio.
Perfidus, infidelitas.
Humilis, humilitas.
Ingratus.
Ambitiosus, ambitio.
Immoderatus, petulantia.
Inhumanus, inhumanitas.
Licentiosus, licentia.
Sordidus, prodigalitas.
Durus, feritas.
Vanus, vanitas.
Pervicax, contumacia.
Impatiens, impatientia.
Impudicus, impudicitia.
Impudens, impudentia.
Impurus, impuritas.
Superstitiosus, superstitio.
Ebrius, gula.
Piger, torpor.
Garrulus, scurrilitas.
Intemperans, intemperantia.

Negantes ejusmodi Formulæ sunt: *Minime. Nihil minus quam. Cui nihil inest. In quo nihil reperias. Remotus Alienus. Abhorrens. Vacuus.* De vitiis vero: *Aversus. Inops. Destitutus. Ignarus. Immemor. Expers. Derelictus. Oblitus*; v. g.

Digitized by Google

Liberalis: Minime sordidus. *Abstinens*; Nihil cupidus. *Fidelis*; Nihil minus, quam perfidus. *Castus*; Remotus ab omni luxuria. *Sincerus*; Abhorrens a malo dolo. *Ingenuus*; Ab omni rusticitate remotus. *Grovis*; A levitate alienus, &c.

De vitiis.

Crudelis; Omnis humanitatis oblitus. *Ambitiosus*; Ab omni modestia destitutus. *Petulans*; Moderationis immemor. *Impudens*; Pudoris inops. *Inconditus*; Ab omni lepore derelictus, &c.

IV. VARIATIO AFFECTIONUM HUMANARUM.

Quomodo variantur ea, quæ ad humanas affectiones pertinent?

Resp. Affectiones hæ, quibus nempe variæ afficiuntur homines, etiam *motiones* vocantur & *Perturbationes*; & vulgari nomine *Passiones*, quod iis graviter perturbentur, & agantur animi. De earum numero disputant Philosophi. Aliæ *vehementes* sunt seu *violentæ*, *leniores* aliæ. Inter *vehementes* sunt: *Amor*, & quæ huc pertinent, Cupiditas seu Cupiditates, Libidines, Avaritia, Desiderium. *Ira*: Odium, Indignatio, Invidia, Vindictæ studium, Furor, Audacia, Rabies. *Dolor*; Tristitia, Solicitudo, Anxietas, Desperatio, Timor, *Lenioribus* accensentur Spes, Miseratio, Lætitia, &c.

Hæ perturbationes gradus suos habent & naturalem progressionem. *Primo* enim *accrere* a me iram *v. g.* studeo. 2. Tum causa aliqua *movet* ad iram; itaque. 3. *Concipio* iram subinde. 4. *Augetur* ira. 5. *Sum*, Versor in ira. 6. Alias *minuitur*; & 7. Tandem a me *deponitur*. Singuli gradus varietatem admittunt lætissimam, quæ non affectionibus tantum supra memoratis, sed & magnam partem virtutibus vitiisque cum delectu attribui potest & applicari, excepto gradu quinto *sum*, *versor in ira*; quæ enim ad id variandum infra subjicientur verba, violentis affectibus maxime conveniunt.

I. *Quibus modis variatur*; Arcere a se affectionem?

Resp. Declinare, repellere, vitare, excludere, defendere amorem. Iter obsepire, viam præstruere, aditum præcludere, resilii, obsistere, prævertere, obstare, occurrere, obluctari, opponere se, repugnare, resistere amori. Abstinere, continere se ab amore. Immunem esse ab amore, obmunire se, pugnare in amorem. Prohibere a se amorem e. g. Declina, quantum potest, longe a te repelle, cauto devita, exclude a te cupiditates effrenatas. Obsta principiis, viam præclude, occurre, præverte libidinum fomentis. Immunem te serva, contine te ab ira &c.

II. *Qui variatur aliud*: Moveri, incitari ad affectionem aliquam?

Resp. Incitare, irritare, pellicere, illicere, allicere, movere, commovere, instigare, pertrahere, adducere, concitare, trahere, solicitare, agere, redigere aliquem ad *vel* in iram. Inflammare, incendere, irretire, illaqueare, constringere, affare, illigare aliquem amore. Ciere, creare, afferre, offerre, infigere, injicere, conflare, obtrudere, ingerere, inferre alicui amorem: *e. g.* Dictis obscenis facile ad inhonesta, amores, libidines trahuntur, pelliciuntur, incitantur, &c. adolescentes improvidi. Levi ipso momento inflammamur, incendimur, exardescimus, irretimur, inanium rerum desiderio. Unicum verbulum ei magnum dolorem injecit, afflavit, concivit, obtulit, &c.

III. *Ut variatur*; Concipere, seu admittere affectionem aliquam?

Resp. Addicere, dedere, tradere, committere, permittere, patefacere se dolori. Viam pandere, aditum præbere, locum dare, cedere, succumbere, concedere dolori. Nascitur, oritur, oboritur, progignitur dolor. Haurire, degustare, concipere, suscipere, delibare, admittere dolorem, incidere, ingredi, prolabi, delabi, in dolorem. Exardescere, agi, capi, tangi, vinci, con-

Digitized by Google

tingi dolore. Immigrat in me dolor: *e. g.* Victus tandem cessit, se dedidit, permisit, patefecit, aditum dedit voluptati. Cupiditate tactus, captus est. Amor in eum immigravit. Ex aspectu una ingens in ejus animo ortus, innatus ardor. Incidit, delapsus est in amores. Hausit totis pectoribus, suscepit, admisit amorem &c.

IV. Augere affectionem.

Acuere, exacuere, alere, fovere, nutrire, amplificare, exaggerare, armare, intendere, confirmare, corroborare, augere, fovere timorem. Adolescit, *inolescit*. invalescit, ingravescit, incrementum capit, crescit, glisci timor. Fomentum dare, accessionem facere timori: *e. g.* Ejus rei memoria mirum in modum intendit, acuit, exaggeravit, corroboravit hominis tristitiam. Ex ea commemoratione crevit admodum, invaluit, adolevit doloris acerbitas; &c.

V. Esse, versari in perturbatione.

Perculsum, percitum esse, æstuare, exæstuare, agitari, agi, subigi, angi, exerceri, ardere, cæcari, obcæcari, calere, accendi, capi, fervere, flagrare, implicari, depravari, corripi, abripi, irretiri, mancipari, ipsanire, stimulari, efferri, efferari, vinci, absorberi, obstringi, torpere, tumere, turberi, perturbari, duci, inflammari, affligi, afflictari, furere, sanguere, ligari, constringi, impelli, impleri, reperi, opprimi, dissolvi, attineri, obsuscari, urgeri, perire, concitari, mergi, emori, interimi, discerpi, exedi, erodi, confici, differri, configi, frangi, laniari, discruciari, excruciari, raptari, morderi, dilaniari, sterni, cruentari, affici, confundi, elidi, permisceri, commoveri, enervari, obruibilari, depasci, saucians, consauciari, vulnerari, torreri, distrahi, convelli, tabescere, torqueri, vexari, devorari, uri, consodi, exulcerari, jugulari, excarnificari, lacerari, divelli amore, cupiditatibus, ira, dolore, invidia, vindictæ studio, tristitia solicitudine. Indulgere, obtequi, servire, morem gerere, parere, obtemperare, morigerari, satisfacere, dedere se, tradere se amori, cupiditatibus, iræ, dolori, &c. *e. g.* Homo metu perculsus, percitus, sui impotens. Homo ardens ira, æstuans, cæcus, obcæcatus, fervens, flagrans, inflammatus iracundiæ facibus &c. Invidiæ stimulis confossus, laniatus, cruentatus, convulsus, commorsus, &c. Torquent hominem, devorant, urunt, jugulant cupiditates effrenatæ. Indulget malefanus libidinibus suis, morem gerit, &c.

VI. Affectionem minuere.

Domare, subigere, cohibere, frangere, placare, infirmare, levare, sedare, castigare, frenare, delinire, demitigare, placare, dissipare, coercere, temperare, refrenare, emendare, comprimere, oppugnare, premere, sanare, corrigere, moderari, refrigerare, inhibere, mollire, eripere, supprimere, iracundiam, Mederi, modum ponere iracundiæ. Deficit, subsidit, frigescit, migrat, remittit iracundia: *e. g.* Amicorum monita hominem utcunque debetarunt, placarunt, hominis impotentiam. Exemere, hominis furorem. Ex eo nuntio remisit, subsidit, lenitus est paullum dolor. Philosophia hominis ardentem indolem compescit, supprimit, emollivit, temperavit, castigavit, fregit, &c.

VII. Affectionem deponere.

Explicare, disjungere, expedire, depurgare, liberare, exsolvere, absolvere, abstrahere, evolvere, eripere, avertere se a dolore. Abdicare, egerere, ejicere, rejicere, ejurare, ablegare, relevare, proscribere, amoliri, amittere, missum facere, enumerare, depellere, ponere, repudiare, abrumpere, exstinguere, restinguere, extirpare, eradicare dolorem. Evellere, exurere, segregare, expungere, eradere, submovere, excludere, se ludere, exturbare, abigere, exigere, exterminare, eliminare, eruere ex animo dolorem. Finire, profligare, fugere, vincere, deferere, extrudere, excutere lustum. Renunciare iræ. Migrat, exarescit, exolescit, desinit, emoritur amor. Transfugit, decadit, remittit, interit, exstinguitur, conquiescit dolor. *E g.* Totus a se alius est, amores omnes ex animo ejecit, emovit, erasit, abegit suo, ut jam non eundem hominem crederes. Restincta, oppressa tandem est illa libidinum sævities. Seg egavit a se, disjunxit amores, se ab amoribus segregavit. Conquievit, remisit, decessit, excussus, eliminatus, exterminatus est furor, &c.

V. VA-

Digitized by Google

V. VARIATIO ACTIONUM HUMANARUM.

Qui variari possunt ea, quæ actionem humanam significant?

Resp. Quamvis etiam de rebus naturalibus &c. artefactis copiose loqui liceat, varietatem tamen maximam sibi comparare oportebit in iis, quæ ad actiones humanas pertinent; nempe & consuetudinis quotidianæ, ac Poeticæ, Rhetoricæ, Historicæ princeps materia, ac prope unicum argumentum. Præcipuæ creberrimæque in sermonem venientes Actiones sunt; Bellum gerere, pacem facere, litteris studere, causas agere, ædificare, mercari, magistratum gerere, &c.

Ad Elocutionis varietatem eadem hic, quam de Affectionibus supra attulimus, methodus subserviet, aut paullum deflexa. Habent enim & nostræ actiones progressiones suas, gradusque inter se communes; ut:

1. *Cogito* de bello, pace &c.
2. *Dubito*, quid eligendum.
3. *Moveor* rationibus, auctoritate &c.
4. *Statuo*, rem amplecti.
5. *Incipio* bellum &c.
6. *Ago*, *prosequor* cœpta.
7. *Perficio*, vel
8. *Remitto*, vel
9. *Omitto ac depono* omnino.

Horum Verborum cum Phraseologiæ Latinæ Corpus copiam ministret prope inexhaustam, post tam multa scripta rem eandem referibere supervacuum, certe ultra opusculi modulum fuerit.

VI. DE VARIATIONE PARTICULARUM.

Quid Particularum nomine intelligis?

Resp. Adverbia quædam, non tamen promiscue, qualia a singulis fere Verbis ac Nominibus derivantur, & derivari possunt infinita; sunt quæ certæ quædam Actionum vel Rerum, seu Verborum & Nominum affectiones, vel, ut Logici loquuntur, Modificationes. In præsenti de illis duntaxat sermo est, quæ veluti nervi, orationis corpus omne permeant, ejusque membra singula inter se constringunt ac sustinent. Modalia illa pauculis tantum; ista vel omnibus, vel prope omnibus Actionibus rebusque attribui possunt; ut: *acute* ab acies, intelligendi, disputandi Actionibus; non item arandi, ambulandi, arcendi &c. quemadmodum *statim*, *aliquando*, *quia* &c. ubivis adjici possunt. Verum hæc allis relinquantur.

Quænam igitur & qualis sunt hæ Particulæ?

Resp. Præcipuæ & perfrequentes sunt *Temporales* & *Locales*, nempe quibus tempus & locus actionis indicatur. Præter has: *Adversativæ*, quæ Sententiæ priori oppositum quid & repugnans subjiciunt; *Comparativæ* seu *similitudinis*, quibus duo inter se comparantur; *Causales*, quæ dicti rationem reddunt; *Illativæ*, quæ ex dictis inferunt & colligunt aliquid; *Conjunctivæ*, quibus duo inter se copulantur; *Disjunctivæ*, quibus removentur; *Perfectivæ*, quibus actio vel res extollitur & augetur; *Minuentes*, quibus deprimitur; *Affirmativæ* gravius quid asserunt; *Interrogativæ* soli interrogationi serviunt: *Præpositivæ* seu *Præpositiones* denique omnes, quarum plures partim superioribus jam classibus continentur.

Eccur hæ Particulæ singulari cura tractandæ sunt?

Resp. Prima, quia nullum Thema quantumlibet breve, Epistola, Narratio &c. est, in qua non plures ejusmodi Particulæ occurrant. Igitur ad evitandam earundem semper formularum fastidium, si uspiam, hic certe nec jejunum & copiosum esse convenit. *Secundo*, Particulæ hæ rite adhibitæ nescio quid antiquum spirant, & Ciceronianæ elegantiæ colorem quendam orationi conciliant.

Digitized by Google

Atqui eandem jam Tursellinus, aliique tractarunt?

Resp. Latinas quidem, a quibus Germanicæ nostræ multum diffident. Exposuit ille, quam pro aliis dicendi generibus positæ, orationi elegantiam addant; nos in re omnium frequentissima copiam &c. & varietatem suppeditamus.

Qua industria familiares eas sibi reddent Discipuli?

Resp. Si jam in media Grammaticæ moneantur, quin pro pense a Professoribus injungatur, ut quotidie occurentes in thematis Particulas hujusmodi varient, melioribusque commutent. Sentient ipsi, & cum voluptate mirabuntur, una hac industria, paucis & tenuibus his ductibus, aliam themati, nec paullo venustiorem speciem accessisse.

En Indiculum, e quo primum petitæ Particulæ numerus quærendus erit. Classes enim supra indicatas dividere, quam Alphabeti ordine contexere omnia, visum est potius. Inserta quidem Phrasologiæ sunt pleraque, sed parcius, nec ea, quam hinc congessimus, copia.

INDEX PARTICULARUM.

Aber, sieh: sondern, allein . . 43
Allda, s. da . . . 33
Alldorten, s. dorten . . . 36
Allein, s. aber . . . 43
Allererst, s. erst . . . 13
Allezeit, s. immer . . . 19
Als, da . . . 1
Alsdann . . . 2
Also, daß, s. dergestalt . . 54
Also, so . . . 55
Alsbald . . . 3
Als ob, s. als wenn . . . 53
Anders als . . . 44
Auch . . . 66
Auf, zu . . . 97
Aus . . . 98
Ausdrücklich . . . 87
Außer . . . 45
Ausgenommen, s. außer . . 45
Bald . . . 4
Besonders . . . 72
Bevor, s. ehe . . . 12
Bey . . . 31
Beysammen . . . 32
Beyzeiten . . . 5
Bis . . . 6
Bis dahin, s. dahin . . . 34
Bis dato, s. bisher . . . 7
Bisher . . . 7
Bisweilen . . . 8
Da, allda . . . 33
Da, indem, s. als . . . 1
Dagegen . . . 48
Daher . . . 60
Dahin . . . 34
Damit, s. daß . . . 63
Darnach . . . 9
Darneben . . . 35
Darum . . . 62
Daß, damit . . . 63
Denn . . . 61
Dennoch, s. doch . . . 46
Dergestalt, dermaßen . . . 54
Dergleichen . . . 56
Desgleichen, s. dergleichen . . 56
Derohalben, s. darum . . . 64
Deswegen, s. darum . . . 68
Doch . . . 46
Dort . . . 36
Durch . . . 99
Ehe . . . 10
Eher als, ehe . . . 10
Einmal, einsmals . . . 11
Endlich . . . 12
Entweder, s. oder . . . 68
Erst . . . 13
Fürohin, s. hinführo . . . 16
Für . . . 100
Fürwahr, s. gewißlich . . . 89
Ganz und gar . . . 73
Gähling . . . 14
Gegen . . . 47
Gemeiniglich . . . 15
Genug . . . 74
Genugsam, genug . . . 74
Gesetzt, daß . . . 88
Gewißlich . . . 89
Gleich, s. alsbald . . . 3
Heimlich . . . 37
Hernach, s. darnach . . . 9
Hinführo . . . 16
Hingegen . . . 48
Hieraus, s. daher . . . 60
Ja . . . 90
Je, desto . . . 52
Jemals . . . 17
Immer . . . 19
Immerzu, s. bisweilen . . . 8
Indem, s. weil. . . . 65
Irgends . . . 39
Itzt, itzund . . . 18
Kaum . . . 80
Keinesweges, s. nicht . . . 49
Kümmerlich, s. kaum . . . 80

Lang

Lang 20
Längſtens, ſ. lang 20
Letztlich, ſ. endlich 12
Mehr 59
Mit 40
Mittlerweile 28
Nach 21
Nachdem 22
Nächſtens 23
Nämlich 91
Nicht 49
Nicht allein 67
Nichts 50
Nie, niemals 24
Nirgends, ſ. Irgends 39
Noch 25
Noch nicht, ſ. noch 25
Noch ſo lang, ſ. noch 25
Nun, ſ. itzt 18
Nur allein 81
Ob 92
Obgleich, ſ. obwohl 51
Obwohl 51
Oder 68
Oeffentlich 41
Oft, oftmals 26
Ohne 81
Ohngefehr, ſ. ungefähr 35
Schier, faſt 83
Schon lang, ſ. lang 20
Sehr 75
Selten 27
Sintemal, ſ. denn 61
Sobald, ſ. alsbald 3
So, ſ. alſo 85
Sondern, ſ. aber 48
Sonſt 52
Uebel 84
Ueber 101
Ueberaus 77
Ueber das, ſ. darneben 55
Ueber die maßen, ſ. überaus 77
Viel, weit 76
Und 89
Unterdeſſen 88
Ungefähr 85
Unverſehens, ſ. gählings 14
Von neuem, ſ. wiederum 90
Vor, ſ. für 100
Vor Zeiten, ſ. einsmals 11
Wann Interrog. 93
Warum 54
Weder 70
Wegen 64
Weil 65
Weit 42
Wenn 29
Wenig, wenigſtens 86
Wider, gegen 47
Wie 95
Wiederum 90
Wiewohl, ſ. obwohl 51
Wo 96
Wohl 79
Zeitlich, ſ. bey Zeiten 5
Zu viel 78
Zuweilen, ſ. bisweilen 6
Zwar 21

PARTICULÆ TEMPORIS.

1. Als, Da, Indem, Dum.

Als ich ſchrieb kam er zu mir, Cum ſcriberem; dum, quando ſcribebam, intervenit. *Hæc particula a Latinis brevitatis cauſa fere ſupprimitur, Verbo in Participium mutato.* Scribenti mihi, vel exarata jam Epiſtola intervenit.

2. Alsdann, Tum.

Nachdem der Rath entlaſſen war, alsdann hat man erſt recht zur Sache gethan, Soluto ſenatu, tum demum, tum temporis, tum vero, nec ante, ſerio agi cœptum.

3. Alsbald, Gleich, Statim.

Ich werde alsbald da ſeyn, Continuo, illico, mox, protinus, jam, jamque, quamprimum, conſeſtim, actutum, e veſtigio, ſine ulla mora, nulla interpoſita mora, primo quoque tempore, extemplo, haud cunctanter, ſine cunctatione, quantocyus adero.

4. Bald, Brevi.

Er wird ohnedies bald zurückkehren, Alioqui propediem, haud diu poſt, mature, paulo poſt, exiguo, pauco poſt tempore, cito, optatione ocius, poſt pauxillulum, ut primum revertetur. Prope eſt, proximum eſt, ut redeat. Perparum abeſt, quin jam nunc adſit.

Er wäre bald geſtorben, Tantum non mortuus fuit. *Barl.* Brevi mortuus fuiſſet. Er redet bald dieſes, bald jenes, jam hoc, jam illud; tum, modo, alias hoc, tum, modo, alias illud loquitur. Bald dieſer, bald jener, Alius ex alio

Digitized by Google

Bald habe ich dieſes, bald jenes zu thun, Aliud ex alio negotium mihi exſtitur.

5. Beyzeiten, Zeitlich, Mature.

Sieh, daß du dich bey Zeiten, zur Zeit, zeitlich darſtelleſt, Cura, ut ſine mora, tempore, tempori, tempeſtive, opportune, commode, ne ſerius, ne citius te ſiſtas.

6. Biß, Donec.

Ante Verba: Ich werde harren, biß der Handel geſchlichtet wird, Manebo, donec, dum, usque dum, quoad, eatenus, dum, eo usque dum res confecta ſit. Reſtabo tantiſper, tamdiu, non antè discedam, dum, quousque, quoad negotium confiat.

Biß, *Usque. Ante Nomina.* Biß zu das hohe Alter, Ad ultimam senectutem. Biß zu unſerer Zeit, Ad noſtrum ætatem, ad hoc tempus. Biß auf einen Heller zahlen, ad denarium ſolvere. Ad ravim clamare.

7. Bisher, Bis dato, Hactenus.

Temporis: Bisher ſind wir wohl geſtanden, Hactenus, ad hunc diem, ad hoc temporis, ad hunc usque diem, adhuc, hucusque res noſtræ loco ſuccepit optimo.

